
13
4 L
24

Io Gio: Giuseppe Monaldi hovenduto il pnte Crescenzi
Decisioni per scudi 24



SACRÆ ROTÆ

ROMANÆ

DECISIONUM

RECENTIORUM

A JOANNE BAPTISTA COMPAGNO

J. C. Romano selectarum

PARS DECIMANONA,

Complectens Annos M.DC.LXXVII. & M.DC.LXXVIII.

CUM ARGUMENTIS, SUMMARIIS, ET INDICIBUS Necessariis.







VENETIIS, M.DC.XCVII.

Apud Paulum Balleonium.

SUPERIORUM PERMISSU, AC PRIVILEGIIS.



INDEX DECISIONVM
SACRÆ ROTÆ ROMANÆ

Quæ in hac Decimanona Parte Recentiorum continentur, Alphabetica ſerie per Diœceſes digeſtus.

A

B

C

E

F

G

H

I

L

M

N

P

R

S

T

V



INDEX DECISIONVM
SACRÆ ROTÆ ROMANÆ

Quæ in hac Decimanona Parte Recentiorum continentur, Alphabetico ordine per Materias dispositus.

A

B

Bur-

C

Firma-

D

Foro-

E

F

Fauen-

H

I

Com-

L

M

N

O

Bar-

P

Roma-

Ro-

V



SACRÆ



SACRÆ ROTÆ ROMANÆ DECISIONVM RECENTIORVM A IOANNE BAPTISTA COMPAGNO I. C. Romano Selectarum.

Pars Decimanona.

R. P. D. EMERIX.

Vallisoletana Congruæ.

Lunæ 11. Ianuarij 1677.

ARGVMENTVM.

Parochiales Decimas possidebant Capitulum, & Canonici, & tamen Congruam soluere recusabant Parochis, alijsque personis curam animarum exercentibus, ad cuius ideò traditionem condemnantur, quia quocumque titulo illas possideant, cum hoc onere eas habere intelliguntur, quæ proindè taxata in scutis centum auri, non subiacere imputationi incertorum deciditur, quia hæc erant omnind incerta, neque ad aliquam certitudinem reduci poterant.

SVMMARIVM.

1 *Congrua æquè debetur Parochis, sicuti & cæteris alijs curam animarum exercentibus.*
2 *Congrua debita Parocho debetur ab ijs, qui omnes decimas, & primitias parochiales exigunt.*
3 *Decimarum translatio quocumque titulo facta sit censetur facta cum onere præstandi congruam exercentibus curam animarum.*
4 *Parochorum cura est commissa administratio Sacramentorum, aliaque onera ab eis exercenda.*
5 *Congruæ taxatio remittitur arbitrio Iudicis.*
6 *Parochis ideo debetur congrua, vt in administratione spiritualium sint solliciti, nec debeant habere curam vnde sibi victum quærere debeant.*
7 *Parochi prouidendum est, ne propter inopiam suum officium negligant, nec populo quem debent regere, sint ludibrio, aut indigna committant.*
8 *Congrua Parochi fuit taxata in scutis 100. auri & quandoque etiam in plus.*
9 *Incerta dicuntur funeralia, oblationes, nuptialia, eleemosynæ, & alia huiusmodi.*
10 *Incerta non imputantur in congruam. limita vt num. seq.*
11 *Incerta aliqua sunt, quæ tamen habent aliquam certitudinem, puta ratione summæ, vel similis.*
12 *Incerta, quæ tamen locari solent imputantur in congruam.*
13 *Beneficium tenue si quis acceptauit, an possit petere congruam. & num. seq.*
24 *Præiudicium si non est solius beneficiati, sed etiam ordinis, & Ecclesiarum, non intrat regula, quod quis illud acceptauerit, quamuis tenue.*
25 *Constitutio Beati Pij V. super taxatione congruæ declaratur.*
26 *ex Diuersis non fit illatio.*

DECISIO I.

INTRODVCTO Iudicio per Parochos Ciuitatis Vallisoletanæ coram Reuerendissimo Nuntio Hispaniarum super assignatione Congruæ eis debitæ ratione cura animarum, quam exercent contra Decanum, & Capitulum Cathedralis Ecclesiæ eiusdem Ciuitatis possessores Decimarum, & primitiarum ad Parochiales pertinentium, emanauit Decretum, in quo assignata fuerunt eisdem Parochis pro tunc scut. 70. pro quolibet, vt Summario n. 2. à quo Decreto cum omnes appellauerint, Capitulum scilicet à condemnatione, & Parochi à modicitate summæ, Causa ad Curiam deuoluta, & mihi commissa, dedi dubium bipartium, An Congrua debeatur, & ad quam summam; quo hodie proposito, responsum fuit, Congruam deberi in scutis auri 100. computatis omnibus computandis secundum consuetudinem loci.

Quo enim ad Congruam, indubitati iuris est, illam deberi Parochis, † sicut omnibus alijs curam animarum exer- 1
centibus, ex regula, de qua *cap. de Monachis, & cap. extirpandæ de præb.* & pluries dixit Rot. *vt coram Mantic. dec. 269. n. 3. decis. 420. par. 1. decis. 230. par. 6. & dec. 392. par. 13.* in omnibus *num. 1.* & alibi passim; Et quidem in præsenti à
Decano, & Capitulo prædictis † vti percipientibus omnes 2
Decimas, & primitias ad Ecclesias Parochiales pertinentes, vt deponunt testes Summarin *n. 5.* iuxtà dispositionem Text. *in cap. 2. §. vbi autem de decimis nu. 8.* & notant Rebuff. *de decim. par. 7. num. 4.* Tondut. *resol. benef. cap. 38. num. 16.* Rota *coram Seraph. decis. 839 num. 1. & 2. coram Mulino decis. 84. num. 1. & in rec. d. decis. 392. n. 6. par. 13.* Translatio enim De-
cimarum in eosdem facta quocumque titulo, † præsumitur 3
facta cum tali onere præstandi Congruam exercentibus curam animarum, Rebuff. *de cogn. portion. n. 48. & seq.* Grat. *disc. 366. num. 20.* & Rot. *d. decis. 420. nu. 7. par. 1. rec.*

Quo vero ad quantitatem eiusque Congruæ, cùm illam debeatur habita ratione ad qualitatem loci, numerum personarum, quibus subministranda sunt Sacramenta, & red-
ditus Parochiarum, † quarum cura est commissa Parochis, 4
aliaque onera ab his subeunda, *gloss. in d. ca. extirpandæ verb. sufficiens de præbend.* Rebuff. *de congr. portion. num. 61. & seq.*

Tondut. *quæst. benef. d. cap.38. num.13. & 14. &* Rot. *coram*
Dunoz. iun. decis.310. num.11. & decis.631. num.6.
Et Ciuitas Vallisoletana sit vna ex nobilioribus Hispa-
niarum, in qua propterea Rectores, non vt in Pagis, sed
decentius viuere debent, Ecclesiæque Parochiales, de qui-
bus agitur, tam ob eorum circuitum, quàm ob numerum
personarum in eis degentium sunt de maioribus, itaut
Parochi in administratione Sacramentorum vtantur opera
Coadiutorum, vt deponunt testes Summario *num.3.* & 4. ac
Decimæ, quæ percipiuntur à dd. Decano, & Capitulo sint
magnæ, vt ex Calculo ad Patres dato.
5 Domini pro eorum prudenti arbitrio, cui remissa † est
determinatio huiusmodi quantitatis, ex tradit per Rebuff.
de congr. portion. num.80. & Rota *coram Vbaldo decis.87. nu.6.*
benè perpendentes eandem Congruam debere esse talem, vt
Parochi, qui laborant in agro Domini spiritualia Parochia-
6 nis ministrando, † absque sollicitudine aliundè quærendi
sibi victum, commodè viuere possint, vt notant Rebuff.
eodem tract. de congr. portion. num.78. & firmauit Rot. *coram*
Millino decis.84. n.4. & in rec. decis.347. nu.7. par.13. ne aliàs
propter eorum inopiam proprium officium negligant; po-
7 puloque sibi credito, quem coercere, † & à quo revereri
debent, sint ludibrio; ac indigna eorum gradui cogantur
committere, Lotter. *de re benef. lib.2. q.12. num.25.* & pon-
derauit Rot. *d. decis.428. num.5. par.1. & decis.392. num 4. &*
5. par.13. recent. ac coram Dunoz. Iun. d. decis.631. num.5. ex
hactenus deductis arbitrati sunt, illam esse assignandam, vt
8 supra in scutis 100. auri, † vt prædictis consideratis aliàs
respondit Rot. *d. decis.87. coram Vbaldo*, & in valde maioris
summa *decis.420. n.5. par.1. rec.*
Non obstat, quod Parochi habeant plures redditus consi-
stentes in funeralibus, oblationibus, nuptialibus, eleemo-
9 synis, alijsque similibus, † quia cum ista sint merè incerta,
10 nisi de consuetudine loci aliter introductum doceatur, † non
veniunt imputan. in Congruam, Rebuff. *de congr. portion.*
num.33 & 87. Gratian. *discept.399. num.16. & seqq.* Tondut.
d. quæst.58. num.4. & 5. & pluries firmauit Rot. *vt decis.5.*
num.4. par.2. diuers. in rec. decis.230. num.4. par.6. & decis.187.
num.27. & seq. par.11. ac coram Bichio decis.255. num.14. in
quibus concordantes; Et contraria tantùm procedunt in in-
11 certis, quæ habent aliquam certitudinem, † vt sunt De-
cimæ frumenti, & vini, aliaque solùm incerta ratione sum-
mæ, vt declarauit Rot. *d. decis.230. num.3. & 4. par.6. rec.*
& coram Bichio d. decis.255. num.16. Vel quando illa solent
12 ex consuetudine annuatim, vel aliàs pro certa summa † lo-
cari, vt notarunt Fælin. *in cap. ad aures sub n.14. de rescript.*
Rebuff. *d. tract. de Congr. portion. n.87.* & in specie dixit Rot.
d. decis.255. num.14. coram Bichio.
Leuioris ponderis est, quod saltem hi Parochi sibi impu-
13 tare debeant, † quod beneficium tam tenue acceptarunt,
ex Rot. *decis.429. num.4. coram Gregor.* quia conclusio non
procedit, dum non constat aliàs illi, seù illorum antecesso-
14 ribus assignatam fuisse Congruam; † & agitur non solùm
de præiudicio personarum, sed etiam ordinis, & ipsarum-
met Ecclesiarum, vt declarando *d. decis.* explicant Adden.
ad illam num.8. vers. finali, Gratian. *d. discept.399. num.11. &*
seq. Rot. *d. decis.420. num.4. par.1. decis.230. num.6. & seqq.*
par.6. & in fortioribus *decis.347. nu.1. & 2. & decis.392. n.14.*
& seq. par.13. recent.
Demum nihil facit, quod Constitutio B. Pij V. taxet Con-
15 gruam in scutis 50. † quia illa loquitur de Congrua
Vicarij, non autem Parochorum, pro cuius taxatione
ponderanda sunt præmissa *in §. quo verò ad quantitatem cum*
16 *seq.* & ex diuersis † non fit illatio, vulgata *l. Papinianus ff.*
de minor.
Et ità, Parochis tantùm informantibus, decisum fuit &c.

REVERENDISS. D. ALBERGATO
Sacræ Rotæ Decano.

Carpentoracten. Bonorum.

Lunæ 11. Ianuarij 1677.

A R G V M E N T V M.

Ad rescindendum contractum adducebantur, simul, & probata erant læsio, ac metus, cumque ad excludendum vtrumque remissoria peteretur super probatione valoris, hæc in præsenti decisione conceditur, quia cùm illa penitùs cessabit prætensio læsionis, & probatio metus remanebit æquiuoca, quod ad effectum concessionis remissoriæ reputatur sufficiens.

S V M M A R I V M.

1 *Remissoria in prophanis conceditur etiam sine fumo, data releuantia articulorum.*
2 *Dubietas sola releuantiæ sufficit ad concedendam remissoriã.*
3 *Læsionem ad excludendam quæ probationes sufficere videantur.*
4 *Metus ex quibus probationibus excludatur.*
5 *Articulorum pro admissione, & concessione remissoriæ, sufficit quod probatio facienda directè, vel indirectè faciat ad causam.*
6 *Articuli alijs articulis contrarijs admittuntur, & super eis remissoria conceditur, si non sint dedicta testificata.*
7 *Subornationis timor cessat, si processus publicatus non est, nec sint dedicta testificata.*
8 *Probatio probationem non excludit.*
9 *Probationibus hinc indè factis, deciditur quæ ipsarum videatur melior, & ideo præferenda sit.*
10 *Remissoria, & probatio vni ex partibus concessa, eadem quoque alteri parti concedenda est.*
11 *Æqualitas in iudicijs, & inter litigantes est seruanda.*
12 *Tribunalia suprema semper seruant æqualitatem inter partes.*
13 *Probationem sibi beneuisam quilibet facere permittendus est.*

D E C I S I O II.

SPiritul de Cheylus dandam esse remissoriam Domini
responderunt, moti ex releuantia articulorum, † quę 1
etiam sine fumo in prophanis operatur, quod remissoria de-
negari non debeat, Castad. *decis.1. num.10. de dilat.* Rot. *de-*
cis.258. num.1. par.14. recent. & in Leodien. affictus 21. Februa-
rij proximè præteriti §. eo magis coram me; Imò sufficit sola
† releuantiæ dubietas, Rot. *decis.453. num.5. par.14. rec. &* 2
in Bonaten. successionis 1. Iulij 1665. coram R. P. D. meo Bourlem.
Releuantia in proposito liquet ex lectura actorum; nam
Spiritus probare intendit valorem bonorum, de quibus agi-
tur tempore venditionis non excessisse scuta 200. pro salma,
tum melioramenta in eisdem facta, tùm demum bonam
famam emptoris, & eius amorem erga neptes venditrices,
† vndè probatio læsionis deducta ex maiori valore, † ac 3
metus illati ad effectum inducendi ipsas neptes ad venden- 4
dum, remanebit æquiuoca, & in omnem euentum sat est
pro admissione articulorum, & concessione remissoriæ,
† quod articuli aliquo modo directè, aut indirectè faciant 5
ad causam ad sensum, Bald. *in cap. licet causam nu.3. de pro-*
bat. Rot. *in Anconitana pecuniaria 16. Ianuar. 1669. §. fin. cor.*
Reuerendiss. Alex.
Nec obstat, quod articuli sint de directo contrarij alijs da-
tis pro parte Claudij, & aliorum de Scipionibus, super qui-
bus iam fuerunt testes examinati, † quia cùm adhuc non sit 6
publicatus processus, nec dedicta testificata, cessat timor
† subornationis, proindè etiam super contrarijs concedi de- 7
bet remissoria, iuxtà text. *in cap. Series de test.* Salust. *in prax.*
lib.2. cap.14. num.6. & firmat Rot. *decis.353. num.4. coram bo-*
næ memoriæ Cardinali Celso, & decis.573. num.8. coram Bichio,
& in Fanen. compositionis 23. Ianuarij 1671. §. non obstat, coram
Reuerendissimo Alex. Probatio † enim probationem non ex- 8
cludit, vt dixit Rot. *dicta decis.573. num.7. coram Bichio*, &
ea hinc indè facta, † videbitur quæ præualet, & veniat 9
attendenda, Rota *decis.93. num.5. & 6. coram Zarata, &*
in dicta Fanen. compositionis dicto §. non obstat coram Reueren-
dissimo Alex. & decis.303. num.6. coram Cardinali Celso, & de-
cis.503. n.13. coram Peutingerio.
In quam sententiam eò faciliùs Domini venerunt, quia
sicuti remissoriam obtinuerunt Claudius, & litis consor-
tes, ad fundandam eorum intentionem, † ita æquum 10
videtur, vt concedatur Spiritul ad eam elidendam, &
suam exceptionem iustificandam, vt in iudicijs inter li-
tigantes seruetur æqualitas, † quam semper habent præ 11
oculis suprema Tribunalia, † æquè indulgendo actori, 12
& reo facultatem probandi ea, † à quibus propriam 13
intentionem, & exceptionem vterque pendere arbitratur,
iuxtà Text. *in l. non debet ff. de reg. iur.* Rota *dicta decis.378.*
numero nono coram Bichio, & dicta decis.353. num. vltimo co-

coram

ram Cardinali Celso, & in dicta Fanen. Compositionis §. primo coram Reuerendissimo Alexandrino.

Et ita, Partibus hinc indè informantibus, decisum fuit dilata resolutione super negotio principali.

REVERENDISS. D. ALBERGATO.
Sacræ Rotæ DECANO.

Eugubina Census.

Veneris 15. Ianuarij 1677.

ARGVMENTVM.

De minoris obligatione tractatur, quæ quia erat solemnitatibus destituta, ideo nulla declaratur, non obstante quod pro seruitio Reipublicæ, & ratione officij Abbundantierij ab eodem minore exerciti, contracta diceretur, quia non constabat in hanc causam fuisse initam, eique etiam resistebat statutum, quod illam sine solemnitatibus annullabat, & demum quia idem minor huiusmodi officium exercere non poterat.

SVMMARIVM.

1 *Iniustitia mandati resultat, si obligatio nulla sit.*
2 *Baptismatis Fides probat ætatem.*
3 *Minor fideiubere, aut se obligare non potest.*
4 *Minoris obligatio eo magis de iure prohibetur, si ille sub curatore degit.*
5 *Statutum Eugubinum rubr. 20. 22. 25. 30. & 36. traditur, & declaratur, & num. 15. 21. & seqq.*
6 *Minor contrahens contra formam statuti nulliter contrahit, & ideo non obligatur neque ciuiliter, neque naturaliter.*
7 *Iuramentum regulariter validat contractum minoris.*
8 *Iuramentum præsumitur dolo, & fraude extortum si statutum mandans certas solemnitates, sine illis contractum annullet.*
9 *Minor ea facilitate, qua inducitur ad contrahendum, inducitur ad iurandum.*
10 *Minor obligans se pro seruitio Reipublicæ, vel tanquam officialis ratione officij quatenus validè obligetur sine solemnitatibus, & num. seqq.*
12 *Contractus initus ab officiali, vel à ministro Reipublicæ, non tamen expresso titulo officij, vel Reipublicæ an huiusmodi nomine gestus esse dicatur.*
13 *Minor prohibetur à iure exercere publica officia habentia annexam administrationem & num. 15.*
14 *Respublicæ plures in ruinam abiere, quia ab adolescentulis rectæ sunt.*
16 *Adolescentulis, & minoribus deficit consilium, & discretio.*
17 *Verbum vno modo acceptum in aliquo capite statuti, eodem modo censetur acceptum in alio.*
18 *Pars, seu caput vnum statuti suppletur, & declaratur ab altero, & num. 19.*
20 *Contractus initus à minore etiam fauore Reipublicæ, vel ratione officij. non substinetur sine solemnitatibus, si statutum indistinctè illas seruari præcipiat.*
21 *Minoris electio ad officia publica quatenus substineatur, si à superiore confirmata sit.*
22 *Dispensatio non cadit in confirmatione generaliter à superiore facta, maximè si ille defectus dispensati notitiam non habebat.*
23 *Minoris electio ad officia publica aliud est quod à superiore confirmetur, aliud verò quod ipse ab eodem motu proprio eligatur, & de ratione ibidem.*

DECISIO III.

ABsque interuentu Curatoris, & Iudicis decreto, & non seruatis alijs solemnitatibus iuris communis, & municipalis Ciuitatis Eugubij, Constantius in 19. anno suæ ætatis constitutus fideiussit pro Sebastiano in censu scutorum 3000. anno 1646. illo imposito ad fauorem Flaminij, cuius hæredes citata Camilla Sorore, & hærede Constantijs fideiussoris obtinuerunt contra bona hæreditaria pro fructibus dicti census mandatum exequutiuum, quod in gradu appellationis commissæ per Signaturam Rotæ cum clausula *si quid exequendum*, non esse exequutioni demandandum, attenta illius iniustitia, Domini respondetur.

Iniustitia † resultat ex eo, quod obligatio Constantij 1
laborat vitio nullitatis, cùm ex fide Baptismatis, † quæ 2
probat ætatem, Rota *decis. 18. num. 2. coram Zarate*, liqueat
ipsum de tempore contractus non expleuisse annum 19. pro-
ptereà tamquam minor nequibat fideiubere, † & se obli- 3
gare, siue inspiciatur Ius commune, de quo in *l. au Prætor*,
§. non solum, vbi gloss. in verb. doceat, ff. de minor. præsertim
quando, vt in casu nostro, † minor degit sub Curatore, vt 4
dixit Rota *decis. 443. num. 1. par. 13. recent.* siue attendatur
Statutum Eugubinum statuens in Rubr. 25. & 36. † mino- 5
rem vigintiquinque annis carentem Curatore non posse
quoquo modo contrahere, nisi duorum proximiorum accedat assensus, Curatorem verò habentem non posse ad contractus deuenire, nisi illius auctoritas intercedat, aut Iudex decretum interponat, & contractus aliter celebratos inualidat, & dolosè gestos censeri mandat; quamobrem cùm in contractu census vbi fideiussit Constantius solemnitates
prædictæ omissæ fuerint, † actus peccanit in forma, & 6
proindè minor nec ciuiliter, nec naturaliter remansit obligatus, Roman. *cons. 12. num. 4.* Fenzon. *ad Statut. Vrb. cad. 151. glos. 11. num. 8.* Rot. *decis. 18. coram Duran. & decis. 126. num. 9. coram Eminentissimo Ottbobeno, & decis. 355. num. 1. & 2. par. 12. & dicta decis 443. num. 20. par. 13. rec*

Nec potest contractus robur assumere à Iuramento,
† quod validat contractum minoris, Iuxtà Text. *in auth.* 7
Sacramenta puberum C. si aduersus vendit. quia cum Statutum
prohibeat minoribus contrahere non seruata certa forma ab
ipso præscripta, & contractus aliter gestos præsumat dolosos, & fraudolentos, † sequitur iuramentum eodem mo- 8
do præsumi à minore dolo, & fraude extortum, cum mi-
nor eadem facilitate, qua fuit inductus ad † contrahen- 9
dum, eadem præsumitur inductus ad iurandum, Soccin. Sen. *cons. 23. num. 13. lib. 4.* Gratian *decis. March. 234. num. 8. & 9.* Pich. *ad Statutum Vrbis glos. 23. numero septimo* Rota *post eum decis. prima num. 20. & decis. 163. numero sexto par. 14. recent.*

Minus fuit visum subsistere, quod census fuerit impositus ob publicum beneficium, nimirum pro emendo fru-
mento in Annonæ caritate, † & proindè quod Constan- 10
tius fideiusserit ratione publici muneris Præfecti rei frumentariæ, vulgo, *Abundanziero*, quo tunc fungebatur, itaut
contractus vtpotè gestus ex necessitate officij † in causam 11
Reipublicæ substineatur etiam sine solemnitatibus, vt tradit Bald. Nouell. *de dot. par. 6. priuil. 48. sub num. 2. vers. Nam etiam*, quem sequitur Cancer. *var. resol. cap. primo num. 46. part. 2.*

Quoniam in facto constat Constantium contraxisse suo priuato nomine non autem publico ratione officij, & eodem modo Sebastianus imposuit censum suo priuato, & particulari nomine, ac super proprijs bonis, nulla facta expressione, quod illius pretium esset erogandum in cau-
sam Annonæ, † itant sicuti in eius arbitrium residebat 12
pecuniam censualem in vsus sibi magis beneuisos conuertere, ita quoque deficere dicitur causa publica, in quam nec emptor census cauit pecuniam esse erogandam, de quo nec alio modo mentio facta fuit à contrahentibus, vt in proximis terminis aduertit Rot. *decis. 259. num. 5. 6. & 9. par. 17. recent.*

Vlterius Constantius, cùm esset minor, non poterat as-
sumi ad Præfecturam Annonæ, † tùm quia minores à iu- 13
re prohibentur eligi ad publica officia habentia annexam administrationem rerum publicarum, Iuxtà Text. *in l. ad Rempub. ff. de muner. & honor.* Losseus *de iur. Vniuers. par. prima cap. 3 num. 29.* Paschal. *de Iurepatr. potest. par. 4. cap. 4. num. 4.* Narbon. *de ætat. ann. viginti quinque quæst. 67. num. primo*; Nam interest Reipublicæ gubernacula Senioribus
demandari, non autem † Adolescentulis, propter quo- 14
rum fragile consilium maximas Respublicas ruisse notat Aristot. *lib. primo politic. cap. 8. & lib. primo Retoric.* cuius verba refert Mastril. *de Magistr. lib. 2. cap. 5. num. 5.*

Tùm etiam attento Statuto † Eugubino, quod in Ru- 15
brica 30. statuti huiusmodi muneri præfici Viros primarios,
& discretos, vndè censetur excludere minores, † quibus 16
deficit consilium, & discretio, Bart. *in l. prima versic. quædam suat, C. qui ætat. & profess. se excus. suat*, Suarez. *alleg. 12. num. 2.* & patet, dum idem Statutum pro Viris primarijs, & discretis intelligit homines ætatis annorum

17 triginta, † vt in Rubrica 20. & 22. Verbum enim vno mo-
18 do acceptum ab vno capite Statuti, † eodem modo accipien-
19 dum est in alio, cùm vna pars illius declaret, † & suppleat
alteram, Alderan. Mascard. *de general. statut. Interpr. con-
clus.2. num.116.* Paris. *consil.97. num.16.* Rota *decis.16. num.6.
par.8. recent.*

Non obstat auctoritas *Baldi Nouelli*, quia loquitur in ter-
minis longè diuersis, nempè quando minor gerens publi-
cum ministerium occasione illius contrahendo se obligat in
fauorem Reipublicæ, non autem quando contrahit pro-
prio, & generali nomine cum priuato, vt in præsenti, &
nihilominus vbi etiam contractus esset fauore Reipublicæ
20 solitus adhuc † rueret, dum Statutum indistinctè irritat
omnes contractus contra eius formam factos, Farinac. *con-
sil.183. nu.3. & seqq. lib.2.* & reprobato Baldu, & sequacibus,
firmat Rouit. *decis.69. nu.19.*

Quod autem Eminentissimus D. Cardinalis Legatus Vr-
bini confirmauerit electionem factam de persona Constan-
21 tij in Abundanzerium, nihil potuit in esse, † quia per hu-
iusmodi confirmationem fuit dumtaxat satisfactum Statu-
to requirenti literas patentes Principis, vt legitur in Rubri-
ca 30. non autem per illam censetur habilitatus ad contra-
hendum, sed potiùs est præsumendum illum in tantùm con-
firmasse, in quantùm videns illum electum, credidit in eo
concurrere qualitates à Statuto requisitas, præsertim quia
22 minoritas Constantij illi non innotescebat, † vnde dici ne-
quit, quod cum eo voluerit dispensare circa ætatem, Rota
*decis. 114. num 4. part.2. recent. & decis.83. num.16. coram Du-
rano*, Suarez. *alleg.12. num.23. & 24.* quidquid dicendum es-
23 set, si Legatus † motu proprio, & scienter illum ad huius-
modi munus euexisset, vt distinguit Mastril. *de Magistr. di-
cto lib.2. cap.5. num.58.*

Et ità mandatum non esse exequendum dictum fuit,
vtraque &c.

REVERENDISS. D. ALBERGATO
Sacræ Rotæ Decano.

Romana Melioramentorum.

Sabbati 23. Ianuarij 1677. Rota Martiniana.

ARGVMENTVM.

Domum emphyteuticam vigore pacti conuenti pro se retinere prætendebat dominus directus, quia illa fuerat Ecclesiæ legata. sed cum de refectione melioramentorum disceptatum, sit, totum legatario persolui mandatur, nulla habita ratione meliorati, & impensi, quia talis conuentio solam prælationem importabat, quæ cæteris paribus, non aliud infert, quam quod ille, cui prælatio debetur, subintret in locum alterius.

SVMMARIVM.

1 *Dominus directus vigore pacti potest pro se retinere emphyteusim si illius melioramenta alijs personis legata fuerint.*
Et talis conuentio nihil aliud est, quam simplex prælatio, seu retractus. ibidem & num. seqq.
2 *Dominus directus si velit in venditione rei emphyteuticæ præferri, tenetur soluere idem pretium, quem soluisset extraneus.*
Melioramentorum soluendorum ratio de impenso & meliorato non habet locum, si dominus directus voluerit præferri, vel pro se retinere. ibidem, & per tot.
3 *Prælatio nihil aliud operatur, quam ille, cui competit, cæteris paribus subintret in locum alterius.*
4 *Dictio, seu, quandoque non stat alternatiuè, sed dispositiuè, & declaratiuè.*
5 *Melioramenta, & annui redditus habentur pro synonimis, & quando.*
6 *Area domus, vulgo* Cortile *eodem iure iudicatur, ac ipsamet domus, & quando.*
7 *Area domus dicitur membrum, & de pertinentijs domus.*
8 *Domus appellatione venit etiam ædificium, eiusque situs.*
9 *Augumentum valoris situs domus cedit emphyteutæ, non autem domino directo, & num. 15.*
10 *Damnum rei emphyteuticæ, nisi tota res pereat, spectat ad emphyteutam, non autem ad dominum directum.*
11 *Augumentum rei emphyteuticæ siue latens, siue patens pertinet ad Dominum vtilem, non autem directum.*
12 *Melioramenta quando Dominus directus emphyteutæ soluere tenetur ex pacto, non fit distinctio meliorati, & impensi, sed totum persoluitur.*

DECISIO IV.

QVamuis Monasterium S. Siluestri de Capite volens vti
pacto in Instrumento Inuestituræ apposito, nec ho-
die recusaret soluere Patribus Beatæ Mariæ de Populo sub-
stitutis in Testamento Isabellæ valorem melioramento-
rum, seu Domus, de qua agitur, sed tantùm contro-
uerteret quantitatem repetendo ipsum tamquam Domi-
num directum soli, in quo Domus est constructa, non te-
neri ad solutionem illius augumenti, quod vltra impensam
erogatam, in ædificando prouenit ex qualitate domus, lo-
ci, & situs, vbi illa reperitur ædificata, sed dumtaxat ad
simplicem solutionem pretij cæmentorum, & materiæ,
ex qua domus componitur; Nihilominus Rota hodie ap-
probauit decisionem coram me editam 28. Iunij 1675. in qua
resolutum fuit melioramenta esse soluenda in scutis 1810.
& b.34. iuxtà relationem tertij Periti.

Nam fuit ab initio conuentum inter emphyteutam, &
Monasterium, quod in euentum in quem melioramenta
facienda in solo emphyteutico legarentur alicui Loco Pio,
posset Monasterium illa pro se retinere, solutis Legatario
melioramentis, vt liquet ex lectura Instrumenti, cuius
verba recensentur in principio præteritæ † decisionis, 1
quod pactum nihil aliud tribuit, nisi prælationem, seu re-
tractum, non secus ac si ageretur de venditione, in qua si
Dominus directus præferre vellet, † teneretur soluere idem 2
pretium oblatum, ab emptore, nulla facta distinctione in-
ter pretium cæmentorum, & valorem ædificij, vt notat
Molin. *de contract. disp 463. num.9.* cùm prælatio nihil aliud
operetur, † quàm ille, cui competit, cæteris paribus, pro 3
eodem pretio, & cum eisdem pactis subintret in locum em-
ptoris, Mandel *consil.107. num.2* Surd. *consil.424. num.19.* &
plores cumulat Giurba *obseru 25.*

Nec subsistit, quod contrahentes respexerint ad sola me-
lioramenta, quia habita fuit ab eis ratio etiam de redditibus
ex eis percipiendis, dum dictum fuit licere Monialibus me-
lioramenta retinere facta solutione de melioramentis, seù
annuo redditu, vnde patet etiam fructus, & redditus ipso-
rum melioramentorum fuisse à Partibus habitos in conside-
ratione, & ab eis quodammodo voluisse regulari pretium,
casu quo eueniret casus legati; Nil vrgente dictione, *seù*,
† per quam vtpotè alternatiuam Monasterium prætende- 4
bat esse in eius arbitrio soluere alterum ex alternatis, quo-
niam, vt respondet præterita decisio, talis dictio in propo-
sito casu non stat alternatiuè, sed expositiuè, & declarati-
uè, dum contrahentes pro synonimis habuerunt me-
lioramenta, † & annuos reditus, Rota *coram Seraph.* 5
*decis. 393. numero nono & decis. 436. numero sexto coram
Merlino.*

Neque ad diminuendam summam in relatione contenta
debet defalcari situs Areæ, vulgo, *Cortile*, tamquam nu-
dus, & discopertus, quia talis absolutè dici non potest; cùm
sit stratus silice, ac muris circundatus, & in eo existat pu-
teus, furnus, & fons ad vsum domus; propterea de isto si-
tu † tanquam de pertinentijs domus iudicandum est id, 6
quod de domo, cuius † membrum Area reputatur, ad tra- 7
dit. per Bart. *in l. cætera §. hoc Senatuss. de legat. 1.* quem se-
quitur Negus. *de pign. 4. membr. 2. par. num. 138. in fine, &
139.* Barbos. *appell. 83. num. 1. in fine*, vbi quod appellatione
domus † venit etiam ædificium, siue situs. 8

Prout nec defalcari potest augumentum valoris situs, in
quo domus est ædificata, quia huiusmodi incrementum,
tamquam proueniens ex beneficio temporis, fabricis cir-
cumcirca factis, † cedit commodo Domini vtilis, non au- 9
tem directi, vt notat Fulgin. *de Emphyt. tit. de solut. can. quæst.
13. ferè per tot.* & signanter *num.8* dicitur esse rationi con-
gruum, quia sicut omne damnum, siue latens, siue pa-
tens, in re emphyteutica contingens, spectat ad emphyteu-
tam, † nisi tamen tota res pereat, iuxtà Textum *in l. 1.* 10
C. de iur. emphyt. & in §. adeò autem instit. de locat. vbi glos. *in
verbis particularis* ad propositum disticon recenset late Tho-

saur.

11 *laut. decis.20. per totam*, ita etiam sequitur † emphyteutam omne augumentum siue patens, siue latens, & ex hac ratione affirmat ibidem Fulgineus moueri Bartol. Bald. Salicet. Iason, & alios *in d.l. 1. C. de iure emphyt.*

Quod autem in refectione melioramentorum respiciendum sit impensum, & melioratum, & deindè soluendum, quod est minus, non adaptatur casui nostro, quia quando Dominus directus ex pacto tenetur soluere emphyteutæ melioramenta ab eo facta in Prædio Vrbano, tunc huius-
12 modi meliorationes † æstimantur, & solui debent tanti, quanti valent de tempore solutionis iuxtà valorem ipsius ædificij incorrupti, & integrè sumpti, non autem secundum id, quod valet materia, & opera impensa ab emphyteuta in illo construendo, nec secundum id, quod cæmenta, & rudera vendi possent ædificio diruto, Simon de Pretis *de interpretat. vltim. volunt. lib 3. dub.5. solut.5.* Barzius *decis. 23. num.15.* Molin. *de rit. nupt. lib.3. quæst.73. num.10. & sequen.* Velusc. *de iur. emphyt. quæst.25. num. 28.* Barbos. *in l. diuortio §. fin. par.1. num.109. & seq. ff. solut. matrim.* Giurba *ad consuetud.* Messan. *cap.15. glos.12. a.7. & 8.* Amat. *resolut. 14 num.38. & 39.* Petr. *de fideicommissis quæst.15. nu. 177.* & hanc opinionem secuta est Rota *decis.186. part 2. diuers. & 650. num.3. par.2. rec.* & distinguendo inter Prædium vrbanum, & rusticum, respondet contrarijs alia *decis. huius causæ §. nihilominus, & seqq.*

Demum non facit ad rem, quod domus prætendatur deuoluta ob lineam finitam, quia præter quod super huiusmodi deuolutione Monasterium sententiam contrariam reportauit, id visum fuit extra dubium restrictum dumtaxat ad quam summam soluenda sint melioramenta, super quo Rota debet solum dare votum iuxta formam commissionis directæ Reuerendiss. Vicesgerenti, qui in sententia lata super deuolutione reseruauit Monialibus ius vtendi prædicto pacto soluendi melioramenta quatenus domum pro se retinere velint &c.

Et ita Domini steterunt in decisis, vtraque &c.

R. P. D. CALATAIV.

Romana Dotis, & Fructuum.

Sabbati 23. Ianuarij 1677. Rota Martiniana.

ARGVMENTVM:

A consequutione fructuum suæ dotis excludi prætendebatur. Vidua, ex eo solum, quod esset renupta, & sic alimentari debuisset à secundo viro, illos tamen eidem deberi decidunt ad formam nostri statuti, quod quamuis de Vidua loquentis, habet etiam locum, si illa ad secundas conuolauerit nuptias, quia non per hoc amiserat iura, & priuilegia dotalia.

SVMMARIVM.

1 *Statutum Vrbis* lib.1.cap.137. *de fructibus dotalibus viduæ comprehendit etiam binubam.*
2 *Mulier binuba, & Vidua æqualiter comprehenduntur à statuto generaliter loquente.*
3 *Rubrica statuti generaliter loquentis non restringitur à nigro, & quando sup. num.2.*
4 *Dictio*, donec, *denotat perseuerantiam vsque ad tempus, ad quod fuit appositu.*
5 *Fructus dotis non restitutæ non conceduntur intuitu personæ, sed ex speciali priuilegio eiusdem dotis.*
6 *Vidua defuncta post factam interpellationem pro restitutione suæ dotis, transmittit ius percipiendi fructus ad illius hæredes.*
7 *Mulier transiens ad secundo vota non amittit ius percipiendi fructus, quos in sua viduitate recipiebat.*
Amplio, quia nec etiam perdit priuilegia dotalia. ibidem.
8 *Alimentorum ratio cessat in vidua, quæ alimentari debet à secundo viro.*
9 *Statutum Vrbis* lib.1.cap.137 *de fructibus dotis viduæ soluendis, procedit etiam si vidua habeat aliunde.*
10 *Fructus dotis mulieri debiti aliud est quod debeantur iure actionis, aliud verò si solo iudicis officio.*
11 *Maritus si non habuit dotem vxorem alere non tenetur.*
12 *Mulier secundo nubens censetur renupta cum eadem dote primo viro tradita.*
13 *Præsumptio iuris habetur pro liquidissima probatione.*
14 *Actio dotalis licet à muliere binuba censeatur data in dotem secundo viro, ab ipsa tamen solum exerceri potest.*

DECISIO V.

DIxerunt Domini sub die 8. Iunij proximi præteriti Statutum Vrb. *lib.1. cap.137.* vbi disponitur, † quod Viduæ debeantur fructus post iudicialem interpellationem, 1
& post moram non restitutæ dotis comprehendere etiam binubam: Tùm ex verbis generalibus d. Statuti, tùm ex identitate, imò maioritate rationis, & per consequens esse procedendum ad vlteriorem executionem mandati A. C. relaxati; & reproposita hodie Causâ, Domini steterunt in decisis ex eisdem rationibus relatis in decisione.

Rubrica enim dicti Statuti loquitur generaliter ibi: *de
fructu Dotis pro alimentis*, † vnde generaliter est intelligen- 2
dum de quacumque muliere tam vidua, quàm binuba creditrice dotis, ex latè congestis *in decisione §. respectu enim*,
† nec potest restringi à nigro bis faciente mentionem viduę, 3
nam dictum nomen stat ibi demonstratiuè, non autem taxatiuè: Idque euidenter conuincitur, quia non determinat solutionem fructuum quousque mulier sit viuua, sed donec *Dos* (sunt verba Statuti) *à quocumque debita restituta sit*, vnde etiam viduitate cessante, non cessat solutio fructuum, si dos soluta non fuerit, cùm illa dictio, *donec*, denotet perseue-
rantiam vsque ad tempus † restitutionis, cui fuit à Statu- 4
to adiecta, ex cumulatis per Barbos. *dict.93. n 4. & 5.* Grat. *consil.81. num.26* Nec Statutum concedit solutionem fru-
ctuum intuitu personæ, sed propter moram, † & ex reali, 5
& speciali priuilegio ipsius dotis, vt in specie tenuerunt Cardin. Parii. *consil.64. num.5. lib.4.* Spadazz. *in theatr. vidual. disquisit. 13. num 67. & 68.* Hinc si vidua post iudicialem interpellationem decedat, tale ius percipiendi dictos fructus
transit ad ipsius hæredes etiam extraneos, † & durat quous- 6
que dos restituta sit, quia onus est reale, Ant de Cordoba *in l. si quis à liberis §. si quis num.140 ff. de liber. agnoscen.* Neapod. *ad Consuetud.* Neapol. *in consuetud. Viro mortuo num. 58.* quem sequitur Franch. *decis.338. per totam*; vndè multò ma-
gis si ipsa transierit ad secundas nuptias, † cùm exindè non 7
amittat priuilegia circa suam dotem, Bald. *in l.2. ff. de Iur. dot. & in l. nupta ff. solut. matrimon* Bulgherin. *in repetit. l. primę num.12. & 14. ff. solut. matrimon.*

Non obstat, quod Statutum decernat fructus ad hoc, vt
vidua possit se † sustentare, & dicta ratio cessat in binu- 8
ba, quæ debet alimentari à secundo viro, vt respondit Rota *coram Coccin. decis.1781. num.5.*, & post Gilian. *ad statut. Perus. decis.72. num 9 & in Romana transactionis 16. Martij proximi præteriti coram Reuerendissimo Lennno meo Decano.* Quia vt fuit responsum in decisione, Statutum Vrbis (quidquid sit in alijs) cogit debitores dotis ad solutionem fru-
ctuum, etiamsi mulier aliundè habeat, † ex quo viuere pos- 9
sit, cùm pro illis det actionem, vt tenent Fenson. *ad dictum Statutum num.15.* Gratian. *discept.920. num.9.* & in specie fru-
ctuum debitorum † iure actionis plenè Ioseph. Ludouic. *de- 10
cis. Perus.92. num.7. & seqq.* Sed cessat difficultas, quia dum
secundus vir dotem sibi debitam non habuit, † non tenetur 11
vxorem alere, Rota *coram Peutingerio decis.234. nu.14.* cum alijs adductis in decisione, quæ etiam respondet decisionibus Coccini, & aliorum in contrarium allegatis loquentibus in diuersis terminis.

Multoque minus subsistit, quod saltem isti fructus non debeantur mulieri, sed secundo viro, qui modò non agit, nec debitores dotis vmquam interpellauit; Nam D. Ducissa transiuit ad secundas nuptias nulla viro promissa,
† nec constituta dote, & quamuis censeatur renupta cum 12
eadem dote primo viro tradita, ad text *in l. Dotem quę ff. de
iur. dot.* & ista præsumptio † habetur pro liquidissima pro- 13
batione, Menoch. *consil.5. num.10.* tamen maritus, cui nomen debitoris dotis non fuit cessum, agere non potest, sed
actiones directæ competunt solum ipsi mulieri, † quæ mo- 14
dò agit, & pluries interpellauit ipsos debitores dotis, *l. nominibus C. de act. & oblig.* Alex. *consil.122. nu.10. lib.7.* Rota *coram Peutingerio d. decis.234.* cum alijs adductis *in decisione §. minus releuat.*

Exceptio denique prætensæ subtractionis gemmarum, vtpotè discutienda in alio particulari dubio, super quo hodie non fuit capta resolutio, non fuit habita in consideratione in hoc iudicio executiuo, ad effectum retardandi restitutionem dotis, ex rationibus adductis in præceden-

tibus decisionibus coram Reuerendiss. D. meo Decano & coram R. P. D. meo Taia.

Et ita, vtraque Parte informante, resolutum fuit.

Præsens decisio fuit confirmata sub die 24. Maij 1677. coram eodem R.P.D. Calatuin, quæ infra cum aliis decis. eadem die emanata suis loco, & tempore apponetur, cæteras verò decisiones in hac causa emanatas concordauimus supra in alio præcedenti tomo secundo decimæ octauæ partis in eulee dec. 727.

R. P. D. RONDININO.

Montis Falisci Archipresbyteratus.

Sabbati 23. Ianuarij 1677. Rota Martiniana.

ARGVMENTVM.

De probatione iurispatronatus tractatur, maximè in Potentatibus, & Vniuersitatibus ad formam Concilii, in quibus plerumque requiritur centenaria possessio, vel immemorabilis, quæ debet esse completa, itaut minor numerus centum annorum non sufficiat; Rursùs quatenus computentur, vel non imputentur in illo collationes factæ à Sede Apostolica.

SVMMARIVM.

1 *Iurispatronatus ad probationem quæ requisita concurrere debeant ad mentem Concilij in Vniuersitatibus, Principibus, & familijs potentibus iurisdictionem habentibus.*
2 *Vsurpationis præsumptio cadit in personis potentibus iurisdictionem habentibus.*
3 *Centenaria an æquipolleat immemorabili super probatione iurispatronatus in potentatibus, & Vniuersitatibus.*
4 *Castri Status hodie est deuolutus ad Reuerendam Cameram Apostolicam.*
5 *Centenaria præscriptio debet esse completa, & octoginta, & amplius anni non sufficiunt.*
6 *Collationes beneficij de iurepatronatus factæ à Sede Apostolica tamquam de libero etiam cum clausula,* dummodò, *non computantur in numeru præsentationum.*
7 *Collationes Beneficij factæ à Sede Apostolica maximè cum clausula* dummodo &c. *illius statum non mutant.*
8 *Collationes Beneficij de iurepatronatus factæ à Sede Apostolica interrumpunt cursum præsentationum Patronorum.*
9 *Præsentationes iurispatronatus effectuatæ requiruntur, itaut solæ enunciatiuæ non sufficiant.*
10 *Enunciatiuæ eo minus suffragari possunt, si dubitatiuè sunt admissæ.*

DECISIO VI.

DEcisionibus requisitis ab œcumenica Synodo Triden-
1 tina *sessione 25. de reformatione cap.9.* † ad probatio-
nem Iurispatronatus in Vniuersitatibus, Principibus, &
familijs potentibus iurisdictionem habentibus, in quibus
2 vsurpationis † præsumptio adesse censetur, vt nempè de
Patronatu constet ex Instrumento fundationis, aut dotationis, vel per immemorabile tempus, vna cum præsentationibus effectum sortitis, non minori spatio annorum quinquaginta, dixerunt proindè Domini iterum, non constare de Iurepatronatus, de quo agitur, approbando fundamenta decisionis prima Iulij * 1676. coram me.

Quidquid enim sit, an centenaria quasi possessio præsen-
3 tandi † æquipolleat in hoc casu consuetudini immemorabili à Concilio requisitæ adhuc ex facto remouebatur omnis difficultas, cùm, vt obseruat decisio præterita, non adsit centenaria ex defectu temporis, quia ab anno 1556. ex quo desumitur prima præsentatio Dominorum de Farnesijs in
4 hac Ecclesia Terræ Capitis Montis in Statu Castri † ad
Cameram Apostolicam deuoluti, vsque ad annum 1644. quo prouisus fuit Ioannes Franciscutius Patruus Mariani collitigantis à Sede Apostolica de controuerso Archipresbyteratu prouisi, tamquam de libero non effluxerint anni
5 centum, † sed solùm octoginta octo, insufficientes proindè
6 ad centenariam quasi possessionem præsentandi, † pro qua
computari non possunt subsequentes præsentationes à Sede Apostolica emanatæ, tamquam de libero, cum clausula, *dummodò ad ipsam illa vicibus pertineret*, quia licèt vera sit regula ab Informantibus contra decisionem deducta, vt pro-
uisiones Apostolicæ, † attenta potissimum prædicta clau- 7
sula statum beneficij non mutent, cum insuper emanauerint tempore belli, adhuc tamen negari non potest quin sit
interrupta continuatio præsentationum † requisita ad hunc 8
effectum, ex ratione, de qua in proposito Rota *diuersor. parte tertia decis. 169. ad finem*, & post Viuianum *de iurepatronatus decis. 9. num. 8.*

Accedit, quod non afferuntur præcisæ præsentationes ef-
fectuatæ, † sed vt plurimum illarum enunciatiuæ cum af- 9
sertiuis iurispatronatus admodum incertis, & ambiguis,
† quas dubitatiuè Ordinarij admiserunt, vt probatur in 10
præterita decisione, cum qua Domini transierunt, vtraq; Parte informante.

Supra in alio præcedenti tomo secundo ulterius decimæ octauæ partis adest hæc altera, quæ hic confirmatur decisio, quæ ibi est in ordine 782.

R. P. D. TAIA.

posteà S. R. E. Cardinalis

Pisana Canonicatus, & Præbendæ.

Sabbati Rota Martiniana 23. Ianuarij 1677.

ARGVMENTVM.

Substinendam præsentationem deciditur, quia præsentato assistebat vltimus status Beneficij, & si patronus qui præsentauit, nouus forsan dici posset, acquisierat quasi possessionem præsentandi, scientiæ, & patiente patrono antiquo, non obstante quæstione proprietatis, quæ absorbet possessorium, quia de ea liquidò con constabat.

SVMMARIVM.

1 *Patronus si est in quasi possessione præsentandi, validè præsentat, & eius præsentatio admittenda est.*
2 *Status vltimus in beneficialibus attenditur ad effectum validitatis collationis.*
3 *Præsentatio vnica cum subsequuta institutione sufficit, ad acquirendum vltimum statum, & constituendi patronum in quasi possessione præsentandi.*
4 *Præsentatum in possessione beneficij obijsse sufficit, vt de vltimo statu, & de quasi possessione patroni constare dicatur.*
5 *Institutio, & admissio præsentati ad beneficium, iurispatronatus non fit, nisi præuio edicto.*
6 *Patronus nouus si fuit admissus ad præsentandum cum scientia antiqui patroni in quasi possessione constituitur.*
7 *Scientia præsumitur in patrono de præsentatione beneficij, quæ præuio edicto facta est.*
8 *in Foueam quam fecit sæpe quis incidit, ac etiam in Scyllam, cupiens euitare Charybdim.*
9 *Patronus nouus si præsentauit sciente patrono antiquo, possessionem acquirit, vbi alter illam perdidit, & præsentatus habetur pro legitime præsentato.*
10 *Præsentatis pluribus à diuersis patronis, admittitur ille, qui à vero patrono præsentatus est, & quando.*
11 *Proprietatis quæstio absorbet possessorium, si liquido de proprietate constiterit.*
12 *Præiudicium inferri non debet, ei qui de iure aliquid debuit habere.*

DECISIO VII.

DOmini vnanimes steterunt in decisis 4. Decembris proximi insistentes paucioribus, firmioribus rationibus, ex hoc est, quod hodie confirmatis, videlicet stante iure, quod existens in quasi possessione iurispatronatus,
seù præsentandi validè præsentat, & eius † præsentatio 1
admittenda est *cap. Consultat. 19. de iurepatronatus*, & ibi Barbos. *num. 5.* & cum huiusmodi regulis anteà, & postea, itaut
denique vltimus status in beneficialibus † consideretur 2
ad effectum validitatis collationis apud Barbos. *ibidem num. 7.*

3 *au. 7. cum alleg.* etiam ex † vnica præsentatione, & institutione secuta *d. cap. Consultationibus*, & cum alijs Lambertin. *de iurepatronatu quæst. 3. art. 11. num. 1. & seq. art. 12. q. 2. par. 1. lib. 2.* & cum alijs Barbos. *ad dictum cap. Consultat. numero sexto.*

Constitit quoque factum, quia Petrus Paulus fuit præsentatus ab illis de Agliatis causam habentibus ab Artemisia, quæ in præcedenti vacatione per dimissionem Didaci præsentauit vti Patrona pro maiori parte Octauium proinde institutum 24. Aprilis, & sententia confirmatum 12. Se-
4 ptembris 1658. stylo † Pisano, adeoq; in Canonicatus possessione defunctum, quod sufficit ad hunc effectum, vt breuius, & melius inquit Rota *decis. 176. num. 4. par. 15.* de multis aliter non alia locutis, & in confirmata decisione notatis à §. *notando quoque.*

Nec placuit, quod Sfortia pars altera dicebat assumendo, monasterium Patronum, non attendi præsentationem aliorum, quia quilibet etiam alius in præiudicium Patroni possit præsentare præsentatum à Patrono absque scientia Patroni adeò absque consensu.

Sed potius placuit confirmari præsentationem Artemisiæ, quia etiam quando nouum possessor præsentat cum alijs compatronis, & fuit admissus, ex quo admissio, & insti-
5 tutio non fit nisi posito Edicto, † præsumitur scientia eius
6 quoad hoc † vt illa præsentatio cum institutione efficiat illum possessorem, quia debuit sciuisse ex quo Edictum ema-
7 nauit Ecclesia † vacante, & de Rectore est prouisa, vt sensit, & scripsit Lambert. *dicta quæst. 3. art. 10. nu. 3. ad fin. vers. Tu dic.*

Quod magis placuit ex attestatione, & sententia subsecuta Vicarij Generalis Archiepiscopi, qui etiam curare ius monasterij maxime debuit, & ex temporis cursu, quo præsentatus, & institutus Octauius superuixit ab anno 1658. Pisano, & Romano 1657. in annum 1675 Pisanum, & Romanum 1674. 15. Aprilis cum ipsa die functus est Octauius, nec monasterium, nec monasterij officiales pro suo iurepatronatus quæsiuerint vnquam quomodo intrauerit huc Octauius Canonicus in Ecclesia Pisana.

Supradicta species beneficijs præcipuus Canonicatus, & præbenda in Ecclesia Pisana, cui magis intendentes præsentandi, quam præsentantes adiuissent Monasterium, & Monasterij officiales pro libera propria præsentatione.

Minùs obfuit, Petro Paulo, sed & satis proficit, quod Sfortia obijciebat contra hanc præsentationem, & sententiam, & saltem quasi possessionem Patronatus præsentantium Petrumpaulum, & subinde institutionem, & possessionem Canonicatus Octauij vltimi præsentati, quod Chyrographum Monasterij ad præsentandum pro minori parte non sit de actis, sed sit extractum de quodam cumulo, seu fascio scripturarum anni 1658. Sfortia non citato, cui & Actuario, nec deferendum sit, quodque neque verificetur Monachis, Chirographum scripsisse, vel Chyrographo subscripsisse negantibus.

Eteuim salua veritate, vt Petrus Paulus dicebat, Sfor-
8 tia incidit in foueam quam fecit, † & in scyllam cupiens vitare Charybdim. vt hoc magis qualiscumque præsentatio Monasterij inanis, non solum inepta, eaque supposita profuit præsentantibus Petrum Paulum, ita vt quodcumque, & qualecumque ius ex vltima præsentatione sit, maius sit totum pro laica parte, quàm pars cum altera parte monastica, & totus status vltimus pro Petro Paulo nunc præsentato adeout si Monasterio Patrono, & in quasi possessione, alij etiam non Patroni, nec in quasi possessione præsentassent, præsentatus haberetur pro legitimè præsen-
9 tato, & Monasterium, † quod prius erat in possessione amisisset possessionem, & illam acquisiuissent alij, qui præsentarunt, & hoc expressè probatur in *d. cap. Consultat.* apud Lambert. *dicta quæst. 3. art. 16. num. 13.*

Cæterùm ad propositas à Sfortia præsentationes Monasterij annis 1591. & 1596. ex quibus limitabat, & dimoue-
10 bat *d. cap. Consultat.* quod hoc † tempore præsentationis constaret de defectu proprietatis possessionis, vt ibi notatur post alios à Barbos. *num. 3. vers. nisi de tempore*, procedatur
11 cum ijsdem, ipsoque Barb. si liquido constaret † de proprietate patronatus, præferendus, sine dubio esset, qui ab ipso proprietario est præsentatus ex resolutis per Abb. apud Barbos. *ibidem, & infra vers. Quando verò.*

Neque enim visum est liquere ex schèmate, & serie successorum controuersia, & alijs propterea prætermissis, nisi & minus liquere non solum ex aliqua præsentatione Raynerij de Nocchis præsentantis Clementem della Croce deducta à Petro Paulo, sed ex ipsis recentibus præsentationibus Monasterij deductis à Sfortia vsque ad præsentationem hanc vltimam controuersis.

Et facilius DD. conuenerunt in decisionem, & standum in decisis, vt Alexander Tertius venit in constitutionem
cum ex hoc ei, † qui de iure debet habere nullum in poste- 12
rum præiudicium inferatur, inquit ipse *d. ca. Consultationibus*.

Et ita Vtraque &c.

R. P. D. T A I A.

postea S. R. Ecclesiæ Cardinali.

Vallisoletana prætensi Iurispatronatus.

Mercurij 27. Ianuarij 1677.

A R G V M E N T V M.

Declaratur Concilium Tridentinum super materia vsurpationis iurispatronatus, in Potentatibus, Communitatibus, & Vniuersitatibus, quod scilicet ad eam excludendam requirantur præsentationes effectum sortitæ, quæ non minus centum annorum tempus requirunt, sed etiam per publica, & authentica documenta probari omnino debent.

S V M M A R I V M.

1 *Commissio causæ appellationis cum clausula* constito de tribus, *an abusiua dici debeat, cum tertiò prouocare non liceat.*
2 *Causa commissa cum clausula* constito de tribus *alia formalis habetur instantia, quæ tamen secundum iuris dispositionem dicere non debuisset.*
3 *Iudex in commissione cum clausula* constito de duabus, vel tribus *super sola executione pronunciare deberet, non autem super meritis.*
4 *Beneficia omnia de iure præsumuntur libera.*
5 *Iuspatronatus in personis in quibus cadit præsumptio vsurpationis, plenè, & concludenter probari debet, & quomodo.*
6 *Præsentationes effectum sortitæ requiruntur ad probationem iurispatronatus in personis potentibus, & quidem per publica documenta.*
7 *Concilium Tridentin. super præsumptione vsurpationis iurispatronatus in Potentatibus habet locum, tam in petitorio, quam in possessorio.*
8 *Concilium Tridentinum super præsumpta vsurpatione iurispatronatus, procedit etiam in Communitatibus, & Vniuersitatibus, quamuis illæ fuerint paruæ num. 9.*
10 *Vsurpare per se ipsos, & per alios paria sunt.*
11 *Indirectè permitti non debet, quod prohibetur directè.*
12 *Præsentatus ad beneficium iurispatronatus admittendus non est, si præsentatio cum contradictione facta sit, & post appellationem obtenta institutio.*
13 *Processus extraiudicialis non admittit appellationem.*

D E C I S I O VIII.

PRetextu, quod in districtu Abbatiæ Medinæ del Campo ad Incolas locorum spectaret iuspatronatus Ecclesiarum Parochialium locorum, quorum erant Incolæ, sequuta intra destrictum Abbatiæ depopulatione Villæ Valdefuentes, factaque ab ordinatio in actu visitationis translatione Parochialis, & plurium in ea Beneficiorum, vna cum reliquis rebus sacris ad Ecclesiam de Alaexo, cepit Comes Dominus Villæ prætendere ad se deuolutum iuspatronatus, & ad Beneficium vacans per obitum Francisci 19. Februarij 1667. præsentauit Ioannem 30. Martij seq. Et licet Vicarius Abbatiæ manutentionem Comiti concesserit, tamen appellantibus Promotoribus Fiscalibus Abbatiæ, & Curiæ Vallisoletanum, Ordinarios reuocauit sententia, quæ fuit alijs duabus confirmata; Quamuis autem tertius Iudex illarum Partium appellationi detulerit ad vtrumque effectum, visis, vt ipse asserit, Decretis Regij Consilij, causa ad Curiam deuoluta, & à Signatura commissa cùm Clausula constito

de tribus, cuius partim vsus, & partim abusus, nisi contra
1 † legem, saltem præter legem, & rubricam ne liceat in
vna, eademque causa tertio prouocare Cod. *tit. 7. lib. 7. Clement. 1. de sent. & re iudic.* occasione disputandi super verifi-
2 catione † Clausulæ consilio, alia formalis habetur instan-
tia, vt notat *R.P.D. de Luca in tract. de Iudicijs disc. 36. n. 54.*
quando Iudex virtute Commissionis constito de duabus non
3 potest pronunciare super respicientibus † merita causæ, sed
tantùm super exequtione aliarum sententiarum inquit Ro-
ta *coram Dunoz. Iuniore decis. 189. num. 1.*

Quandocumque altera Parte non comparente, adeò non
informante validitas sententiarum apparuit in actis causæ,
4 iustitia quoq; de iure, vt omnia † Beneficia Ecclesiastica
libera præsumantur pro Ecclesiastica libertate, In ijs verò
personis, seù Communitatibus, vel Vniuersitatibus, in
5 quibus id ius plerumque ex † vsurpatione potius præsumi
solet plenior, & exactior probatio ad docendum verum ti-
tulum requiritur, nec immemorabilis temporis probatio
aliter eis suffragatur, quam si præter reliqua ad eam neces-
saria, præsentationes etiam continuatæ, non minori sal-
6 tem, quam quinquaginta annorum spatio, † quæ omnes
effectum sortitæ sint Authenticis scripturis probentur ex
Conc. Trid. *cap. 9. de reform. sess. vltima*, quod habet locum,
7 tàm in petitorio, quam in † Possessorio iuxta decretum
Congregationis Concilij apud Garz. *de Benef. cap. 2. num. 198. vers. ad decimum nonum part. 3.* Rota *coram Bichio decis. 148. in fine confirmata in decis. 155. num. 1.* & opportunè declarando
quando est quæstio super libertate Beneficij coram ipso Bi-
chio *decis. 188. num. 2. & 3.*

Et de hoc Patronatu nulla quidem probatio afferebatur
præter præsentationem Incolarum, & Castri depopulatio-
8 nem, & adhùc Concilium † loquitur pariter de personis,
& Communitatibus, vel Vniuersitatibus, vt notauit Bar-
9 bosa *ad d. cap. 9. ex n. 49.* adijciendo etiamsi Vniuersitas, †
seù Communitas parua sit, maximè cum personæ Comiti
Domino subditæ essent, qui pariter, & potiùs vsurpasse,
10 per Incolas † subditos, ac per se ipsum, & ità obliquè
11 † quam directè præsumitur, & nihil probatum est de requisi-
tis à Concilio supradictis.

Atque ità non obstat, quod asserat Dominus se præsen-
tasse etiam ante depopulationem, quia si verum est, parum
iuuat, nisi & non parum nocet Domino comptimenti vna
cum populo Ecclesiam; Immò, nec verum est, cùm con-
trarium constet ex testibus, Comitem numquam præsen-
tasse.

Neque profuit Comiti admissio ad præsentandum in
Contradictorio Fiscali, quia neque in petitorio, neque in
possessorio Iudicio suffragatur, vt supra, & multò minùs
contra tres sententias conformes, ne præsentatus ab eo sit
12 admittendus hoc † ipso, quod præsentatio fuit cum con-
tradictione, & post appellationem institutio. Lotter. *de re Benef. quæst. 13. n. 80. lib. 2.* Rota *coram Buratto decis. 625. n. 1. & decis. 695. num. 2. & coram Coccino decis. 1784. ex n. 1.* Quid-
13 quid aliud si processum esset † extraiudicialiter, vt prose-
quitur Lotter. vel interim dum reuideretur ab ordinario ius-
patronatus iuxta Concilium *dicto cap. 9.* Rota *coram Bichio decis. 162. num. 22.* cum alijs allegatis.

Et ita &c.

R. P. D. CALATAIV.

Hispalen. Decimarum.

Mercurij 27. Ianuarij 1677.

ARGVMENTVM.

Occasione priuilegiorum, quæ à non solutione decimarum habent Monachi Carthusiani, de alio simili, & ampliori priuilegio tractatur Inuictissimorum Regum Hispaniarum pro bonis è manibus Maurorum recuperatis, quod non solum maius esse deciditur, sed eidem non fuisse in aliquo præiudicatum per d. Priuilegium Chartusianorum, imo amplius ipsum hodie cessare visum est, tamquam ex sola causa paupertatis concessum, de natura itaque vtriusque priuilegij plene discutitur, & materia decimarum latissimè pertractatur.

SVMMARIVM.

1 *Hispaniarum nomine comprehenduntur omnes antiquæ Prouinciæ, hodie Regna citerioris, & vlterioris Hispaniæ.*
2 Ferdinandus III. & Alfonsus filius *successerunt* Petro Regi Aragoniæ.
3 *Successorum verborum in priuilegio ex certa causa concesso, extenditur ad quoscumque successores, in quibus eadem causa concurrit.*
4 Ferdinandus III. Rex Castellæ, & Legionis *plura loca è manibus Maurorum gloriosè recuperauit.*
5 *Reges Aragoniæ, Castellæ, & Legionis habent priuilegia Pontificum disponendi de decimis pro locis per ipsos à Barbaris recuperatis, & nu. seq.*
7 *Decimæ à Summis Pontificibus sunt concessæ nedum Regibus Hispaniarum, sed etiam Equitibus qui expugnationi Maurorum auxilium præstiterunt.*
8 *Reges Hispaniarum non est præsumendum sibi decimas appropriasse, & de illis etiam disposuisse, nisi verè apostolicum priuilegium haberent.*
9 *Obseruantia per plura sæcula comprobata, probat titulum cum omnibus suis qualitatibus.*
10 *Priuilegium Summorum Pontificum concessum super Tertijs comprehendit omnes fructus, & decimas & nu. seq.*
12 *ex Diuersis non fit illatio, neque in ijs, in quibus vnum non est exclusiuum alterius.*
13 *Priuilegium apostolicum super decimis intelligitur de decimis spiritualibus, non laicalibus.*
14 *Sententia antiqua probat etiam sine actis, & contra tertium.*
15 *Decimæ Territorij de Alxarafe in Hispania spirituales sunt, & ab illius Regibus exiguntur.*
16 *in Concessionem omnia comprehendere manifestum est ex exceptatione certæ rei.*
17 *Decimæ spirituales à Pontifice sunt donatæ Petro Hispaniarum Regi.*
18 *Decimarum in donatione non veniunt nisi spirituales, & quando.*
19 *Obseruantia declarat quid fuerit in donatione, vel priuilegio comprehensum.*
20 *Obseruantia declarat priuilegium, donationem, vel quid simile, etiam si alius fuisset verior intellectus.*
21 *Priuilegium Chartusianorum super exemptione decimarum, quia iuri speciali non derogat, non suffragatur pro decimis iuri speciali concessis, & num. seqq.*
22 *Derogatio iuris specialis est necessaria quotiescumque agitur de secundo priuilegio, adhoc vt illud primo præualeat.*
23 *Priuilegio alicui concesso percipiendi decimas in tota Parochia, & deinde alteri eas percipiendi ex certis prædijs eiusdem Parochiæ, quale ex illis attendatur.*
24 *Papa dum secundum priuilegium concessit, potuit probabiliter ignorare primum à se, vel à suis Prædecessoribus similiter elargitum.*
25 *Papa si sciuisset primum priuilegium, verisimiliter secundum non concessisset.*
26 *Principem varium esse non decet.*
27 *Confessio voluntaria procuratoris facta, nullo præcedente iussu iudicis, principali non præiudicat.*
28 *Confessio procuratoris sine speciali mandato ad sic, & sic confitendum, potest quandocumque reuocari, etiam non docto de errore.*
29 *Tituli vnius allegatio maximè iuris communis, non excludit alium titulum competentem de iure speciali, & extraordinario.*
30 *Priuilegium Carthusianorum super exemptione decimarum primariò, & principaliter in paupertate fundatur.*
31 *Priuilegia non soluendi decimas solent Religiosis concedi ob magnam ipsorum monachorum paupertatem.*
32 *Communicatio priuilegiorum intelligitur quatenus de tempore concessionis, vel communicationis, quis qualitatibus communicari potiatur.*
33 *Communicatum plus dici non potest, quam concessum.*
34 *Monasterium, vel Religio, quibus aliena priuilegia communicata sunt, illis non gaudet, nisi habeat qualitates, quæ subiecto communicato inhærebant.*
35 *Odiosa quæ sunt, & tertio præiudicialia restringenda veniunt.*
36 *Priuilegium ex causa paupertatis concessum, cessat paupertate cessante, etiam si ab initio suam perfectionem habuisset.*

37 *Pri-*

37 *Priuilegium non soluendi decimas, vt suffragetur an necessarium sit adeo Ecclesiam grauari, vt illius Rector congrua substentatione careat.*

38 *Priuilegij exemptionis decimarum derogatio non consistit in sola deficientia congruæ Rectoris, sed etiam in illius læsione.*

39 *Priuilegia exemptionis decimarum ne Parochis nimis onerosa redderentur, quomodo à S. Congregatione declarata sint.*

40 *Priuilegia exemptionis decimarum vbi transierunt in contractum, non habet locum dispositio textus in cap.* suggestum de decimis.

DECISIO IX.

EX duplici fundamento Rota sub die 10. Maij 1675. censuit sententiam esse infirmandam, quorum primum fuit, quod Priuilegia Apostolica Carthusianorum concessina Decimarum non derogant iuri speciali donationum Regum Hispaniarum competenti Capitulo Hispalen. Alterum, quod priuilegium Ioannis XXII. concessum Conuentui Bonipassus, & deinde à Pio II. communicatum vniuerso Ordini Carthusiæ fundatur principaliter in paupertate, quæ cum modernis temporibus cessauerit, tale priuilegium ipso iure reuocatum censetur, & ex eisdem rationibus hodie DD. steterunt in decisis non obstan. in contrarium adductis.

Contra enim Priuilegium, informantes pro Carthusia valdè institerunt in eo, quod donationes reportatæ per Capitulum à Ferdinando III. & Alphonso Filio Regibus Castellæ, & Legionis, vti carentes Priuilegio Apostolico non suffragentur, & Indultum Vrbani II. vti concessum Petro Regi Aragoniæ, & Proceribus dicti Regni, pro Locis à Mauris recuperatis, & recuperandis non possit extendi ad Reges Castellæ, quorum Regna de tempore donationis erant penitus distincta ab illo Aragoniæ, vel, quatenus etiam constaret de Indulto Apostolico, nihilominus donationes non comprehendant, nisi Vectigalia, & alias Decimas laicales, non autem spirituales.

Verum prædicta cessare visa fuit aduertendo, quod Priuilegium Vrbani II. fuit concessum Petro Hispaniarum Regi, eiusque successoribus ritè substituendis in perpetuum;
1 Vnde sub ista denominatione Hispaniarum † comprehenduntur omnes antiquæ Prouinciæ, hodie Regna citerioris, & vlterioris Hispaniæ, vt de simili Priuilegio sensit Rota *coram Carillo decis.* 51. *num.* 5. & sub nomine successorum in
2 perpetuum proculdubio veniunt Ferdinandus, † & Alphonsus, qui dicto Petro Aragoniæ Regi successerunt, *vt habetur ex Volaterano in sua Geogr.* in *descript. Hisp. fol.* 20. Tanto magis attenta causa finali ipsius indulti, recuperationis scilicet Ecclesiarum, & locorum è manibus Mauro-
3 rum, operante, vt verba *Successoribus* † non restringantur ad successores in Regno Aragoniæ, sed extendantur ad alios Reges Hispaniarum, qui etiam alia Loca e Mani-
4 bus Maurorum recuperarunt, † prout fecit idem Ferdinandus, *vt aduertit* Rota *decis.* 192. *& decis.* 211. *par.* 7. *rec. & coram Carillo dec.* 75.

Et sane tale Priuilegium suffragari, tàm Regibus Arago-
5 niæ, † quàm Regibus Castellæ, & Legionis expresse tradiderant Bellug in *specul. Princ. rubr.* 13. *de decim. num.* 24. *&* 29. Rebuff. *de decim. qu.* 13. *numer.* 110. Camill Borell. *de præstant. Reg. Cathol. cap.* 59. *num.* 4. *& seqq.* Noguerol. *alleg.* 39. *num.* 10. & fuit pluries resolutum in hoc Sacro Tribunali, *vt in decisione* 202. *nu.* 4. *par.* 3. *recent. & coram Pen. dec.* 560. *num.* 8. *& in alia Hispalen. decim.* 27. *Nouembris* 1671. *coram R.P.D. meo Bourlemont*, & in proximè citata decisione coram Penia etiam habetur, Priuilegia Apostolica disponendi
6 de decimis fuisse concessa à diuersis Summis † Pontificibus, nedum Regibus Aragoniæ, sed etiam Castellæ, & Legionis, *& comprobat Ioseph de Sesso tom.* 1. *decisio.* 162. *num.* 1. Ibi enim refert, quod Reges Castellæ, Aragoniæ, ac Nauarræ gaudebant prædictis decimis in vim concessionum Alexandri II. & Gregorij VII. quodque aliæ concessiones postea superuentæ, erant confirmationes aliorum Priuilegiorum antiquorum Pontificum, & in Chronica Imperatoris Don Alphonsi VII. Authore *Don Prudentio de San-*
7 *doual cap.* 66. † pariter habetur Summos Pontifices intuitu expugnationis Maurorum concessisse decimas non solum Regibus Hispaniæ, sed etiam Equitibus, qui expugnationi auxilium præstarent.

Nec est præsumendum, dd. Reges Ferdinandum, & Alphonsum † voluisse sibi decimas appropriare, & de illis 8
disponere, nisi verè habuissent Priuilegium Apostolicum, vt pariter aduertit in puncto Rota *coram Verallo dec.* 238. *nu.* 1. *par.* 5. Iuncta etiam obseruantia dd. donationum per plura sæcula, † quæ probat titulum cum omnibus suis qua- 9
litatibus Rota *decis.* 212. *num.* 9. *par.* 7. *rec. & coram Reuerendissimo Royas dec.* 329. *nu.* 8.

Nihil obstante illatione, quod Reges Castellæ, si habuissent dicta Priuilegia, non obtinuissent postea alia super Tertijs, quoniam antiqua Priuilegia erant restricta ad solas decimas bonorum, & Ecclesiarum, quas Reges è manibus Maurorum recuperassent, † posteriora vero super 10
Tertijs comprehendunt omnes fructus, & decimas, quæ in omnibus Hispaniarum Regnis decimantur, *vt inquit Castill. de Tertijs cap.* 1. Immò ipsi Reges Aragoniæ, quibus exaduersò admittitur fuisse concessa Apostolica indulta disponendi de integris Decimis, quoad loca recuperata è manibus Maurorum, † obtinuerunt generalia priuilegia super 11
dd. Tertijs, *vt refert idem Castill. eod. tract. cap.* 10. *in princ.* ex quo patet esse longè diuersa inter se, & vnum non esse exclusiuum alterius, & † per consequens de vno ad aliud non 12
posse fieri illationem *l. Papinianus ff. de minoribus* Rot. *cor. Peuting. dec.* 85. *nu.* 28.

Constito ex prædictis spectasse ad Reges Ferdinandum, & Alphonsum decimas spirituales, clarius apparet in donationibus ab ipsis factis Ecclesiæ Hispalen. fuisse illas comprehensas; In ea enim Regis Ferdinandi habentur hæc verba – *Quod si forte Regina Donna Ioanna, & Henricus ostenderent Literas Apostolicas rationabiliter, & iuridicè, & tales, vt valere debeant ad eos excusandos à decimis, eis valeat eorum Ius*. Si igitur Donna Ioanna, & Henricus indigebant Priuilegio Apostolico ad effectum se eximendi à solutione decimarum, † proculdubio donatio continebat 13
decimas Spirituales, non autem Laicales. Roderic. Suarez *allegat.* 28 *num.* 1. & aduertit Rota *in dicta Hispalen. decimarum* 27. *Nouembris* 1671. *§. minus subsistit coram R.P. D. meo Bourlemont*. Insuper in eadem donatione habetur, quod Ecclesia Hispalen. gaudere debet dictis decimis, quousque in locis extra Diœcesim existentibus non fuerit creatus Episcopus, & quando aderit Episcopus in dd. locis, redeat decima ad Episcopum, & Ecclesiam dd. locorum, & excludatur Archiepiscopus, & Ecclesia Hispalen. Talis enim dispositio non potest comprehendere, nisi decimas spirituales, non autem Laicales, quæ de iure non sunt soluendæ Episcopis, vel Ecclesijs, sicuti declarauit Episcopus Cordubensis in sua sententia arbitramentali lata de anno 1480. adiudicante Decimas Spirituales Ecclesiæ Hispalen. vigore donationis dicti Regis Ferdinandi, † quæ vti antiquissima pro- 14
bat etiam sine actis, & contra Tertium Rot. *coram Reuerendiss. Royas decis.* 329. *nu.* 3. *& seqq.*

Multò clarius hoc desumitur ex alijs duabus donationibus Regis Alphonsi, nam in prima expressè præcipit, quod Mauri, & Iudei ementes, aut conducentes agros, vel domos à Christianis in toto Archiepiscopatu Hispalen. soluant Decimam completè Ecclesiæ, quemadmodum soluere deberent Christiani, & quod Christiani soluant Decima panis, Vini, Equorum, Vaccarum, & totius generis Pecudum, & Apum, ac rerum prædialium, & Tributorum ab ipsis possessorum &c. nec non casei, lanæ, herbarum, hortorum, ac fructuum arborum, omniumque aliarum rerum &c. In secunda verò post nouam concessionem omnium Decimarum dictus Rex sibi reseruat Decimas olei Territorij *del Alxarafe*, † quas esse spirituales, ac etiam hodie exigi à Rege 15
Hispaniarum testatur Noguerol. *d. alleg.* 39. *num.* 2. *&* 10. Ex tali igitur exceptuatione ad † euidentiam elicitur reliquas 16
omnes similis speciei fuisse concessas Alex. *cons.* 35. *num.* 20. *lib.* 4. Spad. *cons.* 99. *num.* 28. *& seqq. lib.* 1. Rota *coram Greg. decis.* 238. *nu.* 6. *& in rec. decis.* 204. *nu.* 9. *par.* 8.

Ex verè fuisse concessas Decimas Spirituales suadetur nedum ex eo, † quod tales erant illæ donatæ à Pontifice d. 17
Petro Hispaniarum Regi, vt firmat Borell. *de prestan. Reg. Cathol. d. cap.* 59. *à num.* 1. *& seqq.* ideoque donando decimas
† de iure non veniunt, nisi spirituales, vt dixit Rota *decis.* 18
688. *nu.* 1. *par.* 1. *recent.* Sed etiam ex longeua obseruantia Capituli exigendi dd. Decimas etiam in Terris Carthusiæ ex pluribus in facto comprobata, † quæ declarat, quid fuerit 19
in donatione, & priuilegio comprehensum Rota *decis.* 175. *num.* 10. *coram Eminentissimo Ottobono & decis.* 300. *num.* 30. *par.* 12. *recent.* & operatur, vt illa veniant intelligenda eo modo, quo fuerunt obseruata, † licet contrarius intelle- 20
ctus esset de iure verior Rot. *coram Dunoz. Iun. decis.* 966 *num.* 17.

num.17. & coram Reuerendissimo Roxas decis.279. num.7. & in recent. decis.216. num.6. & 320. num.9. par.13.

Firmum igitur remanet primum fundamentum decisionis, quod dum Decimæ spectant ad Capitulum Iure specia-
21 li donationum prædictarum, Priuilegia Carthusiæ, † quæ
dicto Iuri speciali non derogant, non suffragentur ad obtinen. concessionem decimarum, vt dixit Rota *coram Seraph. decis.1293. & in Valentina Decimarum 9. Iunij 1597. coram Pamphilio* cum alijs adductis *in alia Hispalen. Decimarum 27. Nouembris 1671. coram R. P. D. meo Bourlemont*, quæ etiam respondet *decis.48. par.1. rec.* in contrarium allegatæ.

Nullatenus obstante *d. decis.48. par.1. rec.* in contrarium allegata, quia præter responsiones eidem datas in mox d. Hispalen. Decimarum hodie per DD. approbatas, quæ pariter adaptantur *dec. Coccin.* Carill. Manzaned & Merlin. editis super amplissimis priuilegijs Patrum Iesuitarum ibidem exaduerso adductis, insuper fuit animaduersum, quod ipsa *decis.48. sub num.8.* expressè admittit, & firmat derogatio-
22 nem Iuris specialis esse necessariam, † quotiescumque agitur de secundo priuilegio iuris decimandi, quo vti prætendunt PP. Carthusiani super omnibus bonis per eos acquisitis, vel acquirendis in Diœcesi Hispalen. in concursu primi concessi Hispaniarum Regibus super ijsdem bonis è manibus Saracenorum recuperatis, & optimè notat Abbas *in cap. veniens 19. sub num.12. vers. in contrarium tit. de præscript.* vbi, quod si per Sedem Apostolicam fuit alicui concessum Priui-
23 legium percipiendi Decimas in tota Parochia, † & deinde
alteri concessum priuilegium percipiendi easdem ex certis prædijs illius Parochiæ non facta mentione de primo, non præiudicat, & in terminis Suarez. *alleg.28. num. 10. per tot.* ea ratione, quia, vt inquit *d. decis.48.* Papa, dum conces-
24 sit † secundum, potuit probabiliter ignorare primum à se,
25 seu à suis Prædecessoribus alteri personæ concessum, † quod
26 si sciuisset, verisimiliter non concessisset, cum non † doceat Principem esse varium.

Minusque obstat Matthæum Porez Procuratorem Capituli in petitione Decimarum asseruisse illas competere de iure ordinario, quia præterquam non constat de mandato
27 Procuræ, cessare visum est obiectum, tum † quia huiusmodi confessio, seu assertio emissa non præcedente iussu Iudicis, & sic voluntaria non valuit eidem Capitulo præiudicare Buratt. *d. decis.* 136. *nu.*15. Imò deficiente speciali man-
28 dato ad sic, & sic confitendum, † posse quandocumque reuocari etiam non docto de errore, de quo tamen clarè constat ex prædictis, dixit Rota *inter diuersas decis.613. num.9. part.1. coram Mantic. decis 302. num.5. coram Grego. decis.270. num.9.* & ibi Adden. *num.12. & coram Buratt. in mox d. decis. 136. num.16.* & ibi Adden. *num.19.*

Tum quia allegatio vnius Tituli competentis de iure
29 communi, & ordinario † non excludit alium competentem de iure speciali, & extraordinario bene Suarez *d. allegat.28 num.22.*

Subsistit etiam secundum, quod Priuilegium Ioannis
30 XXII. concessum Carthusiæ Bonipassus † fundetur principaliter in paupertate, vt patet ex verbis Priuilegij relati *in mea decisione §. non obstat*, & in specie aduertit Soccin. sen. *cons.268. num.3. vers. præterea lib.2.* atque ita etiam in dubio
31 esset præsumendum, † quia huiusmodi Priuilegia concedi solent ob magnam Monachorum paupertatem, vt apertè desumitur *ex cap. suggestum de Decimis*, & ex eo aduertit Ros. *decis.345. num.7. par.11. rec.* Vnde dum illud fuit post ea d. generaliter communicatum à Pio II. reliquis Monasterijs
32 Religionis, † communicatio debet intelligi quatenus de tempore concessionis, vel communicationis Monasterium de Xeres probet paupertatem, ne alioquin plus dicatur com-
33 municatum, † quam concessum Noguerol. *d. alleg. 39. nu. 14.* Rota *decis.665. num.1. cum seqq. par.3. diuer. coram Seraph.n. decis.951. num.2. coram Bichio decis.570. num.2. & 3. & in recent. decis.195. num.1. par.10.* De paupertate autem de dicto tempore concessionis, vel communicationis nullo modo constat, qua propter frustra dictum Monasterium præ-
34 tendit concessionem Decimarum, & ius decimandi † prætextu Priuilegij alteri Domui concessi, nisi habeat prædictam qualitatem, quia sumus in materia odiosa, & tertiò
35 præiudiciali, † & per consequens venit strictè intelligenda. Rota *coram Pen. decis.1090. num.14. & in Valentina Decimarum coram Lancell. relata apud* Marchel. *de commiss. par.1. fol. 639. num.3.*

Prætereà quatenus hanc qualitatem habuisset de tempore communicationis, ad hunc cum hodie illa, & sic causa priuilegij cessauerit ob superabundantes diuitias, & redditus, quos habet Monasterium prædictum, vt concludunt testes po-
stremò examinati, † cessare debet etiam prædictum Pri- 36
uilegium, & si ab initio suam perfectionem habuerit, vt in terminis notat Abbas *in cap. Suggestum sub num.5. vers. & per hoc potest limitatio notabiliter elici de decim.* & probant authoritates adductæ *in mea decis. §. secundum fuit.*

Non refragante repetito obiecto, quod adhoc vt sit locus
dispositioni text. *in dicto cap. Suggestum* † necesse sit vt Ec- 37
clesiæ, quibus decimæ debentur, adeo grauentur, vt illarum Rectores congruè sustentari nequeant, quia, vt dictum fuit *in alia decisione §. penultimo* ratio fundamentalis *dicti text.* non consistit in paupertate Ecclesiæ Parochialis, nec in deficientia congruæ sustentationis Rectoris, sed in lesio-
ne, † quæ vigore priuilegij fit Parochis, vt aduertit Rota 38
in Calaguritan. Decimarum S. Ascentij decis.122. num.10. par. 13. recent. & ex sola ratione, ne huiusmodi Priuilegia Parochis nimium onerosa successu temporis redderentur, fuerunt ad
terminos *dicti cap.* reuocata † quoad omnes Regulares Re- 39
gni Poloniæ per Sacr. Congreg. Concilij Tridentini, vt refert eadem Rota *decis.9. nu 7. par.13. rec.* neque contrarium firmatum fuit *in eadem Calagurritana 3. Iulij 1661. §. vltra quod enim coram Eminentissimo D. Cardinali Cerro exaduerso allegata*, quia in ea refertur opinio aliquorum DD. & solum firmatur non habere locum dispositionem sæpedicti *cap. Suggestum*, quia † priuilegium transiuerat in contractum me- 40
diante transactione.

Ex quibus, & alijs ponderatis in mea decisione DD. steterunt in decisis vtraque &c.

Confirmata fuit hæc decisio sub die 27. Ianuarij 1679. coram Reuerendissimo D. Damasceno.

REVERENDISS. D. ALBERGATO DECANO.

Interamnen. Expensarum.

Veneris 29. Ianuarij 1677.

ARGVMENTVM.

Pro defensione bonorum hæreditariorum æqualiter condemnantur ad expensas hæres proprietarius, & vsufructuarius simul, quia vtrique interest bona in hæreditate conseruari, & ideo de bonis hæreditarijs illa faciendas esse præcipitur, quod si ab altero factæ sint, ipsum a suo cohærede releuandum esse demandatur.

SVMMARIVM.

1 *Vsufructuarij vita æstimatur iuxta tex.* in l. hæreditatum ff. ad l. falcidiam.
2 *Vsufructuario, & Proprietario communiter interest bona in hæreditate conseruari.*
3 *Vsufructuarius, & Proprietarius æqualiter tenentur ad expensas pro defensione bonorum hæreditariorum, & num.13.*
4 *Hæres beneficiatus si se obligauit hæreditario nomine, intelligitur de bonis hæreditarijs, non autem de proprio.*
5 *Hæres beneficiatus obligans se nomine hæreditario, suam non impugnat obligationem, si dicat illam de bonis hæreditarijs esse soluendam.*
6 *Hæres beneficiatus non tenetur proprijs sumptibus defendere hæreditatem, & num.9.*
7 *Hæres de proprio defendis bona hæreditaria, potest, & debet super illis obtinere reintegrationem.*
8 *Expensæ pro defensione bonorum hæreditariorum dicuntur fieri ex causa necessaria.*
9 *Expensæ pro defensione bonorum hæreditariorum non sunt faciendæ ab hærede de proprijs pecunijs, & sup. num.6.*
10 *Hæredes beneficiatus præseruari debet immunis ab omni damno, & expensa.*
11 *Expensæ pro tuendis bonis hæreditarijs ex ipsis bonis hæreditarijs faciendæ sunt.*
12 *Expensæ quæ fiunt pro defensione hæreditatis ita illam diminuunt, vt tanto minus in ea esse dicatur.*

D E

DECISIO X.

AD sumptus litis factos, & faciendos pro defensione
hæreditatis quondam Francisci Mariæ Perotti teneri
contribuere tam Abbatem Octauianum Spadam hæredem
proprietarium, quam Iudictam vxorem Testatoris, & hæ-
1 redem vsufructuariam: habito † tamen quò ad istam re-
spectu ad eius vitam metiendam, iuxta dispositionem, tex.
in l. hæreditatum ff. ad l. falcidiam, firmauit Rota coram me
22. * Iunij proximi præteriti, quam resolutionem hodie
iterum Domini approbarunt, ex eo quod cum proprietarij,
& vsufructuarij communiter intersit bona in hæreditate
2 conseruari, † ideò vterque ex pretio fundi hæreditarij di-
3 strahendi, † iuxta modum in præterita decisione præscri-
ptum tenetur subire onus expensarum, Castil. *de vsufruct. cap. 55. nu 6.* & præter relatos in alia decis. notat Costa *de ratione ratæ quæst. 157. nu. 5 & 6.*

Nec facit, quod Abbas in transactione inita cum Iudicta
promiserit facere omnes expensas necessarias pro defensione
bonorum hæreditariorum, & propterea nequeat recedendo
4 à promissis Iudictam hac de causa molestare, † quia fuit
animaduersum Abbatem se quidem obligasse, sed tanquam
hæres beneficiatus, & quatenus vires hæreditariæ suppe-
5 tant, non autem de † proprio, & ideò non dicitur transa-
ctioni contrauenire, dum ad illius formam instat, quod
expensæ pro defensione bonorum ne fiant de ipsis bonis hæ-
6 reditarijs, † cum hæres beneficiatus proprijs sumptibus non
teneatur hæreditatem defendere, vt benè distinguit, & de
clarat Cancerius *var. resol. par. 2. cap. 2. nu. 244. & seqq.* & alij
infra allegandi.

Similiter non obstat ponderatio allata ab informantibus
pro vsufructuaria. Nempè, quod præter bona litigiosa ni-
hil aliud sit in hæreditate, cum alia bona hæreditaria ab ea
possideantur partim pro suis creditis, & partim pro legatis à
testatore relictis, vndè inferebatur, quod si deueniretur ad
alienationem alicuius ex fundis ad ipsam pleno iure spe-
ctantibus ad effectum erogandi pretium in expensis litis,
ipsa illas integrè pateretur absque vlla contributione hære-
dis proprietarij, qui sub prætextu, quod bona, in quibus ha-
bet proprietatem tanquam litigiosa vendi non possint, nihil
de suo in his expensis poneret.

7 Quia præter quod in casum victoriæ † poterit Iudicta
reintegrari super proprietate bonorum defensorum, certum
8 est, quod expensæ pro tuitione hæreditatis † dicuntur fieri
9 ex causa necessaria, & ob id non sunt faciendæ † de pro-
10 prio ab hærede beneficiato, qui præseruari debet † immu-
nis ab omni damno, & expensa iuxta text. *in l. fin. §. & si præfatam Cod. de iure delib.* Rota *decis. 523. nu. 1. apud Post.*
11 *de manut.* Sed fieri debent ex † bonis hæreditarijs, iuxta
tex *in d. l. fin. §. in computatione* Cancer. *d. cap. 2. nu. 245. par. 2.*
immò tales expensæ pro defensione hæreditatis, ità illam
12 minuunt, † vt tanto minus in ea esse dicatur, quantum
soluendum est pro patrocinijs, & alijs necessarijs ad defen-
dendum illam, Grat. *discept. 257. num. 30. & 31.* Cancer. *vbi proxime*, Salgad. *laber. creditor. par. 3. cap. 9. numer. 18.*
13 dicens *num. 19.* ad illas teneri Proprietarium, † & Vsufru-
ctuarium.

Et ità in decisis standum esse decisum fuit vtraque parte
informante.

Supra in alio præcedenti tomo 2. decimæ octauæ Partis adest altera præsentis causæ decisio, quæ ibi est in ordine 761.

R. P. D. RONDININO.

Narnien. Societatis Officij.

Lunæ 29. Ianuarij 1677.

ARGVMENTVM.

Onus in legitima iniunctum ipso iure resecari à lege planum est, itaut non requiratur in hoc aliqua positiua reclamatio filij, cum eius sola taciturnitas sufficiat, imo eo ipso, quod ille debitum contraxit, & asseruit habere peculium, ex eo manifestè deducitur ipsum acceptare voluisse legitimam liberam, dum illam suis creditoribus obligauit.

SVMMARIVM.

1 *Ratio nunquam dicitur sufficienter reddita donec de bonis, vel iuribus debitoris integra non reddatur.*

2 *Filius, vt dicatur onus sibi in legitima impositum acceptasse, vel ne, an requiratur positiua reclamatio, vel sola taciturnitas sit sufficiens.*

3 *Legitima sine vllo onere transmittitur à filio, quamuis in eius vita ipse non reclamauerit.*

4 *Legitimæ onus ipso iure resecatur à lege itaut non sit opus reclamatione filij.*

5 *Filius dicitur agnouisse legitimam liberam, neque illius oneri consensisse, si debita contraxit, & asseruit habere peculium.*

6 *Hæres agnoscit legitimam deberi filio, si ius illi in hæreditate competens pro eadem legitima consequenda descripsit.*

7 *Legitima filiorum quamuis triens, efficitur semis, vbi fœminæ à Statuto sunt exclusæ.*

8 *Fœminæ à Statuto exclusæ licet non sumant partem, faciunt tamen partem ad augendam legitimam masculorum.*

DECISIO XI.

MAndatum pro scutis 500. ex causa Societatis officij
vna cum fructibus contrà bona hæreditaria Iacobi
Alberti illius debitoris cum Ioanne Antonio Pellegrino
einsdem Societatis creditore coram A.C. obtentum, exe-
qui curauit actor, citatis Carolo, & Anthea fratribus, &
hæredibus beneficiatis dicti Alberti, nisi infrà quindecim
rationem reddidissent de bonis hæreditarijs in Inuentario
descriptis postquam pro executione dicti mandati A.C. præ-
cesserant coram me decisiones in causa 15. Februarij * & 17.
Iunij 1675.

Excitata verò difficultate in ipsa redditione rationis con-
sului Dominos, an de ea sufficienter constaret, vel potiùs
esset exequendum mandatum, & super quibus bonis, & pro
qua rata, atque in tertia causæ propositione diù expectatis
informantibus pro Albertis, non constare de sufficienti red-
ditione rationis, & mandatum modo, quo infrà exequen-
dum esse Domini responderunt.

Posito credito in præcedentibus decisionibus huius causæ
coram me comprobato, de quo amplius non dubitatur, vi-
sum est non fuisse redditam sufficientem rationem, neque
ideò euitare posse, Albertos vlteriorem executionem man-
dati, quia nempe possideant bona tanquam dotalia Magda-
lenæ Matris defunctæ, quia cum ipsi Alberti possessores in
Inuentario cognouerint legitimam debitam Iacobo huius
Societatis debitori, & Magdalenæ pariter filio ibi – *Tutte le ragioni, che habbia, ò possa hauere l'heredità della bona memoria di detta Madalenna sua Madre* – Donec, & quosque
non reddatur ratio de dictis bonis, ex quibus Iacobo † legi- 1
tima debebatur, nunquam dici poterit sufficienter reddita
ratio, vt alijs adductis Rot. *coram Bichio decis. 449. nu. 5. & 6. & in recent. par. 12. decis. 97. nu. 15.*

Nec obstat, quod Magdalena prohibuerit Iacobo filio de-
tractionem legitimæ, contra quam prohibitionem, cum fi-
lius non reclamauerit censeatur illi adhæsisse, neque ius re-
spuendi hoc onus † tanquam inhærens voluntati ipsius fi- 2
lij transire possit ad hæredes, quia licet grauissima hæc quæ-
stio in varias partes iurisperitorum sententias diuiserit, pla-
cuit tamen Dominis sententia illorum, qui volunt legiti-
mam transmissam fuisse liberam in hæredes Iacobi filij, qui
ideò pro illius debito † ad ratam legitimæ conueniuntur 3
cum lex ipsa reijciat omne onus ab ipsa legitima absque fa-
cto alterius in *l. quoniam in prioribus C. de inoffic. testam. cum concordan.* adeout opus non fuerit, † quod filius contradi- 4
xisset, dum lex ipsa pro eo omne grauamen resecabat Costa *de fact. scient. & ignor. centur. 2. distinct. 58. num. 2.* Merlin. *de legit. lib. 3. tit. 3. quæst. 9. num. 21. & seqq. & lib. 3. tit. 2. qu. 16 ex num. 8.* Mantic. *de coniect. lib. 7. tit. 8. num. 10.* Gratian. *discept. 594. ex num 11.* Bottilier. *de success. cap. 1. Theorema 24. in fine R. P. D. de Luca Theatr. veritat. & iust. tom. 9. tit. de legit. discurs. 18. numer. 9.* Rot. *recent. par. 5. decis. 342. num 4. & 6. & par. 8. decis. 228. numer. 14. & coram Dunozett. Iun. decis. 141. per tot.*

Quinimo cum Iacobus debita contraxerit asserendo se
habere proprium Peculium, inde potius coniectura desumi-
tur, † quod legitimam agnouerit, cum ipsi quoque hæ- 5
cedes

redes Iacobi in Inuentario illius hæreditatis, vt superius di-
6 ctum est ius † hoc competens Iacobo in bonis matris descri-
pserint ex traditis in proposito in *Bonon. separationis bono-
rum 23. Februarij* 1674. *§. nec releuans coram R. P. D. meo
Emerix*.

Cum autem defunctæ Magdalenæ Matri, super fuissent
7 quinque filij, tres nempè masculi, † & duæ fœminæ, le-
gitima filiorum transijt de triente in semissem iuxta *text. in
§. si vero authent. de trient. & semiss.* quia exclusio filiatum
propter dotem vigore Statuti Narnien. vtpotè ad fauorem
masculorum ipsis, non præiudicat, sed operatur, vt fæminæ
8 quidem non sumant partem, quam in dote eisdem † tra-
dita receperunt, sed faciant partem ad fauorem masculo-
rum, augendo illorum legitimarum iuxtà ab omnibus re-
ceptam sententiam, de qua Roman. *in l. vnica nu.* 67 *&* 68. *C.
quando non peten. part. peten. accrescat* Gabr. *cons.* 11. *sub nu.*
27. *vol.* 1. Gratian. *discept.* 594. *n.* 22. *&* 676. *nu.* 12. Merlin. *de
legitima lib.* 1. *tit.* 4. *quæst.* 3. *nu.* 24. Cephal. *cons.* 245. *ex num.* 30.
Thesaur. *decis.* 159. *num.* 6. Morot. *cons.* 23. *n.* 24. Honded. *cons.*
63. *nu.* 125. *vol.* 1. Rot. *diuers. par.* 1. *decis.* 266 *per tot. & recent.
par.* 2. *decis.* 408. *num.* 6 *& par.* 6. *decis.* 137. *num.* 9. *& decis.*
160. *numer.* 18. *& post* Merlin. *de legit. decis.* 61. *in fine, & de-
cis.* 87. *num.* 3. *& decis.* 100. *num.* 11 *& decis.* 142. *sub num.* 4. Pe-
nia *decis.* 1248. *numer.* 5. *& post* Michelot. *de fratr. decis.* 60.
sub numer. 15. *& in Romana prætensi fideicommissi* 5. *Apri-
lis* 1666. *§. Denique coram Eminentissimo Carpineo Vrbis
Vicario*.

Et ita cum tres sint masculi, vt dictum est, atque ideò ex
semisse duæ vnciæ pro vnoquoque contingant, dixerunt
Domini relaxandum esse mandatum, contra bona prouen-
nientia ab hæreditate Magdalenæ matris intrà supradictas
duas vncias Iacobo de Albertis filio debitas.

Vtraque parte in prima causæ propositione audita, & in
alijs altera tantum parte audita, & altera sæpè monita, diu-
que expectata.

*Confirmata fuit hæc decisio sub die 14. Maij eiusdem an-
ni, quam infra suis loco, & tempore apponemus, aliæ vero
in hac causa emanatæ habentur impressæ supra in præced.
tom.* 2. *par.* 18. 451 *&* 548.

REVERENDISS. D. ALBERGATO
Sacræ Rotæ Decano.

Caualliceu. Decimarum.

Veneris 29. Ianuarij 1677.

ARGVMENTVM.

De consuetudine decimandi tractatur, ad quam probandam remissoria conceditur, non solum ex communibus regulis in hac materia adduci solitis, verum etiam quia iam testes super ea examinati erant, quorum dicta licet publicata prætenderentur, hoc tamen non obstare deciditur, quia illorum examen processerat in possessorio, quod proinde non impedit nouum examen in petitorio.

SVMMARIVM.

1 *Remissoria quandoque sine retardatione conceditur.*
2 *Releuantia articulorum etiam sine fumo sufficit ad obtinendam, concessionem remissoriæ.*
3 *Causa decimarum ad effectum obtinendi remissoriam reputatur prophana.*
4 *Decima quibusdam in locis soluitur in fasciculis, ipsisque met oliuis, & vuarum racemis.*
5 *Decima potest consuetudine induci, quod de certis fructibus non soluatur.*
6 *Ius decimandi, tam respectu quotæ, quam respectu modi per consuetudinem alterari potest.*
7 *Testes examinati in summariissimo possessorio non obstante, quod testificata sint didicita, examinari etiam possunt in petitorio.*
8 *Causæ petitorij, & possessorij sunt diuersæ.*
9 *Testium publicatio in causa summaria non impedit nouum examen in iudicio plenario.*
10 *Remissoria conceditur super omnibus articulis, si alij sint à primis diuersi, vel alij continent materiam partim nouam, & partim antiquam.*
11 *Remissoria numquam denegatur vbi agitur de re perpetua, & graui.*
12 *Consuetudinem probari non impedit de consuetudine vnius loci non inferatur ad aliam, quia hoc post factas probationes discutitur.*
12 *Releuantia materiæ articulatæ ante factas probationes non discutitur, sed solum post perfectum examen.*

DECISIO XII.

COmmunitati Robionis petitam remissoriam Domini
dixerunt esse dandam, non tamen simpliciter, † sed 1
cum clausula sine retardatione, & ad illam conceden. mori
sunt ex articulorum releuantia, † quæ etiam sine fumo 2
sufficit ad illam obtinen. quando causa est prophana, † qua- 3
lis ad hunc effectum reputatur causa Decimarum Rot. *co-
ram Bich. decis* 123. *nu.* 3. *& decis.* 262. *&* 303. *vtrobique nu* 1.
*coram bo. me. Card. Cels. & in Bononien. Primitiarum, seu De-
cimarum 8. Aprilis 1669. §. Quatenus coram me.*

Releuantia visa est resultare ex eo, quod articuli tendunt
ad proban. quod possessores bonorum intra fines Castri Ro-
bionis ab immemorabili tempore consueuerunt soluere
Priori Parocho eiusdem loci decimam frumenti, legumi-
num, & aliorum granorum primi fæni, & vini ad rationem
decimæ sextæ partis, & hanc respectu frumenti, & granorum
in fasciculis; † respectu vero vini in racemis, & ex oleo in 4
oliuis, & ad rationem decimæ septimæ partis, vlterius, quod
consueuerint pariter ab immemorabili tempore non soluere
decimam de canape, folijs mororum herbis, Oleribus, Cro-
co, secundo, & tertio fœno. Si enim de prędictis testes exami-
nandi concludentes deposuerint, multum quidem talis pro-
batio confert ad causam, † cum possit consuetudine induci 5
non solum, quod Decimę de certis fructibus non soluantur
iuxta sententiam glos. *in c. in aliquibus in verb. loci de decim.
monet. de decim. cap.* 5. *quæst.* 4. *nu.* 94 Barbos. *de iure Ecclesi. li.*
3. *cap.* 26. *§.* 3. *num.* 65. *& seqq.* Tondut. *quæst. benef. par.* 1. *cap.*
39. *nu.* 3. Rot. *decis.* 104. *nu.* 1. *coram Bich. & in Corduben. De-
cimarum* 21. *Maij* 1664. *§. clara coram bo. mem. Priolo*; verum
etiam alterari, † ius ipsum decimandi respectu quotæ, & 6
modi, vt per glos. *in d. cap. in aliquibus de decim.* Rebuff. *de
decim. quæst.* 13. *nu.* 57. Monet. *eodem tract. d. cap.* 5. *quæst.* 4. *nu.*
89. Cancer. *var. resol par.* 1. *cap.* 23. *nu.* 12. Rot. *decis.* 311 *nu.* 5.
par. 6. *recent.*

Non obstat, quod super eisdem articulis examinati fue-
rint alij testes, quorum testificata didicita fuerunt.

Quia dupliciter respondetur. Primo quod illud examen
fuit peractum in iudicio possessorio summariissimo manu-
tentionis, quod tunc in partibus agebatur, suspenso † peti- 7
torio, propterea non potest modo impediri, quo minus alij te-
stes recipiantur in petitorio etiam super eisdem articulis, ex
quo causæ sunt diuersę, † vnde publicatio testium in causa 8
summaria † non impedit nouum examen in iudicio plena- 9
rio, *cap. ad vltimum vbi* Barbos. *nu.* 5. *de caus. possess. & pro-
pr.* Fermosin. *in cap fraternitatis sess.* 2. *n.* 1. *&* 2. *de test* Gabr.
concl. 21. *de test. nu.* 62. & plures cumulat Borell. *in sum. decis.
tit.* 9. *de test. quæst.* 75. *nu.* 46.

Secundo, quia hodiè fuerunt dati noui articuli concernen-
tes, quod eadem consuetudo viget in locis vicinis, † quo 10
casu remissoria super omnibus concedi debet, etiam si
articuli contineant materias partim nouas, & partim an-
tiquas. Rot. *decis.* 51 *nu.* 11. *& seq. par.* 12. *recent. & decis.*
6. *numer.* 2. *&* 10. *coram Dunozz. & in dicta Bononien. Pri-
mitiarum, seù Decimarum §. fin. coram me*, vbi pondera-
tur, quod quando agitur de re perpetua, & graui, † num- 11
quam remissoria denegatur, nil vrgente, quod ex consue-
tudine vnius loci non inferatur ad alium locum † quia ad 12
effectum, de quo agitur satis est, quod articuli quoquo mo-
do faciant ad † causam, reseruata, deinde in meritis ri- 13
gorosa discussione releuantiæ, vt præcisè responsum
fuit in *Auen. Munerum 26. Nouembris proximi præteriti
coram me*.

Et ita concedendam esse remissoriam sine retardatione
decisum fuit vtraque parte informante.

R.P.D.

R. P. D. CALATAIV.

Foroliuien. Donationis super bonn Iure.

Lunæ 1. Februarij 1677.

ARGVMENTVM.

Simulatio donationis tractatur, eaque ex pluribus coniecturis deducitur, quæ data causa simulandi, provt hic, etiam leues, & parum concludentes sufficiunt; hæc autem deducebatur ex eo, quod de bonis litigiosis, & ad euitandas imminentes creditorum exequutiones facta sit, provt adhuc etiam ex donatoris confessione constabat, itavt pro conuincenda sufficienti simulatione, dubitatum non sit.

SVMMARIVM.

1 *Donatio simulata, & ficta nullius est roboris, & momenti.*

2 *Donatio dicitur simulata, si est facta de bonis litigiosis, vel super quibus donator timebat executiones iam paratas.*

3 *Testes deponentes donatorem aliquid sibi ipsis dixisse, deponant de facto proprio, & num. 13.*

4 *Testes deponentes de facto proprio plene probant etiam si non sint contestes. & nu. 13.*

5 *Testes de simulatione donationis deponentes coadiuuantur ab alijs testibus, ac etiam à scriptura manus donatoris conscripta.*

6 *Causa simulandi non requiritur quod sit vera, releuans, & subsistens, sed sufficit quod fuerit à simulante opinata.*

7 *Simulatio probatur solis coniecturis stante causa simulandi.*

8 *Coniecturæ, etiam leues pro simulatione sufficiunt vbi adest causa simulandi.*

9 *Coniecturæ duæ ad effectum probandi simulationem dicuntur sufficere, si causa simulandi concurrit.*

10 *Causa donationis dicitur inuerisimilis vt donatariæ puellæ, & infantes liberarent donatorem, & aduocatum à litibus, & nu. seqq.*

11 *Aduocatum donasse bibliothecam, qua ipse indigebat pro se, inuerisimillimum reputatur.*

12 *Verisimile quod non est, non creditur verum.*

13 *Simulatio donationis resultat si donator post donationem bona donata possedit, & de illis disposuit, tamquam suis, & num. seqq.*

14 *Bona donata non possunt amplius dici esse donatoris.*

15 *Donatoris declaratio facta post donationem quod bona donata essent sua, inducit coniecturam simulationis donationis.*

16 *Donatio apparet simulata ex pacto insolito, quod donator habeat liberam facultatem illam reuocandi, & numer. 20.*

17 *Confessiones donatoris factæ post donationem detegunt veritatem simulationis, si ipse donator alia via sibi succurrere poterat, quam ex dd. confessionibus.*

18 *Solitum simulandi deducit coniecturam sufficientem simulationis.*

19 *Donatio facta coniunctis personis, de facili dicitur simulata.*

20 *Pacta insolita arguunt coniecturam simulationis.*

21 *Simulatio inter alias probationes, resultat etiam ex testibus informiter examinatis.*

22 *Actus nomine proprio facti à donante post donationem probant simulationem, si alias fieri non potuissent.*

23 *Possessio donatoris post donationem quatenus possit referri, & intelligenda sit nomine donatarij, vel non.*

24 *Clausula constituti in instrumento donationis apposita, non excludit simulationem, si donator possidere continuauit, & quando num anteced. & seqq.*

25 *Quietantia donatoris vnica, demonstrans veritatem donationis, non præualet actibus, vel quietantijs contrarijs, importantibus simulationem eiusdem donationis.*

26 *Testes in concursu qui magis præualere debeant, illi nempe pro realitate, an alijs super simulationis donationis.*

27 *Actus consequutiui ad donationem simulatam, & ipsi simulatè, non autem verè & realiter censetur facti, ne detegeretur illius simulatio, & ideo non probant.*

28 *Donatio aliud est, quod fuerit simulata aliud verò, quòd in fraudem creditorum facta sit.*

29 *Donationis simulatio, vel fraus in præiudicium creditorum quatenus possit ab hæredibus allegari, & num. seqq.*

30 *Donatio simulata non subsistit, & ideo potest à quocumque, etiam à simulante ipso allegari.*

31 *Donatio simulata si adhuc in fraudem creditorum facta sit, potest tamquam talis à quacumque persona allegari, & num. seq.*

32 *Donatio simulata non est in rerum natura sed dicitur mera apparentia donationis.*

33 *Simulatio donationis non excluditur ex eo, quod donatarij fuerint infantes, si simulatio à solo donatore facta sit.*

DECISIO XIII.

RESponsum fuit, Sententiam Rotalem esse Infirman-
dam, tamquam iniustam, quia fuit pronunciatum,
donationem à Fabritio Puntirolo fauore Euphemiæ, & Iu-
niperæ ex Philippa Sorore neptibus factam, esse validam,
& DD. hodiè eam benè cum suis circumstantijs perpensam
agnouerunt fuisse simulatam, † & per consequens fictam, 1
& apparentem, nulliusque roboris, vel momenti, Bec. *cons.*
52. num. 25. Giurb. *decis. 22. nu. 17.* Rot. *decis. 741. num. 1. par. 3.*
recent.

Quod autem donatio fuerit verè simulata conuinci vi-
sum est ex quo adest Causa simulandi; continet enim bona
stabilia, quæ erant litigiosa, necnon omnia mobilia, domus,
& sic bona, in quibus donator timebat executiones paratas,
ad quas euitandas, seu saltem differendas motus fuit simu-
lare bona non esse amplius sua, nec à se possessa, † quæ est 2
vna de causis simulandi passim admissis, vt per Gratian. *di-*
scept. 502. num. 22. & 37. Giurb. *decif. 62. num. 8. cum pluribus*
seq. Buratt. *decis. 166. in princ.* & ibi Adden. Coccin *decis. 543.*
nu. 13. Bich *decis. 49. nu. 2.*

Et licèt opponeretur Causam istam in casu præsenti non
esse releuantem, nec verisimilem, ex quo dum bona erant
iam litigiosa transibant cum vitio, & poterant directò
executari, nec donans liberabatur, quia habebat alia bo-
na, in quibus poterant creditores satisfieri, vltra donata,
& hæc ei benè nota præsumendum erat, dum esset Iuris-
peritus, & Aduocatus. Tamen visum est tolli hanc in-
spectionem ex facto, quia satis probatum apparuit, do-
nantem opinatum fuisse, quod donationis simulatio sibi
contra collitigantes profutura esset, ita enim deponunt
plures testes dati in Summario illorum de Pontirolis *numer.*
25. litera A. † qui dicunt eum sibi ipsis hoc dixisse, & ideo 3
deponunt de facto proprio, ac proindè quamuis non sint con-
testes, † adhuc benè probant, vt in his terminis tra- 4
dit Castr. *cons. 109. num. 1. post princ. vers. sed hic adsunt*
lib. 2. & dixit Rota *coram Mantic. dec. 325. num. 4. vers. item*
gi credendum.

Præcipuè quia data fuit vlteriùs depositio iurata facta in
articulo mortis pro exoneratione conscientiæ à Religiosa
muliere Paula Alpina, eodem Summ. & *num. lit. B.* nec
non Apocha ipsius Fabritij manu conscripta, In qua ex-
pressè declarat ex eadem causa priùs simulasse venditionem
eorundem stabilium in donatione comprehensorum, eodem
Summ. *num. 1. lit. B.* † quæ depositio, & Apocha saltem ve- 5
hementer adminiculant testium depositiones, & magis eos
plenè probare faciunt, iuxta tradita per Mantic. *in dicta de-*
cis. 325. num. 4. Verall. *decis. 271. num. 3. par. 3. decis. 433. num.*
11. par. 4. tom. 2. rec. & decis. 181. num. 16. post Zacch. de oblig.
Camer.

Et dum constat donantem ita opinatum fuisse, nihil vlte-
rius quærendum est, quia causa simulandi non est necesse,
quod sit vera, releuans, & subsistens, † sed sufficit, quod 6
sit à simulante opinata, Farinacc. *quæst. 162. num. 138.* Bich.
decis. 49. nu. 7. Peuting. *decis. 319. nu. 1.* Otthob. *decis. 191. nu. 8.*
in recent. decis. 11. n. 4. & seq. par. 7.

Stante verò causa simulandi sufficiunt ad simulationem † 7
probandam coniecturæ, Dec. *consil. 544. nu. 13.* Rot. *dec. 179.*
nu. 13. par. 4. tom. 2. rec. nec necesse est, quod plurimum vr-
geant, † sed etiam leues sufficere tradunt Altograd. *cons.* 8
21. num. 42. vers. prout nec opus est lib. 2. Rot. *decis. 741. nu. 6. in*
fin. par. 3. recent. & dummodo † sint duæ, Palm. *cons. 17. nu.* 9
3. Staiban. iun. *resol. 156. num. 86. cum seqq.* Otthob. *decis. 191.*
num.

num.3. Rota *decis.34.nu.19.post* Roderic. *de concurs.cred.*
Et tamen in præsenti sunt plures, & vrgentissimæ, nam
primo DD. considerarunt maximam inuerisimilitudinem
in causa illa donationis, quam donans ipse dixit esse fina-
lem, vt donatariæ lites susciperent; ac enim à molestijs
10 liberarent, † dum donatariæ erant puellæ, & infantes,
necnon eandem inuerisimilitudinem considerarunt, quod
11 voluerit donare liberè omnia sua mobilia domus, † ac in-
ter ea Bibliothecam eisdem puellis, præcipuè dum ipse erat
Doctor, & vti exercens actualiter Aduocationem ea pro se
12 indigebat; cùm autem id, quod non est verisimile, † non
credatur verum, *cap. non est verisimile de præsumpt.* negari
13 non potest † præfatas inuerisimilitudines præbere vrgen-
tem coniecturam simulationis, Honded. *cons.46.nu.17.vers.
quæ coniecturæ lib.*1. Cyriac. *contr.*219. *num.*76. Dunoz.Iun.
*decis.*703.*nu.*12. Rot. *in rec.dec.*179.*nu.*11.*par.*4. *tom.*2.
Secundò fuit ponderatum, quod adsunt testes deponentes
de confessione ipsiusmet donantis, quod donationem fece-
rit simulatam ex causa prædicta; qui vti deponentes eum
sibi dixisse deponere dicuntur de facto proprio, & probant,
14 † licèt non sint contestes, iuxta punctuales auctoritates
Castrens. *in d.cons.*109.*num.*1. *post princ. vers. sed hic adsunt
lib.*2. *&* Rot. *coram Mantic.decis.*325. *numer.*4. *vers. item ei*
15 *credendum*; Eademque confessio saltem implicitè † ha-
betur ex instrumentis locationum bonorum in donatione
comprehensorum, aliarumque dispositionum de eisdem à
donante post donationem factarum cum expressione, quod
16 essent sua, d.Summ. *num.* 5. *&* 7. † non enim potuisset di-
cere bona esse sua, si illa verè, & non fictè, ac simulatè do-
nasset, & confessiones istæ multum vrgent, cùm nedum
17 coniecturam, † sed probationem simulationis præbere
aliàs censuerit Rota *coram Peutinger. decis.* 21. *numer.*32. *&
in rec.decis.*179. *n.*17. *par.*4. *tom.*2. *& decis.* 63. *nu.* 13.*par.*8.
Quod & facilius admittendum est in præsenti, ex quo
donator reseruauit sibi facultatem ad sui libitum donatio-
nem reuocandi, vnde tollitur, quod dicebatur eum non po-
tuisse post donationem factam amplius donatarijs præiudi-
care, & quod confessiones fecerit, ex quo pœnituerit verè
donasse, quia dum habebat alium modum ab ea recedendi,
si opus fuisset, & sic cessret ratio fingendi simulationem, cre-
18 dendum est confessiones fuisse veras, & † solum detegen-
dam veritatem emissas, ac proindè aptas, etiam de se solas
simulationem probare, vt vltra mox citatas decisiones ha-
betur etiam penès Buratt. *decis.*734.*nu.*4. & penès Bich. *decis.*
49.*nu.*8. *& in rec.decis.*262.*nu.*15.*par.*11.
Tertio concurrit solitum simulandi, dum constat, quod
eadem bona simulauit vendere, d.Summ. *n.*1.*lit B.* & simula-
19 uit etiam alium contractum, eodem *Sum.n.*9.*liter.B.* † ex quo
solito simulandi deduci coniecturam simulationis tradunt
Mascard *de probat conclus.*445.*nu.*5. *& seqq* Farinac. *quæst.*
162.*nu* 164. *& seq.* Palm. *cons.*17 *num.*10. Leotard *de vsur.qu.*
9.*nu.*9 *vers & licet qualitas.*
Quarto, quod donatio facta est neptibus, & sic fauore
coniunctarum personarum, ex quo pariter † iudicium si-
20 mulationis desumunt, Altograd. *cons.*31 *num.* 51. *& seq.
lib.*2. Bich. *decis.*34. Peuting. *decis.* 21. *num.* 16. *& decis.* 319.
*num.*11.
Quinto fuit etiam ponderatum donationem continere
pactum nedum insolitum, sed etiam quodammodo repu-
gnans donationi liberæ inter viuos factæ, nempè quod posset
21 ad libitum reuocari, † vnde quoque resultat simulationis
coniectura, Farinac. *qu* 161.*nu.*155. *& seq.* Leotard. *de vsur.q.*
40.*nu.*27. Dunoz.iun *decis.*196.*nu.*10.
Sexto fuit etiam considerata depositio d. Paulæ Aspinæ,
quod Fabritius donationem simulauerit ex causa præfata,
22 † quæ cum fuerit adducta ad hunc effectum probandi simu-
lationem, sufficit etiamsi non fuerit formiter examinata,
Rota *coram Mantic.decis.*326. *num.*4 *& coram Ottbob.decis.*
191.*nu* 16.
Septimo denique multum mouit credere, donationem
non fuisse veram, obseruantia donantis; nam licèt donare
dixerit liberè absque vlla reseruatione vsusfructus, tamen
bona semper vti propria retinuit vsquequo vixit, spatio ferè
septem annorum ea locando, census extinguendo, ac transi-
tum per ea patri donatariarum cum iurgio denegando, ac
alios actus faciendo, quos si verè bona donasset, certum est,
23 quod facere non potuisset, † vnde benè deprehenditur,
quod verè non donauerat, Honded *cons.*46.*nu.*14.*lib.*1. Alto-
grad. *cons.*21.*num.*47. *lib.*2. Gratian. *discept.*40.*nu.*45. Rot. *de-
cis.*179.*num.*13.*par.*4.*tom.*2. *& decis.*11.*num.*6.*par.*7. *& decis.*
262.*nu.*20 *par.*11.*rec.*

Nec placuit responsio, quæ huic coniecturæ adducebatur
ex clausula *constituti* in donationis instrumento apposita,
† qua stante, censeri debeat possessionem fuisse continua- 24
tam nomine donatariarum, non autem nomine proprio,
quia quidquid sit, si retenta fuisset pro tempore modico, dum
tamen fuit pro tam longo tempore, coniectura ex clausula
constituti in donatione apposita non destruitur, sed potiùs
augetur, quia cum d.clausula fuerit inuenta, vt citiùs trans-
ferretur possessio magis † repugnat, quod ea non obstante 25
fuerit diu retenta, & sic magis indicat simulationem, vt do-
cuit Bart *in l ficus* 8 *§. supernacuum num.*5.*vers.quæro quid ff.
quib.mod pign.vel hypot solu.* Crauett *cons.*156.*n.*10. Staiban.
iun. *resol.*9.*n.*20 *& seqq* Rouit. *decis.*3 *num.*11. *& seqq.* Rota
*decis.*179.*n.*14.*par.*4.*tom.*2.*rec.*
Et licèt adderetur, quod vltra d. clausulam, adessent
etiam aliqui testes deponentes Fabritium dixisse admini-
strare nomine neptum; necnon quædam quietantia ab eo-
dem facta cum expressione, quod illarum nomine recipie-
bat, † tamen huic quietantiæ vnicæ, & de parua sum- 26
ma, visæ sunt præualere aliæ plures nomine proprio fa-
ctæ, prout & testibus præualere visi sunt alii testes, ma-
ximè quia sunt magis adminiculati per actus ipsos nomine
proprio factos, & diu continuatos, † qui præualent di- 27
ctis, & magis attendi debent, Lancellot. *de attent. par.*
2. *cap.*4. *limit.* 2. *num.*91. Buratt. *decis.* 113. *num.* 2. *& seqq.*
Merlin. *decis.*313.*num.*3. Imò tam quietantia præfata, quàm
dicta donantis relata à testibus, quod administraret no-
mine donatariarum, vel actus consecutiui donationis si-
mulatæ, censentur & ipsi simulati, † ne detegeretur 28
simulatio donationis, & ideò non valent ad eam ex-
cludendam allegari, Dec. *consil.* 387. *numer.* 10. Alto-
grad. *consil.* 21. *numer.* 55. *lib.* 2. Mantic. *de tacit. lib.* 8. *tit.*
25. *numer.* 37. *vers. quamobrem*, Rota *decis.* 63. *num.* 40.
& 41. *par.* 8. *recent.*
Non obstat, quod ista simulatio tamquam facta in
fraudem creditorum non possit allegari ab hæredibus simu-
lantis, quia hoc obiectum euitatur, distinguendo inter
fraudem, & simulationem, seu donationem factam in
fraudem alicuius, & donationem simulatam, in prima
enim fraus à fraudante, vel hærede non potest allega-
ri, donatio remanet, in secunda verò non potest rema-
nere, † quia si est simulata non subsistit, & hoc potest 29
à quocumque dici; etiam ab ipso simulante, † vt distin- 30
guendo tradit Bart. *in l. post contractum* 25. *num.* 6. *ff. de do-
nat. & in l. filios* 4. *C. de reuoc. his quæ in fraud.* vbi etiam
Castren. & Salicet. Guttier. *in repetit. l nemo potest n.*1. 373.
ff. de leg. primo, Dec. *cons.* 659. *num.* 3 *vers. nec hinc*, Rim.
iun. *cons.*62. *num.* 23. Noguerol. *alleg* 10. *numer.* 75. Cancer.
var.lib 3. & sensit Rota *coram Bellamer.decis.*715. *numer.*4.
& 5. *& dec. vnic. num.*3. *de donat in nou. & decis.*237. *num.*
9 *post secundam vol cons. Farinac.* & nouissimè in *Romana
fideicommissi* 28. *Februar.* 1676. *§. multum enim coram R. P.
D. meo Vecce.*
Et procedit secunda pars distinctionis præfatæ, etiamsi
simulatio sit in fraudem creditorum facta, † quia adhuc 31
viget dicta ratio, quod donatio tamquam simulata in re-
rum natura non existit, sed est mera apparentia, & quod
hoc potest dici à quocumque, † vt expressè declarat Bald. 32
in l. cum profitearis 4. *num* 1. *ad fin. vers caue tibi, C. de reuoc.
donat.* Castr. *cons.* 58. *num.*3. *vers. sed his non obstantibus lib.*
2. Rimin. iun *cons.* 62. *num.* 23. *&* 24 Cancer. *variar. lib.* 3.
*cap.*2.*nu.*218 & sensit Rota *in d.dec.*237.*nu.*3. *propè fin. &* 9.
post 2.*vol. cons Farin.*
Nec obstare visum est, quod donatariæ vti puellæ infan-
tes essent omninò fraudis, & simulationis incapaces, quia
in præsenti agitur de donatione à solo Fabritio illis absenti-
bus, & prorsùs ignorantibus facta; Imò veriùs agitur de do-
natione non facta, sed ficta, quod ex prædictis conuinci
adeo apertè visum est, vt superfluum putarint DD. alia mo-
tiua pro Pontirolis adducta discutere.
Et ita vtraque &c.

*Hæc, & altera decisio ambæ emanarunt in eadem Causa,
in qua etiam sunt aliæ plures supra in præced. tom.* 2. *decimæ
octauæ partis, quæ sunt ibi in ordine* 423. *&* 569. *sub die verò*
23. *Iunij* 1679 *erit altera coram Reuerendiss. D. Damasceno.*

R.P.D.

R. P. D. CALATAIV.

Forolliuien. Donationis super Manutentione

Lunæ 1. Februarij 1677.

ARGVMENTVM.

Datur manutentio hæredi vigore Statuti continuantis in illum possessionem defuncti, non obstante possessione ab alio capta, quæ adhuc erat posterior possessione eiusdem hæredis, & non obstante clausula *constituti* à defuncto apposita in contractu, qui apparebat simulatus, itavt donec de illius validitate cognoscatur, effectus eiusdem clausulæ nihil operetur, sed debeat remanere suspensus.

SVMMARIVM.

1 *Statutum Foroliuiense* Rubrica 38. *mandat possessionem defuncti continuari in hærede.*
2 *Manutentio hæredi conceditur vigore Statuti, demandantis possessionem defuncti continuari in illius hæredes.*
3 *Possessio vacans potest capi ab hærede, & quomodo.*
4 *Manutentio possidenti non denegatur.*
5 *Possessio capta contra formam Statuti volentis possessionem defuncti continuari est nulla, & ideo non manutenibilis.*
6 *Possessio posterior manuteneri non potest in concursu possessionis anterioris.*
7 *Clausula* constituti *apposita in contractu simulato, & ficto nihil operatur. & n. seqq.*
8 *Clausula* constituti *sapit naturam qualitatem, & naturam contractus, cui apponitur.*
9 *Manutentio non datur ex clausula* constituti *apposita in contractu, de cuius validitate dubitatur, & n. seqq.*
10 *Contractus validitas donec disputatur, remanet suspensus effectus clausulæ* constituti.
11 *Simulationis iudicio durante, impossibile est, quod clausula* constituti *aliquid operetur, nisi eo totaliter terminato.*
12 *Statutum de continuanda possessione defuncti in hæredem operatur manutentionem, non obstante clausula* constituti *à defuncto apposita in contractu, de cuius validitate disputatur.*

DECISIO XIV.

CEnsuerunt Domini dandam esse manutentionem illis de Pontirolis fratribus, & hæredibus Fabritij,
non autem Iuniperæ donatariæ, quia dum constat Fabritium semper vsque ad obitum possedisse, intrat fauore hæ-
1 redum Statutum Forolliuiense Rubr. 38. † vt possessio defuncti continuetur in quolibet legitimo hærede, quod suffi-
2 cit ad hoc, † vt hæredibus non possit denegari manutentio, Gratian. *disc.* 732. *nu.* 1. *& seq.* Seraph. *decis.* 1065. *nu.* 1. Andr. *decis.* 36. *nu.* 1.

Et vlterius constat eosdem hæredes, statim eo mortuo, ingressos fuisse domum, eamque retinuisse tamquam ad se spectantem, necnon adiuisse Prædia, & fuisse in Dominos recognitos ab eorum Colonis, eorum Summario *num.* 1. &
3 12. † quod sufficeret ad actualem acquisitionem possessionis, quatenus illa fuisset vacans, Roland. *cons.* 46. *nu.* 12. *lib.* 2. Ridolph. *in praxi parte* 2. *cap.* 5. *num.* 66. Rota *decis.* 141.
4 *nu.* 9. *post* Pacif. de Saluian. Qua possessione stante † non potest denegari manutentio, §. *retinendæ*, *Instit. de interdict.* cum alijs vulgat.

Contra verò pro Iunipera nulla adest possessio manutenibilis; nam actualiter adepta post mensem à die obitus Fa-
5 britij, redditur inanis, & non manutenibilis, † tam ex dispositione dicti Statuti, quàm etiam ex quo est posterior
6 prædictæ possessionis actualiter adeptæ † à Pontirolis, Seraphin. *decis.* 1106. *num.* 2. Buratt. *decis.* 249. *num.* 13. & *decis.* 746. *num.* 2.

Nec vllum potest fieri fundamentum in clausula *constituti* in Instrumento donationis apposita, quia quamuis hæc clausula regulariter reputetur apta possessionem consti-
7 tuentis, in constitutarium † transferre, tamen hæc regula non potest applicari in præsenti casu, dum Domini iam firmarunt per aliam decisionem hac eadem die emanatam donationem non fuisse veram, sed simulatam, & fictam: Inde enim sequitur clausulam prædictam nihil posse opera-
ri, cum & ipsa tamquam accessoria † eodem morbo simu- 8
lationis, & fictionis laborare censeatur, Gabr. *cons.* 31. *n.* 12. *lib.* 1. Coccin. *decis.* 222. *num.* 5. & *in recent. decis.* 262. *num.* 11. & 12. *par.* 11.

Nec obstat, quod licèt emanauerit decisio super simulatione; non propterea dici valeat simulationem esse certam, maximè dum adsunt nedum aliæ decisiones, sed etiam duæ
sententiæ pro validitate; † quia sufficit donationem esse in 9
controuersiam deductam ad hoc, vt donec Causa super eius validitate pendet, non valeat super clausula *constituti* in ea apposita, & ab illa dependente fieri aliquod fundamentum, & tribui propter eam manutentio, vt pluries dixit Rota *coram Millino decis.* 282. *n.* 7. vbi quod interim ac discutitur va-
liditas contractus, † virtus clausulæ *constituti* remanet 10
suspensa, & *in decis.* 152. *post Posthium de manutentione*, vbi *num.* 3. & in specie habetur, quod non terminato iudicio si-
mulationis, impossibile est dicere, † quod clausula *consti-* 11
tuti operetur, *decis.* 92. *num.* 5. & *seq. post* Statil. Pacif. de Saluian. *decis.* 868. *num.* 4. *par.* 4 *diuers.* Et quod non possit impediri effectus Statuti continuantis possessionem in hæredes
per clausulam *constituti* † à defuncto appositam in Instru- 12
mento, cuius validitas sit in controuersiam deducta, Rota *coram Eminentiss. Ottbob. decis.* 176. *nu.* 18. & 19.

Et ita vtraque &c.

Hæc, & altera immediata decisio ambæ emanarunt in hac eadem Causa, in qua aliæ plures decisiones factæ sunt, quæ quia concordatæ in calce decis. præcedentis, superfluum fuisset eas hic repetere.

REVERENDISS. D. ALBERGATO Sacræ Rotæ Decano.

Bononien. Concursus Creditorum.

Lunæ 1. Februarij 1677.

ARGVMENTVM.

Materia hypothecaria, etiam cum prælatione tractatur, ad eum casum, quo locator erat creditor communis debitoris pro pensionibus rei locatæ ad conseruandum, qui proindè super rebus in ea existentibus sit potior cæteris, etiam anterioribus; Rursùs qualiter socius possit obligare portionem suam, non alteram socij, & quatenus alium sibi consocium possit assumere, & de actione super fundaco, & mercibus ibidem existentibus competente.

SVMMARIVM.

1 *Creditor, qui prior est tempore, est etiam potior in iure.*
2 *Locator pro pensionibus rei locatæ ad conseruandum, & reponendum merces, habet tacitam hypothecam cum prælatione contra creditores anteriores. & n. seq.*
3 *Locans domum pro conseruatione rei, vtiliter negotium gerit, etiam aliorum creditorum communis debitoris.*
4 *Socius pro suis particularibus debitis suam solam portionem obligare potest, non autem alteram sui consocij.*
5 *Debitor si post contractam obligationem, & hypothecatum negotium ad fauorem sui creditoris, alium in socium assumit, illi non præiudicat.*
6 *Negotium semel creditori obligatum per assumptionem noui socij, transit in illum cum onere suo.*
7 *Merces nouæ intromissæ in fundacum, dicuntur subrogatæ loco antiquarum, & ideo sunt hypothecatæ sicut erat hypothecatus ipse fundacus.*
8 *Æstimatio facta ad solum finem sciendi valorem, non facit emptionem, & venditionem.*
9 *Negotium semper remanet idem, quamuis in eo noui socij fuerint assumpti.*
10 *Negotium quatenus etiam per assumptionem noui socij*

fuerit

fuerit mutatum, non ideo extinguitur hypotheca super illo contracta.

11 *Ius non consistit in mutatione personæ, sed in essentia, & duratione negotij.*

DECISIO XV.

PLacuit Dominis decisio huius causæ, in qua sub die 8.
* Iunij proximi dictum fuit non constare de re iudicata,
sed de causis restitutionis in integrum; non enim in hoc Iu-
dicio Concursus possunt ex fundaco Comitis Morandi satis-
fieri Comes Capraria, & alij Creditores posteriores in præ-
iudicium Comitissæ Vxoris illius, quæ est anterior pro cre-
dito Dotis, & potior pro pensionibus Apothecæ, in qua
Fundacum fuit seruatum; vnde habet pro credito dotali in
1 tentionem † fundatam in regula prior in tempore, potior
2 in iure; & pro pensionibus in priuilegio, † quod imparti-
tur text. *in l. interdum ff. qui pot. in pign. habean.* cum non aga-
tur de pensionibus domus locatæ ad habitandum, sed de
Apotheca, seù Promptuario conducto ad reponendum, &
conseruandum merces, super quibus hac de causa locator
pro pensionibus habet tacitam hypothecam cum prælatione
contra Creditores hypothecarios, & anteriores conducto-
ctoris, & ratio est, quia vtiliter geritur negotium etiam
aliorum Creditorum, cum ibidem talia bona conseruen-
3 tur, † quæ aliàs possent perire, ideò conueniens est Locatori
conseruanti dari prælationem, & vltra deductum in præ-
terita decisione tradunt Molphes. *ad Consuetud. Neapol. tit. de locat. quæst.* 31. *numer.* 13. Paschal. *de patr. potest. par.* 4. *cap.* 6. *num.* 68.

Et quamuis iterum opponeretur, quod attenta societate
contracta super huiusmodi Fundaco inter Comitem Capra-
4 riam, & Comitem Morandum non licere † illius credito-
ribus egredi portionem spectantem ad ipsum Morandum,
cùm socius pro suis particularibus debitis solum possit pro-
priam portionem obligare; non autem illam consocij, vt
firmant Salgad. *labyr. credit. parte* 1. *cap.* 9. *nu.* 6. Rota *coram Remboldo decis.* 280. Merlin. *de pignor.* & alij in alia decisione
relati §. *Nec visa*.

Quia visum fuit id procedere, quando ab initio socij
ineunt societatem, & post eam contractam alter eorum
tamquam priuata persona suo proprio, & particulari no-
mine debita contrahit, quo casu certum est non posse so-
cium consocio præiudicare, secùs quando, vt hic, post iam
contractam obligationem, & hypothecatum ad fauorem
Creditorum negotium, seù Tabernam, in ea debitor so-
5 cium assumit, † quia tunc Taberna, seù negotium tam-
quam corpus, & quid vniuersale iam antea hypothecatum
Creditoribus, semper remanet tale, itaut Creditores con-
tra illud iura sua aperiendo, dicantur agere contra bona sui
6 Debitoris, non autem contra consocium, † per cuius as-
sumptionem, & communicationem negotij ei factam à De-
bitore ius illorum non fuit præiudicatum, cum transiuerit
Taberna cum suo onere hypothecæ, Merlin. *de pignor. lib.* 4. *tit.* 1. *num.* 29. Fontanell. *de pact. nupt. claus.* 4 *glos.* 9. *part.* 2. *num.* 61. Rota *decis.* 719. *nu.* 1. *coram Buratt. & in Romana pretij affict.* 13. *Iunij* 1676. §. *siquidem coram me*.

Nec facit, quod ex pecunijs collatis in societatem à
Com. Capraria asseratur emptum quoddam alterum Fun-
dacum mercium spectans ad Antonium Certanum, il-
ludque cum alijs mercibus eadem pecunia coemptis fuisse
positum in hac societate, quia præter quod non probatur
concludenter huiusmodi emptionem factam fuisse cum pe-
cunijs Comitis Caprariæ, cessat motiuum, aduertendo
Fundacum Certani fuisse emptum non ad effectum seppara-
tim exercendi, sed ad effectum incorporandi cum Fundaco
Comitis Morandi, illudque augendi cum mercibus in eo
existentibus, propterea tam dictæ merces, quæ erant in
eo, quàm aliæ ab alijs emptæ dicuntur subrogatæ loco illa-
rum, quæ erant in Fundaco de tempore, quo illud Comes
7 Morandus obligauit, † & per talem subrogationem
remansit semper illudmet Fundacum cum suis oneri-
bus, & hypothecis fauore Creditorum, qui ante socie-
tatem contraxerant Bald. *in l. vbi adhuc numero* 280. *C. de verb. dot.* Stracc. de Mercat. *parte prima numero* 97. & 98. latè Merlin. *de pign. libro secundo tit.* 2. *quæst.* 45. *numero* 24. & 25. Rota *decis.* 219. *numero octauo coram Card. Caualer.*

Quod autem antiquum Fundacum fuerit extinctum
vna cum omnibus hypothecis, ex quo merces in principio
societatis omnes fuerunt appretiatæ, non subsistit, quia
per talem æstimationem nòn censetur facta emptio, &
venditio, minusque nouum negotium erectum, cum illa
facta fuerit solummodò ad effectum an valor illarum
corresponderet summæ lib. 64. mil. quas Comes Morandus
pro sua rata ponere debebat, † non autem ad finem facien- 8
di emptionem, & venditionem, vt ponderat præterita de-
cisio Merlin. *de pignor. lib.* 2. *tit.* 1. *quæst.* 45. *num.* 61. & *seq.* Rota *decis.* 126. *num.* 10. *post Pacis. de Saluiana interdicto*.

Quinimò tantùm abest, quod negotium antiquum fuerit
extinctum, & dissolutum, & alterum creatum, quod ma-
nifestè contrarium probatur ex quo Comes Morandus ad-
misit socium Comitem Caprariam cum pacto expresso,
quod negotium continuaret in eadem Apotheca sub eodem
antiquo nomine *Gioseppe Moratori*, & cum eodem antiquo
signo, & stemmate; † Vnde patet semper remansisse ean- 9
dem Tabernam formaliter, & materialiter, licèt fuerit ad-
missus ad participationem idem Comes Capraria, ad tradi-
ta per Ancharan. *consil.* 332. *num.* 4. & 5. Magon. *decis. Florent.* 1. *n.* 38. & *Lucen.* 1. *num.* 26.

Non suffragatur, quod per admissionem noui socij con-
stituatur nouum negotium, quia non indè extinguitur hy-
potheca super corpore, & Taberna vniuersali à Creditori-
bus præcedenter acquisita, † cum ius non stet in mutatio- 10
ne personæ, † sed in essentia, & duratione Tabernæ con- 11
sideratæ tamquam quid vniuersale, quod propterea eadem
semper conseruatur, licèt persona illam exercens mutetur,
ad tradita per Sessam *decis. Aragon.* 149. *num.* 20. *lib.* 2. Rota *decis.* 159. *num.* 3. *coram Caualer.*

Et ità in decisis standum esse conclusum fuit, vtraque &c.

REVERENDISS. D. ALBERGATO.

Sacræ Rotæ Decano.

Veliterna Census.

Lunæ 1. Februarij 1677.

ARGVMENTVM.

Validitatis inuentarij materiam principalitèr continet hæc decisio, quæ vlterius etiam æstimationem bonorum hæreditariorum complectitur; Rursùs quatenus hæres creditor hæreditatis, possit sibi per imaginariam solutionem persoluere, ac de inuicem & contraria declaratione hæredis, se non esse hæredem, qualitèr illa suffragari possit, vel non; & demum de confessione dotis receptę, vna cum alijs pluribus ex sequenti Summario, & Decisione videndis.

SVMMARIVM.

1 *Inuentarium vt dicatur legitimum, quæ debeat habere requisita.*

2 *Inuentarium operatur, vt hæres reddita ratione de bonis hæreditarijs non teneatur vltra vires. amplia vt num. 3.*

3 *Hæres beneficiatus non confundit actiones pro suis iuribus, & creditis, si quæ habet contra bona hæreditaria, sed præseruatur ab omni damno.*

4 *Instrumentum à Notario rogatum, quamuis non reperiatur in protocollo, nec fuerit appositum in Archiuio, adhuc tamen probat.*

5 *Instrumentum coram Iudice productum, & exequutioni demandatum, in dubium reuocari non debet. & numero septimo.*

6 *Sententia in iudicatum transacta, amplius controuerti non potest, nec de validitate impugnari.*

7 *Inuentarium coram iudice productum, & mediante redditione rationis approbatum, eò magis probat.*

8 *In Inuentario facta tempore, quo hæres erat minor, cessat omnis dolus.*

9 *Æstimatio bonorum hæreditariorum facta citatis creditoribus, & ser. ser. probat valorem saltem donec de errore doceatur.*

10 *EMIN. D. CARDINALIS GASTALDVS integerrimus, & peritissimus Iudex nuncupatur.*

11 Re-

11 *Relatio, & æstimatio secunda facta à peritis de bonis hæreditarijs ad instruendum animum iudicis, non tollit primam. amplia vt num. seq.*

12 *Clausula* poni ad partes, & sine prejudicio iurium partium, *omnia iura præseruat.*

13 *Relatio, & æstimatio secunda peritorum facta super bonis hæreditarijs post decennium à prima relatione, non attenditur, & quare.*

14 *Valor, & pretium decennio præsumitur immutatum.*

15 *Relatio peritorum facta de bonis hæreditarijs, quæ calculat etiam fructus ad hæredes spectantes non attenditur, & quando.*

16 *Hæres facit fructus suos, quamuis habeat notitiam creditorum, qui tamen non vrgeant.*

17 *Hæres beneficiatus creditor hæreditatis in longe maiori summa, quàm sit valor eiusdem hæreditatis, per imaginariam solutionem bona sibi appropriasse præsumitur.*

18 *Hæres, qui pro suo credito etiam per imaginariam solutionem bona hæreditaria sibi appropriauit, pro illis facit fructus suos.*

19 *Solutio imaginaria inducta per legem, habet vim iudicialis solutionis.*

20 *Solutio imaginaria non requirit factum iudicis, etiamsi illa super bonis facta sit.*

21 *Aditio hæreditatis probatur ex declaratione minoris facta, quamuis adhuc sine solemnitatibus, si illa ab eodem minore non impugnetur. amplia vt ibidem, & num. seqq.*

22 *Actus gestus à minore sine solemnitatibus est nullus, si ipse petat annullari.*

23 *in Fauorem inducta, in odium retorqueri non debent.*

24 *Hæredem qui se non esse declarauit in Tribunali Fabricæ S. Petri, hoc præsumitur fecisse ad effugiendas molestias solutionis legatorum piorum. & num. seqq.*

25 *Declaratio facta ab hærede, se non esse hæredem, reuocari potest, & ideo non nocet, & quando.*

26 *Hæres semel, per repudiationem non desinit esse hæres.*

28 *Dotis confessio coniecturis, & præsumptionibus adminiculata, probat numerationem, nec dicitur simulata. & num. seqq. vbi amplia.*

29 *Dotis plures coniecturæ referuntur, ad hoc, vt illius confessio non sit simulata, sed probet numerationem.*

30 *Dotis confessio facta tempore, quo quis non erat ære alieno grauatus, non potest dici facta in fraudem creditorum.*

31 *Dotis confessionem approbant creditores, citantes mulierem, vel hæredes ad declarandum in quibus bonis illam consequi velit.*

33 *Dotis confessionem ad substiandam contra virum, leuiores probationes sufficiunt.*

34 *Dotis confessio de recepto mediantibus coniecturis, & præsumptionibus, etiam creditoribus præiudicat.*

35 *Renunciatio mulieris habentis dotalia, & extradotalia bona, si loquitur de dotalibus non porrigitur ad extradotalia.*

36 *Solutio non probatur facta ex notulis, seu libercule priuato creditoris, & quare.*

37 *Liber memoriæ causa retentus, non probat, nec pro scribente, nec contra scribentem.*

38 *Laudum à partibus approbatum habet vim transactionis, & rei iudicatæ.*

39 *Testes non informati, & testantes simpliciter de auditu, non probant.*

40 *Simulatio resultans ex possessione bonorum cessat, si illa hæreditario, vel alio titulo possideantur.*

DECISIO XVI.

ADuersus decisionem editam coram me sub die 21. Aprilis 1673. ad fauorem Ioannis Baptistæ, & aliorum de Vlissis, fuit concessa Archangelo Georgio noua audientia, qua pendente Partes inter se transegerunt; Verùm alij creditores hæreditatis Benigni Patris Archangeli, & signanter fratres de Colutijs sua interesse putantes litem, prosequi dum decisio firmabat nec Inuentarium, nec credita anteriora suffragari Archangelo, qui vsque tunc hoc clypeo, se defenderat, causam hodie reproponi curarunt, & facto clariùs ab Informantibus fulcito, DD. ab ea recedendum esse censuerunt.

Etenim corruit in facto præcipuum fundamentum prætensę decisionis, quod Archangelus hæres Patris gaudere non valeat beneficio legis, & inuentarij, ex quo, de eo non doceat, dum in hodierna propositione fuit ab eo exhibitum publicum Instrumentum Inuentarij ritè, & rectè factum præuia citatione executa contra creditores, & præcipuè contra Colutios ad videndum adiri hæreditatem cum beneficio leg. & inuentarij, super qua Iudex decretum interposuit admittendo hæredem ad adeundum, & mandauit confici Inuentarium, ad cuius confectioni interessendum pariter citati fuerunt tam ipsi Colutij, quàm singuli creditores præsentes, & absentes per proclama, † quibus 2
requisitis concurrentibus, Inuentarium dicitur legitimum, vt tradit Rot. *decis. 308. ferè per tot. coram Caualer.* & notat Ridolphin. *in prax. par. 1. cap. 9. num. 77. & 117.* & operatur, quod hæres reddita ratione bonorum in eo descriptorum,
† non teneatur vltra vires hæreditarias, & iura, & credi- a
ta si quæ ex propria persona habet contra † defunctum, 3
non confunduntur, sed præseruantur perinde ac si non adiuisset, Bald. *in l. si vxor num. 2. C. de bon. auct. iudic. possid.* Surd. *consil. 7. num. 31.* Rota *decis. 114. & 126. vtrobique num. 22. par. 7. recent.*

Nec fides huius Inuentarij eliditur, ex quo publicum Instrumentum de eo confectum non reperiatur alligatum in Protocollo cum alijs Instrumentis Notarij de eo rogati, neque in Archiuio, sed inuentum sit in quodam Fasciculo
existente in Cancellaria Veliterna, † quia si Notarius per 4
incuriam neglexit illud alligare cum alijs instrumentis, illius error, & negligentia nocere non debet partibus, Rota *decis. 328. num. 3. coram Peutinger. & in Romana Cambiorum 26. Iunij 1673 §. difficultas cor. me*, præsertim quando aliundè constat de instrumenti realitate, de qua hic dubitandum non est, cùm tale Inuentarium paulò post obitum Benigni
productum fuerit coram A. C. Caballetto, † & ad illius 5
formam præuia Peritorum electione citatis creditoribus, & signanter Colutijs, reddita fuit ratio de bonis in eo de-
scriptis, & lata sententia Archangelo † fauorabilis; quę 6
cum in iudicatum transiuerit, non valet ampliùs reuocari in dubium illius legalitas, Staiban. *var. resol 69 numero 2. & seqq.* Rota *in recent. decis. 482. numer. 3. par. 1. & decis. 61. numer. 17. par. 12. recent. & 643. numer. 11. coram Bich.*

Eo maximè quod successiuè nedum productum fuit coram R.P.D. Baranzono, & iterum reddita ratio, ac obtenta per Archangelum altera fauorabilis sententia, verum etiam quia commissa postmodum causa Eminentiss. D. Cardinali GASTALDO, tunc Prælato, & Iudice deputato, cùm fratres de Vlissis creditores ad nouam bonorum æstimationem deueniri institerint, Periti super eodem
Inuentario hæreditaria bona æstimarunt, † vndè perpe- 7
ram dubitatur de eius realitate, dum toties iudicialiter fuit 7
productum, & approbatum, & cessat omnis dolus, † ex 8
quo Archangelus de tempore confectionis erat minor, Odd. *de restit. in integr. quæst. 83. numer. 23. vers. ego puto*, Surd. *dec. 222. num. 12.* Rota *in rec. decis. 381. num. 11. & seqq. par. 13.*

Quod autem status hæreditatis Benigni sit calculandus in scutis 2270. non autem in scutis 4417. vt firmat præterita decisio, colligebant DD. ex iudiciali æstimatione facta à Peritis, vt supra electis, citatis ipsis
Colutijs, vnà cum alijs creditoribus, † quæ æstima- 9
tio plene probat donec de errore concludenter doceatur, Rota *post Salgad. labyr. credit. decisione 32. numero 15. & decisione 192. numero 23 parte 10. recentiorum & decisione 380. numero 2. coram bo. me. Card. Celso, & decis. 562. num. 7. coram Bich.*

Non obstat altera relatio, seù æstimatio, neque facta de mandato d. Eminentissimi GASTALDI tunc Prælati, & Iudicis deputati, quia vt liquet ex decreto, ille integer-
rimus, † & iuris optime peritus Iudex, non deuenit ad 10
illam, vt per eam tolleret primam relationem per tot an-
nos antea factam, † sed dumtaxat, vt hac vltima instrue- 11
ret animum suum, propterea decreuit poni ad partes,
& fieri sine præiudicio iurium ambarum partium, † quę 12
clausula operatur, quod ius partis resultans ex pri-

ma relatione semper illæsum remanserit, Rota *decis.* 931. *num. 7 & 8. coram Dunozetto iuniore*.

Et eò faciliùs hanc postremam relationem Peritorum vi-
13 sum est non esse † attendenda, nedum quia de eo tempore
non poterat ita innotescere Peritis qualitas rerum, sicut
14 innotuerat illis primis, cùm per lapsum decennij, † pro-
pter rerum, & temporum vicissitudines, rerum qualitas,
& valor mutatus præsumatur, iuxta text. *in l. pretia rerum ff. ad l. Falcid.* Verum etiam, quia in ea ad augendam hæredi-
15 tatem in commodum creditorum † calculantur fructus bo-
16 norum hæreditariorum, qui spectabant † ad hæredes,
qui illos suos fecerant, tùm quia creditores non vrgebant,
Escobar. *de ratiocin. cap. 9. num. 83.* Salgad. *labyr. credit. par. 2. cap. 1. à num. 57.* Gratian. *disc. 649. à num. 10.* Rot. *decis. 47. num. 6 & 7 coram Eminentiss. Ottbob & decis. 60. num. 1. coram Bich. & in Romana Census prima Aprilis 1669. § secundum decisiones coram R. P. D. meo Bourlemont*.

Tùm etiam, quia hæredes de tempore aditionis erant
creditores (vt infra patebit) in longè maiori summa, quàm
17 esset valor hæreditatis; † Vndè pro eis militat præsum-
ptio, quod statim legis ministerio per imaginatiam solutio-
nem sibi bona hæreditaria appropriauerint in extinctionem
18 suorum creditorum, † & consequenter ratione dominij fe-
cerunt, & faciunt fructus suos, Merlin. *de pignor. lib. 5. qu. 14 num. 7.* Rot. *decis. 69. nu. 10. par. 12. recent & d. decis. 47. num. 8. coram Eminentiss. Ottbob. & in Romana fideicommissi de Mutis 3. Iunij 1661. § imaginaria coram R. P. D. meo Bourlemont post Rodriquez de concurs. credit. decis. vlt.* & prius *in decis. 2. num. 11. & 12 par. 5. rec.* vbi relato Bartolo firmat istam fi-
19 ctam solutionem per legem inductam † habere viam iudi-
cialis solutionis, & in *decis. 127. num. 10. & 11. par. 7.* dicitur,
20 quod † non requiritur factum Iudicis.

Credita autem anteriora, quibus Archangelus assem hæ-
reditarium absorbet, plura sunt, & primum ast scutorum
1800. dotis Matris, cuius esse hæredem apparet ex pluribus
declarationibus se velle esse hæredem illius, etiamsi factæ
fuerint sine solemnitatibus ab ipso Archangelo tempore
21 minoris ætatis, quia adhuc aditio substinetur, † dum ip-
se, cuius fauore inducta fuit nullitas, non solùm illam non
allegauit, imò expresse declarauit etiam maior factus vel-
le esse hæredem, actus enim gestus à minore sine solemni-
22 tatibus est nullus, † si ipse petat annullari, nec alias in-
23 ducta ad eius † fauorem retorqueantur in odium, in specie
Posth. *resolut. 106. nu. 96.* Boccacc. *ad Constit. March. lib. 5. cap. 25. gloss. 10. num. 18.* Cartar. *decis. gen. 46. num. 15. & 19.* Rota *decis. 65. num. 20. & decis. 119. num. 24. parte 7. recentiorum*.

Parùm releuante, quod Archangelus in Tribunali Fa-
24 bricæ Sancti Petri negauerit se esse hæredem, † quia talis de-
claratio fuit simplex subterfugium ad effugiendas molestias
illatas à Fabrica pro solutione legatorum Piorum, quæ
25 Mater † reliquerat, potuitque proindè reuocari, & nihil
26 nocet, † cùm semel hæres per repudiationem non desinat
esse hæres, *l. sicut, vbi* Bart. *& Alex. C. de repud. hæred.* Rota *coram Buratt. decis. 847. num. 10.* & in indiuiduo similis decla-
27 rationis † contra Fabricam respondit Rota *decis. 85. num. 7. & 8. coram Card. Celso*, & sequendo Bald. *in l. quidam elogio n. 2. C. de iur. delib.* dictum fuit in *Florentina Iurispatronatus 5. Decembris 1659. § non obstat coram me*.

Minus subsistit alterum obiectum contra hanc dotem ex-
citatum, nempè quod sit simulata, ex quo de ea non con-
stet, nisi per simplicem confessionem de recepto, quoniam
28 hæc generalis conclusio limitatur communiter, † quando
cum quietantia concurrunt adminicula, & præsumptiones,
quæ hic non desunt; fuit enim in Instrumento inserta apo-
cha capitulariter matrimonialium.

Concurrit generalis præsumptio, quod matrimonia non
29 præsumuntur contracta sine dote, † quod in eadem quanti-
tate constituta fuit dos alteri Sorori, constat de effectiua
solutione partis per medium banchi, prætereà de tempo-
re Instrumenti Benignos non erat ære alieno grauatus,
30 † vndè dici nequit fecisse in fraudem creditorum, Merlin. *decisione 652. numer. 12.* & demum creditores dotem appro-
31 barunt † citando hæredes ad declarandum, in quibus bo-
nis vellent consequi dotem, Rota *in Bononien. Bonorum 20. Iunij 1664. § his igitur coram R. P. D. meo Bourlemont in rec. decis. 514. par. 14.* quibus concurrentibus de vera, & effectiua
32 traditione dubitari non potest, † non solum contra Vi-
33 rum, eiusque hæredes, † contra quos leuiores probatio-
34 nes sufficiunt, † sed etiam contra creditores, Pacific. *de Saluian. inspect. 3. cap. 2. num. 283.* Rota *decis. 43. num. 16. coram Arguell.* & latè *in Bononien. securationis 15. Iunij 1674. § ex publico coram R. P. D. meo Bourlemont, & in Canea. Loti sub hodierna die coram eodem*.

Alterum est creditum de anno 1599. Liuiæ Passaræ in
scutis 700 quod fuit legatum ipsis Georgeis, non subsisten-
tes responsione, quod eidem fuerit renunciatum, quia præ-
mittendum est in facto, quod illa habebat bona duplicis
generis, nempè dotalia, & extradotalia, ideo renunciatio
loquens de dotalibus, † tamquam stricti iuris trahi non de- 35
bet ad extradotalia, quæ Lutia in d. quantitate scutorum
700. possidebat, Rot. *decis. 157. numer. 18. par. 8. recent. & in Asculana fideicommissi 22. Iunij 1672. § pari modo coram R. P. D. meo Calataiu*.

Tertium ast creditum proueniens ex legato scutorum 500
relicto Domitiliæ, quod Fului debebat à Benigno hæreda
Prosperi de tempore matrimonij, † cuius solutio non pro- 36
batur facta ab eodem Benigno ex notulis Archangeli exi-
stentibus in eius libercuio, † quia liber memoriæ causa 37
retentus non probat, nec pro scribente, nec contra scri-
bensem, Gen. *de script. priuat. lib. 5. de Scartafacc. seu memor. num. 4.* Grat. *consil. 123. num. 11. lib. 2.* Mandell. *cons. 429 nu. 32.* Buratt. *decis. 282. num. 6.* imò solutionem fuisse factam
ab ipso Archangelo, nedum in dicta summa scutor. 500.
verùm etiam in maiori ascendente ad scuta 689. apparet in-
controuertibiliter ex instrumento rogato anno proximo
præterito 1676. in executionem laudi inter Archangelum,
& hæredes dictæ Domitiliæ lati à R. P. D. de Luca, &
Ioanne Baptista Arrigo Iudicibus Compromissarijs, quod
laudum cùm fuerit ab eisdem de Bubalo hæredibus appro-
batum † remouet omnem prorsùs difficultatem tanquam 38
habens vim transactionis, & rei iudicatæ, ad text. *in l. cum autem C. de arbitr.* Rota *decis. 65. num. 1. & duobus seqq. par. 7. rec.* cum alijs *in decis. 202. num. 9. coram bo. me. Card. Celso*.

Sunt etiam ponendi ad creditum Archangeli plures cen-
sus ascendentes ad summam scutorum 1400. & alterum cre-
ditum scutorum 355. Barcliæ, quæ credita suo particulari
nomine, & cum propria pecunia translatiuè, non autem
extinctiuè contra paternam hæreditatem ipse Archangelus
acquisiuit, prout est etiam habenda ratio alterius crediti
scutorum 500. relictorum Siluiæ, cuius solutio non resul-
tat ex dictis testium, vt ponderat alia decisio, quia ex il-
lorum depositione nunc data per extensum, apparuit illos
non esse informatos, † & testari tantummodò de auditu 39
auditus, quod non sufficit, potissimum dum Siluia post-
quam citata fuit ab Archangelo expediuit mandatum, in
cuius satisfactionem Georgij dederunt nonnulla bona,
quæ nuper tantùm reperta fuerunt penès Archangelum in
quantum ab illa fuit ipse institutus hæres. † Vnde cessat 40
quælibet simulatio, Cyriac. *contr. 131. num. 16.* Rota *dec. 338. coram Eminentissimo Ottbobono*.

Prædictis addendus est census nuper per viam concordiæ acquisitus per Archangelum translatiuè, & non extinctiuè ab illis de Vlissis creditoribus anterioribus, mediante solutione scutorum 575. pro qua summa soluta; indubitatum est competere retentionem, quidquid sit de residuo, ex quibus omnibus creditis insimul coaceruatis semper conflatur summa absorbens valorem assis hæreditarij, siue attendatur prima, siue secunda Peritia; Propterea recessum fuit à decisis, vtraque Parte informante &c.

R. P. D. CALATAIV.

Camerinen. Bonorum.

Lunæ 8. Februarij 1677.

ARGVMENTVM.

Cum adeo sit in iure necessarium, vt testamentum perfectam testatoris voluntatem contineat, illud etiam fauore piæ causæ, inualidum declaratũ est ex pluribus minutis, nulla tamen perfectionem habentibus, licèt ab eodem testatore cõscriptis, ac proinde legitimo hæredi ab intestato hæreditas fuit concessa, quæ cum esset Monialis, & ante ingressum renunciationem fecerat, de illus qualitate fuit quæsitum, & illam non fuisse, nisi

mere

mere personalem deciditur; Rursus explicatur, etiam quatenus in legato non comprehendentur ea, quæ in libro testatoris sunt conscripta.

SVMMARIVM.

1 *Proximior succedit suo proximiori ab intestato defuncti.*
2 *Testamentum imperfectum ratione voluntatis non substineatur, nec etiam fauore piæ causæ.*
3 *Testamenti imperfectio resultat ex defectu diei, mensis, anni, nominis Pontificis, subscriptionis, & testium.*
4 *Testator si erat solitus facere plures minutas testamentorum, ex hoc arguitur eius inconstantia testandi, & indeterminata voluntas.*
5 *Testamentum dicitur imperfectum, si testator illi plura addere velle declarauit.*
6 *Testamenti perfectio non resultat ex additione à testatore facta, si in ea plura etiam alia superaddi debuerant.*
7 *Declaratio testatoris se velle quamprimum condere testamentum, manifestè ostendit ipsum per antea illud non condidisse.*
8 *Testis vnicus sufficit pro declaranda voluntate testantis.*
9 *Testamenti minutam non fuisse perfectam declarat testator, faciendo mentionem in alio instrumento de testamento condendo.*
10 *Testator si post exaratam minutam testamenti, pluribus annis superuixit, & illam non terminauit, subscrpsit, aut consignauit notario.*
Signum euidens eam non habuerit pro perfecta ibidem.
11 *Renunciatio monialis facta non ob ingressum monasterij, sed solius amoris, & gratitudinis erga fratrem, reputatur esse personalis, non autem realis.*
12 *Renunciatio si est mere personalis, expirat mortuo renunciatario.*
13 *Renunciatio solum translatiua, non autem abdicatiua, non excludit renunciantem à successione renunciatarij.*
14 *Renuncians iuribus de futuro super bonis renunciatarij, an ab illius successione excludatur.*
15 *Renunciatio si inspecta vtriusque mentis renunciantis, & renunciatarij, non comprehendit illius successionem, eam tollere nequaquam potest.*
16 *Renunciatio Monialis est nulla ex defectu licentiæ Episcopi.*
17 *Renunciationis validitatem ostendere debet qui se fundat in illa.*
18 *Licentia Episcopi in renunciatione monialis in eodem actu interuenire debet, & ita ostendendo renunciationem, illius negatiua probatur.*
19 *Auctoritas plurium DD. & præcipue S. Rotæ Romanæ, prævalet alijs paucioribus contrarium tenentibus.*
20 *Licentiam Episcopi in renunciatione monialis non requiri in eodem actu, sed illam præcedere potuisse plures DD. tenuerunt, & sup. num. 18.*
21 *Legatum quatenus comprehendit omnia, quæ in libro testatoris sunt comprehensa, & num. 22.*
22 *Testator si legatario mandauit librum sibi consignatum nemini tradere, nisi ei cui ipse mandauerit, an omnia in eo contenta eidem legatario legasse dicatur.*
23 *Persona hæredis si non fuit nominata inter personas, quibus testator aliquid restitui mandauit, de iure tamen subintelligitur.*
24 *Testamentum etiam dicitur fecisse testator in fauorem legitimi hæredis, licet intestatus decesserit.*

DECISIO XVII.

VT de rebus suis prouidè disponeret Hieronymus Taraschius, varias meditabatur dispositiones, sibique parum constans modò vnam, modò alteram testamenti minutam exarabat. Inter istas autem vna reperta fuit, in qua institutis filijs proprijs nascituris, in eorum defectum substituit Confraternitatem Sancti Antonii de Camerino cum onere dotandi Puellas; sed in ea, sicut in alijs antea fauore Patrum Oratorij Camerini, & post pro multiplico faciendo, vt obtineretur à Sancta Sede Apostolica Beatificatio aliquorum Religiosorum confectis, semper remansit imperfecta Disponentis voluntas, qui dum noua parabat Testamenta, improuisa morte correptus, obijt intestatus; Hinc successio ad illius hæreditatem à pluribus exoptata, varijs litibus causam dedit, ortaque est quadrangularis quæstio inter Confraternitatem Sancti Antonij, prætendentem illam sibi deberi ex d. minuta; Monasterium Sanctæ Catarinæ Seuen. Ciuitatis Camerini ex persona Monialis Mariæ Hieronymæ in eo professæ, prætendentis sibi delatam hæreditatem ab intestato tamquam proximiori defuncto, quia erat illius germana soror, & Iulianum, aliosque de Riccijs, qui admittentes defunctum obijsse intestatum, prætendebant Monialem excludere vigore renunciationis ab illa factæ fauore Hieronymi, necnon Beatricem Granatam Vxorem defuncti, prætendentem loca montium, & credita hæreditaria vigore cuiusdam donationis causa mortis sibi factæ nonnullis bonis particularibus à Hieronymo; Introductaque causa inter collitigantes coram A. C. iste pronunciauit, immissionem competere Monasterio; quod delata causa ad Rotam, hodie coram me pariter resolutum fuit.

Posito enim, quod vbi deficit Testamentum, potior cau-
sa succedendi † est proximioris in gradu, *l. 1. & 2. ff. quorum* 1
bonorum, & in Auth. cessante C. de legitimis hæredibus, dubitatum non fuit, quin Monialis tamquam proximior, vt non controuertitur, & ex eius persona Monasterium præferri debeat.

Quod autem Hieronymus decesserit ab intestato est de per se satis clarum, dum non exhibetur testamentum perfectum, quale dici non potest minuta confecta fauore Archiconfraternitatis Sancti Antonij de Padua, cùm ex sui facie appareat omninò imperfecta, & ex pluribus conuincatur eam continere simplicem præparationem ad testandum;
† Istaque imperfectio procedens ex defectu voluntatis; li- 2
cèt in minuta contineatur institutio fauore piæ causæ, sufficit pro illius exclusione, quidquid secus dici posset, si defectus esset in solemnitatibus, vt distinguendo tradunt Vasquez *de success. tom. 1. lib. 3. §. 22. num. 6.* Rub. *de testam. cap. 8. num 391. & 392.* Torr. *de pact. futur. success. lib. 3. cap. 12. num. 56.* Rota *decis. 576. num. 2. & 3. par. 2. & decis. 16. num. 1. & par. 13. recen.*

Et fundò non solùm minuta perfecta caret die, mense, an-
no, nomine Pontificis, subscriptione, & testibus, † quo- 3
rum omissio indicat imperfectionem testamenti, Rota *d. decis. 16. num. 1. & 7 par. 13. recent.* sed quod magis est, aduertetunt DD. solitum fuisse Hieronymum similes minutas imperfectas, tamen ob inconstantem, & adhuc indeterminatam eius voluntatem conficere, vt patet ex alijs ante, &
post exaratis, † ex quibus benè arguitur, quod ille semper 4
dubius permansit, & hoc ipsum clarius conuincitur, ex quo post istam minutam in illius continuationem fecit conscribi plura folia, in quibus circa modum dotandi puellas, quas in d. minuta dotari mandauerat, plura addidit, aliaque velle addere expressit, scilicet nomen puellarum dotandarum,
& executores d. dotationis, quæ tamen non addidit, † adeo- 5
vt nimis apertum remanet, huiusmodi minutam non fuisse perfectam, dum carebat tot dispositionibus, & conditionibus, quas velle addere professus fuit Paris. *cons. 17. num. 17. lib. 2.* Gratian. *discept. 764. nu. 3. & seqq* & in simili arguit Rota *d. decis. 576. num. 1. par. 2. rec.* Absque eo, quod perfectionem assumere potuerit ab istis folijs, quoniam vltra cancel-
lationes, & apostilias † in istis etiam deficiunt ea, quæ de- 6
functus explicare, & addere decreuerat, Paris. *vbi supra num. 17.* Surd. *cons. 187. num. 21.* Buratt *decis. 172. num. 6. in fin. cum seqq.*

Nil refragante, quod in dubio præsumatur, quod voluntas sit perfecta, & quod Testator nihil voluerit addere, quia id procedit, quando Testator morte præuentus nihil addidit; hic autem constat apertè de additione facta per viam continuationis.

Vlterius comprobatum fuit ex depositione vnius testis, quod Hieronymus paulò ante sui obitum, & post exaratas dd. minutas pluries declarauerat se vsque ad illud tempus testamentum non confecisse, sed quod volebat illud quam-
primum condere, † ex qua declaratione indubitata conuin- 7
citur imperfectio præcedentium minutarum, vt in proposito aduertit Rota *decis. 186. num. 5. vers. hæc autem, post* Torr. *de pact. futur. succes.* & quamuis de ea deponat vnicus dum-
taxat Testis, † tamen cum agatur de declaranda voluntate 8
defuncti sufficit, Rota *decis. 310. num. 11 par. 10. & decis. 296. num. 12. par. 13. rec.*

Et fortiùs dum iste Testis est adminiculatus ab instru-
mento donationis causa mortis rogato post d. minutam, in
quo quidem instrumento Hieronymus bis facit mentionem
9 de testamento à se condendo; † nam hoc etiam indicat, quod
scriptura antecedenter facta non continet voluntatem per-
fectam, sed præparationem, Rota *decis. 186. post Torr. de
pact. futur. success. num. 5.*

Atque insuper animaduerterunt DD. quod Hierony-
mus pluribus ab hinc annis superuixit post d. minutam, nec
vnquam illam subscripsit, terminauit, aut consignauit No-
10 tario, vel aliud signum fecit perfectæ voluntatis, † prout
verisimiliter fecisset, si voluisset habere vim testamenti, vt
arguunt Menoch. *cons. 42. num* 26. Morot. *cons. 6. num.* 10. *vers.
septima conclusio.*

Atque ex his sublata remanet exceptio, quod cum in d. minuta legantur verba præseferentia perfectione voluntatis debeat haberi pro testamento solemni, quoniam regulare est, quod quando dd. minutæ conficiuntur, apponi solent, omnia, quæ in ipso originali perfecto apponi deberent. Hinc fuit animaduersum, Hieronymum eadem formula vsum fuisse etiam in alijs minutis, quas tamen imperfectas allegabant vtrimque Scribentes, quare non est insistendum in hoc cortice verborum, sed aliunde ex alijs indicijs quærenda est perfectio voluntatis, quæ certè hic deficit, ex allegatis.

Quibus ita firmatis fauore hæredum venientium ab in-
testato, non visa fuit sufficiens ad exclusionem Monasterij
renunciatio facta à Moniali Maria Hieronyma fauore fra-
11 tris, quia renunciatio fuit † personalis, dum causa illius
non fuit ingressus in Religionem, sed amor, & gratitudo
erga fratrem, quem vnicè considerauit, ex quo de proprio
expenderat scut. 300. pro illius monachatione, Surd. *cons.*
244. *num.* 14. Rota *coram Dunoz. Iun. decis* 346. *num.* 34. *& in rec.
dec.* 543. *num* 35. *par.* 5. *& decis.* 106. *num.* 11. *par.* 3. *rec.* & dum
omnia verba tendunt in fauorem personæ fratris, Summ.
Monialium *num.* 12. ibi *dicto suo fratri &c. desiderans ei &c.*
verum etiam ad illius fauorem renunciare in eius fauorem
pagamentum, *dans &c.* Ideoque mortuo fratre renunciata-
12 rio expirauit renunciatio, † nec potest Monialis excludi ab
illius successione, Donat. Anton. de Mario *resol.* 186. *per tot.
lib.* 2. Rota *decis.* 253 *num.* 17. *par.* 14. *recen.*

Nec obstare visum fuit, quod renunciatio fit facta etiam
de bonis fraternis, nam verificari poterat in bonis duorum
fratrum præmortuorum, & quia renunciatio non fuit sim-
pliciter abdicatiua, sed translatiua, vt d. Summ. *num.* 12. ibi:
13 *donauit, cessit, transtulit*, † non exindè renuncians excluditur
ab hæreditate renunciatarij, Rota *decis.* 243. *nu.* 7. *par.* 13. *rec.*
14 quæ loquitur in fortioribus terminis, † nempè quando fue-
rat in specie renonciatum iuribus futuris super bonis renun-
ciatarij, vt patet ex *decis.* 477. *num.* 5. *in fin. par.* 13. *rec.* neque
15 inspecta mente tam renunciantis, quàm renunciatarij † di-
ci potest in renunciatione fuisse comprehensam hæredita-
tem ipsius Hieronymi, vt pluribus comprobat Rota *decis.*
543. *num.* 13 *vsque ad* 25. *par.* 3. *rec.*

Præterea d. renunciatio fuit nulla propter defectum licen-
16 tiæ Episcopi † requisitæ per Concilium Tridentinum *sess.* 25.
de regular. cap. 16. quæ cum interuenire debeat in eodem actu
17 † præsumi non potest per lapsum 30. annorum, sed qui in
ea se fundat, debet tamquam actor de illius validitate do-
18 cere, ostendendo licentiam Episcopi, † de qua satis dici-
tur non constare, eo ipso quod nulla in instrumento renun-
ciationis de ea legitur facta mentio, Barbos. *in collect. ad Con-
cil. d. cap.* 16. *num.* 23. Franch. *contr. inter. Episc. & Regul. par.* 2.
contr. 42. *num.* 4. pleneè Capon. *contr.* 20. *art.* 2. *n.* 14. *& seq* Rem-
bold. *decis.* 535. *nu.* 9. *& pluribus seqq.* quæ auctoritates, & præ-
19 cipuè S. Rotæ † præualere debent auctoritati Ventrigl. *in
prax. cap.* 2. *de renunc. nouit. adnot.* 46. *cap. vnico num.* 21. *& Ca-
merat. resp. decis.* 21. *num.* 37. *&* 38. contrarium tenentibus.

Præcipuè quia ratio adducta à *Camerata*, quod licentia
possit præcedere actum renunciationis, nullius est momen-
20 ti, † quia etiamsi licentia præcedat, tamen attento quod
de tempore actus adhuc durat, benè dicitur interuenire in
ipso actu.

Minusque visa fuit sufficiens ad excludendas Moniales,
prætensio Beatricis, quod in donatione causa mortis sibi fa-
cta à Hieronymo, comprehendantur loca montium, &
omnia credita descripta in libro, cui titulus est, *Secondo libro
21 de' miei effetti*, † attento quod donator prohibuerit, ne do-
nataria cogi possit ad illum consignandum, nisi ei, cui ipse
per testamentum, aut aliam scripturam ordinasset, restitui
debere, & nemini ordinauit, quod restitueret, per text. *in l.
qui filiu* 62. *ff. de legat. tertio*; nam dispositio d. textus non pro-
cedit † quotiescumque extant coniecturæ in contrarium, Ias. 22
in l. seruum filij 46. *§ cum qui num.* 4. *& seq ff. de legat.* 1. hic au-
tem concurrunt nedum coniecturæ, sed expressa voluntas
donatoris non comprehendi loca montium, & credita, dum
hæc omnia sunt claris verbis exceptuata in donatione ibi:
*Non siano comprese le Patenti de' luoghi de' monti, Instromenti,
polize, & altre note, di più, e diuersi debitori*; & licèt inter per-
sonas, cui liber restituendus erat, non sit expressa persona hæ-
redis, † tamen ea subintelligitur, non obstantibus verbis 23
personalissimis, Cyriac. *contr.* 21 *a. num.* 15. *& seqq.* cum alijs
per Rotam *decis.* 371 *num.* 21. *& pluribus seqq. par.* 15. *rec.* Imò
quia Hieronymus decessit ab intestato, † videtur tacitè fuis- 24
se testatum ad fauorem hæredis legitimi, *l. conficiuntur octa-
ua in princ. ff. de codicill.*

Et ita vtraque, &c.

REVERENDISS. D. ALBERGATO
Sacræ Rotæ Decano.

Romana Augumenti Dotis.

Lunæ 8. Februarij 1677.

A R G V M E N T V M.

Dotis augumentum à Sixtina Constitutione compræhendi deciditur, non obstante illius derogatione à Pontifice obtenta, quæ licet pro dote concessa, & in minori summa constituta, quam derogatio importaret, non ideo compræhendere poterat d. augumentum Pontifici non expræssum, & hoc ex natura dispensationis, seu derogationis, quæ quia strictissimè intelligenda est, tantum compræhendit, quantum in ipsa fuit præcisè concessum.

S V M M A R I V M.

1 *Constitutio* Sanctæ memoriæ Sixti V. *probibet constitui dotes vltra summam scutor.* 5500. *monetæ, & plura de illius intellectu per totam.*

2 *pro Dote vltra summam* Sixtinæ Constitutionis *nulla datur actio, & proinde mandatum relaxari non potest.*

3 *Dotis Augumentum vnum, & idem requiratur cum ipsa dote.*

4 *Verba* sotto qualsiuoglia colore, o titolo *omnem, quemcumque modum important, & num. seq.*

5 *Directè vetitum censetur etiam indirectè probibitum maximè adiuncti verbis directè vel indirectè, & numero 4.*

6 *Dictio* altro *compræhendit, tam casus expressos, quam alios similes.*

7 *Dos vltra summam* Sixtinæ Constitutionis *assignari non potest neque à debitoribus, neque à marito, neque ab extraneis.*

8 *Dotis excessus à Statuto, vel Constitutione prohibitus, nequaquam permittitur, siue ille sit ex parte viri, siue etiam ex parte mulieris.*

9 *Ratio eadem vbi militat, ibi etiam eadem iuris dispositio procedit.*

10 *Derogatio* Sixtinæ Constitutionis *prodesse Pontifici expræssa, quamuis in minori summa illa verè assignata sit non comprehendit illius augumenti, quod Papæ narratum non est.*

11 *Derogationes, & Dispensationes sunt stricti iuris, & ideo non trahuntur ad ignorata.*

12 *Derogatio* Constitutionis Sixtinæ *facta pro dote constituenda, non comprehendit illius augumentum iam constitutum, vel ante promissum.*

13 *Verba derogationis* Sixtinæ Constitutionis, *quod maritus recipere, & retinere possit dotem derogatam, non comprehendit augumentum ab eodem viro in fauorem vxoris factum.*

14 *Verba si verificari possunt in eorum proprio significatu, secundum illum intelligenda sunt, nec trahuntur ad alium intellectum.*

15 *Dispensatio stricti iuris est, & ad instar derogationis strictissime interprætari debet.*

16 *Dero-*

16 *Derogatum , & concessum tantum esse censetur , quantum dictum , & expræssum est , aut de necessitate infertur, exclusa omni , & quacumque extensione.*

17 *Constitutio* Sixtina *super moderatione dotium actori tollit actionem , & reum à contraria obligatione preseruat immunem , & sup. num. 2.*

DECISIO XVIII.

PRomiserat Excellentiss. D. Princeps Carboniani , &
e lar. me. Stephanus Dux Bassanelli eius filius Excel-
lentissimæ D. Lucretiæ Columnæ futuræ Nutui , & Spon-
fæ respectiuè scuta quinquaginta millia pro augumento do-
tis soluenda in euentum in quem illa viro superstes reman-
sisset, quamobrem soluto matrimonio per obitum Ducis ,
D. Ducissa Vxor relicta iudicium contra Principem soce-
rum vigore apochæ promissionem prædictam continentis
introduxit coram A. C. cui san. mem. Clemens X. commi-
sit, vt in causa procederet de voto Rotæ , ideò à Dominis
quæsiui , an petitum mandatum esset relaxandum, & habui
responsum negatiuum.
Huius resolutionis fundamentum fuit *Constitutio sa. me.*
1 *Sixti V. in ordine 52. Bullar. tom. 2.* † qua prudens Pontifex cu-
piens resecare superflua , tollendo immoderata dotes , &
sumptus , qui occasione nuptiarum profusè fiebant , sta-
tuit dotem non nisi in summa scut. 5500. constitui posse , &
in euentum in quem dos præscriptam quantitatem excesse-
rit , pro eo quod excedit annullat quascumque obligatio-
nes , & tollit omnem actionem , vt liquet ex lectura ,
2 † propterea D. Ducissa tanquam carens actione manda-
tum contrà obligatos in apocha obtinere non valet , vt plu-
riès dixit Rota , & signanter *in decisione 75. §. non obstat post*
Fenzon. *ad Statut. Vrb. & in rec decis. 438. num. 31. par. 9. & de-
cis. 192. num. 31. & 32. par. 10 & decis. 323. nu. 18. par. 12. & dec.
413. eodem num par. 14. & coram Eminentissimo Otthobono decis.
199. num. 17. & seqq.*
Nec refert , quod in casu præsenti non agatur propriè de
dote , sed de donatione propter nuptias , seù sponsalitia lar-
gitate , seù veriùs de augumento dotis , vt indicant verba
promissionis ibi *: per sopradote* , quia præter quod augu-
3 mentum dotis , † vnum , & idem cum ipsa dote reputa-
tur , itaut dispositum in dote censeatur dispositum in augu-
mento *l. inter socerum §. cum inter ff. de pact. dotal.* Ias. *in rubr.
num. 39. & seq ff. soluto matrim.* Roland *de lucra dot. qu. 100. per
tot.* Surd. *cons. 397. num. 12. & 14.* Borsatt. *cons. 120. nu. 6. & seqq.*
Spad. *cons. 220. num. 4. lib. 2.* Rot. *decis. 129. num. 3. & seqq. coram
Duran. & decis. 113. num. 4. coram Rojas* , cessat motiuum ex
4 verbis ipsius Constitutionis † vetantis transgredi tradendo
vltrà summam taxatam , tàm sub prætextu augumenti
ibi : *Ne sia lecito à questo contrauenire per causa , & occasione
di accrescere somma di dote:* quam ex causa donationis pro-
pter nuptias , & sponsalitiæ largitatis ibi *: sotto qualsiuoglia co-*
5 *lore di donatione , ò parafreno , ò altro titolo :* † quæ verba sic
ampla includunt omnem modum directum, vel indirectum,
qui excogitari posset pro tradendo maiori quantitate , vt in
eadem Constitutione subditum ibi *: ò via diretta , ò indiret-
ta :* Gabr. *cons. 187. num. 9. lib. 1.* Bertazzol. *de claus. claus. 21.
glos. 16. num. 1.* Gratian. *discept 758. num. 36.* Rota *decis. 760. nu.*
6 *27. cor. Dunoz.* iuncta potissimùm dictione: *altro:* † quæ com-
præhendit casus expræssos , & alios illis similes Barbos. *dict.
26 num. 1.* Gratian. *discept. 163. num. 21.* Rota *decis. 640. num. 9.
coram Dunoz.*
Quod autem promissio horum scutorum quinquaginta
millium non comprehendantur sub Sixtina Constitutione
ex quo non emanauit ex parte mulieris , sed viri , & soceri
7 non refert , † quia Constitutio non solum locum habet
quando excessus prouenit ex parte Sponsæ ; Verum etiam
quando procedit ex parte viri , aut alterius extraneæ perso-
næ ibi : *Ne sia lecito à questo contrauenire per alcun patto &c.
da farsi per li contrahenti , ò altre persone terze &c. ad effetto ,
che il marito , ò la donna , ò altri per essi venga ad hauere più della
somma &c* & paulo infra : *ò vero ancora con interuento di terze
persone sotto qual colore si sia di donatione.*
Idque optima ratione , quia cum intentio Papæ fuerit mo-
derandi dotes , & donationes reducendo illas ad summam
certam in totum dd. scutorum quinque millium , & quin-
gentorum , ne hac de causa Ciues inter se æmulantes depau-
8 perentur contra publicum bonum Reipublicæ ; † eadem
propterea ratio militat , siuè excessus fit ex parte mulie-
ris , siuè ex parte viri , aut alterius tertiæ personæ ,
quæ donet , aut augeat dotem , vbi enim militat eadem
ratio , † militat quoque eadem iuris dispositio *l. illud ff. ad* 9
l. Aquil.
Nec ad euitandam nullitatem promissiones huius augu-
menti suffragatur , quod sanctæ memoriæ Alexander Septi-
mus derogando Sixtinæ Constitutioni indulserit , quod inter
hos Magnates contraheretur matrimonium cum dote duca-
torum centum mille monetæ Regni ; Vndè inferebant in-
formantes pro D. Ducissa , quod Papa dispensando vsque
ad d. summam ducatorum centum mille intellexerit in ea
comprehendi hoc augumentum , ex quo dos licèt ei narrata ,
& D. Ducissæ promissa in quantitate ducatorum centum
mille , re vera non nisi in scutis quadraginta quinque milli-
bus erat constituta.
Quoniam responsum fuit obtentam derogationem † lo- 10
qui dumtaxat de dote promissa , non autem de hoc augu-
mento , de quo nihil expositum fuerat Papæ , cui nec nar-
ratum , quod dos realiter erat in minori quantitate ducato-
rum centum mille , propterea nullo modo dici potest ,
quod ipse dispensare intellexerit super re sibi penitus igno-
ta , & à partibus non postulata , nam derogationes , & dis-
pensationes sunt stricti iuris , † & non trahuntur ad ignora- 11
ta Suarez *alleg. 12. num. 23.* Rota *decis. 114 num 4. par. 2. rec. &
decis. 83. num. 36. coram Durano , & in Eugubina census 15. Ia-
nuarij proximi præteriti §. fin. coram me.*
Quod facilius intrare Rota censuit in proposito , ex quo
Breue derogatorium loquitur per verba futuri temporis con-
cedendo licentiam condendi instrumenta , & conficiendi
scripturas desuper necessarias ibi : *Instrumenta dotalia , alia-
què præmissa conficienda* , † Et ob id intelligi non potest de 12
augumento , cuius promissio antecedenter per apocham fa-
cta erat , vt in proximis terminis aduertunt Frecc. *de subfeudi
lib. 2. quæst. 11. per tot.* Surd. *cons. 351. num. 5.* Afflict. *decis. 355.
num. 8.* Rot. *coram Veralle decis. 258. per tot.* & in specie dictum
fuit *in decis. 413. num. 19. par. 14. recen.*
Vlteriùs Breue prædictum indulget Duci Bassanelli ,
quod dotem in ducatis centum mille retinere possit ibi : *ip-
samque dotem recipere , & retinere* , † quæ verba iuxtà pro- 13
priam eorum significationem verificari non possunt in au-
gumento dotali , quod Dux non recipiebat , imò è conuer-
so dare debebat D. Ducissæ quatenus tamen eidem Duci
superuixisset , quando enim verba possunt verificari in eo-
rum proprio † significatu , veniunt omninò secundum il- 14
lum intelligenda , nec trahi debent ad alium diuersum intel-
lectum *l. non aliter ff. de legat. 3.* Rota *decis. 10. num. 15. par. 10.
recen.* maximè in materia stricti iuris qualis est Dispensatio
† quæ ad instar derogationis strictè est interpretanda Cor- 15
rad. *in praxi dispens. lib. 1. c 5. n. 28.* & tantùm derogatum , &
concessum censetur , † quantum dictum , & expressum , 16
aut de necessitate infertur exclusa omni extensione ad text.
in cap. 1. §. ille verò de fil. Præsbit. Sanchez *de matrim. lib. 8. disp.
1. num. 32.* Ciarlin. *contr. 24. num. 28.* Rot. *coram Bichio decis. 558.
num. 32. & decis. 216 num. 9. coram Card. Celso.*
Cæterum an ex hoc augumento debeatur quartum dota-
le , & an D. Princeps teneatur insolidum , vel pro virili , &
an illud sapiat puram , & gratuitam donationem , itaut
subiaceat *Statuto Vrbis lib. 1. cap. 149 & 150.* requirentibus
certas solemnitates , vel habeant locum deducta per in-
formantes pro Excellentissimo D. Principe , visum fuit
Dominis superfluum ingredi , cùm satis sit pro denega-
tione mandati obstare Sixtinam Constitutionem , † quæ 17
actionem tollit actori , & reum ab obligatione seruat im-
munem , vt probant authoritates supra relatæ § *huius re-
solutiones.*
Et ità non esse relaxandum mandatum decisum fuit par-
tibus hinc indè informantibus.

REVERENDISS. D. ALBERGATO

Sacræ Rotæ Decano.

Romana Annuæ Præstationis.

Veneris 12. Februarij 1677.

ARGVMENTVM.

Annua præstatio prætendebatur promissa ex eo, quod quis alteri dixerit *di farli del bene , & riconoscerlo quattro volte l'anno* , sed quia huiusmodi verba , vel potius curialia visa sunt vel non animo obligandi expressa , vel tamquam gratuita in sola parte verificata ,



ideo contra obligationem successiuam, & perpetuam fuit decisum, maximè ex testibus non plenè, & concludenter deponentibus in hac materia confessionis extraiudicialis, prout de iure requiritur, plura igitur de huiusmodi confessionibus, & de elargitione gratuita perbellè adducunt.

SVMMARIVM.

1 *Testes deponentes aliquem alteri promisisse* di farli del bene, & riconoscerlo quattro volte l'anno, *non probant annuam præstationem.*

2 *Testes inuerisimilia deponentes, fidem habere non solent.*

3 *Testes de confessione extraiudiciali deponentes, debent esse omni exceptione maiores, & contestes de certa, & determinata quantitate, vel re.*

4 *Confessiones extraiudiciales plerumque sine deliberatione proferunt ad ostendendam bonam animi dispositionem, non autem vt acceptentur.*

5 *in Confessionibus extraiudicialibus cautè procedendum est.*

6 *Promissio sine causa facta parte absente, & nemine pro eo acceptante, in simplicem pollicitationem resoluitur, & non obligat.*

7 *Obligatio facta absente parte, reducitur ad meram confessionem extraiudicialem, quæ ideo non obligat.*

8 *Promissio facta in fauorem alterius per verba* di riconoscerlo quattro volte l'anno, *sine vlla expressione quantitatis, remanet inutilis, & non obligat.*

9 *Stipulatio est inutilis, si quod pondere numero, & mensura continetur, sine adiectione ponderis numeri, & mensuræ stipuletur.*

10 *Promissio generica, & non limitata nullam parit obligationem.*

11 *Testis deponens aliquid recepisse tradendum alteri* per vna sol volta, *excludit intentionem obligationem fuisse perpetuam.*

12 *Solutio gratuita expressè factam* non per obligo, ò promissione alcuna, *certum est, quod nullam parit obligationem.*

13 *ad Necessitatem reduci non debet, quod gratis, & voluntariè factum est.*

14 *Solutio, vel præstatio alicuius rei per aliquod tempus, puta à Rustico voluntariè facta, non inducit obligationem illam continuandi in futurum.*

15 *Obligationem ad excludendam omnis interpretatio sumenda est.*

16 *Testis depositio acceptari debet cum sua qualitate, prout iacet, & num. seq.*

17 *Testis depositio scindi non potest, maximè in odiosis.*

18 *Dictio* verso il mese *non verificaretur in fine mensis, sed in principio, vel prope principium.*

19 *Promissio, vel obligatio, si trahit originem à certitudine alicuius causæ, potest à iudice quamuis incerta, & ambigua declarari.*

20 *Dotis promissio, quamuis generica, secundum qualitatem personarum, & quantitatem patrimonij declaratur.*

21 *Iudex, vt possit declarare incertitudinem contractus, debet præsciadendo ab illo respicere fontem obligationis, & causæ.*

22 *Lites ad minuendas, & tollendas sacri Canones sunt propensis.*

23 *Testamentum procurare ad sui fauorem seclusò dolo, non est in iure prohibitum, amplia vt num. seqq.*

24 *Testamenti prioris reuocatio sine dolo procurari potest, vt aliud deinde ad sui fauorem obtineatur.*

25 *Donatio sine insinuatione ex Statuto Vrbis* lib. 1. cap. 154. *non sustinetur.*

26 *Donatarij merita debent aliunde probari, quam ex assertione contrahentium, & quandò num. 25. & 27.*

27 *Fraus statuto fieri non debet.*

DECISIO XIX.

CVm à Præfecto Sacri Palatij Apostolici, coram quo Franciscus Maria Vignatus hæres ex asse Paschalis pulsabatur à Carolo Marabino prætendente sibi fuisse
promissa annua scuta centum distributa tamen in quatuor
solutionibus 25. scutorum pro qualibet, emanauerit ad fa-
uorem Vignati sententia absolutoria, Marabinus appella-
uit, & committi obtinuit causa appellationis R. P. D. Al-
touito de voto Rotæ, propterea consului S. Tribunal super
Dubio: An, & quid Marabino debeatur, & nihil debere
responsum fuit.

Venerunt enim DD. in hanc sententiam, quia Marabi-
nus nihil probat; Nam testes, in quorum dictis fundat in-
tentionem, vltra exceptiones, quas patiuntur, deponunt in-
uerisimilia; quoniam, si reuera Vignatus promisisset hanc
annuam summam, ipsi testes, qui negocium tractabant, &
erant mediatores, vt Vignatus indulgeret ad aliquid dan-
dum Marabino, audientes vagam, & genericam obla-
tionem Vignati † : *di farli del bene* : *di riconoscerlo quattro* 1
volte l'anno : Inuerisimile est, quod, dum dicunt negocium
conclusisse, non curassent reduci promissionem ad certitu-
dinem per specificationem qualitatis rei, seù quantitatis pe-
cuniæ tradendæ, & soluendæ respectiuè; † Ideò, tan- 2
quam testibus inuerisimilia deponentibus, fides non debet
adhiberi, vt in proximis terminis aduertit Rot. *decis. 715.*
numer. 17. & 18. coram Coccin. & decis. 510. num. 4. coram Papa
Gregorio XV.

Præterea promissio, seù confessio extraiudicialis vt no-
ceat confitenti, oportet testes de ea deponentes † esse om- 3
ni exceptione maiores, & contestes de certa, & determina-
ta re, & quantitate per text. *in l. certum ff. de confess.* plenè
firmauit Rot. *in Anconitana Pecuniaria coram Reuerendissimo*
Alexandrino in recent. decis. 241. num. 3 par. 15. cum huiusmo-
di assertiones, seù confessiones vt plurimùm emittantur in-
consideratè sine aliqua deliberatione, & citra animum se
† obligandi, sed potiùs ad ostenden. per verba Curialia 4
quandam bonam animi dispositionem, non autem vt ac-
ceptentur ad text. *in cap. cum venissent de instit.* Alex. *cons.* 199.
num. 4. lib. 7. Spad. *cons. 277. num. 4. lib. 2. plenè* Rota *in d. decis.*
241. num. 6. par. 15. rec. vbi num. 7. † dicitur cautè esse proceden. 5
confirmata 8. *Aprilis 1674. coram me.*

Quinimò probata etiam hac promissione, adhuc ex ea
nulla actio oriri posset; Tùm quia facta fuit sine vlla causa
absente Marabino, & nemine pro eo acceptante; † Vnde 6
resoluitur in simplicem pollicitationem, quæ nihil aliud
est, quàm solius offerentis promissio, & non obligat Pro-
missorem *l. pactum ff. de pollicit. l. 1. in princ. ff. de verb. oblig.*
Mantic. *de tacit. lib. 19. tit. 3. num. 7.* Bertazzol. *cons. 452. sub num.*
24. lib. 2. Cyriac. *contr. 652. sub num. 22.* Molin. *de contract. tract.*
2. disput. 264. num. 5. & quod promissio facta Parte absente
† resoluatur in confessionem extraiudicialem in nihilo 7
obligantem, firmauit Rota *decis. 117. numero 16. coram*
Bichie.

Tùm etiam quia nihil certi in promissione deductum
fuit, sed dumtaxat Vignatus stetit in genere generalissimo:
di riconoscere quattro volte l'anno : † absque quod descenderit 8
ad genus subalternum per enumerationem certæ speciei, aut
quantitatis, propterea inutilis remansit promissio iuxta cla-
ra verba text. *in l. ita stipulatus ff. de verb. oblig. ibi* : Imper-
fecta erit stipulatio, † non secus, ac, si quod pondere, 9
numero mensura continetur sine adiectione ponderis, nu-
meri, mensuræ stipulatus essem: Et exemplis ornat Molin.
vbi supra disput. 268. in princ. propterea ex tali non limitata
promissione nulla nascitur obligatio Promittentis, † cum 10
ad effectum inducendi obligationem certa, & explicita esse
debeat, Alex. *d. cons. 169. num. 1.* Spad. *citat. cons. 2, 7. num. 1. &*
seqq. lib. 2. Rota *coram Seraph. dec. 1079. num. 2 & dec. 68. sub n.*
20. & 21. par. 6. rec. & dec. 1. num. 1. coram Dunoz. Senior.

Et sanè rem in claris ponit declaratio ipsius Vignati, de
qua deponit Boccuccius, qui affirmat Vignatum ei dixisse: *Vi manderò qualche cosa per detto Signor Carlo, e questo lo fa-*
rò in riguardo vostro per mia cortesia, e non per obligo alcuno.
† Qui testis recipiendo postea scut. 25. ad effectum illa tra- 11
dendi Marabino, testatur illa habuisse cum expressa prote-
statione, & declaratione: *Il detto Francesco Maria Vignati mi*
disse, che li scudi 25. gli li donaua per vna sol volta, e daua di
sua volontà anco in riguardo di tante istanze fatteli da me, e non
per obligo, ò promissione alcuna 1. † Ideò in ea nulla vis fieri 12
potest iuxtà notabilem glossam *in l. solet verba qualitatem ff. de*
offic. Procons. ibi: Quod fit gratis, non debet ad necessitatem
deduci, & sic facit pro rustico, † qui aliquid præstitit 13
aliquamdiù. Et in † dubio omnis interpretatio est sumen- 14
da † ad excludendam obligationem *l. quidquid astringendæ* 15
ff. de verb. oblig. Spad. *d. cons. 277. num. 6.* Rota *d. decis. 68. num.*
22. & 23 par. 6. rec.

Hoc

Hinc patet, quod ex d. solutione scut. 25. non po-
test declarari, nec reduci ad certam speciem antecedens
generica promissio, dum ille met testis, qui pecuniam
Marabino exbursauit, testatur Vignatum soluisse pro
vna vice tantùm sponte, & citra animum se obligan-
di, cuius testis dictum destruit intentionem Marabini,
16 † qui tenetur illud acceptare cum sua qualitate, pro-
ut iacet, absque eo, quod valeat illud in odiosis reij-
17 cere, & in fauorabilibus approbare, † cum depositio
testis scindi non possit, Gratian. *discept.* 339. *numero*
5. & seqq. Rot. *decis.* 238. *vbi adden. num.* 15. *coram*
Greg. & coram Burats. decis. 611. *numero* 11. *& coram*
Card. Cels. decis. 382. *eodem num.* 11.

Nec depositio huius testis potest conciliari cum depo-
sitione aliorum, dicendo, quod ille deponat de hac
protestatione Vignati emissa, priusquam alij testes ne-
gocium conclusissent, quia ex combinatione temporum
contrarium liquet; Nam alter eorum dicit tractasse
verso il mese d'Agosto 1672. & Boccuccius dicit pecu-
niam cum d. declaratione sibi transmissam in fine men-
18 sis Augusti; Dictio enim, † *verso il mese d'Agosto*,
non potest verificari in fine mensis, sed in principio,
vel prope principium, cum in subiecta materia im-
portet propinquitatem ad tradita per Rota *decis.* 755.
num. 7. coram Coccino.

Similiter nihil facit, quod Iudex possit de æquitate
Iuris canonici declarare incertas, & ambiguas contra-
19 hentium promissiones, † cum id procedat, quando
promissio trahit originem à certitudine alicuius causę,
ob quam ad illam deuentum fuit, vt in exemplo al-
lato per Card. Mantic. *de tacit. lib.* 14. *tit.* 30. *num.* 26.
videlicet si ageretur de promissione dotis in genere,
20 nulla expressa quantitate; † Tunc enim potest Iudex
ex qualitate personarum, & quantitate Patrimonij de-
clarare, & reducere incertum ad certum Rota *in Ro-*
mana dotis 16. *Iunij* 1673. *§. apparet enim coram bo. me.*
Priolo, Rota *decis.* 172. *num.* 84. *& seq. par. 6. recen.*
vbi quod Iudex ad effectum, vt valeat declarare in-
21 certitudinem contractus, † debet præscindendo ab ipsa
incerta promissione respicere fontem obligationis, &
causæ; Vndè talis promissio emanauit, cum & ipsi
22 Sacri Canones † ad lites minuendas sint propensi, vt
liquet ex text. *in cap. finem litibus de dol. & contum.*

In proposito deficit causa nam, si pro eo sumitur præten-
sio, quod Vignatus præstiterit impedimentum, ne aliquid
Marabino relinqueretur à Paschali, dum illi dissuasit ac-
cessum ad Roccam Contradam, quo iuit ipse Vignatus,
& fuit hæres institutus; Quia, præterquod ex fide duo-
rum testium constat, quod Vignatus Insinuauit Paschali,
quod recordaretur Marabini, cessat motiuum, dum non
probatur, quod Paschalis certè aliquid relinquere voluis-
set, & malis artibus fuerit à Vignato ab hac voluntate re-
23 motus, & allectus ad testandum ad sui fauorem, † cum
excluso dolo non sit prohibitum allicere testatorem ad hoc,
vt pro ipso Alliciente testetur, est text. *ad litem in l. virum*
ff. si quis aliq. test. probib. & in fortioribus terminis de reuoca-
24 tione † testam. iam facti, dixit Rota *in Romana Testamenti*
10. *Decembris* 1670. *§. quod autem, &* 12. *Decembris* 1672. *§.*
vltra quod coram me.

Si tandem pro causa accipitur prætensio Seruitiorum,
quæ Marabinus asserit præstitisse Paschali, hæc non suf-
fragatur, Tùm quia illa negantur à Vignato; Tùm etiam
quia promissio, de qua agitur, quatenus hac de causa fa-
cta fuisset, nec substineretur, cum aliam naturam sortiri
25 non posset, quàm donationis, † quæ sine insinuatione nul-
la est, vt disponit *Statutum Vrbis lib.* 1. *cap.* 150. nil vrgente
specioso titulo remunerationis, quia vt donatio remunera-
26 toria non subiaceat solemnitati insinuationis, † merita
donatarij debent concludenter probari aliunde, quàm ex
27 assertione contrahentium, † ne fiat fraus Statuto, Bellon.
cons. 74. *num.* 3 Rota *decis.* 917. *num.* 12. *coram Dunoz, & de-*
cis. 388. *num. 7. par. 6. rec. & in Romana Domus* 18. *Februarij*
1669. *§. donatio verò coram Reuerendissimo D. meo Patriarcha*
Alexandrino.

Et ita vtraque parte informante resolutum &c.

REVERENDISS. D. ALBERGATO.

Sacræ Rotæ Decano.

Interamnen. Fideicommissi.

Lunæ 15. Februarij 1677.

A R G V M E N T V M.

Duplex prætendebatur extare fideicommissum, Particulare vnum; Vniuersale verò alterum, Quorum primum sicuti resultare visũ est ex prohibitione alienationis omnibus facta, ad hoc vt bona perpetuò remaneant in familia pro conseruatione agnationis, ita fuit reiectum secundum, quod prætendebatur per reciprocam institutum, quia illius requisita non concurrebant; imo potius apparebat duos stipites à principio fuisse consideratos, & institutos, ita vt descendentes vtriusque stipitis, suæ propriæ lineæ, non autem alterius succedere debeant.

S V M M A R I V M.

1 *Restitutio in integrum datur aduersus sententiam iniustam.*
2 *Fideicommissum perpetuum, & descensiuum ex quibus verbis constitutum esse dicatur, & num. seqq.*
3 *Prohibitio alienationis adhoc vt bona perpetuò remaneant in familia, filijs, & descendentibus, important mutuum grauamen restituendi ad inuicem.*
4 *Prohibitio alienationis facta per modum principalis dispositionis, & vestita ratione conseruationis bonorum in familia, perpetuum fideicommissum inducit, & num. seqq.*
5 *Fideicommissum perpetuum ex prohibitione alienationis resultat, si testator in casu contrauentionis illam inualidauit, & non alienanti applicauit, & num. seqq.*
6 *Memoria testatoris conseruari non potest, si bona liberè transire possent in hæredes, & num. seqq.*
7 *Bona, quæ liberè transeunt in hæredes, eorum proprium patrimonium efficiuntur.*
8 *Prohibitio alienationis inducta adhoc, vt bona remaneant in familia pro conseruatione memoriæ Testatoris.*
Semper durat, & suum operatur effectum donec extet aliquis de familia, qui illam conseruare possit ibid.
9 *Fideicommissum perpetuum in domo paterna de facili præsumitur constitutum, & num. seqq.*
10 *Domus paterna, & Patris Lares propter maiorum imagines solent plerumque à testatoribus diligi.*
11 *Fideicommissum perpetuum ex affectione testatoris, & alijs coniecturis desumitur.*
12 *Fideicommissum expirat si vltimus vocatus sine filijs, & descendentibus decedat.*
13 *Fideicommissarius vltimus remanet Dominus, & potest liberè de bonis fideicommissi disponere.*
14 *Substitutio reciproca cessat si à principio duo filij, & duo diuersi stipites linearum sint vocati, amplia, vt numer. seqq.*
15 *Vocatio filiorum, & descendentium intelligitur diuisim, & discretiuè de filijs, & descendentibus vtriusque lineæ, absque eo, quod vna pertranseat ad aliam.*
16 *Descendentes vtriusque lineæ, regulariter intelliguntur grauati restituere suis descendentibus, non autem alterius.*
17 *Reciproca substitutio non inducitur, vel sine coniecturis ad illam omnino necessarijs, vel nisi concurrunt tria solita requisita à DD. enumerata.*
18 *Reciproca substitutionis requisita qualia sint, & vide num. seqq.*
19 *Voluntati testatoris si sine fideicommisso successiuo, perpetuo, vel reciproco satisfieri non possit, tunc illud semper inducitur, & supra num. 3. cum seqq.*
20 *Substitutionis reciprocæ tria solita requisita copulatiuè concurrere debeant, ita vt vno deficiente ipsa substitutio deficiat.*
21 *Substitutio reciproca cessat si non facta sit in tota hæreditate, aut saltem de hæreditate.*

22 *Institutio generalis in omnibus bonis non sufficit ad inducendam reciprocam, cum requiratur substitutio in tota hæreditate.*

23 *Vocatio masculorum ante fœminas non est sufficieas coniectura pro inducenda substitutione reciproca.*

24 *Præceptum dotandi fœminas intelligitur præcisè in vnaquaque linea non autem, quod de vna linea fiat transitus ad aliam.*

25 *Vocatio fœminarum post omnes masculos intelligenda est ordine distributiuo, scilicet de fœminis cuiuslibet lineæ in sua tantum linea.*

26 *Lineæ factæ substitutiones si verificari possunt in sua linea, nunquam de vna pertransewnt ad aliam.*

27 *Coniecturæ non omnes sufficiunt pro inducenda reciproca, sed illæ solum, quæ sunt vrgentes, & voluntatem testatoris pernecesse concludant.*

28 *Vocatio filiorum natorum, & nasciturorum ex filijs institutie comprehendit, tam nepotes, quam pronepotes, & alios etiam descendentes ab illis.*

29 *Vocatio discretiua excludit transitum de vna linea ad aliam, & num. 15.*

30 *Fideicommissum si sine violatione mentis testatoris potest intelligi in vna linea, non extenditur ad aliam*

31 *Fideicommissa, & onera multiplicari non debent.*

32 *contra Fideicommissum, & pro libertate bonorum semper in dubio iudicandum est.*

33 *Reciproca de linea ad lineam omni possibili interpretatione excluditur.*

DECISIO XX.

PRætendentes Io: Maria, & alij de Perottis per obitum
Francisci Mariæ sine filijs fuisse ad eorum fauorem
purificatum fideicommissum Pompei, introduxerunt in-
dicium coram A. C. vigore *l. fin. C. de edic. Diu. Adrian. toll.*
super immissinne contra Abbatem Octauianum Spadam
eiusdem Francisci Mariæ hæredem scriptum in proprieta-
te, & Iudittam hæredem in vsufructu relictam, & senten-
tiam contrariam reportarunt, à qua licet commissa causa ap-
pellationis in Rota, tamen acta non fuerunt in tempo-
re transportata, nec obtenta promogatio fatalium, vn-
dè dubium proposui super re iudicata, de qua non constare,
sed de causis restitutionis in integrum iuxtà modum infrà
exprimendum responsum fuit propter existentiam duorum
fideicommissorum, quorum alterum particulariter institu-
tum super certis bonis purificatum est in personam illorum
5 de Perottis quibus propterea iniustè fuit denegata † im-
missio, & proindè competit restitutio in integrum propter
læsionem ex iniustitia resultandum vulg. *l. 4. §. condemnatum ff. de re iudicat.*

Existentia fideicommissi particularis liquet ex eo, quod
testator antequàm institueret hæredes Ludouicum, &
Paulum, filios iussit, & mandauit (sunt verba testa-
menti) quod infrascripti eius hæredes non possint, nec
valeant vendere, vel alienare, nec in testamento relin-
quere domum, vbi ad præsens habitat ipse testator, mo-
lendina tàm ad granum, quàm ad oleum, quæ ipse habet
in vocubulo *lo Stamo*, vt ea bona perpetuo remaneant in
familia, & filijs, & descendentibus in infinitum, ipsius
testatoris & hoc pro construendu memoria, & Bonis ipsius
2 testatoris &c. † Ex qua dispositione depræhenditur voluis-
se testatorem super prędictis bonis perpetuum, & descen-
suum fideicommissum ordinare, cum talis prohibitio, seù
verius ratio prohibendi alienationem dd. bonorum ad hoc vt
perpetuò remaneant in familia, filijs, & descendentibus in
3 infinitum importet † mutuum grauamen inter ipsos filios,
& descendentes restituendi ad inuicem per fideicommissum
4 bona † prędicta, aliàs adimpleri non posset perpetua con-
seruatio bonorum in familia sicut testator enixè optauit.
Rota *in Perus. fideicommissi de Bigazzinis* 14. *Nouembris* 1605.
coram Litta apud Giouagn. cons. 75 *num.* 72. *lib.* 1. & *in Firmana*
fideicommissi 16. *Aprilis* 1663 §. *de fideicommissis coram bo. mem.*
Card. Vicecomite, Aldograd *cons.* 92 *num.* 14. *lib.* 1. maximè,
quando prout hic, prohibitio nedum est per modum prin-
5 cipalis dispositionis, † & vestitur optima ratione conser-
uationis bonorum in familia Bartol. *in l. Pater fil. §. fundum*
num. vlt. ff. de leg. 3. Curt. Iun. *cons.* 145 *num.* 6. Menoch. *cons.*
148. *num.* 43. Rota *decis.* 496. *num.* 4. *par.* 13. *recent.* & *in Anconi-*
tana fideicommissi 3. *Iunij* 1672. §. *ndm testamentum coram me*,
Verum etiam quia testator in casu alienationis, illam inua-
6 lidauit, † & rem alienatam applicauit alteri non alie-
nanti, vt ponderat Rota *coram Bich. decisione* 343. *nume-*
ro 16.

Quod etiam comprobatur ex illis verbis: & hoc pro con-
seruanda memoria, & bonis ipsius testatoris, † quæ non 7
posset conseruari, dum bona quæ transeunt liberè in hæ-
redes efficiuntur illorum patrimonium, absque † eo quod 8
amplius memoretur defunctus, qui illa reliquit, Ideò ne
memoria pereat, sed viuida seruetur, pernecessè dici de-
bet fuisse inductum fideicommissum, per quod bona, sinè
per contractus, siuè per vltimas voluntates transire ne-
queunt ad extraneos, donec remaneat aliquis de familia,
† qui ea possidendo possit defuncti memoriam conserua- 9
se latè Rota *in Firmana fideicommissi de Fulchis* 28. *Nouembris*
1670. §. *quamuis enim*, & §. *præcipuè coram R. P. D. meo Vi-*
cecomite, præsertim quia inter ista bona reperitur domus
paterna, † in qua testator habitabatur. Isti enim Patris 10
lares † solent à testatoribus propter maiorum imagines in 11
eis particulariter diligi ad text. *in l. lex qua tutores C. de admi-*
nistr. tutor. ex qua affectione iuncta cum alijs coniectutis fa-
cilè desumitur fideicommissum † ad hoc vt huiusmodi ge- 12
nus bonorum perpetuò conseruentur in familia Fusar. *qu.*
530. *num.* 9. Petr. *de fideic. qu.* 1. *num.* 93. Rota *coram Burats. dec.*
168. *num.* 13. & *in d. Firmana fideicommissi de Fulchis d. §. præci-*
puè coram R. P. D. meo Vicecomite.

Quo verò ad alterum fideicommissum voluersaliter su-
per iuribus alijs bonis ordinatum, iustè fuit Perottis denega-
ta immissio, quia, cum linea Ludouici vnius ex hęredi-
bus institutis, à quo Franciscus Maria trahit originem,
in eo propter mortem sine filijs defecerit, † expirauit fi- 13
deicommissum, † & propterea rectè potuit ipse de portio- 14
ne ab initio obuenta Ludouico, ad sui libitum disponere
l. qui solidum §. penult. ff. de leg. 2. Peregrin. *artic.* 42. *num.* 2. Rot.
dec. 817. *num.* 12. *coram Dunozet.* & *decis.* 221. *num.* 27. *coram*
Peutinger.

Nec visum est subsistere, quod in hoc fideicommisso,
prout in alio contineatur reciproca de linea ad lineam, pro-
pter quam Perotti pretendebant vocari ad portionem de qua
Franciscus Maria testatus est, quia huiusmodi substitutio
non legitur in verbis testamenti, imò cum ab initio Pom-
peius testator instituendo æqualiter duos suos filios, con-
stituerit duos diuersos stipites linearum, † ex hac di- 15
stincta constitutione, non censetur ordinata substitutio re-
ciproca de linea vnius ad lineam alterius, sed dumtaxat
dicitur discretiuè ordinatum fideicommissum inter descen-
dentes vniuscuiusque lineæ, ità vt vocatio † filiorum, 16
& descendentium intelligatur diuisim, & discretiuè de fi-
lijs, & descendentibus vniuscuiusque hęredis à principio
instituti de Patre in filium, † non autem, intelligantur 17
grauati descendentes ex vna linea restituere descendenti-
bus ex altera, sed quęlibet linea dicitur habere proprium,
& diuersum grauatum, qui debeat restituere suis descen-
dentibus iuxtà communem sententiam, de qua testantur
Alciat. *cons.* 87. *num.* 2. Menoch. *cons.* 376. *num.* 10. 29. & 41.
Peregr. *artic.* 27. *à num.* 13. & *cons.* 133. *num.* 12. & *cons.* 37.
num. 9. *lib.* 3 Ruin. *cons.* 134 *num.* 7. *lib.* 2. Fusar. *qu.* 475.
num. 3. & *cons.* 2. *num.* 10. Rota *coram Seraph decis.* 1023. *num.* 3.
& *coram Merlin. decis.* 798. *num.* 26. & *decis.* 105. *num.* 21. *coram*
Carill. vbi aderat vocatio in insolitum, & *in Amerina fidei-*
commissi 23. *Martij* 1667. §. *ex hac enim coram Reuerendissimo*
Alexand. in recent. decis. 68. *nu.* 1. *par.* 15. vbi hanc esse receptis-
simam conclusionem, & in hoc Sacro Tribunali passim ap-
probatam.

Et quamuis ab hac sententia recedatur quoties adsunt
coniecturæ, necessario pręseferrentes reciprocam linealem,
† vel concurrunt illa tria, quę ad hunc effectum requi- 18
runt DD. & enumerat text. *in l. Titia Seio §. Seia libert. ff. de*
legat. 2. nempè vt sint omnes vocati illi inter quos dicitur fa-
cta reciproca, secundum quod substitutio sit facta vltimo
morienti tertium, vt sit in tota hęreditate, † quę re- 19
quisita si iunctim concurrant reciproca linealis licet non ex-
pressa, venit in necessariam consequentiam, † cum ali- 20
ter voluntati testatoris satisfieri non possit. Mantic. *de coniec-*
ctur. vlt. vol. lib. 7. *tit.* 5. *nu.* 3 Menoch *præsumpt.* 72. *num.* 1. *lib.* 4.
Mares. *var. resol. l.* 1. *c.* 66. *nu.* 2 Rot. *in Senogallien. fideicommissi*
22. *Iun* 1676. *cor. me*, & prius *in Pisauren. fideicommissi* 29. *Mar-*
tij 1666. §. *non subsistit cor. Reuerendiss. Patriarcha Alexand.*

Hæc autem requisita in proposito deficiunt, nàm
quidquid sit de primo, & secundo, certum est, quod
deest tertium nempe substitutio in tota hęreditate, † si- 20
ne qua tacita reciproca nunquàm dicitur inducta, cùm
hęc tria requisita copulatiuè, & coniunctim con-
currere

currere debeant ità vt vno deficiente deficere dicatur ipsa substitutio Crauett. *conf.* 161. *num.* 7. Surd. *conf.* 329. *num.* 7. Symon de Pret. *de interpræt. vlt. voluat. lib.* 3. *interpræt.* 3. *fol.* 1. *num.* 24. Altograd. *conf.* 60. *num.* 61. *lib.* 1. & *in d. Pisauren.* §. *cæterum*.

Quod verò deficiat hoc vltimum apparet ex lectura testa-
menti, vbi testator in defectum omnium masculorum
21 substituit fœminas, † vndè cum nullam meotionem fe-
cerit de tota hæreditate, aut saltem de hæreditate simpli-
citer, deficit substitutio in tota hæreditate, & consequen-
ter cessat reciproca, quæ ad sui subsistentiam hoc requisi-
tum exigit copulatiuè cum alijs Soccin. Iun. *conf.* 164. *num.*
3. & 4 *lib.* 2. Ooded. *conf.* 60. *num.* 60. *lib.* 1. & *in d. Pisauren.*
§. *cæterum*, Nil vrgente præcedenti institutione generali in
22 omnibus bonis, † quia ad effectum inducendi hoc requi-
situm non suffragatur, vt tradit Alciat. *conf.* 87. *num.* 8.
lib. 9. Menoch. *præsumpt.* 42. *numer.* 42. & 43. *lib.* 4. & *conf.*
327. *num.* 30. Surd. *conf.* 315. *num.* 43. Intrigl. *de substit. cent.*
2. *q.* 774. *numer.* 52. Rota *in Ciuitatis Castellanæ Bonorum* 3.
Martij 1670. §. *exclusa coram Reuerendiss. Pater Domino meo*
Calatain.

Vltrà deficientiam requisitorum, nec concurrunt conie-
cturæ nàm illa desumpta ex vocatione masculorum antè
23 fœminas non est sufficiens, † quia firmo manente, quod
ab initio plures lineæ separatim, sint designatæ, talis
præsentatio masculorum intelligitur restrictiuè in quolibet
linea, non autem ampliatiuè de vna ad aliam, sicuti de-
clarant Surd. *conf.* 315. *sub num.* 59. Rota *decis.* 289. *num.* 12.
par. 13. *recen.* & distinguendo tradit Eminentissimus Otto-
bon. *decis.* 167. *num.* 19. prout nec est releuans altera elicita
24 ex præcepto dotandi fæminas, † quia id æquè benè potest
adaptari, & sortiri effectum suum in linea, & descenden-
tia vnius, absque eo quod trahatur ad aliam, vt præcisè
dixit Rot. *in d. Pisauren. fideicommissi* §. *quod autem sicuti* de
25 vocatione fæminarum post omnes masculos, † quod sic
intelligen. retento eodem themate distributiuo Rota *coram*
Vbald. decis. 10. *num.* 4 & *coram Bich. decis.* 279. *numer.* 10.
vers. sed in casu nostro, & idem dicendum est de alijs conie-
cturis recensitis per informantes in quibus pariter militat
eadem ratio, & equiuocum, quod quælibet ipsarum ve-
26 rificari potest in sua linea, † vndè ex illis nihil inferri po-
test, cum ad hunc effectum non omnes coniecturæ admit-
27 tantur, † sed solum illæ quæ sunt vrgentes, & conclu-
dentes, voluntatem testatoris fuisse inducendi reciprocam
de vna ad aliam lineam Ripa *in l. hæredes mei* §. *cum ita num.*
17. *ad Trebell.* Menoch. *conf.* 489. *num.* 10. Rot. *decis.* 497.
num. 8. *par.* 9. *rec.* & *in Rauenaten. fideicommissi* 24. *Februarij*
1668 §. *coniecturæ coram Illustriss. Ottalora Præside Grana-*
tea.

Quinimò adest coniectura in contrarium desumpta ex
vocatione filiarum natarum, & nasciturarum ex filijs,
28 & successoribus, quæ † vocatio, cum compræhendat,
tàm neptes, quam proneptes, aliasque fæminas descen-
dentes ab hæredibus institutis, & sic à pluribus lineis,
29 supponit à principio discretiuam vocationem † excluden-
tem transitum de vna ad aliam lineam, vt notat Rot. *in d.*
decis. 68. *num.* 3. *par.* 15. *recent.* Quandò enim fideicommis-
30 sum sine violatione mentis testatoris, † potest intelligi in
31 vna linea, non debet extendi ad aliam, ne † multipli-
32 centur onera, cum in dubio semper contra † fideicom-
missum, & pro libertate bonorum sit iudicantes, & in
33 specie ad exclusionem reciprocæ de linea ad lineam † su-
mendam esse omnem possibilem interpretationem Cessal.
conf. 430. *num.* 17. & 18. Rot. *decis.* 497. *num.* 7. *par.* 9. *rec.* &
coram Carillo d. decis. 105. *num.* 21. & *in d. decis.* 68. *num.* 13. &
14. *par.* 15. *recent.*

Et hoc modo decisum fuit vtraque parte informante &c.

R. P. D. T A I A.

postea S. R. E. Cardinali.

Ianuen. Archipresbyteratus.

Lunæ 15. *Februarij* 1677.

A R G V M E N T V M.

Declaratur Regula Cancellariæ 45. de præstandis consensibus in resignatione beneficiorum, eaque deciditur procedere etiam in coadiutorijs, sed quia forma, in ea præscripta seruata non erat, consensus huiusmodi, quamuis in illius exequutionem præstitus, suffragari non poterat; plura itaque de vtriusque materia formæ; & consensus explicata sunt.

S V M M A R I V M.

1 *Auditores Rotæ in extendendo decisiones quandoque vtuntur formalibus verbis suorum Coauditorum.*
2 *Consensus in resignationibus requisitus à regulis Cancellariæ non debet extendi ad coadiutorias.*
3 *Consensus exorbitans à iure non extenditur de casu ad casum.*
4 *Consensus de iure communi præstari potest, etiam per epistolam.*
5 *Forma adimpleri debet in modo præfixo, & quemcumque alium modum, etiam à iure admissum, aut æquipollentem excludit.*
6 *Consensus qui in resignationibus præstatur, differt à consensu in coadiutorijs requisitus & qualiter.*
7 *in Coadiutorijs qualiter exigatur consensus Coadiuti.*
8 *Regula Cancellariæ 45. de præstandis consensibus in resignatione, habet etiam locum in coadiutorijs, & plura de ea vide per totam decis.*
9 *Doctoris dictum non habentis doctorem contrarium dicitur casus legis.*
10 *Stylus Datariæ probatur ex attestatione suorum officialium.*
11 *Officiali plenè creditur in his, quæ spectant ad eius officium, & num. 13. & vid. nu. 15 & 16.*
12 *Reformatio san. me. Pauli V. taxat mercedem notarij tam pro consensu resignationis, cessionis &c. quam altero Coadiutoriæ.*
13 *Notario Rotali etiam creditur super stylo Datariæ ex ipsius actis probato.*
14 *Obseruantia interpretatiua declarat quid in Regulis Cancellariæ fuerit comprehensum.*
15 *Obseruantia interpretatiua etiam ex non facto deducitur.*
16 *Fides officialis non indiuiduantis casum controuertum nihil probat.*
17 *Stylus probari debet in casu de quo agitur.*
18 *Attestationes nec etiam officialium attenduntur, si habeam Doctores, & decisiones Rotæ in contrarium.*
19 *Consensus præstitus contra formam à lege, vel statuto præscriptum, non attenditur.*
20 *Forma respiciens modum, & ordinem perficiendi actum, non adimpletur per æquipollens.*
21 *Decretum irritans eo magis facit formam non posse adimpleri per æquipollens.*
22 *Iuramentum extensum à notario, & in mandato procuræ non contentum in nihilo suffragatur.*
23 *Iuramentum ab absente expleri non potest sine expresso, & claro mandato.*

D E C I S I O XXI.

Bis decisum fuit ad fauorem Pauli Æmilij constare de eius bono iure super Archipresbyteratu resignato per Patruum, vt in decisionibus 29. Maij, & 11. Decembris 1673. eo quod prætensa à Hieronymo Coadiutoria non substineretur ex defectu consensus non præstiti ad formam Regulæ Cancellariæ 45. & reproposita hodie causa sub consueto dubio, An sit standum, vel recedendum à decisis, DD. steterunt in decisis.

Libenter describo quod ampliùs dixit vnus ex DD. om-
nesque concordes cum eo conuenere, † eiusque verbis for- 1
malibus vtar, vt aliquando fecit *Arguell. dec.* 116.

Huius causæ (inquit ille) principalis inspectio est, vtrum
Regula 45. Cancellariæ de consensu in resignationibus præ-
stando habeat locum in Coadiutorijs.

Pro † negatiua vrgere videbatur, quod cum consen- 2
sus iste exorbitet à iure non debeat † de casu ad casum ex 3
identitate rationis extendi, vt in terminis Statuti *decis.*
302. *num.* 3. *par.* 2. *recent. coram Cardinali Celso decis.* 327.
num. 12. Dicitur autem exorbitare à iure, † quia ius ad- 4
mittit etiam per epistolam consensum posse præstari *l.* 2. *ff. de*
act. & *obligat. cum alijs per* Gonzal. *gloss.* 47. *num.* 36. Regula
autem præfata cum præscribat certam formam, præsentibus

scilicet

scilicet in Curia vt personaliter illum præstent, absentibus
5 verò per Procuratorem in Cancellaria, † excludit modum
præfatum à iure admissum, & quemcumque alium æqui-
pollentem, vt firmat Rota *coram Duran. decis. 225. à num. 12.*
vsque ad fin. Coccin. *decis. 1988. à n. 15. ad 39.*

Rursùs consensus, qui præstatur in resignationibus,
6 † non videtur esse idem qui præstatur in Coadiutorijs, quia
primus operatur effectum suum statim atque fuit præstitus,
7 effectus verò secundi, † differunt post mortem Coadiuti, vt
benè distinguit Rot. *coram Put. decis. 108. num. 2. 3. lib. 2. coram*
Mohedan. decis. 10. circa med. vers. Nec obstat quod per consen-
sum de priuileg.

Et demùm cum consensus adhibendus in Coadiutorijs
fuerit adinuentus vt obuiaretur fraudibus, & ne possessori-
bus beneficiorum contra propriam voluntatem darentur
Coadiutores, videbatur satis prouisum huic inconuenien-
ti si de huiusmodi consensu quomodocumque appareret.

8 Verùm his non obstantibus, † contraria sententia in de-
cisionibus firmata videtur verior, & propterea standum
in decisis.

Habemus enim Gonzal. Lotter. & Monetam *in decisioni-*
bus, & signanter *in prima allegatos §. Quæstio non fuit*, fir-
mantes Regulam 45. de consensu adhibendo in Resignatio-
9 nibus, procedere etiam in Coadiutorijs, † contra quos cum
huc vsque nemo alius allegetur Doctor, qui contradicat,
eorum decisio dicitur casus legis Surd. *decis. 329. num. 36. cum*
alijs in dicta prima decisione allegatis §. Replicabant; Quibus
nunc superadduntur *decis. 349. à num. 9. par. 4. recent. quæ est*
inter impressas coram Manzanedo decis. 490 num. 15. & nouissi-
mè decis. coram bo. me. Priolo in Calaritana Pensionis 1. Februa-
rij 1672. §. Quibus pro integranda.

His accedit stylus Datariæ probatus, ex illius officiali-
10 bus, † qui cum deponant circa proprium officium, † ijs
11 credendum est, Rota *decis. 197. num. 4. par. 4. diuers. cum*
allegatis in decis. causæ §. sed ex contrario.

Et concordat Reformatio Tribunalium Vrbis san. mem.
12 Pauli V. † quæ *in cap. de Notarijs Cameræ* inter taxas pro
consensu præstando in Resignatione, Cessione, &c. taxat
explicitè pro consensu Coadiutoriæ pro Notario ducatum
13 vnum; Et insuper attestatio Notarij Rotalis, † referen-
tis ex perquisitione plurius Coadiutoriarum expeditarum
tàm ante annum 1666. quàm post, in omnibus à tergo sup-
plicationis apparere consensum præstitum personaliter à
14 Procuratore Coadiuti: † Ex quibus deducitur obseruantia
interpretatiua Regulæ pro comprehensione Coadiutoria-
rum ad Rotam *decis. 608. num. 5 & 6. par. 2. recent* quæ
15 obseruantia, † etiam ex non facto deducitur, Rot. *decis.*
520. num. 5 par. 13 recent.

Non obstantibus alijs attestationibus, de quibus infra
16 aliorum expeditorum, † quia non indiuiduant casus, qui-
bus ita obseruatum fuit, prout indiuidant dicti Officiales
17 Datariæ in oppositum testantes, & prout est necessarium
ad probandum stylum, Paris *cons. 112. à num. 12. libro 4.*
Rota *coram Cardinali Celso decis. 13. num. 12.* Deinde quia con-
18 trariæ attestationi resistunt Doctores, † & decisiones in spe-
cie firmantes vt supra Regulam Resignationum compre-
hendere Coadiutorias, & interpretatio ex obseruantia vni-
formi deducta.

Præmisso autem quod in Coadiutorijs locum habeat di-
cta Regula, certum est quod illius requisita non fuerunt
in casu præsenti seruata; Omisso enim, an consensus po-
tuerit à Procuratore absente per epistolam præstari, qui si
præstetur à Principali præsente in Curia, debet præstari
personaliter, & si absente per Procuratorem suum (ad li-
teram Regulæ, ita videretur personaliter præstandus à
Procuratore) non fuit tamen præstitus cum iuramento, nec
cum expresso consensu ad expeditionem literarum, quæ
duo sunt omninò necessaria, vt habetur ex litera ipsius
Regulæ, vnde ex vtriusque requisiti defectu actus fuit
19 frustratorius, † & consensus inanis, cum enim forma
20 respicit modum, & ordinem perficiendi actum, † exigitur
implementum præcisum in omnibus, nec adimpletur per
æquipollens Rota *coram Durano d. decis. 225. à num. 12.* præ-
21 sertim stante decreto irritante † ex verbis Regulæ, ibi: *Li-*
teræ Apostolicæ nullatenus expediantur &c.

In nihilo obstante extensione in instrumento facta per
Notarium de iuramento, & consensu expeditioni litera-
22 rum præstitis; † Quia repugnant Chirographo, in quo
Procurator nec iurasse, nec consensisse literarum expedi-
tioni legitur, & repugnat ampliùs actui ipsi iuramenti,
requirenti factum positiuum, & solemnitatem extrinse-
cam per tactum scripturarum ab absente nullatenus exple-
bilem † sine expresso, & claro mandato *ad vulgat. regulas.* 23
Vnde ex supradictis, & alijs congestis per Scribentes pro
Paulo Æmilio, cum quibus transijt illæ vnus ex Domi-
nis, cæterique alij, transeo, & ego, & concludo deci-
sionem.

Et ita, vtraque Parte informante, resolutum fuit.

Fides Officialium Cancellariæ.

Attestationes superius ab vtraque Parte adductæ, & in
decisione indicatæ sunt infrascriptæ cum opportuna li-
centia.

Noi infrascritti Curiali, e Speditionieri di Dataria, e
Cancellaria Apostolica facciamo piena, & indubitata fede
essersi osseruato, e tuttauia osseruarsi tanto nelle Risegne,
quanto nelle Coadiutorie di dare il consenso alle speditioni
delle Bolle; qual consenso si dà di presenza qui in Roma
tanto da' Principali, quanto da' Procuratori con giura-
mento attuale nelle mani de' Notari di Camera, e ciò
sappiamo come pratici Speditionieri, Curiali di molti
anni.

Altera Fides aliorum Officialium.

Noi infrascritti Curiali, e Speditionieri di Dataria, e
Cancellaria di Roma facciamo piena, & indubitata fede
qualmente essendo assenti di Roma i Procuratori deputati
nelli mandati di procure per consentire alle Coadiutorie,
Rassegne, Cessioni, e Cassationi di pensione, o diuisione,
& in qualsiuoglia altre materie di Dataria, doue si ricerca
il consensu di detti Procuratori, massime doue è la clausola
substituen. il solito è, che ritrouandosi detti Procuratori
amalati, o impediti da loro negotij di non potere venire di
persona in Roma per dare i consensi opportuni, di consen-
tire, o per instromento publico, che fà il Procuratore auan-
ti il Notaro publico nel luogo oue si ritroua, quale si man-
da in Roma, o vero per lettere proprie, quali si chiamano
per *publicum documentum*, e vengono riconosciute da perso-
na cognita qui in Roma, quali hanno il medemo effetto,
& il medemo vigore, come se il Procuratore hauesse dato di
propria persona il consenso, & mediante *suo iuramento, &*
tactis scripturis, si fà la solita speditione, senza altra solen-
nità con stendere à tergo delle Bolle *consensit, &c. iura-*
uit, &c.

R. P. D. CALATAIV.

Æsina Successionis.

Lunæ 15. Februarij 1677.

ARGVMENTVM.

Causa inimicitiæ vocatus non erat consan-
guineus proximior ad interessendum in
contractu mulieris, cum igitur ad eam pro-
bandam remissoria peteretur, illa fuit sine
dubitatione concessa, quia talis probatio po-
nebat falcem ad radices, non obstante, quod
diceretur materia obiectiua, quia erat de iu-
re dantis, quodque illa iudici narrari debuis-
set, quia hoc post factas probationes discu-
tiendum relinquitur.

SVMMARIVM.

1 *Inimicitia est legitima causa non vocandi proximiorem in contractu proximioris ad formam Statuti, & num. 2.*
3 *Remissoria non denegatur, data releuantia materiæ articulatæ.*
4 *Suspicio calumniæ cessat, data releuantia articulorum.*
5 *Examen nouum semper conceditur, quamuis super diuersis articulis alij testes fuerint examinati.*
6 *Inimicitiæ probatio quatenus dicatur materia obiectiua.*
7 *Obiectiua materia non reputatur, quæ principaliter, vel secundario continet ius articulantis.*
8 *Inimicitia, si remoueri prætenditur per reconciliationem sequutam, illa probari debet præcisè de tempore, de quo agitur.*
9 *Probatio probationem non excludit.*

10 *Inimi-*

10 *Inimicitia consanguinei an iudici explicari debuisset, vt contractus sine illius interessentia subsistat.*

DECISIO XXII.

QVoniam sub die 22. * Iunij proximi præteriti resolutum fuit donationem inter viuos factam ab Aurelia
1 † fauore Hiacynthi filij fuisse inualidam, eo quia non fuerint vocati proximiores, & præcipuè Antonius Nepos, qui tempore stipulatæ donationis reperiebatur in Castro Beluiderij, & poterat commodè interuenire, ideo petita fuit remissoria ad probandum, quod inter Hiacynthum, Aureliam, & Antonium tunc temporis aderat ex causa rixæ
2 inimicitia capitalis, † & per consequens non erat vocandus, quam Domini concedendam esse dixerunt.

Quia sumus in prophanis, & probatio dictæ inimicitiæ
3 est releuans, † ea enim habetur pro legitima causa non vocandi proximiores, vt dixit Rota *decis.* 22. *num.* 11. *post*
4 Pichum *ad Statut. Vrb.* data autem † releuantia non solet remissoria denegari Rota *decis.* 256. *num.* 1. *par.* 4. *tom.* 2. *recent.* & *coram Reuerendissimo Otthobono decis.* 119. *num.* 3. &
5 exinde etiam † cessat quælibet suspicio calumniæ Rota *coram Verallo decis.* 56. *num.* 3. *par.* 3. & *coram Eminentissimo Otthob. decis.* 31. *num.* 12.

Non obstat, quod alia fuerit concessa remissoria, &
6 desuper fuerint testes examinari, † quia dum non emanauit super eisdem articulis, sed super alijs longe diuersis non impedit, quin de nouo sit concedenda Rota *coram Pettingerio decis.* 275. *num.* 4.

Minus vrget, quod materia sit obiectiua, quia talis
7 dici non potest eo ipso, quod principaliter, † vel secundario ius articulantis includit Rota *coram Coccin. decision.* 2106. *num.* 9.

Multoque minus releuant epistolæ de nouo exhibitæ ad
8 excludendam dictam inimicitiam, † nam præter quod non percutiunt tempus precisum stipulati contractus, prout requiritur, nec sunt recognitæ, intrat in proposito
9 vulgata regula, † quod probatio probationem non excludit Rota *decis.* 1847. *num* 10. & *decis.* 2040. *numer.* 7. *coram Coccino.*

An autem dicta inimicitia debuerit exprimi Iudici, nec
10 ne, † videbitur post factas probationes in disputatione super meritis.

Supra in alio præcedenti tomo 2. decimæ octauæ partis adest quæ hic altera in eadem causa adnotatur decisio, & est ibi in ordine.

R. P. D. RONDININO.

Auximana Pecuniaria.

Lunæ 15. Februarij 1677.

ARGVMENTVM.

De donatione excipiebant filij aduersus creditores patris donatarij, sed quia ipsi non poterant ad illam admitti, nisi vti hæredes eiusdem patris, ideò ad aliam exceptionem restitutionis in integrum aduersus inconsulto illius aditam hæreditatem conuolarunt; verum quia inter maiores agebatur, & neque de læsione, neque de negatiua bonorum constabat, ideo hæc etiam illis denegata est.

SVMMARIVM.

1 *Filij hæredes Patris donatarij non possunt excipere de donatione illi facta contra creditores eiusdem Patris.*
2 *Restitutio in integrum sine læsione maioribus non datur aduersus inconsulto aditam hæreditatem, amplia vt ibidem.*
3 *Testes deponentes hæreditatem esse valde ære alieno grauatam, non probant sine iustificatione æris alieni.*
4 *Fides simplex non attenditur, nec facit fidem.*
5 *Læsio non solum concludenter, sed etiam magna probanda est, ad effectum restitutionis in integrum in maioribus, & sup. num. 2.*
6 *Status hæreditatis firmari debet ad hoc, vt negatiua non existentiæ aliorum bonorum possit dici probata.*
7 *Donator vniuersalis si sibi reseruauit vsumfructum, sola possibilitas, quod ex illo aliquid superlucrari potuerit. Excludit negatiuam, nihil amplius quam bona donata in eius hæreditate remansisse.*
8 *Fideiussor, maximè reportata promissione indemnitatis, si soluit, debet à debitore releuari.*

DECISIO XXIII.

REuocata per Rotalem sententiam latam à R. P. D. meo Bourlemonte sententia A. C. concedente Io: Baptistæ, & alijs de Gallis restitutionem in integrum aduersus inconsulto aditam hæreditatem Dioneæ eorum Auiæ, fuit posteà dubitatum, an Rotalis sententia esset confirmanda eumque illam confirmandam esse DD. dixissent, vt in decis. 2. * Decembris 1676. coram me, hodie in decisis renouata disputatione permanserunt.

Siquidem cum non amplius impugnaretur prædictam Dioneam donasse Leonello filio, & respectiuè Patri istorum de Gallis acceptanti pro se hæredibus, & successoribus quibuscunque, ac proinde fratres de Gallis reos conuentos, non simpliciter tamquam filios, sed tamquam hæredes Patris, Donatarij in ea bona succedentes, † de 1
hac donatione aduersus creditores excipere non posse, vt latè firmat *decisio huius causæ 2. Decembris 1675. coram R. P. D. Bourlemont*, & *par. 2. Decembris 1676. §. nulla habita coram me*, restricta proindè fuit difficultas ad duas exceptiones propositas à fratribus de Gallis, non aditæ scilicet ab illis hæreditatis Auitæ, & debitæ in integrum restitutionis, quatenus de hac additione constaret.

Verùm quoad priorem exceptionem, non aditæ scilicet hæreditatis Auitæ, dicebant DD. de illius aditione satis constare ex iudiciali declaratione, quæ non fuit simplex confessio Procuratori, sed ipsorummet Principalium ibi comparuerunt personaliter in iudicio Io: Baptista, & Rodulphus fratres de Gallis, atque ex ipsa formali aditione iudicialiter facta à Rodulpho de Gallis, tàm proprio, quam fraterno nomine, & ab ipso fratre ratificata, vt in Summario de Gallis *num.* 1. & in Summario responsionis Capituli Auximani pariter *num.* 1. & ideò corruere alteram exceptionem debitæ restitutionis in integrum aduersus prædictæ hæreditatis inconsultam aditionem cum non doceatur de læsione, & quidem ex causa magna requisitæ, † ad 2
hoc, vt maioribus concedatur hæc restitutio post quadriennium, stante etiam verisimili notitia æris alieni de tempore aditæ hæreditatis ex eo, quod à die illius delationis vsque ad aditionem sex integri anni effluxerunt, quamque hæreditatem ipsi adeuntes in actu aditionis lucrosam asseruerunt Summario de Gallis *coram R. P. D. meo Bourlemont num.* 4. vt in proposito comprobant Odd. *de restit. in integr. par.* 2. *quæst.* 62. *art.* 14. *num.* 133. & *quæst.* 89. *artic.* 7. *sub num.* 32. & 33. Rota *recent. par.* 9. *decis.* 82. *num.* 6. & 7. cum similibus.

Neque ad probationem læsionis habita fuit in consideratione extraiudicialis attestatio duorum testium, qui asseruerunt hæreditatem Dioneæ magno ære alieno grauatam ob plurium censuum creditores, † quia nec censuum in- 3
strumenta exhibentur, nec aliqua de his affertur iustificatio, † sine qua simplex fides non attenditur ex vulgari re- 4
gula, de qua *DD. in l. 3. §. ideoque ff. de testibus* cum concordantibus.

Eadem verò ratione respondebant DD. ad reliqua deducta ad probandam læsionem ex aditione insurgentem, quia cum sint simplices illationes nullatenus iustificatæ, vel ex solis extraiudicialibus attestationibus desumptæ, de his nulla potuit haberi † ratio, in hoc præsertim casu, in quo 5
ex superius dictis magna læsio concludenter probanda fuisset.

Præterea ad exclusionem læsionis considerabant Domini, quod nunquam fuit firmatus status hæreditatis Dioneæ, † prout erat necessarium ad hoc, vt probaretur non 6
extitisse alia bona Couarru. *in cap. si hæredes sub num.* 9. *de testam.* Ciriac. *controu.* 294. *numer.* 5. Modern. *Forolinien. Consult.* 19. *numer.* 14. Rota *coram Caualer. decis.* 246. *num.* 2. & *seqq.*

Neque dictum statum insurgere ex donatione omnium bonorum facta ab eadem Dionea, Leonello filio, quia cum in ea vltra scuta 2000. illa sibi reseruauerit suppellectilem albam, & vsumfructum omnium bonorum sua vita du-

ta durante , ex quo spacio temporis , quo superuixit ,
7 potuit alia bona acquirere , † hæc sola possibilitas sufficit
ad effectom excludendi negatiuam , quod io hæreditate
nulla alia extareo t bona , quam teseruata in donatione
Cancer. *var. resolut. par. 3. cap. 2. num. 120. & seqq.* Capic.
Latr. *decis. 44. numer.* 20. & io decisionibos huius causæ 2.
Decembris 1675 §. dixerunt in fin. coram R. P. D. meo Bourlemont , & pariter 2. Decembris 1676. §. neque dici coram me.

Et quatenus hæreditas Dioneæ consisteret dumtaxat io
scutis 2000. io donatione reseruatis , adhuc dicebant Do-
mini non constare de læsione , quia Dionea fideiussit pro
8 Leonello filio , reportata promissione indemnitatis , †
ideòque si à creditoribus soluere cogeretur deberet releuari
ex hæreditate Leonelli , cuius suot etiam hæredes isti de
Gallis , sicque semper salua erunt io eius hæreditate dicta
scuta 2000.

Et ita vtraqoe parte informaute resolutom fuit.

Supra in alio præcedenti tomo 2. adest hic altera confirmata decisio, quæ ibi est in ordine 472.

R. P. D. PAOLVCCIO.

Fulginaten. Fructuum.

Lunæ 15. Februarij 1677.

ARGVMENTVM.

De proximioris vocatione tractatur , quæ æquè in successionibus , ac etiam in Legato magis proximiori debetur , cum eadem vtriusque, & par ratio esse soleat, ex maioritate affectionis ab ipsa proximitate desumpta, atque ideo legatum dotis proximioribus relictum, magis proximiori præstandum esse deciditur.

SVMMARIVM.

1 *Aetate maior , & in gradu testatori proximior semper in iure præfertur.*
2 *Legatum ad normam , & æquitatem edicti successorij debetur.*
3 *Legatum dotis à testatore relictum, debetur primo loco magis proximioribus, & ætate senioribus.*
4 *Nomen* fœminarum *dicitur nomen collectiuum.*
5 *Vocatio* fœminarum *quia dicitur collectiua, intelligitur facta ordine successiuo.*
6 *in Gradu proximior æquè in successione , ac etiam in legato præfertur.*
7 *Affectio testatoris erga magis proximiorem semper de iure præsumitur.*
8 *Affectio testatoris erga sibi magis proximiorem prælationem, inducit.*
9 *inter Descendentes testatoris, eiusdemque lineæ, magis proximiores præferuntur.*
10 *Filiatio , & descendentia probatur ex fide Baptismatis, & depositionibus testium.*

DECISIO XXIV.

INter cætera bona , in quibus institutis hæredibus Boncompagoo , & Carolo fratribus cum perpetuo fideicommisso ad fauorem descendentium ab eis , & posterorum de agnatione Troilus Boncompagnos Episcopus Fulginaten. possedit etiam domum in Vrbe , cuius pensiones iouestiri voluit in societatibus officij , & inuestiendo multiplicari ad hoc , vt inseruiant pro fæminis dotandis; Hæc domus fuit retracta vigore Gregorianæ Constitotionis eiosque prætium conuersum , seù assecuratum super Prædio sito in Territorio , siue Agro Fulginaten. io Contrata *delle Spinete*.

Quod Prædium cum exijsset de agnatione , & contra mentem testatoris transijsset in Tarquiniam Rampescam . Boncompagnus Iuoior , & Troilus fratres petierant immissionem in prædium sobrogatum , & fructus , eaque concessa dom disceptaretur super fructibus , & eorum liquidatione cum Placida Tignolina hærede supradictę Rampeschæ , fuit admissa ad causam Maria Cintia Clara Boncompagna Soror eorumdem Boncompagni Iun. & Troili
petens dotem sibi constitui ante filias Boncompagni ; vndè subrogatus in locum bonæ memoriæ Prioli inquiren. proposui , ao , & cui sit danda prælatio in dotatione.

Et fuit resolutum pro Maria Ciothia Clara informante ,
cum sit ipsa , & ætate maior , & gradu proximior testa-
tori , quàm sint filiæ Boncompagni , † Ideoque in iure po- 1
tior *regula , qui potior de reg. iur. in 6.* ad normam , & æqui-
tatem † Edicti Successorij *l. 2. ff. de success. edict.* Rota *coram* 2
Zarat. decis. 19. & in † puncto dixit Rota *decis. 15. num. 21.* 3
coram Eminentissimo Domino meo Cardinali Ottbob.

Fauetque maximè voluntas testatoris , qui gradatim in
dotatione procedendum constituit sub nomine † collectiuo 4
fæminarum , quo † casu vocatio facta intelligitur ordine 5
successiuo *l. si plures 96. ff. de leg. 3. l. cum ita 33. §. fin. ff. de
leg. 2.* Peregr. *de fideicomm. art. 17. num. 13.* Fusar. *de subst.
quæst. 358. num. 2.* Rota *decis. 21. num. 11. vers. quoniam vltra par. 5. rec.* Arguelles *decis. 81. num. 2. & 3.* itaue gradu
proximior † veniat præferenda. 6

Et eo rationabilius , quo maior erga ipsam † præsumi- 7
tur testatoris affectio , quæ quidem † ingens momentum 8
ad prælationem inducere censetur *l.* Publius *§. fin. ff. de condit. & demonstr. l. cohæredi §. qui discretas ff. de vulg. & pupil. l. si viua matre C. de bon. mater* Mantica *de coniect. vlt. vol. lib. 6. tit. 10. num. 13.* Rota *coram Zarat. decis. 19. num. 3.* &
extra omne dubiom io hoc caso , † in quo omnes sunt de- 9
scendentes eiusdem lineæ Rota *decis. 124. num. 4. par. 15.
recentior.*

Maior autem proximitas Mariæ Cinthiæ Claræ satis
probata videtur ex fide Baptismatis , ex qua Maria Clara
Soror apparet Boncompagni , cui adstipulatur etiam depo-
sitio testium , † quæ quidem omnia filiationem , & de- 10
scendentiam probant Surd. *cons. 1. num. 45.* Noguerol. *alleg. 25. num. 3.* Rota *decis. 409. num. 5. & seqq. & 511. num. 1. & 2. par. 5. recent. & decis. 309. num. 2. par. 10. recent. & coram Zarat. decis. 39. sub num. 5. versic. fides autem , & decis. 52. num. 13.*

Et ità Maria Cinthia Clara tantùm Informante resolutum fuit.

R. P. D. TAIA.
posteà S. R. E. Cardinali.

Romana Attentatorum.

Rota Memorialium , 19. Februarij 1677.

DECISIO XXV.

Habetur impressa in alio præcedenti tomo primo parte 18. vbi est in ordine 394. ideo hic omittitur , infra verò sub diebus 5. Iulij , & 15. Nouembris 1677. præsentis anni aliæ duæ decisiones habentur.

REVERENDISS. D. ALBERGATO.
Sacræ Rotæ DECANO.

Forosempronien. Saluiani.

Mercurij 10. Martij 1677.

ARGVMENTVM.

Denegatum est Saluianum quia defecerat hypotheca per spatium decem annorum inter præsentes , & viginti inter absentes, quamuis obiceretur in instrumento adfuisse iuramentum , & clausulam constituti, requirentia præscriptionem triginta , vel quadraginta annorum , quia hæc omnia procedunt in præscribendo credito , non autem hypothecam , quæ est mater Saluiani , quæque adhuc ex alio fundamento cessabat.

SVMMARIVM.

1 *Saluiani requisita sunt creditum cum hypotheca , antiqua possessio debitoris, & moderna rei conuenti.*
2 *Immissio in Saluiano non conceditur, si cessat alterum ex illius requisitis necessarijs, & num. 11.*
3 *Saluianum sine hypotheca concedi non potest.*
4 *Hypotheca dicitur mater Saluiani.*

5 *Hypo-*

5 *Saluianum excluditur ex longæua taciturnitate creditoris, & pacifica possessione emptoris, & quomodo.*
6 *Hypotheca contra tertium remanet præscripta per decennium inter præsentes, & viginti inter absentes.*
7 *Tertius possessor, vt possit excludere Saluianum, requiritur, quod possideat cum titulo, & bona fide.*
8 *Præscriptio decennalis, vel annorum 20. non suffragatur quoties in instrumento adest clausula constituti, vel iuramentum, vbi vid. & num seqq.*
Saluianum, & hypotheca præscribuntur à tertio spatio decem, vel viginti annorum etiam si in instrumento adsit clausula constituti, *vel iuramentum num. 8. & 9.*
9 *Hypotheca longè differt à credito, quia præscribitur minori tempore, quam ipsum creditum.*
10 *Venditionem quis fecisset nomine proprio, non autem aliorum, si res vendita ad ipsum spectasset.*
11 *Saluiano pro denegando non est opus ingredi quæstionem omnium requisitorum, cum sufficiat, vt alterum ex illis deficiat, & sup. num. 2.*

D E C I S I O XXVI.

PRo consecutione fructuum census impositi de anno 1596. ad fauorem Hectoris Berardi à Clarice, & Bernardina eius matre cum fideiussione Annibalis mariti, & generi respectiue. Fratres de Berardis hæredes venditoris iudicium Saluiani intentarunt contra Angelum Brulinum possessorem domus olim possessæ à debitoribus, & suscepta defensione causæ ab orphanis Ciuitatis Forosemproniensis ex persona Castellani necessarijs defensoribus Angeli, concessa fuit ab A. C. actoribus immissio, quam hodie in gradu appellationis Rota denegandam esse respondit.

In hoc enim Interdicto adipiscendæ, vbi creditor agit
contra tertium possessorem rei hypothecatæ, vt de suo cre-
dito satisfiat ex fructibus eiusdem rei, tenetur actor copu-
1 latiuè probare suum creditum cum hypotheca, † & anti-
quam possessionem debitoris de tempore obligationis, &
modernam rei connenti, & si in altero ex prædictis de-
2 ficiat Saluianum, † & cum eo etiam immissio Menoch. *de
adipisc. possess. rem. 3. num. 163.* latè Pacific. de Saluian *in-
spect. 1. cap. 5. num. 1.* in proposito, quidquid sit de credito, &
3 possessione debitorum, deficit hypotheca, † sine qua Saluia-
4 num dari non potest, † cum illa dicatur mater Saluiani
Gratian. *discept. 691. num. 20.* Rot. *decis. 114. num. 2. par. 8. & de-
cis.* 220. vtrobique *num. 1. par 14. rec. & in vna Brundusina Pe-
cuniaria 1. Decembris 1673. §. neque cum coram Reuerendissimo
Mattheio Archiepiscopo Damasceno.*

Defectus hypothecæ visus est resultare, ex quo Fran-
ciscus Antonius creditor, cui tanquam vni ex hæredibus
Hectoris in diuisione obtigit census, pro cuius fructibus pe-
titur immissio licet absens, sciuit tamen alienationem, &
5 siluit per annos vigintiquatuor, & vltra; † Ex hac enim
longæua taciturnitate creditoris, & pacifica possessione
6 emptoris remansit prescripta hypotheca, quæ † per de-
cem annos inter præsentes, & viginti inter absentes præ-
7 scribitur à tertio possessore † possidente cum titulo, & bona
fide *l. 1. & 2 C. si aduers. credit. l. fin. C. de præscript.* Paris. *cons.
50. lib. 1.* Tiraquell. *de retract. §. 1. Glos. 10. num. 11.* Rot. *decis.
85. num. 1. & decis. 86. num. 2. post* Pacific. de Salu. *& decis. 487.
num. 10. & 11. & decis. 611. num. 1. & 2. coram Merlin. & in
dicta Brundusina Pecuniaria §. eoque magis coram Reuerendissimo Damasceno.*

Non obstat, quod talis præscriptio non suffragetur, quoties
8 in instrumento creditor habet clausulam constituti, † vel
iuramentum, sed requiratur lapsus triginta, vel quadragin-
ta annorum iuxtà *decis. 92. coram Arguell. Gratian. decision.*
March. 15. *num. 3.* Merlin. *de pignor lib. 5. tit. 1. quæst. 21. sub nu.
50.* Rot *decis. 315. num. 10. par. 14. rec.* quia huiusmodi aucto-
ritates loquuntur de præscriptione crediti, & non autem
9 hypothecæ, † quæ longe differt à credito, vt notat Merlin.
vbi proxime num. 7. vers. non vero hypothecæ.

Præterea deficit hypotheca ex alio capite; domus enim
de qua agitur, de tempore obligationis non possidebatur
per Annibalem, sed erat Claricis vxoris, & deinde filio-
rum, vt liquet ex venditione facta per Anibalem nomine
10 eorumdem, † quam vtique proprio, non autem filiorum
nomine vendidisset, si domus sua fuisset, quod etiam
adminiculatur ex Catastro, in quo illa reperitur adnotata
sub nomine eiusdem Claricis, de cuius obligationis vali-
ditate hodie agere Domini superfluum existimarunt, dum
pro deneganda immissione † superabundat defectus hypo- 11
thecæ, quæ vna cum alijs extremis requiritur, adhoc vt
sit locus Saluiano Rot. *in Forolinien. Saluiani 17. Aprilis pro-
ximi præteriti §. 1. coram me.*

Et ita, vtraque Parte informante, resolutum fuit.

In hac causa adest altera decisio sub die 6. Iunij 1678. coram eodem R. P. D. Albergato, quam infra suis loco, & tempore apponemus.

R. P. D. C A L A T A I V.

Romana Releuationis Indemnitatis.

Lunæ 15. Martij 1677.

A R G V M E N T V M.

Indemnitas promissa euitari prætendebatur ex eo, quod illa de solis creditoribus incertis intelligenda foret, non autem de eo creditore, qui iam fuerat detectus, ex generali tamen promissione, illam de omnibus intendendam esse deciditur, & ideo cum emptor sibi prospicerit de non recipiendis pecunijs, nisi cum cautione de restituendo, subsequutis molestijs, contra quemlibet ex creditoribus, qui receperunt, agere permissus est.

S V M M A R I V M.

1 *Obligatus liberare à molestijs statim tenetur, ac molestiæ superuenerunt.*
2 *Liberatio molestiarum promissa non intelligitur de creditore iam detecto, sed de alijs incognitis, & incertis, sed vid. num. 4.*
3 *Obligatio liberationis à molestijs generaliter facta, intelligitur, tam respectu creditorum, qui erant incogniti, quam de ijs de quibus habebatur notitia.*
4 *Venditor sciens certa habere creditores, si se adhuc generaliter obligauit liberare emptorem à molestijs, generaliter quoque tenetur.*
5 *Conuentiones, & pacta inita fauore emptoris, non dicuntur adiecta fauore creditorum.*
6 *in Odium retorqueri non debent ea, quæ fauorem alicuius concernunt.*
7 *Verbum* liceat agere *non est obligatorium, sed merè facultatiuum.*
8 *Pecunias semper in Bancho extare voluisse dicitur, qui illas non amoueri mandauit, nisi cum cautione de restituendo prioribus, & potioribus.*
9 *Creditor potest agere contra alios creditores sibi magis bene visos pro restitutione pecuniæ receptæ cum cautione de restituendo prioribus, & potioribus.*
10 *Debitor principalis dicitur, qui in forma Cameræ se obligauit aliquem liberare à molestijs.*
11 *Debitor principalis non potest opponere de excussione.*

D E C I S I O XXVII.

MAndatum ab A. C. relaxatum contra Francischinum tanquam validum, & iustum Rota sub die 22. Iunij proximi præteriti censuit esse exequendum, & hodie causa iterum proposita stetit in decisis non obstantibus in contrarium adductis.

Quoniam nimis clara est eius obligatio de restituendo pe-
cunias quibuscumque prioribus, & potioribus credito-
ribus casu quo Domini de Verospijs paterentur molestias su-
per domibus emptis à Patriarcha, vnde dum molestias
passi fuerunt à Cuneo creditore, † factus est locus præce- 1
denti stipulationi, ac pecuniarum restitutioni ex adductis
in dicta decis. §. *quia est.*

Non obstat, quod prædicta obligatio non debeat intelli-
gi respectu Cunei creditoris, qui iàm notus erat contra-
hentibus, sed de alijs creditoribus incertis, † qui in futu- 2
rum detegi possunt iuxtà *decisionem 323. num. 11. coram Car-
dinal Celso.*

Quoniam ordo directus à Verospio banco Sancti Spiritus, cuius vigore Francischinus pecunias recepit est nimis generalis ibi: *sarà obligato per sicurezza di detto Monsignore Verospi*

di re-

di restituire detta somma à qualsiuoglia, e singole persone, che haueranno raggioni anteriori, ò potiori in qualsiuoglia modo, e causa contratti: prout generalis est obligatio Francischini facta in
3 actu receptionis pecuniarum, † vndè non potest, restringi ad
creditores incertos tantùm, potissimè cum Francischinus ip-
4 se optimè sciret præexistentiam crediti Cunei, † vt recedendo *à dicta decis. 323. coram Cardinali Celso* firmauit Rota *in binis subsequentibus decisionibus coram R. P. D. meo Beuilaqua, vt in decis. 70. n. 12. & decis. 149. n. 15. par. 14. recent.*

Minus releuat, quod Verospius pactus fuerit cum Patriarcha venditore, vt infrà annum censum Cunei extingueret, quo elapso liceret eidem emptori extinctionem facere cum residuo prætij domorum, quod per biennium in manibus sibi retinere permissum fuit, & Francischinus in tantum se obligauerit pecunias restituere, quibuscumque creditoribus, in quantum sciebat emptorem curaturum dictam extinctionem, ideoque dum illam neglexit
5 non possit agere pro liberatione à molestijs, † quæ eius ne-
gligentia sibi superuenerunt. Nam tales conuentiones non fuerunt adiectæ fauore creditorum, sed fauore solius empturis, qui multipliciter voluit sibi præcauere in emptione domorum, & præsertim, quod creditores recipientes eius pecunias tenerentur illas restituere in casu molestia-
6 rum, quodque † sibi liceret cogere venditorem ad extin-
guendum censum Cunei, quapropter non debent in eius odium retorqueri *l. quod fauore ff. de regul. iuris*. Nec voluit esse obligatum ad extinctionem, sed solum quod elap-
7 so anno, † sibi liceat agere pro implemento, quæ verba
non sunt obligatiua, sed merè facultatiua Menoch. *de arbitr. lib. 1 quæst. 70. num. 32* Gratian. *disc. 442. num. 1.* Rot. *coram Seraph. decis. 739. num. 3. & coram Peuting. decis. 53. num. 69.* & in fortioribus terminis dixit Rot. *decis. 129. num. 3. vers. nec damnorum par. 14. recent.*

Multo minus vrget, quod Verospius passus fuerit ex pecunijs in banco depositis satisfieri creditores posteriores in præiudicium anteriorum, quia ipse noluit inuigilare, cui nam soluerentur pecuniæ, sed solum curauit, ne exindè amouerentur nisi facta obligatione per creditores de restituendo prioribus, & potioribus in casu molestiarum
8 super domibus, † quod est idem ac si pactus fuisset, vt
pecuniæ semper in banco extarent Giurb. *decis. 4. num. 40.* Rota *coram Cardinali Celso decis. 206. num. 2. & post* Merlin. *de pignorib. decis. 50. num 63. & in Romana Pecuniaria 4. Iulij 1669. coram R. P. D. meo Beuilacqua.*

Est etiam insubsistens obiectum, quod Verospius agere debeat contra vltimum posteriorem creditorem ad euitandum circuitum, vel saltem prius excutere principalem
9 debitorem; † quia est in facultate emptoris pulsare credi-
tores sibi magis placitos, & beneuisos, vt de veriori, & in praxi magis obseruata opinione testantur Salgad. *in laberint. credit. par. 3. cap. 14. num. 19. & seq.* Guidopap *decis. 432.* Manent. *decis. 45. num. 18.* Franchinus autem non fuit
10 † simplex fideiussor, sed principaliter, & in forma Ca-
meræ se obligauit liberare emptorem à molestijs, vndè
11 non potest opponere † de excussione Rot. *post* Zacch. *de obligat. Cam. decis. 55. per totam.*

Et ita vtraque &c.

Supra in alio præcedenti tomo 2. partis 18. adest altera præsentis causæ decisio coram eodem R. P. D. Calataiu ibi in ordine 572.

REVERENDISS. D. ALBERGATO.
Sacræ Rotæ DECANO.

Senogallien. Fideicommissorum super Immissione.

Lunæ 15. Martij 1677.

ARGVMENTVM.

Immissio Fideicommissario conceditur, quia de requisitis dubitatum non fuit, quorum quæstione ad illius existentiam redacta, hæc ex reciproca substitutione resultare visa est, quia non solum illius requisita concurrebant, sed eò magis coniecturæ adducebantur, prohibitio nempè alienationis, digressus ad plures gradus substitutionum, & expressa declaratio conseruandi bona in agnatione, quæ etiam solæ alioquin fideicommissum inducunt.

SVMMARIVM.

1 *Vocatus in anteriori gradu semper admittitur, & præfertur alteri in posteriori gradu vocato.*
2 *Masculi præferuntur fœminis, si fœminæ sint vocatæ post deficientiam masculorum.*
3 *Dictio,* cuiuslibet, *tribuit successionem cuilibet ex vocatis in solidum.*
4 *Fœminæ vocatæ post masculos non possunt admitti in aliqua portione, donec superstes sit vnus ex masculis.*
5 *Lineæ plures si à principio fiat institutæ, quando inter illas dicatur facta reciproca, & num. seqq. ac per totam.*
6 *Voluntas Testatoris seruari debet tamquam lex.*
7 *Pluralitas, an, & quatenus discretiua non sit, nec resoluatur in suas singulas vnitates.*
8 *Reciproca substitutio necessariò resultat, si alioquin bona remanerent libera penès vocatos, & peruenirent ad extraneum, vbi Testator integrè voluit illa conseruari in familia.*
8 *Reciproca substitutio tunc dicitur facta, quando concurrunt illa tria requisita à lege, & à DD. enumerata, & quæ illa sint.*
10 *Reciproca substitutio eo magis intrat, si vltra solita requisita, etiam coniecturæ interueniant, quæ hic in decis. numerantur.*
11 *Fideicommissum descensiuum in linea cuiuslibet ex vocatis censetur à Testatore institutum, ex vocatione plurium linearum, sed vid. num. 5. cum seqq.*
12 *Lineæ plures aliud est, quod à principio fuerint vocatæ, aliud verò post mortem primi instituti, cuius contemplatione fideicommissum factum sit.*
13 *Reciprocæ ad exclusionem sufficit vnum tantum requisitum deficere.*
14 *Exclusus, & respectiuè vocatus ad aliquod fideicommissum, sic etiam excluditur. & vocatur ad aliud, quod iuxtà illud, & per relationem ad illud factum est.*

DECISIO XXVIII.

DAndam esse immissionem Flaminio Iuniori ad bona fideicommissaria Flaminij Senioris, Claudij, & Iuniperæ de Mannellis fuerat, me proponente, resolutum sub die 22. Iunij proximi præteriti, & Causa hodie super eisdem reproposita, Domini censuerunt esse standum in decisis; Tùm quia literalis est vocatio Flaminij, nam ipse tamquam masculus est in quarto ordine succedendi descriptus in Testamento, ideò præferendus Mariæ Ni-
colæ, † quæ tamquam fœmina in quinto, & vltimo or- 1
dine recensetur; Testator enim incipiens à primi distinxit omnes subsequentes gradus, & in vnoquoque constituit vocatos ad fideicommissum; nam in primo posuit Claudium, & Iuniperam, in secundo Hieronymum, in tertio Ioannem Baptistam, Aloysium, & Bartholomæum filios Hieronymi, quos ad inuicem compendiosè substituit, in quarto posuit omnes masculos descendentes ex eisdem Ioanne Baptista, Aloysio, & Bartholomæo, & quinto demum loco in defectum lineæ masculinæ, voluit succedere fœminas, declarans, & mandans, quod hæredes primo loco nominati eorum, & cuiuslibet eorum vita durante, semper, & omninò, & in totum excludant secundo nominatos, & sic de singulis alijs gradibus, vndè quintus gradus vocationis fœminarum non potest habere locum, nisi priùs per totalem defectum lineæ masculinæ consumptus sit quartus gradus, in quo positi sunt mas-
culi, † qui iuxtà ordinem prædictum ante fœminas succe- 2
dere debent, ad Text. *in l. in testamento ff. de hæred. instit.* Surd. *cons. 403. num. 10.* Mandell. *cons. 51. num. 15.* Odd. *cons. 95. num 76.* Altograd. *cons. 60. num. 105. & cons. 97. num. 45. lib. 1.* Rot. *decis. 593. num. 1. & seqq. par. 2. recent. & in Carpentoracten. fideicommissi 12. Iunij proximi præteritis §. Cum autem coram R. P. D. meo Vicecom.* maximè attenta illa dictione *cuiuslibet*, † 3
quæ tribuit successionem cuilibet descendenti masculo in solidum, & operatur, vt fœminæ admitti non possint in ali-
qua hæreditatis portione † donec superstes sit vnus ex mas- 4
culis quarto loco nominatis, Fusar. *consil. 108. num. 3. & 4.* Gratian. *discept. 272. n. 29. & 30.* & in terminis reciprocæ linearis Rot. *Coram Zarat. decis. 15. num. 3.*

Hinc

Hinc patet cessare repetitum motiuum discretiuæ, de-
sumptum ex constitutione plurium linearum facta ab
initio per institutionem plurium hæredum, quoniam
si in tertio ordine succedendi fuerunt positi, & ad in-
uicem substituti dumtaxat Ioannes Baptista, Aloysius,
5 & Bartholomæus filij Hieronymi, † clara est volun-
tas Testatoris excludendi discretiuam; si enim alter ex
dd. filijs Hieronymi superstitibus filijs prædecessisset al-
teri, & prædecedenti succedendum fuisset discretiuè,
vtique filij huius defuncti successissent patruo, quod
nimis repugnaret dispositioni Testatoris, qui expresè
ipsos filios Hieronymi ad inuicem substituit, non au-
tem eorum filios, quos superstite aliquo ex prędictis
Ioanne Baptista, Aloysio, & Bartholomæo nec posuit
in conditione, nec alio modo tacitè, aut expresè vo-
cauit, sed solum illos quarto loco vocauit sub nomine
descendentium defunctis omnibus existentibus in tertio
6 ordine succedendi, † quę Testatoris voluntas tamquam
lex seruari debet, § *disponat*, *Auth. de nupt.*

Prætereà Testator prohibuit quamcumque alienatio-
nem, & detractionem, quia voluit totam, & inte-
gram hereditatem transire de hæredibus in heredes, ac
in perpetuum, & in infinitum, conseruari omnia,
& singula eius bona in dd. heredibus, & familia Hie-
ronymi, quę enixa, & inculcata prohibitio vestita
prędicta ratione, vt bona ordine successiuo de vno in
alium heredem integrè, & totalitèr in perpetuum, &
in infinitum peruenirent operatur, quod dd. bonorum
vnitas, & integritas minimè conseruari possit, nisi ip-
sa de vno ad alium gradum descendant, & alteri ab
altero restituantur; Vndè in necessarium antecedens ad-
7 mitti debet reciprocum fideicommissum, † alioquin si
dispositio esset discretiua, & resolubilis in singularita-
tes non possunt bona integrè, & totaliter conseruari
in familia Hieronymi, cùm per discretiuam dari pos-
sit casus prout euenit, quod adhuc existentibus mascu-
lis de familia eiusdem Hieronymi, fœmina vnius Co-
lumnelli deficientis sine masculis, bona extra familiam
per viam dotis asportaret, aut per totalem defectum
filiorum vltimi masculi alicuius lineæ, & Columnel-
li, portio hæreditatis illi obuenta efficeretur libera,
8 † & sic bona scinderentur, & ad extraneos peruenirent
contra votum Testatoris, qui integrè voluit bona in
familia Hieronymi remanere Ruin. *cons.* 109. *numer.* 6.
lib. 2. Peregrin. *consil.* 62. *numer.* 24. *lib.* 1. Rot. *decis.*
386. *num* 2. *par.* 4. *diuers.* & *in Firmana fideicommissi*
16. *Aprilis* 1663. *per tot. coram bonæ memoriæ Cardin.
Vicecomite*, & *in Interamnen. fideicommissi* 25. *Februarij
currentis anni* §. *Existentia*, & §. *quod etiam coram
me*.

Et omnem difficultatem tollit substitutio reciproca
de linea ad lineam dd. Nepotum hæredum instituto-
9 rum; † Illa enim resultat ex concursu illorum trium
requisitorum, quæ enumerat Text. in *l. Titia Seio* §.
Seia libertis ff. de legat. & tradunt communiter DD.
nempè quod omnes sint honorati, quod sit facta vlti-
mo morienti, & in tota hæreditate, quæ omnia in
casu præsenti vnltim concurrere probat præterita *decisio*
§. *Verum*, & *seqq.* vbi etiam vltra concursum trium
10 requisitorum † recensentur coniecturæ, nempè prohibi-
tio alienationis, digressus ad plures gradus substitutio-
num, & expressa declaratio conseruandi agnationem,
ac integra bona in illa, vndè elicitur coniecturata vo-
luntas substituendi vnam lineam alteri, vt concilian-
do decisiones, quæ inter se videntur discordare tradit
Rota *coram Eminentissimo Ottbobon decisione* 267. *nume-
ro* 19.

Nec aduersatur *decisio* 68. *num.* 25. *recent* vbi firma-
11 tur conclusio passim recepta, † quod Testator, qui
plures lineas ab initio constituit per institutionem plu-
rium hæredum, a quo cæteri descendunt, censetur
ordinasse fideicommissum descensiuum discretiuè in li-
nea cuiuslibet ex institutis; tum quia verius est in ca-
su nostro vnicam lineam fuisse per Testatorem ab ini-
tio contemplatam, ex quo Ioannes Baptista, Aloysius,
& Bartholomeus, ex quorum personis Informantes pro
12 Maria Nicola desumebant pluralitatem linearum † fue-
runt vocati post institutionem Hieronymi patris, pro
cuius familiæ conseruatione videtur principaliter indu-
ctum fideicommissum; Tùm quia substitutio in casu
d. decisionis non fuerat facta in tota hæreditate, ideò

dictum fuit cessare reciprocam linealem, † ad cuius 13
exclusionem sufficit deficere vnum ex tribus requisitis,
quia requiritur copulatiuus illorum concursus, itaut al-
tero ex eis deficiente, deficere dicitur ipsa substitutio de
linea ad lineam, Rot. *in Pisauren. fideicommissi* 29. *Mar-
tij* 1666. §. *cæterum*, *coram Reuerendiss. Alexandrino*,
& antè dixerunt Crauett. *cons.* 161. *num.* 7. Surd. *cons.* 329.
num. 7. Altograd. *cons.* 60. *num.* 61. *lib.* 1. & nouissimè in al-
legata *Interamnen. fideicommissi* 25. *Febr. prox. præt.* §. *Hæc
autem coram me*.

Similiter quoad fideicommissum Iuniperæ Rota stetit
in decisis complectendo motiuum, quod etiam in hoc
adsit fideicommissum cum reciproca substitutione lineali
nuper purificatum in personam Flaminij tam ex eadem
prohibitione alienationis, vt bona conseruentur in agna-
tione Hieronymi, & alijs in præterita ponderatis,
quàm ex eo, quod Ioannes Baptista, & Bartholomeus
transigendo inter se, expresè voluerunt, & declararunt
hæreditatem Iuniperæ transire debere, & illius testa-
mentum regulari à testamento Flaminij Senioris, ad
quod se expresè retulerunt; Ideò sicuti vigore testamen-
ti eiusdem Flaminij Senioris excluditur Maria Nicola ab
illius hæreditate, & admittitur Flaminius Iunior, sic
etiam excluditur illa, & hic vocatur ad fideicommissum
Iuniperæ † propter relationem habitam ad d. testamen- 14
tum Flaminij, vt post Alex. & alios firmat Rota *decis.*
219. *per tot. coram Peutinger.* & tradit præterita decisio,
quam hodie Domini in omnibus approbarunt, vtraque
Parte informante &c

*Aliæ hjus decisiones sunt in hac Causa, ambæ impressæ in alio
præcedenti tomo 2. decimæ octauæ partis 755. & 756. in or-
dine, ac etiam altera, quæ hic immediatè subsequitur.*

REVERENDISS. D. ALBERGATO.
Sacræ Rotæ Decano.

Senogallien. Fideicommissorum super
Locis Montium.

Lunæ 15. Martij 1677.

A R G V M E N T V M.

Pro deneganda fideicommissario immissio-
ne opponebatur solum fideicommissum ca-
pi debuisse de manu hæredis, sed hoc proce-
dere declaratur, quoties illud est turbi-
dum, & coniecturale, itaut dicatur exqui-
rere altiorem indaginem, hoc autem merè
literale visum est, cui proindè neque pote-
rant obstare detractiones legitimæ, & tre-
bellianicæ, qui hæc fuerat à Testatore pro-
hibita, illa verò ex fideicommisso transuer-
sali non debebatur.

S V M M A R I V M.

1 *Masculus excludit fœminam vltimo loco vocatam in defe-
ctum lineæ masculinæ.*
2 *Fideicommissum reciprocum resultat ex illis tribus soli-
tis requisitis, quæ in hac materia enumerantur.*
3 *Reciprocæ substitutionis requisita sunt, quod omnes sint vo-
cati, quod illa facta sit vltimo morienti, & in tota hæredi-
tate.*
4 *Fideicommissum si requirit altiorem indaginem, non impedit
immissionem hæredi. & num. 7.*
5 *Fideicommissarius debet capere fideicommissum de manu hæ-
redis.*
6 *Fideicommissum turbidum, & coniecturale dicitur require-
re altiorem indaginem.*
7 *Immissio non denegatur hæredi propter fideicommissum tur-
bidum, & coniecturale, & sup. nu. 4.*
Secus autem in fideicommisso claro, & literali.
8 *Fideicommissum clarum, & literale non habet opus discussio-
ne ad indagandam voluntatem defuncti, & ideo cessat in
eo altior indago.*
9 *Legitima non debetur ex fideicommisso condito à transuer-
sali.*

10 *Tre-*

10 *Trebellianica censetur prohibita ex prohibitione detractionum.*
11 *Immissio illi fideicommissario conceditur, qui meliora iura fouet.*
12 *Iura meliora, & potiora habere dicitur ille, cui assistunt decisiones Rotales.*

DECISIO XXIX.

CVm Loca Montium, de quibus agitur subsint eisdem fideicommissis Flaminij Senioris, Claudij, & Iuniperæ de Mannellis nupèr purificatis in personam Flaminij Iunioris, propterea Rota stetit in decisis coram me * sub die 22. Iunij proximè præteriti denegando iterum super illis immissionem Mariæ Nicolæ, quæ tamquam existens in vltimo ordine succedendi iuxtà seriem testamenti ne-
1 quit anteferri † Flaminio, qui tamquam masculus in quarto loco constitutus, proculdubio illam excludit vti fœminam in vltimo loco collocatam, & solùm vocatam in defectum lineæ masculinæ, vt probat hodierna decisio confirmatoria alterius, quæ sub eadem die emanauit pro concessione immissionis Flaminio super omnibus alijs bonis, quæ prædictis fideicommissis reperiuntur obnoxia.

Vltrà vocationem resultantem ex lectura testamenti concurrit fideicommissum reciprocum lineale de linea vnius ad alterum Ioannis Baptistæ, Aloysij, & Bartho-
2 lomei hæredum institutorum † desumptum ex illis tribus requisitis, de quibus in *l. Titia Seio §. Seia libertis ff. de legat. secundo*, nempè quod omnes sint vocati, quod sit fa-
3 cta vltimo morienti, † & in tota hæreditate, quæ omnia vnitim in hoc testamento adesset probant ambæ decisiones super alio dubio emanatæ, nempè *prima in §. verum, secunda in §. & omnem*.

Non obstat, quod quando fideicommissum requirit al-
4 tiorem indaginem, † non impediatur immissio hæredi
5 scripto, † de cuius manu fideicommissarius capere debet fideicommissum, Rota *decis. 104. num. 10. par. 14. rec. & decis. 176. num. 11. coram Eminentissimo Ottbobono, & 190. n. 2. coram Peutingerio*. Quia id procedit quando illud est
6 turbidum, & merè vniuersale, † tunc enim propter al-
7 tiorem indaginem requisitam in illius diuisione, † interim non denegatur heredi immissio, Rip. *in l prima nu. 12. ff. quorum bonorum*, & alijs relatis dixit Rota *decis. 297. num. 13. coram Bichio*, secus antem quando, vt hic, fideicommis-
8 sum est clarum, † & literale, nam tali casu opus non est discussione ad indagandam, & eruendam mentem, & voluntatem fideicommittentis, & consequenter cessat altior indago, Argel. *de legit. contrad. quæst. 1. art. 6. nu. 158. & 194. & de acquir. possess. quæst. 5. art. 4. nu. 138.* Capic. Latr. *dec. 108. num. 41. & 51.* Rota *decis. 183. num. 6. & decis. 430. nu. 4. coram Card. Seraph.* & dictum fuit in alia *decisione* huius Causæ §. *Nam*.

Idque faciliùs quia Carolo Emanueli Patri Mariæ Nicolæ, ex cuius persona ipsa postulat immissionem nullæ competebant detractiones, nam legitima non debetur
9 cùm non † agatur de fideicommisso ascendentis, sed de
10 condito à transuersalibus cum expressa prohibitione † detractionum, propter quam Trebellianica prohibita reputatur, vt relatis alijs dictum fuit in præterita *decisione* super hoc articulo edita §. *fideicommissa*, ac etiam quia nemo ex collitigantibus reperitur in possessione suorum
11 locorum montium, † immissio dari debet alteri eorum, qui meliora iura fouet, & quod Flaminio propter vocationem ad fideicommissum ante Mariam Nicolam assi-
12 stunt meliora, & potiora iura † satis apparet ex primis duabus decisionibus, in quibus super cunctis bonis fideicommissarijs conclusum fuit eidem dandam esse immissionem.

Et ita, vtraque Parte informante, resolutum fuit.

Aliæ plures decisiones sunt in hac causa, primæ duæ impressæ supra in altero tomo 1. præcedentis partis 18. 57. 755. & 756. Altera verò, quæ hic immediatè apponitur.

R. P. D. EMERIX.

Nullius, seù Vrgellen. Præpositurae.

Mercurij 17. Martij 1677.

ARGVMENTVM.

Inter duos præsentatos ille præferri declaratur, qui habet gratiam Pontificis cum derogatione medietatis vocum, cuius literæ in omnibus verificatæ, exequutioni demandatæ sunt, non obstante quod alter maiorem numerum vocum habere prætendisset ex præsentatione sui fauore facta à procuratore aliorum patronorum, quia omissò quod in mandato generali facultas præsentandi non aderat, cum tamen priùs præcessisset præsentatio facta vigore mandati specialis, non poterat deindè procurator generalis nouam præsentationem facere.

SVMMARIVM.

1 *Literæ Apostolicæ vbi sunt iustificatæ veniunt exequendæ.*
2 *Beneficium esse de iurepatronatus probatur ex confessione collitigantis.*
3 *Confessio in præiudicium confitentis plenè probat.*
4 *Dignitas esse beneficium dicitur, si illud habeat superioritatem, iurisdictionem, & administrationem in Ecclesia.*
5 *Præpositura dicitur dignitas, si Præpositus solet deputare Vicarios generales.*
6 *Instrumenta extracta à Notario successore notarij rogati plenè probant, etiam quod sint extracta lite pendente, & sine citatione partis.*
7 *Præsentatus à maiori parte patronorum est præferendus.*
8 *Mandatum procuræ generale, & cum clausulis amplissimis an tribuat facultatem præsentandi, sub dubitatione relinquitur.*
9 *Præsentatus antecedenter à procuratore speciali præfertur præsentato posteriori à procuratore generali.*
10 *In Beneficialibus semper est melior, & potior conditio præoccupantis.*
11 *Ius quæsitum quando non possit dici mediante clausula* dummodo non sit alteri ius quæsitum, *& numero anteced.*

DECISIO XXX.

AD Præposituram Ecclesiæ Beatæ Mariæ Oppidi de Muro nuper vacantem per obitum Patiani vltimi illius legitimi possessoris, fuerunt præsentati Honuphrius à Procuratore Marchionis de Orano, Baronis dicti Oppidi, & Augustinus ab hæredibus Christianæ Cassador, ad quos pro indiuiso spectat iuspatronatus dictæ Ecclesiæ, & quamuis vocum medietas neutri suffragaretur, & ob id Honuphrius impetrauerit à sanctæ memoriæ Clemente Decimo gratiam pro præsentato à medietate Patronorum, cum derogatione alterius medietatis, nihilominus Augustinus obtinuit in possessionem immitti dictæ Præposituræ ab exequutore deputato in mandato de conferendo reportato à Reuerendissimo Nuntio Hispaniarum; Hinc introducto iudicio ad instantiam Honuphrij super executione Literarum Apostolicarum, & Causa mihi commissa, Domini responderunt easdem Literas † vti in omni- 1
bus iustificatas esse exequendas, ad vulg. textum *in cap. super literis de rescript. & in cap. si capitulo, vbi gloss. in verb. exequatur*, & vtrobique communiter *DD. de probat. in 6.*

Habilitas enim Honuphrij, & narrata quoad vacationem, & valorem non controuertuntur, quòd verò Præpositura, de qua agitur sit de iurepatronatus Laicorum, & medietas vocum spectet ad Marchionem de Orano, cuius Procurator specialitèr ad hoc constitutus præsentauit
† Honuphrium, resultat ex clara, & specifica confessione 2
ipsiusmet Augustini collitigantis emissa coram Nuntio, & exequutore ab ipso deputato, Summario Honuphrij *num. 3.* † quæ confessio in præiudicium confitentis plenè 3
probat, Adden. ad Gregor. *decis. 452. num. 22.* vbi concordantes

daotes cumulat, ad Rot. *coram Celso decis* 144. *num.* 2. & po-
stremò *in Vrbeuetana, Iurispatronatus* 24. *Aprilis* 1646.
coram me.

4 Quod autem sit Dignitas † probatur ex eo, quod habet
superioritatem, iurisdictionem, & administrationem in di-
5 cta Ecclesia, adeout Præpositi † soliti fuerint deputare Vi-
carios generales, prout deputauit, & Augustinus oppositor
ad exercendam iurisdictionem ad Præposituram pertinen-
tem, Summar. *nu.* 6. Barbos. *de Canon & Dignit. cap* 4 *nu.* 12.
Lotter. *de re benef. lib.* 1. *quæst.* 16. *n.* 47 & pluribus alijs relatis
lib. 2. *qu.* 33. *nu* 23. *& seqq.*

Non obstat, quod instrumenta deputationum dictorum
Vicariorum fuerint extracta pendente lite, & absque cita-
6 tione partis, ideoque non probent, † quia cum illa extra-
cta fuerint à successore Notarij de ipsis rogati, vtique pro-
bant, vt docet Bart. *in l. si quis ex argentarijs nu.* 3. *ff de eden.*
& alijs relatis dixit Rota *decis.* 756. *nu.* 2. *&* 4. *decis.* 1559. *nu.*
14 *coram Coccin.*

Nec releuat, quod Augustinus habeat etiam pro se præ-
sentationem Marchionissæ de Orano vti generalis Procura-
tricis Marchionis viri, itaut tamquam præsentatus ab om-
7 nibus, seù à maiori parte † Patronorum non solum sit præ-
ferendus, ad text *in cap quoniam de iurepatronat* sed etiam
ex hoc excludatur iustificatio narratorum in literis Aposto-
licis; Etenim, quidquid sit an Domina Marchionissa ha-
8 beret mandatum sufficiens, † dum in eo licèt adessent clau-
sulæ amplissimæ, nulla tamen fit mentio iuris seù faculta-
tis præsentandi adhuc visa fuit cessare difficultas, quia cum
alius Procurator specialis Marchionis iam præcedenter
9 præsentasset † Honuphrium, non poterat Marchionissa am-
10 pliùs præsentare Augustinum, cùm in hac facti specie †
semper sit melior conditio præoccupantis, vt est text. *in cap.
si quis* 46. *ibique gloss. in signatione casus de elect. in* 6. Grat.
discept. 201. *num.* 67. Lambert. *de iurepatr. lib.* 2. *par. prima qu.*
4. *art.* 10. *nu.* 2. *vers. & ideò dicerem*.

Et hinc remouetur etiam obiectum, quod Literæ Apo-
stolicæ contineant clausulam, *dummodo alteri non fuerit*
11 *ius quæsitum*, † quia ex præmissis latis constat Augustino
nullum fuisse ius quæsitum.

Et ita omissis alijs circa nullitatem institutionis, & in-
capacitatem Augustini, & gratiam si neutri reportatam ab
Honuphrio, quorum dispositionem vti non necessariam
DD. assumere noluerunt, decisum fuit, vtraque parte in-
formante.

R. P. D. CALATAIV.

Bononien. Fideicommissi de Foscherarijs.

Mercurij 17. *Martij* 1677.

ARGVMENTVM.

Duæ quæstiones principaliter deciduntur, altera, & prima de actione reali, & hypothecaria vigore donationis inter viuos donatario concessa, attento formulario Bononiæ, quod mediante clausula constituti, & præcarij, tribuit associationem contra tertium, secunda verò, quod in eadem donatione facta fauore familię etiam cum dictionibus restrictiuis ipsorum, vel huiusmodi comprehendantur omnes de eadem familia, nec ad certas personas illa simpliciter stringatur.

SVMMARIVM.

1 *Fideicommissum constitutum in donatione inter viuos, non tribuit fideicommissario actionem realem, & hypothecariam contra tertium.*

Sed datur tantummodo actio personalis contra alienantem. ibid. & num. seqq.

2 *Donatio facta ob ingressum Religionis, & quatenus donatarius ibidem professionem emittat, non dicitur donatio inter viuos, sed causa mortis.*

3 *ex Donatione inter viuos quando detur actio realis, & hypothecaria contra tertium possessorem. & sup. num.* 1. *cum seqq.*

4 *Clausula* constituti, *&* precarij *tribuit associationem, & facultatem capiendi possessionem propria auctoritate, etiam non citato tertio possessore, attento formulario Bononiæ.*

5 *Donatarijs in donatione facta pro conseruatione familiæ competit actio realis, & hypothecaria contra tertium.*

6 *Hæres beneficiatus non prohibetur ex propria persona vindicare bona à defuncto alienata, & distracta.*

7 *Inuentarium, vt ex omissa descriptione mobilium dicatur defectuosum, illorum existentia probari debet, & quod omissio fuerit dolosa.*

8 *Sententia lata super redditione rationis status hæreditarij, & separatione bonorum, citatis creditoribus, afficit etiam non citatos.*

9 *Sententia dicitur lata super statu, non solum respectu personæ, verum etiam rei, & bonorum.*

10 *Donatio certis personis facta, ac omnibus de familia, importat fideicommissum ad fauorem omnium de familia.*

11 *Donatio facta ob dilectionem donatariorum, & ad hoc, vt bona remaneant in eorum familia, iuncta dictione* ipsorum, *an ad solos nominatos dicatur restricta. & num. seqq.*

12 *Prædilectionis ratio si fuit causa impulsiua non finalis, non restringit donationem ad solas personas prædilectas.*

13 *Verba donationis ex iustis, & rationabilibus causis animum donatoris mouentibus, & præsertim propter dilectionem donatariorum.*

importat prælationem cæteris agnatis, non autem illorum exclusionem. ibidem.

14 *Dictio* ipsorum, *quatenus dicatur restrictiua vel non. & sup nu.* 11. *&* 15.

15 *Donator si post insinuationem non repetijt dictiones restrictiuas superius appositas, sed solum verba vniuersalia, omnes dicitur voluisse vocare.*

16 *Verbum* Familiæ *pluries à donatore requisitum, & geminatum, comprehendit etiam familiam contentiuam.*

17 *Familia contentiua dicitur vocata, si testator, vel donator non habebat filios, nec illos habere poterat.*

18 *Consanguineus ratione interesse remoti, & incerti non repellitur ab interessendo in contractu sui consanguinei.*

19 *Interesse dicitur remotum, & incertum, si est verificabile solum post mortem alicuius, eiusque descendentium.*

DECISIO XXXI.

RESolutum fuit sub die 21. * Iunij 1675. Iosepho Ma-
riæ de Foscherarijs vti vocato ad fideicommissum
factum in donatione à q. Andrea de Foscherarijs dandam es-
se immissionem ad Molendinum detentum ab Antonio
Maria Castello; Causa autem bis proposita, hodie Domi-
ni steterunt in decisis, non obstantibus in contrarium ad-
ductis.

Non enim obstitit, quod vigore fideicommissi instituti in
contractu inter † viuos, non detur fideicommissario actio 1
realis, vel hypothecaria contra tertium possidentem, sed
tantum actio personalis contra alienantem, ex adductis à
Giouagnon. *cons.* 34. *lib.* 2. quia donatio, de qua agitur, tam-
quam facta ob ingressum Andreæ in † Religionem, & 2
quatenus ibidem professionem emittat, non dicitur dona-
tio inter viuos, sed causa mortis, Manent. *cons.* 57. *num.* 1.
Pignatell. *canon consult.* 109. *num.* 20. *tom.* 5. Amat. *decis. Mar-
ch.* 46. *num.* 54. Rota *coram* Buratt. *dec.* 461. *num.* 5. *& coram
Dunoz. Iun. decis.* 953 *& coram Carill. decis.* 29. *num.* 2. & post
Tort. *de pact. futur. success. decis.* 139. *nu* 6. sed quatenus esset
donatio inter viuos, adhuc in proposito competeret actio
realis, non solum quia donator pro obseruantia donationis
obligauit omnia bona sua cum pacto de ingrediendo in
forma iuris valida, & stipulantibus Notarijs pro omni-
bus, † quorum interest, quod operatur, vt tam primis, 3
quàm vlterioribus donatarijs competat hypotheca, & actio
realis etiam contra tertium; Barthol. *in l. creditores col.* 5.
C. de pignor. Peregr. *de fideic. art.* 51. *num.* 76. Fontanell. *de
pact. nupt. claus.* 9. *gloss.* 25. *numer.* 58. Amat. Panormitan.
resol. 12. *num.* 18. sed etiam adiecit clausula *constituti*, &
precarij † tribuentes omnibus in donatione compre- 4
hensis, non tantum associationem, sed etiam faculta-
tem apprehendendi bona donata propria auctoritate non
citato possessore, quantumuis tertio, vt habetur ex ea-
rum formula extensa post Statuta criminalia Bononiæ *lib.*
5. & per Montatent. *ibi in gloss. litera C. & D. fol.* 19. *&
fol.* 28.

fol.28. vbi gloss. lit. B. idque etiam desumitur ex verisimili
mente donatoris, qui dum fecit donationem pro conserua-
tione agnationis ad fauorem omnium de Foscherarijs in in-
5 finitum, & ad hoc † vt bona remaneant in familia ipso-
rum de Foscherarijs, sine dubio voluit competere actionem
realem tam primis, quàm vlterioribus vocatis, vt tenuit
Rota *post Merlin.de pignor. decis* 86. *num.7.* & post Zacch.*de*
*oblig.Camer.decis.*189 *num.*11.*& coram Peutinger. decis.*178.
nu 11 *& in Romana Palatij de Capranica 6. Martij* 1665. *co-*
ram Eminentiss. Cerro , *& in Fanen. Fideicommissi* 4. *Maij*
1672.*coram R.P.D.meo Rondin.*

Minus releuat, quod Ioseph Maria sit hæres Romei Pa-
tris, pro cuius debitis Molendinum subhastatum fuit, at-
6 que ita factum defuncti impugnari non possit; † quia cum
sit hæres cum beneficio legis, & inuentarij non prohibetur
bona fideicommisso subiecta, & à defuncto distracta ex
propria persona vindicare, Rota *decis.*724. *nu.*2.*par.*3.*decis.*
298.*nu.*5.*&* 8.*par.*6.*& decis.*363. *nu* 44. *par.*10.*rec.* & quam-
uis diceretur in Inuentario deficere plura mobilia, & de alijs
rebus ibidem adnotatis non fuisse legitimè redditam ratio-
nem citato ipso Castellino, & per consequens Inuentarium
7 non suffragari, tamen placuit responsio, † quod non pro-
batur existentia mobilium non descriptorum, minusque
quod omissio descriptionis fuerit dolosa, prout requiritur,
Ridolph.in *praxi par.prima cap.*9.*num.*58.*&* 62.Rota *coram*
*Mantic.decis.*256.*nu.*7.*& coram Greg.decis.*269.*nu.*3.redditio
autem rationis probatur ex sententia A. C. super separatio-
8 ne bonorum in iudicatum transacta, † quæ tamquam pro-
mulgata citatis, & contradicentibus pluribus alijs creditori-
bus afficit etiam non citatos, ad text. *in l. ingenuiff. de stat.*
homin. qui locum habet non solum quando sententia lata
9 est super statu personæ, † sed etiam quando lata est super
statu rei, vt dixit Rota *decis.*352.*num* 3.*par.*3.*rec. & coram*
*Peutinger. decis.*124.*nu.*14.*& decis.*178.*post* Zacch. *de oblig.*
Camer.

Demum non subsistit, quod ad fideicommissum sint vo-
cati tantum illi de familia effectiua Astorgi, & Camilli,
quia, vt aduertit decisio, quæ reuidetur, licèt donator do-
nauerit Astorgio, & Camillo eius fratribus, eorumque fi-
lijs, tamen posteà per separatam orationem declarauit do-
nationem facere ad fauorem omnium de Foscherarijs in in-
10 finitum, † quæ verba vniuersalia important fideicommis-
sum non solum ad fauorem descendentium Astorgi, & Ca-
milli, & eorum familiæ effectiuæ, sed etiam ad fauorem
omnium de familia contentiua, vt præter adductos in deci-
sione consoluerunt Boccafer.*cons.*24.*&* Fusar *cons.*19. *nu* 4.
& 5. nihilominus obstante quod in insinuatione dixerit se
11 donationem facere propter magnam dilectionem, † & amo-
rem erga personas Astorgij, & Camilli, ad hoc, vt bona ip-
sius remaneant in familia ipsorum de Foscherarijs, quæ ex-
12 pressio amoris, & dilectionis, necnon dictio *ipsorum* † re-
stringunt dispositionem ad solos donatarios supra nomina-
tos, quoniam ratio prædilectionis fuit tantum causa im-
pulsiua donandi, non autem finalis, quæ fuit vt bona re-
maneant in familia, imò donator donationem facere dixit
13 ex iustis, & rationabilibus causis animum mouentibus, † &
præsertim propter dilectionem quæ verba important præla-
tionem fratrum cæteris agnatis, non autem illorum exclu-
14 sionem. Dictio autem *ipsorum* † non stat de per se, sed
illi subsequuntur alia verba, *de Foscherarijs*, quæ latiùs
patent, & comprehendunt omnes de familia tam effecti-
ua, quàm contentiua, vt in specie respondit Rota *in Bono-*
nien. fideicommissi de Pancaldis 16. *Februar.* 1640. *coram*
Panzirolo, confirmata *coram Eminentiss. Cerro* 10. *Iunij*
1652. quod clariùs apparet, quia in donatione facta post in-
15 sinuationem non repetijt dictionem, *ipsorum*, † sed do-
nationem facere geminatè declarauit ad fauorem omnium
16 de Foscherarijs, † quæ vti vniuersalissima neminem ex-
cludit, Rota *decis.*752. *num.*4. *par.*3. *& decis.* 317. *num.* 3.
*par.*6.*recent.* sicuti etiam repetitio, & geminatio vniuersalis
17 familiæ † magis arguit voluntatem comprehendendi etiam
familiam contentiuam, Boccafer. *d.cons.*24.*n.*14.*&* 15.

Insuper donator non habebat proprios descendentes, &
erat spe destitutus filios procreandi, dum profiteri volebat
in Religione, nec Astorgius, & Camillus erant de fami-
18 lia effectiua, † vndè tantò magis credendum est intel-
lexisse de familia contentiua, vt ponderauit Rota *de-*
cis. 193. *numer.* 10. *par.*1. *recent. & coram Carill. dec.* 299.
*num.*1.

Nec obstat, quod si donator intellexisset de familia con-
tentiua, Romeus Senior agnatus transuersalis non po-
tuisset donationi interuenire † ratione interesse; nam 19
cum istud esset remotissimum, & valdè incertum, tam-
quam verificabile post mortem Astorgij, & Camilli, eo-
rumque descendentium, non esset in proposito considera-
bile, Rota *decis.*168. *num.*3. *& seqq. & decis.*241.*num.*25.
*par.*7.*rec.*

Et ita, omissis alijs ad decisionem non necessarijs, Domi-
ni steterunt in decisis, vtraque parte informante &c.

Supra in alio præcedenti tomo 2. *decimæ octauæ partis de-*
*cis.*563.*est in eadem Causa.*

R. P. D. RONDININO.

Asculana Redditionis rationis.

Mercurij 17. *Martij* 1677.

ARGVMENTVM.

Condemnatur administrator ad redditionem rationis bonorum administratorum, quoquo modo illa administrasse dicatur, quia hoc est de natura eiusdem administrationis, quæ etiam proprietario conceditur, quamuis opponeretur adhuc vsufructuarium viuere, propter interesse, quod habet, cum finito vsufructu, ipse ad hæreditatem admittendus sit.

SVMMARIVM.

1 *Rationem vnusquisque reddere tenetur siue tamquam tu-*
tor, vel curator, siue alio quouis modo se ingesserit in
administratione bonorum alterius.
2 *In Administratione aliquem se ingessisse probatur tam ex*
confessione propria, quàm ex testibus de ea deponentibus.
3 *Administrator non solum rationem reddere tenetur de ca-*
pitali administrato, sed etiam exhibere libros.
4 *Administrator ex quacumque causa administrauerit, sem-*
per obligatur ad reddendam rationem tamquam negotio-
rum gestor.
5 *Administratione probata, non est dubium, quod quis ra-*
tionem reddere non teneatur.
6 *Substitutus in proprietate quatenus posthumus non nasce-*
retur, eo nato admittitur ad exercendum iura hæredita-
ria, etiam viuente vsufructuario.
7 *Proprietarius habet ius petendi redditionem rationis,*
quamuis adhuc vsufructuarius viuat.
8 *Proprietarius, finito vsufructu, ad hæreditatem ad-*
mittitur.

DECISIO XXXII.

SEraphinum Moronum, quem Vicarius Episcopi Ascu-
lani, Instantibus Leone, & Philippo de Carsratellis
ad reddendam rationem eorum, quæ administrauit in prio-
ri instantia, atque in secunda A. C. Caprara condemnaue-
rat, hodie quoque Domini ad reddendam rationem tene-
ri responderunt.

Siue enim ratione curæ, † siue quouis alio titulo se in- 1
gesserit in administratione Artis Tinctoriæ, quæ reman-
serat in hæreditate Seraphini Caritatelli, qui erat Pa-
truus Actorum, adhuc tamen quia negari nequit quin se
ingesserit administrando ex eiusdem Moroni confessione,
† atque ex testibus ab Actoribus inductis Summario eo- 2
rundem *numer.* 2. *&* 5. quorum probatio controuerti non
potest, ex vulgaribus conclusionibus, quas in his termi-
nis comprobat Rota *coram Bichio decis.* 220. *num.* 27. *&* 29.
& decis. 243. *num. primo, & seqq. & coram Eminentissimo*
*Cardinali Ottbobono decis.*200. *num.*3. *& seqq. & num.*9. *&*
23. debet proinde rationem reddere de capitali dictæ Artis
Tinctoriæ, † & libros ipsius negotij exhibere, prout refe- 3
runt Testes, ad quam rationem teneri quicumque Ad-
ministrator ex quacumque ratione administrauerit, † sal- 4
tem tamquam negociorum gestor, *l.prima §.officio, ff. de tu-*
tel. & ration. distrahen. l. 2. *§. & sand ff. de negoc. gest. l.Cu-*
rator, & l. Tutori C. illo eodem tit. Munoz Escobar. *de*
*ratiocin. cap. primo num.*5. *& cap.* 3. *num. primo, & seqq.*
Alto-

Altograd. *consil.* 21. *num.* 2. *& 3. vol primo*, Rota *coram Cocemo decis.* 93. *num.* 2. *coram Durano decis.* 247. *num.* 11. *& in recentior. par.* 9. *decis.* 436. *num.* 4. *& seqq. & par.* 15. *decis.* 349. *num.* 2. *& 3. & in Fulginaten. administrationis* 26. *Iunij* 1676. *coram Reuerend. P.D. meo Bourlemont.* Atque probata,
5 vt hic administratione, † retorquente in contrarium adductæ *decisiones Caualer.* 98. *num* 4. *& in rec. par.* 1. *dec.* 470. *num.* 1. *&* 4.

Quod autem fratrum de Carfratellis Actorum intersit, quod ratio reddatur ex eo, desumitur, quod prædictus Seraphinus Carfratellius illorum Patruus, casu quo ex ipso, &
6 Faustina eius Vxore Posthumus non nasceretur, † prout natus non fuit, ipsos Nepotes ex Thoma fratre hæredes proprietarios instituit, Vxore superstite vsufructuaria re-
7 licta, † quibus proindè proprietatis hæredibus conuenit, vt ratio reddatur respectu proprietatis bonorum hæredita-
8 riorum, atque aliorum, † ad quæ ipsi vocantur, & quæ institutionem eorum consequuntur, finito vsufructu, ex dedoctis per Gratian. *discept.* 130. *num.* 22. *& seqq.* Castil. *de vsufruct. cap.* 17. *numer.* 25. *& seqq.* cum alijs apud Ciroc. *discept.* 18. *ex nu.* 48. Rot. *coram Duran. decis.* 235. *num.* 3. *& 4. & coram Card. Cels. dec.* 3. *n.* 9.

Et ita, vtraque Parte audita resolutum fuit.

R. P. D. CALATAIV.

Neapolitana Pensionis.

Lunæ 22. Martij 1677.

ARGVMENTVM.

Pro substinenda pensione, quia valor expressus beneficij non ascendebat ad summam narratam, computari prætendebantur mortuaria, prout etiam exemptio ab onere soluendi gabellam, contrarium verò deciditur, quia hæc omnia sunt incerta, & clausulam reseruationis super certis, & incertis, non respiciebat pensionem controuersam, sed alteram, ita vt de vna inferri non possit ad aliam.

SVMMARIVM.

1 *Sententia si est valida, & iusta excludit quamcunque læsionem.*

2 *Restitutio in integrum sine læsione non datur.*

3 *Pensio reseruata cum expressione, quod fructus beneficij ascendant ad ducatos 90. remanet nulla, si apparet illos non ascendere nisi ad ducatos 81. & nu. 4.*

4 *Valor à pensionario expressus per ascensum, si etiam in obulo non verificatur, tota pensio redditur nulla, & sup. num. 3.*

5 *Pensione reseruata super certis, & incertis, etiam incerta computanda sunt.*

6 *Clausula,* super certis, & incertis *apposita reseruationi vnius pensionis, & super vno beneficio, non refertur ad aliud beneficium, & pensionem.*

7 *Mortuaria nullo modo possunt ad certitudinem reduci.*

8 *Mortuaria non computantur in valore certo beneficij, ad effectum substinendi pensionem super illo reseruatam.*

9 *Franchitia nihil aliud est, quam exemptio à solutione gabbellæ, & num. 10. vbi infertur.*

10 *Pensionem si non constat fuisse à Papa reseruatam super exemptione ab onere aliquid soluendi, talis exemptio non computatur in fructibus.*

DECISIO XXXIII.

Resignauit Carolus Antonius de Benedictis Canonicatum, quem obtinebat in Ecclesia Metropolitana Neapolis ad fauorem Francisci Rumini cum reseruatione annuæ pensionis ducatorum vigintinouem, sub narratiua, quod fructus ascenderent ad ducatos nonaginta auri de Camera, & defuncto dicto Rumino fuit de dicto Canonicatu prouisus Franciscus Honuphrius Hodierna, qui conuentus pro solutione dictæ pensionis sententiam absolutoriam ab A. C. reportauit, transactam in iudicatum, ob non prosequutam in tempore appellationem: Cum autem Signaturæ Iustitiæ per commissionem mihi directam rescripsisset postremò cum clausula de præfixione termini, Proposui dubium: An constet de causis restitutionis in integrum, quod fuit negatiuè resolutum.

Sententia enim A. C. tanquam valida, & † iusta exclu- 1
dit læsionem, sine qua non datur restitutio † in integrum 2
Abb. *in c. ex literis de restit. in integr.* Rot. *d. decis.* 153. *nu.* 15. *par.* 15. *& in Ariminen. pensionis 7. Iunij* 1669. *cor. Eminentiss. Carpinea.*

Validitas non fuit controuersa, & iustitia est manifesta, quia agitur, de pensione reseruata cum expressione, † quod 3
fructus Canonicatus ascenderent ad ducatos 90. auri de Camera, & tamen ex probationibus iam factis à pensionario constat, valorem non excedere ducatos 81., quando autem valor narratus fuit per ascensum, † si in obu- 4
lo deficiat tota pensio redditur nullla, vt passim resoluit Rot. *vt coram Dunozetto Iuniore, decis.* 880. *num.* 8. *& coram Peutinger decis.* 427. *per tot. & in recent. decis.* 134. *numer.* 2. *par.* 19. *& in dicta Ariminen. pensionis coram Eminentiss. Carpinea, & in Eugubina pensionis* 27. *Ianuarij* 1672. *coram R.P.D. meo Bourlemont.*

Non obstat, quod si computentur mortuaria, & franchitiæ concedi solitæ Canonicis in Vrbe Neapolis, valor Canonicatus ascendat vltra ducatos nonaginta, eaque ve-
niant computanda, † dum pensio reseruata fuit super cer- 5
tis, & incertis, quia in facto non subsistit, quod pensio,
de qua agitur, reseruata fuerit etiam super incertis, † cum 6
clausula super certis, & incertis, non referatur ad istam, sed ad aliam pensionem ducatorum 17., reseruatam super alio beneficio à dicto Hodierna non possesso, vt aper-
tè legitur in Bulla reseruationis. † Vnde mortuaria, quæ 7
nullo modo reduci possunt ad certitudinem non computan-
tur † in valore certo, Rot. *coram Bicbio decis.* 255. *num.* 8
54. *& 16. & in recent. decis.* 270. *num.* 3. *par.* 6. *& in d. Ariminen. pensionis coram Eminentiss. Carpinea §. nec releuat.*
& multo minus franchitiæ, † quæ nihil aliud sunt, quam 9
exemptio à solutione † Gabellæ, & super exemptione ab 10
onere non constat, Pontificem voluisse pensionem reseruare.

Et ita vtraque parte informante resolutum fuit.

REVERENDISS. D. ALBERGATO

Sacræ Rotæ Decano.

Romana Cambiorum.

Lunæ 22. Martij 1677.

ARGVMENTVM.

Ad substinendum cambium ad certam quantitatem taxatum, siue nundinæ ad illam ascendant, siue non, explicantur requisita contractus, substantialia nempe, naturalia, & accidentalia, cumque huiusmodi taxatio inter accidentalia referatur, illam, non autem contractum viriari deciditur, eo magis quia non obstante huiusmodi taxatione, fructus iuxta summam currentem, & legitimum interesse sunt recepti, plura ideo in hac materia cambiorum, & de contractibus aliter vsurarijs perbellè in hac decisione deducuntur.

SVMMARIVM.

1 *Cambij fructus ad certam quantitatem taxati, siue cursus nundinarum ad dictam quantitatem ascendant, siue non, quatenus illius nullitatem importent vid. per totam.*

2 *Cambiorum lucrum semper non est vniforme, cum quandoque sit maius, quandoque verò minus, imo cambia aliquando etiam damnum afferunt.*

3 *Cambiorum taxationes ad certum interesso expresse prohibuit Beatus Pius V.*

4 *Contractus omnis habet suam formam, quæ circa substantialia, naturalia, accidentalia, & solemnia versatur.*

5 *Substantialia contractus ea sunt, quæ dant illi substan-*

tiam, & perfectionem, sine quibus contractus subsistere non potest.

6 *Naturalia contractus dicuntur ea, quæ insunt contractui, & tacitè veniunt in ea, nisi per pactum à contrahentibus expressè remoueantur.*

7 *Accidentalia contractus sunt omnia illa, quæ contractui præter naturam pacto contrahentium accedunt, & possunt adesse, & abesse citra corruptionem substantiæ.*

8 *Solemnia contractus appellantur ea, quæ post illius formam, & substantiam ad eius validitatem à lege, vel statuto requiruntur.*

9 *Cambij substantialia sunt consensus contrahentium, traditio pecuniæ, cum obligatione recipientis de illam, seu similem quantitatem girandi, vel girari faciendi.*

10 *Cambij taxatio ad certum, & determinatum lucrum est, quid accidentale, nec vitiat contractum, alioquin de sui natura perfectum,*

Amplia, quia vitiatur ipsum pactum, & habetur pro non apposito, quinimo reducitur ad debitam metam cursus nundinarum nu. 11.

12 *Census pacta, quæ sunt contra dispositionem Pianæ Constitutionis, dummodo non sint contra illius substantiam vitientur, & non vitiant.*

13 *Cambiorum taxatio inuariabilis admittitur si est verisimilis, & proportionata ad honestum lucrum, & creditor probet tanti sua interesse.*

14 *Constitutio Beati Pij V. super cambijs vetat quidem certam quantitatem ab initio pacisci, non autem irritat contractum aliter celebratum.*

Amplia, quia solum supponit transgressores pœnis contra vsurarios à Sacris Canonibus comminatis nu. 15.

Contractus vsurarij quatenus, & in quibus à Sacris Canonibus irritentur, vel potius reducantur. & num. 15.

16 *Pacta illicita, quæ non repugnant substantiæ contractus in materia cambiorum, vel vsurarum à Sacris Canonibus habentur pro non appositis.*

17 *Cambiorum in materia super taxatione interesse DD. & decisiones plures afferuntur, & declarantur.*

18 *Cambium nullum, & palliatum est, quando deest, vel adest aliquod afficiens substantiam, seu formam substantialem contractus*

19 *Cambij contractus si continet aliquid contra sui substantiam, facit illud pertransire in simplex mutuum.*

20 *Cambium, dicitur iniustum quando non deest substantia, sed concurrit iniustitia circa taxationem interesse vltra legitimam quantitatem.*

21 *Cambium aliud est, quod fuerit nullum, aliud verò, quod sit iniustum, quia vtroque casu diuersimodè iudicatur, & quomodo, & vid. num. anteced.*

22 *Cambium licet taxatum ad certam quantitatem si tamen illius fructus sunt recepti iuxta summam currentem in nundinis, valet, & subsistetur.*

23 *Cambium quamuis aliter taxatum tamen, dicitur receptum iuxta quantitatem nundinarum, si in quietantia ad earum formam asseritur fuisse solutum.*

24 *Quietantia cambiorum quatenus attendatur, tam pro sustinendo contractu, quam pro reddendo licitum interesse solutum, & num. anteced. & seqq.*

25 *Vsurarum ad exclusionem semper stat omnis iuris præsumptio.*

26 *Creditoris qualitas soliti legitimè negotiari maximè attenditur in materia cambiorum, & vsurarum, quæ illicita prætenduntur, & nu. 27.*

28 *Cambiorum illicita taxatio quando potius ex in curia Notarij, quam ex voluntate contrahentium dicatur apposita.*

DECISIO XXXIV.

DEberi Cambia Paulo dictum fuit sub die 26. * Iunij 1673. aduersus, quam decisionem concessa audientia Carolo, qui non informauerat, reproposui pluries Causam, sed absque resolutione, quia pro parte Caroli acriter insistebatur in eo, quod ab initio taxatum, & promissum fuisset in vno ex cambijs certum interesse scut. sex, & in altero scut. sex cum dimidio pro centenario, & nuno siue
1 ad id ascenderet, siue non cursus nundinarum, † & proindè cambia esse nulla, ac vsuraria, & solutum imputatum in
2 sortem, nedum quia experientia, & vsus fori docet, † illa non dare lucrum vniforme, sed quandoque maius, quandoque minùs, quandoque nihil, & multoties damnum, vt notat Ciriac. *contr. 326. num. 21.* & ponderat Rota *decis. 215. numer. 6. par. 3. diuers. & 304. num. 5. par. 2. recent. & 118. num. 7. coram Vbaldo*. Verum etiam, quia similes taxationes † ex- 3
pressè prohibuit *B. Pius Quintus in eius Constit. 118. Bullar. tom. 2* Scacc. *de camb. quæst. 7. ampliat. 8. n. 30.* Gratian. *discep. 387. nu. 18. & 19.* Rota *decis. 1247. per tot. coram Pænia*, Propterea restricta facultate decretum fuit causam ab omnibus Dominis videri, & strictè à Partibus scribi, an tale pactum vitiaretur, seù potiùs vitiaret; vndè iuxta rescriptum reproposita causa, conclusum fuit, standum esse in decisis.

Cum enim quilibet contractus habeat suam formam, † 4
quæ regulariter versatur circa substantialia, naturalia, accidentalia, & solemnia. Substantialia sunt ea, quæ ponunt contractum in quidditate, † & dant illi substantiam, & 5
perfectionem, sine quibus contractus consistere nequit iuxta text. *in l. pacta conuenta, vbi gloss. in verbo noua emptio, &* Bald. *de contrahen. empt.* Abb. *in cap. fin. num. 4. de condit. appos.* Menoch. *cons. 37. num. 6.* Cenc. *de Censib. quæst. 33. nu. 18.* naturalia dicuntur ea, † quæ insunt contractui, & ta- 6
citè in eo veniunt, nisi à contrahentibus expressè per pactum remoueantur, & post Bald. *in d. l. pacta conuenta* notant Menoch. *vbi supra, &* Cenc. *num. 19. & seqq.* Accidentalia † dicuntur omnia ea, quæ contractui præter illius 7
naturam, pacto contrahentium, accedunt, & possunt adesse, & abesse citrà corruptionem substantiæ ipsius contractus vt post glos. & Bald. *in d. l. pacta conuenta* explicat Oinot. *super instit. tit. de oblig. §. seq. numer. 23.* Et demum solemnia contractus appellantur † ea, quæ post origina- 8
lem formam, & substantiam contractus, ad illius robur, & validitatem à lege, vel Statuto requiruntur secundum Bald. *in l. ad exactionem nu. 3. C. de dot. promiss.* & exemplis omnia exornat Oinot. *vbi supra*.

In præsenti igitur hypothesi cum substantialia cambij,
† de quo agitur sint consensus contrahentium, traditio pe- 9
cuniæ in recipientem, cum obligatione illam, seù similem quantitatem girandi, seù girari faciendi per nundinas, vt explicando naturam cambij tradit Turr. *de camb. disput. 1. quæst. 2. num. 1. & seqq. & par. 8. num. 8.* Idcircò talis certa quantitas à principio inter partes conuenta,
† tanquam quid accidentale, quod circa plus, & minus po- 10
terat adesse, & abesse sine corruptione substantiæ contractus, cui adhæret, non reddit nullum, & vitiosum ipsum contractum, in suo genere perfectum, nec illum trahit in aliam speciem, neque remouet consensum Partium
à contractu cambij, † sed ipsa taxatio, ipsumque pactum 11
super ea initum vitiatur, & habetur pro non apposito in quantum excedit legitimam quantitatem creditori debitam ad mensuram cursus nundinarum, vt generaliter statuit text. *in l. placuit, & in l. pecuniæ ff. de vsur.* Laurent de Rodulph *de vsur. quæst. 135. num. 28.* Leotard. *eodem tract. qu. 7. num. 10.* Cancer. *var. resol. par. 3. cap. 7. num. 38.* Gratian. *discept. 589. num. 17.* Gall. *obser. a. 4. num 7 & per tot. lib. 2.* & sic fuisse iudicatum in Grauaten. consilio, ex Couar. refert Honded. *cons. 17. num. 25. lib. 2.* & in specie cambij tradunt Gait. *de credit cap. 2. tit. 7. num. 1566.* Card. de Lugo *oper. moral. de iust. & iur. tom. 2. disp. 18. sect. 8. num. 10. vers. sed circa* Duard. *de camb. §. 2. qu. 1. in fin. vers. & tamen* Scacc. *eod. tract. §. 1. q. 7. par. 2. ampliat 8. nu 60.* Cyriac. *contr. 526. n. 58.* Rot. *coram Coccin. decis. 1178 in princ. & decis. 418 n. 7. cor. Vbaldo*, & clarè *decis. 196. n. 20. & seq. coram Peutinger.* & in terminis Constitutionis eiusdem Pontificatus super forma creandi
census, † quod pacta emissa, vel apposita contra disposi- 12
tionem eiusdem Constitutionis, dummodo non sint contra illius substantiam, vitientur, & non vitient Rouit. *super Pragmat. 1. de cens. num. 14.* Gratian. *discept. 141. num. 3.* Rot. *decis. 116. num. 4. & 5. post* Cenc. *de Censib.* Quinimò in materia cambiorum taxatio inuariabilis interesse † permitti- 13
tur, quando illud est verisimile, & proportionatum ad honestum lucrum, si creditor verè probet tanti sua interesse, quanta fuit summa ab initio taxata sustinetur Rota *dicta decis. 118. numer. 8. coram Vbald. & decis. 321. num. 4. post 2. vol. consil. Farinac.* & fuit dictum *in Romana, seù Toletana cambij 1. Iulij proximi præteriti §. fin. coram R. P. D. meo Vicecomite*.

Nec visa est obstare specialis prohibitio contenta in Con-
stitutione B. Pij, † quia Papa vetat ab initio pariter cer- 14
tam quantitatem, non autem irritat contractum cambij taliter celebrati, vt notant Lessius *de iust. & iur. lib. 2. cap. 23. de camb. dubit. num. 90.* Filliuc. *oper. moral. tract. 35. par. 2. de*

cons.

conf. & camb. c. 11. num. 482. sed solùm in fine transgressores
subijcit pœnis contra vsurarios comminatis à Sacris Cano-
15 nibus, † qui cum non aboleant, neque nullos declarent hu-
iusmodi contractus, sed illos solum irritent quoad pactum
16 illicitum, & iniustum, † debent proindè in reliquis sustine-
ri, remotis, & habitis pro non appositis pactis, & conuen-
tionibus illicitis, quæ non repugnant substantiæ ipsius con-
tractus ad text. *in cap. fin. de condit. apposit.*

Non obstant DD. & decisiones in contrarium allegatæ
17 † nam Peguer. *decis.* 33. loquitur contra textus, quos allegat,
& excepto casu, in quo loquitur vsurarum nimis exorbitan-
tium, reprobatur in specie à Turr. *de camb. disp.* 3. *q.* 11. *n.* 34.
& seqq. & clarius *nu.* 52. *vers. ex quibus*, Mart. *vot.* 165. & alij,
loquuntur, vel de cambio nullo, & palliato peccante in sub-
stantialibus, vel de promissione soluendi certum interesse
in mutuo. non autem de cambio iniusto propter taxationem
iniustam, & illicitam, magnum enim est discrimen inter
18 vtrumque, nam cambium nullum, & palliatum † est quan-
do deest, vel adest aliquid afficiens substantiam, seù formam
substantialem contractus cambij, propter quod vitiatur ip-
sum cambium, quia tale, quid tendens ad perimendum ip-
sum contractum, cum sit contra ipsius substantiam, qua re-
19 mota remouetur contractus, † facit vt cambium transeat
in mutuum, & hoc casu creditor tenetur restituere totum
20 interesse, Iniustum vero cambium † dicitur quando non
desunt substantialia, sed concurrit iniustitia per taxationem
interesse vltra legitimam quantitatem; tunc enim licet
21 cambium sic iniustè, & illicitè creatum substineatur, † ta-
men creditor ità contrahendo committit iniustitiam, pro-
pter quam tenetur in vtroque foro restituere illum exces-
sum, ob quem resultat iniustitia contractus, vt egregiè di-
stinguit Turr. *de camb. disp.* 1. *qu.* 24. *nu.* 53. *&* 54. & denique
obiecta *decis. Peniæ* 1247. *iuxta impress. Lugdun.* solum im-
probat modum cambiandi propositum à mercatoribus Bar-
chinon, & taxationem certi interesse, sed non tangit quæ-
stionem nostram, an posita illicita taxatione totus contra-
ctus cambij vitietur, vel potiùs vitietur sola taxatio; pro-
pterea talis decisio casui nostro non applicatur.

Quibus positis, cessat in casu præsenti omnis difficultas,
quia Carolus non docet Paulum exegisse cambia ad ratio-
22 nem taxatam, † imò pro parte Pauli probatur ipsum re-
cepisse cambia ad summam currentem in nundinis, non
autem ad quantitatem ab initio conuentam in instrumen-
tis, vt liquet ex quietantia finali ab eodem Confecta, & à
Mirra debitore producta, & à Carolo per iudicialem repeti-
23 tionem approbata, † in qua asseritur fuisse visa spacia fe-
riarum, & ad eorum formam fuisse calculatum, & solutum
24 interesse cambiorum, † quæ assertio magnum recipit fo-
mentum, & adminiculum veritatis, tum ex subsequuta re-
uelatione eiusdem debitoris emissa metu excommunica-
25 tionis ad instantiam Caroli publicatæ, † tum etiam ex iu-
ris præsumptione, quæ semper militat pro exclusione vsu-
rarum, vt aduertit Rot. *decis.* 338. *nu.* 21. *par.* 15. *recent.* & fir-
mat alia *decis. huius causæ §. confirmantur.*

Accedit etiam, quod contractus huiusmodi fuerunt in
vrbe publicè, & palam gesti adstante Procuratore Pauli,
ac interponente paucos post dies Iudice decretum pro vali-
ditate obligationis Margharitæ, & Cæciliæ de Marinis,
26 quæ in his cambijs fideiusserant, † & demum concurrit so-
litum creditoris legitimè, & sine vsuraria prauitate contra-
27 hendi cambia sub vsitatis, & legitimis modis, † quæ om-
nia sicuti ad exclusionem vsuræ ponderanda sunt; vt singil-
latim ponderat Rot. *in Romana domus coram Reuerendissimo
Beuilacqua in rec. decis.* 94. *per tot. par.* 15. Ita quoque osten-
ditur huiusmodi conuentionem, & certam taxationem
28 cambiorum † potiùs irrepsisse ex calamo, & in curia No-
tarij quam fuisse appositam de consensu contrahentium, vt
in casu simili *R. P. D. de Luca de camb. disc.* 16 *num.* 9. *vers. ve-
rum me contrarium*, & latè probat præterita decisio, quæ
hodiè post quartam causæ propositionem approbata fuit vo-
tantibus omnibus Dominis, & vtraque parte acerrime in-
formante.

Supra in alio præcedenti tomo primo decimæ octauę partis adest altera præsentes causæ decisio, quæ est ibi in ordine 129.

R. P. D. EMERIX.

Caualliceṅ. Decimæ Fœni.

Lunæ 22. Martij 1677.

ARGVMENTVM.

Petebatur decima fœni, quæ concessa pro terris antea satiuis, & postea ad pratum redactis, fuit super alijs bonis denegata, non solum quia illa de iure regulariter non debetur, verum etiam quia aderat consuetudo non soluendi eam, per testes vndequaque probata, cumq; aduersus illam opponeretur de non petitione, & denegatione cum acquiescentia creditoris, hæc in præscriptione requiri declaratur, secus in consuetudine, quæ solum exposcit decimam per 40. annos non fuisse solutam.

SVMMARIVM.

1 *Decima debetur de fœno recollecto ex terris olim satiuis, & nouiter reductis ad Prata.*
2 *Decima fœni non debetur stante consuetudine illam non soluendi de eo.*
3 *Testes probantes consuetudinem non soluendi decimas plenè probant, & quando num. seqq.*
4 *Testes contra inducentes plenam faciunt probationem.*
5 *Consuetudine induci potest, quod ex certa specie fructuum decima non soluatur.*
6 *de Fœno regulariter non soluitur decima.*
7 *Consuetudo non soluendi decimas de fœno viget in toto Orbe terrarum.*
8 *Consuetudo non requirit probationem aliquid fuisse petitum, & denegatum, ac creditorem denegationi acquieuisse.*
9 *Consuetudinem ad inducendam super non solutione decimarum sufficit illam non fuisse petitam per* 40. *annos, etiam sine vllo titulo.*

DECISIO XXXV.

TAmetsi Rota sub die 8. huius mensis confirmando de-
cisionem editam coram bonæ memoriæ Auunculo
meo die 18. Iunij 1663. censuerit constare de bono iure Car-
thusiæ, † quoad decimam fœni terrarum olim Satiuarum, 1
& nouiter ad Prata redactarum ex vnione Parochialis Ec-
clesiæ S. Simphoriani de Cauis montibus eidem Carthusiæ
per s. m. Clementis VI. cum omnibus iuribus, & pertinentijs
suis in perpetuum incorporatæ, annexæ, & vnitæ, vt plenius
continetur in decisione sub dicta die extensa.

Nihilominus hodie prosequendo disputationem articuli
reseruati super Pratis antiquis censuit quoad istum constare
de bono iure Communitatis, † fundata in antiqua consue- 2
tudine non soluendi decimam fœni ex Pratis antiquis, quæ
probata videbatur non solum ex testibus pro parte Commu-
nitatis inductis, inter quos sunt multi conductores bono-
rum huius Parochiæ, qui deponunt per spatium 40. an-
norum, † & vltra decimam fœni ex Pratis antiquis 3
nunquam fuisse solutam, sed etiam ex aliis inductis pro
parte Carthusiæ, † deponentibus decimam fœni ex istis 4
Pratis nunquam à Monachis fuisse petitam, qui con-
tra ipsos plenè probant. Add. ad Buratt. *decisio* 298. *litt.*
B. Rota *decisio* 107. *numer.* 22. *parte decima recent. coram
Dunozett. Iun. decis.* 812. *num.* 12. *& coram Celso decis.* 150.
num. 6.

Receptum enim passim est consuetudine induci posse,
† vt ex certa specie fructuum decima non soluatur, vt no- 5
tant. Monet. *de decim. cap.* 5. *quæst.* 4. *num.* 94. Barbos. *de iur.
Eccles. vniuers. lib.* 3. *cap.* 26. *§.* 3. *numer.* 65. *&* 66. Tondut.
quæst. Benef. par. 1. *cap.* 39. *numer.* 3. Rot. *decis.* 104. *numer.* 1.
coram Bichio, *& in Caualliceṅ decimarum* 24. *Ianuarij præ-
sentis anni §. releuantiam coram Reuerendissimo Albergato
Decano*, & in indiuiduo de decimis fœni † Monet. & Ton- 6
dut. vbi proximè Couarr. *var. resol. lib.* 1. *cap.* 17. *nu.* 8. *vers. se-
ptimo eodem iure*, vbi quod † passim hæc consuetudo 7
viget in Orbe Christiano Rota *in Sabinen. decimarum*

3. Iunij 1602. coram Pamphilio apud Marcheſ. de commiſ. par. 2. fol. 686.
Non obſtat, quod teſtes non deponant decimam fuiſſe
8 petitam, & denegatam, † & Monachos acquieuiſſe, quia
iſta neceſſaria ſunt ad præſcriptionem non autem ad indu-
cendam conſuetudinem, pro qua ſufficit, decimam non
9 fuiſſe ſolutam per ſpatium 40. annorum, † etiam ſine titulo
Couar. *var. reſol. d. cap. 17. nu. 8. verſ. decimo bis omnibus* Mo-
nat. *de decim. d. cap. 5. nu.* 103. Barboſ. *d. cap. 26. §. 2 ſub num.* 74.
Tondut. *d. cap. 39. ſub nu. 3. verſ. quæ conſuetudo.* Rot. *dec.* 321.
nu. 8. par. 15. recent.

Et ita vtraque parte informante reſolutum fuit.

Altera deciſio præſentis cauſæ, quia ob celeritatem impreſſionis haberi non potuit, in appendice Deo dante apponi curabitur.

R. P. D. RONDININO.

Romana Succeſſionis.

Lunæ 22. Martij 1677.

ARGVMENTVM.

Continebat æque legitimatio filij, ac etiam donatio ei facta clauſulam, ſiue ille eſſet filius, ſiue etiam extraneus, cui proinde cum defectus probationis ſuæ filiationis obijceretur; adhuc donationem ſubſtineri deciditur, quia pater non ſe continuerat in ſola credulitate filiationis, ſed vlterius proſequutus fuit, illi donationem faciendo etiam, quod eſſet extraneus, eo magis, & eo amplius, quia donatio facta erat etiam filijs donatarij, qui ſemper erant tales, quamuis verè pater non fuiſſet filius donantis.

SVMMARIVM.

1 *Cauſa teſtati facit ceſſare cauſam inteſtati.*
2 *Filius inſtitutus hæres cum clauſula*, ſiue eſſet filius, ſiue etiam extraneus, *ſi filiatio fuit cauſa inſtitutionis, ea ceſſante ceſſat inſtitutio.*
3 *Cauſa donationis, vel teſtamenti ſi ceſſat, ceſſare quoque debent donatio, ſeu teſtamentum.*
4 *Teſtator ſi in teſtamento, vel donatione dixerit ea facere fauore filij, tam vti filij, quam vti extranei, & intuitu eius perſonæ, non habuit reſpectum ad filiationem.*
Et ideo etiam ſine probatione filiationis donatio, ſeu teſtamentum ſubſtinetur ibidem, & per tot.
5 *Filiatio, ſeu patris credulitas aliquem ſuum eſſe filium quando dicatur cauſa principalis, ſeu potius impulſiua donationis, vel teſtamenti, & ſupra d nu. 1. & ſeqq.*
6 *Filius non tenetur probare filiationem, ſi pater illum legitimauit, & inſtituit hæredem non ſolum vti filium, ſed vti etiam extraneum.*
7 *In Donatione facta filijs, & deſcendentibus Petri filij donatoris, ſufficit, quod donatarij ſint filij Petri, licet Petrus non ſit filius donantis.*
8 *Demonſtratio in ſe vera non vitiatur ex alia demonſtratione falſa.*
9 *Falſa demonſtratio patris non præiudicat filio hæredi inſtituto, & ex propria perſona vocato.*

DECISIO XXXVI.

SEntentiam iſtam ab A.C. de voto Rotæ, in qua denegata fuit immiſſio Cæſari Salæ, & Elenæ in bona Claudij pariter Salæ Aui confirmandam eſſe in ſecunda cauſæ repropoſitione hodie DD. reſponderunt.

Cum enim Claudius prædictus, de cuius ſucceſſione agitur, Carolo Ioſepho Salæ, quem pro filio agnouit, & legiti-
mauit, tam vti filio, quàm vti penitus extraneo, nec non
Antonio Franciſco eiuſdem Caroli Ioſephi filio, aliiſque
Primogenitis maſculis donationem inter viuos ſcut. 25000.
fecerit, quam vnà cum Primogenitura prædicta in teſta-
mento poſtea condito confirmauit, inſtitutis hæredibus
prædictis Antonio Franciſco, alijſque filijs dicti Caroli Io-
1 ſephi natis, & naſcituris; † Conſequens eſt, vt ceſſet
inteſtata nepotum ſucceſſio, ſtante diſpoſitione bonorum facta ab ipſo Claudio, tàm inter viuos, quàm in teſtamento etiam cum ſuppoſito filiationis, de cuius probationis defectu in hac inſtantia ſolùm opponebatur, quia præmiſſis probationibus filiationis, quæ deductæ fuerunt ſententiam de more præcedentibus, & prætermiſſis releuantibus probationibus per informantes pro Carolo Ioſepho, & filijs ad comprobandam eius filiationem adductis, ac reſponſionibus datis ad ea, quæ deducta fuere in contrarium, quorum omnium diſcuſſio neceſſaria viſa non fuit.

Adhuc dicebant DD. actus iſtos ſubſtineri cum Claudius
donator, itidemque teſtator, non ſe ſimpliciter continuerit
in credulitate filiationis Caroli Ioſephi adiecta ſimpliciter
clauſula conſequenti, † ſiue eſſet filius, ſiue eſſet extra- 2
neus, adeo vt ceſſante filiatione, quæ fuit cauſa diſpoſitio-
nis, † ipſa quoque diſpoſitio corruere debeat, quæ eſt ra- 3
tio text. *in l. ſi Pater. C. de hæred. inſtit.* in qua fundantur Pa-
riſ. *conſ. 29 in fin vol. 1.* Barbat. *conſ. 27. volum. 4 ante med. verſ.*
& plus dico vol. 1. Neuizan. *conſ. 34. nu. 36. & 37.* Pacian *conſ.*
1. ſub num. 37. & ſeqq. Bardell. *conſ. 57. nu. 15. & ſeqq. vol. 1.*
Menoch. *de præſumpt. lib. 4. præſumpt. 24. ſub nu. 5. & ſeqq.*
Adden. ad Gregor. XV. *deciſ. 271 num. 29.* Modern. Actolin.
reſol. 15. num 29. 34. & ſeqq. & latè Barz. *poſt deciſ. Bononien.*
conſ. vnic. nu. 56. & pluribus ſeqq. Rot. *coram Achill. de Graſſ.*
deciſ. 1. num. 2. qui filij ſint legitimi, & poſt Modernum Ar-
gentan. *collect. legal. deciſ. 72. nu. 13.*

Sed Claudius prædictus vlterius progrediendo expreſsè
declarauit diſponere in eius fauorem, non ſolùm vti eius
† filij, ſed etiam vti prorsùs extranei, & nullo ſanguinis 4
vinculo coniuncti, habitaque dumtaxat contemplatione,
& intuitu eius Perſonæ gerentis nomen familiæ Salæ, non
autem præaſſertæ filiationis, & alias omni meliori modo;
verùm etiam primogenitorum maſculorum, qui ab eodem
Carolo Ioſepho ex iuſtis nuptijs, & legitimo matrimonio
nati, & naſcituri deſcendent, vt ſunt præciſa verba, quo
caſu cum conſtet de voluntate Claudij diſponendi non in-
tuitu filiationis; ſed ab illius credulitate præſcindendo ob
ſolam perſonam Caroli Ioſephi tanquam extraneum con-
ſiderati ob ſolam propagationem familiæ Salæ ex ipſo Ca-
rolo Ioſepho, eiuſque deſcendentibus habendam, † non 5
poſſunt proinde ſola filiatio, eiuſque credulitas dici cauſa
finalis, ſed ſimpliciter motiua, & impulſiua, † actuſque 6
ſubſtinetur citra onus aſſumendi probationem filiationis,
vt declarando text. *in d. l. ſi Pater. Cod. de hæred. inſtit. cum*
concord. Iaſon. *in l. neque profeſſionum 5. verſic. limita tamen*
C. de teſtam. Decian. *conſ. 1. num. 140. vol. 3.* Cuiac. *in l. eam*
quam C. de fideicom. Riminald. iun. *conſ. 611. num 66. & ſeqq.*
Menoch. *de præſumpt. lib. 6. præſumpt. 53. ſub nu. 13.* Man-
tic. *de coniect. vlt. vol. lib. 4. tit. 5. nu. 15.* Gratian *diſcept. 653.*
num. 57. & ſeqq. Rot. *coram Moed. deciſ. 2. nu. 1. in fin. qui filij*
ſint legitimi, & coram Merlin. deciſ. 488. nu. 14.

Conſiderando inſuper, quod Claudius donauit etiam
filijs, & deſcendentibus Caroli Ioſephi, quos etiam hæ-
redes ſcripſit in Teſtamento, † nulla habita conſidera- 7
tione, quod filij, & deſcendentes Caroli Ioſephi eſſent
ex deſcendentibus ſuis, ſed ſimpliciter tanquam ipſius
Caroli Ioſephi filios, & deſcendentes conſiderauit, quæ
demonſtratio cum vera ſit, † quia verè ſunt tales ſubſti- 8
nentur donatio, & teſtamentum ex eorum Perſona, † ne- 9
que vitiantur propter falſam demonſtrationem Patris,
quatenus etiam adeſſet Adden. ad Alexand. *conſil. 88. vi-*
tiaretur volum. 7. Ger. Spin. *conſil. 67. numer. 44. & 45.*
Barry. *de ſucceſſ. lib. 2. tit. 6. ſub numer. 5. verſ. quod*
verum.

Et ita vtraque parte informante reſolutum fuit.

R. P. D. TAIA.

poſteà S. R. E. Cardinali.

Romana, ſeu Anconitana dotis.

Veneris 26. Martij 1677.

ARGVMENTVM.

Poſſeſſio defuncti, & illius continuatio, vſque ad obitum erat in controuerſiam deducta, vtraque probata ex diuiſione bonorum illius, ab hæredibus facta, quia continuatio vſ-

que

que ad mortem semper de iure præsumitur, non obstante omissa descriptione bonorum in inuentario facta, cum ageretur de stabilibus, quæ omnibus patent, & ocultari non poterant, & ideo talis descriptio non erat necessaria.

S V M M A R I V M.

1 *Diuisio facta inter hæredes, licet probet diuisionem, non tamen concludit bona diuisa fuisse hæreditaria.*
2 *Diuisio bonorum ab hæredibus facta, non probat bona esse hæreditaria contra tertios possessores.*
3 *Tertius; si non possidet tamquam hæres diuidentium, tunc diuisio facta inter hæredes illi non præiudicat.*
4 *Possessio aliena, quod censeatur continuata vsq; ad mortem, non potest allegari à tertio, & nu seqq.*
5 *Possessionis continuatio pendet ab animo, & voluntate consitentis.*
6 *Tertius non potest allegare ea, quæ dependent ab animo, & voluntate alterius.*
7 *Possessio bonorum defuncti probatur ex diuisione heredum.*
8 *Possessio semel probata præsumitur continuata vsque ad mortem.*
9 *Bona patris presumuntur transiisse in filios illius heredes.*
10 *Bona in inuentario non descripta, quatenus præsumuntur non fuisse in hæreditate reperta.*
11 *Inuentarium non probat contra tertium.*
12 *Inuentarium non remanet nullum; quamuis in eo non fiat descripta stabilia, quia omnibus patent, & occultari non possunt, & num. seqq.*
13 *Omissio stabilium in inuentario non concludit illorum non existentium in hæreditate defuncti.*
14 *Instrumentum extractum ex alio instrumento producto in Curia vigore* Innocentianæ *plenè probat.*

D E C I S I O XXXVII.

DEcisum erat 12. Aprilis proximi præteriti * DD. concordibus, repellendos esse Iuliam, & Albertum Coniuges agentes pro dote iam à Iulia data Antonio primo Marito contra bona possessa à Camilla filia Antonij vti hæreditaria illius ex vnica tantum exceptione videlicet, quod de mandato A. C. fuerat consumata in quibusdam domibus, quarum nulla legebatur in inuentario hæreditatis Antonij facto ab Enea filio, nec aliunde constabat, quod Antonius debitor dotis illas possederit; Sed hodie ex instrumento diuisionis factæ 26. Decembris 1636. inter Antonium, & Franciscum fratres nouiter deducto expressis in eo, & in parte Antonij domibus controuersis vnicè ex capite recesserunt à decisis.

Et licèt vni ex DD. qui approbabat instrumentum diuisionis, & diuidentium verba, ibi se se habere, & communiter possidere pro indiuiso infrascripta bona stabilia, & velle, & intendere inter se se diuidere, prout diuiserunt non
1 satis sibi videretur probare, † controuersas domos possessas
2 à filia Antonij esse hæreditarias per hanc diuisionem, † vt
post re inter alios acta, & contra tertios possessores ex Rot. *coram Cardinali Celso decis. 267. in fine cum alijs alleg.* præ-
3 sertim, quod non probatur, quod tertij possessores † possideant tamquam hæredes diuidentium Rot. *decis.* 352. *num.* 4. *par.* 15. & minus, quod diuidentes continuauerint possessionem à die diuisionis 26. Decembris 1636. ad diem obligationis 15. Iunij 1644. & vsque ad diem mortis cum præsumptio
4 continuatæ possessionis alienæ † vsque ad mortem, non
5 possit allegari à tertio in sui commodum, † cum possessio
6 ab animo, & voluntate possidentis pendeat, † de quo tertius attestari non potest Menoch. *de præsumpt. præsumpt.* 64. *nu.* 38. *lib.* 6. Coccin. *decis.* 475. *num.* 1. *& coram Bich. decis.* 356. *num.* 13 *cum seqq.*

Attamen contrarium responderunt alij, & pro recessu à
7 decisis. † Siquidem probata possessione à diuisione ex Rota *coram Manzan. decis.* 784. *numer.* 3. *&* 4. *& coram Cardin.*
8 *Ottbobono decis.* 143. *numer.* 1. cum ibi congestis, † præsumitur ab inde continuata possessio vsque ad mortem Rot. Florent. *coram Magon. decis.* 47. *num.* 3. *& alijs alleg. in Romana fideicommissi Card. Bartolomei Ferratiai* 24. *Iunij*
9 1676. Quin etiam ab Antonio Patre † transijsse ad Camillam filiam Grat. *discept.* 788. *ex num.* 15. Rot. *coram Buratt. decis.* 834. *num.* 6.

Nihilo obstante, quod hæc bona non fuerint in Inuentario hæreditatis Antonij descripta, † vt ex hac omissione 10
argui possit non existentia in hereditate. Primo, quia Iulia est tertia, † & contra tertium non probat Inuentarium, vt 11
adnotatur ad Buratt. *decis.* 637. *nu.* 17. Rot. *coram Dunoz. Iun. etiam* 637. *nu.* 13. Deinde, quia nihil concludit; cum enim descriptio stabilium, quæ omnibus patent (abolita † est enim 12
veterum quorumdam sententiam existimantium fundi locitue factum fieri inquit Iustinian. *§. furtiuè quoque res Inst. de rer. diuis.*) non sit necessaria, ex huiuimodi omissione, necessario non concluditur non existentia, quia potuerunt existere in bonis debitoris, † & tamen non fuisse descripta 13
in Inuentario, vt *coram Ludou. decisio* 169. *numer.* 8. *cum alleg.*

Minus etiam obstante, quod diuisio sufficienter non constet, ex instrumento exhibito, tamquam sumptum de sumpto, quia cum fuerit extractum ex alio † processu, in Cu- 14
ria, vbi fuerat in forma probante productum, vigore Innocentianæ probat Rot. *coram D. Card. Ottbob. decis.* 243. *num.* 5. cum ibi concordantibus.

Et ita vtraque parte informante resolutum fuit.

Supra in alio præcedenti tom. 2. decimæ octauæ partis adest altera præsentis causæ decisio coram eodem Eminentissimo D. Cardinali Taia, quæ ibi est in ordine 730.

REVERENDISS. D. ALBERGATO
Sacræ Rotæ Decano.

Viterbien. Successionis.

Veneris 26. Martij 1677.

A R G V M E N T V M.

Duplici iure, duplicique ratione hæreditas fratris defertur simul sorori cum altero fratri, ad successionem concurrenti, non obstante statuto exclusiuo fœminarum, quia vtraque persona non erat eidem statuto subiecta, hæc vti Monialis, ille verò tamquam Clericus, & ideò vterque non comprehendebatur ab eo, cumque vlteriùs quæreretur eandem exclusionem induci, ex quo frater defunctus declarauerit in sua hæreditate solum fratrem succedere velle; hæc minus sufficiens visa est, non solum quia perfunctoriè, & ad eximendam vexationem interrogantis facta est, verum etiam quia non erat legitimè probata sufficienti numero testium, prout de iure requiritur.

S V M M A R I V M.

1 *Soror succedit ab intestato cum fratre in hæreditate alterius fratris defuncti. & n.* 54.
2 *Statutum laicale non habet locum in hæreditate Clerici. & n. seqq.*
3 *Laici ex defectu iurisdictionis nec directè, nec indirectè possunt disponere de bonis, & personis Ecclesiasticorum.*
4 *Statuta, & Constitutiones Laicorum non comprehendunt Clericos, eorumque bona.*
5 *Statuentes Laici non præsumuntur in eorum statutis voluisse comprehendere Clericos, aliasque personas immunes.*
6 *Monialis dicitur persona Ecclesiastica, & non subiacet statutis Laicorum.*
7 *Statutum exclusiuum fœminarum siue dirigat verba in personas, siue disponat de bonis, nunquam comprehendit Clericos, vel Moniales, & quare.*
8 *Statutum laicale non comprehendit Clericos, quamuis à principio essent Laici.*
9 *Statutum laicale comprehendit Clericos, quando iam consumpserat effectum suum ante Clericatum.*
10 *Statutum laicale de successione comprehendit Clericos, si illi de tempore delatæ successionis non essent adhuc personæ ecclesiasticæ.*

11 *Moriens ab intestato præsumitur se conformasse cum statuto, & iuxtà illud voluisse suam hæreditatem deferri, si erat laicus, secùs verò si Clericus.*

12 *Clericus quia nihil commune habet cum statuto laicali, præsumitur se conformasse cum iure communi. amplia vt numero 17.*

13 *Verba,* l'Imperatore hà fatto testamento per me, *important, quod eius hæreditas deuoluatur ad eos, qui de iure succedunt.*

14 *Successio ab intestato defertur proximioribus sublata differentia sexus, agnationis, & cognationis.*

15 *Clerici volentes possunt per modum priuilegij vti statutis, & Constitutionibus laicorum.*

16 *Verba morientis,* voleua che la robba andasse al tale, *& huiusmodi præsumuntur probata ad se eximendum à vexatione, & instantijs interrogantium: amplia vt ibidem.*

17 *Verba perfunctoriè, & non dispositiuè prolata, non concludunt determinatam dispositionem,*

nec quod moriens Clericus voluerit se conformare cum statuto laicorum ad exclusionem sororis. ibidem.

18 *Testes duo sufficiunt ad probandum aliquid relictum in causam piam.*

19 *Testes duo quatenus sufficiant pro ademptione legatorum piorum.*

20 *Testamentum, vel testamentariam dispositionem ad probandum requiruntur septem testes, rogati, & omni exceptione maiores.*

21 *Monialis professæ declaratio, quia illa caret velle, & nolle, non præiudicat Monasterio.*

22 *Declaratio Gregorij XIII quod à statuto Perusino exclusiuo fæminarum debeatur clausula* sine præiudicio locorum piorum.

tamquam localis, ad dictumque statutum restricta, non extenditur ad statutum Vrbis. ibidem.

DECISIO XXXVIII.

QVia fundamenta decisionis editæ coram me 8. * Iunij proximè præteriti vlla sunt subsistere; Rota stetit in decisis pro concessione immissionis Monasterio S. Au-
1 gusti Viterbij ex persona Sororis Columbæ, † quæ ab intestato vna cum Francisco successit Horatio communi fratri, iuxtà vulgat Text. *in §. si igitur defunctus il seconda*, Auth. *de hæred. ab intest. venien.* nil obstante statuto, quod in eadem Ciuitate viget, exclusiuo fœminarum à successione, stantibus masculis, quia huiusmodi statutum non est attendendum, siue inspiciatur persona fratris defuncti, siue
2 persona sororis ab intestato succedentis, † respectu enim defuncti ipse erat Clericus, propterea huiusmodi statutum tamquam laicale, non vindicat sibi locum in eius hæreditate, Dec. *in cap. Ecclesia S. Mariæ num. 218. de Constit.* Imol. *in cap. quod Clerici nu. 4. for. compet.* Fermosin. *eodem cap. Ecclesia S. Mariæ quæst. 3. num. 15. & seqq.* Andreol. *contr. 227. per tot.* quam sententiam verissimam esse testatur Fachin. *contr. iur. libro 12. cap 29. vers. ergo verissimam*, & maturè discussis rationibus vtriusque opinionis sequuta est Rot. *dec. 146. per tot. coram Eminentiss. Ottbob. & decis. 625. coram bon. mem. Bich. & 258. num. 7. coram bo. me. Card. Celso*, & alios refert præterita *decisio §. non obstat.*

Et ratio est euidens, quia cum laicali ex defectu iurisdi-
3 ctionis † nullo modo possint directè, aut indirectè disponere de bonis, & personis Ecclesiasticorum, iuxtà Textum *in cap. quæ in Ecclesiarum de Constit. & in cap. primo de immunit. Eccles. in 6.* Rota *in Albanen. deuolutionis 28. Iunij 1669. coram Reuerendiss. Benilaqua*, proinde sub eorum statutis,
4 & constitutionibus † nequeunt comprehendere Clericos, eorumque bona, iuxtà Text. *in can. habent quidem 96. dist.* & sequendo Bart. *in l. 1. n. 32. & seq. C. de Summ. Trinit. & fid. cathol.* firmauit Rota *decis. 321. num. 4. coram Bich. & in d. decis. 258. num. 9. coram Card. Cels.* Quinimò cum laicis deficiat prorsus omnis potestas in personas, & bona Ecclesiasticorum, metiendo voluntatem statuentium ab eorum potesta-
5 te, † dicendum est huiusmodi genus personarum immunium noluisse comprehendere vt notat Alex. *cons. 210. sub nu. 1. vers. sed statutum lib. 2.* Eugen. *cons. 99. num. 32. & seqq. lib. 2.* Honded. *cons. 20. num. 6. & 7. par. 1. & lib. 2.* Ambrosin. *de immunit. Eccles. cap. 21. num. 13.* & latè dictum fuit in *Tudertina successionis 29. Maij 1652. coram bon. me. Meltio* & in præcitata *dec. 258. n. 10. coram bon. me. Card. Celso.*

Si verò inspiciatur persona Sororis hæc est Monialis,
† quæ tanquam persona Ecclesiastica ex rationibus supra re- 6
latis, non subiacet Statuto eam excludenti, siue Statutum dirigat verba in personas, siue disponat de bonis, admitten-
do masculos, & excludendo fœminas, † cum semper effe- 7
ctus istius Statuti conferatur in tempus mortis, de quo nec Clericus, nec eius hæreditas, nec in casu præsenti Monialis hæres ab intestato subijciuntur Statuto, Rota *decis. 149. num. 9.* loquens de Statuto Rauennæ *lib. 3. rubr. 11.* quod non loquitur per verba, *si quis decesserit*, & respectiuè excludit, vt ex illius lectura, & liquet ex principio *d. dec. 149. in princip.* & fuit dictum in *decis. 371. num. 11. par. 13. recent. & decis. 521. num. 5. coram Bich.* vbi sufficit, quod tale Statutum careat subiectionem bonorum.

Nec visum est subsistere, quod vbi Statutum excludit fœminas simpliciter, non habito respectu ad obitum masculorum, liget etiam Ecclesiasticos, quia ipsi ante erant laici, & proindè in eis etiam erat iniectum vinculum Statuti,
† hoc enim obiectum diluit præterita decisio, tùm quia si 8
attendenda esset præcedens iniectio vinculi semper Clerici subijcerentur Statutis laicorum, quia laici nati sunt; tùm etiam quia Statutum effectum suum operatur solùm quando venit tempus succedendi, vt in Statuto, de quo agitur manifestè legitur; ibi: *Mulier nupta, vel non nupta, & descendentes ab ea non succedant ab intestato*; † Et contrarium 9
procedit, vel quando Statutum consumpserat effectum suum ante Clericatum, vt notat Surd. *decis. 20 num. 8.* vel quando de tempore delatæ successionis persona succedere volens,
† non esset effecta ecclesiastica, vt post Salicet. Ruin. & 10
alios distinguit Rota *in allegata decis. 625. numero 32. coram Bichio.*

Quod autem moriens ab intestato censeatur se conformare cum Statuto suæ Ciuitatis, & iuxtà illud velle deferri
suam hæreditatem † procedit in laicis, non autem in Cle- 11
ricis, qui nihil habent commune cum huiusmodi Statutis,
† & propterea præsumuntur se conformare cum iure com- 12
muni, vt aduertit Rota *decis. 258. numero 12. & 13. coram Celso*, & in casu nostro, id est euidens, ex quo Horatius pluries dixit: *Che l'Imperatore haueua fatto testamento per*
lui: † quæ verba prolata à viro, qui propter iuris peritiam 13
sciebat eorum efficaciam, nil aliud important, nisi quod eius hæreditas deuolueretur ad eos, qui de iure succedunt,
& sic æqualiter ad fratrem, & sororem, † qui vti proxi- 14
miores, sublata quacumque differentia sexus agnationis, & cognationis ad intestatam successionem fratris vocantur ab Imperatores *in l. 2. §. hæreditas, & §. legitima ff. de suis, & legit.* & aduertit alia *decisio* huius Causæ *§. nec subsistit.*

Non aduersatur, quod Clerici possint vti Statutis, &
Constitutionibus laicorum per modum priuilegij, † quia 15
id procedit, quando Clerici vti volunt, Surd. *decis. 120. num. 9.* in casu nostro, Horatius non fuit vsus huiusmodi Statuto, & licèt Franciscus induxerit, & examinari curauerit testes, ex illorum depositionibus nihil aliud resultat, nisi quod Horatius protulit nonnulla verba per modum simplicis velleitatis: *Che la sua robba voleua, che andasse à Francesco*: & quædam alia, ibi: *Và Francesco mio fratello &c.*
† quæ dixit ad se eximendum ab instantijs cuiusdam mu- 16
lierculæ illi ministrantis, & enixè flagitantis sibi aliquid relinqui.

Vnde ex his verbis non dispositiuis perfunctoriè, & ad
alium effectum lapsis † nihil desumitur, quod concludat 17
determinatam dispositionem fauore fratris in exclusionem sororis ob prætensam conformationem cum dicto Statuto in exclusionem sororis, Soccin. Iun. *cons. 29. sub num. 27. vers. verum lib. 2.* Dunoz. Iun. *decis. 813. num. 2. & seqq.* Rota *decis. 327. num. 12. par. 12. recent.*

Nec facit, quod sicuti ad probandum relictum in cau-
sam piam † sufficiunt duo testes, per text. *in cap. relatum* 18
de testam. ita quoque duo testes sufficere debent † pro adem- 19
ptione eiusdem relicti, ad Rot. *decis. 533. num. 35. part. 4. tom. 3. recent.* quia quidquid sit de huiusmodi conclusione, obiectum est penitùs extraneum ab articulo, qui disputatur; hic enim non agitur nec de legato, nec de illius ademptione, sed tractatur de inducenda testamentaria disposi-
tione Horatij ad fauorem solius Francisci, † ad quam pro- 20
bandam nec sufficiunt duo testes, sed requiruntur septem, qui debent esse rogati, & omni exceptione maiores, iuxtà tex. *in l. hac consultissima §. per nuncupationem C. de testam.* & alios relatos in præterita *decis. §. minus releuant.* 21

Iterum obiecta declaratio facta à Moniali ad fauorem

Fran-

21 Francisci, non præiudicat Monasterio, † vtpote facta à professa, quæ caret velle, & nolle, vt notat altera *decisio* *§. final.* prout nec est momenti, quod Gregorius XIII. mandauerit deleri à Statuto Perusino exclusiuo fœminarum
22 clausulam *sine præiudicio locorum piorum*, † quia talis Pontificia declaratio tamquam localis, & restricta dumtaxat ad Ciuitatem Perusij non poteli extendi ad Ciuitatem Viterbij, vt huic obiecto præcisè respondit Rota in supra allegata *decis. 625. num. 52. coram Bich.*

Et ita resolutum, vtraque Parte informante.

Supra in alio præcedenti tomo 2. alterius partis 18. adest alia præsentis Causæ decisio, quæ ibi est in ordine 728.

R. P. D. EMERIX.

Vrbeuetana Iurispatronatus.

Veneris 26. Martij 1677.

ARGVMENTVM.

De verificationem iurispatronatus tractatur coram Ordinario facienda iuxtà formam literarum Apostolicarum, quæ licèt regulariter, etiam in gradu appellationis fieri possit in Rota, hoc tamen procedere declaratur, quoties ille grauauit in aliquo partem, secùs verò si solummodò demandauit; rectiùs agi, citato Procuratore fiscali, quia eo in casu nullum grauamen intulisse iudicatur.

SVMMARIVM.

1 *Iuspatronatus verificari debet ex dotatione, vel fundatione coram Ordinario ad formam conditionis in literis Apostolicis præscriptæ.*
2 *Literæ Apostolicæ quoad verificationem iurispatronatus coram Ordinario, plenam, & concludentem probationem recipiunt.*
3 *Sententiæ recentes non possunt probare centenariam super verificatione iurispatronatus.*
4 *Enunciatiua recens, quamuis contineat antiquum denunciatum, non sufficit ad comprobandam quasi possessionem centenariam præsentandi.*
5 *Quasi possessio centenaria præsentandi requiritur ad probandum legitimum titulum iurispatronatus fundationis, vel donationis ex præsentationibus resultantem.*
6 *Probatio omissa coram Ordinario potest fieri in Rota in gradu appellationis, & quando, vide num. seqq.*
7 *Rota succedit loco Ordinarij tam in cognoscendo, quàm in exequendo literas Apostolicas.*
8 *Ordinarius si denegauit verificationem literarum, appellari potest ad Rotam, & in ea fieri probationes.*
9 *Ordinarius non dicitur denegare verificationem literarum Apostolicarum, si mandauit rectiùs agi, citato Procuratore fiscali, & verificatis narratis.*
10 *Appellari non potest ab Ordinario, qui non grauauit, & coram alio Iudice fieri verificationem iurispatronatus.*
11 *Iuspatronatus ideo verificari debet coram Ordinario, quia de eius interesse tractatur.*
12 *Clausula*, verificato priùs iurepatronatus coram Ordinario, *quare in Literis Apostolicis apponatur.*

DECISIO XXXIX.

RESolutum fuerat sub die 24. * Aprilis proximè præter. Literas Apostolicas Antonij Felicis tamquam in omnibus iustificatas esse exequendas; sed Causa hodie super ijsdem reproposita, placuit Dominis recedere à decisis, ex vnico fundamento, quod non fuerit verificatum Iuspatronatus ex fundatione, vel dotatione coram Ordina-
1 rio † ad formam conditionis in eisdem literis præscriptæ,
2 & plenam, ac concludentem probationem † requirentis, per ea quæ tradit Viuian. *de iurepatr. lib. 13. cap. 8. nu. 2.* Rota *apud eundem decis. 25. num. 1. & decis. 102. num. 18. & 19. & coram Dunozett. iun. decis. 367. num. 29. cum duobus sequentibus, & decis. 13. nu. 12. par. 14. recent.* ac alijs passim.

Neque huiusmodi verificatio visa fuit resultare ex tribus sententijs super institutione præsentatorum ab hac familia, prolatis de annis 1624. 1644. & 1650. iuncta enunciatiua al-
terius antiquæ sententiæ Cardinalis Simoncelli, † quia tres 3
priores non inducunt centenariam, & enunciatiua alterius antiquæ sententiæ Cardinalis Simoncelli est vnica, & re-
cens, nempè de anno 1673. † ac propterea insufficiens ad 4
comprobandum contrariam quasi possessionem præsentan-
di, suppositam in præcedenti decisione, † & requisitam ad 5
iustificandum legitimum titulum fundationis, vel dotationis, ex multiplicatis præsentationibus, vt notant Mohed. *decis. 3. per tot. de iurepatr.* Buratt. *decis. 178. num. 11.* Caual. *decis. 560. num. 2. vers. aut præsentationes, & vers. præsentationes enim,* Rot. *recent. decis. 321. num. 17. & 18. part. 9. recent. & in Montis Falisci Archipresbyteratus prima Iulij 1676. §. adhuc coram R. P. D. meo Rondinino.*

Nec suffragatur, quod huiusmodi verificatio fieri possit
in Rota, † vbi reperitur commissa Causa appellationis, 6
† & quæ succedit loco Ordinarij tam in cognoscendo, quàm 7
in exequendo, vt in his terminis responsum fuit in *Placentina Parochialis 2. Decembris 1659. § non obstat coram Cardinali Cerro, vt in Meleuitana Commendæ 27. Martij 1675. coram Bourlemont.*

Tùm quia in Rota nihil vltra productum fuit, ex quo huiusmodi verificatio resultet, tùm etiam quia id procedere posset, quando coram Ordinario facta fuisset congrua in-
stantia pro verificando † iurepatronatus, & iste illam de- 8
negasset, in quibus terminis loquitur Rot. *in præallegatis decisionibus Placentina Parochialis, & Meleuitana Commendæ*; secùs verò est, quando prout hic, Ordinarius non denega-
uit indebitè literas exequi, † sed solum mandauit rectiùs 9
agi citato Procuratore fiscalis, & verificatis priùs expositis, ac contentis in literis; tunc enim quia in nihilo grauauit,
† non est per appellationem coram alio transferenda veri- 10
ficatio, non citato, & inaudito Procuratore fiscali, de cu-
ius interesse agitur, † quoties beneficia canonizantur subie- 11
cta iuripatronatus, & quæ est ratio, † quare Papa volue- 12
rit verificationem fieri coram illo, vt benè ratiocinatur Rot. *decis. 158. num. 5. cum seqq. par. 1. recent. & in Aprutina, seu Asculana iurispatronatus 28. Iunij 1660. coram Reuerendiss. D. meo Decano.*

Et ita omissis alijs, quorum discussio, his stantibus, visa fuit non necessaria, resolutum fuit, vtraque Parte informante.

Altera præsentis Causæ decisio est impressa supra in præcedenti tomo 2. partis 18. recent. ibique est in ordine 697.

R. P. D. RONDININO.

Firmana Capellaniæ.

Veneris 26. Martij 1677.

ARGVMENTVM.

Licèt in solo casu discordiæ deuolueretur electio, ea tamen, & à primis Electoribus facta est, ac etiam ab altero, cui conditionaliter reseruata erat, sed illa priorum electorum fuit attenta, quia discordia non constabat ex irrationabili contradictione vnius, dum alij vnanimiter consenserunt; cumque etiam de qualitatibus electi dubitaretur, ratione paupertatis, & habilitatis ad confessiones audiendas, de ijs etiam plura in decisione deducuntur.

SVMMARIVM.

1 *Electus à Consilio legitimè congregato, præfertur electo ab eo, cui in casum discordiæ deuoluebatur electio.*
2 *Electio non vitiatur, nec dicitur contentiosa, licèt aliter ex eligentibus irrationabiliter contradicat, si alij vnanimiter consentiant.*
3 *Oppositio, seu Protestatio vnius non præiudicat electioni, nec facit deuoluere ius eligendi ad alium in solo casu discordiæ deuoluendum.*

4 *in Facultate alterius esse non debet per suam solam contradictionem cæteris eligentibus præiudicare, eiusque tollere ius eligendi.*

5 *Contradictio, & Oppositio vnius ex eligentibus detegitur insubsistens, si electus habeat qualitates requisitas.*

6 *Confessarius sufficit quod aliquis sit, licèt de tempore consequutionis beneficij ab Ordinario loci non fuerit approbatus, & num. 7.*

8 *Confessarij qualitas requisita ad consecutionem beneficij, requiratur ne actu, vel sufficiat præcedenter fuisse approbatum ad confessiones audiendas. & numer. seq.*

9 *Confessarius alibi approbatus, si in alio loco subire debet onus audiendi confessiones, ab Ordinario illius loci denuò approbandus est.*

10 *Pauperis electio facienda, an de pauperiori fieri debeat, vel sufficiat, quod in paritate status pauper simpliciter eligatur. & num. seqq.*

11 *Pauper dicitur, qui artem Ludimagistri, maximè extra patriam cogitur exercere, vt viuere possit.*

12 *Pauperior semper in beneficijs præfertur minori pauperi.*

DECISIO XL.

AD Capellaniam in Ecclesia S. Mariæ Literatorum Terræ Montis Rubiani Firmanæ Diocesis Consilium Communitatis elegit Dominicum de Nicolinis, & Parochi eiusdem Terræ, ad quos in discordia Communitatis, ex lege fundatoris deuoluebatur electio, Franciscum Antonium de Bennatis nominarunt, quem subsequuta possessione Ordinarius instituit; Causa autem ad prouocationem Nicolini à Communitate nominati mihi commissa, consului Dominos, An, & de cuius bono iure constaret, qui de bono iure Dominici constare dixerunt.

Habet enim Nicolinus nominationem, & electionem
1 Consilij eiusdem Terræ legitimè congregati, † ideoque præferendus est Bennato, quem Parochi elegerunt, ad quos ex lege fundationis Capellaniæ in Testamento Ascentij Franceschini vtrinque exhibitio, non deuoluebatur electio, nisi quatenus Consilium Terræ adunari non posset, aut ele-
2 ctio Capellani redderetur difficilis, seù contentiosa, † qualis dici non potest electio Nicolini, cum protestatio vnius, ex Consiliarijs aduersus illam, non impediuerit continuationem Consilij, in quo maiora suffragia habuit Nicolinus, neque ideò difficilis, vel contentiosa electio effecta fuerit,
3 † cum ad hunc effectum non attendatur protestatio, nisi sit
4 rationabilis, nè sit in vnius contradicentis † potestate priuare Communitatem hoc iure eligendi, illudque in Parochos transferre, si ex vnius dicto discordia, & contentio Consilij à Fundatore considerata penderet, iuxtà doctrinam Abb. *in cap. in Genesi num. 9. in fine de electione*, Lauor. *lucubrat. tit. 4. de electione cap. 17. num. 25.* Sigismund. *à Bono. eodem tract. de electione cap. 8. num. 11. & in Leodien. electionis 6. Aprilis 1674. §. Irrationabili coram me.*

Qualitates autem à Testatore requisitæ visæ sunt concur-
5 rere in Nicolino, † atque adeò contraria protestatio aduersus illius electionem insubsistens detegitur, quia quod ipse sit ex hac Terra Montis Rubiani, Sacerdos, & pauper, non controuertitur, quodque sit Confessarius approbatus
6 ab Episcopo Ripano, † quod sufficit, etiamsi de tempore electionis non esset Confessarius approbatus ab Archiepiscopo Firmano, in cuius Diœcesi sita est controuersa Capellania.

Quia Fundator non imposuit onus Capellano audiendi confessiones, & sic non requisiuit in eo exercitium actualis
7 fundationis in Terra Montis Rubiani, † sed solum respexit ad habilitatem, cùm generalitèr dixit, quod eligeretur
8 Sacerdos Confessarius, † quo casu sufficit, quod Nicolinus esset talis, quocumque loco, & quatenus subire debe-
9 ret onus audiendi confessiones in sua Patria † id benè perficere poterit accedente licentia Archiepiscopi Firmani, vel alterius ad id facultates habentis, iuxtà declarationem *Sac. Congregationis Concil.* de qua Sellius *in select. canonic. caput. 13. num. 28* Barbos. *in collect. Decis. Apost. verbo Confessarius collect. 202. num. 10. & 14. & in tract. de offic. & potest. Episcopi allegat. 25. num. 30. & seq. & in remiss. ad* Concil. Trident. *sess. 23. de reform. cap. 15. num. 29.* Garz. *de benefic. parte 5. cap. 8. num. 132. R. P. D. Fagnan. in cap. pro dilatione num. 65. vers. quia Sacerdos de pœnit. & remiss.* Borden. *resol. moral. 36. num. 51. lib. 1.*

Non obstat, quod Nicolinus non sit pauperior Bennato, quia præmisso quod Fundator Capellaniæ non præcisè
mandauit eligi pauperiorem, † sed vnum ex pauperiori- 10
bus, itaut sufficiat, quod paupertas Nicolini sit æqualis illi Bennati, adhuc eiusdem Nicolini paupertas visa est maior paupertate Bennati ex attestationibus hinc indè exhibi-
tis, cùm ars Ludimagistri, † quam Nicolinus exercere 11
coactus est extra suam patriam, vt viuere posset, id ipsum comprobet, ideoque quatenus Fundator contrarium non dispofuisset, seque conformare voluisset dispositioni iu-
ris † communis, pauperis vocationem de pauperiori sem- 12
per accipientis, Nicolinus adhuc præferendus esset tamquam pauperior Bennato, iuxtà text. *in l. si quis ad declinandam §. vbi autem C. de Episcopis, & Cleric. & in §. si quis in nomine Magni Dei, Auth. de Eccles. tit.* Mantic. *de coniectur. vltim. volunt. lib. 8. tit. 5. nu. 4.* Menoch. *de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 125. n. 9. & 11.* Rot. *Diuers. par. 2. dec 16. n. 7. & dec. 150. nu. 10. & in Recentior. par. 11. decis. 296. n. 6. & 7.*

Et ita, vtraque Parte informante, resolutum fuit.

R. P. D. TAIA,

posteà S. R. E. Cardinalis

Romana Læsionis.

Veneris 26. Martij 1677.

ARGVMENTVM.

Deciditur quæstio, an locationes probent valorem rei locatæ, quæ sub distinctione resoluitur, quod aut sunt plures, aut vna, vel duæ, & hæ quia non probant veritatem annui redditus, cum ratione amicitiæ, vel alia de causa ad d. rationem fieri potuerint, neque probant certitudinem pensionis, neque valorem domus concludunt, secus verò si sint plures, & vniformes, quia in illis non potest assignari disparitatis ratio; Rursùs deciditur etiam, quod status hæreditatis cum vno legitimo contradictore firmatus faciat ius quoad omnes.

SVMMARIVM.

1 *Locationes si sint vna, vel duæ non probant veritatem annui redditus, minusque etiam valorem rei locatæ.*

2 *Locatio fieri potest pro minori pretio ratione amicitiæ.*

3 *Locationes plures, & successiuè continuatæ ad eandem rationem, probant valorem, & veram quantitatem pensionum.*

4 *in Pluribus locationibus vniformiter continuatis, non potest assignari diuersitatis ratio, quare potiùs vna, quàm altera ad eandem rationem facta sit.*

5 *Valor bonorum, & præcipuè domorum resultat ex probatione certi redditus annui.*

6 *Sententia per subsequutam transactionem dicitur approbata.*

7 *Sententia lata super statu, cum legitimo contradictore, facit ius quoad omnes.*

8 *Status hæreditatis verè, & non collusiuè firmatus cum legitimo defensore, probat etiam quoad quoscumque alios.*

DECISIO XLI.

ADhuc audito Ioanne Benedicto super decisis 11. Martij 1676. proposito dubio die 17. præsentis, an sit standum, vel recedendum à decisis, dilata fuit resolutio ad secundam hodiernam Rotam, in qua vno contradicente, alij Domini steterunt in decisis

Nam ad solum articulum iuris redacta præcipua difficultate, An locationes probent valorem rei locatæ, inspiciendum priùs dicebat ille vnus, an ex recensitis locationibus probetur verus redditus, & circa hoc distinguendum esse;
Si enim agatur de vna, vel altera locatione, † tunc qui- 1
dem locationes non probare concludenter veros annuos fru-
ctus, † nam fieri potest, quod quis locet pro minori pre- 2
tio ratione amicitiæ &c. vt fuit dictum in *decis. 871. num. 2. part. 4.*

par. 4. Diuersorum, & coram Ludouis. decis. 101. *num.* 2. & passim;
3 sin autem de pluribus locationibus agatur, † factis diuersis Conductoribus, vt in præsenti causa ab anno 1607. ad annum 1643. ferè vniformibus, & quod plus est, nonnullis factis ab ipsis emptoribus postea locatoribus planè tunc constat probatio veri redditus, quia in tali locationum
4 serie nullæ sint rationes, † quæ in vna, & altera locatione possent concurrere, vt apud Posth. *de subhastat. in obseruat. ad iasp.* 60. *num.* 28. cum allegatis, & Spada *cons.* 114. *nu.* 1. *lib.* 2. & adnotantes ad Ludouis. *dicta decis.* 101. *nu.* 5. *& coram Bichio decis.* 575. *num.* 2. & priùs *decis.* 544. *num.* 12. *&* 13. *part.* 5. *& decis.* 186. *num.* 11. *&* 19. *part.* 6. & quidem probato
5 redditu certo, † concludi valorem stabilium, præcipuè domorum ad regulam notam maximè concurrentibus alijs, videlicet testibus, & peritis, tamquam testibus, & testibus tanquam peritis.

Contrarium alij dixerunt, & vltra deducta in præcedentibus decisionibus, quæ iterum Dominis placuerunt, probationi valoris ex his locationibus, & conductionibus; earumque instrumentum, nimium refragari visa est sententia, & res iudicata à Iudice Reuerendæ Fabricæ super statu hæreditario Ioannis Baptistæ cum Ioanne Vincentio hærede tunc reo conuento à Ministris Fabricæ ad reddendam rationem prouentuum hæreditariorum; atque adeo hæreditatis, ob non impletam piam dispositionem ædificationis Monasterij à Testatore mandatam, vbi etsi præcessisset quædam asserta peritia Periti à Fabrica electi (quæ tamen in actis huius Causæ dicebatur non fuisse producta) deductis deducendis, ipsi prouentus totius hæreditatis liquidati sunt in dd. annis 227. & ita per difinitiuam sententiam confir-
6 matis, † assentiente quoque Ioanne Vincentio sententiæ per subsequentem transactionem de prouentibus ante perceptis, & cum obligatione percipiendorum Fabricæ soluendorum, compositis illis toto tempore perceptis penè in scutis 2000. in solis 500.

Non obstante, quod sententia lata non esset cum his partibus, sed cum alijs; quoniam visa est Dominis sententia
7 super statu, † quæ lata cum legitimis contradictoribus, facit ius quoad omnes, ad text. *in l. ingenuum* 25. *ff. de statu ho-*
8 *minum* cum ibi notatis &c. & de statu hæreditatis, † qui legitimè, & non collusiuè sit firmatus cum vno legitimo defensore, vt faciat ius, quoad omnes habetur in Rom. *fideicommissi de Candidis nunc dec.* 202. *par.* 11. vbi concordantes, vt tenta auctoritate Rotæ *scripsit R. P. D. de Luca Sanctissimi D. N. Auditor, vir maximæ auctoritatis, disc.* 25. *sub nu.* 2. *&* 3. *lib.* 9.

Quod si omnis annuus prouentus totius hæreditatis, est scutorum 227. ex re iudicata, & approbata vt supra, cum controuersa bona non sint vniuersa hæreditas, sed alia corpora, & iura fructifera proponantur, & demonstrantur remansisse in hæreditate, impossibile videtur, quod subsistat prætensus prouentus in scutis 400. aut saltem sc. 350. vt pretendebatur.

Et ita vtraque parte informante resolutum fuit.

R. P. D. EMERIX.

Romana, seù Balneoreglen. Fideicommissi.

Lunæ 29. Martij 1677.

ARGVMENTVM.

Filiationis materia deciditur qualiter illa non possit directò probari, & ideo admittat etiam coniecturas, & præsumptiones, aliasque facti circumstantias, maximè in antiquis, ad quem effectum peculiariter fuit attenta illius possessio, & tractatus etiam à grauatis facti, itaut stante legitimatione Pontificis, de admissione ad fideicommissum dubitatum non sit, parum releuante, quod testator excluserit spurios, quia non ideo dicitur excludere voluisse naturales legitimatos.

SVMMARIVM.

1 *Ægidiana habet locum in omnibus locis, & Terris Romano Pontifici immediate subiectis.*
2 *Ægidiana in quolibet possessorio procedit quoties sententia est valida, & iusta, & agitur inter laicos & de rebus laicalibus.*
3 *Ægidiana semper intrat si de tempore latæ sententiæ Clericus non est in causa.*
4 *Legitimatio obtenta à Papa controuerti non potest.*
5 *Filiatio, & illius qualitas probatur ex tractatu, & denominatione omnium ad fideicommissum vocatorum.*
6 *Filiatio respectu patris non potest directè, & præcisè probari.*
7 *Filiationem ad probandam recurritur ad præsumptiones, coniecturas, aliasque facti circumstantias, quæ illam arguunt.*
8 *Filiatio in antiquis ad effectum immissionis, & fauore constitutorum in illius quasi possessione, probatur etiam præsumptionibus, & coniecturis.*
9 *Filiationem, & illius qualitatem quatenus probent tractatus, agnitiones, & denominationes, & nu. seqq.*
10 *Concubinatus à iure canonico fuit prohibitus.*
11 *Filius præsumitur potius naturalis, quam adulterinus.*
12 *Testator si declarauerit excludere filios spurios non ideo dicitur excludere voluisse naturales legitimatos, & numer. seqq.*
14 *Spurij propriè dicuntur solum illi, qui nati sunt ex damnato coitu.*
15 *Filiorum legitimorum, & naturalium appellatione veniunt, etiam naturales legitimati per rescriptum Principis.*
17 *Conditio, puta nubendi, adiecta alteri filio, non censetur repetita in alijs personis, & gradibus.*
18 *Declaratio testatoris, quod filij ex diuersis nuptijs procreati æqualiter succedant.*
Intelligitur facta ad tollendam difficultatem, an coniuncti ex vtroque latere tantum deberent præferri ibidem.

DECISIO XLII.

Commissa mihi per Signaturam Iustitiæ causa appellationis à sententia Rotali concedente Corradino, & Ioanni Corrado fratribus de Vrsinis immissionem in bonis fideicommissarijs Ioannis Corradi senioris contra Excellentissimum D. Ducem Bracciani hæredem testamentarium Marchionis Martij hæredis grauati, dedi dubium, *An sit locus Ægidianæ, seù potiùs sententia Rotalis sit confirmanda, vel infirmanda*, eoque hodiè proposito, prodijt resolutio, locum esse Ægidianæ, fundata in validitate, & iustitia sententiæ, ac notoria dispositione eiusdem Constitutionis Ægi-
dianæ, † quæ locum habet in omnibus locis, & Terris 1
Romano Pontifici immediatè subiectis, & in quolibet pos-
sessorio, † quoties sententia est valida, & iusta, & fuit la- 2
ta inter personas merè laicas, & de rebus laicalibus, vt notant Vestr. & Ridolphin. *in praxi, hic par.* 2. *cap.* 6. *num.* 132. *cum seqq. & ille lib.* 7. *cap.* 3. *per tot.* & firmant innumeræ decisiones.

Non obstat, quod in commissione fuerit etiam nominatus Reuerendiss. D. Episcopus Ripanus frater germanus Corradini, & Ioannis Corradi, quia commissio fuit obtenta à D. Duce, non autem ab Episcopo, qui præcedenter re-
nunciauerat possessioni, & non † fuit, nec erat in causa 3
de tempore sententiæ; quod sufficit, vt intret Ægidiana, ad tradita per Rotam *coram Dunoz. iun. decis.* 793. *fere per tot.*

Minùs releuant ea, quæ proposita fuerunt contra iustitiam sententiæ, quia in substantia reducuntur ad vnicum obiectum plenè sublatum *in præcedentibus decisionibus coram R. P. D. meo Tasa sub die* 31. *Ianuar. &* 19. *Iunij anni præteriti*; nempè quod fratres actores, vti descendentes à Leonida supposito filio naturali legitimato Vicinij filij testatoris, non sint capaces succedere in hoc fideicommisso, ad quod vocati sunt descendentes masculi legitimi, & naturales; Tùm quia ipsi non probarunt Leonidam fuisse filium naturalem legitimatum Vicini; Tùm etiam quia quando constaret ipsum fuisse talem, adhuc essent exclusi per declarationem, quam in fine testamenti fecit testator, *quod filij spurij ex Presbyteris fortè, seù Laicis post nascituri, etiam legitimati, in perpetuum non succedant neque ex testamento, neque ab intestato.*

Legitimatio enim Leonidæ non est controuertibilis,
† tanquam plenissimè resultans *ex Literis Apostolicis fel. re-* 4
cord. Gregor. XIII. Probatio autem filiationis, eiusque qualitas contradistincta à qualitate spurietatis rursùs exuberanter
resultare visa fuit † ex tractatu, & denominatione Vici- 5
ni Patris, omniumque ad hoc fideicommissum vocatorum, vsque ad Marchionem Martium vltimò grauatum, à quibus semper tam in iudicio, quàm extrà habitus, & reputatus fuit pro tali, vt in Summar. *date sub die* 10. *Iunij* 1675. *coram*

ram Reuer. P. D. meo Taia num.5. & seqq. nam cum respectu
6 Patris † nulla directa, & præcisa probatio afferri possit,
iuxta text. in l. Lutius ff. de condit. & demonstrat. recurrendum
7 est † ad præsumptiones, & coniecturas, aliasque facti cir-
cumstantias, quæ illam arguere valeant, vt notat Glos. in
cap. Michael. verb. constiterit, de fil. Presbyt. cum alijs addu-
ctis ab Eminentiss. Otthob. decis. 251. num. 17. cum seq. quæ-
que in præsenti, vbi agitur de re antiquissima ferè centum
8 annorum ad simplicem effectum immissionis † ad fauorem
constitutorum in quasi possessione, & pro talibus agnitorum
ab ipsomet hærede grauato, superabundant, sicut præter
allegatos in decis. R. P. D. mei Taiæ sub die 31. Ianuar. 1676. §.
ad primum, pleno calamo firmatum fuit in decis. 125. & 246.
per tot. par. 15. recentior.

Nec placuit, quod isti tractatus, & denominationes pos-
9 sint quidem probare filiationem, † non autem qualitatem
10 naturalitatis, quinimò inspecto Iure Canonico, † quo Con-
cubinatus fuit prohibitus, filius præsumitur potiùs natura-
11 lis, † quàm adulterinus ad euitandum maius delictum, vt
de communiori testantur Boss. oper. mor. part. 2. tit. 1. §. 43.
numer. 551. cum seqq. vbi latè, & benè materia discutitur, &
responderunt rationibus in contrarium facientibus, Facchin.
controu. iur. lib. 3. cap. 63. per tot. Berett. cons. 117. num. 2. &
per tot. Surd. consil. 530. num. 2. cum seq. Gratian. discept. 958.
num. 24. Rot. decis. 808. par. 1. diuers. & apud Torr. de pact. fu-
tur. successor. decis. 84. nu. 1. & seq. Ideòque ijdem actus æquè
12 probant qualitatem † filiationis naturalis contradistinctæ
à spurietate, ac ipsam filiationem.

His firmatis, non refert quod testator in fine testamenti
13 declarauerit, † quod filij spurij ex Presbyteris fortè, seù
Laicis post nascituri non succedant, neque ex testamento,
neque ab intestato, quia cùm spurij in propria, & proprio-
14 ri significatione † dicantur solùm illi, qui nati sunt ex dam-
nato coitu, vt benè firmatur in supra allegata decis. R. P. D.
mei Taiæ §. & pleniùs reflectendo, & testator superiùs in con-
ditione posuisset omnes filios legitimos, & naturales,
15 † quorum appellatione etiam venire naturales legitimatos
per rescriptum Principis absolutum est apud omnes, iuxta
communem DD. sententiam, in l. ex facto §. si quis rogatus
ff. ad Trebell. quam probat Rot. decis. 600. nu. 1. & seqq. par.
3. diuers. decis. 217. num. 21. par. 15. recent. & coram Ninot.
decis. 13. num. 15. cum seq. alijsque concordan. tantùm abest,
quod per huiusmodi declarationem dicendum sit. Voluis-
se excludere naturales legitimatos, quos vnico verbo illegi-
timorum, vel bastardorum legitimatorum à successione ar-
16 cere poterat, † quod imò potiùs censeatur illam adiecisse
ad declarandum se sub appellatione filiorum legitimorum,
& naturalium, etiam comprehendisse naturales legitima-
tos, & solùm excludere velle illegitimos ex damnato coitu.

Nec quidquam facit, quod idem testator in superiore par-
te testamenti filios, & descendentes Vicini, & Hierony-
mi pro æquali portione instituerit, & substituerit, non ob-
stante quod essent nati ex diuersis matrimonijs, & Maher-
balem alterum filium ad contrahendum matrimonium in-
17 uitauerit, quia conditio adiecta Maherbali, † quem fortè
à matrimonio alienum cognoscebat non censetur repetita in
alijs personis, & gradibus, vt in specie notat Soccin. sen.
cons. 63. sub num. 19. vers. considerandum lib. 3. & declaratio,
quod filij, & descendentes Vicini, & Hieronymi æqualiter
succederent, non obstante, quod essent nati ex diuersis
18 matrimonijs, † intelligitur facta ad tollendam difficulta-
tem, an solùm ex vtroque latere tantùm coniuncti debe-
rent præferri, de qua latè tractant Soccin. iun. cons. 69. &
67. per tot. lib. 3. Surd. cons. 31. paritèr per tot. & Fosar. quæst.
494. num. 11. non autem ad ostendendum se voluisse, quod
omnes successores essent nati ex legitimo matrimonio, quod
si voluisset, & intellexisset, paritèr de facili declarare po-
tuisset.

Et hinc non iuuat D. Duci cessio iurium obtenta à Mar-
chionissa Portia sorore Marchionis Martij, quia ipsa est tan-
tùm vocata in subsidium, non extantibus masculis legiti-
mis, & naturalibus.

Et ita vtraque &c.

Plures decisiones in hac causa factæ concordatæ sunt supra in altera decis. præcedentis par. 18. tomo 2. vbi etiam ceteræ posteriores referuntur.

R. P. D. CALATAIV.

Melcuitana Euictionis.

Lunæ 29. Martij 1677.

ARGVMENTVM.

Euictionem non deberi declaratur, quia petita fuit pro legato facto ex causa debiti, quod verè non debebatur quia auocata sunt bona, quorum occasione fuerat legatum, Legatario verò quia erat creditor census in bonis prædictis, primæua actio competere dicitur, quæ non remansit extincta per assequutionem, eorumdem bonorum, dum postea illa ab emptore auocata sunt.

SVMMARIVM.

1 *Emptione nulla existente, nulla quoque remanet accollatio ab emptore illius occasione facta.*

2 *Obligans se ad aliquod debitum occasione rei, quam possidet, ablata, non ea amplius tenetur.*

3 *Legatum factum ab eo, qui se debitorem esse putabat, deficiente causa debiti, non debetur, quia dicitur erroneè factum.*

4 *Euictio non debetur in legato facto occasione debiti, quod verè, & realiter non debebatur.*

5 *Creditor census pro quo bona insolutum data sunt, ea reuocata, agit primæua actione, quia census non remansit extinctus.*

6 *Emptio si fuit à principio nulla, non substinetur legatum ab emptore factum de re empta, quam testator credebat esse suam.*

7 *Datio insolutum, cuius bona postea auocata sunt, non extinguit censum, nec tollit primæuas actiones, pro eo competentes, & sup. num. 5.*

8 *Filio primæua competit actio pro sua legitima, si illi fuerint euicta bona, pro eadem legitima assignata.*

9 *Euictio competens pro bonis in causam legitimæ filio assignatis, non debetur, nisi prius status hæreditatis paternæ fuerit firmatus.*

10 *Euictio non datur filio pro legitima vltra id, quod computari debuisset in illam.*

DECISIO XLIII.

Resolutum iterum, fuit in hac facti specie non deberi
euictionem, * & per consequens standum esse in de-
cisis coram me die 2. Decembris 1675. Nam Petrus donauit
Iulio filio contemplatione matrimonij censum in sorte vn-
ciarum 400. qui impositus reperiebatur super Prædio Tadi-
limara, sed quia idem Petrus emit postea dictum Prædium
à PP. Sancti Augustini, & in partem pretij accollauit sibi
dictum censum, ideò agnoscens se debitorem filij legauit il-
li in testamento medietatem eiusdem Prædij sub his verbis,
ibi: *Item dictus testator instituit eius hæredem particularem Iulium filium in vna vncia ponderis generalis &c. & hoc vltra summam vnciarum 400. alias per ipsum testatorem promissarum dicto Iulio super Territorio Tadilimara, pro quarum vnciarum 400. solutione, ipse testator legauit dicto Iulio medietatem integram dicti Territorij &c. & eodem Iulio recusante prædictam medietatem dicti Territorij habere, in eum casum voluit sibi dari dictas vncias 400. ad electionem ipsius Iulij, & hoc pro omnibus iuribus, & actionibus dicto Iulio competentibus, & competituris in, & super bonis ipsius testatoris ex quocunque iure &c.*
Licet autem ijdem Patres Sancti Augustini auocassent à di-
cto Iulio legatario dictam medietatem Prædij ex eo, quod
in venditione illius non interuenisset Beneplacitum Aposto-
licum, nihilominus hæredibus Iulij nulla debetur euictio,
quia dum Petrus nulliter emit, † euanuit etiam accollatio 1
emptioni correspectiua; Quando enim quis se obligat ad ali-
quod debitum ratione rei, † quam possidet, ea ablata, 2
amplius non tenetur, Faber. in suo Codic. lib. 2. Tit. 4. definit. 9.
Ant. de Amat. reso. 21. per tot. cum alijs adductis in decis. §.
ex facto, & dum legauit, credens se debitorem filij ex cau-
sa dictæ accollationis, ea deficiente, † dicitur erroneè le- 3
gasse, † nec tenetur de euictione. Bart. in l. si domus 74. §. de 4
eui-

euictione num.3. in fine, *ibique* Castren. *num.7.ff.de legat.1.*Cu-
man. *cons.29. per tot.* bene Menoch. *præsumpt 158. nu.16.17.*
alijque relati in decisione §. *cessante*; Sed hæredes filij lega-
5 tarij debens agere † ex primæua actione contra Possessores
fundi censiti pro censu, qui non fuit euictus, nec fuit extin-
6 ctus propter bona legata, † vel, vt prætendunt, data cre-
ditori insolutum, quia cum emptio fuisset ab initio nulla,
nec legatum rei emptæ, quam testator credebas esse suam,
7 substinetur, nec datio insolutum, † potuit censum extin-
guere, minusque tollere, pristinas actiones pro illo compe-
tentes, vt præter adductos in decisione, §. *vltra quod*, te-
nuit Rota *coram Bichio decis.551.num.5. & seqq.*

Neque obstat, quod medietas dicti Territorij relicta fue-
rit à testatore etiam pro satisfactione legitimæ, aliorumque
Iurium dicto Iulio competentium in paterna hæreditate,
8 † quoniam euicta re pro legitima assignata, competit filio
prima actio ad legitimam. Merlin. *de legit. lib.5. quæst.6. nu-
mer.*10, Mangil. *de euict. quæst.75. num 11.* cum alijs cumula-
tis in decisione huius causæ emanata 20. Aprilis 1774. *coram
R.P.D. meo Emerix*, vel quatenus competeret etiam actio
9 euictionis, † esset primo firmandus status hæreditarius, &
videndum quanta sit legitima, & quid in illam veniat
10 † imputandum, cùm vltra eam non debebatur euictio.
Vasq. *de success. tom.2. in l. scimus, in princ. num.11. C. de inoff.
test.* Tondut. *quæst. Ciuil. part.2. cap.197. num.6.*

Ex quibus, & alijs ponderatis in decisione Domini stete-
runt in decisis, vtraque Parte informante &c. resolutum
fuit.

Supra in alio præcedenti tomo 2. decimæ octauæ partis adest altera præsentis causæ decisio, quæ ibi est in ordine 604. sub die verò 17. Martij 1679. adest altera præsentis confirmatoria coram Reuerendissimo D. Damasceno.

R. P. D. T A I A.

postea S. R. Ecclesiæ Cardinali.

Rauennaten. Emphyteusis.

Lunæ 29. Martij 1677.

A R G V M E N T V M.

Materia filiationis, & quidem legitimæ, in hac decisione tractatur, illa ex communi reputatione, agnitione, alijsque plurimus actibus deducta, hæc autem ex subsequuto matrimonio resultans, quamuis in libro Parochi illud adnotatum non esset, quia eius incuria Partibus præiudicare non potuit, maximè quia ex admissione filij ad ordines sacros, & alias dignitates Ecclesiasticas, sine aliqua dispensatione, de sui legitimitate concludenter constabat.

S V M M A R I V M.

1 *Filiationis maximum argumentum est fides Baptismatis.*
2 *Filiatio probatur ex tractatu, communi reputatione, & si quis in pluribus actibus se gessit, vti filius, de quibus nu. seqq. & per tot.*
3 *Enunciatiuæ, alijque actus importantes filiationem, illam concludunt, & probant.*
4 *Filiatio probatur ex assertione Communitatis, illiusque admissione ad officia publica, & de ratione.*
5 *Agnitionis, & tractatus probant filiationem, non solum contra agnoscentes ipsos, sed etiam contra habentes causam ab eis, & num.6.*
6 *Filiatio etiam contra tertium probatur ex agnitionibus, & tractatibus, & sup. à num.2.*
7 *Titulus* Illustrissimo *maximæ estimationis est apud Venetos.*
8 *in Muliere nobili, retenta pro concubina, non requiritur probatio custodiæ pro concludenda filiatione, quia non præsumitur suspicio aliorum accessus.*
9 *Matrimonium, ad effectum legitimitatis filij, probatur ex testibus, & quomodo.*
10 *Testis vnus de visu, & alij de audita, & publica voce, & fama plenè probant.*
11 *Vxorem aliquam fuisse probatur ex illis titulis, quæ soli legitimæ vxori conueniunt.*
12 *Legitimitas filij naturalis, ex subsequuto matrimonio resultans, qualiter remaneat probata.*
13 *Sententia super filiatione lata in loco, in quo illa erat cognita, plenè probat, & facit statum quoad omnes.*
14 *Filiatio, & quidem legitima concludenter probatur ex admissione ad ordines clericales, & alias Ecclesiasticas dignitates.*
15 *Episcopatus probat filiationem, etiam contra tertium, & ad effectum successionis.*
16 *Dignitates Ecclesiasticæ personis illegitimis, sine dispensatione non conferuntur.*
17 *in Antiquis probationes leuiores admittuntur.*
18 *Antiquum reputatur tempus 60. annorum.*
19 *Filiatio ad effectum successionis leuioribus probationibus probatur.*
20 *Filiatio si agitur de fœdere matrimonij concludenter probari debet.*
21 *Matrimonium, etiam si non sit adnotatum in libro Parochi, potest tamen aliunde probari.*
22 *Negligentia, & incuria Parochi alijs præiudicare non valet.*
23 *Parochi in Ciuitate Venetiarum plerumque omittunt in suis libris describere matrimonia.*

D E C I S I O XLIV.

HIstoriam Priami non referam, & varias inuestituras, variosque inuestitos ab antiqua 26. Iulij 1525. & ad formam illius, quia (vt DD. dicebant) non controuertitur successionem spectare ad Franciscum iuniorem, ad duo redacta causæ difficultate. Primò, an constet filiatio Aloysij Patris Francisci actoris ex Patre seniore Francisco. Secundò, an constet eiusdem Aloysij legitimitas, vnde danda sit immissio Francisco actori iuxta propositum dubium; quam dandam vnanimes Domini responderunt.

Ad filiationem primò (vt Domini etiam dicebant) ab
ipsa natiuitate Aloysij—*Adi 22. Gennaro 1584. more Vene-
to, Aluise, e Sebastian figliuolo del Clarissimo Missier Fran-
cesco Emo, e di Madonna Cassandra Donà Battezzatò &c.*
† quod vti vehemens argumentum filiationis considerauit 1
Rota *decis.409. num.5. par.5. recent.* & cum pluribus coram
Arguell. *decis.58. num.18. & coram Zarat. decis.39. num.7. &
decis.53. num.13.*

Secundò quia d. Aloysius vti filius communis semper fuit
habitus, & tractatus tam à Francisco Patre, quam à Cas-
sandra Matre, & communiter ab alijs, vt deponunt sex te-
stes examinati pro parte eiusdem Aloysij ad effectum obti-
nendi dispensationem super bigamia ab ipso incursa ob ma-
trimonium cum Vidua contractum; † & ostendunt plu- 2
res enunciatiuæ, nedum ab ipso Aloysio in constitutione
Procuratoris 7. Martij 1631. *Il Clarissimo Signore Aluise
Emo fù del quondam Illustrissimo Sig. Francesco Emo*: Et
in celebratione nuptiarum prima Maij 1610. *Contratto di
Nozze stabilito trà la Magnifica Signora Eleonora figliuola del
Signor Diego Rodriguez, & il Magnifico Signor Aluise Emo
dell' Illustrissimo Signor Francesco &c.* Verum etiam à
Francisco Patre præsente Aloysio filio emissæ in eodem
instrumento nuptiarum, vbi: *Et per maggior cautione del-
la sopradetta dote il sopradetto Illustrissimo Signor France-
sco Emo Padre del sopradetto Magnifico Signor Aluise
s' obliga in sua specialità &c.* † Ex quibus enunciatiuis, 3
& actibus, tamquam importantibus tractatum filiatio-
nis, filiationem ipsam concludi dixit Rota *coram Buratto de-
cis.725. num.5. coram Vbald. decis. 155. num.6. & coram Ar-
gell. decis.63. num.8.*

Neque releuas, quod tales enunciatiuæ, seù tractatus cum à Patre, seù Aloysio procedant, ipsis tantum præiudicare, & inter ipsos filiationem probare intelligantur, non autem contra tertios, ab agnoscentibus, vel tractantibus causam non habentes.

Quoniam vltra prædicta animaduersum fuit interuenisse plures enunciatiuas, ac tractatus ab alijs factos, vt in concursu eiusdem Aloysij ad manus Aduocati Fiscalis septem Sapientum, in quo nominatus fuit: *D. Aluise Emo del Nobil Huomo Sier Francesco 12. Febraro 1604.* & inferiùs: *Và per Missier Aluise Emo del Nobil Huomo Sier Francesco.* Quod munus obtentum, cum supplicasset anno 1626. resignare ad fauorem proprij filij concessa fuit gratia: *Al sopradetto D. Aluise Emo figliuolo dell' Illustrissimo Sig. Francesco sia concesso &c.*

4 so &c. † Quæ quidem assertio maximè est ponderanda, cum
præsumendum non sit, quod Nobiles Veneti, qui optimè
sese cognoscunt vocassent Aloysium filium Francisci tunc
viuentis, & tamquam talem prælegissent ad officium, ni-
si verè sciuissent esse filium Francisci, excludendo alios No-
biles concurrentes.

Insuper accedunt enunciatiuæ Patriarchæ Venetiarum,
Dalmatiæque Primatis, qui in Pontificali apparatu promo-
uit ad primam tonsuram tantùm iuxtà ritum, & morem
Sanctæ Romanæ Ecclesiæ, seruatis in similibus seruari so-
litis, & consuetis *Clarissimum Dominum Aloysium Emo*, ipsum
vocando *filium quondam Illustrissimi, & Excellentissimi D.
Francisci*, ad id idoneum repertum, & approbatum, alia-
que requisita habentem 26. Iulij 1630. Et deindè Archiepis-
copus Paronixiensis de licentia &c. promouit, & ordinauit
&c. aliaque requisita à Sacro Concilio Tridentino designa-
ta habentes ad Hostiariatum &c. inter alios *D. Aloysium Emo
filium Illustrissimi D. Francisci* 14. *Septembris* 1631.

Et denique ipsimet Rearum Auctores acceptauerunt ta-
les enunciatiuas, recipiendo, & vtendo mandato Procuræ
in sui persona facto: *Il Clarissimo Signor Aluise Emo fù del
quondam Illustrissimo, & Eccellentissimo Signor Francesco con-
stituisce suo Procuratore l'Illustrissimo Signor Andrea Emo*,
(Propatruum Dominarum Rearum) septima Maij 1631.

5 † Quæ quidem agnitiones, seù tractatus filiationem pro-
bant non solùm contra ipsos tractantes, & agnoscentes, Ro-
ta *coram Nivot decis.* 13. *sub num.* 4. *vers. vlterius, & decis.*
310. *nu.* 11. *& seq. par.* 11. *recent.* & priùs dixerat *coram Mer-*
6 *lin. decis.* 488. *n.* 3. *vers. tertia est*. Verùm etiam contra † ha-
bentes causam ab illis, quales sunt Reæ. Rota *decis.* 310. *n.*
7. *decis.* 318. *num.* 18. *vers. ex quibus part.* 13. *decis.* 248. *num.* 10.
par. 14. *decis.* 125. *nu.* 16. *par.* 15. Quinimò etiam contra quos-
cumque. Rota *coram Eminentissimo Othobono decis.* 251. *num.*
17. *cum seqq. decis.* 246. *nu.* 16. *par.* 15.

Neque visum fuit obstare, quod non probetur Cassan-
dram fuisse custoditam in schemate concubinatus cum
Francisco, ita vt nemini ali patere potuerit accessus; Quo-
niam cum versemur in muliere nobili; ita semper reputa-
ta, nobilibusque titulis decorata, etiam ante matrimonium
cum Francisco ex publicis scripturis, in quibus appellata
fuit Clarissima, & Nobilis, & filia quondam Clarissi-
mi, & Nobilis Marci Donati *Summario Actoris num.* 24. &
contestantur testes ad perpetuam memoriam examinati
dicto Summario numer 28. *Hò sentito à dire da tutti commune-
mente, che detta Illustrissima Signora Cassandra Emo &c. era
trattata dall' Illustrissima Madre Abbadessa, e da altre Mona-
che in quella stessa maniera, che faceuano con altre Gentildon-
ne sue pari, &c.* Secundus verò de auditu ab Andrea Emo
*Nipote del Capitolato quondam Nobil huomo Sier Francesco
quando parlaua di detta Illustrissima Signora Cassandra, che la
nominaua col titolo di Signora Amia Cassandra, &c. come an-
co gli hò sentito più volte à dire, che essa era Gentildonna, &c.*
Quibus concordant tres alij testes successiuè examinati; &
insuper concurrunt duo Decreta, alterum Magistratus
Censorum septima Aprilis 1620. *S'accorda con l'Illustrissima
Signora Cassandra Emo*. Alterum verò Magistratus Procu-
ratorum 15. Septembris 1625. *Ad istanza dell' Illustrissima Si-*
7 *gnora Cassandra Emo*; † qua concurrente nobilitate ex di-
8 cto titulo *Illustrissimæ* maximam † existimationem præse-
ferente apud Venetos, procul dubio excluditur omnis suspi-
cio accessus aliorum, & nulla requiritur probatio talis cu-
stodiæ pro filiatione concludenda, ad tradita à Rota *in de-
cis.* 125. *numer.* 23. *& seqq. & decis.* 246. *numer.* 7. *& seqq.
par.* 15.

9 De legitimitate autem satis constare dixerunt † ex sub-
secuto matrimonio inter Franciscum, & Cassandram, vt
supra contracto, cuius probatio ad euidentiam resultat pri-
mo ex attestationibus supradictorum, testium causa dispen-
sationis super Bigamia examinatorum, & præsertim ex vni-
co testes, & quidem Nobili, deponente de visu: *Il Signor
Francesco Emo sposò vna Donna, &c. che successe nella contrà
di San Giacomo dell' Orio; Credo che vi fosse presente il Sig. Gio-
uanni Fiandra, quale credo che fosse Compare, e lo affermo che
fù Compare*. Cui accedit depositio secundi Testis: *hauer in-
teso dire per publica voce, e fama trà la Nobiltà di Venetia so-
pradetto matrimonio, e così per questa voce, e fama hò sempre
tenuto tanto vero detto matrimonio, quanto quello de' miei Pa-
dre, e Madre, &c. La Signora Cassandra era da tutti nomina-
ta per moglie dell' Illustrissimo Signor Francesco Emo, & io l'hò
conosciuta, e tenuta che sia stata moglie di detto Sig. Francesco,
&c.* Ex quatuor alijs testibus idem deponentibus confirma-
ta, † quæ cum depositione primi de visu testantis plenè 10
probat legitimitatem, ad Spad. *cons.* 86. *n.* 4. *& seq. lib.* 3. Rot.
coram Gregor. decis. 247. *num.* 5. *cum seqq.* Coccin. *decis.* 1644.
numer. 9.

Præterea est admodum considerabile, quod dicta Cassan-
dra filia quondam Marci Donati. Viri Nobilis post contra-
ctum matrimonium fuit appellata Clarissima, Illustrissi-
ma, & de Familia Emo, & vt talis habita à Consangui-
neis Francisci, & præsertim ab Andrea, & Georgio de Emo
Auo, & Propatruo Aduersariarum Francisci, vt deponunt
testes secundus, tertius, & quartus illam appellando *Amiam*,
† quod nomen (vt explicant ijdem Testes secundum vsum 11
regionis conueniebat legitimæ Vxori eiusdem Francisci il-
lorum Patrui; qui testes licèt ad perpetuam memoriam exa-
minati, aliquod tamen constituunt adminiculum pro legi-
timitatis probatione, † & concurrentibus alijs testibus, 12
alijsque præsumptionibus, de quibus supra, plenè probant
Rot. *decis.* 458. *num.* 2. *par.* 14. *& decis.* 234. *num.* 19. *& seqq.
part.* 10.

Et concludentiùs vtraque simul qualitas tàm filiationis,
quàm legitimitatis visa fuit probari ex sententia per Vica-
rium Patriarchalem lata, declarantem *D. Aloysium Seba-
stianum filium Clarissimi Francisci Emo, & Clarissimæ Cas-
sandræ donatæ sub die vigesima secunda Ianuarij* 1584. *more
Veneto in Ecclesia Sancti Augustini Venetiarum baptizatum
fuisse, & esse filium legitimum, & naturalem eorumdem Cla-
rissimi Domini Francisci, & Clarissimæ Dominæ Cassandræ*
25. *Augusti* 1631. quæ quidem sententia tamquam lata in
ipsa Ciuitate Veneta, in qua cognita erat qualitas Aloy-
sij, & tempore magis proximo eidem matrimonio, opti-
mè comprobat veritatem † facti, & tamquam super sta- 13
tu personæ facit ius quoad omnes, *ad l. ingenuum ff. de
stat. homin.* Merlin. Pignatt. *contr. cap.* 32. *numero primo
& seq. numero vndecimo & capit.* 84. *numero* 23. *& seq.
centur.* 2.

Attenta præsertim promotione eiusdem Aloysij, tàm ad
ordines Clericales, quàm ad Ecclesiasticam Dignitatem
per decretum Vicarij Episcopalis Turcell. Executoris Apo-
stolici ob vacationem Ecclesiæ Patriarchalis Venetæ super
executione dispensationis à bigamia per Aloysium, vt su-
pra contracta, cuius dispensationis vigore absque alia ha-
bilitatione natalium promotus fuit ad Archipresbyteratum
Asulanum Brixien. Diœcesis, † ex quibus concludens re- 14
sultat probatio filiationis, & quidem legitimè. Rot *coram
Caual. decis.* 123. *num.* 11. *& decis.* 234. *num.* 16. *& seq. part.*
10. vbi assumptione ad Episcopatum † fuit dictum suffi- 15
cientèr probari qualitatem legitimæ filiationis etiam ad ef-
fectum succedendi in præiudicium tertij, cum ad ordines,
& dignitates Ecclesiasticas † admitti nequeant illegitimi, 16
sine speciali dispensatione. Rot. *decis.* 317. *numer.* 11. *&
seqq. part.* 10. *recent.* vti irregulares, *capit.* 1. *de filijs Pres-
byterorum*, cum ibi notatis, *& à gloss. defect. natal. cap.
vlt. d. tit.*

Quasquidem probationes tantò magis dicebant Domini
sufficere ad talem legitimam qualitatem concludendam,
quoniam vltra quod agitur de probando facto antiquo, † ad 17
quod probandum leuiores probationes admittuntur. Rot.
decis. 125. *num.* 5. *& seq. & decis.* 246. *num.* 3. *&* 4. *part.* 15.
† vbi tempus sexaginta annorum reputatur antiquum ad 18
hunc effectum.

Maximè quia lis non est super fœdere matrimonij, ne-
que agitur de pronuncianda filiatione principalitèr † sed so- 19
lùm quæritur de hac incidentèr ad effectum successionis in
bonis emphyteuticis, quo casu leuiores probationes pro suf-
ficientibus existimauit Rota *coram Coccin. decis.* 1369. *num.*
10. *& seq. & decis.* 1790. *num* 11. *&* 12. *& decis.* 1823. *num.*
68. vbi de distinctione † inter fœdus matrimonij, & effe- 20
ctum succedendi, *& coram Caual. decis.* 79. *& dec* 142. *vtro-
bique nu.* 1. *& decis.* 255. *num.* 11. *par.* 9. *& decis.* 248. *nu.* 5. *par.*
12. *& decis.* 318. *num.* 4. *par.* 15.

Neque refragatur, quod prædictum matrimonium non
sit annotatum in libro Parochi ad præscriptum Concilij
† Tridentini, quia cum dictum Concilium non sustule- 21
rit alios modos probandi matrimonia, deneganda non est
admissio aliarum probationum, præsertim exuberantium
prout sunt suprapositæ, ne incuria, & negligentia Paro-
chi † alijs valeat præiudicare. Grat. *discept. for. cap.* 553. 22
num. 62. Rota *coram Dunoz. iun. decis.* 896. *num.* 4. *& decis.*
233. *num.* 12. *&* 22. *par.* 10. quod sæpè euenire solet in Ci-
uitate Venetiarum, † vt Parochus omittat describere in 23
suo libro matrimonia, prout apud Peregr. *cons.* 92. *lib.* 2. &

te-

testatus Patrina Venetus *Summ. Francisci numer. 16.*
Et ita dandam esse immissionem Francisco Domini responderunt, etiam omissis alijs huiusmodi rationibus, parum curatis cæteris obiectis pro parte Rearum adductis, & per informantes pro Francisco resolutis in responsionibus, cum quibus Domini concordes, vt supra transierunt.

Vtraque, &c.

Infra sub die 4. Februarij 1678. erit altera in hac eadem causa Decisio coram eodem Eminentissimo D. Taia, quæ suis loco, & tempore apponetur.

R. P. D. T A I A.

posteà S. R. E. Cardinalis

Bononien. Fideicommissi de Malnetijs.

Veneris 2. Aprilis 1677.

A R G V M E N T V M.

Bona cum pacto redimendi primo loco vendita, æque à primis emptoribus, ac ab illius venditore alteri postea vendita sunt; cumque disceptaretur proinde à quibus verè hæc secunda venditio processerit, illam ab omnibus simul factam fuisse deciditur, quia omnes in ea se expresse obligauerant, itaut verba, quæ vel solum consensum priorum emptorum, vel aliquam contrarietatem inducere viderentur, interpretanda sint secundum subiectam materiam, & veram naturam contractus, qui geritur.

S V M M A R I V M.

1 *Venditio secunda quatenus dicatur facta potiùs à solo vendente cum pacto redimendi, vel etiam ab ipsis primis emptoribus simul, num. seqq. & per totam.*
2 *Vendere quis potest bona, alius verò cedere ius, quod in eis habet.*
3 *Vendere aliud est, aliud verò venditioni consentire.*
4 *Consentiens venditioni non tenetur de euictione.*
5 *Venditioni verò, & propriè non conuenit pactum, quod venditor teneatur de dato, & facto suo tantum.*
6 *Venditor de iure, etiam citra pactum, semper tenetur de euictione.*
7 *Emptor secundus qui æquè à venditore rem emit, ac etiam à primis emptoribus illam retrouendere, obligatis, ex quibus dicatur emptionem fecisse ab omnibus, & supra à num. 1.*
8 *Pluralis loquutio de vna tantum persona intelligenda non est.*
9 *Contrarietatem ad euitandam, quomodo verba intelligenda sint.*
10 *Verba semper interpretantur secundum naturam contractus, qui geritur.*
11 *Verba intelliguntur secundum subiectam materiam.*
12 *Dos data à fratre Sorori præsumitur data de bonis ascendentium, non autem de proprijs.*
13 *Frater si non tenebatur dotare, & dotauit, dicitur explere voluisse obligationem suorum maiorum, non autem propriam inducere.*

D E C I S I O XLV.

Auditorursus D. Comites Lutio super decisis 27. Aprilis 1676. DD. steterunt in decisis, vno repugnante, cui (difficultate restricta ad euictionem) videbatur illam deberi ab Antonio venditore Palatij, non à tribus illis primis † emptoribus cum pacto de retrouendendo, vtpotè, quod verba instrumenti denotant primos emptores retrouendidisse Antonio, qui posteà asserens integrum Palatium ad se spectare, & pertinere, vendidit fratribus illis secundis emptoribus, se seque de integra euictione obligauit vsque ad integram pretij restitutionem, prout idem expressit in supplicatione data Pontifici pro obtinenda derogatione fideicommissi, vbi narrauit per prædecessores suos nonnullas apothecas, & habitationes dicti Palatij fuisse venditas cum pacto retrouendendi, & nouos emptores occasione retrouenditionis secutæ, & retrocessionis factæ soluere promisisse prædictis diuersis personis &c. (1 at "primis †" line)

Et quidem cum dicatur in instrumento ad Antonium spectare bona, & iura vendenda, nisi retrouenditio præcessisset, non poterat dici spectare ad Antonium, sed debuit dici spectare ad Emptores primos, † & eos vendere bona, 2
Antonium autem vendere solummodo ius bona retrahendi, sed quia primi Emptores retrouendiderunt Antonio, ideo vendere nequeunt, sed consenserunt venditioni Antonij retroemptoris, † vt aliud est vendere, aliud venditioni consentire, *l. aliud est 120. ff. de reg. iur.* vbi consentiens 3
non tenetur de euictione, vt notat *glos.* Cui congruunt reliqua pacta instrumenti, † nempè solutio à secundis Emptoribus demandata Antonio, vt solueret summas debitas primis Emptoribus, & reportata quietantia ad fauorem 4
† Antonij; Item quod primi Emptores se obligarunt solum, & dumtaxat pro eorum, & cuiuslibet ipsorum dato, † facto, contractu, & obligatione, non autem vltra, nec alio modo &c. quæ non conueniunt bonorum venditioni, & venditori, † qui de iure citra pactum semper tenetur de omni euictione *l. 6. C. de euict.* Couar. *var. res. 17. ab init. lib. 3.* de qua se Antonius venditor specialiter obligauit, demum pactum resolutiuum, quo in euentum non obtentæ intra certum tempus derogationis fideicommissi, omnia censerentur resoluta, dominium retro translatum, & iura retrocessa Antonio non primis Emptoribus, quibus debebatur emptione, & venditione resoluta, si fuisset contracta cum illis. 5 6 7

Alij tamen DD. steterunt in decisis; quia benè perpenso instrumento † venditionis, dixerunt apertè constare secundos Emptores emisse non tantum ab Antonio, sed etiam à prioribus Emptoribus, vt etiam his antea nominatis pro quocumque eorum iure, & interesse dederunt, vendiderunt, & tradiderunt, & quilibet ipsorum etiam nominibus respectiuè prædictis pro quocumque eorum, & cuiuslibet ipsorum iure, & interesse dedit, vendidit, & tradidit &c. & ibi: Omni meliori modo per se, & cuiuslibet ipsorum hæredes, & successores dederunt, cesserunt, transtulerunt, & mandarunt, & quilibet ipsorum pro quocumque eius respectiuè iure, & interesse dedit, † cessit, transtulit, & mandauit eisdem Emptoribus; quæ plurali numero concepta non possunt intelligi de solo Antonio. 8 9

Et verè Antonium non retroemisse à primis Emptoribus (dicebant) apparere manifestè ex ipsius renunciatione iuri redimendi in hac secunda venditione; ibi, & successiuè dictus Antonius sponte vt supra, quatenus opus sit, & ad abundantiorem cautelam renunciauit, & renunciat ad fauorem emptorum, & ijsdem præsentibus, & vt supra stipulantibus, & acceptantibus omnibus, & quibuscumque pactis de francando positis in dictis omnibus, vt supra memoratis instrumentis.

Placuit etiam, quod respondebatur ab informantibus pro reis contra suppositam demandatam solutionem ab Antonio Galeatio secundis Emptoribus, vt soluerent summas debitas primis Emptoribus cum reportatione quietantiæ ad fauorem ipsius Antonij Galeatij demandantis; quia vnica tantum summa lib. 767. 3. soluta fuit de mandato Antonij Galeatij Maffeio, non quidem pro pretio apothecæ, quam retrouendidit, sed expressè pro quibusdam meliorationibus factis in apotheca cessis, & venditis respectiuè, quæ cum cedere debuissent Antonio Galeatio vna cum apotheca in casum retrouenditionis, propterea secundi Emptores volentes sibi consulere, & iustum illorum valorem soluere, præuia approbatione, & mandato ipsius Antonij Galeatij pecuniam numerarunt, & ad vtriusque fauorem quietationem receperunt.

Cæterum quietatio, quæ legitur facta ab alijs prioribus emptoribus in actu receptionis pecuniæ, tàm ad fauorem secundorum Emptorum, quàm Antonij Galeatij, videtur ad cautelam factam, vel refertur ad alia iura enunciata in instrumento ex ijs verbis absoluit, & plenissimè liberauit ab omni eo, & toto, quod tàm occasione dicti instrumenti acquisitionis factæ per ipsum Emilium à dicto Antonio Galeatio, & contentorum in eo, quam administrationis bonorum receptionis pecuniarum, ac pensionum, & intentionem ipsius Antonij Galeatij, & ea quacumque ratione, vel causa faciendam eis finem, remissionem, quietantiam &c.

Hinc alias clausulas, & verba instrumenti examinara pro

10 pro alia parte, † quatenus inferre possent aliquam contrarietatem intelligenda sunt secundum naturam contractus, qui geritur Rota *coram Ludouic. decis. 320. nu. 8.* & secundum
11 subiectam materiam, † sicut tradit S. C. (inquit) Rot. *coram Dunoz. Iun. decis. 419. num. 26.*

Quoad dotem Isabellæ promissam à fratribus DD. cen-
12 suerunt subsistere fundamenta decisionis, † quæ expenditur, & cum nullibi legatum eos dotasse de proprijs bonis, in conflictu plurium coniecturarum hinc inde deductarum verisimilium, quod dotauerint de bonis ascendentium,
13 explendò illorum obligationem, † quam de proprijs substantijs nulla concurrente obligatione Rota *coram Merlino decis. 32. num. 5. & coram Zarate decis. 83. num. 23.* cum allegatis.

Et ita Vtraque &c.

R. P. D. TAIA.

Posteà S. R. E. Cardinali.

Bononien. Fideicommissi de Maluetijs.

Veneris 2. Aprilis 1677.

ARGVMENTVM.

Occasione venditionis, quæ videbatur facta ad corpus, non ad mensuram, disceptatum est de relatione periti, qui æstimauit bona vendita, & licet ille dixerit, ea non aliter mensurasse, attamen quia retulit singula petia terræ considerasse, æstimatio, ac etiam venditio legitimæ visæ sunt, attenta præsertim dictione, *in circa* in eadem venditione apposita, quæ quantitatis incertitudinem denotat, & ideo, siue numerus decrescat, siue etiam augeatur, adhuc substinetur venditio, modo tamen defectus in maxima quantitate non sit.

SVMMARIVM.

1 *Peritus pro declaratione æstimationis examinatus, quatenus concludat, & num. seqq.*
2 *Venditio intelligitur facta ad corpus, non autem ad mensuram, si incipiat à corpore.*
3 *Venditio rei certis finibus designatæ facta vnico pretio, dicitur ad corpus, si post designationem finium, expressus sit numerus bubulcarum.*
4 *Dictio* in circa, *certam, & determinatam quantitatem excludit.*
5 *Dictio* in circa *quam quantitatem, siue supra, siue infra pretium expressum importet, remittitur arbitrio iudicis, & num. seqq.*
6 *Contractus factus cum dictione* in circa *substinetur, etiam si decima illius portio deficiat.*
7 *Venditor sicuti per dictionem* in circa *reclamari non potest de excessu, ita nec emptor de recessu.*
8 *Imputari sibi debent partes, si aliquid certè voluerunt exprimere, nec quoad veram mensuram stipulari contractum.*
9 *Æstimatio periti quando dicatur pendere à quantitate.*
10 *Æstimationem, vel mensuram qui concludere vult, quomodo debeat suam relationem referre.*
11 *Peritus, & æstimator vt validè æstimare possit, debet pernecesse scire quantitatem, & latitudinem rei æstimatæ.*
12 *Venditio aliud est, aliud verò æstimatio rei venditæ, quia hæc à quantitate dependet.*
13 *in Venditionibus non proceditur cum rigore æstimationis.*
14 *Vnusquisque est rei suæ moderator, & arbiter.*
15 *Venditor potest sibi imponere legem quam vult.*
16 *Dictio* In circa *excusat quidem à modico defectu, non autem magno.*

DECISIO XLVI.

AVdito rursus D. Comite Lutio super decisis 13. Maij 1675. DD. steterunt in decisis, vno repugnante, cui recedendum videbatur, vel saltem reformanda decisio, quia tertius Peritus auctoritate Rotæ examinatus
1 pro statuendo statu hæreditatis, † declarauit æstimasse ad corpus, non ad mensuram, tam in relatione. Vna Possessione diuisa in tre Pezze di terra di sementa corbe 34. *certo quidem hoc numero sementis confinatum &c.* Biolche 124. la seconda pezza &c. confina &c. Biolche 14. e compreseui le sudette, e Biolche 150. vnite in circa, veduta, e considerata tutta la detta possessione col Prato, dico essere del commune prezzo, e valore di lire 24750. *quàm in declaratione in examine*: Io non misurai tutti quelli corpi de beni, e loro Edifitij all'hora quando c'andai per far la mia relatione come terzo Perito; ma feci le mie osseruationi necessarie spalleggiando per detti beni, Io feci l'osseruatione di detti beni circa la qualità del Terreno à corpo per corpo, feci poi le stime à corpo per corpo &c. Io non hò tenuto altra norma in far detta relatione, se non quella, che v'ho detto.

Ex quibus cum explicatio incipiat à corpore, † non à 2
mensura ad corpus intelligitur facta venditio Mantic. *de tacit. & ambig. conu. tit. 17. num. 12. lib. 4.* præcipuè, quod venditio huius fundi, † certis finibus designata, facta est vni- 3
co pretio, & post fines designatos expressus est numerus mensuræ Bubulcarum 124. &c. Mantic. *d. tit. 17. nu. 15.* Rot. *coram Ludouic dec. 104. num. 2. 3. & 4. & decis. 128. num. 2.* Imo non fuit expressus certus numerus Bubulcarum, sed cum dictione *in circa*, quæ excludit certam, † & determi- 4
natam quantitatem Barbos. *dict. 154. num. 6.*

Et obseruando illam dictionem *in circa*, quæ modicam quantitatem, siuè supra, siuè infra quantitatem expressam designat, cum remittatur arbitrio Iudicis pro negotij qualitate, & quantitate, † & soleat, siuè decima pars defi- 5
ciat, † siuè excedat, virtute illius dictionis, In circa, con- 6
tractus sustineri Barbos. *d. dict. 154. nu. 3.* Rot. *coram Ludou. d. decis. 128. num. 5 & 6. & decis. 415. num. 9. part. 13.* Sanè si decem Bubulchæ in circa sunt nouem, 280 cum dictione in circa erunt 252. & ideò sunt plures quam Bubulchæ 260. mensuratæ, sicut Comes Lutius in excessu mensuræ si essent Bubulchæ 308. non posset † reclamare, propter illam 7
dictionem de excessu super Bubulchis 280. ita nec altera in recessu vsque ad 252. & multo minus, vsque ad 260. Barbos. *d. dict. 154. sub num. 4.* Rota *coram Burat. decis. 722. num. 3. & d. decis. 415. nu. 9.* Et propterea imputent sibi Partes, † quæ 8
noluerunt aliquid certè quoad mensuram stipulari, vt inquit Rot. *d. decis. 128. nu. 6. vers. & propterea.*

Aliud visum est alijs DD. ad verba tertij Periti descripta in Summariolo, videlicet, feci le mie considerationi à Biolca, † per Biolca, dalla quale consideratione si regola 9
poi tutto il valore di tutto il corpo, adeoque æstimatio pendet à quantitate ex allegatis, & deductis in decisione, quæ expenditur §. *fin. & quidem*, qui mensuram aliquam, vel alicuius rei probari voluerit, tunc † concludere diceretur, 10
si interrogatus, vt dicat determinatè, quot pedum sit longitudo talis rei, responderit, vt puta decem, adducens causam suæ scientiæ, quia vidit, † & mensurauit &c. qui ex 11
Bartolo retulit Mascard. *concl. 1044. num. 174.* adeoque pernecesse debet Peritus æstimator scire quantitatem, & latitudinem rei æstimatæ, vt possit validè æstimare.

Et aduertimus hodie, quod non sumus in venditione,
† in qua loquuntur DD. allegati à Domino discordante, 12
sed in æstimatione, quæ vt dictum est à quantitate dependet, & dictio *in circa* apposita multis ex dictis petijs Terræ, non excusat; † Quia etiam in venditionibus, in quibus 13
non proceditur cum rigore æstimationis; etenim vnusquisque venditor est rei suæ moderator, † & arbiter, & potest 14
sibi imponere † legem, quam vult, & ideo huiusmodi 15
dictio excusat quidem à modico defectu, † non autem à 16
magno Rot. *decis. 93. nu. 8. par. 9.* & est etiam Bich. *decis. 93. n. 9. & 10. cum alleg.*

Et ita vtraque parte informante resolutum fuit.

Supra in alio præcedenti tomo 2. partis 18. adest altera præsentis causæ decisio, quæ ibi est in ordine 317.

R. P. D. RONDININO.

Cracouien. Decimarum super manutentione.

Veneris 2. Aprilis 1677.

ARGVMENTVM.

Decimandi quasi possessio monasterij probata erat ex pluribus, & ideo illi manutentio con-

conceditur, non obstante confessione sui procuratoris contraria, quia apparebat erronea, & ideo benè potuit ab eodem monasterio reuocari, propter quod eidem monasterio præiudicare non debet, quamuis iudicialiter facta sit.

S V M M A R I V M.

1 *Manutentio in quasi possessione exigendi, docto de eadem quasi possessione conceditur.*
2 *Quasi possessio exigendi ex quibus dicatur concludenter probata.*
3 *Confessio procuratoris monasterij dicitur erronea, si ex alijs pluribus constat de contrario, & ideo ipsi monasterio non nocet.*
4 *Monasterium potest reuocare confessionem sui procuratoris erroneam, quamuis illa sit iudicialis.*
5 *Scriptura priuata non producta, neque recognita nihil probato.*
6 *Recognitio, ac etiam iudicialis productio requiritur pro legalitate scripturæ priuatæ.*
7 *Confessio erronea, procuratoris non nocet, sed à principali reuocari potest, & suprà nu. 3. & 4.*
8 *Probationes leuiores sufficiunt in iudicio manutentionis.*

D E C I S I O XLVII.

MAnutentionem in quasi possessione exigendi decimas Villarum Poiolæ Borou, & Siabosnuicæ, ac Mierzauæ Monasterio Andreouiensi competere iterum Domini dixerunt iuxta rationes deductas in præcedentibus huius causæ decisionibus super hoc articulo retinendæ possessionis * vigesima sexta Iunij 1675. & vigesima secunda Iunij 1676. coram me.

1 * Doctum nempe fuit † de quasi possessione exigendi
non solum ex Libris Monasterij, sed ex publicis instrumentis Excommunicationibus, Decretis, Censuris com-
2 minaris, contra non soluentes, sententijs, † alijsque in
3 præsentis causæ propositionibus abundè deductis, † ex quibus apparet erronea confessio Procuratoris Monasterij, qui iudicialiter asseruit Præpositum, seu Parochum Kracreacien. per quatuordecim annos exegisse Decimas Villarum
4 PotoK, & Borou, † quæ ideo ab ipso Monasterio reuocata fuit, cum vsque ad annum 1669. constet de exactionibus; vnico tantum anno illis desituro, vt in præcedentibus decisionibus, in quibus habitæ non fuerunt in consideratione assertæ quietantiæ, vt dicebantur factæ per Præpositum antecessorem diuersis possessoribus de decimis
5 sibi † solutis, quia non fuerunt in prima, nec in secunda, neque in ista tertia instantia, tertiaque proposi-
6 tione productæ, neque recognitæ, † cum vtrumque in scriptura, præcipuè priuata requiratur; adeo vt confessio
7 erronea, & retractata, † monasterio non præiudicet *l. in confessionibus decima quarta ff. de interrogator. action. Postbius de manutentione obseruatione 67. numer. 47. Fusarius consil. 169 num 136.* Rota *recent. par. 4. decisione 268. sub num. 2. & coram Cavillo decisione 190. num. 12.*
8 In hoc præsertim iudicio † in quo leuiores probationes sufficiunt Rota *coram Cardinali Seraphin. decisione 624. numero 5. & apud Postbium de manutentione decis. 51. numero 1. decis. 547. numero 2. & decis. 626. illo eodem numero cum similibus.*

Et ità Monasterio tantum informante, & Parocho citato responsum fuit.

Alia sequens Decisio emanauit in hac eadem causa, cuius in calce cœteræ plurimæ concordantes notatæ sunt, & ideò hic fuerunt omissæ, & ad eas recurrito.

R. P. D. R O N D I N I N O.

Cracouien. Decimarum super bono iure.

Veneris 2. Aprilis 1677.

A R G V M E N T V M.

Pertinentia decimarum tractatur, eaque ad donatarium ex pluribus antiquis donationibus probari sæpiùs in hac Causa fuit decisum, non obstante exceptione nouiter adducta superadditionis vnius nominis pro alio casso, & abraso, quia hæc rasura, & superadditio probata non erat, prout ad hunc effectum, tamquam criminosa concludenter probari debuisset, itaut potiùs vitio Scriptoris, & errori nominis, quàm falsitatis delicto attribuenda sit.

S V M M A R I V M.

1 *Decimarum pertinentia ad Monasterium, vel Ecclesiam non parochialem, ex quibus dicatur concludenter probata.*
2 *Historicis fides adhibetur, etiam super pertinentia decimarum.*
3 *Decimæ ex causa legitima possunt ad alium spectare, quàm Parochum.*
4 *Possessio vel quasi centenaria, & adminiculata dicitur titulata.*
5 *Falsitas sapit delictum, & ideo probari debet concludenter. & num. 6.*
7 *Delictum, ea, quæ tendunt ad illud, habent iuris præsumptionem contra se, & ideò concludentem probationem requirunt. & num. 6.*
8 *Varietas transcriptionis vnius idiomatis in aliud ex quibus excludatur.*
9 *Nominis errorem quandoque Rota non attendit.*

D E C I S I O LXVIII.

TErtia vice ponderatis rationibus, quibus Parochus, siue Præpositus Krzezecicen. contendebat decimas Villarum, Potoh, Borou, Siabosouice, & Mierraua sibi deberi, adhuc Monasterio Andreouien. Ordinis Cistercien. debitas esse iterum Domini responderunt, approbando fundamenta decisionum istius Causæ 26. * Iunij. 1675. & 22. Iunij. 1676. coram me.

Deducebatur bonum ius Monasterij Andreouien. super iure decimandi in Villis controuersis ex donationibus sibi factis a Ioanne Archiepiscopo Gnesnen. & ab alij Episcopis Cracouien. † ex longa quasi possessione exigendi 1
non solum ex libris ipsius Monasterij, sed ex pluribus Instrumentis, Decretis, actibus iudiciarij, † & testimonio 2
trium Historicorum Polonorum plenius comprobata, ex libris ipsius publicis Beneficiatorum Diœc. Cracouien. ac retaxationum Decimarum in illius Archiuio Cathedralis existen. ex depositionibus quatuor testium octogenariorum, ac demum ex monitionibus, & censuris pro istarum decimarum solutione publicatis ad instantiam Monasterij etiam in ipsa Ecclesia Parochiali, seù Præpositi Krzezecicen. ex quibus insurgit competentia iuris ipsius decimandi fauore Monasterij † ad exclusionem Parochi tam 3
ex donationibus Episcoporum, ad literam Text. *in Clementina prima* ibi: Ad eos aliqua ex causa legitima non spectantes, *de decim.* vbi *Vitalin. num. 71. Card. in Clementina prima sub num. 7. de iurepatronat. Rebuf. de congr. n. 108.* Rot. *rec. par. 11. decis. 316. sub num. 7. & sequen. & par. 12. decis. 216 n. 3. & dec. 315. nu. 1. & sequen. & par. 13. decis. 193. num. 5.* quàm ex possessione plusquam centenaria exigendi, tot actibus adminiculata, † & vt inquiunt titulata, ad text. *in cap. cum* 4
in tua 30. de decim. Gabr. comm. concl. de præscript. concl. 1. nu. 44. Rot. *recent. par. 11. decis. 101. n. 3. & in Gnesnen. decimarum 3. Iulij 1673. §. fin. coram R. P. D. meo Emerix*, cum alijs latè congestis in decisionibus huius Causæ 26. *Iunij* 1675. & 22. *Iunij* 1676. *coram me*.

Neque videbatur attendenda exceptio occasione nouæ Audientiæ opposita ex parte Præpositi, quoad inferiorem partem Villæ PotoK, quæ dicebatur distincta à Superiori, occupata ab hæreticis militibus, & illorum Colonis, quia, vt dictum est in præteritis Causæ decisionibus, & clarius hodie comprobatum fuit, comprehensio illius partis inferioris, quæ nunc possidetur à nobilibus, colligitur ex litera donationis generalites Villas ipsas tribuentis, sed clariùs ex ipsis exactionibus respectu istius inferioris partis, quæ ex causa permutationis anno 1532. à Monasterio, ad nobiles & milites transiuit cum supposito, quod ad ipsum Monasterium inferior pars ipsa spectaret, vt ex scriptura permutationis compulsata, ac ex ipsius instrumento originali hodie per extensum exhibito,

& In tribus locis de hac inferiori parte loquento, in qua nulla apparet rasura, vel abrasio literarum, vt opponebatur ex parte Præpositi, affirmando dictionem superioris, in inferioris Villæ commutatam fuisset, quin potiùs ex alijs iuribus patenter exhibitis apparent acta instrumenta, & solutiones loquentes de possessione ex exactione decimarum dictæ inferioris partis Villæ PocoK contiguæ superiori parti; habenti agros permixtos cum inferiori, vt hodie deductum fuit ex depositione testium, itaut
5 vndique erronea detegatur obiecta falsitas, † quæ ta-
6 mencum † sapiat delictum, debuisset probari concludenter
7 ter † ob aduersam iuris præsumptionem, de qua alijs adductis Rota *coram Pæmia decis. 942. num. 2. & 3. & in recent. par. 13. decis. 166. num. 15.*

Quod autem medietas decimæ Villæ Borou spectaret ad Parochum, non benè deducebatur ex libris Beneficiatorum productis, vt dicebatur in processu prioris instantiæ, quia nunquam id iustificatum fuit, prout è conuerso benè iustificauit Monasterium, Donationem Villæ Mierzaua sibi factam à Ioanne Archiepiscopo Gnesnen. non quidem ex priori instrumento donationis anno 1145. aut secundo, sed ex diuerso instrumento tertiæ donationis, vt in Summario Monasterij vltimæ Positionis *numer. 1. litera B.* desumpto ex processu decimarum Mierzaua fol. 23. prout pariter continetur in renouatione dictarum donationum per B. Vincentium, iunctis alijs considerationibus, quæ in præteritis decisionibus deductæ fuerunt, in quibus pariter satisfactum fuit, quoad Villam Slabosouice, circa quam etsi in scribendo latino ipsius nomine, idiomate Polonorum respondenti adfuerit
8 in Scribis varietas aliqua, † de hac tamen Villa Slabosouice, non autem de quadam alia Colosicce, vt insinuabatur pro parte Præpositi, apparet intellexisse ex Apostolica confirmatione Adriani IV. ex libris Beneficiorum, & retaxationum, ex obseruantia ipsa exigendi, atque ex alijs deductis in decisionibus Causæ, quemadmodum similem
9 errorem † nominis in non dissimili articulo posthabuit Rota *in Cracouien Decimarum in recent. par. 11. d. decis. 316. sub nu. 5. & 6.* & alijs decisionibus huius Causæ.

Et ita Monasterio informante, & Proposito monito, Domini responderunt.

Plurimæ decisiones in hac Causa factæ sunt, quæ omnes adnotatæ fuerant in calce alterius decis. 649. præcedentis part. 18. to. 2. Alia verò, immediatè præcedens, etiam in ipsa eadem Causa emenauit.

REVERENDISS. D. ALBERGATO.
Sacræ Rotæ Decano.

Romana pensionis Domus in Ghetto.

Veneris 2. Aprilis 1677.

A R G V M E N T V M.

Cogitur Vniuersitas Hebræorum ad solutionem pensionum domorum in Ghetto, quæ ab Hebræis conductoribus derelictæ sunt, etiam pro augumento pensionis per nouam superædificationem a Domino Locatore facta, de consensu ipsius inquilini; hinc plurima de illorum habitatione deducuntur, de iure, quod ipsi habent, & vocant Gazzaga super domibus Christianorum, & demum super explicatione Constitutionum de ipsis, eorumque iuribus disponentibus.

S V M M A R I V M.

1 *Hebræi antiquitus in Vrbe vsque & de tempore Imperij Augusti, habitabant in Regione Transtyberim.*
2 *Hebræi à Summis Pontificibus in Vrbe translati sunt ad habitandum citrà flumen Tyberis, & certo ambitu reclusi.*
3 *Hebræi proprias domos in Vrbe possidere prohibentur.*
4 *Hebræi domos Christianorum in Vrbe, & intra eorum septa ædificatas tenentur conducere.*
5 *Domini, & locatores domorum Hebræorum illis pensiones augere non possunt, nisi quatenus eas proprij sumptibus notabiliter meliorauerint. & num. 9.*
6 *Ius Gazzaga apud Hebræos habetur pro re stabili, & inuiolabile nuncupatur.*
7 *Ius Gazzaga licèt antiquum, non tamen reperitur concessum, vel de eo aliquid dispositum in Pentateucho Moysis.*
8 *Hebræorum Vniuersitas tenetur ad solutionem pensionis domorum in Ghetto, quæ in dies remanent dislocatæ. & nu. 13.*
9 *Hebræi in alio loco, quàm in Ghetto habitare non possunt.*
10 *Hebræis sicuti pensiones augeri non debent, ita ferendum non est, quod Domini domorum illas minuere cogantur.*
11 *Constitutio* Clementis VIII. *quamuis prohibeat pensiones domorum Hebræis augeri non posse, præbet tamen illis licentiam ædificandi cum licentia Domini.*
Amplia quia concedit etiam facultatem eisdem Dominis, proprijs sumptibus ædificantibus, augere pensiones pro rata noui ædificij. ibidem, & num. 12. & 34.
13 *Hebræorum Vniuersitas tenetur soluere pensiones domorum Ghetto eo modo, & in ea quantitate, quæ soluebantur ab Hebræis inquilinis.*
14 *Decretum* irritans, & *clausula* sublata, *claudit os parti, & iudici, non obtenta prius oris aperitione. & numer. seq.*
15 *Clausula* sublata, & *decretum* irritans *tollunt facultatem aliter iudicandi. & nu. 14.*
16 *Verbum* solitum, *refertur, & intelligitur iuxtà tempus, cui adijcitur.*
17 *Qualitas adiecta verbo exequtiuo attenditur, & verificari debet de tempore, quo locum habet exequutio ipsius verbi.*
18 *Constit.* Alexandri VII. *super eo, quod Vniuersitas Hebræorum teneatur ad solutionem pensionis domorum dislocatarum in Ghetto traditur, & declaratur sup. à nu. 7.*
19 *Dictionis* nunc, & *dictionis* quandocumque *natura explicatur.*
20 *Qualitas Legis seu Constitutioni adiecta, aut ab ipsis expressa quatenus in futurum procedat. & num. 21.*
21 *Legis, seu Constitutionis qualitas verificari debet de tempore, quo verificatur ipsa lex, seu Constitutio. & sup. nu. 20.*
22 *in Conditionibus attenditur tempus, quo verificatur, & adimpletur conditio.*
23 *Locatores domorum in Ghetto non debent esse melioris conditionis Locatorum domorum in Vrbe, & quando hoc argumentum attendatur.*
24 *Locatores domorum in Ghetto possunt illas meliorare, & propter melioramenta pensionem augere, sup. numero 11.*
25 *Lege quod permittente fit, rectè fieri dicitur.*
26 *Iure suo qui vtitur, nemini facit iniuriam.*
27 *Protestatio omni iure destituta, nec aliquod prohibere potest, nec aliud præiudicium inferre.*

D E C I S I O XLIX.

IVdæos, † qui olim in Regione Transtyberim vsque 1
ab Imperio Augusti degebant, vt ex Martial. *epigr. 35.*
lib. 1. refert *Baron. tom. 1. Annal. in appar. numer. 29.* à Sum-
mis Pontificibus † fuisse citrà Tyberim translatos, & 2
certo ambitu reclusos aduertit Ricciull. *de iure person. lib. 2.*
cap. 41. num. 4. propterea cum ipsi † proprias Domos pos- 3
sidere prohibeantur à *sa. me. Paulo IV. Constit. 3.* de qua
Rota *decis. 125 parte 14. recent.* coguntur domos Christiano-
rum † intrà eorum septa ædificatas conducere; ideò ne Do- 4
mini illarum coactos istos habitatores; augendo pensio-
nes præmerent, sa. memor. Clemens VIII. in quadam
eius Constitutione impress. per Cherubin. *in compend. Bullar.*
to. 3. ad Constit. 65. eiusdem Pontif. schol. 2. † statuit de cætero 5
pensiones augeri non posse, nisi in euentum, in quem à
Domino notabiliter domus proprio ære aucta fuisset, minus-
que expelli posse ab ædibus conductis, quod Ius Inqui-
linatus apud ipsos habetur pro re stabili, & inuiolabili, 6
nuncupatur Gazzaga, Rota *in Romana Datij 21. Iunij 1661.*
coram Reuerendissimo Alexandrino, quod licèt antiquum,
non tamen de eo aliquid reperitur dispositum in Pentateu-
cho, † vt reprobata sententia Rabinorum, qui illud excer- 7
pere conantur ex illis verbis: Maledictus, *qui transfert ter-*
minum proximi sui, de quibus in *Deuteron. c. 27* sequendo *Liran.*

& To-

& Tostat. & auctoritatem Rotæ *in Romana Prælationis cor.*
Ottembergo notat Ricciull. *de iur. person. libro* 2. *cap.* 57. *num.*
1. *&* 2.

Indè agnoscentibus Hebræis, nonnisi ipsis domus in
eorum Claustro sitas posse locari, cœperunt nonnulli il-
las studiosè derelinquere, facta inter ipsos prohibitione,
quod nemo eas conduceret; vnde oriebatur, quod Do-
minus post diuturnam dislocationem, nè totum amitte-
ret, cogebatur pro omni reperibili, licet exigua pensione,
illas locare, quod absurdum prouidè considerans san.me.
Alexander VII. ad retundendam Iudæorum malitiam,
8 statuit in eius Constit. 54. *Bullar. nou. tom.* 6. † Vniuersita-
tem Hebræorum teneri ad solitas pensiones domorum,
quæ in dies dislocatæ remanserint, quemadmodum enim
9 Hebræis pensiones augeri non possunt, † quia in alio
10 loco eis non permittitur habitare, † ita quoque ferendum
non est, quod Domini domorum pensiones minuere per in-
directum compellantur, ex eo quia habitare prohibebatur
Christianis, iuxtà Text *in can. nullus* 28 *qu.* 1. *Merquaed.*
de Iudæis parte 1. *cap.* 3. & statuit *dicta Constitut. Pauli IV.* §.
primo Ricciull. *d. cap* 41. *nu.* 2. *lib.* 2.

Cum igitur DD. Fratres de Vecchiarellis quandam eo-
rum domum sitam intra Claustrum, & locari solitam pro
annuis scutis 26. 95. ad petitionem Crescentij, & Raphae-
lis de Monte Conductorum eleuauerint, superædificantes
nouas mansiones, aliaque ad commodiorem vsum confi-
cientes; itaut pensio propter melioramenta cum Condu-
ctoribus æstimata increuerit vsque ad scuta 83. 18. quæ loca-
tores reduxerunt ad scuta 76. dummodo tamen ijdem Con-
ductores non essent morosi in solutione, & in casum moræ,
ad integram summam scutorum 83. 18. tenerentur; sed cum
inquilini à domo recesserint, eaque proindè Conductore
destituta, egerunt Patroni contra Vniuersitatem pro solu-
tione pensionum ad formam Constitutionis Alexandrinæ,
& emanauit illius fauore sententia absolutoria; à qua com-
missa causa appellationis in Rota, datoque dubio: An,
& quæ pensio debeatur, & Causa ter proposita, votanti-
bus omnibus Domini, fuit ab eorum maiori parte resolu-
tum, Vniuersitatem teneri ad vltimam pensionem à die
tamen motæ litis.

Quamuis enim *Constitutio Clementis VIII* vetet pensiones
11 domorum Ghetti † augeri, nihilominus Hebræis dat fa-
cultatem ædificandi cum licentia Domini, vt meminit
Rota *in Romana super ædificat.* 1. *Iulij* 1672. *&* 3. *Martij* 1673.
coram R. P. D. meo Rondinino, ac etiam indulget Dominis,
12 † quod in casum notabilis, ac euidentis melioramenti pro-
prijs sumptibus facti ab ipsis Dominis pro rata expensa-
rum pensiones ad quantitatem tot pro centenario, & an-
no; quæ declarabitur, augere valeant, indè sequitur Fra-
tres de Vecchiarellis iure potuisse ædificare, maximè de
hoc à Conductoribus requisiti, & sic pensio aucta in quan-
titate scutorum 76. propter melioramenta solui debebat
à Crescentio, & Raphaele Inquilinis, non solum vigo-
re Bullæ Clementinæ, sed etiam vigore obligationis Ca-
13 meralis, sub qua illi se obligauerant, † eodem modo in
eadem quantitate soluenda venit ab Vniuersitate, quæ
in casu dislocationis successit, & obligata fuit ad pensio-
nes loco Inquilinorum, iuxtà supra relatam *Constitutio-*
nem Alexandrinam, quæ facit ius, iuxtà text. *in can. si Pa-*
pa 40. *dist. & in* §. *sed quod Princip. instit. de iur. nat. gent.*
& ciuil. cum sit munita decreto *irritanti*, & clausula *sublata*,
14 † quæ claudit os Parti, & Iudici non obtenta oris apertione,
15 Rot. *decis.* 180. *num.* 1. *par.* 2. *rec.* † & tollit facultatem
aliter iudicandi, Paris. *consil.* 38. *num.* 7. *lib.* 4. latè Barbos. *claus.*
175. *numer.* 3. Rota *decis.* 261. *numer.* 15. *&* 16. *coram Bichio*.

Nec obstat, quod in literis Apostolicis *Alexandri VIII.*
obligetur Vniuersitas dumtaxat ad solitas pensiones, quæ
cum in hoc casu ante melioramenta essent scut. 26. 95.
inferebat eadem Vniuersitas se non teneri nisi ad istam
summam, non autem ad aliam scutorum 76. de recenti
16 constitutam, & auctam; † quia fuit animaduersum illam
qualitatem soliti referri ad tempus dislocationis, vt pa-
17 tet ibi: *pro tempore, quo illæ non erunt locatæ*: † quali-
tas enim adiecta verbo executiuo, attendi, & verificari
debet de tempore, quo locum habet executio ipsius verbi,
l. in delictis §. *extraneus ff. de noxal. act. l.* 2. *&* 3. *ff. de aur. &*
arg. legat. Coccin *decis.* 514. *num.* 7.

Quod etiam comprobatur aduertendo, quod Ponti-
fex non se restrinxit ad solitum, sed vltrà progressus est,
obligando Vniuersitatem ad solitas pensiones, perindè ac
18 si domus particularibus Iudæis locatæ essent, † vndè
collligitur ipsum pro solitis pensionibus intellexisse illas,
quas Inquilini soluebant de tempore discessus a domo,
& patet, quia Constitutio respicit tam domos, quæ actua-
liter de tempore eius datæ erant illocatæ, vt liquet ex
aduerbio, *nunc*, † quàm etiam illas, quæ potentiali- 19
ter in futurum dislocari poterant, vt ex alio aduerbio,
quandocumque; nam quoties Lex, seù Constitutio habet
tractum successiuum, & perpetuum pro futuris tempori-
bus, † toties qualitas ei adiecta, seù per ipsam expressa 20
intelligitur de casu in posterum eueniente, Roland. *cons.* 39.
num. 54. *lib.* 4. Surd. *consil.* 435. *sub nu.* 2. Rota *coram* Rembol-
do *decis.* 20. *numer* 1. quia † tunc illa dicitur effectum suum 21
sortiri, vt in similibus terminis Surd. *d. consil.* 335. *sub num.*
21. Rota *decis.* 10. *num.* 2. *de concess. Præbend. in antiqu. & d.*
decis. 20. *num.* 4. *&* 5. *& coram* Remboldo; Idque faciliùs,
quia dicta Constitutio continet tacitam conditionem, si do-
mus dislocatæ remanserint. Et ideò attendenda est quanti-
tas pensionis, quæ tempore dislocationis solui consueuerat,
cum in conditionibus † attendatur tempus, quo conditio ve- 22
rificatur, Oldrad *cons.* 168. *sub num.* 2. Rota *d. decis.* 10. *sub*
num. 4. *de concess. præben. in antiqu.*

Minus visum est considerabile absurdum, quod si Do-
minis domorum exiſtentium in Ghetto sub prætextu re-
fectionis liceret ad libitum illas ampliare, possent illi re-
ducendo eas in diuersam maiorem structuram, & conse-
quenter augere notabiliter pensiones, & sic pecunias col-
locare in tuto, & certo reddito longè meliori, quàm in reli-
quis domibus Ciuitatis, † quæ in dies experientia docet 23
subesse dislocationibus, & aliquando etiam amissioni pen-
sionem, si contingat Inquilinos aufugere, vel non esse sol-
uendo, vt ratiocinatur *R. P. Domino de Luca de locat. & con-*
duct. discurs. 33. quod esse in magnum præiudicium Vniuer-
sitatis, quæ obligaretur ad pensiones nouorum ædificiorum,
quę dicta de causa ita augeri possent vltra necessitatem,
& numerum habitantium, vt dari posset casus, quod
plures essent domus, quàm Incolæ, quia fuit responsum
in hoc nullum posse dari absurdum, † cum liceat Domi- 24
nis meliorare, & propter melioramenta pensiones auge-
re, vt disponit *Constitutio Clementis VIII.* quod enim fit le-
ge permittente, † rectè fieri dicitur, & qui vtitur iure suo 25
† nemini facit iniuriam, *l. quis sit fugitiuus* §. *apud Labeonem* 26
ff. de ædilict. edict. Barbos. *axiom.* 136. *num.* 52.

Et hinc exclusa remanet nedum allegata collusio locato-
rum cum Inquilinis, sed etiam euanescit protestatio, &
prohibitio non ædificandi facta ad instantiam Vniuersitatis,
† quæ tamquam omni iure destituta, non poterat prohibe- 27
re, Franc. *de protest. consid.* 8. *num.* 2. *& seqq. & consid.* 57.
num. 2. Rota *decis.* 221. *nu.* 4 *coram Cardin. Seraphino*, nec au-
ferre facultatem ædificandi competentem tam ex iure com-
muni, quàm ex iure specialis Constitutionis Clementinæ,
† cui Alexander Septimus in nihilo derogauit. 28

Et ita, vtraque Parte informante, resolutum fuit.

R. P. D. EMERIX.

Foroliuien Muri.

Veneris 2. *Aprilis* 1677.

ARGVMENTVM.

Prosequutio ædificij conceditur, quia murus, qui in controuersiam deducebatur, vel erat proprius ædificantis, vel si etiam communis, apparuit destinatus ad fabricandum, & proinde cum solita cautione de demoliendo in casu succumbentiæ, nuncianti nouum opus consulitur; plura ideo de pariete proprio, vel communi, non simpliciter diuisorio, sed ad ædificandum parato, de seruitute potius, quam dominio, & alia ad hanc materiam pertinentia in præsenti decisione discutiuntur.

SVMMARIVM.

1 *Validitas mandati resultat ex reuolutione actorum.*
2 *Iudex appellationis, cui tota causa deuoluta est, potest pronunciare prout in prima in ijs, quæ primus Iudex*

non sententiauit.

3 *Opus nouum prohibens, si intra tempus à iure præfixum non doceat de iure, impertitur alteri licentia ædificandi, data cautione de demoliendo, & numer. 4.*

5 *Nuncians nouum opus antiquitus succurrebatur sola cautione de demoliendo in casum succumbentiæ.*

6 *Murus si est destinatus ad fabricandum quis prohiberi non potest ædificare in eo, & nu. 16.*

7 *Murus ex quibus dicatur esse proprius non autem communis.*

8 *Caminus probat dominium muri.*

9 *Trabes, seu Tigna immissa in muro denotant illud esse proprium immittentis.*

10 *Murus si est suppositus tecto, & intra stillicidia domus, dicitur esse Domini eiusdem domus.*

11 *Dentes colligatorij existentes in muro, illius dominium demonstrant.*

12 *Muri dominium, seu potius communio ex maioribus, & fortioribus argumentis resultat, quæ in concursu præualent minoribus.*

13 *Seruitus potius, quam dominium demonstrant argumenta, & coniecturæ, quæ ab alijs fortioribus, & maioribus superantur.*

14 *Murus ex quibus dicatur non simpliciter diuisorius, sed destinatus ad fabricandum.*

15 *Murus simpliciter diuisorius non habet fundamenta profunda, & magnam altitudinem.*

16 *Vicinus non potest prohibere vicinum fabricare in muro destinato ad fabricandum, & suprà num. 6.*

17 *Murus quamuis fabricatus ex sabie, & luto, vel alia materia fragili, non ob id est incapax eleuationis.*

18 *Nunciatio noui operis quoties est dubia, semper intrat prouida dispositio* l. vnicæ C. de noui operis nunciat.

DECISIO L.

ROta censuit, exequendum esse Mandatum Audi-
toris Cameræ, quo decreuit licere fratribus de Pau-
lutijs ædificare super muro controuerso præstita per eos
1 cautione de demoliendo in casum succumbentiæ. † Illius
namque validitas liquet ex reuolutione actorum iuxta *vulg.
decis.* | *Caputaquen. 260. parte 2.* Non obstante obiecto,
quòd A. C. vti Iudex appellationis à sententia de parti-
bus, qua permissum fuit dictis fratribus extollere mu-
rum supra fundamentis antiquis, debuisset priùs cogno-
scere de Iustitia, & iniustitia eiusdem sententiæ, quia
cùm non fuerit ampliùs coram ipsa controuersia circa ele-
uationem fabricæ super fundamentis antiquis, sed restri-
cta difficultas ad eleuationem dumtaxat muri controuersi,
respectu cuius Iudex de partibus nihil in sententia deter-
minauerat, sed solùm assignauerat Comiti Fabritio aduer-
sario terminum decem dierum ad iustificandum ius suum,
vt pleniùs in eadem sententia continetur. Benè potuit
2 idem † Auditor, ad quem tota causa per appellationem
deuoluta fuerat, subdelegare Iudicem in partibus, sicut
fecit ad instantiam eiusdem Comitis ad hoc, vt ipse posset
circa hoc meliùs iustificare ius suum, & subinde, eo non
3 iustificato, impartiri, vti in prima, † licentia n dictis
Fratribus fabricandi, data cautione de demoliendo ad for-
mam *l. vnicæ C. de nou. oper. nunciat.*

Iustitia verò resultat ex clara, & literali dispositione
4 eiusdem *Legis*, † secundum quam, dum opus prohibens
intra trium mensium spatium de iure suo tam liquidò
non docuit, vt nullum remaneat ambiguitatis argumen-
tum, concedenda est licentia ei, qui ædificationem de-
properat, præstita supradicta cautione, vt conciliando
5 leges antiquas, † quibus cautum erat, nunciationem, seu
prohibitionem huiusmodi absolutè remitti, præstita tali cau-
tione, notat Fachin. *controu. iur. lib. 8. cap. 48. per tot. & ante il-
lum Iasi. in l. 1. num. 15. ff. de nou. oper. nunciat.* & Gaill. *obser.
16. num. 19. lib. 1.*

Tantùm autem abest, quòd Com. Fabritius hoc intra
dictum tempus præstiterit, quòd immo adhuc hodie ex
omnibus signis, & argumentis hinc inde adductis potiùs
appareat, murum controuersum vel esse proprium su-
pradictorum Fratrum, vel quatenus aliquo modo posset
6 dici communis, esse destinatum ad fabricandum, † &
consequenter Comitem Fabritium hoc prohibere non posse
resistente text. *in l. altius C. de seruit. & in l. cum duobus vici-
nis §. eiusm Mela scripsit ff. pro socio.*

Licet enim ipse ad probandam communionem adduxe-
rit ex parte, quæ ipsius Domum, & Viridarium respi-
cit, existere in eodem muro quasdam Fenestrellas à Peritis
Imperiales nuncupatas, habereque IIII immissas trabes,
& infixos nonnullos anulos pro alligandis equis, murosq;
que eius proprios eidem in aliquibus partibus esse colli-
gatos.

Nihilominùs quia è contrario Fratres de Paulutijs pro-
barunt, eorum tectum in varijs locis tegere totum mu-
rum, & stillicidia protendi vltra eundem versus solum
Comites aduersarij, & habere in eo latrinas, ac tres ca-
minos, quorum duo penetrant vltra dimidium muri, &
tertius extensus, seu dilatatus est intra Domum Comitis Ad-
uersarij. Item octo Tigna, seu trabes substinentes illorum
tectum, quæ eundem murum totaliter perforant, vt in ho-
dierno illorum *Summar. num. 10. cum seqq.* Et denique in alio
muro proprio, qui respicit, & continuat controuersum, re-
lictos fuisse lapides, seu dentes colligatorios ad fabricandum
Summ. eorundem dato die 19. Iunij proximi præteriti numer. 5.
† Ex quibus omnibus DD. solent arguere ad dominium, vt 7
de caminis notant † Menoch. *de præsumpt. 73. nu. 13. lib. 6.* 8
Crott. *cons. 153. num. 11. lib. 2.* Thesaur. *decis. 23. nu. 2.* cum
alijs adductis in Voto *Præsidis viarum relat. par. 7. recent. de-
cis. 253.* & de tignis, † seu trabibus Bero. *cons. 132. num. 1. li.* 9
3. Gratian. *discept. 263. numer. 1. &* Menoch. *d. præsumpt.
73. num. 10* & de muro supposito tecto, † atque existente in- 10
tra stillicidia est text. *in l. fin. §. Lucius ff. de seruit. vrb. præd.*
vbi Florian. *à S. Petro*, Surd. *cons. 74. num. 8. & d. voto 253.
nu. 21. & 34.* & demum de dentibus † colligatorijs Surdus 11
cons. 126. num. 25. in fine, Honded. *cons. 80. num. 25. lib. 1. &
sæpè d. voto, seu decis. 253. num. 10 cum seqq. par. 7. recent.*

Et ampliùs quia supradictæ fenestrellæ, & anuli, & tra-
bes, exceptis duabus, quæ nouiter fuerunt immissæ in mu-
ro integrè constructo à dictis fratribus, vix penetrant vsque
ad tertiam partem crassitiei muri, & colligatio non est con-
temporanea, neque per totum murum, sed tantùm in ali-
quibus eius partibus, & quidem per rupturam, præsenti
Summar. dd. Fratrum num. 7. & 8. itaut clandestinè fieri, seu
apponi potuerint. Illa † in concursu aliorum suprà relato- 12
rum numero plurium, & fortiorum non benè iustificant
communionem Mascard *de probat. conclus. 1149. num. 6.* Gra-
tian. *d. discept. 263. sub numer. 9. vers. intelligendo tamen cum
seqq.* Tondut. *resol. ciuil. 88. num. 6.* † sed potiùs videntur in- 13
dicare seruitutem Vegg. *cons. 53. sub num 47.* Mascard. *mox.
citat. conclus. nu. 7.* & *suprad. voto, seu decis. 253. numer. 41.
& seq. par. 7. recent.*

Et tamen quando ex his aliquo modo inferri posset ad
communionem, adhuc non esset iustificatum ius Comitis,
quia murus est absque Pinnis, & corona, alijsque signis de-
notantibus simpliciter diuisorium, † & collitigantes habent 14
ex vtroque latere in eo immissa tigna, ac mansiones, & illius
fundamenta sunt profunda, † & crassa, & altitudo quin- 15
decim pedum contra solitum simplicis muri diuisorij, vt ad-
uertunt Gratian. *discept. 572. num. 47. &* Thesau. *decis. 51.
numer. 24. & sequen.* Quæ omnia denotant, illum esse desti-
natum ad fabricandum, † & consequenter vicinum id pro- 16
hibere non posse, vt declarando text. *in l. Sabinus ff. communi
diuidundo*, notat Alberic. *in l. si ædibus ff. de damn. infect.* Ias.
cons. 98. per tot. Gratian. *discept. 572. numer. 55. vers. maximè,
& seqq.* Thesaur. *decis. 24. vers. in contrarium, & seqq* Tho-
mat. *decis. Mareb. 119. numer. 5. & seqq. ac per tot.* vbi decla-
rat contrarios, *& d. voto, seu decis. 253. num. 69. & seqq. par.
7. rec.*

Non obstante, quòd duo primi ex quinque pedibus fun-
damenti in aliquibus locis sint compositi ex glarea, & frag-
mentis, & murus ex lateribus inter se connexis à Luto, seu
Sabie, † quia non ob id incapax est eleuationis, vt testan- 17
tur Periti dicto *Summ. Fratrum 19. Maij præteriti num. 11.* &
alij præsenti *Summar. num. 13.* & probat exemplum Comitis
aduersarij, qui murum subtiliorem construxit, & eleuauit ex
eadem materia *eod. Summ. 19. Iunij num. 12. in fin.*

Et in omnem casum rursus, quatenus res remaneret du-
bia, † semper intraret prouida dispositio supradictæ *l. vnic.* 18
C. de noui oper. nunciat. ac consequenter mandatum est exe-
quendum.

Vtraque parte informante resolutum fuit.

Infra in hac eadem parte alia erit decisio præsentis confirmatoria sub die 25. Iunij eiusdem anni 1677. quæ suis loco, & tempore apponetur.

R. P. D. T A I A.

postea S. R. E. Cardinali.

Fulginaten. Fideicommissi.

Lunæ 5. Aprilis 1677.

A R G V M E N T V M.

Quæstio disceptata inter DD. deciditur, quod fideicommissario ex posteriori fideicommisso venienti, non retardari possit immissio ratione fideicommissi anterioris, quando illud est turbidum, & à solis coniecturis dependet, vel ab articulis iuris subtilitèr indagandis; plura ideo de detractionibus, & de statu hæreditatis firmando, ab eadem decisione deducta sunt.

S V M M A R I V M.

1 *Decisiones Rotæ semper de more præcedunt illius sententias.*

2 *Ioannis de Torres sublimis tractatus de pactis futuræ successionis, ipseque etiam Auctor à Sacra Rota nobilissimus nuncupatur.*

3 *Sententiæ emanatæ cum supposito calculi, qui non subsistis, reuocari debent.*

4 *Fideicommissario posteriori non denegatur immisso, quoties fideicommissum antiquius est turbidum, vel requirit altiorem indaginem, & num. seqq.*

5 *Altior indago dicitur quæ dependet à facto, vel iure ambiguo, vel à subtilitate articulorum, qui examinari debent.*

6 *Fideicommissum præcedens dependens à coniecturis, nunquam retardat hæredi, vel nouo fideicommissario immissionem.*

7 *Legitima, & Trebellianica quando importent semissem hæreditatis.*

8 *Status hæreditatis remanet comprobatus ex transactione facta inter hæredes etiam super sola portione hæreditatis, vel fideicommissi.*

9 *Legitima, & Trebellianica sunt quota bonorum, non autem hæreditatis, deducto ære alieno.*

10 *Stata hæreditatis firmato, censetur prius ab illo detracta dos vxoris, & alud es alienum.*

D E C I S I O LI.

Diuisis bonis inter Hieronymum Rodulphum, Olimpiam, Annam Mariam, & Flaminiam, idem Hieronymus Rodulphus vigore fideicommissi Rodulphi Senioris ex sententia A. C. vltra medietatem à se possessam, obtinuit immissionem in aliam quartam partem alterius medietatis à mulieribus possessam, quorundam bonorum, seù iurium in sententia expressorum, sine præiudicio quorumcumque iurium ipsi Hieronymo Rodulpho competentium, vt in sententia; Sed Causa post executionem deducta ad Rotam per appellationem à dd. mulieribus interpositam, interim mortuis mulieribus, earum successores obtinuerunt duas sententias reuocatorias illius A. C. & pronunciari Rodulphum Seniorem, eiusque hæreditatem teneri reintegrare ad fauorem successorum dictarum mulierum fideicommissum Ioannis Martini per eum dissipatum, vel purificatum, & terminatum in persona filiorum dicti Rodulphi, & ad bonum computum in summa scutor. 6854. & pro hac summa competere retentionem dictis successoribus, omnium bonorum, quæ à dicto Hieronymo Rodulpho prætenduntur hæreditaria Rodulphi Senioris, vel aliorum in eorum locum subrogatorum, ac ipsis assignatorum in permutatione cum Hieronymo Rodulpho, & prout possidebant tempore prioris sententiæ, & pro his omnibus mandato etiam decreto, vt in senten-
1 tijs, † quarum pro more præcedentes decisiones ad primam sententiam quatuor sunt (licèt inordinatè impressa) *dec. 526. dec. 169. decis. 494. & decis. 415. par. 13.* Ad secundam verò sententiam *vnica decis. 532. par. 14. rec.* licèt post duas priores decisiones prodierat alia contraria 7. Iunij 1660. reuo-
2 cata in alijs duabus sequentibus, quæ est *decis. 37.* † apud nobilem tractatum etiam nobilis tractantis Ioann. Torr. *de pact. futur. success.*

Interim mortuo quoq; Hieronymo Rodulpho, Paulo Emilio filio superstite, propositum est hodie dubium de posterioribus sententijs confirman. vel infirman. & tres ex Dominis vnico sensu dixerunt sententias esse infirmandas.

Vnus inquit has sententias Rotales emanasse cum supposito hæreditatem Ioannis Martini ascendere ad scuta 275. mil. & hac ratione retentionem competere pro scutis 6854. ex personis Francisci, & Octauiani, sed illam summam † redigi à nono Perito ad scuta 230820. & ex hoc ca- 3
pite esse sententias iniustas, atque adeò infirmandas.

Duo consentiendo cum supradicto dixerunt esse infirmandas, quia illis videbantur quoque infirmæ rationes, quibus nitebatur retentio ex fideicommisso Ioannis Martini in fideicommisso Rodulphi Senioris, Quando enim fideicommissum † antiquius altiorem exposcit indaginem, 4
tamquam à facto ambiguo, vel à subtili articulorum iuris examine dependens, & creditum, pro quo prætenditur reintegratio fideicommissi est turbidum, & illiquidum, prout in præsenti ex multis partitis, hinc inde controuersis, † vltimus fideicommissarius est immitten- 5
dus, non attenta primi fideicommissarij contradictione, inquit Rota *dec. 80. num. 20 par. 15. rec.* vbi de fideicommisso antiquiore inducto ex coniecturis, † quæ non retardarunt 6
immissionem petitam ex fideicommisso recentiori, & claro, & de illiquiditate, Dunoz. Iun. *decis. 415. numer. 14.* & vnus examinando relationem Periti super fideicommisso Rodulphi Senioris dicebat, assem hæreditarium Rodulphi ascendere ad scuta 52083. 31. & ex eadem relatione in facto sibi constare fuisse inter partes æqualiter diuisa bona stabilia hæreditaria Rodulphi valoris scutorum 36042. atque ita cuiq; Parti obtigisse scut. 18021. 80. quibus additis alijs scutis 7393. 30. pro censibus, & locis Montium, ab altera parte rea spectan. ad dictam hæreditatem Rodulphi Senioris recèptis ex Instrumento deliberationis aliàs in actis constat ipsam partem Ream retinere scuta 25515. 30. prout similem summam retinet Actrix; Cùm autem Pars Rea prætendat, aut prætendere possit ad summum reintegrationem pro medietate scut. 27416. videlicet scut. 13708, ac habet d. scut. 25575. 30. remanent eidem de bonis Rodulphi Senioris scut. 11807. † ex quibus deducto semisse 7
pro legitima, & Trebellianica deducenda à fideicommisso Rodulphi Sen. remanent pro fideicommisso scut. 5903. ÷. ad calculum *d. decis. 523. num. 13. vers. ex qua confessione parte 14.* pro quibus petitur, & debetur immissio, & adhuc supersint fructus percepti lite pendente, & proindè etiam ex hoc sententias immissionem denegantes esse infirmandas.

Vnus verò dissentiens tribus dixit sententias confirmandas, & constare sibi de debito Rodulphi Senioris ex fideicommisso Ioannis Martini, quia constat ex confessione iurata, quatuor fratrum Rodulphi, & Decij fratris Procuratoris Rodulphi, & Petri de scut. 275. mil. approbata à Iudice, & ex legitima taxata relatiuè ad d. summam cum aperta ratificatione Rodulphi Senioris, qui alienauit loca montium sibi assignata ad computum legitimæ vigore dictæ confessioni, & ex venditione Hieronymi filij Ioannis Martini pro legitima, & Trebellianica vsque ad scut. 26174. vltra scut. 9060. in locis montium, & officijs sibi antecedentèr assignatis à Iudice in computum legitimæ, arguendo à portione legitimæ, & Trebellianicæ totum assem hæreditarium, & præcipuè comprobante transactione inter dictum Petrum hæredem Decij, & filij Ioannis Martini cum dicto Rodulpho, & fratribus super restitutione Partis † fideicommissi paterni, vt in *decis. 294. n.* 8
5. vers. eamque præcipuè d. par. 13 & decis. 532. numer. 3. versic. quantum verò par 14.

Non obstante oppositione de malè computatis vtilibus, incrementisque fundacorum Viterbij, & Fulginei mortuo Ioanne Martino, quod non essent hæreditaria, sed propria hæredum; quia quidquid iuris sit, ex facto non videbatur sibi computationem dictorum vtilium in dicta confessione fuisse comprehensam.

Neque obstante detractione Trebellianicæ prætensæ à Rodulpho Seniore; † nam cum tam ipsa, quàm legiti- 9
ma sit quota bonorum deducto omni ære alieno, ad *l. 8. ff. de inoff. testam.* (vt cum prohibita videatur à Testatore, vt hic, & alij ex DD. non videbatur, alijs verò fuit illibatum) adhuc hoc respicit maiorem quantitatem

fideicommissi, adeoque credebat debitum reintegrandum remanere in quantitate certa, & sic non posse immissionem concedi.

Et minus ex alia detractione dotis vxoris funerum, & similium; quia præter alia, cum status hæreditatis fuerit in prædicta quantitate concorditèr inter fratres fir-
10 matus, † pro detrahenda legitima, quæ est quota bonorum non hæreditatis, vt dictum est, censetur vxoria
11 dos, † & similia tamquam æs alienum priùs deducta ad dictum Text. cum similibus, vt ex *decis.* 415. *numer.* 10. *parte* 13.

Et ita vtraque &c.

REVERENDISS. D. ALBERGATO.
Sacræ Rotæ Decano.

Bononien. Apothecarum.

Lunæ 5. Aprilis 1677.

A R G V M E N T V M.

Emphyteusim Ecclesiasticam ad instantiam creditorum subhastari, & deliberari posse deciditur, quia hæreditaria visa est ex clausula *in perpetuum*, quæ iuncta obseruantia, optimè declarat illam transire ad extraneos, non obstante caducitate ab Ecclesia acceptata, ob non solutum canonem, quia permittuntur creditores illum pro suo debitore persoluere, tam ex dispositione iuris communis, quàm specialis Constitutionis f.m. Pauli Tertij Bononiæ vigentis, quod bona non incidant in commissum, sed duplicato canone morosis emphyteutis relinquantur, quam Constitutionem realem, non autem personalem esse declaratur.

S V M M A R I V M.

1 *Emphyteusis hæreditaria, & transitoria ad quocumque, potest ad instantiam creditorum subhastari, & deliberari.*

2 *Emphyteusis Ecclesiastica ex quibus dicatur hæreditaria, & transitoria ad extraneos & nummeris seqq.*

3 *Hæredum nomine in emphyteusi Ecclesiastica non veniunt nisi hæredes sanguinis, sed vide num seqq.*

4 *Clausula* in perpetuum, *in emphyteusi Ecclesiastica concessa pro hæredibus, si habeat aliam etiam leuem coniecturam, facit illam transitoria ad quoscumque.*

5 *Obseruantia est optima interpres ad declarandum naturam emphyteusis, & qualis illa sit. & num. seqq.*

6 *Obseruantia, quod emphyteusis sit transitoria ad extraneos resultat, si illa ex consensu Domini pluries fuerit in alios translata.*

7 *Obseruantia declarat qualis ab initio fuerit mens, & intentio contrahentium.*

8 *Emphyteusis Ecclesiastica si semel transiuit ad extraneos, semper durat transitoria ad quoscumque.*

9 *Emphyteusis Ecclesiastica eatenus nō transit ad extraneos, quatenus Ecclesia nolit, secus si ipsa voluerit.*

10 *Creditor ad conseruandam suam hypothecam habet facultatem purgandi moram, & soluendi canonem pro emphyteuta & num. 22.*

11 *Emphyteutica bona in præiudicium creditorum deuolui non debent.*

12 *Creditor amittit priuilegium purgandi moram pro emphyteuta suo debitore, si compareat re non integra post acceptatam caducitatem, & latam sententiam.*

13 *Sententia lata contra expressum casum legis, vel Constitutionem Pontificis est ipso iure nulla, & notoriè iniusta.*

14 *Clausula* sublata, & decretum irritans *operatur, quod si secus Iudices iudicauerint, nulliter, & iniustè iudicasse dicantur.*

15 *Sententia notoriè nulla, & iniusta reuocari non debet.*

16 *Emphyteusis non cadit in commissum ad præiudicium creditorum, si agitur de debitore decocto, vel de collusione suspicari potest.*

17 *Collusio præsumitur, & clara redditur, si quis facilem defensionem, quam habebat, non opposuit, sed illam omisit.*

18 *Priuilegium quatenus dicatur potiùs personale, quàm reale, vel è contra. & num. 23. cum seqq.*

19 *Creditor repræsentat personam sui debitoris, & ideò opponere potest omnes actione, & exceptiones illi competentes.*

20 *Successores emphyteutæ propter inuestituram dicuntur habere causam, & ius in illius dominio.*

21 *Creditores hypothecarij habent ius in bonis sui debitoris.*

22 *Dominus directus ne bona emphyteutica incidant in commissum, tenetur recipere canones à creditoribus emphyteutæ sibi oblatos.*

23 *Personarum expressio facta per accidens, vel quia vltra bona, etiam personæ exprimendæ sunt, non facit priuilegium personale & num. seqq.*

26 *Priuilegium Ciuitati concessum propter publicam vtilitatem dicitur reale, non personale.*

27 *Ciuitas nunquam moritur.*

28 *Verba*, perpetuis futuris temporibus, *denotant realitatem priuilegij.*

29 *Priuilegium respiciens bona, quamuis concessum personis, non dicitur personale simpliciter, sed secundum quid.*

30 *Priuilegium concessum personæ ratione rei, est transmissibile etiam in tertium.*

D E C I S I O LII.

CVm cessasset Comitissa Moranda in solutione Canonum Domus, & Apothecarum, de quibus ipsa Anno 1650. in perpetuum cum pacto renouandi de 29. in 29. annos pro se, & hæredibus inuestita fuerat à Monasterio S. Dominici Bononiæ, quod proindè ex hoc capite deuolutionem acceptauit, & successiuè sententiam obtinuit à Vicario Gener. sed ad instantiam creditorum Comitissæ, & eius Viri, qui super eisdem executionem fieri curauerant causa in gradu appellationis deuenit ad Curiam, & A. C. (deuolutione non attenta) mandauit procedi ad vlteriora in subhastatione, & deliberatione, solutis tamen Canonibus decursis, & facta obligatione de soluendo illos in futurum duplicatos ad formam Bullæ san. mem. Pauli Tertij, quæ Bononiæ viget, cuius Constitutionis vigore bona emphyteutica ob non solutum Canonem nunquam incidunt in commissum, sed tantùm Emphyteuta ob moram incursam tenetur in posterum illum soluere duplicatum; Verùm appellante Monasterio, Signatura Iustitiæ commisit Causam cum clausula, *qui ad vlteriorem legitimam*; Vndè disputato dubio commissioni conforme, procedendum esse ad vlteriora Domini responderunt.

Quamuis enim Domus, & Apotheca subsint directo dominio Monasterij, nihilominus cum talis emphyteusis sit hæreditaria, & transitoria ad quoscumque, † potuit 1
ad instantiam creditorum Comitissæ Emphyteutæ super illarum vtili dominio fieri executio, eaque nunc prosequi, & consumati mediante subhastatione, & deliberatione earundem, ad hoc, vt ijdem creditores ex pretio redigen. debitam satisfactionem consequantur, Bald. *consil.* 306. *nu.* 1. *lib.* 1. Corbul *de iur. emphyt. tit. de priuat. ob alien. limit.* 19. *num.* 2. latè Salgad. *in labyr. credit. parte* 3. *cap.* 3. *ferè per tot.* Merlin. *de pignor. lib.* 2. *tit.* 1. *quæst.* 8. *nu.* 61. *& seqq. & in alia Bononien.* firmauit Rot. *decis.* 1888. *num.* 19. *& seqq. coram Coccino.*

Esse autem transitoriam ad quoscumque Emphyteusim, de qua agitur constat † ex stipulatione pro se, & hære- 2
dibus cum clausula, *in perpetuum*, & quamuis magis communem opinionem, quam hodie sequitur Rota in Emphyteusi Ecclesiastica † nomine hæredum non veniant nisi hæ- 3
redes sanguinis in perpetuum, ad text. *in §. Emphyteusim, Authen. de non alienan. collat.* 2. *gloss.* 8. *in l. in perpetuum ff. de procur.* Cald. *de Emphyteus. lib.* 2. *qu.* 23. *nu.* 19. *& seq.* Rot. *dec.* 874. *nu.* 5. *coram Seraphin.* & ratiocinatur Rot. *in mox alleganda Mediolanen. deuolutionis*; Nihilominus quando, vt in proposito, cum clausula in *in perpetuum* † concurrit 4
aliqua etiam leuis coniectura, tunc Emphyteusis etiam Ecclesiastica est transitoria ad quoscumque, iuxtà *cons.* Cephal. 9. *num.* 13. Mantic *de tacit. lib.* 22. *tit.* 19. *nu.* 2. & in terminis similis Emphyteusis *Bononien* Rota *coram Coccin. dicta decis.* 1888. *n.* 9. *& in Mediolanen deuolutionis* 25. *Februar.* 1669. *§. verum coram. Reuer. P. D. Vicecomite.*

In proposito præcipuam coniecturam desumebant

Domini

5 Domini † ex obseruantia, quæ resultata, ex quo huius-
6 modi bona pluries spatio duorum sæculorum, & vltra †
mediantibus alienationibus factis, cum consensu, &
scientia Monasterij, & Fratrum proprietariorum transie-
7 runt in plures personas extraneas, † nam talis obseruantia
aufert omnem dubitationem, & declarat naturam Emphy-
teusis, & qualis fuerit ab initio mens Inuestientis, & Inue-
stiti, Rnt. *dec. 15. nu. 11. coram Card. Cels. & dec. 246. n. 4.
cor. Carill. & in alleg. Mediolanen. deuolutionis §. accedit ob-
seruantia*, & per clausulam *in perpetuum*, & longè mino-
rem obseruantiam fuit decisum, bona esse transitoria ad quos-
cumque in dicta *dec. 1888. n. 9. & seqq. cor. Coccin. repetit.
in rec. dec. 383. num. 6. par. 5.* Quando autem Emphyteusis
8 licèt Ecclesiastica, semel transiuit ad extraneos, † semper
retinet eandem qualitatem, & durat alienabilis, & transito-
ria ad quoscumque, Ruin. *cons. 161. nu. 32. ad med. vers. &
præmissis & nu. 33. lib. 1.* Card. Mantic. *de tacit. lib. 22. tit. 19.
nu. 32. & num. 38.* vbi dicit, hoc esse notatu dignissimum,
quia in casibus, in quibus Emphyteusis Ecclesiastica non
9 transit † ad extraneos, intelligitur nisi, Ecclesia velit transi-
re, quem sequitur Coccin. *d. dec. 1888. nu. 13.* Ciarlin *controu.
180. num. 27. 28. & 33* Rot. *coram Caualer. dec. 316. nu. 5. & in
Romana Casalis mediæ viæ 15. Maij 1662. §. cæterum coram
Reuerendiss. Beuilaq. Patriarcha Alexandrino, & in d. Me-
diolanen. §. admisso autem.*

Nec refert, quod creditores, qui de iure ad conseruan-
10 dam suam hypothecam † habent facultatem purgandi mo-
11 ram, & soluendi Canonem pro Emphyteuta, † ne bona
in eorum præiudicium propter Canones non solutos deuo-
luantur, vt per Text. *in l. lex vectigali ff. de pignor.* notant
Ias. *in l. 2. n. 97. C. de iur. emphyt.* Amic. *eodem tract. qu. 98. nu.
21.* Corbul. & Fulgin. *eodem tract. ille tit. de priuat. ob non solut.
Canon. limit. 7. nu. 4. hic tit de solut. Canon. qu. 1. nu. 323* Cost. *de
remed. subsid. remed. 32. nu. 10.* Merlin *de pignor. lib. 4. qu. 76. n.
4.* Giurb. *dec. 91. num. 6.* Mostrill. *decis. 134.* Rota *in Roma-
na deuolutionis 14. Decemb. 1665. §. nec valuit coram R. P. D.
Taia*, in casu præsenti comparuerint re non integra, scilicet
12 post latam sententiam, & acceptatam caducitatem, † quo
casu amittere huiusmodi beneficium notant Giurb. *vbi su-
pra nu. 97.* Mastrill. *d. dec. 134 num. 28.* à Costa *de priuil. credi-
tor. reg. 1. ampliat. 11. num. 17.* Olea *de cess. iur. tit. 1. qu. 3.
num. 22.* Carleual. *de iudic. tom. 2. lib. 1. tit. 3. disput. 22. nu-
mer. 29.*

Quoniam sententia de partibus, quæ deuolutionem
13 canonizauit † cum fuerit contra expressum casum legis san-
citæ à sa. m. Paulo III. in dicta eius Constitutione, est ipso
iure nulla, & notoriè iniusta, iuxta Text. *in l. si expressis ff. de
appel. l. 1. vers. item cum contra sacras ff. quæ sent. sin. appell.
rescind.* Soccin. Sen. *cons. 13. num. 3. lib. 1.* Capic Latr. *consult. 6.
num 34.* Scacc. *de sent. & re iudic. gloss. 14 qu. 24. num. 12. & qu.
30. num. 8.* Rota *dec. 262. n. 3. par. 9. rec. & in Romana pecunia-
ria 14 Iunij 1669. §. eoque magis coram Reuerendiss. Beuilaqua*,
vbi quod talis sententia habetur pro non lata, tanto fortiùs
14 cum Constitutio prædicta munita sit clausula *sublata*, † &
decreto irritante, quod operatur, quod si secus Iudices iudi-
cauerint, eorum iudicia, & sententiæ sint irritæ, & nul-
læ ipso iure, Rot. *coram Buratt. decis. 337. num. 8.* proindè
15 vti notoriè † nulla, & iniusta, nec opus fuit, quod ab A.
C. reuocaretur, Surd. *cons. 160. numer. 50.* Rot. *decis. 326.
numer. 2. coram Dunozett. & decis. 354. numer. 13. parte 9.
recent.*

Vlterius quando vt hic, propter decoctionem debito-
ris aliundè creditores satisfieri non valent, aut potest su-
16 spicari de collusione Emphyteutæ, † tunc creditor etiam
re non integra admittitur ad purgationem moræ, & so-
lutionem Canonis, vt in primo casu aduertit Costa *de re-
med. subsid. remed. 32. num. 6.* Olea *de cess. iur. tit. 4 quæst. 3. in
addit. sub num. 22.* & in vtroque Mastrill. *dicta decis. 134. &*
Giurb. *d. decis. 91.* in proposito apparet collusio, dum Coniu-
ges de Morandis nullam adhibuerunt defensionem, quam
facillimè poterant adhibere, allegando simpliciter dictam
17 notoriam † Constitutionem, vndè cum defensionem tam
facilem, & certam omiserint, vtique in claris est collusio,
Natt. *cons. 537. num. 32.* Menoch. *cons. 311. num. 25* Amat.
Panormit. *resolut. 79. num. 22.* Rot. *dec. 525. nu. 8. par. 13. &
264. nu. 17. par. 14. rec. & dec. 13. nu. 6. cor. Merlin.*

Minus habet subsistentiam, quod Constitutio Paulina
sit priuilegium personale concessum dumtaxat Emphy-
18 teutis, † itaut si ipsi nolint eo vti, nec illo vti valeant eo-
rum creditores, ex eo quod tamquam personale non egre-
diatur personas priuilegiatas, quia omisso quod creditor
hypothecarius repræsentat personam debitoris, † vndè 19
potest omnes actione, & exceptiones illi competentes al-
legare, vt latè firmatum fuit in *d. Romana pecuniaria 14.
Iunij 1669. cor. Reuerendiss. Beuilaqua §. nec obstat* remoue-
tur obiectum, quia in ipsamet Constitutione præcipitur
super dictis bonis non molestari Dominos vtiles, aut ab eis
ius, vel causam habentes, † ex quibus verbis apparet men- 20
tem Papæ fuisse, comprehendi tam successores in domi-
nio, † qui propter inuestituram dicuntur habere causam 21
in eo, quàm creditores, qui propter hypothecam † dicun- 22
tur habere ius super bonis, ad tradita per Merlin. *de pignor.
quæst. 156. num. 1. & quæst 175. nu. 2. lib. 4.* proindè possunt,
& ipsi ad euitandam caducitatem in eorum præiudicium
tendentem † offerre Canones, quod Dominus directus non 23
potest recusare, vt tradunt DD. relati supra in §. *Nec
subsistit.*

Nec ex eo quod Papa in Bulla fecerit mentionem de
Emphyteutis, priuilegium censeri debet personale, † 24
nam talis expressio personarum fuit per accidens, quia
cum Ciuitas Bononiæ supplicasset pro priuilegio, ratio-
ne bonorum, † necessariò exprimendæ erant personæ, quæ 25
fuerunt causa priuilegij, quibus illud dirigebatur, non vt
illius concessio esset personalis, sed ad demonstrandum
ad cuius contemplationem concedebatur, Dec. *cons. 262. nu.
6.* Gratian. *discept. 266 num. 78.* Rota *decis. 400. num. 5. par. 9.
dec. 199. num. 19. par. 12. rec. & in Vasionen. Prioratus 21.
Iunij 1666. §. Quibus coram me*, & cum priuilegium conces-
sum sit Ciuitati propter illius publicam vtilitatem, † perne- 26
cesse debet iudicari reale, cum nunquam Ciuitas † moria- 27
tur, per Text. *in l. firma §. quamquam ff. de cons. glos. l. for-
didorum verb ad hæredè, vers. aut conuinci C de excus. muner.
lib. 10.* Bart. *in l. 3. num. 1. in fac vers. fiuerè ff. de constit. Prin-
cipis*, Menoch. *de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 103. n. 24.* Rot. *d.
dec. 410. nu. 1. 3. par. 6. & 199. num. 13. & 14. par. 12. recent.* eò
magis cum idem priuilegium concessum legatur pro per-
petuis futuris † temporibus, quæ verba denotare realita- 28
tem priuilegij dixerunt Soccin. Sen. *cons. 84. num. 3. in fin. &
duobus seqq. l. 3.* Menoch. *d. præsumpt. 103. nu. 38. & seq. &
cons. 905. nu. 1.* Et in omnem casum huiusmodi priuilegium
eo ipso, quod respicit bona emphyteutica, † non dicitur 29
personale simpliciter, sed secundum quid, nempe conces-
sum personæ † ratione rei, quo casu est transmissibile etiam 30
in tertium; vt ferè in simili resoluit Rota *coram Gregorio
dec. 416. num. 5. & 6. vbi ad num. 7.*

Et ita, vtraque Parte informante, resolutum fuit.

REVERENDISS. D. ALBERGATO
Sacræ Rotæ Decano.

Pampilonen. Abbatiæ.

Veneris 30. Aprilis 1677.

A R G V M E N T V M.

Transactio facta super diuisione beneficiorum rescindi prætendebatur, & ob id oris aperitionem concedi, vtrumque tamen denegatum, quia illa erat à Pontifice confirmata, & ideo sine læsione retractari non debuit, quæ ex impari permutatione beneficiorum non resultabat, quia præterquam quod inæqualitas fuerat narrata Pontifici, cessabat etiam, quia beneficium, quod dicebatur dignius, fuerat limitatè concessum, vbi verò minus dignum, liberæ collationis erat.

S V M M A R I V M.

1 *Validitas sententiæ controuerti non potest, quæ ex reuolutione processus apparet lata seruatis seruandis.*
2 *Subreptio, vel obreptio, seu læsio, aut alia legitima causa probari debet, pro obtinenda oris aperitione.*
3 *Oris aperitio non conceditur à Papa, nisi subsit iusta, & rationabilis causa*
4 *Lites, Principis auctoritate sopitæ, & terminatæ, pro libito partium refricari non debent.*
5 *Reipublicæ interest lites non oriri, vel subortas, quantò citiùs finiri.*

6 *Ciues ne grauentur laboribus, & expensis, Respublica inuigilare debet.*

7 *Arbitrium pro oris apertione non conceditur ad suscitandas lites Principis auctoritate finitas.*

8 *Supplicatio, & preces ab vtraque parte porrectæ dicuntur approbare omnia, quæ in illis narrata sunt.*

9 *Partes duæ si aliquid vnitim Principi supplicarant, neutra potest alteram redarguere de expressione falsi, aut reticentia veri.*

10 *Ignorantia allegari non potest de iis, quæ inter missarium solemnia publicata sunt.*

11 *Veritatis narratorum præsumptio resultat ex longæua obseruantia gratiæ.*

12 *Papa si sciuisset pinguiorem partem alteri ex transigentibus obuenisse, vel transactionem non confirmasset, vel confirmationem difficilius concessisset. & vid. n. seqq.*

13 *Inæqualitas Papæ narrata non inducit nullitatem confirmationis.*

14 *Læsio non resultat ex impari permutatione beneficiorum narrata Pontifici.*

15 *Ius præsentandi ad parochialem licèt sit magis vtile, & honorificum simplicis beneficii, non inde enormissimam læsionem transactionis, vel permutationem importat.*

16 *Læsio enormissima requiritur ad infringendam transactionem Apostolica confirmatione roboratam.*

17 *Ius præsentandi limitatum, quamuis sit de beneficio digniori, æquiualere potest iuri præsentandi libero de beneficio minus digno. & n. seq.*

18 *Libertas in beneficiis magis attenditur ad effectum iuris præsentandi.*

19 *Causa finalis confirmationis Apostolicæ semper attendenda est.*

20 *Confirmationis Apostolicæ causa finalis in transactione, vel laudo est recessus à lite.*

21 *Lucrari multum dicitur ille, qui recedit à lite.*

22 *Læsione cessante, cessat restitutio in integrum.*

23 *Restitutio in integrum sine læsione non datur, maximè in beneficialibus.*

24 *Transactio, & permutatio beneficii, vt ex capite læsionis rescindi possint, requiritur etiam dolus.*

DECISIO LIII.

SVPPLICANTIBVS Incolis loci de Echaren in Signatura Sanctissimi pro apertione oris aduersus Breue fa. me. Pauli V. confirmatorium laudi lati, & transactionis ad illius formam initæ inter Oratores, & Dominum Palatii super iure præsentandi ad Parochialem Sancti Romani eiusdem loci, commissa fuit Causa cum clausula, *arbitrio Rotæ*, & disputato dubio * coram R. P. D. meo Vgabo, emanauit resolutio, arbitrium non intrare, & ad illius tenorem prodiit sententia Rotalis, quæ tamquam valida, & iusta in gradu appellationis coram me hodie confirmationis robur obtinuit.

1 Validitas est incontrouertibilis, † cum ex reuolutione li-
queat fuisse processum ser. ser. Et iustitia deprehenditur
ex decisione, quæ sententiam præcessit, vbi luculenter firma-
tur Incolas non probare subreptionem, vel obreptionem,
seu læsionem, aut aliam legitimam, & rationabilem cau-
2 sam, † propter quam intrare posset arbitrium pro oris
3 apertione, quæ à Papa concedi non † consueuit, nisi iu-
sta, & rationabilis causa subsit, vt testantur Gonzal. *ad reg.*
8. Cancell *gloss.* 66. *num.* 53. Marches. *de commiss. par.* 2. § *vni-*
co de commiss. aperit. oris num. 65. *Rot. decis.* 748. *nu.* 54. *coram*
Dunozett. & decis. 270. *num.* 4. *cor. Cardin. Celse*, cum permit-
tendum non sit, lites auctoritate Principis iam sopitas, &
4 terminatas † ad libitum partium refricari in præiudicium
5 Reipublicæ, † cuius interest nedum illas non oriri, verum
6 etiam subortis finem quamcitius imponi, ne Ciues † gra-
uatur laboribus, & expensis, *cap. finem litibus de dol. & con-*
7 *tum.* & præcisè ad excludendum arbitrium † pro oris aperi-
tione aduertit Rota *in Romana apertionis oris* 8. *Maji* 1613.
coram Sacrato apud Marches. *vbi proximè fol.* 439. *numer.* 5.
& 6.

Subreptio, vel obreptio allegari non potest, quia pro
confirmatione transactionis preces vnitim porrexerunt,
8 tam Incolæ, quam Dominus Palatii, † propterea vtraque
pars censetur approbasse narrata in supplicatione pro veris
9 & fide dignis, † & consequenter ex supplicantibus non po-
test alterum redarguere, quod per falsi expressionem, aut
veri reticentiam gratiam impetrauerit, *l. cum precum C. de*
liberal. caus. Rota *decis.* 489. *numer.* 2. *par.* 3. *recentiorum*, &
probat *decisio coram Reuer. P. D. meo Vbago §. primo in fine*;
præsertim cum illarum gratia tamquam iustificata ab Ordi-
natio fuerit executioni demandata, ac per † publicationem 10
sententiæ latæ pro executione factam inter Missarum so-
lemnia peruenerit ad notitiam Incolarum, & præcipuè
illorum, qui antecedenter à laudo reductionem petierant
ad arbitrium boni viri, qui omnes acquieuerunt, & illud
vnà cum transactione spatio quinquaginta annorum obser-
uarunt, præsentando Incolæ ad Beneficium simplex eis
in laudo assignatum, & Dominus Palatii ad Paro-
chialem de qua agitur; † ex hac enim longæua obser- 11
uantia oritur præsumptio veritatis narratorum in gratia,
Garzias *de benefic. par.* 12. *cap.* 2. *num.* 179. Rota *decis.* 534.
numer. 2. *parte prima diuersorum*, & *decis.* 2432. *numer.* 4.
coram Card. Seraph. & decis. 70. *numer.* 7. *coram bo. me. Card.*
Celso.

Nec in transactione potest considerari læsio, ex qua Ar-
bitri in laudo inæqualiter se gesserint, assignando dunta-
taxat iuspatronatus simplicis Beneficii Incolis, antece-
denter habentibus, cum Domino Palatii ius æqualiter
ad Parochialem, & Beneficium, & Domino Palatii ius-
patronatus Parochialis priuatiue quoad Incolas, quod
tam respectu valoris, quàm iuris honorifici superat qua-
litatem simplicis beneficii Incolis attributi; nam si Pa-
pa sciuisset pinguiorem partem obtinuisse Domino Pa-
latii forsan laudum, & transactionem non confirmas-
set, † aut saltem cum maiori difficultate confirmatio- 12
nem concessisset, Rota *decis.* 108. *num.* 4. & *decis.* 367. *num.*
16. *coram Dunoz.*

Quoniam multiplici responsione remouetur obiectum,
narratiua enim Breuis ostendit, Papam sciuisse diuisio-
nem tali modo factam ab Arbitris, † vnde cum il- 13
li innotuerit hæc inæqualitas, & nihilominus laudum,
& transactionem confirmauit, non potest inde deduci
læsio, † vt de impari permutatione Beneficiorum notant 14
Franc *in cap. primo num.* 12. *in fin. de rer. permut* Paris. *de re-*
signat. lib. 6. *quæst.* 2. *num.* 18. Rota *coram Merlin. decis.* 329
num. 11. Vlterius ius præsentandi ad Parochialem, licèt
sit magis vtile, & honorificum, † quàm simplex Bene- 15
ficium, non tamen inde resultat læsio enormissima, † 16
quæ requiritur ad infringendam transactionem Aposto-
lica confirmatione roboratam, *Dec. consil.* 551. *numer.* 6.
Rota *decis.* 320. *num.* 6. *coram Vbaldo*, & considerat præteri-
ta *decisio huius causæ §. secundo ponderatum*; Tantò magis
cum facultas præsentandi data Domino Palatii non sit
libera, & absoluta, sed restricta, & limitata ad præsen-
tationem Clerici ætatis viginti quinque annorum actua-
liter, seu potentialiter Sacerdotis, ac idonei ad curam ani-
marum; † E contra facultas concessa Incolis est amplis- 17
sima, nempè præsentandi ad Beneficium quemcumque
Clericum, siue sit Sacerdos, siue non, quæ † libertas mul- 18
tum est considerabilis, ad effectum præponderandi facul-
tatem præsentandi ad Parochialem datam Domino Pala-
tii, vt ponderat eadem *decisio coram Reuer. P. D. meo Vba-*
go dicto §. secundo ponderatum.

Denique ad remouendam quamcumque vmbram læsio-
nis fuit iterum animaduersum, ad effectum, de quo agitur,
attendendam esse causam finalem, quæ mouit Papam ad
laudum, & transactionem confirmandam, † quæ in præ- 19
senti fuit antiqua lis, † quæ spatio triginta, & vltra anno- 20
rum agitata exinaniuit collitigantium crumenas; non e-
nim modica vtilitas ex recessu à lite vtrique collitiganti re-
sultauit, † cum multum lucrari dicatur qui à lite discedit,
Rota *decis.* 25. *numer.* 32. *coram Eminentissimo Ottobono*, &
decis. 20. & 21. *par.* 6. *recent.* & pluribus ad rem lepidè nota-
tis tradit Galerat. *de renunc. cent.* 1. *renunciat.* 18. *per tot.*

Igitur cessante læsione, † cessat restitutio in integrum, 21
quę sine lęsione regulariter non competit, † præcipuè in be- 22
neficialibus, in quibus cum lęsione, † dolus requiritur, vt 23
sequendo Paris. *de resignat.* & alios firma præterita *decisio*,
ad quam Domini se retulerunt in hodierna resolutione, quæ
emanauit, Domino Palatii tantùm informante, Incolis
tamen decem & septem vicibus intimatis.

R. P. D.

R. P. D. CALATAIV.

Bononien. Fideicommissi.

Veneris 30. Aprilis 1677.

ARGVMENTVM.

Aduersus fideicommissarium, qui de fideicommisso, sui vocatione, & identitate bonorum docuerat, excipiebat possessor de detractionibus, quas non competere visum est, tamquam cum præcedentibus alienationibus consumptas, atque ideo de illius bono iure, etiam ad effectum immissionis constare deciditur, non obstante alia oppositione eundem fideicommissarium esse etiam hæredem alienantis, quia & de inuentario, & sufficienti redditione rationis docuerat.

SVMMARIVM.

1 *Ius bonum fideicommissarij resultat data existentia fideicommissi, illius vocatione, & identitate bonorum.*
2 *Alienationes factæ ab hærede grauato sustinentur ex capite detractionum.*
3 *Detractiones in primis alienationibus consumptæ, remanent inefficaces ad sustinendas posteriores alienationes.*
4 *Possessor tertius bonorum fideicommissi non potest se tueri ex capite detractionum si illæ in primis alienationibus sint consumptæ.*
5 *Fideicommissarius sicut etiam hæres grauati, & fecerit inuentarium, non ideo potest impugnare illius alienationes nisi rationem reddiderit.*
6 *Ratio dicitur sufficienter reddita si iudex non admittit partitas à perito in suspenso relictas.*
7 *Calculo facto à perito standum est, & pro eo præsumitur, donec de errore doceatur.*
8 *Actori sufficit vincere per non ius partes.*
9 *Possessori, & Emptori simul bonorum fideicommissi nullum ius acquiritur, nisi solutione sequuta.*
10 *Retentio quatenus possessori non competat.*
11 *Creditum illiquidum, & ex perceptione fructuum consumptum non est aptum concedere retentionem, nec retardare immissionem sup. numer. antecedentibus.*

DECISIO LIV.

DOmini assumpta hodie disputatione super bono iure
etiam ad effectum manutentionis censuerunt de il-
lo constare ad fauorem Victoriæ, & Iudictæ sororum de
Campanis.
Suppositis enim existentia fideicommissi Ioannis Baptistæ
Senioris da Campanis vocationem dd. Sororum, ac identi-
tate predij, da quo agitur, vti non amplius controuersis,
1 & late firmatis † in præterita decis. 26. * Iunij 1675. sequi-
tur, vt de illarum bono iure non sit dubitandum ad vulga-
tum text. *in l. fin. C. de edict. diu. Adr. tollen.*
Minimè obstandum detractationibus in bonis fideicom-
2 missarijs competentibus Mattheo, † & Io: Baptistæ Iunio-
ri alienantibus, quarum vigore moniales S. Agnetis hære-
des Gaspari Rencherij amptoris substineri dicebant aliena-
tionem prædij ad terminos text. *in l. Marcellus §. eos, quæ
ff. ad Trebell.* quoniam seclusa legitima, & Trebellianica
sufficienter non probatur alias competere, prædictæ verò
imò, & aliæ si fuissent deducendæ plusquam integraliter
consumptæ remanserunt ex antecedentibus alienationibus
nouem ex decem corporibus bonorum à testatore fideicom-
misso suppositorum factis à Carolo primo hærede grauato,
& successiuè à dd. Mattheo, & Io: Baptista Iuniore Sum-
mario de Campanis dato sub die præcedentis *decis. num. 12.*
3 *& seqq.* & proindè inefficaces † pro substinenda hac vlti-
ma alienatione Cephal. *cons. 189. numer. 24.* Rota *coram Greg.
decis. 580. num. 4. & 5. & coram Nunot. decis. 31. num. 7. & in rec.*
4 *decis. 108. num. 7. par. 16.* Etiamsi agatur † contra tertium pos-
sessorem Rota *in Bonon. fideicommissi 22. Iunij 1671. §. legitima
coram me.*
Et licet eædem Sorores vti hæredes beneficij dictæ Mat-
5 thei alienantis non possent alienationem retractare, † non
reddita de eiusdem hereditatis ratione, attameo quia ad
hunc effectum fuit à Iudice de consensu partium electus pe-
ritus, qui visis omnibus videndis, & calculatis calculan-
dis retulit ipsas remanere potius creditrices, quam debitri-
ces, quotiescumque Iudex dixerit non habendam esse † ra- 6
tionem de sex partitis contra easdem positis, prout non ha-
bendam esse dixit, ratio dicitur sufficienter reddita, † & 7
standum est calculo, pro quo præsumitur donec de errore
fuerit doctum Rota *coram Royas decis. 472. numer. 5. & decis.
47. num. 7. par. 7. recent.*
Ex alio etiam capite videlicet ex non iure Monialium di-
ctum fuerit constare de bono iure dd. Sororum, † quibus 8
sufficit vincere per non ius partis Rota *decis. 63. num. 38. par.
8. & decis. 58. nu. 11. par. 12. recent.* si quidem cum Roncherius
earum Auctor predium emerit de anno 1642. pro pretio li-
brarum 7750. & soluerit tantùm libras 2250. cum declaratio-
ne, quod residuum eiusdem prædij, pro quo prætium non
soluerat, retinebat titulo affictus vsque ad integram eius-
dem pretij solutionem in septannium secuturum, eo vero
elapso, & solutione minimè facta, intelligeretur affictus
continuare pro annua responsione librarum 320. etiam in-
trà dictum septennium conuenta, donec cùm effectu pre-
tium soluisset, reseruato etiam venditoribus iure specialis
hypothecæ Summario de Campanis *num. 1.* Hinc solutione
pretij, † imò, & affictuum numquam secuta, nullum 9
ius acquiri potuit Rongherio Rota *coram Coccino decis. 216.
num. 28. & 29. coram Cels. decis. 365. num. 1. & seq. & decis. 76.
num. 16. post* Merlin. *de pignor.*
Et quamuis pro rata dictarum librarum 2250. solutarum,
possent moniales opponere retentionem; † Quia tamen de 10
anno 1649. post concordiam inter partes initam, Ronghe-
rius remanebat creditor dd. Sororum, ad effectum sibi sa-
tisfaciendi, conduxit ab eisdem prædium controuersum
pro annuo affictu librarum 430. dicto Summario *num. 6.* quod
cum retinuerit vsque ad annum 1656. successiuè remissa
concordia, moniales eius hæredes, † & numquam solu- 11
ti fuerint affictus, non solum præfatum creditum reman-
sit illiquidum, etiam per receptionem fructuum, sed plus
quam satisfactum.
Firmato autem bono iure dd. Sororum, eò facilius in ea-
rum priori possessione à Signatura non circumscripta, de-
bent manuteneri ex deductis in dicta præterita decisione,
cum quibus Domini transierunt.
Et ita, vtraque Parte informante resolutum fuit.

Supra in alia præcedenti parte 18. tomo 2. adest altera præsentis causæ Decisio 370. in ordine per errorem in iudice adscripta Reuerendissimo Domino Decano.

R. P. D. TAIA.

Posteà S. R. E. Cardinali.

Romana Pecuniaria.

Veneris 30. Aprilis 1677.

ARGVMENTVM.

De coniecturis simulationis hinc inde adductis, eæ præualere visæ sunt, quæ apocham fuisse simulatam concludebant, non solum ex communi regula, quod illa semper habeat præsumptionem antidatæ; verum etiam, quia facta erat eadem die carcerationis sequutæ, quod pro sufficienti causa simulandi plus quam sufficere visum est, quia igitur stante ad eam inducendam leuiores coniecturæ sufficiunt.

SVMMARIVM.

1 *Complementarius mensæ nummulariæ quis esse potest, quamuis aliud adsit Capserius generalis, ad quem spectaret huiusmodi onus, & num. seq.*
3 *Simulatio probari debet per causam simulandi, & per coniecturas vrgentes, & num. seqq.*
4 *Simulationis causa cessante, non sufficiunt, quæcumque coniecturæ pro ea adducantur.*
5 *Causa simulationis debet esse rationabilis, quamuis plures coniecturæ concurrant.*

6 *Causam*

6 *Causam sufficientem simulationis probare non sufficit, sed illa præcisè ad hunc, & talem effectum probari debet.*
7 *Scriptura qualibet priuata habet suspicionem antidatæ.*
8 *Scriptura priuata non potest dici in præiudicium fisci, si facta est antequam illi fuisset ius quæsitum, amplia, vt ibidem, & vid. num. 14.*
9 *Simulationem nullatenus commisisse præsumitur hominem probatæ fidei. maximè apud illos, qui illum alicui negotio præposuerunt.*
10 *Simulatio habens admixtam fraudem, non potest quoad fraudem ab hærede simulantis allegari.*
11 *Causam delinquendi habens, præsumitur deliquisse.*
12 *Interesse non debetur, si non probantur notissima requisita* Pauli de Castro.
13 *Interesse vltra requisita* Castrensis, *etiam interpellationem requirit.*
14 *Institor, & Præpositus non potest Præponentem obligare vltra causam suæ Institoriæ.*
15 *Scriptura facta eadem die qua quis fuit carceratus præsumitur simulata, & collusiua.*
16 *Simulatio, & collusio faciliter præsumitur ex pluribus coniecturis, & quales illæ sint.*

DECISIO LV.

A Decisis 16. Nouembris 1676. altera tantum Parte informante, hodiè altera quoquè, DD. recesserunt, licet non nemine discrepante.

Dixit enim vnus, standum iuxta modum, etenim Io: Franciscus est creditor (inquit ille) scut. 5025. 62. *per frutti scritti in più volte fin'à questo di 20. Nouembre* 1652. ex scriptura nomine constituentium scripta, & subscripta à Michaele Angelo Mandatario, & complementario nummulariæ mensæ Mutij, & Iustiniani, cum facultate in quibusuis scripturis, quas fieri contigerit, scribendi, & subscribendi, omniaque alia, & singula, quæ circa administrationem Bancorum, & administrationis Montis Fidei esset necessaria, & opportuna, etiamsi mandatum
5 magis expressum, † & magis speciale exigerent, & ad plenum, liberum, & generale mandatum cum plena, & generali administratione &c. in Instrumento 8. Ianuarij 1647. in Summario prioris portionis Ioan: Francisci *numero* 13.

Non obstante, quod esset Capserios generalis alius ad
2 quem spectarent huiusmodi scripturæ, † quia non docetur facultas huius Capserij, & quod existeret dictus Capserius, & per eam non excluditur ampla facultas, data Michaeli Angelo mandatario, & complimentario depositariæ montis, vt in dicto Instrumento.

Minùs obstante aliqua simulatione, vti probanda saltem
3 per causas, & per coniecturas vrgentes, † & quod simulatio requirat causam, Fario. infinitos cumulat, & nisi
4 adducitur causa non sufficiunt † quæcumque coniecturæ &c. Annot. *ad Ludouis. decis.* 157. *num.* 2. & vltra vulgatum Bart. *cons.* 65. Rota *coram Buratt. decis.* 99 *num.* 21. *& annot. sub. num.* 2. vbi Rota sequitur hanc opinionem, & causa debet esse rationabilis, etiam si plures concurrent coniecturæ,
5 † secundum opinionem, quam Rota tenet, & fuit sæpè decisum (inquit) *coram Dunoz sen. decis.* 23. *num.* 8. nec sufficit
6 allegare causam sufficientem pro simulatione, † sed est probandum, quod interuenit illa causa ad dictum Bartoli *cons.* 65. *annot. ad* Buratt. *dec.* 154. *num.* 12.

Et causa non videtur adesse, nam fraudandi Fiscum non apparet, & hoc minus, quod scriptura scribenda fuisset
7 antedata, Mutio carcerato, † si etiam sufficeret ad *l. scripturam* 11. *& seq. Auth. si quis vult. Cod. qui pot. in pignor.*
8 antequam esset ius quæsitum Fisco, † præcipuè cum Fiscus non pro confiscatione, sed pro credito instaret.

Et de coniecturis consanguinitas inter D. Io: Franciscum, & Michaelem Angelum, nihil arguit, non præsumendo Michaelem Angelum iam tantæ fidei apud constituentes illum talem Administratorem simulare voluisse cum Io:
9 Francisco, † & quidem pro constituentibus ipsis, nunc allegantibus in suam causam, suam quoque simulationem, quia cum ista simulatio in hoc casu habeat admixtam frau-
10 dem, non potest quoad fraudem allegari, † etiam ab eorum herede ex Cardinali Mantic. *de tacit. & ambig. conu. tit.* 37. *num.* 5. *vers. hoc autem non possunt dicere lib.* 13. inquit Rota *coram Coccin. decis.* 1177. *num.* 5. nam qui causam delinquen-
11 di habuit ipsum, † nempè deliquisse præsumitur apud Farinac. *quæst.* 52. *num.* 144. & notum est Cassianum illud cui bono fiunt eum fecisse credendum.

Et tarditas proferendæ prolatæque scripturæ ab anno 1652. in annum 1666. annis 14. maximè post mortem Michaelis Angeli scriptoris, tollitur ex eo, quod debitores notoriè decoxerant, & cum essent rationes inter ipsum, & Io: Franciscum, quousque Io: Franciscus non fuit pulsatus, non curauit exactionem reliquatus crediti proprij, & ex opposito si fuisset simulatè scriptura, vel nulla ad exceptionem debiturum non est cur ipsi, cœteroqui creditores petere distulissent.

Alia credita Io: Francisci non controuersa in Decisione, neque controuertuntur, & transeundo ad credita alterius Partis.

Primum est scut. 394. 83. monetæ numeratæ Io: Francisco ex pretio Locorum montium, quæ respondit idem deberi, quidem non deberi autem aliqua damna, & interesse, cum Io: Franciscus illa non vendiderit, sed Cæsar Procurator Caroli, de mandato Mutij constitutus, vt in
decisione, † Vndè Io: Franciscus simplex est debitor pe- 12
cuniarius dictæ summæ solius, non probatis notissimis requisitis à Paulo Castrense *ad l.* 3. *ff. de eo quod certo loco*, & saltem non constante interpellatione † nouissimè Rota *dec.* 13
150. *ex num.* 6. *par.* 15. Imò constante credito Io: Francisci, quod, & alijs placuit.

Secundum est residui pretij rubr. 974. frumenti ad septem cum dimidio pro quolibet rubro, videlicet ad scut. 1350. quibus hinc indè computatis, & supputatis in eò, quod superest declarandus est creditor Io: Franciscus, vt sic ille conclusit.

Alij autem in præsenti propositione, facto dilucidato, aliud responderunt.

Et quoad creditum Mutij, nunc causam agentis, illud est clarum (dicebant) quia cum esset antea debitor Caroli scut. 4000. auri ex cambio, & pro cautione resignasset Loca 6a—; Montis Fidei, his posteà venditis, & reducto pretio vltrà debitum ad Io: Francisci manus iure merito ad restitutionem quantitatis superantis omnino tenetur de iure aperto allegata Rota *decis.* 134. *num.* 5. *par.* 11.

Quoad creditum Io: Francisci decisio supponit ipsum emisse rubra 1000. frumenti à Mutio, & fratribus, & soluisse pro illorum pretio scut. 5357. & tamen non fuisse tradita vltra scut 974. vnde infertur remansisse creditorem non traditæ quantitatis, verum admisso etiam non constare traditionem, adhuc ex calculo appatet ad pretium scut. 7—; pro quolibet rubro, valor rubror. 974 ascendens ad scut 7350. cumque Ioannes Franciscus soluerit tantum scut. 5375. patet non solum eum non esse creditorem, sed, & demptis alijs duobus creditis, eius scut. 340. 20 ex pretio vini, & scut. 943. numeratis, adhuc remanet debitor sc. 1558. 56.

Minùs constat creditum ex scriptura scutor. 5025. 62. quoniam fuit facta à Michaele Angelo, qui non erat complementarius nummulariæ mensæ, & Depositariæ Montis
Fidei, & licet esset Administrator Doganarum, † & Depo- 14
sitariæ generalis, non potuit tamen Præponentes obligari extra causam suæ Institoriæ Rot. *coram Seraphin. decis.* 1139. *num.* 2.

Potissimè, quia dicta scriptura est valdè suspecta de collusione, & simulatione, vt facta ipsa die, qua fuit car-
ceratus Mutius, vnde resultat † causam excludendi Fis- 15
cum (dicebat) allegata Rota *coram Bich. decis.* 49 *num.* 2. concurruntque plures coniecturæ, prima, quod Michael Angelus scriptor erat consanguineus Io: Francisci, secunda quod fuit facta longè post factas fructuum receputas (aiebant ipsi) cum tamen omnibus notum sit fieri in ipso instanti, quo scribuntur. Tertia, quia Io: Franciscus distulit
petitionem summæ adeò considerabilis, † spatio 14. an- 16
norum. Et tandem quarta, quia expectauit obitum Michaelis Angeli informati de veritate facti, quæ omnia iuncta valde stringunt ad præsumendam simulationem huius scripturæ factæ etiam à persona minus legitima.

Et sic alij concordes, vtraque parte informante responderunt.

REVERENDISS. D. ALBERGATO
Sacræ Rotæ Decano.

Montis Cassinensis Præheminentiarum.

Veneris 30 Aprilis 1677.

ARGVMENTVM.

Declaratur quasi Cathedralitas Ecclesię Cassinensis ex pluribus argumentis, & demonstrationibus eam talem esse denotantibus; hinc de illius antiquitate, primæua Episcoporum institutione vsque, & de tempore SS. Apostolorum, introductione in ipsam S. Patris Benedicti, de altera Ecclesia S. Germani eidem Ecclesiæ subiecta, de deuastata Campania à Barbaris, de materia, enunciatiuarum, & alia etiam ex sequenti Summario, & decisione omnino videnda.

SVMMARIVM.

1 *Ecclesia Cassinensis æquè olim, ac hodiè semper extitit Cathedralis, & per tot.*

2 *Ciuitas Cassini præclara Latinorum Vrbs appellatur, & plura de ea num. seqq.*

3 *Ciuitates, & Coloniæ ab initio nascentis Ecclesiæ consueuerunt erigi in Cathedrales, & Episcopali dignitate decorari, & num. 6.*

4 *Patriarchas, Archiepiscopos, Episcopos, & Præsbiteros iuxta locorum qualitatem institui mandauit S. Petrus Apostolus, & Christi Vicarius.*

6 *Apostolorum consuetudo fuit vnicuique Ciuitati præficere Episcopum, qui prædicaret Euangelium.*

7 *Ecclesia Cassinensis, etiam antequam ad illam accederet* Diuus Benedictus, *suum habebat Episcopum, & Prælatum.*

8 Seuerus *fuit Episcopus Cassinensis, qui cum pluribus aliæ Campaniæ Præsulibus Lateranensi Concilio interfuit, & sup. num. 7. & 9. vbi plura de eo.*

10 S. Benedictus *non solum appellatur Frater Monachorum, sed gratia, & nomine verè Benedictus nuncupatur.*

11 S. Benedictus *post deuastatam à Ghotis Campaniam, mittitur à Deo in Ciuitatem Cassinensem ad prædicandum Euangelium teste* Gregorio Magno.

12 S. Benedictus *suum construxit Monasterium in cacumine Montis Cassini, ibique morabatur.*

13 *Abbates Cassinenses licet non essent Episcopi vsque, & à tempore obitu* Diui Benedicti *iura Episcopalia, & omnimodam iurisdictionem exercuerunt.*

14 *Ecclesia Cassinensis in regularem Cathedralem erigitur, à Ioanne XXII. eique ordo Episcopalis annectitur.*

15 *Episcopalis dignitas Ecclesiæ Cassinensi adimitur ab Vrbano V. & quare.*

16 *Ecclesia Montis Cassini, tam priscis, quam modernis temporibus semper Cathedralis nuncupata est.*

17 *Episcopus Cassinensis est solus Abbas S. Benedicti, & vti talis etiam à Sede Apostolica appellatur, non autem Episcopus S. Germani, & num. 18.*

19 *Ecclesia Cassinensis à Zaccaria Primo dedicatur in Ecclesiam S. Benedicti.*

20 *Cathedralitatis signum maximum est si in Ecclesia Episcopus sit tumulatus.*

21 *Episcopus sepelliri debet in propria sede, & iuxta suam sponsam Ecclesiam, si in alio loco sepulturam non elegit.*

22 *inter Ecclesiam, & Episcopum spirituale matrimonium contrahitur.*

23 *Coniugij vinculum exigit, vt neque post mortem coniuges separentur.*

24 *Residentia Episcopi arguit Cathedralitatem.*

25 *Cathedralis Ecclesia, ea dicitur, in qua est Cathedra Episcopi, illiusque sedes.*

26 *Cathedralitatis signum est prerogatiua pulsandi Campanas in Sabbato maioris hebdomadæ ante omnes alias Ecclesias.*

27 *Campanas ante omnes alias Ecclesias in die Sabbati Sancti primo loco pulsari debent ab Ecclesia Cathedrali, vel matrice.*

28 *Cathedralitatis signum est exigere decimas etiam in Territorio aliarum Ecclesiarum.*

29 *Germanenses Populi compulsi sunt soluere decimas Ecclesiæ Cassinensi.*

30 *Ecclesia non potest dici Cathedealis si in ea obtineatur Canonicatus, etiam à non habentibus ætatem annorum 22.*

31 *Canonicatus in Ecclesia Cathedrali obtineri non possunt nisi in ætate annorum 22. & vide sup. num. 30.*

32 *Cathedralitatis potissimum argumentum est, administratio Sacramentorum.*

33 *Maioritas, & quasi Cathedralitas Ecclesiæ probatur ex obedientia aliarum Ecclesiarum.*

34 *Ecclesia recognoscens aliam Ecclesiam in dominam, & matricem, non potest impugnare illius Cathedralitatem, vel quasi.*

35 *Archiuium Ecclesiæ Cassinensis magnam habere legalitatem, & auctoritatem Rota nostra testatur.*

36 *Ciuitatis deuastatio est vna ex legitimis causis transferendi vnam Ecclesiam ad aliam.*

37 *Translatio Ecclesiarum non potest fieri nisi de licentia, & auctoritate Summi Pontificis.*

38 *Ecclesiæ translatio non potest ex coniecturis consistere, & quando num. seqq.*

39 *Enunciatiuæ, etiam Papæ non probant, si sunt emissæ ad instantiam partis.*

40 *Ecclesiæ nomine sine expressione Sancti de stylo Curiæ intelligitur per antonomasiam Ecclesia Cathedralis.*

41 *Enunciatiuæ non attenduntur quoties principaliter contigit dubitari de enunciato.*

42 *Enunciatiuæ erroneæ non præiudicant, si constat de contrario.*

43 *Cathedralitatem, vel quasi non inferunt celebratio dedicationis Ecclesiæ, Fons Baptismatis, & huiusmodi, si ex alijs constat de Cathedralitate contraria.*

DECISIO LVI.

SVbortis inter Abbatem Cassinensem, & Capitulum S. Germani pluribus differentijs, eisque delatis ad Sac. Congregationem Episcoporum, & Regularium, placuit Eminentissimis PP. exquirere super nonnullis earum, votum huius Sacri Tribunalis, proindè super singulis articulis singula dubia subscripsi, quorum vnum respiciens Cathedralitatem hodiè dumtaxat proposui, & emanauit resolutio, constare de quasi Cathedralitate Ecclesiæ Montis Casini, non autem S. Germani.

Ecclesiam autem Cassinensem † olim fuisse Cathedra- 1
lem, & successiuè quasi Cathedralem ex antiquis munimentis multipliciter comprobatur; Nam Ciuitas † Casi- 2
ni præclaram Latinorum Vrbem appellat Strab. *lib. 5. de sit. orb.* & Romanorum Coloniam dicit Liu. *lib. 9. decad. 1.* & Casinum pluries commemorant, & commendant *Plin. M. Varro, Sanctus Antoninus Sil. Italic. lib. 12. de bello punic.*; has enim Colonias, † & Ciuitates ab initio nascentis Ec- 3
clesiæ erigi consueuisse in Cathedrales, & Episcopali dignitate decorari habetur ex textu *in Can. 1. & duob. seqq. 80. distinct.* vbi quod Patriarcas, Archiepiscopos, Episcopos, &
† Presbyteros iuxta locorum qualitatem institui præcipit 4
Princeps Apostolorum, & Christi Vicarius Petrus, à quo veteres Casinates Christianam Religionem fuisse edoctos,
† & Ecclesiam in Cathedralem excitatam proprioque Pa- 5
stori commendatam refert pro constante maiorum traditione *Pater Ferdinand. Vghell. Abbas Cistercensis in eius Ital. Sacr. tom. 2. in Append. Column. 1028. littera B.* erat enim
Apostolorum consuetudo † præficiendi Episcopum vni- 6
cuique Ciuitati, in qua Euangelium prædicauerant, vt refert Tertullian. *de præscrip. aduers. hæretic. cap. 20.* quem refert, & sequitur in proposito Rota *decis. 1867. num. 33. coram Coccia.*

Quod etiam ex temporum serie demonstratur, cum liqueat, Ecclesiam Casinensem prius quam illuc accederet
diuus † Benedictus, habuisse proprium Episcopum, & si- 7
gnanter SEVERVM, qui vti talis, sub Felice Tertio
Pontifice Maximo anno salutis 487. † cum finitimis Ca- 8
puano, Aquinate, Fundano, alijsque Campaniæ Præsulibus Lateranensi Concilio interfuit, & se subscripsit, vt constat ex *tom. 2. Concil. fol. 420.* & testatur Rot. *coram Merlin. decis. 264. num. 11. & 12.* & reassumit Adden. *ad Buratt. decis. 667. num. 26.* Vghell. vbi supra, & de hoc SEVE-
RO testatur *Petrus Diaconus*, † qui eius præclaras virtu- 9
tes in

tes in vnum collegit, & memorat *Leo Hostien. in Chronic. Casinens. lib. 3. cap. 40.* Verum paucis annis à Seueri morte, cum Theodoricus Gothorum Rex Campaniam totam, ac etiam
10 Casinum deuastasset, Almus Pater Monachorum, † gratia, & nomine Benedictus, è Sublacensi solitudine diuino ductus spiritu Casinensis Ecclesiæ calamitosum statum
11 commiseratus, † eòdiuertit, vbi prædicato Euangelio, ad quod à Deo illuc missum fuisse testatur Sanctus Gregorius Magnus *Dialog. lib. 2. cap. 8. & diuus* Thomas *opusculo 19.* & recenset Tamburin. *de iure Abbatum disp. 3. quæst. 4. num. 2.* & alij relati per Rot. *d. decis. 264. numer. 14. coram Merlin. & per* Adden. *ad Buratt. vbi supra num. 26.* veterem Diœcesim excolendam suscepit, Gothorum Idolatriam fugauit, & in Cacumine Montis, vbi olim Ædem Appollinis fuisse
12 narratur, † Cœnobium construxit, ibique tamquam in proprio domicilio Cathedram sibi fixit Abbatialem, cuius ordinaria iura Titulo diuinæ missionis, prædicationis, & conuersionis circumiacentis Populi acquisiuerat, post cu-
13 ius gloriosam obdormitionem, † Abbates Cassinenses licet non essent Episcopi, iura tamen Episcopalia, & omnimodam iurisdictionem per octingentos ferè annos sedulo exercuerunt, donec anno 1322. IOANNES PAPA
14 XXII. eandem † Ecclesiam in Regularem Cathedralem erexit, ordinem Episcopalem dumtaxat addendo Abbatibus insposterum Canonicè eligendis, quod Seruatum exti-
15 tit vsque ad annum 1367. sub VRBANO V. † qui reseruata Abbatibus Iurisdictione, Episcopalem Ordinem dumtaxat ademit, putans vtilitati Monasterij sic magis fore consultum, vt refert illius *diploma* datum apud Montem Pessulanum *Secundo Kalen. Aprilis Pontificatus sui 5.* registrat. apud Vghell. *vbi proximè columna 1032.*
16 Præterea Ecclesia Montis Casini † tam priscis, quam modernis temporibus habita, & nuncupata fuit Cathedralis, vt apud Ioannem Andr. *in cap. cum contingat num. 4. vers. sunt ibique* Anton. de Butr. *numer. 11. vers. fatetur de for. competen. Quarant. in Summ. Bullar. verb. Concilium prouinciale sub num. 16. vers. suffraganeus*, & habetur in *Prouincial. omn. Eccles. impress. post* Rebuff. *in prax. benefic. fol. mihi 696. verb. Archiepiscopus Capuanus*, & apud Barbos. *de potest. Episc. par. 1. tit. 1. cap. 7. fol. mihi 44.* ibi: Cassinensis Monte Casino,
17 vbi quod Episcopus Cassinensis † est Abbas Sancti Benedicti, eisdemque verbis post Corrad. *in prax. dispens. fol. mihi 442.* Francesc. *de Eccles. Cathedr. cap. 35.* Tamburin. *vbi supra vers. primo addentes ad* Buratt. *d. decis. 667. num. 26.* Rot. *in alleg. decis. 264. num. 9. coram Merlin.* Vnde Diœcesis semper fuit appellata Montis Casini, non autem S. Germani, & Ab-
18 bas semper dictus fuit Cassinensis, † eidemque vtitali Literæ Apostolicæ diriguntur, vt ponderat R. P. D. Fagnanus *in cap. cum certum num. 25. vers. & licet de maior. & obed.* Rot. *decis. 5. num. 5. par. 13. rec.* & latissime *in decis. 1567. num. 58. coram Coccin.*
Viterius deducitur quasi Cathedralitas ex enunciatiua Papæ Zacchariæ Primi, qui anno Christi 741. Ecclesiam
19 † Casinensem, adstantibus pluribus Archiepiscopis, & Episcopus dedicauit in honorem diui Benedicti, asserens in eius Constit. *impress. apud* Tambur. *vbi supra* illam fuisse Ec-
20 clesiam S. Benedicti, ibique eius corpus requiescere, † sepulcrum enim Episcopi in Ecclesia, quæ prætenditur Cathedralis est non leue adminiculum, & præsumptio, quod ta-
21 lis Ecclesia sit Cathedralis, cum Episcopus † in propria sede, & iuxta suam sponsam Ecclesiam tumulandus sit, quando in alio loco sepulturam non elegit *Cardinalis in Clementia dudum §. huiusmodi de sepulturis* Abbas *in cap. Apostolicè de donationibus*, & distinguit Murga *de sepultur. tract. 8. disquisit. 2. sect. 2. dub. 9. conclus. 1. num. 4. fol. 345. tom. 1.* & ra-
22 tio est, quia inter Ecclesiam, † & Episcopum spiritualem matrimonium contrahitur *Can. sicut viri, & Can. Altari*
23 *septimo quæst. 1.* cuius coniugij vinculum exigit, † vt neque post mortem separentur ad tradit per Abbatem *in cap. de vxore de Sepultura*, quem refert, & in puncto sequitur Rota *decis. 1867. num. 42. & 43. coram Coccin. Franc. de Eccles. Cathedr. cap. 17. num. 8. & 14.*
Concurrit etiam antiqua, & continua residentia Abbatum apud Ecclesiam Casinensem, non autem apud illam
24 Sancti Germani; † talis enim continua residentia pariter arguit Cathedralitatem Rot. *d. decis. 1867. num. 39. in fin. coram Coccin. & decis. 665. num. 29. coram Bich. & decis. 5. num. 6. par. 3. recent.* Nam Ecclesia Cathedralis ea dicitur, in qua
25 † Cathedra Episcopalis, & sedes Episcopi sita est *cap. Statutum de rescriptis in 6. cap. ne pro defectu de electionibus* Barbos. *de Canon. & dignit. cap. 2. num. 4.* Tondut. *quæst. benefic. par. 2. cap. 2. §. 1. num. 4.* prout idem ostendit prohibitio facta Ecclesiæ S. Germani pulsandi Campanas in Sabbatho Sanctioris Hebdomadæ, antequam pulsatæ fuerint illæ Montis Casini, † hæc enim prærogatiua est signum Ca- 26
thedralitatis, cum hoc ius pulsandi Campanas ante omnes alias Ecclesias Diœcesis † spectet ad Cathedralem 27
Francesc. *de Eccles. Cathedrali cap. 24. n. 179.* Rot. *coram Merlin. decis. 109. per totam, & decis. 198. num. 2. coram Dunoz. Sen.* & sæpissime declarasse Sacram Congregationem Rituum refert Barbos. *in Collectanea Apostol. decisione 83. numero 3. & 4.*
Comprobatur quoque quasi Cathedralitas, † tum quia 28
Ecclesia Casinensis exigit decimas etiam in Territorio S. Germani Rot. *d. decis. 1867. num. 56. vers. facultas, & decis. 640. num. 8. coram Bich. & decis. 177. num. 6. par. 6. recent.* & ad illarum solutionem fuisse Germanenses † compulsos à 29
Raymundo Episcopo Casinate refert Vghell. *vbi supra tom. 2. Ital. Sacr. in Append. Column.* 1032. ibi Germanenses *decimas persoluere detrectantes diris deuouit Romani Pontificis diplomate, lata in eos excommunicatione roborata*; Tum quia in Ecclesia Sancti Germani simplices Clerici minores 22. annorum Canonicatus obtinent, † quos obtinere non pos- 30
sent si esset Cathedralis, vbi Canonici † dictam ætatem 31
habere debent iuxta præceptum Concilij Tridentini *sess. 24. cap. 12.* Rot. *decis. 205. num. 10. & 15. par. 10. recent.* tum etiam ex Sacramentorum administratione, quæ fit omnibus ab Ecclesia Casinen. vt deponunt testes examinati pro Abbate, † quæ administratio est argumentum Cathedralita- 32
tis, vt ponderat Rot. *in sæpe alleg. decis. 1867. numer. 56. vers. sacramentorum, & d. decis. 177. num. 7.* & demum quasi Cathedralitas, & maioritas Ecclesiæ Casinensis colligitur ex diuturna immemorabili obedientia præstita Ecclesiæ Casinensi, † & ex ipsamet confessione Capituli, & Canoni- 33
corum Sancti Germani, qui in Synodis se subscribunt de Collegiata Ecclesia, non autem de Cathedrali; Imò per instrumentum publicum anno 1475. capitulariter congregati in ipsa Ecclesia S. Mariæ, † recognouerunt Ecclesiam 34
Casinensem pro eorum Matre, & Domina Rot. *d. decis. 5. num. 15. par. 13. recent.* de cuius instrumenti legalitate dubitari non valet, cum extractum sit ab Archiuio Casinensi, † cuius auctoritas, & legalitas quanta sit, ostendit Ro- 35
ta *coram Merlin. decis. 264. d. num. 19.* & refert addentes *ad* Buratt. *dictæ decis. 667. num. 23.*
His positis non subsistit, quod Casino veteri destructo, Cathedralis translata fuerit in Ecclesiam S. Germani, quæ postmodum fuit ædificata, quia præter quod huiusmodi migratio, & mutatio in facto non potest subsistere, dum diuus Benedictus, eiusque successores Cathedralem retinuerunt in Ecclesia Casinensi, cessat motiuum, ex quo licet deuastatio Ciuitatis † facta ab Hostibus sit vna ex le- 36
gitimis causis transferendi Cathedralem ex deductis in *cap. 2. de relig. Dom. & in cap. quia monasterium eodem titulo*, & notat Francesc. *de Eccles. Cathedr. cap. 7. num. 23.* accedere tamen debet licentia, & auctoritas Papæ, † cui reseruatum est 37
Ecclesias transferre, & Diœceses assignare *cap. 1. de translat. Episcop.* Rebuff. *in prax. tit. de erect. in Cathedr. num. 1. & 5.* Barbos. *de potest. Episcopi alleg. 68. num. 8. & 15.* Antonell. *de loc. legal. lib. 1. cap. 3. num. 15.* Francesc. *de Eccles. Cathedrali cap. 3. num. 1. & seqq. & num. 158.* Rot. *coram Bich. decis. 665. num. 8.* Adden. *ad Buratt. decis. 912. num. 11.*
Nec ex præsumptionibus, & coniecturis argui potest legitima translatio Cathedralitatis in Ecclesiam S. Germani.
† Nam licet in Bulla Clementis Tertij de anno 1188. di- 38
catur: *Archipresbytero Ecclesiæ S. Germani, & Clericis* absque expressione alterius Sancti, tamen quia emanauit ad supplicationem ipsius Archipresbyteri, & Clericorum ibi: *Vestris postulationibus clementer annuimus*; Propterea talis enunciatiua ad instantiam partis supplicantis emissa † non 39
probat ad fauorem enunciantis, vt de huiusmodi enunciatiuis late dictum fuit *in Romana Castri Orciani coram me in rec. decis. 165. par. 15. confirmata 13. Iunij 1672. & Bulla autem, & 24. Ianuarij 1676. §. minus vrget coram R. P. D. Emerix*, & consequenter nihil prodest Capitulo, quod de stylo Curiæ sub nomine Ecclesiæ, sine expressione Sancti † in- 40
telligatur per Antonomasiam de Cathedrali iuxta gloss. *in cap. quamuis plenissima verbo non extendit in fine de præben. in 6.* Rot. *decis. 233. num. 4. & 13. par. 5. diuers. & decis. 995. num. 16. coram Dunoz. Iun.*
Similiter ius fieri nequit in Instrumento quietantiæ factæ de anno 1362. Benedicto de Piumarola conductori rectoriæ Sancti Germani; Imò retorquetur, dum illic fra-
ter An-

tet Angelus, qui instrumentum quietantiæ stipulatus est
enunciatur Episcopus Casinensis, non autem S. Germani
ibi: *Admodam Reuerendas in Christo Pater, & D. Fr. Angelus
Dei, & Apostolicæ Sedis gratia Episcopus Casinen &c.* & hęc
enunciatiua percutit tempus inter Pontificatum *Ioannis
XXII. & Vrbani Quinti*, quando Monasterium fruebatur
dignitate Episcopali, priusquam reduceretur ad abbatia-
lem, & aliæ enunciatiuæ postmodum per Abbates emissæ
41 non sunt habendæ in consideratione, † quando con-
tingit particulariter dubitari de enunciato, & tamquam er-
42 ronea, dum de contrario constat, † non præiudicarunt, cla-
rè Rota in toties allegata *decis. 1867. num. 75. coram Cocin. &
in dec. 5. num. 12. par. 13. recent.* eò facilius cum non sint vnifor-
mes, dum in Synodo anni 1626. circa præcedentiam, illa
tribuitur dignitatibus Ecclesiæ Casinen. vel Cathedralis ibi:
Exceptis dignitatibus nostræ Cathedralis Ecclesiæ Casinen.

Tandem celebratio Dedicationis Ecclesiæ Sancti Ger-
43 mani, existentia fontis Baptismalis, & alia, † quæ adduce-
bantur ab informantibus pro Capitulo, tamquam æquiuo-
ca non possunt inferre quasi Cathedralitatem, quam ex
supra enumeratis esse penes Ecclesiam Montis Casini Do-
mini resoluerunt.

Vtraque parte informante.

Plures Decisiones in hac causa factæ sunt, quarum altera erit sub die 22. Aprilis 1678. cuius in calce etiam alias concordantes notabimus.

R. P. D. E M E R I X.

Bononien. Fideicommissi de Amorinis.

Veneris 30. Aprilis 1677.

A R G V M E N T V M.

Rationes in laudo fuisse dispunctas deciditur, quia dum aliquis in eo creditor declaratus est, de cæteris partitis vel præsumitur habita ratio, & inuicem inducta compensatio, aut saltem agnitum, quod illæ de alienis pecunijs factæ sint, eoque magis quia cum d. laudum esset antiquum, & pluries a partibus approbatum, & emologatum, de eiusdem legalitate amplius dubitari non poterat.

S V M M A R I V M.

1 *Alienationes bonorum fideicommissi sustinentur ex capite detractionum.*
2 *Detractiones semel factæ, iterată fieri non debent.*
3 *Reseruatio semper intelligitur prout de iure, & quatenus competat ius reseruanti.*
4 *Rationes vbi sunt dispunctæ, si aliquis creditor declaratur, de cæteris partitis præsumitur habita ratio, & facta compensatio.*
5 *Æqualitas seruata non esset, si in redditione rationum debitum, & creditum compensatum non fuisset.*
6 *in Redditione rationis æqualitas est seruanda, & seruata præsumitur, ac sup. num. 4.*
7 *Debitum, & creditum in redditione rationis, vel laudo, aut compensata præsumuntur, aut agnitum quod illa de alienis pecunijs facta sint.*
8 *Creditum semel consequutum, amplius consequi non debet.*
9 *Solutionem bis fieri bona fides non patitur.*
10 *Approbata dicuntur bona alicui assignata, quæ postea ab assignatario suis creditoribus in solutum data sunt.*
11 *Approbatum dicitur laudum, vel alia scriptura, quæ à partibus in instrumento sunt inserta.*
12 *de Legalitate laudi dubitari non potest, si illud iterate approbatum, & obseruatum sit.*

D E C I S I O LVII.

PRæuijs duabus decisionibus, Prima nempè sub die 24. Maij 1669. coram D. Otalora, & altera sub die 24. April. 1671. coram bo. me. Priolo Rota decreuit Comiti Ioanni Mariæ de Vrsis, & Ioanni Andreæ de Bologninis vti vocatis ad fideicommissum Matthæi Amorini immissionem in possessionem duarum ex tribus partibus Apothecæ à Marchione Hieronymo Albergato possessæ; Cumque postea ex supposita variatione facti coram R. P. D. meo Calataiu præuijs alijs duabus decisionibus, altera nimirum sub die 27. Martij 1772. & reliqua sub die 9. Iunij 1673. eadem immissio reuocata fuisset, & indè denuò mihi commissa appellatio, vt veritas facti elucesceret, & solida resolutio capi posset, curaui ex mente Dominorum per causæ Patronos coram me concordari factum, quo peracto, proposui dubium: An sententia Rotalis esset confirmanda, vel infirmanda, quod hodie ex capite iniustitiæ pro Infirmatione resolutum fuit.

Fideicommissum enim, illiusque purificatio, & identitas
Apothecæ non controuertuntur. Detractiones verò com-
petentes Alexandro hæredi grauato, † pro quibus Mar- 1
chio Albergatus ex eiusdem persona vult sustinere alie-
nationem, iuxtà Text. *in l. Marcellus §. res quæ ff. ad Trebell.*
visæ sunt iam factæ, † & ideò iteratò non faciendæ, Rota 2
decis. 336 num. 9. & decis. 384 num. 18. par. 9. rec. & coram Ninot. decis. 37. num. 7.

Siquidem pro debitis Testatoris solutis per Alexandrum, & pro quibus in sententia Magonij tunc Auditoris generalis Bononiæ de anno 1588. iste declaratus fuit creditor hæreditatis in lib. 112463. auctis postea in laudo dato per Vincentium Bencium, & Bornium Blancum deputatos ad instantiam d. Alexandri, & Iulij Cæsaris fratris, ab Executoribus testamentarijs de anno 1595. vsque ad summam lib. 119105. fuit vberrimè satisfactus, cum per dictam sententiam Magonij separata, & respectiuè eidem Alexandro assignata fuerint ex bonis hæreditarijs loca Montium, Domus existentes in Ciuitate Bononiæ, & bona ruralia descripta in eadem sententia registrata in instrumento transactionis §. 46. ad 55. valoris lib. 107385. nec non per dictum laudum Banchi, & Blanchi ad complendum integram summam alia bona stabilia valoris lib. 24. mil. videlicet Prædium situm pro parte in Communi Casadei, & pro parte in Communi Funi, duæ Domus existentes in Ciuitate Bononiæ, vna scilicet sub Capella S. Antonij de Banzolis, & altera S. Michaelis Archangeli, ac petia terræ nuncupata *la Rambalda*, vt fuit concordatum coram me, & liquet ex folio impresso actorum §. 4. 5. & 6. atque ita habuerit in totum bona valoris lib. 131385. quamuis eius creditum esset tantum lib. 119105.

Non obstat propterea, quod Alexander in prædicta sententia Magonij, in qua fuerunt dispunctæ rationes, fuerit constitutus creditor in lib. 112463. & quod de exactionibus, ac distractionibus bonorum fideicommisso suppositorum antecedenter factis, non possit haberi ratio; eo quia illa deseruierunt pro satisfactione aliorum debitorum in sententia non expressorum.

Quia Actores pro satisfactione d. summæ non adducunt alienationes præcedenter factas, sed supradictas assignationes locorum Montium, bonorum ruralium, & aliorum stabilium factas Alexandro in dd. sententia, & laudo excedentium non solum dictam summam lib. 112463. sed etiam aliam auctam ab Arbitris vsque ad lib. 119105. vt supra firmatum fuit.

In nihilo releuante reseruatione iurium in eadem senten-
tia Magonij ad fauorem Alexandri pro alijs creditis si quæ
haberet, quia non iustificatur, prout deberet per Alexan-
drum fuisse soluta alia debita diuersa à contentis in dicta
sententia, & excedentia summam lib. 119105. firmatam
in laudo: Dotes enim, & legata, ac alia debita Testatoris
contenta in dicta sententia, præter quatuor partitas, de
quibus in d. folio concordato §. 1. & 3. sunt etiam descripta in
eodem laudo, in quo verisimile non est omissa fuisse alia,
si quæ Alexander interim soluisset, vel acquisiuisset; pro
quibus Magonius iura reseruauit. † Reseruatio autem 3
semper intelligitur, prout de iure, & quatenus ius reser-
uatum competat, Crauett. *cons. 15. num. 2. & cons. 144. num.*
55. Rota *dec. 75. sub num. 4. vers. reseruationis par. 2. rec. coram
Penia decis. 732. num. 5. & decis. 738 num. 3. & coram Bichio decis. 175. num. 7.*

Neque talia visa sunt debita, quæ nunc adducuntur;
nam illud medietatis libr. 39890. per eundem Alexandrum,
& Iulium Cæsarem fratrem, & cohæredem solutarum di-
uersis creditoribus Matthæi Testatoris, fuit solutum ante
sententiam Magonij, vel concordatum est coram me in su-
pradicto folio §. 7. Vnde cum in eadem sententia supponan-
tur dispunctæ rationes, sicuti per fideicommissarios Acto-
res non possunt allegari alienationes antecedentes; † eo 4
quia in ea de illis præsumitur habita ratio, & facta com-
pensatio cum debitis solutis, vt firmant decisiones præce-
cedentis instantiæ, ita ex eadem ratione non possunt per

Reum-

Reumconuentum ex persona Alexandri allegari solutiones antecedentes, cum pariter præsumatur habita illarum ra-
5 tio, & facta debita compensatio cum alienationibus, † aliàs
6 enim non seruaretur æqualitas, † prout fieri debet, Rota *decis.*132 *num.*29 *par.*15.*rec.*

Præcipuè quia eædem lib 39890. sunt debita negocij, descripta in Bilancio, & in sæpè dicto laudo facta dispunctione omnium debitorum solutorum, & creditorum exactorum per Alexandrum, & compensatis compensandis idem Alexander declaratur creditor, pro debitis d. negocij solutis, & in Bilancio descriptis solum in lib. 4567. quæ sunt comprehensa in d. summa lib. 119105. firmata in eodem
7 laudo. † Ex hoc enim intrat vehementissima præsumptio, quod vel ijdem Arbitri agnouerint prædictas solutiones factas fuisse cum pecunijs in hæreditate repertis, vel quod easdem compensauerint cum exactionibus per eosdem Alexandrum & Iulium Cæsarem medio tempore factis, Buratt.*dec* 341.*num.*7 Dunoz.Iun.*dec.*910.*nu.*8. Cels.*dec.* 153. *num.* 10. & firmatum fuit in hac Causa *coram bo. me. Melzio decis.* 185.*num.*21.*par.*10.*rec.*& *coram bo.mem.Priolo* 24. *Aprilis* 1671.§.*Retentio siquidem*.

Alterum verò lib. 6600. solutarum Fabricæ S. Petronij, non erat debitum Testatoris, sed proprium ipsius Alexandri, qui eidem Fabricæ de anno 1574. post obitum d Testatoris vendiderat Prædium situm pro parte in Communi Casadei, & pro parte in Communi Funi cum pacto francandi pro dicta summa lib. 6600. hodierno Summ. Actorum *num.*1. quod Prædium postea dictus Alexander retinuit, & suis creditoribus assignauit in transactione cum eisdem inita de anno 1596. vt in §. 4. describitur inter debita per ipsum Alexandrum contracta.

Sicuti nec etiam debitum Testatoris, sed proprium Alexandri est illud lib. 55610. licèt enim ipse hoc contraxerit ad effectum soluendi debita, & legata per Testatorem relicta Ludouicæ, & Lucretiæ neptibus in summa scutorum 16500. auri pro qualibet, cum tamen hæc omnia sint in sententia Magonij, & in dicto laudo comprehensa, & pro illis Alexander consecutus fuerit ex hæreditate sæpe dictas assignationes bonorum, vt pluries fassus fuit in dicta transa-
8 ctione à §. 18. cum pluribus seqq. † non potest hæc summa denuò adscribi debito fideicommissi, aliàs enim bis solueret,
9 † quod bona fides non patitur, *l.bona fides ff.de reg.iur.* Rota *coram Ninot dec.* 37. *num.* 7.

Aliud verò lib. 7500. siue scut. 1050. auri solutorum d. Lucretiæ, præterquod non est in tantu quantitate respectu Alexandri, sed solum in lib. 2250. fuit etiam comprehensum, & satisfactum cum supradictis bonis assignatis in dd. sententia, & laudo, vt concordatum fuit coram me in d. fol. §. 8.

Credita verò, quæ prætenduntur ratione supplementi legitimæ, & æqualitatis debitæ Ludouicæ de Amorinis nuptæ Campegio cessant ex facto, quia ista nupta fuit post conditum testamentum viuente adhuc Testatore, qui pro dote eidem soluit sc. 5200. præsenti Summ. Actorum *num.*4. & vlterius ipsa pro supplemento legitimæ, quod erat tantum lib. 6681. d. Summ. *num.* 5. consecuta fuit Prædium Gallisani valoris lib. 51862. eodem Summ. *num.* 6.

Neque eadem Ludouica prætendere valet tantam quantitatem pro dote, quanta in sententia Magonij persoluta apparet Lucretiæ, quia hæc dicta summam non recepit ex nudo titulo dotis, sed etiam propter diuersa credita ei competentia contra bona fideicommissaria, Summ. *d. num.* 5. quæ credita non habebat Ludouica consobrina, & non soror, vt erroneè supponebatur.

Minus officit, quod Iulius Cæsar, & Alexander computatis exactis, declarati fuerint in sæpè dicto laudo creditores in lib. 258534. ob tot debita fideicommittentis soluta, atq; ita medietas Alexandri sit lib. 129282. quia Alexander non soluit medietatem dd. lib. 258534. sed solum lib. 119105. & reliquę in summa lib. 13157. solutę fuerunt à Iulio Cęsare, vt liquet ex notula extracta ex eodem laudo, in quo diuersimode descripta non fuisset summa per Alexandrum soluta, si esset maior lib. 119105. & nihilominus semper verum est ipsum esse plenè satisfactum, dum consecutus fuit bona valoris lib. 131385.

Quę verò dicebantur contra legalitatem laudi visa sunt Dominis non releuare; Tùm quia in transactione subsecuta inter Alexandrum, & eius creditores illud non solum enunciatur, ibi: In omnibus, & per omnia prout in declaratione per eos, scilicet Arbitros, facta, de qua rogatus fuit Ser Pirrus Belliosus, sed etiam per d. Alexandrum
approbatur † hoc ipso, quo eademmet bona contenta in lau- 10
do assignata suis creditoribus in satisfactionem suorum debitorum, Crauett.*cons.*237. *num.* 2. Rot. *coram Durano decis.* 136.*num.*2.& *in rec. decis.*307. *num.* 2.*par.* 15. Tùm quia fuit
pariter approbatum, & obseruatum per eius filios, † qui il- 11
lud per extensum inseruerunt in instrumento transactionis initę cum DD. de Maluasia, alijsque possessoribus bonorum in d. laudo contentorum allegato *Summ.num.* 7. stante autem
iterata huiusmodi approbatione, & obseruantia † laudi, 12
de illius legalitate dubitari non debet, Rot.*coram Caual.dec.* 625.*num.* 7.

Et ita, vtraque Parte informante, resolutum fuit.

Aliæ decisiones concordantes in hac causa adnotatæ sunt supra in altera præcedenti parte 18. tomo 2. in calce decisionis 117.

R. P. D. PAVLVCCIO.

Romana Assecutationis.

Mercurij 5. Maij 1677.

ARGVMENTVM.

Casum incogitatum prætendebatur non fuisse in assecuratione comprehensum, sed ex generalitate, & vniuersalitate verborum, illum ab eadem assecuratione complecti deciditur; Cumque prætendissent vlterius assecuratores solum damnum, & interesse persoluere, ad pecuniam conuentam condemnati sunt, prout ipsi sese in Apocha assecurationis expressè obligauerant, quæ quia dicitur fundamentum contractus, tamquam lex venit inter ipsos seruanda.

SVMMARIVM.

1 *Pacta, & conuentiones in contractu assecurationis apposita, sunt omninò seruanda, quia dicuntur fundamenta contractus.*
2 *Assecurationis contractus aliud est, quando importet emendationem damni, & refectionem interesse, aliud verò quod pecuniæ assecuratæ restitutionem contineat. & num. seqq.*
3 *Assecuratores ex quibus dicantur omnem itineris, nauigationis aleam in seipsos suscipere voluisse. & num. anteced. & seqq.*
4 *Barattariæ ratio formalis consistit in fraude, & culpa Nauarchi.*
5 *Assecuratores mercium, eueniente casu assecurationis, non earum pretium, aut æstimationem, sed pecuniam conuentam soluere debent. & num. anteced. & seqq. & nu. 14.*
6 *Stipulatio certo modo concepta, committitur, & executioni demandatur eo prorsus modo, quo fuit conuenta. & num. 14.*
7 *Merces assecuratæ censentur deperditæ respectu loci, quo peruenire debuerunt.*
8 *Pecunia in casum assecurationis promissa, non autem damnum, & interesse præstatur.*
9 *Exceptio facta in contractu assecurationis, de vno tantum casu, manifestè declarat, omnem alium casum fuisse comprehensum in illa.*
10 *Quantitas mercium assecuratarum probatur ex apocha onerationis subscripta* dal Sopracarico, *ac etiam ex alijs. & num. seqq.*
11 *Quantitas mercium assecuratarum, si aliud probetur, non obstat defectus subscriptionis Nauarchi.*
12 *Militibus in casu deprædationis Nauis datur facultas in suos vsus conuertendi aliquam quantitatem, puta olei, in eadem Naui existen.*
13 *Assecurationis contractus præsumitur initus eo modo, quo de iure iniri debuisset.*
14 *Assecurationis stipulatio, vt dicatur commissa, sufficit euenisse casum, ob quem merces ad locum destinatum peruenire non potuerunt.*
15 *Exemplis licèt iudicandum non sit, tamen valdè deferendum est illis, qui aliquam materiam frequenter pertractant.*
16 *Assecurationis in materia Rota plurimum deferre solet iudicio Tribunalium Mercatorum.*

DECISIO LVIII.

REuocata fuit ad examen decisio, quæ prodijt 7. Februarij 1676. coram me pro Martellis, & Vbertinis Assecuratis, & cum ex decreto Rotæ ab omnibus DD. esset videnda, proposui discutiendum, an sit standum, vel recedendum à decisis, & re maturè expensa, censuerunt DD. standum in decisis.

Præcipuus autem resolutionis cardo nititur fundamento
1 apochæ Assecurationis, † quæ tamquam lex contractus inter Assecuratos, & Assecuratores quid actum inter partes indicat, & quid inter ipsas seruandum præscribit, *l. iuris gentium §. adeò ff. de pactis l. contractus 24. ff. de hæred. vel act. vend.* Acta igitur conuenta Assecurationis ea sunt. Sia noto &c. come li Signori Nicolò Martelli &c. si fanno assicurare &c. supra vna quantità di Ogli &c. caricati, e da caricarsi in Bottame nel Porto di Brindesi, nella Naue nominata Vigna-d'oro, Capitano Giouanni Vingard Doncherchese, per condurre in Ostenda di Fiaodra &c. e si fanno assecurare sopra detti Ogli dall'hora, che saranno carichi, ò cominciati à caricare in detto Porto di Brindesi, sino che scaricati saranno in terra à buon saluamento in detto Porto d'Ostenda &c. correndo risico li sudetti Signori Assecuratori sopra detti Ogli d'ogni caso di mare, di fuoco, di getto in mare, di represaglie, ò rubbarie, di amici, ò inimici, d'ogn'altro oppertenole disastro, sinistro auuenimento, ò caso sinistro, ò fusse, come si volesse, ò interuenisse, tutti li risichi li corrino, e tutti li portino li sottoscritti Signori Assecuratori sopra di loro dall'hora, che detta Barca cominciò, ò cominciarà à caricare in detto Porto di Brindesi, sin'à tanto, che saranno intieramente scaricati à saluamento in terra, come sopra, e se in detti Ogli interuenisse alcun disastro li sudetti Assecuratori debbano dare, e pagare à detti Martelli, & Vbertini quelli denari, che haueranno assecurato, & in caso di robbaria, e ripresaglia, ò altro, che Dio guardi, li detti Signori Assecuratori si contentano, che detti Ogli siano ricuperati senza licenza loro, & à loro spese, correndo sempre ogni risico, e caso sinistro, che ne potesse interuenire per insino, che scarichi saranno in terra à buon saluamento in detto luogo di Ostenda in Fiandra. Dichiarando, che la Baratteria del Padrone in fuori li sottoscritti Assecuratori à tutti gli altri risichi, casi sinistri, & infortunij vogliono esser tenuti in tutto, e per tutto, rinuntiando li detti Signori Assecuratori ad ogni legge, e consuetudine, che in loro fauore facesse.

Ex quibus sanè verbis colligitur non illam fuisse initam conuentionem inter contrahentes, vt scilicet, si oleum quoquo modo, & quocunque casu pereat, detrimentum aliquod patiatur, teneantur Assecuratores soluere illius pretium, ac æstimationem, damnumue compensare pro eo, quod defuerit, sed vt certam, eamque conuentam pecuniæ quantitatem soluere debeant si oleum in itinere pereat, vel damnum patiatur, & quocumque euentu (vna excepta baratteria) ad destinatum Portum Ostenda incolume non perueniat, ibi — li sottoscritti Signori Assecuratori debbano dare, e pagare à detti Signori Martelli, &
2 Vbertini quelli denari, che haueranno assecurato, † qui quidem modus assecurationis, vt est à primo illo omninò diuersus, ita etiam probatus, & legitimus, Santern. *de Assecur. gloss. 6. num 4. & p. 3. num 43. vers. puta*, Scacc. *de camb. § 1. quæst. 1. num. 169. vers. primus casus est*, Ludouic. Molin. *de Iust. & Iur. tom. 2. de contract. disput. 307. n. 17.* Leonard. Less. *de Iust. & Iur. lib. 2. cap. 28. dub 4. nu. 27. & 28.* Dominic. à Soto *de Iust. & Iur. lib. 6. quæst. 7. artic. vnic.* Franc. Rocch. *de Assecurat. nu.*
3 514. † Per eum enim Assecuratores omnem itineris, & nauigationis aleam, velut per omnimodam auersionem suscipiunt, ac in se transferunt, *l. opus 36 ff. locati, l. si quis vina 26. ff. de contrahen. empt. l. 4. fin. ff. de peric. & comod. rei vendit.* Rot. *decis. 24. num. 9. & seqq. par. 6. rec. cum alijs relat. in decis.* quæ reuidetur, *§. contractus enim in fin.* Idque etiam manifestè euincitur ex literalibus verbis Apochæ assecurationis, vt supra relatis ibi. Et in caso di rubbaria, ò represaglia, ò altro, che Dio guardi, li detti Signori Assecuratori si contentano, che detti Ogli siano ricuperati senza licenza loro, & à loro spese, correndo sempre ogni risico, e caso sinistro che ne potesse interuenire per infino, che scarichi saranno in terra à buon saluamento in detto luogo di Ostenda.

Et ideo censuerunt DD. rectè decisum, teneri Assecuratores ad summam conuentam soluendam, ex quo Oleum assecuratum non peruenit ad Portum Ostenda, nec ibi fuit exoneratum, siue id euenerit ex tempestate maris, siue ex impedimento Regiæ Classis, cum in omnem casum se obligauerint, vno tantum excepto Baratteriæ, de qua tamen non constat, nec vlla adest suspicio, cum nulla in Nauarcho arguatur fraus, aut dolus in perniciem, aut perditionem mercium directus, † in quo ratio formalis Barat- 4 teriæ consistit Stracc. *de Assecurat. gloss. 31. n. 1.* Locien. *de Iur. mar. lib. 2. cap. 5. num. 10.* cum alijs *in præceden. allegat.* quicquid sit de culpa ex ignorantia Regij Bannimenti ne exportaretur argentum, quæ fuit causa, vt Nauis à Regia Classe sisteretur, & fisco Regio addiceretur, & cum in quemcumque casum, Baratteria excepta, promiserint non soluturos se Olei pretium, aut æstimationem eius, quod esset deperditum, sed certam pecuniæ summam singuli, † ideo non 5 appellente naui ad Portum Ostenda, nec exonerato ibidem Oleo, commissa intelligitur stipulatio *l. 1. iunc. l. centum Capuæ ff. de eo, quod certo loca*, Castr *ad l. in naue* Sauphæi *nu. 6. ff. locati* Alex. *ad l. à titio num. 3. ff. de verb. oblig.* Rot. *in Romana Grani 13. Nouemb. 1641. §. nec suffragatur coram Eminentissimo Cerra, cum alijs adductis in decis. huius causæ 9. Maij 1674. in fin. princ. coram bo. me Priolo.*

Quo in facto supposito leniora sunt visa, quæ denuo pro parte Assecuratorum afferebantur, quam vt possent recessum à decisis suadere, longè enim primo à lege contractus videbantur recedere, dum se offerunt ad refectionem damni, si quod passos esse probent Assecurati propter interceptam nauem.

Quia non fuit interposita stipulatio de pretio Olei restituendo, aut sarciendo damno, si quod contingeret, sed de soluendo certam pecuniæ summam in quemcumque casum aduersum ob quem fieret ne Nauis cum Oleo Portum Ostenda attingeret vt supra fuit firmatum.

Minusque adhuc vrget, quod iidem Assecuratores non promiserint soluere sub conditione negatiuè concepta, Nam cum in Apocha sit dictum: Si fà assicurare sopra li detti Ogli dall'hora, che saranno carichi in detto Porto di Brindisi insino, che scarichi saranno in Terra à buon saluamento in detto luogo di Ostenda, *& inferiùs reperitur iterum & denuo tertio*. Correndo sempre ogni risico, e caso sinistro, che ne potesse interuenire, per insino, che scarichi saranno in Terra à buon saluamento in detto luogo d'Ostenda in Fiandra. † Iam promittentes soluere pactam 6 pecuniæ summam in omnem casum mali euentus, quousque Nauis cum Oleo Portum attingat, virtualiter, ac necessario è contra soluere promiserunt in omnem casum, quo propter aduersum euentum Nauis cum Oleo ad Portum Ostenda non perueniat, sic enim in terminis simillimæ Apochæ Assecurationis, ac ijsdem verbis conceptæ, Loccen. *de iur. marit. lib. 2. cap. 5. numer. 9.* Rota *d. decis. 24. num. & 64. par. 6. recent.*

Quod verò addebatur Nauem non fuisse à procella maris, quam geminam passa est submersam, & licet captam à Regia Classe, attamen positam fuisse in libertatem cum restitutione Olei; ideoque non teneri Assecuratores ad promissæ pecuniæ solutionem, sed ad sola damna inde obuenta, veritati facti non arridet; Nauis enim per sententiam Præfecti Regiæ Classis fuit Fisco addicta, eiusque sententia fuit confirmata Matriti à Regio Consilio, vnde confiscata Cadicis remansit, nec potuit Oleum ad destinatum Portum deferre, imò minùs Oleum ipsum potuit eò transmitti cum fuerit venditum, ac illius pretium depositum ad dispositionem Regij Auditoris, ex cuius Decreto id, quod Assecurati habuerunt excomputare Assecuratoribus exhibent, † ideoque Oleum censetur deperditum 7 respectu loci Portus Ostenda, quo fuit promissa delatio, ac intrat proinde obligatio Assecurationis, vt post Sanctern *de Assecur. par. 3. numer. 53* considerat Rot. *d. decis. 24 num. 6. par. 6. recent.* & pecunia promissa, † non damna 8 debetur *ex l. contractus, l. 1. §. legem, ff. deposit.* & in specie notat Sanctern. *de Assecur. par. 3. numer. 44. vers. ex quasi placuit.*

Neque casus huiusmodi, quo fuit confiscata, & impedita Nauis ob oneratum argentum à Nauarcho contra Regium Bannimentum, visus est ab assecuratione excludendus tamquam omnino inopinatus, & non præuisus, cum optimè comprehendatur sub generalitate iuxta plurium casuum singularium specificationem, præsertim cum fuerit expressè exceptus casus singularis Baratteriæ, † hæc 9 enim expressio singularis casus operatur, vt nullus omninò casus intelligatur exceptus, sed omnis, & quicumque

com-

comprehensus ob quem Oleum non posset Ostenda deferre, vt notat Glos. *ad l. si quis fundum verb. præstaretur ff. locati* Alex. *cons. 3. num. 2. lib. 2.* Angel *cons. 90. num. 5.* Bald. *cons. 395. num. 6. lib. 2. pluribus congestis* Rot. *d. dec. 24. num. 3. par. 6. rec. & in decis. caus. coram me edita §. minusque officit.*

Prout neque attendendum DD. existimarunt, quod non constet de quantitate Olei onerati, idque maximè assecura-
20 tores vrgebant, † cum quantitas ipsa euidenter nimis appareat ex apocha onerationis subscripta à Sapia Sopracarico, cui adstipulatur attestatio iurata Gubernatoris Carouigni, qui onerationi interfuit ad tradita *per* Rot. *coram Coccin. decis. 66. num. 1. & 2. cum alijs cumulatis in 1. decisionibus causæ coram me, §. Neque magis*, quæ omnia etiam comprobant veritatem Apochæ assecurationis, ac subscriptionem Nauarchi malè impugnatam pro parte assecuratorum.

Nihil obstante, quod Nauarchus Apocham subscripserit *per Botte 405. tra grandi, e piccole, la misura non la sò, nè quantità, nè qualità*, quia cum in Apocha legatur oneratas fuisse Salmas 1683. ac Staria 5 ÷ in dolijs 405. eaque primo loco fuerit subscripta à Iacobo Sapia Custode eiusdem Olei, vulgò Sopracarico, qui illas recepit, deindè verò subscripta fuerit à Nauarcho, mirum non est, si iste vti exterus, & consequenter ignarus quidditatis illius mensuræ, voluerit quidem se subscribere pro numero doliorum, quæ inducebat in Nauim, non autem pro mensura, & quantitate Olei, quorum ad Sapiam Custodem spectabat reddere rationem, præter quod cessat omnis difficultas quia cum aliunde constet de quantitate, & qua-
21 litate Olei onerata, † non obstaret defectus subscriptionis Nauarchi etiam si Apocha nullatenus ab eo subscripta fuisset Strach. *de assecurat. gloss. 11. num. 55. vers. verum diuersa sententia.*

Neque huic probationi onerationis aduersatur, quod Oleum in portu Gadicensi non fuerit repertum in eadem quantitate onerata Brundusij, sed in minori, quia cum Nauis non solum plures tempestates cum effusione Olei subierit, verùm etiam fuerit capta, & abducta à Classe Hispanica, illud Oleum, quod repertum est deficere tribui de-
22 bet procellis, & consumptioni in vsum militum, † quorum licentia in hisce casibus deprædationum nemo ignorat.

Aliud autem obiectum, quod assecuratio facta fuerit pro summa excedente valorem Olei, non probatur ab assecuratoribus, qui in omnem casum id probare tenentur tamquam eorum intentionis fundamentum, & intrat
23 præsumptio, quod assecuratio † facta fuerit eo modo, quo fieri debuit Rot. *Ianuen. decis. 5. num. 10.* Fontanell. *decis. 244. num. 15.*

Vlteriùs cum assecuratores in euentum casus sinistri non promiserint soluere æstimationem Olei, sed vnusquisque illorum promiserit certam, & determinatam summam,
24 vt ad illius solutionem teneantur, † sufficit accidisse infortunium, propter quod Oleum non potuit deferri ad destinatum Portum Ostenda iuxta *distinct. Strac. Santer. & aliorum supra relatam*, quam sequitur præcedens *decis. coram me.*

Plurimum denique visum fuit vrgere contra istos assecuratores Vrbis, quod in Tribunalibus maritimis Venetiarum, & Liburni sic fuerit iudicatum contra alios assecura-
25 tores eiusdem Nauis, † & licet exemplis non sit iudicandum, tamen in his rebus valdè deferendum venit illis, qui in diem eas pertractant *ad tex. in l. inter artifices, ff. de solut.*
26 vt in hac materia assecurationis aliàs placuit Rotæ † deferre iudicio Tribunalis Mercatorum, *vt in decis. 47. num. 7. & 8. par. 6 recent.*

Et ita causa quater proposita, confirmata fuit vltima decisio Votantibus omnibus DD. vtraque parte informante.

Decisio hic confirmata fuit impressa supra par. 16. vbi est in ordine 420.

R. P. D. EMERIX.

Ariminen. Bonorum.

Mercurij 5. Maij 1677.

ARGVMENTVM.

Nota mirabile virtutis exemplum Vxor, & Maritus mutuo consensu, & cum licentia Sedis Apostolicæ ambo Religionem ingrediuntur, & in ea profitentur; cumque ab hæredibus viri bona dotalia persequerentur ex interdicto quorum bonorum, hoc illis est concessum, quia data fuerant æstimata, ac etiam ab Vxore Marito cessa in recompensationem dotis per eum Monasterio solutæ, itaut possessio hæredum vxoris, ac etiam eorum titulus nulla ambo, & inualida declarata sint.

SVMMARIVM.

1 *Vxor, & Maritus de mutuo eorum consensu, & cum licentia Sedis Apostolicæ possunt ingredi Religionem.*

2 *Immissio vigore interdicti quorum bonorum conceditur, quoties concurrunt illius requisita, quæ qualia sint, vide ibidem remissiuè.*

3 *Interdictum quorum bonorum non datur contra possidentem alio titulo, quàm pro hærede, vel pro possessore. sed vid. num. 8.*

4 *Bona data in dotem æstimata transeunt in dominium Mariti. amplia vt ibid.*

5 *Matrimonium ratum, & consumatum per ingressum amborum coniugum in Religionem non dissoluitur, sed adhuc duret.*

6 *Coniuges ingredientes Religionem liberantur ab obligatione reddendi debitum coniugale.*

7 *Titulus, & possessio bonorum capta vti dotalium, dicitur nulla, & inualida, si dos in quantitate consistebat, & bona æstimata data sint.*

8 *Interdictum quorum bonorum non impedit possessio alterius nulla, & inualida, ac etiam mala fide capta. & vid. sup. num. 3.*

DECISIO LIX.

ANno 1661. Angelus, & Maria Violanta contraxerunt matrimonium cum dote scutorum 3. mil. promissa à Patre in quantitate pro omni, & toto eo, quod Maria Violanta prætendere posset in bonis paternis, maternis, fraternis, ac sororijs, & deindè soluta in Prædio Burdunchij, ac nonnullis alijs bonis, Summario *num. 5.* septennio post Maria Violanta volens cum consensu Viri, & licentia Sedis Apostolicæ ingredi Religionem, cessit eidem Angelo integram ipsius dotem, intuitu dotis spiritualis per eundem solutæ Monasterio, Summario *numer.*
7. † Ingresso postmodum, ac professo etiam Angelo in Re- 1
ligione Capuccinorum, supradictum Prædium vna cum alij bonis per illum possessis peruenit ad Eloysium eius Fratrem, quo defuncto anno 1674. Philippus, & Antonius Fratres Mariæ Violantæ obtinuerunt à Prætore Arimini, nemine citato, immitti in possessionem eiusdem Prædij tamquam dotalis Mariæ Violantæ, cum clausula, *dummodo possessio sit vacans, & sine præiudicio habentium meliora, & potiora iura*, Summario *num. 9.* Quapropter Lucia gerumana Soror supradictorum Angeli, & Aloysij instituit contra eos iudicium ex interdicto quorum bonorum, & præuijs duabus sententijs, altera coram Vicario Arimini, & altera coram Auditore Cameræ Cauallerino, immissionem reportauit, Summario *numer. 1. & 3.* Vnde delata Causa ad Rotam, eaque mihi commissa, dedi du-
bium: An esset concedenda immissio, affirmatiuè † re- 2
solutum, quia concurrunt omnia ad hunc effectum requisita, de quibus Doctores *in l. prima ff. & C. quorum bonorum*, & latiùs Ridolphin. *in sua praxi par. 2. cap. 10. num. 23. & sequentibus.*

Non obstat vnicum obiectum propositum pro parte Phi-
lippi, & Antonij, nempe, quod hoc interdictum † non 3
detur contra possidentem alio titulo, quàm pro hærede, vel pro possessore, ad Text. *in d. l. prima ff. quorum bonorum, & in §. seq. instit. de interdict.* quia cum Prædium, de
quo agitur fuerit datum in dotem æstimatum, † & insu- 4
per dos cessa Angelo Viro intuitu dotis spiritualis per eum soluta Monasterio, ac amplius matrimonium per plu-
res annos contractum, & consumatum, † adhuc duret, 5
tametsi soluta sit mutua obligatio † istorum Coniugum 6
inuicem reddendi debitum coniugale, huiusmodi titulus,
† & possessio vti nulla, ac inualida, & post mortem Aloysij 7
mala

8 mala fides acquisita † non impediunt effectum iurium quorum bonorum, per ea, quæ tradit Rota *coram Buratt. dec. 772. num.3. cum seq.* & Ridolphin. *vbi supra num.36. versic. verum, & seq.*

Et ita vtraque parte informante resolutum fuit.

REVERENDISS. D. ALBERGATO.

Sacræ Rotæ DECANO.

Bononien. Canonicatus.

Mercurij 5. Maij 1677.

A R G V M E N T V M.

Beneficium tanquam vacans fuerat obtentum ob illius dimissionem à Beneficiato factam, & acquisitionem alterius incompatibilis, sed neutram vacationem subsistere dicitur, quia dimissio facta erat simpliciter coram Notario, nullam facultatem habente, nec fuerat a Superiore acceptata, imò potiùs impugnata, prout ipsum, & Ecclesiam eam impugnare posse firmatur, & Beneficiatum ad se reuocare; incompatibilitas verò cessabat tam ex nullitate supradictæ cessionis, quàm ex eo, quod de beneficio postea assequuto, nunquam fuerat capta possessio.

S V M M A R I V M.

1 *Sententia secunda non reuocant primam, remanet nulla, & quando. vid. n. seqq.*
2 *Iudex appellationis aliud est, quod processerit pro vt in prima, aliud verò, quod vti Iudex secundæ. vel alterius instantiæ.*
3 *Beneficium obtinens per resignationem alterius dictam resignationem concludenter probare tenetur.*
4 *Beneficium qui obtinuit ex eo quod Beneficiatus aliud incompatibile sit assecutus, illius totalem assecutionem debet plenè, & concludenter probare.*
5 *Ordinarius habet de iure fundatam intentionem conferendi omnia beneficia suæ Diœcesis.*
6 *Resignatio beneficij facta simpliciter coram Notario carente iurisdictione illam acceptandi, remanet nulla.*
7 *Resignatio beneficij fieri debet in manibus Superioris habentis potestatem instituendi, & destituendi.*
8 *Beneficiatus non potest ad libitum dimittere beneficium, & se liberare ab obligatione inseruiendi Ecclesiæ. & n. 12.*
9 *Beneficij in dimissione requiritur Superioris consensus, qui ad hunc effectū dicitur Papa, Legatus de latere, & Episcopus.*
10 *Beneficium non vacat per assecutionem alterius beneficij incompatibilis, nulliter obtenti.*
11 *Beneficium, licèt quoad Beneficiatum vacare possit per consecutionem alterius beneficij incompatibilis, respectu tamen Superioris, & Ordinarij non vacat. & n. seq.*
12 *Ordinarius potest beneficiatum, qui sine Superioris assensu beneficium resignauit, ad seruitium reuocare.*
12 *Ecclesia potest repetere beneficiatum, qui sine consensu Episcopi transiuit ad aliam Ecclesiam.*
14 *Beneficiatus acceptans beneficium, per quasi contractum se obligat ad illius administrationem. & num. anteced. & seqq.*
15 *Vacatio beneficij nulliter dimissi, nō dicitur acceptata ab Episcopo, qui mandauit beneficiatum ad suam Ecclesiam redi.*
16 *Incompatibilitas vt causet vacationem primi beneficij, requirit, quod de secundo beneficio sit adepta legitima possessio.*
17 *Beneficium non vacat per assequutionem alterius incompatibilis, sed per possessionem, & retentionem vtriusque.*
18 *Possessio non dimittitur per solam declarationem dimittendi, quia hac intelligitur de dimissione tituli.*
19 *Possessio beneficij non acquiritur ipso iure per simplicem prouisionem, sed actualis apprehensio requiritur.*
20 *Assertio, & confessio detegitur erronea, si res diuersimodè se habere dignoscitur.*
21 *pro Possessore habendus est ille in sui odium, qui possessionem habere non curat.*
22 *ad Beneficium nullitèr dimissum propter assecutionem alterius, qui redit, benè facit, nè alioquin careat vtreque.*

D E C I S I O LX.

QVamuis Rota sub die 4. Aprilis 1672. coram R. P.
D. meo Rondinino denegauerit Marco Antonio immissionem in possessionem controuersi Canonicatus possessi
à Io: Baptista, nihilominus postmodum præuijs alijs duabus
decisionibus Marco Antonio fauorabilis, illam eidem concessit, & expedita subindè Causa per sententiam, cum relaxatione mandati de immittendo, Io: Baptista obtinuit à
Signatura Iustitiæ committi mihi causam appellationis, cum
clausula, *si quid exequendum*; Ideò proposui dubium commissioni conforme, & negatiua prodijt resolutio, propter
nullitatem, & iniustitiam mandati resultantem ex nouitèr
deductis ab appellante.
Nullitas visa est resultare ex quo cum ab initio Causa
fuisset commissa in Rota à sententia Vicarij generalis Bononiæ, qui in prima instantia absoluerat Io: Baptistam ab
impetitis, in secunda instantia fuit lata altera pro Marco
Antonio, † absque eo quod reuocata fuerit præcedens, 1
quamobrem hæc secunda, quæ super eisdem actis in gradu
appellationis emanauit tamquam lata contra sententiam,
remansit nulla, dum primam non reuocauit, iuxtà Text.
in l. 1. C. quando prouoc. non est necess. Roman. *cons. 410. num.
4.* Rota *coram Bich. decis. 290. num. 2. & in Meloritana eiectionis 18. Martij 1675. §. nullitas cor. R. P. D. meo Bourlemont*, &
distinguendo inter Iudicem appellationis † procedentem 2
prout in prima, & procedentem vti Iudicem secunda, vel vlterioris instantiæ distinguit Rota *decis. 191. n. 1. & 4. par. 14.
recent. & in allegata decis. 290. n. 2. & seqq. cor. Bich.*
Iniustitia desumitur ex eo, quod Marcus Antonius, qui
fuit de hoc Canonicatu prouisus, tamquam de vacante
per resignationem, & liberam dimissionem Petri Sandrij,
non probauit validam resignationem, propter quam ius ab
illo fuerit abdicatum, non minus iustificauit assecutionem
alterius beneficij incompatibilis, effectum sortitam, quorum alterum omninò probare tenebatur, tamquam fundamentum suæ intentionis, † vt de probatione resignationis, 3
quæ valida fuerit tradunt relati per Paris. *de resignat. lib. 10.
qu. 3.* Rota *coram Seraph. decis. 422. num. 4. & coram Buratt.
dec. 437. num. 1.* & de assecutione incompatibilis † notant 4
communiter *DD. in cap. de multa de præbend. vbi gloss. in verb.
per exceptionem, &* Abb. *num. 16.* Rota *dec. 531. num. 7. par.
11. recent.* quibus non probatis, firma remanet collatio in
fauorem Io: Baptistæ, facta per obitum Sandrij ab Eminentissimo Archiepiscopo Bononiæ, qui tamquam Ordinarius,
† habet in iure intentionem fundatam conferendi beneficia 5
suæ Diœcesis, *can. omnes Basilicæ 16. qu. 6. cap. cum olim in
princ. de præscript. gloss. in cap. quamquam verb. deuoluitur de
elect. in 6.* Rota *dec. 268. num. 4. coram Bich.*
Nec facit ad probandam resignationem, quod Sandrius
declarauerit coram Notario Episcopali se dimittere, & resignare Canonicatum, quem obtinebat in Collegiata S. Mariæ Maioris, propter assecutionem alterius in Collegiata S.
Petronij, † quia talis Resignatio vtpote facta apud Nota- 6
rium carentem hac facultate, remansit nulla, cum fieri debuisset in manibus Superioris † habentis potestatem insti- 7
tuendi, & destituendi, non enim residet in arbitrio Benefi-
ciati, † postquam beneficium acceptauit, illud ad libitum di- 8
mittere, & se liberare ab obligatione, qua per acceptationem
remansit adstrictus fauore Ecclesiæ, cuius seruitio se addixit,
iuxtà Text. *in cap. admonet, & in cap. fin. vbi DD. de renunciat.*
sed accedere debet assensus Superioris, † qualis ad effectum 9
de quo agitur dicitur Papa, Legatus de latere, & Episcopus, *cap. 2. & 3. de instit.* vt notat Gabriel *consil. 187. sub nu.
5. lib. 1.* quem sequuntur Garz. *de benefic. par. 11. cap. 3. num.
262.* Barbos. *de offic. & potest. Episcopi part. 3. allegat. 69. n. 24.*
Rota *coram Mohedan. dec. 22. alias 135. de renunc. & dec. 110.
num. 6. coram Bich.*
Minus obstat, quod per assecutionem secundi Canonicatus S. Petronij vacauerit primus ipso iure, ratione † incom- 10
patibilitatis, quia id procedit quando canonice, & ser. ser.
Beneficiatus assequitur secundum beneficium incompatibile
cum primo, non autem quando sine auctoritate Superioris vult primum dimittere, vt acceptet secundum, quia
tali casu licèt quoad ipsum possit dici vacare primum,
† non tamen dicitur vacare quoad Ordinarium, qui ratio- 11
ne obligationis contractæ cum priori Ecclesia potest Beneficiatum, qui propria auctoritate, † & sine legitimo Supe- 12
rioris assensu resignauit, reuocare ad seruitium antiquæ
Ecclesiæ, *gloss. in can. qui verò in verb. vt redeant 7. qu. 1.*

E ibi:

13 ibi: † Si Ecclesia vult eum repetere, & perdit quantum
ad se, sed non quantum ad priorem Prælatum, & tradit
alia *gloss. in can. Si quis iam in verb. translatus 21. quæst. 1.* ibi:
Si sine licentia Episcopi transit, non ipso iure vacet prior
Ecclesia, imò prior Episcopus potest eum repetere, & va-
cet quantum ad ipsum: benè Rota *decis. 6. num. 3. & 4. de
consuetud. in nouis*, Barbos. *de iure Eccl. vniuers. lib. 3. cap. 15.*
14 *n. 16. & seqq.* & ratio est illa, quam supra innuimus, † quod
Beneficiatus acceptans beneficium, per quasi contractum
se obligat ad illius administrationem, Riccius *in prax. par.
3. resolut. 583. num. 3. vsque in fin.* In præsenti non solum de-
ficit licentia, & consensus Superioris, verum etiam con-
15 stat de positiuo dissensu, † dum Vicarius generalis renuit,
expressè mandans, quod Sandrius rediret ad Ecclesiam San-
ctæ Mariæ Maioris, vt testatur Notarius Episcopalis in
Summario Io: Baptistæ *num. 6.*

Prætereà ad hoc, vt intret vacatio primi per assecutio-
16 nem incompatibilis, † probandum venit, quod ille, qui
secundum assecutus est, eiusdem pacificam possessionem
habuerit, vt tradit *gloss. in d. can. si quis iam*, illamque con-
tinuauerit saltem per duos menses, iuxtà Text. *in d. canon.
de multa*, & alios relatos per Maicard. *de probat. conclus. 183.
per totam, & in decis. 241. num. 1. par. 1. recent.* aliàs primum
non dicitur vacare, cum vacatio non oriatur ex acceptatio-
17 ne † incompatibilis, sed ex pacifica possessione, & reten-
tione vtriusque post lapsum bimestris, quæ duo inter se val-
de differunt, Rota *decis. 189. num. 13. & 313. num. 3. coram
Bich. & in prima dec. huius Causæ §. Neque*, alterum coram
R. P. D. Rondinino, quod tantum abest fuisse probatum à
Marco Antonio, quod constat de contrario, dum pro parte
Io: Baptistæ ostensum fuit Sandrium vsque ad obitum pos-
sedisse dumtaxat Canonicatum S. Mariæ Maioris, & huic
soli Collegiatæ inseruisse, & nullatenus accepisse possessio-
nem Canonicatus S. Petronij, vt aduertit eadem *prima deci-
sio d. §. Neque alterum.*

Nec subsistit, quod possessio secundi Canonicatus proba-
18 ta remaneat per assertionem eiusdem Sandrij, † affirmantis
se dimittere primum Canonicatum Sanctæ Mariæ Maioris
propter assecutionem secundi in Ecclesia S. Petronij, quia id
intelligendum est de assecutione tituli, non autem posses-
19 sionis, quæ cum sit quid facti, † non acquiritur ipso iu-
re per simplicem prouisionem, & collationem, sed per Pro-
uisum actualiter apprehendi debet, *cap. cum Bertoldus de re
iudicat.* clarè. Barb. *de resignat. lib. 10. qu. 6. n. 4.* & in omnem
euentum sicuti ex probationibus supra relatis apparet San-
20 drium nùmquam possedisse Canonicatum S. Petronij, † ita
quoque talis assertio conuincitur erronea, dum res diversi-
modè se habere dignoscitur, Rota *dec. 590. & 985. vtrobiq;
n. 6. coram Dunozet.*

Denique non suffragatur, quod actualis possessio secun-
di, non sit necessaria quando non constat, prouisum de se-
21 cundo fuisse impeditum illam apprehendere, † quia cum
tunc per eum dicatur stare, in odium eius negligentiæ ha-
beri debet pro possessore, quoniam liquet in facto per San-
drium non stetisse, sed fuisse impeditum à Vicario Gene-
rali Bononiæ, qui eidem iniunxit continuationem seruitij
22 suæ Ecclesiæ S. Mariæ Maioris, † cui proindè Sandrius
obediendo rectè fecit, nè propter inobedientiam, & futu-
ram litem forsan caruisset vtroque, ex deductis per *gloss. in
dicto canon. si quis verò, verb. vt sedeant*, Garz. *de benef. par.
11. cap. 5. n. 172.* Rota *decis. 189. n. 14. & 313. n. 11. cor. Bich.*

Atque ita responsum fuit, mandatum non esse exequen-
dum, vtraque Parte informante.

R. P. D. T A I A.

postea S. R. Ecclesiæ Cardinali.

Interamnen. Fideicommissi.

Mercurij 5. Maij 1677.

ARGVMENTVM.

Quæstio illa sub distinctione resoluitur, quate-
nus dos constituta super bonis fideicommissi,
censeatur data tamquam libera, vel potius
cum onere eiusdem fideicommissi, & omis-
sa diuersitate assignationis vti quid vniuer-
sale, vel particulare continentis, ad solam
congruitatem & incongruitatem in hac de-
cisione reducitur, vt nempe illa remaneat
libera, & à quocumque fideicommisso dica-
tur exempta, secus verò altera, quæ sem-
per eidem fideicommisso debet remanere
subiecta.

SVMMARIVM.

1 *Dos ex fideicommisso constituta transmittitur ad hæredes, nec amplius restituitur fideicommissarijs.*
2 *Bona fideicommissi data in dotem, vti quid vniuersum, transeunt cum onere eiusdem fideicommissi, & num. 5.*
3 *Mulier constituens sibi in dotem omnia sua bona, non potest æs alienum in illis contractum auferre.*
4 *Fideicommissum semper à dote reijcitur vigore* anth. res quæ C. Comm. de legatis, *si non adsint bona libera.*
5 *Maritus si non fuit certioratus de onere fideicommissi, non potest eo casu prætendi, quod illi assignata sint bona cum onere eiusdem fideicommissi.*
6 *Bona fideicommissi ascendentis, qui tenebatur dotare, eo ipso, quod in dotem fuerunt tradita, exeunt ex fideicommisso, & ad illud amplius non redeunt.*
7 *Dos data super omnibus bonis fideicommissi, si excessiua dici posset, ad euitandum delictum præsumunt data cum onere fideicommissi.*
8 *Dos congrua, quamuis assignata super vniuersis bonis fideicommissi ascendentis, adhuc tamen remanet libera, & immunis ab eodem onere fideicommissi.*
9 *Emin. D. CARDINALIS DE LVCA, AVDITOR etiam Sanctissimi D. N. Innocentij Papæ XI. semper fuit, & nunc amplius maximæ auctoritatis est.*
10 *Dos vnius sororis inæqualis doti alterius sororis, minus congrua iudicari debet, & num. seqq.*
11 *Trabem prius quis eijcere debet de oculo suo, antequam educat festucam de oculo alieno.*
12 *Æqualitas seruanda est in dote sororum, ne interueniant iurgia inter eas, & earum filios.*
13 *Congruitas dotis ex plurimis resultat, & quibus.*
14 *Bona fideicommissi, si data sunt in dotem, ab eo, qui eidem fideicommisso succedere debebat, eo magis præsumuntur data tamquam libera, non autem vti fideicommissaria.*

D E C I S I O LXI.

A Gente Margharita contra hæredes Timotheæ Soro-
ris, tanquam substituta ex fideicommisso Fuluij com-
munis Patris, difficultas redacta est ad dotis qualitatem, an
liberata sit à dicto fideicommisso, & ad quantitatem, an sit
congrua, & liberam, & congruam esse responsum fuit 3. De-
cembris 1674. & hodiè visum est DD. standum esse in decisis.

Et quamuis quoad qualitatem liberationis à fideicom-
misso, aliquis putaret regulam generalem, quod dos ex fi-
deicommisso constituta transmittatur ad hæredes, † nec 1
veniat restituenda fideicommissario apud Fusar. *de substit. qu.
531. num. 90. & recentius decis. 12. & decis. 310. vtrobique nu.
1. par. 15.* Limitari specialiter, quando dos de fideicommis-
so datur, vti quædam Vniuersitas patrimonij, & pro sua
parte hæreditatis, ad distinctionem in certa quantitate, seu
certis bonis, † *Pezzi di Terra, e denari*, vt hic, *se le danno* 2
*per parte del suo terzo dell' eredità paterna, è di Crescende sua
Aua*, quia tunc bona transeunt cum sua causa, & onere fi-
deicommissi Rota *decis. 271. nu. 14. & 16. par. 9. & coram Du-
noz. sua. decis. 836. num. 19.*

Attamen aliud DD. dixerunt, & casum præsentem mul-
tum distare à casu *d. decis. 271. ad num. 14.* nam omisso, quod
illa Victoria expressè conuenerat, quod per dotationem Bo-
na non subtraherentur à dispositione fideicommissaria, vt
præcedente *num. 12.* nihilominus constitutio eius dotis non
fuit facta ex fideicommisso † cum expressione certæ quan- 3
titatis, seu certorum bonorum, sed omnium, & quorum-
cumq; bonorum ad se spectantium vniuersaliter plusquam
ad *l. mulier bona omnia 72. ff. de iur. dot.* in præsenti casu verò
fuerunt singulariter descripti, & specificati singuli fundi,
*vn pezzo di detta Terra &c. vn' altro pezzo di Terra &c. vn' al-
tro pezzo di Terra di scudi 200. &c.* atque ita non omnia bona,
sed certa, & particularia per sua confinia, & valorem de-
monstrata, per quæ conficiebant tertiam partem totius hæ-
reditatis.

Quid quod *d. l. mulier bona omnia*, loquitur de ære alieno
intrinseco, † & necessario, quod non potest facto mulieris 4
au-

5 auferri, non autem de fideicommisso, † quod semper
reijcitur, si non adsint alia bona libera pro donatione fœm I -
narum ex dispositione *auth. res quæ C. com. de legat. & §. cum*
proponeretur l. mulier 22. ff. ad Sen. cons. Trebell. Rot. *dec. 55.*
nu. 31. & 32. par. 9. vbi num. 34. inquit locum fortè sibi vindi-
6 care illum textum, quando † disponitur per viam vniuer-
sitatis, & dantur in dotem generaliter omnia bona, non
autem quando deuenitur ad dinumerationem specierum,
prout in præsenti actum fuit, præsertim dum maritus tem-
7 pore contracti † matrimonij non fuit certioratus de fidei-
commisso sequitur *num. 35. & decis. 150. nu. 10. à vers. neque*
communis cum seqq. Et verè quantum ad fideicommissum si
bona data in dotem sunt debitum potius patris fideicommit-
8 tentis obligati dotate † filiam, hoc ipso, quod alienata
sunt in causam dotis, exuunt causam fideicommissi, &
exeunt ab illo, vndè mirabile foret, vt transirent cum sua
obligatione legali pro dote filijs, & sic cum sua exemptio-
ne, & non contradicunt supradictæ *decis. 271. & 836.*

Imo in *decis. 271. à num 4.* firmatur dotem congruè potuis-
9 se constitui de bonis liberis, † & ideo respondit bona tran-
sijsse cum suo onere fideicommissi, & æris alieni, de quo
loquitur *d. l. mulier. bo. omnia*, & non fuisse locum subsidia-
riæ doti ex *d. auth. res. quæ* super illo Auguzzani fideicom-
misso cum cæteroquin priuilegium dotis non extantibus bo-
10 nis liberis indistinctè † locum habeat, siue bona fideicom-
missaria assignentur per modum vniuersitatis, siue per di-
numerationem singulorum corporum, vel specierum, &
si congrua sit dos, bona liberentur à fideicommisso, nisi
expressè fuerit reseruatum Rot. *coram Rojas decis. 163.*
num. 18.

Et altius, & amplius si dotis constitutio fiat generaliter
de toto fideicommisso, seu de tota portione, quam dotans
11 possidebat, puta quia puella fideicommissaria † nubens,
vel eius pater omnia bona in dotem viro dederit, alia non
expresso, si bonorum quantitas est talis, quod si data essent
libera, constituerunt dotem excessiuam, isto casu ad ex-
cludendum delictum, desumendo voluntatem à potestate,
dicendum est censeri eam datam cum vinculo fideicommis-
si, proindèque ad fideicommissum reuerti debere; itaut in
effectu dos videatur constituta super illo vsufructu, seu iu-
re vitalitio ad fideicommissi possessorem spectante, si verò
12 congrua dos postulat omnia bona in forte, † & tunc cense-
ri datam eo meliori, & pleniori titulo, quo poterant, &
idcirco ad instar rei particularis semel extractæ, non reuer-
tuntur, ita preclare destinguendo apud *R. P. D. de Luca Au-*
13 *ditorem Sanctissimi D. N. Innocentij XI.* magnæ semper † Au-
ctoritatis, & nunc maxime apud suum *tract. de dot. disc.*
145. num. 102. à vers. aut tandem de dote constituenda lib. 6. cum
qua distinctione benè conciliantur *tot. decis. supradictæ*, &
aliæ enumeratæ in illa Romana Casalis Auguzzani *d. decis.*
271. sub init. vers. ratio resolutionis fuit, & alias in dicta de-
cis. 836.

Hinc transeundo ad congruitatem dotis, res visa est ex-
peditissima, quia iuxtà extimationem bonorum in partem
14 Timotheæ scut. 1500. circiter, † minor quam congrua est
Gratiano *decis. Mareb. 19. nu. 38. cum alleg.* cum Margharita
Actrix dotem dederit ex testibus examinatis scut. 3000. &
male reprehendit Thimotheam sororem defunctam de ex-
15 cessiuitate, † nisi eijciat prius trabem de oculo suo, vt edu-
cat festucam de oculo sororis suæ admonitum Euangelij, &
planè circa dotem inter sorores seruandam esse æqualita-
16 tem, † quantum fieri potest ne sit locus iurgijs inter eas,
& earum filias inquit Fontan. *de pact. nupt. clau. 3. glos. 5.*
par. 1. num. 80. cum alijs; Iterum placuerunt DD. argumen-
ta precedentis decisionis ad congruitatem firmandam ex do-
natione facta à Patruo curatore ipso quoque substituto in
17 fideicommisso, † quod neglexit assignando Puellis nepti-
bus bona tanquam libera, & quod ad ipsas pleno iure domi-
18 nij, & proprietatis spectent, † & ex approbatione Mar-
gharitæ ipsius, quæ soluit residuum dotis, quam nunc im-
pugnat, & demum ex more Patriæ, & familiæ intra Sum-
marium vberrimè demonstratum.

Et ita Vtraque &c.

R. P. D. T A I A.
posteà S. R. E. Cardinalis

Bononien. Pecuniaria.

Veneris 7. Maij 1677.

A R G V M E N T V M.

Procurator cedentis, & cessionarius simul quis erat, & exegerat creditum, quod ad cedentem spectabat, cum itaque quæreretur, cuius nomine exactio facta sit, ad mandatum procuræ visa est referri, quia & eodem mandato ille vsus erat, & sic etiam debitor eidem persoluerat, vndè limitatur conclusio, quod actus præsumatur potius gestus nomine proprio, quam alieno.

S V M M A R I V M.

1 *Mandatum procuræ cessionario factum ad exigendum, quando intelligatur ad exigendum proprio, & cessionario nomine, & num. seqq.*
2 *Cedens tenetur tradere nomen debitoris certum, ac etiam debitorem ipsum præstare.*
3 *Cedens consignare tenetur cessionario instrumentum crediti cessi.*
4 *Cessionarius si etiam à cedente mandatum procuræ suscepit ad exigendum, quatenus illius nomine exegisse dicatur, & num. anteced. & seqq.*
5 *Declaratio proprij iuris exclusiua resultat, ex actu facto cum relatione ad mandatum alterius.*
6 *Mandatum suscipiens ad exigendum, si deinde exigeret nomine proprio, falleret fidem mandantis.*
7 *Actus præsumitur factus in exequutionem præcedentis tractatus.*
8 *Procurator censetur exegisse procuratorio nomine, non autem proprio.*

D E C I S I O L X I I.

RVrsus visum est Dominis constare de credito Antonij, & Iuliani ex eorum mandato facto Comiti Marco Antonio ad exigendum à Ioanne Baptista libras 12093. vt in instrumento mandati 18. Maij 1644. & ex subsequuta manutentione de solutione facta à Ioanne Baptista eidem Comiti Marco Antonio, vti procuratori librarum 11563. ennunciando dictum mandatum, & promittĕdo soluere residuum, vt in instrumento solutionis sexta Iunij sequentis.

Neque profuit Marco Antonio præcedens instrumentum
vndecima Septembris 1647. in quo dicti Antonius, & Iu-
lianus actores asseruerunt cum iuramento fuisse sibi ces-
sum à Comite Marco Antonio mense Iulio præcedente cre-
ditum scutorum trium millium contra Vincentium, & pro-
inde creditum hoc librarum 12093. cessum à dictis actoribus
contra Ioannem Baptistam fuisse datum insolutum, & in-
computum pretij dicti crediti scutorum trium millium, quia
residuum vsque ad summam scutorum trium millium re-
ceperat in pecunia numerata, vt in dicto instrumento,
† ideoque quodcumque mandatum datum ab actori- 1
ribus ad exigendum contra Ioannem Baptistam, intelli-
gendum esse ad exigendum proprio, & cessionario no-
mine.

Domini etenim responderunt Comitem Marcum Anto-
nium, cessum nomen † debitoris, nec debitorem quidem 2
vnquam præstitisse contra *legem 4. ff. de hæreditate, vel*
actione vendita cum legibus sequentibus vsque *ad legem si quasi*
17. ff. eodem titulo vt notauit Baldus *in summa dictæ legis quar-*
tæ Olea de cessione iurium, & actionum quæstione tertia nu. 384.
titulo septimo, nec minus instrumentum crediti † cessiona- 3
rijs tradidisse, vt tenebatur *Angelus in dicta lege quarta* cum
alijs per Oleam *quæstione prima numero tertio, & septimo eo-*
dem titulo.

Quid quid dum Comes Marcus Antonius ab vnde-
cima Septembris 1647. quo cessit actoribus nomen Vin-
centij debitoris ad diem decimam octauam Maij sequentis,
quo suscepit mandatum ab actoribus cessionarijs ad exi-

4 gendum à Ioanne † Baptista, illud exequutum fuerit bo-
na fide, strictoque modo cum relatione ad mandatum, re-
laxato, & descripto mandato in fine instrumenti exactio-
nis, ibi vti procurator Antonij, & Iuliani, & Ioannes Ba-
ptista soluerit vel tali procuratori sexta Iunij sequentis,
absque mentione quidem prioris instrumenti contractus, si-
5 ue cessionis, † ex his resultat apertè proprij iuris exclusio,
& declaratio proprij iuris exclusiua ex Bartolo *in §. item si pro-
curatori lege sexta ff. de negotijs gestis numero quarto versiculo
in casu* Menoch. *de præsumptionibus quæst. 49. numero primo,*
6 *& secundo*, vbi & ratio, quia alias † qui sic mandatum
suscepit delinqueret, fallendo fidem mandantis, & actus
7 sequutus † præsumitur factus in exequutionem præceden-
tis tractatus *libro tertio*, & alias dixit Rota *decis. 266. nume-
ro decimo, & vndecimo*, prout regulariter, qui mandatum
8 habet, † censetur exegisse vigore ipsius præcedentis man-
dati ex Bartolo *ad dictum §. item si procuratori dicto numero
quarto versiculo si verò non dixit procuratorio nomine* Rota *Ia-
nuensis decisione 198 numero tertio*, Rota *coram Buratto decis.
321. numero primo, & decis. 869. num. 3.*

Et ita altera tantum parte informante resolutum fuit.

Aliæ binæ decisiones sunt in hac causa, altera sub die prima Iulij 1676. coram eodem Eminentissimo D. Cardinali Taia, quæ quia in præcedenti tomo fuit omissa, erit infra in Appendice, Altera sub die 27. Iunij 1681. coram R.P.D. Paulucci.

R. P. D. RONDININO.

Meleuitana Commendæ.

Veneris 7. Maij 1677.

ARGVMENTVM.

Non retardatur exequutio literis Apostolicis ex eo, quod illarum exequutor erat mixtus in procedendo, quia non ex inde fuit mixtus in exequendo, prout nec minus ex sententia alterius iudicis, cui sola cognitio iurispatronatus spectabat, quia præter quod illa non tangebat substantiam earundem literarum, quatenus etiam tangeret, remaneret nulla, & ideo eas vulnerare non potuisset, imo sat erat rescriptum Signaturæ cum clausula alteri, qui ad legitimam, quod viam exequutiuam præseruauerat.

SVMMARIVM.

1 *Literæ Apostolicæ vbi sunt iustificatæ, veniunt exequendæ.*

2 *Clausula* vocatis vocandis, amoto &c. & verificato &c. *faciunt exequutorem mixtum, & reddunt iudicium ordinarium.*

3 *Exequutor literarum Apostolicarum, stante legitimo contradictore, & clausulis in literis appositis, tenetur assumere partes iudicis.*

4 *Exequutor Apostolicus licet fuerit mixtus in procedendo, non tamen mixtus est in exequendo.*

5 *Exequutio literarum Apostolicarum non retardatur, quamuis adsit legitimus contradictor, & exequutor fuerit mixtus in procedendo.*

6 *Processus exequutiuus non impeditur ex sententijs in contrarium pronunciatis, & quando.*

7 *Sententiæ, quæ non tangunt substantiam obligationis, vel literarum Apostolicarum non tollunt viam exequutiuam.*

8 *Iudex, cui solum reseruata est cognitio iurispatronatus, non potest exequi literas Apostolicas, quibus certus exequutor datus est.*

9 *Iudex, qui non potest concedere exequutionem, nec minus potest vulnerare viam exequutiuam, & num. 11.*

10 *Via exequutiua non vulneratur ex sententijs nullis, apparente nullitate ex eisdem actis.*

11 *Iudex carens iurisdictione, quoad exequutionem concedendam, ita nec illam denegare potest.*

12 *Via exequutiua remanet præseruata per clausulam* alteri qui ad legitimam, *absque vlteriori cognitione super illius competentia.*

13 *Beneficium, seu Commenda si semper sunt habita pro patronalibus, talia semper iudicari debent.*

14 *de Familia aliquem esse dicitur, si tamquam talis legitimè præsentauit, & nemo compareat, qui se magis proximiorem esse prætendat.*

15 *de iurepatronatus beneficia, & bona ab extraneis detineri non possunt.*

16 *Status vltimus beneficij non attenditur, si fuerit litigiosus, & controuersus, & habeat probationem in contrarium.*

17 *Quasi possessio præsentandi non attenditur, quoties constat de statu contrario.*

18 *Causa proprietatis absorbet possessorium, & quando.*

DECISIO LXIII.

Aduersus Rotalem sententiam declarantem literas Apostolicas Equitis Riccij exequendas esse obtinuit Eques Minerbettus appellationis causam mihi committi cum clausula *Alteri, qui ad legitimam executionem procederet*. Ad cuius rescripti tenorem dubio proposito, ad legitimam executionem procedendum esse Domini respõderunt.

Quatuor enim exceptiones, quæ in contrarium adduce-
bantur nullatenus subsistere visæ sunt, ita vt iustificatis li-
teris Apostolicis, † ad illarum executionem procedi debue- 1
rit ex vulgari conclusione desumpta ex litera textus *in cap. si
Capitulo vbi Glosa, & scribentes de concess. Præb. in 6.*

Non itaque obstare visa est prior exceptio, quod literæ
Apostolicæ Equitis Riccij contineant clausulam *Vocatis vo-
candis, Amoto quolibet illicito detentore, & verificato priùs iu-
repatronatus*, † quæ faciunt executorem mixtum, reddunt- 2
que Iudicium Ordinarium, itaut ab executoris sententia li-
ceat appellare; ad quem effectum deducebatur etiam pos-
sessio Equitis Minerbetti, vna cum titulo reportato à V.
Lingua Italiæ, ex qua possessione, & † tituli qualitate di- 3
cebatur effectus legitimus contradictor ad impediendum
processum executiuum, quia hæc omnia procedunt quoad
ipsum iudicium, quod efficitur ordinarium, quoad proces-
sum illius, adeout tàm ex clausulis supradictis, quam ex
legitimi contradictoris oppositione Executor literarum
Apostolicarum debuerit assumere partes iudicis in proce-
dendo, sed verificatis iurepatronatus alijsque, citata, &
audita parte, nihil obstant hæc omnia vlteriori legitimæ
executioni, & sicut clausulæ illæ reddunt solum Executo-
rem mixtum in procedendo, † non autem in exequendo, 4
ità possessio vitiosa, & titulus illegitimus non efficiunt le-
gitimum contradictorem † ad effectum impediendi execu- 5
tionem literarum Apostolicarum pro Equite Riccio præsen-
tato iuxta distinctionem Bartoli *in l. fin. sub num. 21. vers. aut
comparet aliquis C. de edict. Diu. Adrian. Toll.* Amayden. *de
stylo* Datar. *lib. 1. cap. 5. quæst. 3. num. 57. & seqq.* Rota *co-
ram Coccin. decis. 965. num. 5. & 6. & decis. 1313. sub num. 10.
& 11. & coram Bich. decis. 275. num. 26. & 27. & coram Card.
Cels. decis. 89. num. 10. & in rec. par. 1. decis. 558. nu. 4. & par.
13. decis. 307. num. 15. & 16. & par. 14. decis. 509. num. 42. cum
alijs in Conchen. Beneficij 1. Decembris 1671. §. finali co-
ram me.*

Neque processum executiuum impediunt duæ sententiæ
latæ à Magno Magistro, & Consilio Meleuitano, quia stan-
te in literis clausula *Verificato priùs Iurepatronatus* † ex qua 6
non verificatione sententiæ emanarunt, non ideò amittitur
via executiua, cùm non tangatur literarum substantia,
† Iudexque appellationis agnoscens illa verificatas exequi 7
potest iuxta celebrem decisionem in *Asturicen. Archidiaco-
natus 9. Nouembris 1602. coram Lancellotto apud Marchesanum
de commiss. par. 1. cap. 1. decis. 45. nu. 9. pag. 376. quam sequun-
tur, & comprobant* Ridolph. *in praxi par. 2. cap. 8. num. 78.* Re-
uerendissimus Cauen. *de execut. liter. Apostolic. par. 1. cap. 7.
sub num. 157.* Rota *coram Caualer. decis. 11. sub num. 5. & 6. &
coram Bich. decis. 388. num. 35. & 36. & decis. 665. num 3 & co-
ram Arguell. decis. 110. nu. 3. repetit. in rec. part. 10. decis. 357.
& in rec. par. 14. decis. 509. num. 43. & in Casalen. Beneficij 1.
Aprilis 1675. in principio coram R.P.D. meo Bourlemont.*

Præsertim quia quemadmodum magnus Magister de-
mandare non poterat executioni literas Apostolicas † in 8
quibus datus fuerat certus executor bon. me. Leo Verospius
huius Tribunalis Auditor, reseruata sola verificatione Iu-
rispatronatus coram eodem magno Magistro, † ità pariter 9
easdem vulnerare non valebat deficiente iurisdictio-
nis gladio ad infligendum vulnus necessario, qua stan-
te nullitate ob defectum iurisdictionis ex ijsdem actis
citra vlteriorem disputationem apparente, † via exe- 10

cuti-

cutiua vulnerata non dicitur ex ratione textus *in l.4. §. condemnatus ff. de reiudic. quam in his terminis deduxerunt* Grat.
discept.531. num.69. Zacchar. *ad Gallef. de oblig. Cam. quaest.*
37. num.35. & seqq. Rota *post eundem* Zacch. *decis.106. ex nu.*
1. & coram Buratto decis.94. num.5. & ibi Adden. *litera D. &*
rec. par.6. decis. 302. num. 6. & in Anconitana dotis 8. Aprilis
1669. §. & nihil coram R.P.D. meo Vicecomite, & ob iustum
11 defectum iurisdictionis † quoad exequendas literas Apostolicas in *Nullius, seù Taurinen. Prioratus 5. Decembris 1667.*
in fine, & 4. Iunij 1668. §. patens iuncto principio coram Eminentissimo Carpineo Vrbis Vicario.
Quæ omnia agnouit Signatura Gratiæ, à quà cum fuerit commissa causa cum clausula *Alteri qui ad legitimam ex-*
12 *cutionem † procedat*, dicitur præseruata per Principem via
executiua citra vlteriorem disputationem super illius competentia Rota *coram Seraph decis.357. num.5. & 6.*
Neque secunda exceptio aduersus existentiam iurispatronatus resistere visa fuit, quia de illo constat ex vtroque instrumento tàm fundationis, quàm redotationis, & ex successiuis præsentationibus ferè per duo integra sæcula, in quibus etsi admixtæ fuerint quandoque fœminæ, sed numquam extranei, æquè tamen vrgent contra Religionem, quæ numquam prætendit libertatem ante vltimam vacationem,
13 † cùm semper Commenda agnita fuerit Patronalis, siue fœminæ, siuè quis alius præsentauerit, vt latè probant decisiones huius causæ, quarum solidissima fundamenta latissimè comprobata, iterum Dominis placuerunt vt in *decisionibus 27. Martij 1675. & 20. Aprilis 1676. coram R.P.D. meo Bourlemont.*
Non itidem tertia exceptio subsistere videbatur, quia pertinentia Iurispatronatus fauore præsentantium plenè, insurgit ex præsentatione facta in penultima vacatione ab ipsomet Vincentio, qui Equitem Riccium præsentauit, & in ante penultima à Petro Gentile eius Patre, quæ ambæ præsentationes fuerunt effectum sortitæ, atque ex instrumento redotationis, quod dùm post extinctam lineam Benedicti non vocat descendentes ex certa persona, sed anti-
14 quiorem de familia † sufficit ad probationem pertinentiæ
Vincentium præsentantem esse de familia, & non concur-
15 rere alium qui prætendat se esse seniorem, † ne interim
extranei bona patronalia detineant iuxta praxim de qua Surd. *cons.339. num.15. & seqq.* Rota *coram Durano decis.448. numero 10. & coram Royas decis.374. num. 5 & in Mediolanen. fideicommissi 9. Maij 1672. §. licet enim coram R.P.D. meo Vicecomite.*
Denique quod quartam, & vltimam exceptionem deductam ex vltimo statu vigore prouisionis istius Commendæ, quam V. Lingua Italiæ fecit in persona Equitis Bon-
16 delmontis, dicebant Domini attendendam non esse, † cùm
vltimus status fuerit controuersus, & litigiosus, & veluti habens contra se clara instrumenta fundationis, & redotationis, & liquidum statum antecedentem contrarium respe-
17 ctu qualitatis patronalis † non valet adduci pro sustinenda
presentatione controuersa vigore quasi possessionis, quæ
18 in beneficialibus attendi solet quia † constito de proprietate fauore Patronorum, cessat effectus quasi possessionis, quam absorbet causa proprietatis, vt declarant scribentes in *cap. consultationibus vbi* Abbas *numero nono, & in cap. ex literis*, vbi Butrius *numero octauo, &* Abbas *numero octauo, & nono de iure patronatus.* Decius *consilio 127. sub num. primo, & cons.149. num.2.* Lambertinus *de iure patronatus lib.2. parte prima quaest.3. articulo 6. num.4. & 5. & articulo 9. num. 2.* Marescottus *variar. resolutionum lib. 1. cap 15. numero 66.* Addentes *ad Gregorium XV. decis.77. num. 12. & est celebris decisio Peniæ 1630. cum alijs in Bononien. Iuris patronatus 3. Iunij 1672. §. finali coram me, & in Mauricen. Beneficij 11. Ianuarij proximè præteriti ex §. verum quocumque coram R.P.D. meo Vicecomite.*
Et ita vtraque parte informante resolutum fuit.

R. P. D. EMERIX.

Senogallien. Vsusfructus.

Veneris 7. Maij 1677.

ARGVMENTVM.

Manutentio renuncianti conceditur, quia de illius possessione ex ipsa renunciatione constabat, qua per non adimplementum resoluta, similiter resoluebatur possessio, illius vigore concessa, cui nec obstare visa est instantia super immissione facta, quia hæc respicere poterat proprietatem, non autem possessorium.

SVMMARIVM.

1 *Renunciatio supponit præcedentem possessionem in renunciante, amplia, vt num. sequen.*
2 *Clausula* constituti *probat possessionem constituentis, tam contra constitutarios, quam contra habentes causam ab eis.*
3 *Renunciatio facta cum pacto resolutiuo, in casu non implementi resoluitur, si ex parte renunciatarij adimplementum non fuit.*
4 *Possessio translata vigore donationis, seu renunciationis resolutæ, & ipsam quoque resolui necessarium est.*
5 *Manutentio datur aduersus renunciationem resolutam ex pacto reuersiuo in casum non adimplementi.*
6 *Pactum resolutiuum inficit titulum, & possessionem, & sup. à num.3.*
7 *Immissionem petens licet fateatur se non possidere, hæc tamen instantia non præiudicat si respicit proprietatem, non autem possessorium.*
8 *ex Diuersis non fit illatio.*
9 *Præceptum testatoris administrandi bona potest adimpleri per alios.*
10 *Insufficientia personalis non impedit, quin per alios opus iniunctum adimplere possimus, & num. antec.*

DECISIO LXIV.

ROta censuit, manutenendam esse Laniniam in possessione, seu quasi vsusfructus hæreditatis, de qua agitur, quia de eius possessione satis constat ex renunciatione eiusdem vsusfructus per eam facta fauore Victoriæ, &
Dominicæ † filiarum, quæ renunciatio supponit præce- 1
dentem possessionem in renunciante ad textum *in l.manumissiones ff. de iust. & iur.* benè Rota *coram Gregor. decis.458. numer. 2.* accedente præsertim clausula Constituti apposita in ipsamet renunciatione ad fauorem earumdem filiarum,
† quæ probat possessionem constituentis, tam contra Con- 2
stitutarias, quàm contra habentes causam ab eis, *l. quod nemo ff. de acquir. possess.* Posth *de manut. obseruat. 20. num. 4. in fine, & num.5.* Rota *decis. 412. num.3. par.4. recent.* & alibi passim.
Non obest dicta renunciatio, quia, cum facta appareat cum pacto resolutiuo, casu quo renuncianti non præstarentur per renunciatarias alimenta, & adimplerentur alia pro-
missa *Summario num 4.* † vtique per non adimplementum 3
promissorum, ex parte Petri Iacobi filij, & successoris Victoriæ vnius ex dictis renunciatarij, de quo constat *Summario num.5.* iuxta eamdem conuentionem resoluta remanse-
runt renunciatio, † & possessio illius vigore translata, vt 4
in his terminis Grat. *cons.50. num.53. lib.1.* Thomat. *decis.35. num.58. 63. & seq.* Ac propterea competit Lauiniæ dimit-
tenti manutentio in eius † possessione vtendi, & fruendi, 5
perinde ac si nunquam fuisset dimissa, secundum † na- 6
turam pacti resolutiui, ad tradita in his terminis per Gratian. *discept. 307. num. 3. & 4.* Magon. *decis. Flor.49. num. 1. & seq.* plenè per Rotam *in Romana rescissionis contractus 22. Iunij 1672. §. regula enim, coram bonæ memoriæ Priolo, & in Albanen. donationis 3. Martij 1673. §. cum igitur, coram R.P. D. meo Vicecomite.*
Minùs releuat, quod Lauinia institerit in partibus pro immissione ad bona, quorum vsusfructus controuertitur,
& sic fassa fuerit, se non possidere, † quia talis instantia res- 7
picit proprietatem, non autem vsumfructum eorundem bonorum, ad quæ Lauinia ex alio capite prætendit ius habe-
re, ideoque ex diuersis † non fit illatio, ad *vulg. text. in l.* 8
Papinianus ff. de minor.
Denique nihil facit, quod Lauinia dimiserit vsumfructum, ex quo ipsa iam Senio confecta non poterat amplius
administrare, iuxta onus illi iniunctum à testatore, † quia, 9
cum non prohibeatur, per alias partes ad id necessarias sup-
plere, † insufficientia personalis ei non obstet, vt aliàs res- 10
pondit Rota *in Romana pecuniaria prima Aprilis 1672. §. neque obstat, coram bon. mem. Priolo.*
Et ità, omissis alijs per informantes hinc inde lato calamo deductis, quæ vti respicientia petitorium, ad illud

remissa fuerunt, Vtraque parte informante resolutum fuit &c.

REVERENDISS. D. ALBERGATO.

Sacræ Rotæ DECANO.

Romana Saluiani.

Lunæ 10. Maij 1677.

ARGVMENTVM.

Impugnabatur obligatio mulieris ex quo debita pro causa adhunc effectum enunciata, expressa sunt, sine die, nomine creditoris, & notarij rogati, sed quia hæc omissio succedere potuit culpa Notarij stipulantis; fuit proinde reiecta, & pro validitate obligationis decisum, tum quia, & iudex potuit se de illis præcedenter informare, tum etiam quia aliquibus verificatis ex eis, idem erat præsumendum de alijs. Rursus plura etiam de releuatione indemnitatis, probatione versionis, de bona, vel mala fide in eadem decisione adducuntur.

SVMMARIVM.

1 *Debita in instrumento enunciata, sine die, & anno, Notario rogato, & nomine debitoris quatenus sufficiant pro causa obligationis mulieris, & num. seqq*

2 *Iudex si in instrumento expressit habuisse causæ cognitionem, & debitam sumpsisse informationem, pro illius decreto præsumitur.*

3 *Omissio diei, nominis creditoris, & Notarij rogati facta negligentiæ Notarij ascribitur, qui pro maiori sollicitudine eam distulit in aliud tempus describere.*

4 *Iudex potuit antecedenter certiorari de debitis pro causa obligationis mulieris, sine die, anno, & Notario in instrumento expressis, & num. 6. cum seqq.*

5 *Obligatio à muliere contracta pro extinguendis debitis, quatenus substineatur si in instrumento non fuerit notatus dies, annus, & Notarius rogatus.*

7 *Falsitas causæ obligationis mulieris aliunde iustificari debet, quam ex omissione diei, & Notarij de illa rogati.*

8 *Causa obligationis mulieris indefinitè, & vagè enunciata, non sufficit, quia iudex in illa nullam cognitionem adhibere potuit.*

9 *ex Debitis pro causa in obligatione mulieris enunciatis, sine die, & anno si aliqua iustificentur, ex eis etiam de alijs dicitur aliunde constare.*

10 *Causam principalem obligationis mulieris sufficit esse veram, vt contractus, & illius obligatio substineatur.*

11 *Mulieris obligatio pro viro quando sine spe releuationis facta dicatur, vel substineatur, & num. seqq.*

12 *Releuatio obligationis mulieris factæ pro viro, non est necessaria in bonis extra dotalibus.*

13 *Releuare debitorem non posse suum fideiussorum non probatur ex narratiua instrumenti, illum esse debitis oneratum, & non habere pecunias pro ijs soluendis.*

14 *Decoctus non dicitur quicumque caret pecunia, imponit censum, vel alium debitum contrahit.*

15 *Vxor non tenetur ad solutionem debitorum sui viri, & si pro illis se obligat, eius obligatio dicitur voluntaria.*

16 *Versio in causam expressam probanda non est in obligatione voluntaria, secus autem in necessaria.*

17 *Emptor, & possessor si ex acquisitione census non potuit facere fructus suos, non ideo impeditur illos ex ratione dominij acquirere potuisse.*

18 *Fides mala, quæ oritur ex introductione litis, procedit vbi quis in illa succubuit, secus verò si ab ea victoriam reportauit, & num. seqq.*

19 *Fides bona resultat ex decisionibus, & sententijs in causa obtentis, ex quibus etiam excluditur mala.*

20 *ad Damnum referri non debent ea, ex quibus quis commodum reportare debuisset, & sperat.*

DECISIO LXV.

RAtiones, & motiua aliàs reiecta in decisione coram
me edita *die prima* * *Iulij anni præteriti* inculcabant
hodie informantes pro Confraternitate Sanctissimi Corporis
Christi in Ecclesia S. Mariæ in Via ad obtinendam im-
missionem in possessionem Domus retentæ per Patres Con-
gregationis Oratorij; sed sicuti insufficientia tunc apparue-
runt pro infirmatione præcedentis Rotalis sententiæ, ita
etiam minus valida hodie existimarunt Domini pro recessu
ab eadem decisione, quam ideò confirmarunt.

Subsistit enim fundamentum, quod pro censu ab Horten-
sia imposito super domo controuersa, & vendito ad fauo-
rem Marij Accuramboni, competat retentio Patribus Con-
gregationis hæredibus dicti Marij, non obstantibus nullita-
tibus contrà eundem censum oppositis; Insubsistens enim
est prima ex eo elicita, quod dum in instrumento impositio-
nis apparent enunciata plura debita † absque relatione 1
diei, anni, & Notarij rogati, & nominis creditoris, dici ne-
quit, quod Iudex interponens Decretum; de ijsdem debi-
tis habuerit plenam, & exactam informationem qualis re-
quiritur, ad hoc, vt substineri possit obligatio mulieris sub
hac expressa causa contracta; † nam cùm adsit assertio Iu- 2
dicis testantis in interpositione Decreti se adhibuisse super
omnibus in instrumento contentis legitimam informatio-
nem, & causæ cognitionem, pro eo præsumitur, ita quod
contrarium alleganti incumbat onus id concludenter pro-
bandi, Pic. *ad Statut. Vrb. glos.* 21 *num.* 24. Surd. *cons.* 29. *nu.*
7. *& seqq.* Rot. *post Pacific. de Saluian. decis.* 227. *num.* 1. *&* 2.
in recent. decis. 314. *num.* 2. *par.* 2. *recent. & decis.* 33. *num.* 1. *&*
2. *par.* 4 *tom.* 2.

Talis autem probatio non resultat ex dicta omissione
diei, anni, & Notarij, ac nominis creditoris in quibusdam ex
partitis descriptis in instrumento census, † quia ista omissio 3
concludit quidem negligentiam Notarij, qui pro maiori sol-
licitudine distulere potuit suppletionem dictorum defe-
ctuum ad commodius otium, non autem incuriam, &
mendacium Iudicis, † qui potuit antecedenter eadem de- 4
bita separatim considerare, & limari, vt respondet *decisio*
R. P. D. mei Rondinini 4. Martij 1675. *§. tum quia.*

Hoc posito non obstant decisiones allegatæ pro Confra-
ternitate ad comprobandam conclusionem, † quod obliga- 5
tio à muliere contracta pro extinguendis debitis, non sub-
stineatur, nisi reperiatur adnotatus dies mensis, & Nota-
rius rogatus, † eo quia tunc dici non possit, quod Iudex de 6
tali causa fuerit legitimè informatus, nam nulla ex eis ap-
plicatur casui nostro. Aliquæ enim procedunt, quando fal-
sitas causæ † verificatur etiam ex alijs probationibus, quàm 7
ex dictis omissionibus, qualis est *decis.* 540. *coram Merlin.* vt
apparet ex *num.* 2. *in fine, & num.* 14. *ad med. & decis.* 255. *par.*
12. *recent.* vt ex *num.* 21. *& seqq. & decisio in Romana rescissio-*
nis transactionis 16. *Ianuarij* 1675. *coram R. P. D. meo Calataum,*
vt in §. agitur enim ad med. Et aliæ quando debita fuerunt tan-
tum indefinitè, & vagè enunciata, † in quibus ideo nulla 8
cognitio Iudicis præcedere potuit, vt est *d. decis.* mox alle-
gata in *Romana rescissionis transactionis, & alia in Romana cen-*
sus 20. *Iunij* 1672. *coram Reuer. P. D. meo Vicecomite, vt in §.*
tot igitur.

In casu autem nostro vltra, quod duo ex debitis enuncia-
tis sine die, & anno, † iustificantur in Summario Patrum 9
dato in præterita Positione die 1. Iulij 1676. coram me adeo,
quod potius constet aliunde de veritate causæ enunciatæ,
satis est, quod debita expressa ascendant ad summam scu-
torum mille, pro qua census impositus † fuit, quamo- 10
brem dum vera existit causa principalis, super qua decre-
tum Iudicis interpositum est contractus quoque substinetur
iuxta doctrinam Castrens. Pic. *& aliorum de quibus in dec. R.*
P. D. mei Rondinini § neque Domicos.

Minoris momenti est secunda nullitas contractus resul-
tans ex damno irreparabili, quod passa fuit mulier ex obli-
gatione facta pro viro sine spe releuationis, † præmisso 11
enim, quod agitur de bonis extradotalibus in † quibus re- 12
leuatio non est necessaria, Martin. Andr. *decis.* 79 *numero*
4. *vers. non obstat* Rot. *decis.* 775. *num.* 5. *part.* 2. *recent.* cum
alijs allegatis in *decis. Reu. P. D. Rondinini § vel quando,*
adhuc impotentia viri ad releuandum † non iustificatur 13
ex narratiua facta in instrumento census, quod ipse reperi-
retur multis debitis grauatus, ad quæ soluenda nec habe-
bat pecunias, neque modum cogerendi, & soluendi ex hoc
enim non excluditur quin habere posset stabilia, & alia
bo-

bona longè superantia quantitatem debitorum, quæ tamen non posset, vel nollet tunc vendere, aliàs si esset verum,
14 quod qui caret pecunia esset decoctus, † quicumque imponit censum, vel aliud debitum contrahit pro habendis pecunijs diceretur talis, & tamen contrarium patet ad sensum.

Nec releuat, quod non doceatur de versione pecuniæ in causam expressam, & pro qua contracta fuit obligatio, desumendo enim responsionem ex distinctione ab informantibus pro Confraternitate adducta, dicebant DD. quod cum census fuerit per Hortensiam impositus pro soluendis debitis mariti ad quorum solutionem nullo iure tenetur vxor,
15 † talis obligatio dicitur voluntaria, in qua dicta versio pro-
16 banda non est, † licèt secus sit in obligatione contracta ex causa necessaria, vt ex doctrina Innoc. *in cap. 1. num. 2. vers. cum vel fortè de deposit.* communiter sequuta à Canonistis declarat Rot. *post Conc. de censib. decis. 29. nu. 1. coram Pen. dec. 778. num. 7. & coram Merlino decis.* 219. *n.* 13. vbi plures cumulantur.

Demum non aduersatur, quod Accorambonus auctor Patrum, & creditor census per acquisitionem fundi censiti extinxerit censum, & debeat computare in sortem fructus omnes exinde perceptos. Admissa enim responsione decisionis, quæ reuidetur *in §. fin.* quod, scilicet, Accorambo-
17 nus fecerit fructus suos non ratione census † sed ratione dominij acquisiti ex titulo emptionis eiusdem domus, & quod semper remanserit creditor sortis principalis, incongrua visa fuit replicatio hodie adducta, quod computare debeat in sortem saltem fructus perceptos à die, quo contestationem litis factam à Confraternitate pro immissione super hac do-
18 mo, constitutus fuit in mala fide. † Hoc enim tunc locum habere posset, si Accorambonos, vel Patres ab eo causam habentes in eadem lite succubuissent, secus autem, dum hodie ijdem Patres possessores obtinuerunt sententiam, &
19 binas decisiones pro exclusione immissionis petitæ, † sicuti enim ex his excluditur allegata mala fides, Rota *coram sa. me. Gregor. XV. decis.* 467. *num.* 1. *& coram Bich. decis.* 361. *num.* 23. *& in recent. decis.* 285. *nu.* 1. *par.* 2. Ita sequitur, quod Patres reportare non debeant hoc damnum ex victoria cau-
20 sæ, † ex qua commodum sperant contra regulam text. *in l. quod fauore C. de legib.*

Et ita vtraque parte informante resolutum fuit.

Altera præsentis causæ decisio est impræssa supra in alio præcedenti tomo secundo parte 18. vbi est in ordine 778.

R. P. D. RONDININO.

Romana Casalis veteris.

Lunæ 10. Maij 1677.

ARGVMENTVM.

Generatio emphyteusis à quibus personis sumere debeat initium, in hac decisione declaratur, ibique firmatur illius principium desumendum esse à filijs, non autem à nepotibus, quia sic in capitulis partes expressè conuenerant, quamuis ex instrumento posteà celebrato contrarium forsan appareret, tùm quia & magis sunt attendenda capitula, quàm instrumentum, tùm etiam quia alitèr illud interpretando quatuor essent generationes, non tres, quæ solæ fuerant inter partes conuentæ, tùm & tertiò, quia sic ab Exequutore Apostolico declaratum erat.

SVMMARIVM.

1 *Verba*, cominciando, *apposita in concessione emphyteusis ad tertiam generationem concessæ, à quibus personis initium sumere debeant.*
2 *Relatio, & determinatio ad proximiora, & præcedentia fieri debet.*
3 *Sententia Exequutoris Apostolici declarat quomodo emphyteusis regulanda sit.*
4 *Concessio non potest intelligi diuerso modo ab eo, quo declarata est à Iudice, pro illius confirmatione deputato.*
5 *Generatio emphyteusis incipere debet à filijs, quoties incipienda à nepotibus, non ad tertiam, sed quartam generationem facta foret.*
6 *Emphyteusis Ecclesiastica nonnisi ad tertiam generationem concedi potest.*
8 *Fœmina dicitur principium lineæ fœmininæ, quod etiam attenditur in materia emphyteutica.*
9 *Capitula potiùs confecta à partibus, quàm instrumentum à Notario extensum attendenda sunt, & quando, nu. seq.*
10 *Verba* capitulorum, *quod super illis fiat instrumentum,* senza mutar parola sostantiale, *quid importent, & operentur. & nu. seq.*
11 *Substantialia immutari dicuntur, vbi in instrumenta superadditur persona, quæ non erat comprehensa in capitulis.*
12 *Forma stipulationis seruanda est, qualiscumque fuerit contractus.*
13 *Fœminæ in concessione emphyteusis, vel locationis si non excluduntur ex natura contractus, saltem remanent exclusæ in vim pacti.*
13 *Sententia sublata, cessant omnia ad ipsam consequutiua.*
15 *non Entis nullæ sunt qualitates.*

DECISIO LXVI.

CAsale vetus nuncupatum, quod anno 1575. Abbas, & Canonici Regulares S. Petri in Vincula Ioannis Baptistæ de Victorijs ad tertiam generationem masculinam concesserant, illa in Marco Antonio Victorio deficiente, Principissa Diana eius Soror, & hæres detinuit, inter quam, & Regulares, qui ob concessionem finitam Casalis deuolutionem prætendebant, ad illorum fauorem anno 1655. prodijt decisio, cui Principissa acquieuit, Casale dimittens, vt in *rec. par. 11. decis.* 302.

Cum autem Clar. mem. Cardinalis Robertus ex Victoria filia, dicti Ioannis Baptistæ pronepos, eiusque frater se vocatos esse prætenderent, succubuerunt præuijs duabus decisionibus 34. & 402. par. 12. rec. à quibus quamuis recessum fuerit 18. Maij 1671. 15. Ianuarij, & 18. Martij 1672. coram Reuerendissimo D. meo Albergato Decano, cum subsequuta Rotali sententia, illam tamen infirmandam esse, Causa maturè ab omnibus Dominis in secunda eius propositione perpensa, responsum fuit.

Distinctè hodie consideratis singulis pactis concessionis emphyteuticæ, alijsque consequentibus, vt infra, dicebant Domini non solum in principio Capitulorum istius conuentionis emphyteuticæ concessionem fieri Ioanni Baptistæ *à terza generatione mascolina legitima, e naturale, cominciando da tutti i suoi figli nati, ò da nascere*; sed in omnibus pactis tam soluendi Canonis, seu annuæ pensionis, quàm soluendi laudemij, benè vtendi, non alienandi, & caducitatis ob non solutum Canonem semper considerari Ioannem Baptistam tamquam eum, cui principaliter facta fuit concessio, & non tamquam eum, qui simpliciter stipulatus fuerit, concessionem à filijs inchoandam; adeout non tam ex mente contrahentium, quàm ex natura verborum clarissima sit expressio, quod ad generationem immediate præcedentem referatur illud gerundium, † *cominciando da tutti i suoi figliuoli:* non au- 1
tem ad concessionem ab initio factam, in qua Io: Baptista Pater stipulator comprehensus quoq; fuerat ex regula, † vt ad 2
proximiora fiat relatio, & præcedentium determinatio, Textus *in l. vim facit ff. de vi, & vi armata*, Decian. *consil. 64. n. 29. vol. 2.* Riminald. Iun. *cons.* 491. *n.* 26. Modern. Lucen. *consult.* 18. *num.* 28. Rota *coram Bich. decis.* 19. *num.* 13. *& rec. par.* 12. *d.* 34. *num.* 9. *& seqq.*

Comprobatur hoc idem ex verbis supplicationis porrectæ pro Beneplacito Apostolico impetrando, necnon etiam ex verbis sententiæ executoris eiusdem Beneplaciti, quæ paritèr clarè loquuntur, quod concessio deberet incipere à Io. Baptista, † & à filijs suis generatio, adeout non liceat concessionem 3
intelligere † diuerso modo ab eo, quo confirmatur per Iudi- 4
cem à Sede Apostolica deputatum, ex congestis in proposito per Altograd. *cons.* 22. *n* 8 *vol. 1. R. P. D. de Luca de Emphyteu. discurs. 14. sub n. 5. & 6.* Rota *coram Seraph. dec. 868. & in rec. par. 12. dicta dec. 34. n. 47. & 48.*

Rursùs considerabant Domini huic intellectui ius assistere, ex quo si generatio incipere deberet à nepotibus † Io: 5
Baptistæ, non autem à filijs, vt innuit instrumentum,

 seque-

ſequeretur, quod conceſſio eſſet ad quartam generationem
6 † contra diſpoſitionem Textus *in §. Emphyteuſim Auth. de non alienan. aut permutan.* cuius diſpoſitio à Iure Canonico approbata fuit, vt latè examinato articulo dixit Pappon. *conſ. 86. num. 3. & ſeqq.* Rota *coram Merlin. deciſ. 420. ex num. 9. & coram Coccin. deciſ. 2194. num. 5. & 6. & deciſ. 2264. num. 3. & ſeqq. repetit in rec. par. 8. dec. 39.*

Neque ſubſiſtit in facto, quod Io. Baptiſta ſoluerit de proprio ſcuta mille Franciſco Pucario, à quo Caſale redemerit, cum illa ſint ea, quæ ſoluere debebat Monaſterio pro ingreſſu, vt in Capitulis. Item, *oltre la detta annuale penſione, debba pagare al Monaſtero per entratura ſcudi mille:*
7 † Et ſic pecuniæ illæ erant propriæ ipſius Eccleſiæ, cui ſoluuntur pro ingreſſu, ad Text. *in l. prima*, vbi Bartol. & alij *C. de iur. emphyt.* Ferrett. *conſil. 81. num. 3.* Afflict. *dec. 72. ſub num. 3. & 4.* cum alijs per Fulgin. *de iur. emphyt. in prælud. qu. 16. per totam.*

Si itaque conceſſio incepit in Io. Baptiſta Victorio, qui ſtipulatus eſt, & generatio maſculina, pro qua emphyteuſis conceſſa fuit initium ſumpſit ab illius filijs, clarum eſt Cardinalem Robertum in ea non contineri tamquam deſcendentem à Victoria filia d. Io: Baptiſtæ, mediante perſona Octauij proprij Patris, & reſpectiuè filij prædictæ Victoriæ, in qua inchoata fuit linea fœminina, cuius fœmi-
8 na eſt principium, † vt in his terminis eſt ſingularis doctrina Caliren. *in l. maritus 21. num. 5. C. de procurat. & conſ. 190. nu. 4. par. 2.* Clar. *in §. emphyteuſis quæſt. 36. verſ. ſed ſi emphyteuſis*, Grat. *diſcept. 295. num. 3.* Mantic. *de tacit. & ambig. conuention. lib. 22. tit. 16. num. 23.* Rot. *coram Bich. deciſ. 493. num. 6. & ſeqq. & coram Cardin. Celſo deciſ. 341. num. 7. & in deciſionibus huius Cauſæ in rec. par. 11. deciſ. 312. & part. 12. deciſ. 34. & 402.*

Non obſtat, quod qualitas maſculinitatis non fuerit requiſita in ſubſequenti Inſtrumento, in quo potuerit declarari ambiguitas conceſſionis factæ in capitulis, quia in claris non eſt opus alia declaratione, ita vt ſecluſa dubietate, quam non putarunt Domini adeſſe in hoc caſu, quoad controuerſa capitula, iſtis potiùs ſtandum eſt, tanquam factis
9 ab ipſis partibus, † quam Inſtrumento, quod fit à Notario, iuxta doctrinam Bartoli *in l. Sempronius Proculo num. 3. ff. de legat. ſecundo*, Surd. *deciſ. 71. num 4. & ſeqq.* Rota *coram Penia deciſ. 1237. num. 18. & coram Eminentiſs. Ottbobono deciſ. 99. numero 33. & in recent. part. 12. d. deciſ. 34. numero 29. & 30.*

Euidenter autem in hoc caſu, cum præcedenter in capitulis dictum fuerit eſſe ſtipulandum Inſtrumentum: *ſenza*
10 *mutar parola ſoſtantiale:* † quod certè non eſſet, ſi includerentur fœminæ, & ab eis deſcendentes, quia mutaretur ſubſtantia conceſſionis pro generatione maſculina conceptæ,
11 quæ mutatio eſt circa ſubſtantialia, † cum adduntur perſonæ priùs non comprehenſæ, vt poſt alios Modern. Paranin *de rebus Eccleſ. non alienan. quæſt. 15. num. 28.* Rot. *rec. par 8. deciſ. 39. nu. 54. par. 10. dec. 165. nu. 12.*

Quæ omnia procedunt etiamſi contractus iſte emphyteuſis propriè dici non poſſet, ſed potiùs locationis, quia in vtroque caſu eſt ſeruanda forma ſtipulationis pro generatione
12 maſculina, † & fœminæ cum ſuis deſcendentibus ſemper excluduntur, ſi non ex natura contractus ſaltem in vim pacti, Clar. *in §. emphyteuſis qu. 28. num. 2.* Rota *coram Eminentiſs. Ottbobono dec. 42. num. 2. & 3. & in recent. par. 11. dec. 312. nu. 14. & 15. & par. 12. d. dec. 34. n. 61. & 62.*

His poſitis, ſuperflua remanſit reſolutio alterius dubij ſuper fructibus perceptis, ad quos damnati fuerant Canonici Regulares in ſententia Reuerendiſſimi Decani, quia ſen-
13 tentia ſublata, † ceſſant omnia ad ipſam conſequentia,
14 cum non entis † nullæ ſint qualitates, ex regula Text. *in l. eius in Prouincia verſ. quoniam ff. ſi cert. pet. & in l. 4. §. condemnatum ff. de re iudic. cum concord.*

Et ita, vtraque Parte audita reſolutum fuit.

Confirmata fuit hæc deciſio ſub die 14. Martij 1678. coram eodem Reuerea. P. D. Rondinino, quæ infra ſuis loco, & tempore apponetur.

R. P. D. T A I A.

poſtea S. R. Eccleſiæ Cardinali.

Auenionen. Donationis.

Lunæ 10. Maij 1677.

A R G V M E N T V M.

De intellectu Cautelæ Angeli in hac deciſione tractatur, vndè illa proceſſerit, & quatenus, ac quomodo ea practicari debeat; Rurſùs de reintegratione bonorum fideicommiſſi, de exceptione retentionis à tertio poſſeſſore oppoſita, & demum quatenus ille verè tertius dici poſſit, vel non.

S V M M A R I V M.

1 *Cautela Angeli exponitur à Ridolphino in ſua praxi.*
2 *Cautela Angeli deducta fuit ex texta* in l. à Diuo Pio ff. de re iudicata.
3 *Tertius timens executionem contra alium ſuper ſuis bonis faciendam, quomodo proteſtari debeat, & num. ſeqq.*
4 *Summaria cognitio adhiberi debet ſuper poſſeſſione, vel pertinentia rei ad tertium ſpectante, in materia Cautelæ Angeli. & num. 3.*
5 *Reintegratio fideicommiſſi, ſecluſo dolo, nullam habet hypothecam.*
6 *Dolus probari debet, quia de iure non præſumitur.*
7 *Retentionis ad effectum, an ſit neceſſaria hypotheca. & numer. ſeqq.*
8 *Poſſeſſor excipiens de retentione aduerſus creditores chirographarios non indiget hypotheca, quidquid ſit, quoad alios.*
9 *Retentio ceſſat, ceſſante prælatione creditoris.*
10 *Tertius poſſeſſor dicitur ille, contra quem nullus adducitur actus, qui conuincat illum eſſe hæredem.*
11 *Cautela Angeli, ſi quis allegat poſt factam executionem, arctioris probationis onere grauatur.*
12 *Statutum* Auenionen. rubr. 9. lib. 2. *præbens viam executiuam contra tertios, qualiter procedat.*

D E C I S I O LXVII.

EX facto denuò pleniori explicatione repetito, Diana deſiderans Templum Collegij Societatis Ieſu Auenionis, cuius Fundator fuerat Henricus Frater, finiti, maturè donauit inter viuos eidem Collegio ſcuta 1500. ſolidorum quinquaginta ſoluen. biennio poſt mortem, atque ita promiſit Donatrix per ſcripturam de eius mandato ſcriptam à Notario, & ab ipſa vna cum tribus alijs teſtibus ſubſcriptam 26. Septembris 1634. cum recognitione propriæ ſubſcriptionis ipſa die, & aliorum ſubſcribentium coram eodem Notario rogato ſuo publico officio fungente, & pro quibus opus eſſet ſtipulante in calce eiuſdemmet ſcripturæ donationis apud procuratores Collegij, cuius tranſumptum de manu d. procuratoris productum fuit in publicis actis.

Moriens Donatris anno 1646. reliquit hæredem Henricum filium, cui ſubſtituit Dominicum ex eo nepotem, qui hæreditate Patris, & Auiæ non adita, & proinde ſuccedente ſubſtituto de la Verdiere, ipſe Dominicus anno 1648. veniente die biennij præfixi ſolutioni, præueniens moleſtiam Collegij Donatarij aliorumque creditorum tam Dianæ Auiæ, quàm Henrici Patris, procurauit Inhibitiones ab Auditore Legationis, ne turbaretur in poſſeſſione pacifica omnium, & quorumcumque bonorum loci de Montilijs, Thori, Villæ, Inſulæ, & iſtorum Territoriorum vbique ſitorum ſibi ex fideicommiſſis maiorum ſuæ familiæ, & ad illa reintegrationem, & pacificè quidem poſſeſſis, quoad Collegium, nulla apparente ſaltem iudiciali petitione pecuniæ donatæ.

Defuncto Dominico, Domina Marchioniſſa Franciſca ſoror, & hæres ab inteſtato renouauit eas inhibitiones generaliter contra creditores ſpecialiter præſentatas R. P. Collegij, itaut petentibus RR. PP. alijſq; creditoribus ipſas reuocari Vicelegatus, reſeruauit prouidere, manutentis interim inhibitionibus 20. Auguſti 1661.

Et adhuc procedentibus PP. 14. Ianuarij 1665. ad executio-

tionem super Prædio S. Raphaelis d. loci Montilis, tamquam empto à Diana Donatrice, & inuento in eius hæreditate, Vicelegatus executionem vti attentatam reuocauit 20. Iunij ipsius, sicut aliam Mariæ matris Franciscæ super alijs bonis pro dotibus suis, & appellante Maria ad D. Cardinalem Legatum, fuit Causa Rotæ commissa pro voto, pro quo promulgatæ sunt duæ decisiones super Bono Iure Franciscæ, & manutentione illius in bonis possessis, expresso quoque hoc prædio S. Raphaelis, vt in *decisionibus 37. par. 14. & decis. 14. & 84. par. 15.* alijs annis 1665. & 1667.

Rebus sic stantibus, & Auenione agente Collegio pro summa donata, petijt Procurator constitutus Franciscæ à D. Cardinali Legato inhibitionem contra Collegium, & obtinuit 30. Nouembris 1666. illamque denunciauit Collegio prima Iunij 1667. deinde Collegium prosequendo in Curia coram D. Cardinali Legato, petijt decerni, & relaxari mandatum executiuum contra bona hæreditaria Dianæ, citatis Francisca, & Iosepho Matthia, vti hæredibus illius, obtinuitque nisi infra octauam cum intimatione 6. Aprilis 1669. vnde Francisca protestata est, si Collegium prætenderet aliquid contra se alio nomine, quam proprio, nihil fieri, nisi legitimatis personis octaua dicti mensis Aprilis; Cumque vidisset Collegium ex hac protestatione denegatam qualitatem hæreditariam, petijt deputari Curatorem hæreditati iacenti, obtinuitque die 17. sequenti, & prosequendo petijt contra Curatorem deputatum decerni, & relaxari mandatum executiuum, & obtinuit, nisi ad primam 24. Iunij 1670. Francisca verò nihil obijciens mandato, vt ad se non pertinente, vel potius conferente ad suam pro-
1 testationem se non esse hæredem Dianæ protestata est, † ad Cauthelam Angeli denunciatam Collegio 4. Februar. 1670. descriptam à Ridolph. *in praxi Iudic. cap. 9. numer. 12. & 26. p. 1.* & stante hac protestatione, & petente adhuc Collegio executionem mandati coram Auditore Legati, Congregatio Auenionen. rescripsit quoad Prædium Sancti Raphaelis ad D. Auditorem de voto Rotæ, fuitque confirmata commissio de voto Rotæ, & disputato dubio, An mandatum sit exequendum, nempè super Prædio S. Raphaelis, & resoluto non esse exequendum hodie quoque proposito rursùs eodem, An sit standum, vel recedendum à decisis, DD. standum communiter decreuerunt.

Et quidem, stantibus his, dicebat adhuc vnus, non vide-
2 ri negandam executionem mandati † in hoc Prædio Sancti Raphaelis à Francisca siue detento, siue possesso, etenim hæc Angeli Cautela, vt educta est à textu *§. si rerum, aliàs §. si super rebus l. à Diuo Pio 15. ff. de re iudic.* sic ad illam
3 redacta est, vt coram Iudice † exequente summatim examinetur quæstio emergens super rebus pignoris captis, vt est summa Bart. *in d. §. post gloss.* summatim, quæ notat similia de sommaria cognitione in alia *gloss. plena l. 9. C. de iud.* & ideo quotidie practicatur, quod tertius post latam sententiam contra alium venit, & protestatur, vt in talibus bonis non procedatur ad eius executionem, quia sunt soa,
4 vel à se possessa, & in quantum executio facta sit, † petit tertius tenutam datam contrario imperio reuocari, quatenus de facto processit, & iusta est petitio, & debet super eo procedi summariè, vt patet in litera inquit ipse Angelus *ad d. §. num. 2.* quem penè descripsit Alexand. *ibid. num. 9.* Ridolph. *d. cap. 9. num. 27.* & ad literam *R. P. D. de Luca de Iudic. disc. 40. num. 19. vers. eumque præfati auctoris lib. 15.*
5 planè vti theorici ita practici insignis, † de quo stylo pluries Rota meminit *decis. 182. ab initio par. 10.* confirmatoria præcedentis *coram Ghisler in Romana, seu Æsina Donationis 23. Maij 1640. & decis. 373. n. 1. & vlt. par. 15.*

Itaque ad textum, si summatim cognoscenda sit hæc exceptio, id est non dato libello, neque lite contestata, constat actio clara Collegij, & ex actione mandatum executiuum decretum, & relaxatum; eiusque iustitia in hypotheca ex statuto Auenionen. illam dante scripturis recognitis legitimè adscribente; Non constat autem ius Franciscæ non pro fideicommissis, quia bona sunt hæreditaria, & propria donatricis grauatæ, non etiam pro reintegratione ad bona fideicommissi alienata à donatrice, quia vtrum tot, ac tantæ alienationes, & exactiones propositæ factæ fuerint à Diana fideicommissaria, & reintegratio propter illas
6 competat Franciscæ, † nulla tamen competit hypotheca pro huiusmodi reintegratione, secluso dolo alienantis, vti
7 non probato, † nec præsumendo, ad Rotam *coram Dunozett. Iun. decis. 630. numer. 9. & decis. 869. num. 21. à vers. neque facit cum allegat. & decis. 393. numer. 5. à vers. non obstat par. 15.*

Non obstante *decisione 78. apud Merlin. de pignor.* vbi ad effectum retinendi non est necessaria hypotheca, † quia vel 8
doctrina intelligenda est quando possidens vult retinere contra creditores chirographarios, † non autem contra cre- 9
ditores anteriores cum hypotheca, vel controuersa admodum est, vel fortè non vera, vt apud Merlin. *de pignor. qu. 181. nu. 22. lib. 4.* Rota *coram Duran. decis. 412. in fin.* cessante itaque prælatione contra Collegium creditorem, † cessat 10
etiam retentio, vt concludit Rota *decis. 40. in fin. par. 9.* cum allegatis.

Sed non exequendum mandatum responderunt alij, & actenus negatam fuisse executionem in Prædio sumpto, quia constat esse penès Franciscam tertiam possidentem, contra quam ex vulgaris non datur via executiua, & quia donatio Dianæ, propter quam petitur executio mandati, non benè probatur per scripturam habentem faciem priuati chirographi, nec apparebat legitimè fuisse extractam, hodie verò adbuc negandam mandati executionem dixerunt, non solum quod Prædium existat penès Franciscam, sed ampliùs quod illud possideat † iure fideicommissi, vt inde 11
dignoscatur, quod sit tertia, cum non exhibeatur actus necessarius, qui concludat illam possidere nomine hæreditario Dianæ Donatricis, ad Bart. *in l. gerit de acquir. hæred. nu. 19. & §. Papinianus scribit. l. pro hærede 20. ff. eod.* & cum alijs Card. Mantic. *de coniect. vlt. vol tit. 12. num. 4. lib. 12.* Rot. *coram Coccin. decis. 307. num. 3.* ex contrario autem tam in Tribunali Auenionen. quàm Tribunali nostræ Rotæ admissæ fuerint contra creditores Dianæ inhibitiones vigore fideicommissi, & signanter coram Reuerendiss. D. Matthæio Archiepiscopo Damasceno validiora præbentur motiua deflectendi in sententiam, vt Francisca possideat iure fideicommissi, non hæres Dianæ, sed tertia.

Nec arctior probatio incumbit Franciscæ ex illo capite,
† quod post executionem interposuerit Cantelam Angeli, 12
iuxta declarationem Ridolph. *d. cap. 9. nu. 28.* cum allegatis, quia in facto verificatur illam interposuisse ante executionem legitimam, & quidem hactenus pendentem, vt ex ipso dubio, An mandatum sit exequendum, illa namque facta anno 1662. fuit attentata, & tamquam talis fuit reuocata, ac si facta non fuisset.

Non insistendo statuto Auenionen. *rubr. 9. lib. 2.* præbente
viam † executiuam contra tertios possessores, quia non 13
constat fuisse instructum Iudicium iuxta illius dispositionem, quod scilicet fuerit citatus possessor ad indicanda bona, & alia prout in eo.

Et ita vtraque &c.

R. P. D. CALATAIV.

Fanen. Successionis.

Lunæ 10. Maij 1677.

ARGVMENTVM.

Exclusa dicebatur mater ab hæreditate filij, tam ex Statuto Fani illam excludente, quam ex eo, quod creditum suæ dotis petierat ab alio, tamquam hærede eiusdem filij, propter quod eius hæreditatem repudiasse videbatur, ipsi tamen successionem deberi deciditur, quia Statutum non includebat patruum inter personas excludere debentes, & petitio dotis facta erat ab altero ex obligatis, non autem ab hæreditate eiusdem filij; Plura ideò de interpretatione Statuti, dotis restitutione, & natura fundi dotalis in præsenti decisione deducuntur.

SVMMARIVM.

1 *Repudiasse hæres dicitur hæreditatem, si suum creditum petijt ab alio vti hærede, & num. 4. cum seqq. vbi vide.*
2 *Statutum* Fani cap. 6. de success. ab intestat. *excludit matrem à successione filij, & quando.*
3 *Causa potentius ius habet, quam causatum.*
4 *Mulier pro constitutione suæ dotis agens contra alterum ex obligatis, non dicitur egisse contra alios.*

5 Re-

5 *Repudiatio hæreditatis non resultat, si hæres pro suo credito egit contra hæreditatem alterius, non autem sui debitoris.*

6 *Statutum exclusiuum à successione, si inter personas excludentes aliquem non nominauit, ille non dicitur inclusus.*

7 *Mater vti proximior succedit in hæreditate sui filij, & excludit auum remotiorem.*

8 *Statutum exclusiuum à successione non extenditur ad personas ab eo non expressas contra dispositionem iuris communis.*

9 *Statutum ita debet interpretari, vt non excludat matrem ab hæreditate sui filij.*

10 *Statutum exclusiuum à successione licet non extendatur ad personas ab eo non expressas, intelligitur tamen de extensione irrationabili, non autem rationabili.*

11 *Extensio dicitur rationabilis, in qua concurrit maior ratio.*

12 *Successionis in materia non attenditur, neque identitas, neque maioritas rationis, quando ex ea corrigitur ius commune.*

13 *Statutum excludens matrem ab hæreditate filij dicitur odiosum, & irrationabile.*

14 *Statutum admittens ad successionem sorores, & earum filios, non dicitur respicere agnationem.*

15 *Fœminæ, & earum filij agnationem non conseruant.*

16 *Statuti vnum capitulum non extenditur ad aliud, & quando.*

17 *Statuentes sibi apertè contradixisse præsumendum non est.*

18 *Statutum excludens matrem verbis vniuersalibus propter ascendentes, & huiusmodi, quomodo intelligatur. & num. seq.*

19 *Generalitas præcedentis Rubricæ Statuti restringitur ad personas subsequenter expressas.*

20 *Restitutio dotis fieri debet à marito, qui illam recepit.*

21 *Fundus dotalis in præiudicium vxoris alienari non potest.*

22 *Maritus si fundum dotalem alienauit, ipse, & eius hæredes pretium vxori restituere tenentur.*

23 *Restitutio dotis sub obligatione camerali recepta, eo magis vxori fieri debet.*

24 *Maritus licèt fundum dotalem alienatum recuperari possit, idque restituere vxori, non impedit tamen quin vxor contra ipsum agat pro restitutione pretij.*

DECISIO LXVIII.

SEntentiam Rotalem admittentem ad hæreditatem Io.
Andreæ defuncti in infantili ætate. Annam Barto-
lellam eius matrem, non autem Franciscum eius Auum
paternum, Rota sub die 20. * Aprilis anni proximè præ-
teriti censuit esse infirmandam ex duplici fundamento; Pri-
mo, quia dicta Anna petijt iudicialiter suæ dotis restitutio-
nem ab Alexandro Mariotto, vti hærede Francisci, & d.
1 Ioannis Andreæ, per quam petitionem,† vti factam absque
vlla protestatione dicebatur fuisse tacitè repudiatam illius
hæreditatem; Secundò, quia materia Statuto Fani *cap. 66.*
2 *de success. ab intest. & intestab.* † est exclusa à successione
filiorum, si remanserit filius fratris, vel sororis, aut patruus,
vel frater patruelis, vnde inferebatur multò magis exclu-
dendam esse ab auo, qui est proximior, & à quo descendunt
3 aliæ personæ excludentes, † cum potentiùs ius habeat cau-
sa, quàm causatum; Verùm hodie Causa reproposita, neu-
trum fundamentum subsistere visum est, ideoque dictum
fuit recedendum à decisis.

Non enim subsistit primum, quia ipsa non egit directò
contra hæreditatem Ioannis Andreæ Iunioris eius filij, sed
contra Franciscum Sperandeum, qui vel tamquam socer,
vel tamquam hæres alterius Io. Andreæ Senioris eius filij,
& respectiuè viri prædictæ Annæ, tenebatur de iure ad re-
stitutionem dotis, Fontanell. *de pact. nup. claus. 7. gloss. 2. par.*
2. nu. 71. Mantic. *de tacit. lib. 11. tit. 19. num. 24.* Paschal. *de patr.*
potest. par. 2. cap. 7. nu. 8. Merlin. *de pignor. lib. 3. tit. 2 qu. 45. nu.*
42. Capic. Latr. *decis. 36. nu. 7.* vndè nullo modo inferri potest
ad repudiationem hæreditatis filij, de qua agitur, Bald. *in l.*
vt debitam. 5. nu. 2. vers. secundo oppono C. de hæredit. act. eo-
que magis, dum mater habere non poterat certam scien-
4 tiam, † quod ad ipsam spectaret hæreditas filij, cum hoc
penderet ab interpretatione statuti, quod adhuc non fuerat
à Rota declaratum, quo casu multo minus ex petitione pro-
prij crediti, induci potest repudiatio hæreditatis, Mantic. *de*
coniect. lib. 12. tit. 14 nu. 29.

Insubsistens est etiam secundum fundamentum, nam sta-
tutum inter personas matrem excludentes, † non exprimit 5
Auum, & in casibus ibidem non expressis, mandat seruari
ius commune, † quo inspecto mater, vti proximior exclu- 6
dit Auum remotiorem in hæreditate filij, Auth. *defuncto*
Cod. ad Senat. cons. Tertullian. § consequens, & § si igitur, Au-
th. *de hæred. ab intest. venien.* Vnde non debet extendi etiam
ad Auum † contra iuris communis dispositionem, vt in ter- 7
minis dicti statuti Fanen. tradit Negnlant. *in Silua respons.*
qu. 87 nu. 10. & 11. & generaliter Rota *decis. 316 nu. 8. & 463.*
nu. 4. par. 1. & decis. 502 num. 2. par 4. tom. 2. & decis. 60. nu. 17.
par. 7. & decis. 370. nu. 9. par. 13. recent. & coram Seraph. decis.
822. nu. 4. & coram Penia dec. 207. n. 8. & coram Merlina dec.
526 num. 9. & coram Cardinali Celso dec. 327. num. 12. Imò in
dubio statutum ita debet interpretari, † vt matrem non 8
excludat à luctuosa hæreditate filij, Redenasc. *cons. 27. nu. 30.*
Mart. *de success. legali par. 2. qu. 4. art. 6. num. 11.* Grat. *discept.*
972. nu. 49. Gregor. *dec. 495. nu. 6. & 15.*

Non obstant firmata in postrema decisione, nempè quod
statutum prohibens † extensionem, intelligatur de irratio- 9
nabili, non autem de rationabili, † & iusta, qualis est ex- 10
tensio ad Auum, in quo concurrit maior ratio, quàm in alijs
personis ibidem expressis, vtpotè remotioribus, & ab eo de-
scendentibus, & sic habentibus minus ius, eoque magis dum
in *cap. 163.* expressè disponitur, vt in casibus in eodem
statuto non dispositis procedatur de similibus ad similia;
Quoniam in materia successionis non attenditur neque
identitas, † neque maioritas rationis, quando ex ea cor- 11
rigitur ius commune, Curt. Iun. *cons. 49. num. 9.* Decian. *re-*
spons. 13. num. 38. lib. 3. Honded. *cons. 8. num. 16. lib. primo,*
Alex. *cons. 535. num. 18. lib. 4.* Thob. Non. *cons. 16. num. 17.*
Surd. *cons. 416. num. 25.* Altograd. *cons. 4. num. 18. lib. 1.* & sta-
tutum excludens matrem ab hæreditate filij, † dicitur odio- 12
sum, & irrationabile, Montesperell. *cons. 18. num. 19.* Rede-
nasc. *dicto cons. 27. num. 17.* maximè quia versamur in statuto,
† quod admittit ad successionem sorores, earumque filios, 13
† & sic non respicit ad agnationem, quam sororum filij non 14
conseruant, Crauett. *cons. 250 num. 2.* Menoch. *cons. 532. num.*
10. Molin. *de primog. lib. 3. cap. 5. n. 30.* Mart. *de success. leg. par.*
2. qu. 6 art. 2. an. 5. Mantic. *de coniect. lib. 6. tit. 15. nu. 9.* Gregor.
dec. 433 n. 15.

Disposita autem in *cap. 163.* trahi non possunt ad *cap. 66.*
† in quo specialiter enumerantur personæ matrem exclu- 15
dentes, & in casibus ibidem non expressis prohibet exten-
sionem, & mandat seruari ius commune, aliàs statuentes
sibi apertè contradixissent, † si quod non est præsumendum, 16
l. vbi repugnantia ff. de reg. iur. Surd. *decis. 302. nu. 36* Gilian.
ad Statutum Perus. verbo Bastardus num. 24. in fine, cum alijs
adductis in *decis. edita die 12. Decembris 1672. coram Reue-*
rendiss. D. meo Decano.

Minus faciunt ad casum *Abbat consil. 75. lib. 1.* Castr. *cons.*
173. & alij in contrarium allegati, † quia loquuntur de 17
statuto excludente verbis vniuersalibus, nempè propter as-
cendentes, descendentes, agnatos, vel similes, vt aduertit
d. decis. coram Reuerendiss. D. meo Decano, & quamuis in sta-
tuto Fani diceretur adesse etiam verba generalia, vt in ru-
brica, ibi: Secundo quia interest Reipublicæ, vt Cippus
Domus conseruetur, cuius appellatione venit etiam Auus,
tamen pro exclusione matris enumerat certas personas,
nempè filium, fratrem, vel sororem personæ defun-
ctæ, necnon filium fratris, vel sororis, patruum, & fra-
trem patruelem, † vndè generalitas præcedens rubricæ 18
debet restringi ad subsequentes personas expressas, *l. in toto*
ff. de reg. iur. cap. si generi de reg. iur. in 6. Menoch. *cons. 328.*
num. 23. vol. 4 Fusar. *cons. 2. num. 26. & de subst. q. 359. numer.*
14. Attolin. *resol. 73. num. 64.* Rota *decis. 7. numer. 43. par. 10.*
recent.

Repetitum verò obiectum, quod hæreditas Io Andreæ
reducatur saltem ad tertiam tantum partem dotis Lauiniæ
eius matris, cum aliæ duæ partes spectent ad alias duas
filias fœminas, siue ad Franciscum earum patrem, &
renunciatarium, † sublatum fuit in omnibus præceden- 19
tibus decisionibus; vndè meritò Domini dixerunt con-
tra eundem esse relaxandum mandatum pro eadem dote
ab ipso recepta partim in pecunia, partim in stabilibus
in fundum dotalem sibi assignatis, † & ab eo postmodum 20
alienatis, quia sicuti in præiudicium vxoris alienari non po-
terant, *l. Iul. ff. de fund. dot. l. prima Cod. eod. leg. fin. ff. de pact.*
dot. l. æstimatis ff. solut. matrim. ita maritus, eiusque
hære-

21 hæredes † teneantur ad pretium, Cyriac. *controu.5.num.24.* Rota *coram Merlin. dec.33e.num.1. dec.834.num.e. & coram Bichio dec.252. num.3. & coram Card. Celso dec.141.num.4. & dec.235. num.3.* tanto magis dum vir in Instrumento dotali
22 dotem receptam † promisit restituere sub obligatione Camerali, Rota *post Zacchiam de oblig. Camer. dec.275. num.3. & coram Bich. decis.333. num.10.*

Nec mandatum retardari valet sub prætextu, quod maritus, vel eius hæredes possint recuperare bona dotalia, à tertijs possessoribus, & mulieri restituere, quia non inde
23 sequitur, † quod mulier agere non possit contra virum, si bona dotalia apud ipsum non extant, & ab eo fuerint distracta, *l. res in dotem, & l. plerumque in fine ff. de iur. dos.* Soccin. Sen. *cons.56. a.2. lib.1.*

Et ita Vtraque &c.

Decis.693. supra, in alia parte e8. tom.2. est in eadem Causa.

R. P. D. PAVLVCCIO.

Baren. Iurisdictionis.

Lunæ 10. Maij 1677.

ARGVMENTVM.

Quæstio principalis in hac decisione decisa, quamuis plura contineantur in ea, consistit in iurisdictione inter Archiepiscopum, & Archipresbyterum controuersa, qui licèt in certis casibus aliquam iurisdictionem haberet, suam tamen dilatando auctoritatem, ordinariam Archiepiscopi iurisdictionem occupabat, vt proindè plures actus, specialiter in eadem decisione recensiti attentati declarati sint, quales autem illi fuerint, & in quibus consistant, ex sequenti summario, & decisione videbis.

SVMMARIVM.

1 *Existentia scripturæ ex illius productione resultat.*
2 *Productio secum affert perpetuam fidem.*
3 *Productio licet facta à procuratore plenè probat, si ab altera parte non fuit contradicta, amplia vt num. seqq.*
4 *Obseruantia præbet robur scripturæ productæ.*
5 *Mandatum etiam sibi præiudiciale quis præsumitur expediuisse, dum adhuc sibi fauorabilia continebat.*
6 *Scriptura antiqua si non appareat ex actis, præsumitur fuisse deperditam.*
7 *Amissio scripturæ si non allegetur à Notario sed à tertio, probatur ex assertione eiusdem Notarij.*
8 *Archiepiscopus habet præsumptionem omnimodæ iurisdictionis in tota sua Diœcesi.*
9 *Manutentio iure conceditur Episcopo in quasi possessione iurisdictionis suæ Diœcesis.*
10 *Attentata sunt omnia gesta contra iurisdictionem quam habet Episcopus in sua Diœcesi.*
11 *Attentata sunt omnia, quæ post mandatum de manutenendo contra illius formam gesta sunt.*
12 *Nullius Diœcesis titulus pugnat cum iurisdictione Episcopo, vel Archiepiscopo competente.*
13 *Iurisdictionem totalem Episcopo competere non repugnat, specialem verò spectare archipresbytero inter presbyteros, & in aliquibus causis.*
14 *Ordinarius qui se nominat, facit se Episcopum, & locum Ciuitatem appellat.*
15 *Ordinarij nomen soli Episcopo spectat, non autem inferiori.*
16 *Nullius Diœcesis verbum supponit iurisdictionem Episcopalem, seu quasi, & territorium sæparatum, & distinctum.*
17 *Edictorum, & ordinationum prohibitio ab aliquo facta, lædit iurisdictionem ordinariam.*
18 *Ordinarius solus in sua Diœcesi potest facere edicta, & bannimenta.*
19 *Iurisdictionem aliqualem licet quis habeat non tamen potest se profiteri exemptum.*
20 *Licentiam laborandi diebus festiuis, commedendi carnes, & huiusmodi illius Episcopus, vel eius Vicarius concedere possunt, & num. seq.*
21 *Episcopus solus impartiri potest facultatem, vt alicubi dicitur, faciendi testamentum fauore animæ.*
22 *Præseruata quæ in mandato, vel sententia non sunt, in illis remanent comprehensa.*
23 *Verba generalia mandati, vel sententiæ restringuntur à subsequentibus.*
24 *Verba sententiæ, & alia* iurisdictionalia exercere possit, *stant conditionaliter, non causatiuè, scilicet quatenus competant, non quia competunt.*
25 *Iurisdictionem nullam habet Archipresbyter in causis censurarum, sed illa soli Episcopo competit.*
26 *Excommunicare nemo potest, si non habet iurisdictionem.*
27 *Excommunicare si aliquem posse dicatur, intelligitur in ijs terminis, in quibus ipsi competit iurisdictio. & numer. 30.*
28 *Excommunicandi facultas in foro contentioso non competit nisi Prælato.*
29 *Parochus, & Archipresbyter non est Iudex ordinarius, nec habet iurisdictionem, nisi in foro pœnitentiæ, & ideò in eo solum excommunicare potest. & numero 30. vbi amplia.*
31 *Absolutio ab excommunicatione percutientis clericos soli Pontifici reseruatur, nec spectat ad Episcopum, nisi in certis casibus. num.32.*
33 *Archiprebyter non potest concedere facultatem Confessarijs ab Episcopo suspensis audiendi confessiones in sua Ecclesia Archipresbyterali.*
34 *Confessariorum approbatio spectat ad Episcopum.*
35 *Episcopus potest Confessarios, etiam approbatos, ex iusta causa suspendere.*
36 *Inferior non potest actum superioris validum, & subsistentem posthabere, & infringere.*
37 *Vicarium foraneum Episcopus in qualibet Terra suæ Diœcesis retinere debet, qui ibidem iurisdictionem exerceat.*
38 *ex Diuersis non fit illatio.*
39 *Carceris retentio quatenus in sua Cura, & Terra possit ab Archipresbytero haberi.*
40 *Concionatoris benedictio soli Archiepiscopo, vel Episcopo competit.*
41 *Actus possessorij præcedentes non attenduntur ad effectum excusandi attentata commissa post mandatum de manutenendo.*

DECISIO LXIX.

REuocata ad disquisitionem decisione, quæ manauit 26. Ianuarij 1671. coram bo.me. R.P.D. Priolo, proposui examinandum, An sit standum, vel recedendum à decisis.

Et supposito mandato de manutenendo, quod legitur relatum in eadem decisione ad fauorem Reuerendissimi Archiepiscopi Baren. standum in decisis Domini censuerunt.

De mandati existentia non dubitarunt, cum plura sint, 1
quæ id confirmant, † præsertim productio in iudicio, 2
† quæ secum affert perpetuam fidem, Bald. *ad l. si quis testibus num.5. C. de Testib.* Angel. *ad l. prim. §. editiones num 12. in fin. C. de eden.* Percir. *de edit. instr. tit.1. resol.3. §.3. num.47.* Cocc. *dec.e358. nu.25.* Bich. *dec.640. nu.1e.*

Et licèt sit facta per procuratorem, hoc tamen fidem non
minuit, † ex quo Archipresbyter Aquauiuæ non contradi- 3
xit, nec productionem ipsam impugnauit, Rota *decis.e22.*
nu.13. vers. ad 4. par.2. diuers. † Accedente maximè ac sub- 4
sequuta obseruantia, Crauet. *cons.101.* Seraph. *decis.1192. num.2.* Rota *in Reatina Præeminent. die 4. Iunij 1674. coram R. P. D. mea Rondinina.*

Non obstante, quod asserat inuerisimile mandatum huiusmodi fuisse expeditum ab Archipresbytero, contra quem
vrgebat, quia cum inuolueret, † & ipsi fauorabilia quoad 5
eadem, eorumque obseruantiam, potuit vtique ab ipso expediri, prout etiam eadem obseruantia pro ipso successiuè obtinuit.

Nec turbat mandatum ex actis non apparere, cum non
sit nouum, & insuetum, quod fuerit deperditum, † præ- 6
cipuè cum sit scriptura satis antiqua, nec eius amissio allega-
tur à Notario, sed à tertio † probetur ex assertione, & iu- 7
ramento Notarij, Posth. *de manut. obser.69. num.29.* Mandel. *cons.101. num.8.* Rota *coram Martin. Andr. dec.9. num.5.*

Po-

Posita autem existentia mandati attentata ex parte Ar-
chipresbyteri visa sunt clara, & eo facilius pro ijs conclu-
8 dendum, quod D. Archiepiscopus † præsumptionem om-
nimodæ iurisdictionis in tota sua Diœcesi pro se habet, in
qua cum sit Terra Aquauiuæ, vt inquit Rota *cor. Coccino*
9 *decis.448. & 472. num.1.* Vndè & fuit ipsi merito † conces-
sum mandatum de manutenendo, *cap. cum persona de pri-
uil. in 6. cap. cum contingat de for. comp.* Seraph *decis.1378. nu.
7.* Canaler. *dec 306 nu. 7.* iam præsumitur attentatum quid-
10 quid ab Archipresbytero circa ea, † quæ sunt iurisdictionis
11 Episcopalis, apparet gestum, & præsertim † post manda-
tum de manutenendo, *cap. 1. & cap. 2. vt lite pendente*,
Lancell. *de attent. par. 2. cap. 4. in præfat. numer. 346. &
seq. & ampliat. 19. num. 10. & seq.* Rota *decis.168. numer. 2.
par. 10 recent.*

Et primò singulariter non potest eximi à vitio attentati,
quod Archipresbyter nouissimè se attitulauerit Ordinarium
Ciuitatis Aquauiuæ nullius cum iurisdictione quasi Epi-
12 scopali. † Pugnat enim hæc articulatio cum iurisdictione
quasi Archiepiscopali, intra cuius Diœcesim sita sit Terra
Aquauiuæ, & in hanc habet Archiepiscopus totalem iuris-
13 dictionem, Rota *coram Coccin. decis. 919. num. 1.* † Archi-
presbyter verò specialem, & limitatam inter Presbyteros
suæ Ecclesiæ S. Eustachij, & in causis ciuilibus, vt exa-
ctissimè dictum *coram Coccin. decis. 444. dec. 472. decis. 506.
decis. 513. & decis. 716. & decis. 919.* nec ei suffragantur ve-
tustæ sententiæ Andreæ Archiepiscopi Baren. de anno 1221.
& Episcopi Vigilien. de anno 1452. vtpote restrictæ ad co-
gnitionem causarum inter laicos, & Clericos Ecclesiæ suæ
S. Eustachij, *d. decis. 448. num. 2.* vllaue immemorabilis
præscriptio, quam non probari ab Archipresbytero testa-
tur Rota *in eadem decis. in fine*, ideò excedendo attentauit,
& præcipuè nominando se absolutè Ordinarium Ciuita-
14 tis Aquauiuæ; † sic enim facit ipsam Ciuitatem, & se
ipsum Episcopum, cum Ordinarij nomen absolutè dicat
15 Episcopum, † non item inferiorem, *gloss. ad cap. 3. verb.
loc. de off. Ord. in 6.* Felin. *ad cap. post cessionem nu. 1. de pro-
bat.* Lotter. *de re benef. lib. 1. qq. 24. num. 102. & seq.* & mi-
16 nus competere potest verbum *nullius*, † quod supponit iu-
risdictionem Episcopalem, seu quasi, & Territorium di-
stinctum, *R. P. D. Fagnan. ad cap. nullus 3. num. 16. & 18. de
Paroch.*

Attentauit secundo Archipresbyter, dum interdixit,
nè edicta & ordinationes cuiuscumque personæ sint, affi-
17 gantur in Ecclesia Aquauiuæ sine sui ipsius licentia; † Ea
enim generalitate tangit Archiepiscopum, qui solus in to-
18 ta sua Diœcesi edicta facere potest, † tamquam solus ha-
bens in ea plenam iurisdictionem, vt *d. decis. 448.* & alijs su-
pra allegatis coram *Coccino*, à qua non subtrahitur Ecclesia
19 Acquauiuæ, vtcumque enim Archipresbyter aliquam † iu-
risdictionem habeat, non tamen se profiteri potest exem
ptum, *C. per exemptionem de priuil. in 6. cap. cum venerabilis
de relig. domib.*

Nec minus & tertio, dum facultatem concedere præ-
sumpsit laborandi festiuis diebus, & pœnam exigere à vio-
lantibus festiuos dies, tum quia actus isti non exprimuntur
inter illos particulares Archipresbytero præseruatos in man-
20 dato de manutenendo, † tum etiam quia spectat ad Episco-
pum, vel eius Vicarium nondum Generalem, sed & Fora-
neum non semel respondit Sac. Congregatio Regul. necnon
& Concilij, referente *Quarantu in summ. Bullar. verb. dies
festi, &* Piasec. *in praxi Episcopi par. 2. cap. 3. num. 23. apud*
Barb. *de Off. & potest. Parochi cap. 16. nu. 9.*

Haud absimiliter visum est censendum de facultate fa-
ciendi, vt vocant in ijs Regionibus, Testamentum animæ,
& indulgendi infirmis, vt possint diebus vetitis comedere
21 carnes. † Hæc enim ita propria Episcopi, qui commodè
adiri possit post alios à se cumulatos probat Sanchez *de ma-
trim. lib. 8. disp. 9. nu. 27.* in fine, vt alij non competant, vt eò
22 certiùs in hoc casu, quo nec exprimuntur in mandato de †
manutenendo, nec præseruata leguntur in sententia Vigi-
lien. nec in supracitatis *decis. coram Coccin.* & præcipuè *dec.
513.* vbi singula, quæ vigore dictæ sententiæ competunt Ar-
chipresbytero, recensentur.

Et quamuis in eadem sententia post singula recensita sub-
23 datur, & alia iurisdictionalia exercere; † Attamen genera-
lia hæc verba restringuntur per sequentia, prout hactenus
consuetum extitit in Terra Aquauiuæ, quæ verba stant
24 conditionaliter, non causatiuè, † hoc est quatenus sit con-
suetum, non quia consuetum, vt appositè exposuit Rota
apud Coccin. d. decis. 448. nu. 11.

Nec magis sine culpa attentati potuit Archipresbyter vi-
gore eiusdem sententiæ, aut mandati de manutenendo sibi
arrogare declarationem censurarum in causis criminalibus,
† cum in huiusmodi causis nulla ipsi competat iurisdictio 25
ex decr. Concil Trident. sess. 24. de refor. cap. 20. sine qua † ex- 26
communicare nemo potest, *C. duo simul. de offic Ordin. cap.
cum contingat de for. compet.* Nauarr *in man. cap. 27. n. 5.* præ-
sertim cum dictæ *decisiones* 448. & 1919. coram *Coccino* non
agnoscant in Archipresbytero iurisdictionem quasi Episco-
palem, non Territorium separatum, non demum præscri-
ptionem immemorabilem, sed hæc omnia apertissimè ex-
cludant.

Esto enim, quod sententia Vigilien. dicat, quod possit Ar-
chipresbyter Clericos suspendere, & Laicos excommuni-
care, † hoc tamen accipiendum est in ijs terminis, in qui- 27
bus ipsi competit iurisdictio, inter Clericos scilicet, & Laicos
Ecclesiæ S. Eustachij, vt in *dec. 513. coram Coccin.* vel quoad
Clericos solam competat suspensio, quoad Laicos verò ex-
communicatio quidem, vt in solo foro interiori, non item
in foro † contentioso, in quo facultas excommunicandi 28
non competit, nisi Prælato, *cap. quæsiuit de his quæ fiunt à
maiori parte Capituli*, ac proindè non competit, Parocho,
† qui non est Iudex Ordinarius, neque iurisdictionem ha- 29
bet in foro exteriori, sed solummodò in foro pœnitentiæ,
Sayr. *de cens. lib. 1. cap. 61. nu. 32.* Suarez *de censur. disp. 2. sect.
2. nu. 10. in fin.*

Eoque alludit aptissimè sententia Vigilien. in verbis Cu-
ram in spiritualibus per se regere, interdicere, & suspende-
re Clericos, Laicos excommunicare, † quæ sanè verba so- 30
lum forum interiorem respiciunt iuxta subiectam mate-
riam, & iuris dispositionem, Cels. *decis. 557. nu. 5.*

Præter hæc attentata, alia ad petitionem Archiepiscopi
DD declarantes censuerunt, inter quæ primo visa est atten-
tata absolutio indulta ab † Archipresbytero percussoribus 31
Clericorum ab excommunicatione, *cap. si quis suadente 17.
qu 4* cum hæc absolutio sit reseruata Summo Pontifici, *d.
cap. si quis suadente*, † nec regulariter Episcopo compete- 32
re possit, nisi in casibus certis, vt latè per Barbos. *de iur. Ec-
cles. vniu. li. 1. cap. 39. §. 1. n. 1. & 85. & de offic. & potest. Episc.
par. 2. alleg. 41.* Castrop. *oper. moral. to 6. tract. 29. disp. 3. punct.
23. §. 4. nu 4. & 18.*

Secundo sine attentati vitio non potuit Archipresbyter
facultatem concedere Confessarijs ab Archiepiscopo su-
spensi, † vt possint in Ecclesia sua Archipresbyterali con- 33
fessiones audire; † Approbatio enim Confessariorum est 34
reseruata soli Episcopo priuatiuè quoad omnes alios ex de-
creto Concilij Tridentini *sess. 23. cap. 15.* † qui etiam appro- 35
batos potest ex iusta causa suspendere, Barb. *in summ. Apo-
stolic. Constit. Collect. 38. nu 5.* Ideoque non potuit Archipres-
biter tamquam inferior † actum superioris validum, ac 36
subsistentem posthabere, ac nimis audaciter infringe-
re, *cap. inferior sedes 21. dist. cap. cum inferior de maior.
& obed.*

Tertio attentauit Archipresbyter, dum vetuit, nè Ar-
chiepiscopus in Terra Aquauiuæ Vicarium foraneum ha-
beret, qui ibidem iurisdictionem exerceat, † cum non so- 37
lum possit, sed etiam debeat huiusmodi Vicarium retinere,
iuxta decretum Sacræ Congregationis Episcoporum, rela-
tum per Nicol. *in Floscul. verb. Vicarius foraneus*, nihil offi-
ciente *decis. 716. coram Coccin.* non enim negatur in ea posse
deputari per Archiepiscopum Vicarium Foraneum, sed Cle-
ricum Ecclesiæ S Eustachij deputatum in Vicarium Fora-
neum non eximi per hoc à iurisdictione Archipresbyteri,
quæ sunt omninò diuersa, † & à diuersis non fit illatio, *l.* 38
Papinianus exul. ff. de minor.

Quo verò ad carceris retentionem ea non visa est attenta-
ta, iuxta *decisionem cor. R. P. D. bo. me. Priolo*, licèt enim in
hodierno Summario Archiepiscopi *nu. 1* constet anno 1613.
compulsum fuisse Archipresbyterum ad reficiendum carce-
rem Archiepiscopi iussu eius destructum, † attamen quia 39
potest esse, vt vltra carcerem Archiepiscopi, sit alter etiam
Archipresbyteri, in quo custodiri soleant carcerati ciuiliter
iuxta iurisdictionem, quam habet Archipresbyter, vt ex
mandato de manutenendo, ideò retentio carceris visa non
est attentata.

At quoad benedictionem Concionatoris, cum Sacra Con-
gregatio rescripserit specificè in hac controuersia sub die 13.
Februarij 1613. † eam non competere Archipresbytero, 40
nec poterit nisi attentando eam largiri.

Hinc non vrgent ad excludenda prædicta attentata non-
nulli actus particulares exerciti à prædecessoribus moder-
ni Ar-

ni Archipresbyteri, quia apparent facti ante decisiones Rotales, ac ante relaxationem, & executionem mandati de manutenendo, vt in Summario Archipresbyteri num. 8. 11.
41 13. & 14. † & consequenter non sunt attendendi, iuxta deducta coram Peutinger. *decis. 260. num. 8. & decis. 174. num. 6. par. 14. recent.*

Et ita Vtraque &c.

R. P. D. RONDININO.

Narnien. Societatis Officij.

Veneris 14. Maij 1677.

ARGVMENTVM.

Quia legitima filiorum ipso iure reijcit omne grauamen, ideò non requiri deciditur positiuam declarationem filij super reiectione oneris, quæ tamen in præsenti concurrebat ex obligatione per eum facta de suis bonis, vel de suo patrimonio, quæ nonnisi ad legitimam referri poterat, cum reliqua bona Patris essent fideicommisso subiecta; Plura ideo de eadem legitima eiusque oneribus in præsenti decisione deciduntur.

SVMMARIVM.

1 *Filij positiua declaratio non requiritur pro reiectione oneris in legitima, quia sola taciturnitas sufficit, vt onus non dicatur acceptatum.*
2 *Legitima respuit ipso iure omne grauamen illi impositum etiam absque vllo facto hominis, & num. 4.*
3 *Contractus initi à muliere vel minore quatenus ipsis solis volentibus sint nulli, & quatenus ipsi dicantur voluisse eos esse nullos.*
Ius dicendi de nullitate contractus an trasmittatur ad hæredes.
5 *Legitima non detrahitur ex fideicommisso particulari, alijs bonis existentibus.*
6 *Legitimæ onus à patre impositum sustinetur, si statutum disponit illud reijci non posse.*
7 *Legitimæ detractio prohiberi potest à patre, adhibita cautela Soccini.*
8 *Legitima filij quatenus possit Principis præcepto grauari, & num. seqq.*
9 *Decisiones Rotæ quandoque sunt discursus ipsius, vel alterius Auditoris, non autem eiusdem Tribunalis resolutio.*
10 *Filius obligando sua bona vel suum patrimonium dicitur agnouisse legitimam liberam cum remotione cuiuscumque oneris illi impositi.*
11 *Verbum* Patrimonium *propriè intelligitur de patrimonio profano suorum bonorum, non autem ecclesiastico quod constituitur ob ordines Sacros.*
12 *Legitimam à filio fuisse agnitam liberam, non autem fideicommisso subiectam, probant hæredes filij ius illam detrahendi in illius inuentario describentes.*
13 *Ius filij in hæreditate patris fideicommisso grauata, non potest referri nisi ad solam legitimam.*

DECISIO LXX.

NOn constare de sufficienti redditione rationis bonorum hæreditariorum Iacobi Alberti, ideoque exequendum esse mandatum pro duabus vncijs debitis eidem Iacobo in bonis Magdalenæ Matris pro eius legitima ad fauorem Ioannis Antonij Pellegrini creditoris Iacobi, iterum Domini dixerunt permanendo in decisis 27. * Ianuarij proximè præteriti coram me.

Quamuis enim reassumendo quæstionem in præcedenti decisione deductam Scribentes aduersus illam contenderent Iacobum ipsum non agnouisse legitimam, & consequenter grauamini super illa à Matre fideicommittente imposito consensisse, quasi oneris remotio, veluti personalissima non competat hæredibus, vel creditoribus filium ipsum in ijs, quæ cohærent personæ minimè repræsentantibus; Adhuc tamen placuit Dominis contraria sententia, vt non
requiratur in filio positiua declaratio pro remotione oneris
super legitima † iniuncti, quia sufficit ipsum huic oneri 1
expressè non consensisse, vt dicatur adhærere dispositio legis, † quæ ipso iure reijcit onus à legitima absque facto ho- 2
minis, *l. quoniam in prioribus C. de inoffic. testam.* ibi: Hæres procedat quasi nihil eorum testamento additum esse. Barbos. *in d. l. quoniam in prioribus num. 25. C. de inoffic. testam.* Fachin. *controu. iur. lib. 12. cap. 10.* Cyriac. *controu. 148. num. 24. & seqq.* Caren. *resol. 34. sub num. 17.* Merlin. *de legit. lib. 3. tit. 2. qu. 17. num. 8.* Boilher. *de success. theorem. 24. in fin.* Castill. *de coniect. vlt. volunt. lib. 5. cap. 107. num. 41.* Modero. adden. ad Gomez. *var. resolut. lib. 1. cap. 11. sub n. 25. Reuerter ad* de Marin. *quotidianar. resolut. lib. 1. cap. 252. nu. 10.* Noal. *de transmiss. cas. 10. 252. n. 19. n. 7.* Modern. Lucen. *consult. 122. n. 35. & 68. ta. 2.* Merlin. Pignatell. *contr. 49. n. 17. & seqq. centur. 2.* Thomat. *dec. 4. n. 8. & seqq.* Rota *rec. par. 5. dec. 342. sub nu. 3. & 4. & par. 8. dec. 228. n. 2. & 9. vsque ad n. 14. & par. 16. dec. 253. n. 16. & 17. & nu. 24. & in Romana fideicommissi 10. Maij 1669. § fin. coram Eminentissimo Carpineo Vrbis Vicario, & in Meleuitana fideicommissi 20. Februar. 1669. sub §. nec visum coram Reuerendissimo Beuilaqua Patriarcha Alexandrino, & in Bononien. separationis bonorum 5. Decembris 1670. §. certius coram bo. me. Priolo*, & latè firmatum fuit, & in *Romana transactionis 12. Februar. 1666. §. quatenus verò coram Eminentiss. Cerro, & 11. Martij 1673. §. tum etiam quia coram R. P. D. meo Bourlemont*, & pariter 11. *Martij 1672. §. non equidem coram eodem R. P. D. meo Bourlemont, & 6. Mart. 1673. §. quemadmodum coram R. P. D. meo Vicecomite*, cum alijs *in dec. huius Causæ 22. Ianuar. prox. præt. §. nec obstat coram me.*

Neque concludit ratio Doctorum contrarium asserentium exemplo ducto à statutis inducentibus nullitatem fauore minoris, vel mulieris, quæ intelligitur ipsis dumtaxat volentibus, quia dicuntur voluisse quotiescumque con-
trarium non † declarauerint, adeout seclusa approbatio- 3
ne contractus, sola taciturnitas minoris, vel mulieris non tollit quin ad illorum hæredes transmittatur ius dicendi de nullitate, quando nullitas obligationis à statuto inducitur
† ipso iure, prout ipso iure lex reijcit onus à legitima, Can- 4
cer. *variar. resol. par. 3. cap. 15. nu. 18.* Fontanell. *de pact. nupt. clausula 7. gloss. 2. par. 6. n. 48.* Grat. *discept. 805. num. 18. & 19.* Tondut. *resolut. ciuil. par. 1. cap. 45. num. 23.* Rota *apud Posth. de subhastat. decis. 119. num. 13. & dec. 216. n. 17. & coram Dunoz. Iun. decis. 595. nu. 4.*

Decisiones autem, quæ in contrarium adducebantur lo-
quuntur in fideicommisso particulari, † in quo non detra- 5
hitur legitima alijs bonis existentibus, Merlin. *de legit. lib. 2. tit. 1. qu. 10. nu. 10. & seqq.* Card. Celso *dec. 120. n. 13.* cum concordantibus in quibus terminis procedunt *decisiones in recen. part. 5. decis. 47. num. 8. & seqq. & part. 10. decis. 363. num. 31. & seqq.*

Aliæ autem decisiones loquuntur quando onus in legiti-
ma substinebatur, † vel quia Statutum denegabat reiectio- 6
nem istius oneris, vt in *rec. part. 15. decis. 196. num. 2. & seq.*
vel quia adhibita fuerat † cautela Soccin. *vt in rec. par. 14.* 7
decis. 201. num 11. vel quia à Principe ipsum onus in legitima
valide impositum pariter fuerat, † *vt coram Arguelles dec.* 8
63. num. 30. & seqq. quæ tamen decisio quatenus tangit casum controuersum est potius discursus Extensoris, & vo-
tum alicuius † ex Rotæ Auditoribus, quam ipsius Tribu- 9
nalis resolutio, vt in *d. decis. Arguellis 63. num. 33. ac in rec. par. 14. dicta decis. 205. & num. 11.*

Cæterum sublata fuit omnis difficultas in iure ex facto positiuo ipsius Iacobi, qui satis declarauit animum suum agno-
scendi legitimam cum oneris remotione, † eo ipso, quod 10
obligauit suum Patrimonium, quæ verba referri non possunt ad beneficium Ecclesiasticum, vel ad Patrimonium assignatum à Patre, vt ad sacros ordines promoueretur, cum in illo non verificetur verbi proprietas, & in isto repugnet intentio asserentis, cum assertiones istæ sint anteriores die nempe 21. Martij, & 1. Nouembris 1650. & Patrimo-
nium postea assignatum fuerit 15. Iulij 1652. † ideoque ha- 11
bita necessaria relatione ad Patrimonium prophanum propriorum bonorum insurgit eorundem obligatio, atque illorum electio in legitima ex ratione textus *in l. Marcellus §. res quæ ff. ad Trebell.* Merlin. *de legit. lib. 2. tit. 2. quæst. 3. nu. 4. & seqq.* Fusar. *de subst. qu. 543. num. 19.* Argell. *de acquir. possess. qu. 8. num. 877. & seqq.* Rot. *post Merlin. de legit. decis. 99. num. 3. & decis. 80. illo eodem num. & coram Bich. decis. 62. n. 3. & seq. & in rec. par. 9. decis. 336. num. 2. & decis. 384. num. 1. & in rec. part. 15 decis. 253. numero primo* & melius in proposito in rec. pariter *part. 15. decis. 10. num. 24. & in Bononien.*

sepa-

separationis bonorum 23. Februarij 1674. §. nec releuans coram R.P.D. meo Emerix.

Quod etiam agnouerunt ipsi de Albertis rei conuenti,
12 † qui in Inuentario descripserunt: *Tutte le ragioni, che habbia ò possa hauere l'eredità di detto qu. Iacomo nell'eredità della bo. me. di detta Maddalena sua madre:* quod ius in hæredita-
13 te matris fideicommissi onere grauata, † aliud esse non poterat, nisi ipsa legitima à Iacobo agnita, ex traditis in proposito in *dicta separationis bonorum 23. Februarij 1674. § nec releuans coram Reuerendiss. P. D. meo Emerix*, cum alijs mox adductis.

Et ita vtraque &c.

Plurimæ decisiones in hac causa emanarunt super negotio principali, quæ habentur impressæ in alio præcedenti tomo 2. par. 18. & notatæ fuerunt supra in hac eadem parte in calce alterius decis. 11. in ordine, quæ pariter in eadem causa emanauit.

R. P. D. PAVLVCCIO.

Farsen. Bonorum.

Veneris 14. Maij 1677.

ARGVMENTVM.

Vxori emphyteutæ hæredi vniuersali renouatio conceditur in bonis Abbatiæ Farfensis, quia redacta sunt ad instar allodialium, & ideo ad quoscumque hæredes pertranseunt, etiam extraneos, hinc plurima declarantur non solum de hac emphyteusis, & renouationis materia de Statutis, & consuetudine Farfensi, sed adhuc qualiter domicilium, & incolatus acquiratur, & demum de non excludendo hæredem sub prætextu, quod fuerit forensis à consequutione bonorum, quæ suo auctori, pariter forensi sunt concessa.

SVMMARIVM.

1 *Bona emphyteutica Abbatiæ Farfensis redacta sunt ad instar allodialium, & transitoriam ad quoscumque hæredes, tamquam hæreditaria.*
2 *Bona emphyteutica quotiescumque redacta sunt ad instar allodialium, transeunt ad quoscumque hæredes, etiam extraneos.*
3 *Abbatiæ Farfensis consuetudo renouandi hæredes vltimi inuestiti de bonis emphyteuticis, ex quibus remaneat probata.*
4 *R. P. D. FRANCISCVS DE RVBEIS vir doctissimus nuncupatur.*
5 *Consuetudo renouandi emphyteutas non solum inuestituras interpretatur, sed etiam statutum, quod super illa disponit.*
6 *Statuta Farfensia de bonis emphyteuticis disponentia declarantur, & supra num. antecedent. & seqq.*
7 *Argumentum à contrario sensu in statuto quatenus procedat, vel non.*
8 *Statuti vnum caput non infert ad aliud, & quando.*
Fauorem, quæ respiciunt in odium retorqueri non debent numer. 8. & 9.
9 *Consuetudo renouandi emphyteusim non est probabile temerè, & sine causa fuisse inductam.*
10 *Emphyteutæ Abbatiæ Farfensis semper ab immemorabili tempore liberè disposuerunt de bonis emphyteuticis, tamquam de allodialibus.*
11 *Bona emphyteutica Abbatiæ Farfensis, locatione finita redeunt ad Abbatem libera, & immunia à quocumque onere.*
12 *Abbas Farfensis post lineam finitam renouare tenetur hæredes, vel proximiores vltimi emphyteutæ recepto laudemio.*
13 *Ius petendi renouationem emphyteusis est hæreditarium, & ideo illa non dicitur finita, quousque aliquis supersit, cui renouatio debeatur.*
14 *Renouatio emphyteusis hæredibus, vel proximioribus debita defertur solum pro solutione laudemij, & ad faciliorem probationem dominij directi.*
15 *Incolatum, & domicilium ad contrahendum sufficit declaratio animi, iuncta migrationis facto.*
16 *Emphyteuta, vel qui renouationem petit, si acquisiuit domicilium, & incolatum, remanet capax bonorum emphyteuticorum.*
17 *Capacitas renouationis bonorum emphyteuticorum attenditur de tempore quo fieri debet inuestitura.*
18 *Emphyteusis renouatio acquiritur de tempore, quo fit inuestitura, quia tunc bona personæ renouatæ applicantur.*
19 *Bona emphyteutica alienari prohibita non veniunt sub vniuersali institutione hæredis, sed vide num. seqq.*
20 *Ius petendi renouationem emphyteusis est hæreditarium, & cum hæreditate pertransit.*
21 *Ius petendi renouationem emphyteusis continetur sub vniuersali institutione hæredis.*
22 *Renouationem ad petendam conceditur spatium vnius anni.*
23 *Annus ad petendam renouationem, an competat à die mortis vltimi emphyteutæ, vel à die scientiæ, & quid seruetur in Abbatia Farfensi.*
24 *Bona emphyteutica Abbatiæ Farfensis ex Constitutione Summorum Pontificum quibuscumque subditis Sedis Apostolicæ locari possunt.*
25 *Dictio* Alijs *comprehendit non solum personas similis, sed etiam inuoluit diuersas.*
26 *Consuetudo est optima legum interpres.*
27 *Exempla gratis exquiruntur, vbi habemus existentiam casus de quo agitur.*
28 *Bona emphyteutica concessa testatori, quamuis forensi, non possunt denegari illius hæredi, sub prætextu quod ipse non sit ciuis.*
29 *Hæres non debet esse deterioris conditionis, quam fuerit defunctus.*
30 *Hæres, & defunctus vna, & eadem persona esse reputantur.*
31 *Prohibitio, seu clausula non alienandi emphyteusim in forenses non attenditur, si de facto bona concedantur forensi, & in forenses alienantur.*
32 *Statum faciunt emphyteusis concessiones, alienationes, & consuetudo illas transferendi in personas forenses.*
33 *Renouatio emphyteusis hæredi denegari non potest si defunctus habebat facultatem ad libitum disponendi de illa.*
34 *Emphyteuta habens proximiores, quibus renouatio debetur, potest etiam locatione finita, de bonis emphyteuticis ad fauorem cuiuscumque personæ disponere.*
35 *Manutentio hæredi, vel proximiori conceditur etiam in possessione bonorum emphyteuticorum, si illis renouatio debeatur.*

DECISIO LXXI.

DEcessit Antonius Aloysius 25. Iulij 1670. qui bona nonnulla possidebat à Patre suo Aloysio de Aloysis transmissa, posita sub Abbatia Farsen, & hæredem sibi vniuersalem ex testamento reliquit Margharitam Sanctoram. At ex opposito Eminentiss. Abbas Farsen. prætendens bona prædicta ad Abbatiam Farsen. pertinere tamquam deuoluta, inuestiuit in ijsdem, vt vacantibus, & deuolutis, Ioannem Cecium, ac subindè orta controuersia inter hæredem testamentarium, & inuestitum commissa fuit causa bo. mem. Priolo, coram quo manauit decisio fauorabilis Io: Cecio inuestito, & Mensæ Abbatiali, subrogatoque R. P. D. meo Calataiù eadem Decisio confirmata fuit, & subinde ad tenorem vtriusque decisionis lata sententia, à qua cum per Margharitam fuerit appellatum, commissa mihi causa inquirendum in sententiam ipsam proposui sub eo themate, an sententia Rotalis sit confirmanda, vel infirmanda, & cui sit danda manutentio, & DD. infirmandam censuerunt, & manutentionem dandam Margharitæ.

Totum siquidem momentum contrariarum decisionum in eo potissimum est, quod scilicet Antonius Aloysius non potuerit de bonis huiusmodi disponere in testamento, quia cum bona prætendantur concessa ad tertiam generationem, eodem decedente sine filijs, & descendentibus, ac proximis intra decimum gradum, tamquam finita inuestitura corruat dispositio, & Eminentiss. Abbas potuerit hæc bona vtpotè deuoluta in alium conferre, præcipuè cum Margharita, quam Antonius sibi fecit hæ-

re-

redem sit Romana, & Forensis, ideoque bonorum Abba-
tiæ Farfen. incapax.

Verùm hæc parùm subsistere visa sunt; Bona siquidem
1 Farfen. † Abbatiæ redacta sunt ad instar allodialium, ac
proindè reddita transitoria ad quoscumque hæredes tam-
quam hæreditaria, Rota coram Penia decis.1221. num. 5. &
8. decis.1462. num.2. & coram Buratt. decis.87. num.8. & decis.
261. num.8. & 9. par.10. recent. & generaliter de alijs bonis si-
2 milibus † redactis ad instar allodialium Rota in recent.
decis.319. num 1. & seqq. par.5. & coram Celso decis. 592. num.
6. in fin. & in Eugubina emphyteusis 6. Iunij 1659. coram bo.mem.
Priolo quæ est post Paitell. decis. 8. num.2. Conspirante in
idem validissimè consuetudine eiusdem Abbatiæ Farfen. re-
nouandi quibuscumque heredibus vltimi inuestiti huiusmo-
3 di † bona, etiam locatione finita, prout hodie ipsa concluden-
ter remanet probata ex pluribus inuestituris factis de bonis
sic deuolutis, ac etiam ex testium depositionibus, nedum in
hac causa examinatorum, sed & aliàs coram Penia; firmat-
que Bannimentum Eminentissimi Abbatis Commendata-
rij, mandans concedi renouationem hæredibus extraneis,
firmant quoque sententiæ Ministrorum ipsius Eminentiss.
Abbatis, qui in contradictorio iudicio ad normam eiusdem
4 consuetudinis definierunt, † & tandem Decretum Con-
gregationis ad id deputatæ à s.m. Alexandro VII. iuncto Vo-
to Doctissimi Viri R. P. D. de Rubeis, quæ quidem con-
5 suetudo sic probata, ne dum inuestituras, † sed & statutum
Abbatiæ Farfen. apta est interpretari, l. si de interpretatione,
ff. de leg. Pen. d. decis.1221. Ciroce. discept.62. num. 16. & 17.
Spad. cons.22. num.6. lib.1. Peregr. cons.8. num.4. lib.3. Caual.
decis.555. num.3. & 583. in fin. Rot. dec.95. n.58. par.5. rec. &
coram Coccin. decis.469. num.6.

Quamuis enim Statutum cap.85. disponat, vt liceat Em-
phyteutæ de bonis huiusmodi disponere locatione durante,
6 † vndè inferri videatur à contrario sensu, vt non liceat lo-
catione finita.

Attamen fallax visa est illatio, quia præterquam, quod
statutum id intendit potissimum, vt liceat Emphyteutæ de
bonis disponere locatione durante, etiam in præludicium
vocatorum, & comprehensorum in inuestitura, non ta-
men quidquam disponit circa alium casum locatione finita,
7 vndè à contrario sensu inferre non licet, † ex quo argomen-
tum à contrario sensu non procedit, quando casus omissus
in Statuto non possit haberi pro expresso per aliquam conie-
cturam, vt limitando notat Euerard. in cent. leg. loc. à contr.
sensu num. 23. Aut ex alia parte eiusdem Statuti, quod ca-
8 pite immediatè sequenti 86. ita constituit. † In alijs casibus
superius super bonis locatitijs non declaratis seruentur, & ser-
uari debeant antiquæ consuetudines, ideoque non licet argue-
re à dispositione cap. præcedentis, nisi constet quomodo ca-
sus non expressus seruetur per consuetudinem, maximè ne
fiat, vt Statutum, quod in fauorem subditorum est indu-
ctum, ne scilicet Abbas possit priùs laudemium prætende-
re, quàm locatione finita, & post finitam generationem
venditoris, seu cuiuscumque alterius disponentis, vt con-
stat ex præcedenti cap.83. ad quod, & duo subsequentia re-
feruntur, & declarationem ab eo recipiunt, in eorum de-
9 trimentum, † & odium conuertatur contra l. quod fauore C.
de legib. Surd. cons.315. n.68. & cons.426. nu.16. Cels. dec.316.
num.13. in fin.

Huiusmodi enim consuetudinis vis est irrefragabilis, vtpo-
tè cuius initij memoria non extet, nec probabile sit temerè,
& sine causa fuisse inductam, cum ea disponendi libertat,
vt considerauit Rota coram Pen. d. decis. 1221. num.18. ea eo
10 processit, † aut quod Abbatia ab initio ita cum Vassallis
conuenerit, vel ille, qui Abbatiam dotauit pacto conuen-
to consenserit, quod quidem Subditorum necessitas exigere
omninò videbatur, ne scilicet commercium inter eos om-
11 ninò impediretur, † immò, & tolleretur, ideoque ab im-
memorabili eos semper tamquam de allodialibus libere dis-
posuisse notarunt Spada cons. 240. n.5. & per tot. lib.2. Burat.
decis.87. numer. 8. & decis. 261. numero secundo part. 10.
recentior.

Nec applicabilis visa fuit illatio ab informantibus pro
Cecio desumpta ex decis.86. par. 5. recent. quod sicuti bona
12 † huiusmodi Abbatiæ finita locatione redeunt ad Eminen-
tissimum Abbatem immunia à quocumque onere, & hy-
potheca contractis ab Emphyteuta, ita facultas disponendi
competens eidem Emphyteutæ non vlterius protrahen-
da, quam ipsa locatione durante, namque nimis apertè
13 † remanet ex superius firmatis comprobatum Eminen-
tiss. Abbatem debere in casu deuolutionis ob lineam fini-

tam, soluto sibi consueto laudemio, renouationem bono-
rum facere hæredibus scriptis, vel alijs quibuscumque acqui-
rentibus, siue proximis infra decimum gradum, tùm quia
bona ista redacta sunt ad instar allodialium, tum etiam
quia ius petendi renouationem est hæreditarium, † ideo- 14
que finita dici non potest locatio quousque aliquis ex prædi-
ctis superest, Alciat. in l. si mihi, & Titio 110. num.27. & 28.
ff. de verb. obligat. Rota decis.176. num.33. & 34. par.9. recent.
& consequenter renouatio, † quæ fit, tantum deseruit pro 15
solutione laudemij, & ad faciliorem probationem domi-
nij directi, Rota coram Eminentiss. Ottobon. decis.183. num.
14. prout etiam sic declarauit dicta Congregatio deputata à
s.m. Alexandro VII. vt refert præsens Auditor Sanctissi-
mi D. Nostri decis.8. de Emphyt.

Quod autem ad incapacitatem prætensam Margharitæ,
quæ cum sit Romana, & non Subdita, aut Vassalla Abba-
tiæ, huiusmodi bona consequi non possit DD. neque pari-
ter visum fuit obstare.

Quandoquidem Margharita vtcumque Romana, vi-
uente adhuc Antonio testatore, † habitauit in Terra Fa- 16
ræ, & sequuto eius obitu nondum elato cadauere animum
suum declarauit migrandi ad Terram Faræ, ibique obti-
nendi ciuilitatem, prout de facto migrauit, & obtinuit,
quæ sola animi declaratio iuncto migrationis facto ad inco-
latum, domicilium contrahendum sufficit, l. domicilium
iunct. gloss. & ibi Coiac. ff. ad municipalem, Abb. ad c. fin. vers.
& per hoc duo de Parochis Gaill. pract. obseru. c.35. n. 7. Man-
cin. disquis. gen. cent.2. cap.80. nu.1. Rota in punct. Causæ Far-
fen. dec. 87. nu.15. & seqq. coram Burat. & coram Merlin. dec.
193. num.3. & 4. & decis.53. num.7. par.5. recent. Et hac stan-
te incolatus, † & domicilij assecutione, non potest capa- 17
citas bonorum Farfen. ipsi negari iuxta doctrinam Bart. ad l.
murileguli num.1. C. de murilegul. lib.11. Guilel. de Benedictis ad
cap. Raynutius verb. cuidam Petro num.5. & 6. de testam. cum
attendatur † capacitas acquirentis tempore faciendæ inue- 18
stituræ, tunc enim acquiruntur bona, † & actus renoua- 19
tionis applicatur personæ, Rota coram Eminentissimo Ottbo-
bon. decis.148. num.13.

Et valdè considerabile fuit visum, quod qu: Antonius
Aloysius non alienauit hæc bona Emphyteutica in Mar-
gharitam, sed solum eam sibi instituit vniuersalem † hæ- 20
redem, nulla habita mentione bonorum Abbatiæ, qua qui-
dem institutione vniuersali, non veniunt bona Emphiteuti-
ca alienari prohibita Petr. de fideic. prohib. alien. qu.8. num.
282. Rot. decis.375. num.2. & 3. par.1. rec. Sed vtique ius pe-
tendæ † renouationis, quod vtpotè hæreditarium transi- 21
uit cum hæreditate, † & competit solis hæredibus Rot. co- 22
ram Cels. decis.192. num.7. & d. decis.87. num.13. & 14. coram
Burato hæredi autem conceditur spatium † vnius anni ad 23
petendam renouationem Grat. discept. for cap. 934. num. 6.
Carill. decis.253. num.12. maximè in Abbatia Farfen., in
qua † viget consuetudo expectandi hæredes, & proximio- 24
res per annum à die scientiæ, non à die obitus, vt ex atte-
statione in Sum Margharitæ num.30. Rot. coram Nimot. decis.
19. n.2. & 3. & decis.21. num.3. & seqq. & decis.48. num.3. &
seqq. & decis.306. num.1. & 13. par.13. rec. & decis.132. num.
4. par.14. recent. Vnde sat est, quod Margharita facta fue-
rit Ciuis, & Incola intra huiusmodi spatium prout factam
probant plures testes formiter examinati. Et Ciuilitas in ple-
no Consilio Communitatis Tophiæ obtenta Summ. veteri
Margharitæ nu.14. & 15.

Verum in hac parte cessat omnis difficultas ex quo pro-
dijt Constitutio, & Bulla Sixti V. vbi inter cætera sanciuit,
† quod bona Emphyteutica huiusmodi Abbatiæ Vassallis 25
locari, & concedi solita, non solum possent locari Inco-
lis, & Vassalis, sed & alijs Vassallis Sedis Apostolicæ,
quod & confirmauit Innocentius IX. Ait enim constitutio.
Ac alijs Vassallis nostris locari, seu renouari debeant, dictio
enim ac alijs inducit non solum personas similes, cuiusmo-
di sunt omnes subditi Abbatiæ Farfen., † sed & inuoluit 26
personas diuersas nempe alios subditos Apostolicæ Sedis,
prout condistinguuntur à Vassallis Abbatiæ ante expressia
l. si fundum 83. §. si libertus ff. de leg.1. Barbos dec. 26. num.17.
Rot. coram Cels. decis.268. num 1. & decis.232. num.2. par. 14.
recent. traditur per eamdem Rotam decis.90. num.11. par.15.
recent.

Nec de hoc intellectu dubitari sinit praxis, & obseruan-
tia subsecuta; Abbates enim pro tempora Inuestituris pas-
sim † renouarunt, & concesserunt Romanis, & non Sub- 27
ditis Farfen. vt ex congestis Inuestituris, & testium depo-
sitionibus; Optima autem legum interpres consuetudo

d. l. si de interpretatione ff. de leg. cum alijs supra relatis. Im-
28 mo gratis aduocantur casus, & exempla, † quando hæc
ipsa bona controuersa acquisita fuerunt à qu. Aloysio de
Aloysijs Narniensi, & Romæ degente, moxque migrarunt
29 in Antonium Filium Romanum, † & Incolam Vrbis, &
ab eodem vsque ad obitum fuere possessa, neque enim hæ-
res debet esse deterioris conditionis, quam fuerit defunctus
30 stante eadem capacitate, † cum hæres, & defunctus vna,
& eadem persona censeantur, *l. fin. C. de impub. & alijs
substit.*

Magis quo cumulantur quamplurimæ inuestituræ Foren-
sibus factæ de bonis Abbatiæ, omnesque sortitæ effectum,
Summ. Margharitæ veteri, num 35. & altero *nu.* 25. quæ qui-
31 dem operantur, † vt clausula adiecta Inuestituræ, de non
alienando in Forenses, non debeat attendi, Rota *decis.* 26.
nu. 5. *par.* 3. *rec.* & adduntur solutiones Laudemiorum factæ
à Forensibus pro renouationibus inuestiturarum, vt *in ve-
teri Summ. Margharitæ num.* 36. ac demum iudicia sequuta in-
ter Forenses, & alios proximos, & interesse habentes in ipsa
32 Abbatia coram Commissarijs, † & Vicarijs Farsen., qui
locationes concessiunt ad fauorem dictorum Forensium, vt
in *Summ. nouo eiusdem Margharitæ num.* 20. quæ omnia cum
alijs supra consideratis extra omne dubium rem statuunt, *l.
ingenuum ff. de stat. homin. l. res iudic. ff. de reg. iur.* Scacc. *de
sent. ac re iudic. Gloss.* 14. *quæst.* 7. *num.* 7.

Sed omnem difficultatem recidere illud videtur, quod
Margharita postremo attulit, Antonium scilicet Aloysium
testatorem habuisse tempore conditi testamenti coniunctos,
33 † & consanguineos intra decimum gradum, *vt in dicto
Summ. nono numero secundo* quibus existentibus renouatio
34 haud denegari potest, † cum ipsi ex aduerso scribentes fassi
alias sint licere inuestito etiam locatione finita, de bonis Ab-
batiæ subiectis ad libitum disponere, quo casu existant con-
sanguinei intra decimum gradum ad terminos *tex. l.* 1. *ff de
confess.*

Ideoque cum ex prædictis comprobatum remaneat bo-
35 num ius Margharitæ, & de illius anteriori † possessione
constet ex iuribus datis *in Summ. super manut. nu.* 3. DD. cen-
suerunt ei dandam manutentionem ad text. *in cap. licet cau-
sam de probat.* Bart. *in l. si duo in princ. sub num.* 4. *vti possid.*
Menoch. *de reintegr. rem.* 3. *numer.* 723. Gregor. *decis.* 9.
numero 5. *& decis.* 549. *numer.* 1. *& in recentior. decis.* 60.
numero primo par. 14.

Et ita vtraque &c.

R. P. D. T A I A.

posteà S. R. E. Cardinalis

Fulginaten. Attentatorum.

Veneris 14. *Maij* 1677.

A R G V M E N T V M.

Prætendebatur euitari attentata ex eo, quod inhibitio Rotalis, vel rescriptum Signaturæ non comprehenderet causam controuersam, & ideò saluari debuisse executionem iam factam, illam autem tanquam attentatam reuocari deciditur ex eo, quod huiusmodi declaratio fieri deberet a Rota, vel ab ipsa Signatura, cum super ea cognoscenda Iudices de partibus se intromittere nequaquam possint.

S V M M A R I V M.

1 *Attentata est exequutio facta in partibus post pendentiam litis in Rota, & præsentatam inhibitionem.*
2 *Iudices de Partibus, vel inferiores non debent se ingerere super interpretatione inhibitionum Rotalium, & num. seqq.*
3 *Inhibitio Rotalis, siue iusta, siue iniusta, semper est timenda.*
4 *Interpretatio, seu modificatio inhibitionis Rotalis spectat ad Rotam.*
5 *Attentata committuntur super bonis, de quibus tractatur in Rota, licet actio, sit diuersa.*
6 *Actionis diuersitas non excusat ab attentatis propter causæ connexionem.*
7 *Attentata semper committuntur quoties sententia in vno iudicio parit exceptionem rei iudicatæ in alio.*
8 *Causa in Rota pendente, si superuenit Signaturæ rescriptum ad iudicem de partibus, quatenus coram vtroque iudice procedi possit.*
9 *Signaturæ rescriptum, an comprehendat causam pendentem in Rota, declarari debet ab ipsa Rota, vel Signatura.*

D E C I S I O LXXII.

COnstare de attentatis decisum fuit 19. Ianuarij 1674. & hodie DD. reproposito dubio steterunt in decisis agitur enim de gestis; & actis post inhibitionem Rotalem denunciatam attentantibus 8. Augusti 1673. & de mandato executiuo relaxato quidem 7. Maij 1658. contra Hieronymum Rudulphum, sed renouato, & relaxato contra Paulum Æmilium eius filium, & hæredem Hieronymi Rodulphi 12. Octobris 1673. post inhibitionem supradictam, vnde attentata esse manifesta DD. vnanimes, & vniloquio responderunt.

Non enim poterant huiusmodi agentes, nec officiales
Fulginas in partibus post præsentatam sibi inhibitionem
Rotalem, & plures protestationes de lite pendente in Ro-
ta, † procedere ad nouam executionem mandati contra fi- 1
lium, & hæredem Hieronimi Rodulphi, Rota *decis.* 332.
numero primo & 2. par. 15. *cum alleg.* † Cum non pertineat ad 2
partes, vel Iudices inferiores interpretatio, seu modificatio
inhibitionum Rotalium, sed eas, siue iustas, siue iniustas
seruare debent, † & pro interpretatione, seu modificatio- 3
ne recurrere ad Rotam, inquit Rot. *coram Bichio decis.* 3. *nu.*
10. & magis in specie, quod inhibitio causet attentata,
† etiam si dubitari possit, an actus attentatus in ea compre- 4
hendatur *num.* 11. *cum allegat.*

Et plane obseruatum est acta in officio Fulginei post di-
ctam inhibitionem tendere ad ea bona, de quibus ageba-
tur in Rota, vnde quid quid sit, an actio sit eadem, vel
diuersa, † sufficit pro attentatis, quod interueniant eæ- 5
dem personæ, & res in vtroque iudicio iuxta decisionem in
alia Fulginaten. fideicommissi, seu attentatorum 27. Se-
ptembris 1668. nunc *decis.* 192. *num.* 1. *& 2. vers. Quia nulla
par.* 15. *recent.* † Vbi nec diuersitas actionis excusat attenta- 6
ta propter connexionem &c. *nu.* 11. Tantoque magis, quod
versamur in casu, quo sententia lata in vno iudicio † parit 7
exceptionem rei iudicatæ quoad aliud, vt concludit *nume-
ro* 14. *&* 15.

Nec obstare visum est Signaturæ Iustitiæ rescriptum ad
iudicem in partibus de restitutione in integrum, ex quo vi-
debatur Reis sublatus omnis scrupulus prætensorum atten-
tatorum, † Adeò vt si esset idem articulus, & eędem per- 8
sonæ, stante dicta commissione alteri directa, posset co-
ram vtroque iudice procedi, vt in *decis.* 768. *num.* 10. *par.* 3.
recentior.

Nam rescriptum Signaturę Iustitię fuit in causa omnino
diuersa ab illa fideicommissi Hieronymi Rodulphi in Rota
pendentis *Summario Reorum num.* 6. & non determinat conne-
xionem, aut inconnexionem causę introductę in partibus
cum causa pendente in Rota, & ideò visum est rescriptum
non posse allegari, & † saltem fuisse à Rota antea 9
cognoscendum, Rota *decis.* 3. *coram Bich. d. num.* 10. non
enim pertinet ad partes, vel ad iudices inferiores interpre-
pretatio, seu modificatio inhibitionum Rotalium cum
allegatis.

Et ita vtraque parte informante resolutum fuit.

R. P. D. C A L A T A I V.

Romana Dotis, & Fructuum.

Veneris 14. *Maij* 1677.

A R G V M E N T V M.

Examinantur depositiones testium super amotione gemmarum, quæ obijciebatur mulieri, facta ab hæreditate sui viri, quæ quia est materia obiectiua, & matronæ nobilissimæ imputabatur, visa non est probari a testibus plu-

pluresexceptiones habentibus,cum adhunc effectum non solum requiratur plena, & perfecta probatio, sed eo minus sufficere visi sunt testes famuli, mendaces, contrarij, & qui alijs etiam defectibus notabantur.

S V M M A R I V M.

1 *Exceptio rerum amotarum plenè, & concludenter probari debet, quia est materia obiectiua.*
2 *Matrona nobilissima si de subtractione gemmarum redarguitur, hoc debet plenè, & concludente probari.*
3 *Iocalia argenta, & linteamina si tempore mortis viri non probantur extitisse penes mulierem, præsumuntur deuenisse ad manus viri.*
4 *Testes plures habentes exceptiones, tam in persona, quam in dictis, non probant, maximè in materia graui.*
5 *Testis mendax in vno, nihil probat, quia præsumitur mendax in omnibus.*
6 *Testis famulus expulsus à Domino, contra illum non probat.*
7 *Testis dicens alios testes mendaces, & falsos, si postea deponat idem, quod ipsi deposuerunt, nihil probat.*
8 *Testis vnicus benè probat, si deponit de re spectante ad eius officium.*
9 *Liber mercatoris probat etiam contra tertium, si agitur de probando simpliciter factum.*
10 *Testis aliquid deponens tamquam famulus, si in famulatu detegitur mendax, pernecesse probari debet ipsum fuisse famulum.*
11 *Testis dubitatiuè deponens, contra inducentem habetur, ac si assertiuè deposuisset.*
12 *Error in nomine tunc non vitiat, si concurrunt aliæ demonstrationes conuenientes personæ.*
13 *Cognominis expressio, quod alijs personis conuenire potest, nihil concludit.*
14 *Testis non deponens de tempore præciso, vt erat necessarium, sed alternatiuè de vno anno, vel alio, ne possit conuinci de mendacio, non probat.*
15 *Testes contra inducentes plenè probant.*
16 *Vxor habens gemmas proprias, cum illis præsumitur se ornasse, non autem cum iocalibus sui viri.*
17 *Testis vnicus in suo dicto, nihil probat.*
18 *Occultatio frustra prætenditur, si non probatur existentia præcedens penes occultantem.*
Priuatio præsupponit habitum num. 18.
19 *Contrarietas in substantialibus adimit fidem omnibus testibus.*
20 *Testes inuicem contrarij, vnus adimit fidem alterius.*
21 *Fides extraiudicialis, etiam Principissæ non probat.*
22 *Subtractio gemmarum ab vxore prætensa, non probatur ex omissa descriptione illarum in inuentario.*
23 *Existentia gemmarum in hæreditate probatur ab expignoratione ab hæredibus facta.*
24 *Existentia iocalium apud hæredem, ex ipsius confessione probatur, quod de illis aliqua solum deficiebant.*

D E C I S I O LXXIII.

MAndatum Rotale relaxatum ad fauorem Excellentissimæ Dominæ Ducissæ Aldobrandinæ pro residuo tortis, & fructuum suæ dotis ad rationem statutariam septem cum dimidio pro centenario, hodie Domini confirmandum esse dixerunt, non obstante exceptione rerum amotarum iterum opposita ab Excellentissimo D. Duce Borromeo.

Talis namque exceptio non fuit probata plenè, & con-
1 cludenter † prout requiritur in hac materia obiectiua *l. quoties § quæ dolo ff. de probat.* Rot. *post* Farinacc. *decis. 9. nu. 1. & coram Bichio decis. 393. num. 4. & coram Coccin. dec. 68. nu. 2.* eo-
2 que magis † dum proponitur contra Matronam Nobilissimam Crauett. *cons. 244. n. 6.* Rot *coram Coccin. decis. 715. n. 52.* & præsumptio, quod Linteamina, Argenta, & Iocalia ad vsum mulieris destinata remanserint penes vxorem tunc lo-
3 cum habere posset, † quando constaret, quod paulo ante obitum viri extitissent apud ipsam, alias peruenisse præsumuntur ad hæredes mariti Menoch. *de præsumpt. lib. 1. præsumpt. 64. num. 18.* Rota *decis. 265. numer. 5. decis. 297 numer. 5. per tot. par. 6. & decis. 331. numer. 21. par. 9. recent. & coram Eminentissimo Ottbobon. decis. 43. numer. 13. & in Romana Salniati 23 Februarij 1663. coram Eminentissimo Cerro.*

Existentia verò penes D. Ducissam non probatur à sex testibus in præcedentibus instantijs examinatis, quia isti tamquam mendaces, & falsi aliasque notabiles exceptiones patientes reiecti omnino fuerunt in *decisionibus 4. Decembris 1673. & 2. Martij 1674. coram Reuerendissimo D. meo Decano.*

Minusque probatur ex alijs tribus testibus postremo examinatis, dum isti quoque patiuntur plures exceptiones in
persona, & in dictis, † qui proindè in hac materia graui non 4
veniunt admittendi Aymon *de antiq. tempor. §. quæritur etiam num. 36.* Rot. *post 2. volum. consil.* Farinacc. *decis. 194. num. 3. & coram Millin. decis. 376 num. 10.*

Elisabeth enim prima testis filia Aurighæ, quæ deposuit D. Ducissam tempore mortis Ducis viri occultasse linteamina, redarguitur de mendacio à Petro eius marito, & secundo teste, deponente linteamina, suppellectilem, vasa argentea, & alia mobilia, fuisse propria D. Ducissæ, vndè
tanquàm † persona vilis, & mendax in vno reperta, nihil 5
probat, & præsumitur mendax in omnibus Mantic. *decis. 142. in fine* Carill. *decis. 186. nu. 11.*

Dictus autem Petrus fuit famulus à dicta D. Ducissa ex-
pulsus, † qui proindè non est idoneus ad deponendum con- 6
tra eam Farinacc. *de testib. qu. 55. num. 144.* Mascard *de probat. conclus. 758. num. 11.* Eoque magis, quod dum inseruiebat scripsit D. Ducissæ, quod testes antecedenter contra ipsam
examinati, erant mendaces, † & falsi, vt in Epistolis da- 7
tis in hodierno *Summ. num. 15.* vndè deponendo, vt infrà id, quod in alijs redarguebat multò minus idoneus reputari debet Mantic. *d. dec. 142. num. 11.* Bich. *decis. 34. num. 8.*

Præterea dicti tres testes deposuerunt, quod in fine mensis Maij, vel Iunij 1655 vel 1656. bo. me. Cardinalis Caponius mediante persona Caroli Casini eius Præfecti Domus transmisit eidem Elisabethæ quoddam scriniolum cum omnibus gemmis D. Ducis, & cum illarum inuentario, ad hoc, vt illas consignaret D. Ducissæ, & quietantiam reportaret, prout consignauit, recepta ab eodem D. Ducissa quietantia. Verùm talis depositio in pluribus reperta est erronea inuerisimilis, & valdè suspecta.

Primo, quia Carolus de fratris Guardarobba deponit, se de ordine Ducis asportasse scriniolum cum gemmis sigillatum Cardinali Caponio, & post paucos dies de ordine eiusdem Ducis dictum scriniolum à dicto Cardinali recuperasse, & eidem Duci consignasse, qui testis licet vnicus † pro- 8
bat, cum deponat de re spectante ad eius officium Rot. *dec. 750. numer. 10. par. 1. diuers. & decis. 421. num. 5. par. 9. recentior.*

Secundo, quia de annis 1655. & 1656. Carolus Casinus non fuit Præfectus domus Cardinalis, sed fuit Vincentius Græcus, & post illum Franciscus Maria Riccionus, vt constat ne dum ex libris fundacalibus Io: Baptistæ Borelli,
† qui probant etiam contra tertium, quando, vt hic agitur 9
de probando factum Adden. ad Buratt. *decis. 119. numer. 11.* Sed etiam ex iuratis attestationibus Comitis Francisci Ramarzotti, & Ioannis Sabini, qui tunc temporis erant famuli eiusdem Cardinalis dicentium Carolum Casinum di-
ctis annis non solum non fuisse in seruitio Cardinalis, † sed 10
neque extitisse in Vrbe, & tamen ad saluandum dictos testes a mendacio debuisset præcisè probari famulatus ab allegante Alex. *cons. 120. num. 4. & 5. lib 6.* Nihil obstante, quod
Petrus secundus testis dubitatiuè † deposuerit ibi: *Non sò* 11
il nome mà il cognome mi pare, che fusse Casino, quia contra inducentem idem est, ac si assertiuè deposuisset Soccin. iun. *cons. 69 nu. 4 lib. 1.* Crauett. *cons. 203. num 7.* Paris. *cons. 83. num. 3. lib. 1.* Grat. *disc. 950. num 10.* Surd. *decis. 284. num. 19. & in recent. dec. 150. num. 31. & decis. 377. nu. 23 par. 12.*

Neque excusari possunt dicta testium ex eo, quod adesset alius Casinus nomine Zenobius, † qui de anno 1652. 12
fuerat Præfectus domus eiusdem Cardinalis, quia tunc error in nomine non vitiaret, quando concurrerent aliæ demonstrationes conuenientes personæ Zenobij, hic autem adsunt demonstrationes in contrarium, quia iste non erat Præfectus domus de annis 1665. & 1656. sed tali officio fungebantur supradicti Vincentius Grecus, & Riccionus, vnde error non consistit in solo nomine, sed etiam in tempo-
re seruitij præstiti, & expressio solius cognominis, † quod 13
alijs conuenire potest nihil concludit Barthol *in l. demonstratio falsa num. 17. ff. de condit. & demonstrat.* Dec. *cons. 13. nu. 9.* Rimin. iun. *cons. 36. num. 53.* Rota *coram Andrea decis. 61. num. 9.*

Tertio, quia non deponunt de tempore præciso, sed alter-
14 natiuè de anno *1655.* vel *1656.* ad hoc, † vt difficilius redar-
gui possent de mendacio, talis autem artificiosa depositio
non caret suspicione Corn. *cons. 56. num. 4. lib. 1.* Grauett. *cons.
325. num. 11.*

Quarto, quia de anno *1677.* gemmæ existebant in mani-
bus Cacciamani Aurifices, vt ex depositione eius iuuenis, &
dicto anno extiterunt etiam in possessione D. Ducis, vt
probant alij tres testes, & signanter Salamon Hæbreus,
qui deposuit illas vidisse, & extimasse in eius manibus,
15 † omnes autem dicti testes, tanquàm inducti ab hæredibus
ipsius Ducis, plene probant contra ipsos inducentes Farinac.
de test. qu. 62. num 243. Honded. *cons. 84. num. 5. lib. 2.* Gratian.
disc. 552. num. 9. Rot. *in rec. decis. 305. in fine par. 15. & coram Bi-
ch. decis. 214. num. 18. & coram* Card. Celso *decis. 382. nu. 10.* &
quamuis testes dixerint pluries vidisse gemmis ornatam D.
Ducissam, ipsa tamen habebat gemmas proprias hodierno
16 *Summario num. 5.* cum quibus † se ornasse præsumitur Ciriac.
controu. 84. num. 6. & contr. 263. num. 15 Rot. *coram Carill. decis.
285. num. 4. & seqq.*

Deposuit etiam Elisabetha D. Ducissam die obitus viri
tentasse ea mediante trasugare dictum scriniolum gemma-
17 rum, & per Rotam mulierum, † & ob loci angustiam non
potuisse, sed tanquam vnica in hoc dicto nihil probat *cap.
licet de testibus* Rot. *coram Seraph. decis. 1191. numer. 2.* imò
dùm non constat scrinium extitisse præcedenter in mani-
18 bus D. Ducissæ, † frustra prætenditur illius occultatio,
cum priuatio supponat habitum *l. decem 217. ff. de verb.
oblig.*

Vlterius deposuit d. mulier, quod ea tantùm præsente D.
Ducissa biduò post mortem viri aperuisset cum cultro ferreo
scrinium Ebani, & ex illo extraxisset inuentarium gem-
marum, vna cum illarum quietantia ab ipsa facta, & alias
scripturas, quas statim in ignem proiecit, sed illius dicto est
contrarius nonus testis nomine Iacobus, qui deposuit cum
dicto cultro ferreo aperuisse aliud scrinium, in quo erat re-
posita clauis alterius scrinij, vbi existebant inuentarium,
& quietantia gemmarum, & prædictæ aperitioni non fuisse
19 præsentem Elisabetham, stante autem † dicta contrarieta-
20 te in substantialibus, † neutri credendum est, cum vnus
adimat fidem alteri Farinacc. *de testibus q. 65. num. 2.* Rot. *dec.
147. num. 4. par. 10 dec. 8. num. 26. dec. 327. num. 13. & dec. 409. n.
19. par. 12. rec.*

Prædictis tribus testibus fuit superaddita fides Excellen-
tissimæ D. Principissæ Rossani testantis de auditu ab ipsa
D. Ducissa, *che non si facesse scrupolo tener queste gioie, mentre
il marito glie l'haueua donate quando la prese*, sed omissis alijs,
21 quæ dicebantur ab Informantibus pro † D. Ducissa placuit
DD. responsio, quod ista tanquàm simplex fides extraiudi-
cialia nihil probat Rota *coram Greg. decis. 214. num. 2. ibique
Addea lit. B.*

Nec obstat, quod in Inuentario facto per hæredes D. Du-
cis nullæ fuerint descriptæ gemmæ: quia ex omissione de-
22 scriptionis in Inuentario non benè infertur, † quod illæ
fuerint ab vxore subtractæ, & verè fuisse in hæreditate re-
23 pertas etiam gemmas constat ex oppignoratione † illarum
facta ab hæredibus in Sacro Monte Pietatis, & ex confessio-
24 ne † Marchionissæ Borromeæ primæ hæredis, quæ solum
conquesta fuit de deficientia aliquarum gemmarum, vt
aduertit *prima decisio coram Reuerendissimo D. meo Decano.*

Et ita vtraque parte informante resolutum fuit.

*Decisio, quæ immediatè subsequitur est in eadem causa, cuius
in calce concordantes adnotantur.*

R. P. D. CALATAIV.

Romana Dotis, & Fructuum.

Veneris 14. Maij 1677.

ARGVMENTVM.

Fructus dotales denegabantur mulieri postea quam ad secunda vota transierat, ea ratione, quia nostrum statutum loquens de vidua non haberet locum in binuba, eos verò deberi fuit decisum, non solum ex identitate, sed etiam ex maioritate rationis, itaut huiusmodi casus nō videatur extensio, sed vera, & realis comprehensio, cum magis egeat nupta, quàm vidua alimentis dotalibus, ob maiores expensas, quas substinet.

SVMMARIVM.

1 *Statutum Vrbis* lib. 1. cap. 137. de fructibus dotis, *quamuis faciat mentionem de vidua, extenditur tamen ad binubam, & num. seqq. ac per totam.*
2 *Extensio non dicitur, sed potius comprehensio quæ fit ex identitate, vel maioritate rationis.*
3 *Fructus dotis post interpellationem factam à Vidua debentur etiam si illa postea transierit ad secundas nuptias.*
4 *Vidua transiens ad secunda vota non perdit priuilegia circa suam dotem.*
5 *Fructus dotis ex Statuto Vrbis non debentur viduæ ex priuilegio personali, sed reali eiusdem dotis.*
6 *Interpellatio omninò requiritur ad constituendum aliquem in mora.*
7 *Statutum Vrbis* lib. 1. cap. 139. *dicens alimenta viduæ non extendi ad binubam qualiter procedat.*
8 *Statutum Vrbis decernens alimenta mulieri procedit, etiam si illa habeat vnde viuere possit.*
9 *Maritus non tenetur alimentare vxorem, quæ dotem non soluit.*
10 *Mulier licet censeatur renupta cum eadem dote tradita primo viro, si tamen illam secundo viro non cessit, sibi remanet actio recuperandi eam vna cum fructibus.*

DECISIO LXXIV.

PErstiterunt Domini in resolutis sub die octaua Iunij
1678.* & 23. Ianuarij proximi præteriti, inhærentes
tùm verbis generalibus Statuti Vrbis *libro primo capite 137.*
† tùm identitati, imò maioritati rationis, quę operan- 1
tur, vt quamuis illud faciat mentionem de Vidua, ta-
men extendatur etiam ad Binubam, quasi tunc non dica-
tur propriè extensio, † sed potiùs comprehensio, prout 2
hęc omnia latè fuerunt comprobata in vtraque decisione,
& in specie quod fructus debeantur in vim Statuti ab hę-
redibus primi Viri, † postquam Vidua illos interpella- 3
uit, & deindè transiuit ad secundas Nuptias pluries re-
soluit Rota, *vt coram Seraphino decis. 1406. numer. 1. & 3. de-
cisione 1423. num. 2. & decisione 1430.* & post Fenzon. *ad Sta-
tutum Vrbis decisione 87. & in recent. decis. 736. numero primo,
& seqq. parte 4. tomo 3. decisione 527. num. primo, & 16. parte
5. tomo 2. & decisione 188. num 14. parte 10.* Vidua enim tran-
siens ad secunda vota † non perdit priuilegia circa suam 4
dotem, vt dicunt Baldus *in l. 2. ff. de iure dot. & in l. nupta 31.
ff. solut. matrim.* Bulgherin. *in repetit. l. 1. num. 12. & 14. ff. solut.
matrim.* tanto magis in proposito, quo Statutum non taxat
fructus contemplatione Viduę, sed propter moram debito-
rum in restituenda dote postquam fuerint interpellati, † & 5
sic non ex personali, sed ex reali priuilegio ipsius dotis, vt
in terminis Statuti Vrbis tradunt Cardin. Paris. *consil. 64. nu.
5. lib. 4.* Spadazza *in Theatro Viduilt disquisit. 13. num. 67. & se-
quentibus.*

Hinc iterum dictum fuit non obstare *decisiones coram Coc-
cino 1781. numero 5. & post Gilianum ad Statutum Perusinum
decisione 72. numero 9.* Quia pręterquod ibidem deficiebat in-
terpellatio, † quę omninò requiritur ad constituendum 6
aliquem in mora; Illę precisè loquuntur non de Binuba,
sed de Muliere diuertente à Viro, cui de alimentis fuit ab
eodem Statuto prouisum in alio subsequenti capitulo 139.
† & licèt ibi perfunctoriè dicatur, quod Statutum ta- 7
xans alimenta Viduæ non possit extendi ad Binubam,
quæ debet alimentari à secundo Viro, dicta tamen ra-
tio dupliciter non applicatur; Primo, quia Statutum Vr-
bis † decernit alimenta, etiamsi mulier habeat vnde vi- 8
uere, vt firmat Fenzonius *ad dictum Statutum capite 137.
num. 51.* Gratianus *disceptatione 920. num. 9.* Secundo, quia
Domina Ducissa non soluit dotem, nec cessit nomen
debitoris dotis secundo viro; † Vnde ille non tenetur 9
eam alere, Addentes *ad sanctæ memoriæ* Gregor. *dec. 534.
numero 4. & coram Peutingerio decisione 234. numero 14.* Et
quamuis censeatur renupta cum eadem dote primo Viro
tradita, † tamen non facta secundo Viro effectiua cessio- 10
ne, actio directa recuperandi suam dotem vna cum fructi-
bus competit ipsi mulieri, *l. omnibus C. de action. & obliga-
tion* Rota *coram Coccino decisione 60 numero 6. & coram Peu-
tingerio dicta decisione 234* cum alijs latiùs congestis in vtra-
que decisione huius Causæ.

Et ita vtraque parte informante resolutum fuit.

Plu-

Plures decisiones suot in hac Causa, quas omnes concordauimus supra in calce decis. 727. parte 18. tom. 2. decisio verò immediatè præcedens ipsa etiam in eadem Causa emanauit; infra verò sub die 11. Martij 1678. erit altera præsentis confirmatoria, quæ suis loco, & tempore apponetur.

R. P. D. T A I A.

Posteà S. R. E. Cardioali.

Cathacen. prætensi Matrimonij.

Veneris 22. Maij 1677.

A R G V M E N T V M.

Excluditur filiatio, quæ ex matrimonio probari prætendebatur, ad vulgatum textum *in l. miles §. defuncto ff. ad Trebell.* quia à die contractus illius nondum effluxerant menses quatuor, itaut impossibile sit partum, si ex eo processisset, remansisse vitalem, atque ideò eandem filiationem aliundè probandam esse deciditur.

S V M M A R I V M.

1 *Filius natus quadrimestri à die contracti matrimonij nondum completo, non dicitur ex iustis, & legitimis nuptijs procreatus.*

2 *Partus quinque mensium, & quinque dierum non est naturalis, nec vitalis.*

3 *Pater non potest agnoscere filium vti legitimum, si est natus infra quinque menses à die matrimonij, nec illi tenetur præstare alimenta.*

4 *Partus quadrimestris non datur, quod fuerit vitalis. & num. 8.*

5 *Filius præsumitur mariti, & non adulteri, & quatenus hæc præsumptio procedat. num. seqq.*

6 *Matrimonium de tempore conceptionis probari debet, ad hoc vt intret præsumptio, filium fuisse mariti, non autem adulteri. & numeris sequentibus.*

7 *Filius si fuisset legitimus, non esset vitalis, si natus esset ex matrimonio solis quinque mensibus antea contracto.*

9 *Paternitas non præsumitur in filio nato per quinque menses post contractum matrimonium. & supra num. 3. cum seqq.*

10 *Filiatio probari debet aliundè, quàm ex matrimonio, quando partus ex illo non fuisset vitalis, & sup. num. antecedentib.*

11 *Filiatio non probatur ex sola nominatione, vel tractatu, & quando supra à principio decisionis, & per totam.*

D E C I S I O LXXV.

TEr proposito dubio. An constet de matrimonio inter Lutium, & Mariam, & an Dominicus proindè sit filius legitimus & naturalis eorundem, decisum tandem fuit 4. Iulij 1674. pro filiatione legitima, & naturali Dominici ex Lutio, & Maria, & adhuc ter reproposita Causa: An esset standum, vel recedendum à decisis, coadiutis probationibus de ordine Rotæ, standum esse in decisis responsum fuit prima Iulij 1676. Auditis hodie tertio Partibus, & proposito ter dubio consultis omnibus Dominis, recessum est a decisis.

Non quidem ex puncto existentiæ, vel non existentiæ matrimonij, quod DD. (nescio an concordes, vel discordes) reliquerunt propter hinc inde exhibita argumenta pro existentia, & non existentia bonæ memoriæ Parauicini Archiepiscopi Sanctæ Seuerinæ, & libro matrimonij, à quo tot, ac tanta alia pendent, vt in decisionibus suprascriptis, sed ex puncto legitimitatis, & naturalitatis Dominici, cum in facto matrimonium, quod controuertitur supponitur fuisse contractum 17. Maij 1656. & natum Dominicum 25. Augusti subsequentis, quadrimestri nondum
1 completo, † ideoque non esse ex iustis nuptijs natum iustum filium, ad auctoritatem Hippocratis relatam *in l. septimo mense 12. ff. de stat. hom. & ex §. vlt. l. 4. ff. de suis, & legit. gloss. perfecto §. secundum verò, Auth. de restit. & ea quæ parit vndec. mense, sea nouella 18.* doctiss. Menoch. *de arbitr. Iudic. cas. 89. ex num. 34.* Rot. *dec. 223. ex num. 6. tom. 2. par. 4. rec.* vbi & partum quinque mensium, † & quinque die- 2
rum non esse naturalem, neque vitalem, † paternitatem- 3
que omnino excludere, itaut pater volens illum recognoscere in filium, nec teneatur ad alimenta, vt in principio decisionis, † & tota decis. quam prosequuta est Rota in partu 4
quadrimestri *coram Bich. dec. 101. n. 6. & 7.*

Non obstante præsumptione legis † ex §. *defuncta marito*, 5
l. miles 16. ff. ad l. Iul. de adult. de qua latè apud Menoch. *dicto cas. 89. num. 20.*

Quia matrimonium, ex quo regulariter resultat præsumptio iuris, quod filius natus ex legitima vxore in domo mariti, cum qua ipse cohabitabat, † sit filius ipsius, non erat 6
contractum tempore conceptionis Dominici, prout ad d. præsumptionem fundandam requiritur, contractum siquidem fuisse prætendetur minus quàm quatuor mensibus antequam Dominicus nasceretur, nec Dominicus hodie viueret, † si constante matrimonio conceptus fuis- 7
set, quia partus quatrimestris non † est vitalis, iuxta re- 8
ceptam sententiam *Hippocratis*, vt in simili casu inquit *d. dec. 101. ex d. n. 4.*

Igitur præcedenti conceptione pueri, & subsequente matrimonio † lex non præsumit paternitatem *d. dec. 223.* 9
num. 4. imò illam excludit, vt supra *d. num. 6. & d. decis.* 101. *num. 1.* & aliundè probanda est filio, tamquam necessarium † antecedens à Dominico, antequam descendat ad legiti- 10
mitatem, aut legitimationem, quam prætendit, vt post alios respondisse Roland. &c. loquit *dicta decis.* 101. *num. 11. & vers. & ex his*, vbi ex Alciato non sufficit ad probationem † filiationis nominatio, vel tractatus patris, de 11
quo tamen in præsenti non constat.

Et ita vtraque &c.

REVERENDISS. D. ALBERGATO
Sacræ Rotæ Decano.

Palentina Beneficij de Padilia de Duero.

Lunæ 31. Maij 1677.

A R G V M E N T V M.

Prouiso Apostolico, non autem instituto ab Episcopo beneficium conceditur, quia eius literæ iustificatæ visæ sunt, & ideò exequendæ, non obstante altera prouisione Ordinarij facta vigore alternatiuæ, qua ipse gaudebat, quia illius effectus expirauerat per mortem Pontificis concedentis, parum etiã releuante alternatiua secunda per eundem Episcopum reportata à nouo Pontifice, quia hæc suffragabatur quidem pro beneficijs postea vacaturis, non autem pro illis inter vnam, & alteram alternatiuam iam vacatis.

S V M M A R I V M.

1 *Rota per speciale priuilegium Clementis Quinti succedit in locum exequutoris in literis deputati.*

2 *Fides obitus extracta ex libro defunctorum probat nedum mortem, sed etiam tempus ad effectum reseruationis.*

3 *Mensis Februarij est reseruatus Summo Pontifici.*

4 *Præsentia in Curia probatur ex fide Curialium.*

5 *Habilitas, & idoneitas Beneficiati resultat ex attestatione Examinatorum Vrbis.*

6 *Literæ Apostolicæ iustificatæ, veniunt exequendæ, & ex quibus iustificatæ remaneant.*

7 *Alternatiua Episcopis concessa expirat per mortem Papæ, quia durat vsque ad vitam Pontificis concedentis.*

8 *Alternatiuæ acceptatio est quasi contractus initus inter Papam, & Episcopum.*

9 *Alternatiua suffragatur pro beneficijs in posterum vacaturis non autem pro medio tempore vacatis inter vnam, & alteram alternatiuam.*

10 *Mensis Februarij, qui vigore alternatiuæ spectat ad Episcopum, ea expirata, desinit esse ordinarius, & remanet apostolicus.*

11 *Beneficia vacata in mense Februarij, Episcopo non gaudente alternatiua, sunt reseruata Pontifici, ab eoque tantummodo conferantur.*

DECISIO LXXVI.

CVm per obitum Francisci Gomez del Castillo defuncti
extra Romanam Curiam de Mense Februarij 1668.
vacauerit simplex Beneficium in Parochiali Ecclesia de Pa-
dilla de Duero, illud contulit sanctæ memoriæ Clemens
Nonus Ioanni Cassado præsenti in Curia, qui expeditis de
more Literis Apostolicis suæ Prouisionis, illas præsenta-
uit Prouisori Palentino in eisdem pro Executore deputato,
qui cum mandasset supersederi in executione, Ioannes
appellauit, & appellationis causa Rotæ commissa, quæ
agnoscens Literas Apostolicas esse iustificatas, præuia
dubij disputatione pro illarum exequutione respondit;
nam hoc Sacrum Tribunal per speciale priuilegium
1 Clementis Quinti † succedit in locum Exequutoris in
Literis deputati, vulgata *Clement. Auditor de rescript.*
Literas autem esse iustificatas deprehendebant Domi-
ni ex eo, quod Beneficium vauit in mense Februarii,
vt liquet ex fide obitus Francisci formitèr extracta ex
2 libro, vbi defunctorum nomina † describuntur, quem
probare nedum mortem, sed etiam tempus ad effectum
reseruationis, decidit Rot. *decis. 92. num. 10. coram Za-*
3 *rate*; Propterea ritè, & rectè fuit à Papa † collatum,
cum talis mensis sit de reseruatis Sedi Apostolicæ, iux-
tà literalem *regul. Cancellariæ 8. hodie 9.* & tradunt
Gonzal. *ad reg. 8. gloss. 11. num. 1.* Rota *decis. 250. num.
30. par. 7. recentior.* prout iustificatur præsentia in Cu-
4 ria per fidem Curialium, † & valor per non excessum
ducatorum 24. de Camera probatur per Testes optimè
informatos, & demum prouisi habilitas, & idoneitas
5 resultat † ex attestatione Examinatorum Vrbis, de qua
mentionem faciunt eædem Literæ Apostolicæ, ibi:
Nos tibi, qui aliàs à dilectis filijs Examinatoribus in
Vrbe deputatis examinatus, & idoneus repertus fuisti
&c. Quæ omnia sicuti ponunt in claris iustificationem
6 Literarum Apostolicarum, de quibus agitur, † ita
operantur, quod eisdem executio danda sit, iuxtà
conclusionem desumptam, & allegari solitam ex De-
cretali Bonifacii Octaui in *cap. si capitulo de concessione
Præbend. in sexto.*
Nec subsistit, quod in hoc casu mensis Februarij de
Apostolico euaserit Ordinarius propter gratiam alterna-
tiuæ, qua Episcopus Palentinus gaudebat, quia cum
sa. mem. Alexander Septimus, qui illam concesserat
7 obierit, vt notorium est, 22. Maij 1667. † expirauit
alternatiua, quæ durat vsque ad mortem Papæ conce-
dentis, Cothier. *super regul. Cancell. ad regul. 8. gloss. 21.
num. 2.* Gonzal. *ad eandem regul. gloss. 51. num. 4. & 5.*
8 subdens rationem, quia acceptatio alternatiuæ † est
quidam quasi contractus initus inter Papam concedea-
tem alternatiuam, & Episcopum acceptantem, nil vr-
gente, quod à Clemente Nono successiuè assumpto no-
uam alternatiuam Episcopus impetrauerit, quia hæc
alia gratia alternatiuæ concessa, & respectiuè accepta-
ta fuit de mense Septembris anni 1668. vt ex partita
extracta ex libro Datariæ, in quo acceptationes alter-
9 natiuæ registrantur, † propterea Episcopo talis gratia
suffragatur pro beneficijs in posterum vacaturis, non
autem pro collatione illorum, quæ antecedenter me-
dio tempore vacauerant, quale est id, de quo agitur
10 vacatum in mense Februarij eiusdem anni 1668. † qui
expirata antiqua alternatiua Alexandri Septimi desijt
esse Ordinarius, & rediuit ad primæuum esse Aposto-
licum, & consequenter Papa illud conferre valuit,
cum collatio beneficiorum, quæ vacant in mense Fe-
11 bruarij † Episcopo non gaudente alternatiua spectet ad
Papam, vt tradunt auctoritates supra relatæ §. *literas
aut. m.*
Et ita per contradictas decisum est Literas Apostolicas
esse iustificatas, & exequendas.

R. P. D. TAIA,
posteà S. R. E. Cardinali.
Romana Immissionis.

Veneris 4. Iunij 1677.

ARGVMENTVM.

Plures enucleantur quæstiones super alienatione bonorum fideicommissi in legitimam imputanda, legato dotis relicto à matre filiæ titulo institutionis, & onere fideicommissi in eo apposito quatenus d. onus possit à tertio impugnari, & quod semper in excessu substineatur, eodemque legato super bonis, expressa etiam quantitate, similiter facto, an hæc causa demonstrationis, vel taxationis sit adiecta, de emphyteusi Ecclesiastica transitoria ad quoscumque hæredes de fideicommisso conditionali non transmittendo, & demum de iure accrescendi, ad quem effectum coniunctio realis, & verbalis etiam perpenditur.

SVMMARIVM.

1 *Filius alienando bona fideicommissi, videtur in illis suam legitimam elegisse.*
2 *Alienata bona eo magis in detractiones sunt electa, si fuerint distracta tanquam propria, non autem vti hæreditaria.*
3 *Datia in solutum vim venditionis habet.*
4 *Venditor cum pacto redimendi, si infra tempus conuentum emptori successit, dicitur rem venditam à se ipso redimere voluisse, & quare.*
5 *Pactum redimendi infra quinquennium diminuit pretium saltem ad quartam partem.*
6 *Mater relinquenda filiæ dotem titulo institutionis, dicitur illam voluisse succedere loco legitimæ, recedendo à Statuto Vrbis, & reducenda rem ad terminos iuris communis.*
7 *Mater licèt attento Statuto potuisset grauare legitimam filiæ, non tamen dicitur voluisse, nisi declarauerit.*
8 *Bona emphyteutica Ecclesiæ non cadunt sub fideicommissa.*
9 *Fideicommissum substinetur in portione vltra legitimam filio relictam.*
10 *Pater constituenda filiæ maiorem dotem, potest in eo, quod excedit legitimam, fideicommissum imponere.*
11 *Dotem, siue legitimam si filia non apposuit fuisse fideicommissa grauatam, quia viuens conquesta non est, an ab alio possit appani.*
12 *ad Tertium, & extraneum non transit ius opponendi dotem, & legitimam fideicommisso grauari non potuisse.*
13 *Legatum pecuniæ super bonis relictum, quatenus dicatur potiùs in pecunia consistere, quàm in bonis.*
14 *Bona Ecclesiæ locata in emphyteusim perpetuam alicui præsenti &c. dicuntur concessa pro se hæredibus, & successoribus quibuscumque.*
15 *Emphyteusis Ecclesiastica mediante clausula* in perpetuum, *remanet transitoria ad extraneos.*
16 *Dictio* quibuscumque, *etiam in emphyteusi Ecclesiastica denotat comprehensionem extranearum.*
17 *Fideicommissum conditionale mortuo substituto ante institutum, non transmittitur ad descendentes substituti.*
Amplia etiamsi substitutus esset de descendentibus Testatoris. num. 18.
19 *Cessia generalis omnium iurium, importat etiam cessionem iuris accrescendi.*
20 *Substituti plures pro vna parte, & alij pro alia parte, dicuntur quidem verbis coniuncti, re tamen disiuncti.*
21 *Ius accrescendi, vt intret, an requiratur coniunctio realis, & verbalis simul, vel altera sola sufficiat, & de materia num. seqq.*
22 *Coniunctionis verbalis, & realis distinctio in materia iuris accrescendi, an sit vera, & quando. num. seq.*

23 *Le-*

23 *Legatum factum duobus pro dimidia, vel alteri vnam, aliam verò alteri, an differant ad effectum iuris accrescendi. & num. seqq.*

DECISIO LXXVII.

FLaminius dedit in solutum Septimiæ Matri pro resti-
tutione dotis ex alijs causis inter alia Domum in Vrbe
in Regione S. Eustachij, cum pacto, quod liceret eam in-
tra quinque annos redimere, ex Instrumento 29. Octobris
1607. & Septimia iure institutionis, & omni alio meliori
modo reliquit Olimpiæ filiæ de bonis suis vsque ad scut.
2000. & hæredem instituit Flaminium, cui morienti sine
filijs, substituit Olimpiam, prohibens vtrique venditio-
nem, & alienationem bonorum, vt in Testamento 22.
Septembris 1610 & postridiè codicillando eidem Flaminio,
quandocumque decedenti sine filijs legitimis, & naturali-
bus, substituit Petrum Paulum, & Carolum fratres pro
vna tertia parte, pro duabus alijs tertijs partibus Clericos
Regulares Minores, & in scutis 2000. quæ dixit reli-
quisse Olimpiæ, eidem quandocumque decedenti sine
filijs legitimis, & naturalibus substituit Flaminium,
cui etiam decedenti sine filijs legitimis, & naturalibus,
substituit dd. Petrum Paulum, & Carolum pro vna ter-
tia parte, & pro duabus alijs tertijs partibus dd. Clericos
Regulares.

Mortuis sine filijs, & Flaminio, & Olimpia post Te-
statricem, & purificato vtroque Fideicommisso, sed &
mortuis interea Petro Paulo, & Carolo, Celsus filius Caro-
li, & Clerici Regulares concordarunt & Clerici sua iura ces-
serunt Celso, vt ex Instrumento 23. Iunij 1666. cum ap-
probatione D. Cardinalis Vicarij tertia Octobris subsequen-
tis, vndè Celsus egit contra Elisabetham possidentem do-
mum controuersam coram A. C. obtinuitque immissionem
appellante autem Elisabetha, commissaque Causa Rotæ,
propositum est hodie dubium, An concedenda sit immissio,
quam DD. concedendam responderunt.

Et licèt vnus denegandam responderit, quia Flaminio
filio competeret legitimam in hæreditate Septimiæ, pro qua
1 elegisse videatur domum controuersam, † quam dedit in
dotem Virgilio Marito Olimpiæ, ad §. res quæ *l. 3. ff. ad
Senat. Consult. Trebell.* Rota *coram Coccin. decis.* 143. *num.* 1. ma-
2 ximè quod dedit domum, non vti hæreditariam, † sed vt
suam, superaddens ad se pleno iure vtilis dominij, tamquam
emphyteuticam spectare, & pertinere, nullis fideicommisso
3 purificato, vel purificando esse obnoxiam, † & dedit in
solutum, quod vim venditionis obtinet, *l. 4. C. de euict.* &
ibi gloss. vlt. *l. 5. C. de iur. dot.* vltra alias rationes, quod Flami-
nius iam dedisset hanc domum in solutum Septimiæ cum
pacto facultatis redimendi intra quinquennium, vt in In-
strumento 29. Octobris 1607. & deinde anno 1610. factus
4 hæres Septimiæ defunctæ, † dederit postea in dotem Olim-
piæ d. domum 24. Martij 1612 & sic intra quinquennium,
5 itaut redemisse à seipso censendum sit, † ad euitandum
damnum pretij, quod in talibus venditionibus cum huius-
modi pacto diminuitur, saltem ad quartam partem, Rot.
decis. 2. num. 10. parte 15. cum allegatis.

Concedendam autem immissionem alij responderunt; &
quæstionne redacta ad tres articulos; primo, quod ex disposi-
tione Testatricis dos prædicta locum legitimæ assumpserit,
quia dotem relinquendo iure institutionis, & omni alio me-
6 liori modo, voluerit Septimia à statutaria † dispositione re-
cedere, & rem reducere ad terminos iuris communis, vt
in *decis. 10. num. 16. versic. Præterea cæteris omissis par. 15.*
& de matre est ferè tota *decisio 128. num. 19. R. P. D. de Luca
disc. 3. num. 15. d. vers. quamuis enim lib. 9.* & an mater hanc legi-
7 timam voluerit † grauare fideicommisso, vt potuit, sed
noluerit, nisi declarauerit.

Secundo, an fuerit pro hac dote relicta domus, aut som-
ma scutorum 2000. prout in codicillis ipsa dixit reliquisse
Olimpiæ filiæ scut. 2000. monetæ, quæ ad summam subie-
cta fuerit fideicommisso.

Tertio, quod domus esset emphyteutica Ecclesiæ S. Eu-
8 stachij, † vndè cedere non potuit sub fideicommisso ex defe-
ctu tam voluntatis, quàm potestatis, in quo Rota *decis. 452.
num. 2. par. 9.* cum alijs.

Sed nullam exceptionem subsistere DD. responderunt,
& primam adhuc in facto constare supra legitimam etiam
9 remanere summam considerabilem, † & in illa saltem
sustineri fideicommissum, & ita si pater etiam maiorem
10 dotem leget † potest in eo quod excedit legitimam iuris
communis onus imponere, ex Gabr. *cons. 126. numer.
10. lib. 1.*

Insuper quia filia in vita conquæsta nunquam esse de hoc
onere, † & hodie opponi non possit à Tertio, & Extra- 11
neo, † ad quam non transit, Grat. *disc. 983 num. 11 &* 12
seqq. vbi respondet contrarijs Rota *coram Merlin. decis. 263.
sub num. 2. & pluribus alleg.* Rota *dec 63 sub num. 32. & 33.
coram Arguell.*

Et ex facto ipso Flaminius post mortem Olimpiæ soro-
ris sine filijs, vtens testamento materno, vigore fideicom-
missi in eo instituti, & etiam purificati, præuio iudicis
mandato, vti substitutus possessionem illius domus adeptus
est, & Elisabeth causam habens mediatè à Flaminio, illius
factum impugnare non valeat.

Ad secundam verè non summam, sed domum relictam
fuisse, ibi: *Lassa de' sui beni fin alla somma di scudi* 2000. *in tan-
ti beni stabili da stimarsi &c.* † Ex quibus notarunt summam 13
expressam solum ad designandam, & limitandam portio-
nem bonorum, non autem vt relictum consisteret in pecu-
nia, vt ferè in terminis dixit Rota *in Romana successionis do-
tis, & legati prima Iulij 1676. §. simili modo coram R. P. D. meo
Vicecom.*

Ad tertiam demum satisfacere qualitatem emphyteusis,
& domus locatę, in emphyteusim perpetuam Valerio † præ- 14
senti &c. quæ valent pro se, suisque hæredibus, & successo-
ribus quibuscumque, vt in Instrumento 25. Iunij 1565. &
ex iure clausula *in perpetuum* † facit, vt emphyteusis Ec- 15
clesiastica sit ad extraneos transitoria, Rota *dec. 872. num. 8.
coram Merlin. & coram Caualer. dec. 293. num. 2. & dec. 294.
num. 4 par 2. rec.* & de dictione *quibuscumque* † Rot. *dec.* 280. 16
num. 2. & vers. atque ex datione par. 1. rec. Addita etiam facul-
tate alienandi de consensu Canonicorum.

Alia erat adhuc difficultas, & controuersia inter Infor-
mantes de caduca, adeoque tollenda dispositione Septimiæ,
præmortuis iam Petro Paulo, & Carolo fratribus Testa-
tricis substitutis Flaminio, adeoque Celsus filius Caroli
non videatur admittendus, cum fideicommissum condi-
tionale, si Flaminius Olimpiæ decederet † sine filijs, 17
mortuo substituto ante Institutum non transmittatur ad de-
scendentes substituti, *§. sin autem sub conditione, l. vnica C.
de caduc. toll.* Fusar. *de substit. qu. 490. ab init.* † etiamsi substi- 18
tutus sit de descendentibus Testatoris *num. 2.* Noal. *de trans-
miss. cap. 1. ex num. 1. & cas. 8 num.* 101. & de communi senten-
tia, Rot. *cor. Card. Mantic. dec. 125. num. 6.* cui duo DD. re-
sponderunt, quod licet vera sit conclusio suprascripta, ta-
men in præsenti casu succurrere specialem cessionem Cle-
ricorum Regularium omnium iurium, † atque adeò iu- 19
ris accrescendi (quod etiam Informantes pro ea vehemen-
tissimè controuertunt) quia in ea substitutione Testatrix
substituit Petrum Paulum, & Carolum pro vna tertia par-
te, & pro duabus alijs tertij partibus Clericos Regulares
substituti sunt verbis † coniuncti licet re disiuncti, ad *§. vlti-* 20
mum, l. si duobus 16. ff. de legat. primo, & cum alij Rot. *dec. 506.
num. 1. d. vers. Ex hac autem coniunctione par. 4. diuers.* quam
pro magistrali allegabant Informantes pro Actore, adijcien-
do Peregrin. *de fideic. artic. 9 num. 8. &* Bellon. *de iur. accrescen.
cap. 5. tota qu. 19.* & prius *d. cap. 5 quæst. 16 num. 25. d. vers. septi-
mus casus.* Informantes autem pro ea Rea frustra † adduce- 21
bant Bellonum *dicta quæst. 16. nu. 28. d. vers. verum, & sic vsque
ad finem quæstionis nu. 43.* cum allegat præcipue *ex l. meuio 41.
ff. de legat. 2* & differentiam in paucis verbis magnam, si ve-
ra quidem sit inter has formulas differentia, † quod verbis 22
quidem coniuncti sint cum duo Titio, & Meuio pro æquis
partibus lego, † secus si dicam Titio dimidiam partem Me- 23
uio, alteram dimidiam lego, gloss. *vltima §. interdum tamen
l. 1. ff. de vsufruct. accrescen.* cum supradictis alleg. & declarat.
d. Bellono d. q. 19.

Qui tamen vtrisque præmissis dixit à contraria sententia,
quod inter verbis coniunctos detur ius accrescendi, tam-
quam receptiore non esse consulendo, & iudicando rece-
dendum sub *n. 14.* & sic *Bartoli* sententia in dicto, & in hoc
casu coniunctionis verbalis Meuio fundi partem dimidiam,
† & Seio alteram dimidiam lego ita esse receptam, vt nefas 24
sit consulendo, & iudicando recedere, vt dixit Bellon. *d. qu.
16. num. 25. d. vers. verum etsi.*

Et ita vtraque &c.

R. P. D. CALATAIV.

Terracinen. Legati.

Veneris 4. Iunij 1677.

ARGVMENTVM.

Imputari prætendebatur in dotem filiæ à patre constitutam, etiam legatum per matrem eidem filiæ relictum, sed contrarium fuit decisum, quia pater dotem constituerat simpliciter, nulla facta mentione legati, quo casu dicitur voluisse persoluere debitũ proprium, non autem compensare alienum, eo magis quia equè dos, ac legatum diuersimodè constituta erant, ex quo ideò impossibile est deducere voluntatem patris circa eandem imputationem faciendam.

SVMMARIVM.

1 *Legatum factum à matre suæ filiæ, in illius dotem non imputatur, & vide per totum.*
2 *Pater dotans filiam non facta mentione bonorum maternorum illi debitorum, censetur dotasse de proprio, non autem de bonis matris, & n. seqq.*
3 *Dotandi onus spectat ad patrem, qui filiæ dotem constituere tenetur.*
4 *Soluere quis præsumitur debitum proprium, non autem voluisse compensare alienum.*
5 *Legatum factum à matre filiæ diuersimodè quod illi fuerit à patre constituta dos, non imputatur in creditum eiusdem dotis, & num. seq.*
6 *Voluntas patris in materia imputationis ex quibus penitus excludatur.*
7 *Dos à patre debita, vel constituta succedit loco legitimæ.*
8 *In Legitimam non imputatur ea, quæ extra substantiam paternam peruenerunt ad filiam.*
9 *Creditum maternum non imputatur in legitimam filio debitam in bonis patris.*

DECISIO LXXVIII.

VIctoria Vara institutis sibi hæredibus Dominico Antonio, & Marco Maria filijs, legauit Liuiæ, & Mariæ Flaminiæ suis filiabus tumulos quadraginta terrarum pro qualibet, & vnam vineam, quibus decedentibus sine filijs legitimis, & naturalibus, substituit in dicto legato supradictos suos hæredes; Cum autem prædictæ filiæ fuissent nuptui traditæ à Francisco earum patre cum dote scutorum quatuor millium soluenda in tot stabilibus, mobilibus, & animalibus: ideò dubitatum est hodie: An dictum legatum maternum debeatur, vel potiùs sit impu-
1 tandum in dotem à patre constitutam; † Verum Domini censuerunt dictum legatum deberi, & non esse imputandum.

Nam dum pater dotauit simpliciter suam filiam, nulla facta mentione bonorum maternorum, quæ filiæ debeban-
2 tur, † censetur dotasse de proprio, non autem de bonis maternis, text. est expressus in *lege finali C. de dotis promissione*, & *lege cum pater ff. de iure dotium*. Cum enim onus do-
3 tandi filias † pertineat ad patrem, *lege qui liberos ff. de ritu nuptiarum*, in dubio præsumitur soluisse debitum proprium,
4 † non autem alienum compensare voluisse, latè Marianus *Soccinus in suo celebri consilio 79. num. 33. lib. 3.*

Clarius quia mater voluit, quod decedentibus legatarijs
5 sine filijs, legatum redire deberet ad eius hæredes, † pater verò tali casu dotem sibi restitui stipulatus est, vndè ex ista
6 dispositionum diuersitate, † excluditur penitùs quæcumque voluntas eiusdem patris imputandi dotem in supradictum legatum, Soccinus iunior *vbi supra num. 63.* Spada *consilio 173. num. 38. libro tertio.*

7 Ac demum, quia regulariter dos † à patre debita succe-
8 dit loco legitimæ; in illam verò non imputantur ea, † quæ extra substantiam paternam in filiam perueniunt, *lege scimus*, *§. repletionis*, *C. de inofficioso testamento*, vbi Bartolus *numero 10.* & Ripa *numero 134.* ac in specie crediti
9 † materni, quod non imputetur in legitimam filio debitam in bonis patris firmat Peregrinus *de fideicommissis artic. 36. num. 104.*

Et ita, vna tantùm Parte informante, resolutum fuit.

R. P. D. CALATAIV.

Romana Fideicommissi de Pinis.

Veneris 4. Iunij 1677.

ARGVMENTVM.

Fideicommissario immissio conceditur, quia de suis requisitis concludenter docuerat, eique non obstabat, quod sola pars domus ad fideicommittentem spectaret, cum potuerit ille etiam de portione hæredis disponere, prout ad hucipsum disposuisse resultabat, ex quo totam domum fideicommisso subiecerat, prout nec minus, quod non remanebat hæredi compensatio super bonis defuncti, quia cum non doceretur de inuentario, ideo de aliqua recompensatione, nec de alijs suis creditis, vel detractionibus ille obijcere poterat.

SVMMARIVM.

1 *Ægidiana prohibens appellationem in quocumque possessorio semper iutrat data validitate, & iustitia sententiæ.*
2 *Iustitia sententiæ resultat propter existentiam fideicommissi, & ex illius requisitis.*
3 *Immissio fideicommissario conceditur docto de fideicommisso, sua vocatione, & identitate bonorum.*
4 *Filij positi in conditione ex Statuto Vrbis dicuntur dispositiuè vocati.*
5 *Domus appellatione in fideicommissis, & legatis venit etiam illius apotheca, & quando.*
6 *Hæres approbans contenta in testamento defuncti, ea amplius impugnare non potest.*
7 *Hæres sine inuentario, factum defuncti seruare tenetur.*
8 *Testator potest fideicommisso supponere non solum portionem propriam, sed etiam portionem sui hæredis, cum de ea disponere permittatur.*
9 *Testator licet dominus solius partis domus, cuius altera pars spectabat ad hæredem, si totum fideicommisso subiecit, censetur includere voluisse etiam portionem eiusdem hæredis.*
10 *Testator non potest disponere de re hæredis, nisi ille habeat æqualem compensationem in bonis defuncti.*
11 *Hæres sine inuentario approbando factum defuncti, disponentis de re eiusdem hæredis, non potest opponere, quod æqualem compensationem non habeat in bonis illius.*
12 *Aditio hæreditatis resultat ex assumptione cognominis defuncti, ac etiam ex possessione, & locatione bonorum.*
13 *Hæres sine inuentario non solum de suo credito, sed etiam de legitima præsumitur satisfactus, & quando vid. n. seqq.*
14 *Legitima præsumitur consumpta vbi cum alienationibus, concurrit etiam omissio inuentarij.*
15 *Detractiones fieri nequeunt super bonis fideicommisso particulari subiectis.*
16 *Fideicommissum in donatione acceptatum, amplius impugnari non potest.*

DECISIO LXXIX.

MArcus Antonius, & Paulus de Pinis vti vocati ad fideicommissum Constantiæ Beiæ, reportarunt coram A. C. sententiam immissionis ad Apothecam existentem subtus domum positam in Plateam Sanctæ Mariæ Magdalenæ, & detentam ab Anna Elisabetha Butia, quæ causam appellationis mihi committi obtinuit; cum clausula, *constito quod sit locus Ægidianæ*; Quare ad formam commissionis dedi dubium. An sit locus Ægidianæ; quod affirmatiuè resolutum fuit.

Actum siquidem fuit inter Laicos, & de bonis laicalibus, & sententia desuper emanata est valida, & iusta † quo casu 1

semper

semper locum habet Ægidiana, prohibens appellationem
in quocumque possessorio, vt dixit Rota *decis. 425. numer.*
1. par. 12. recent. validitas apparet ex inspectione actorum,
2 nec à partibus fuit controuersa, † iustitia verò resultat ex
clara existentia fideicommissi, eiusque purificatione, in
fauorem Marci Antonij, & Pauli filiorum Seraphini; ac
3 identitate Apothecæ, de qua agitur, † quibus concurrenti-
bus, rectè fuit ab A. C. concessa immissio, ex remedio *l. fin.*
C. de edict. Diu. Adr. toll. vt tenuit Rota *decis. 320 num. 1. par. 9.*
recent & Bononien. fideicommissi de Maluetijs 4. Februar. 1665.
coram Reuerendiss. D. meo Beuilaqua.

Existentia fideicommissi, eiusque purificatio redditur
manifesta, nam Testatrix institutis hæredibus vniuersa-
libus in omnibus suis bonis, & Seraphino, eius ex filia nepo-
tibus, eos inuicem substituit in casu, quo aliquis sine filijs
decederet, vnde cum ex Seraphino nati sint Marcus Anto-
4 nius, & Paulus, † isti licèt positi in conditione dicuntur
dispositiuè vocati ex Statuto Vrbis *cap. 142. lib. 1.* Rota *co-*
ram Gregor. decis. 575. num. 1. & coram Emmentiss. Ottbob.
decis 1. num. 19.

Quod autem Domus fuisset in bonis Testatricis, eiusque
fideicommisso supposita, apertè desumitur ex verbis testa-
menti, ibi: Dichiarando in particolare, che la casa gran-
de posta alla Madalena, sopra la quale dichiara in parti-
colare volerci la sua dote, & altre ragioni sue sopradette,
non si possa mai vendere, nè impegnare, ma sia perpetuo
fideicommisso, nel modo, forma, & ordini sopradetti:
Appellatione igitur domus in legatis, & fideicommissis,
5 † venit etiam Apotheca existens sub eisdem tecto, mu-
ris, & fundamentis, habens portam respondentem ad
ipsam domum, ad Text. *in l. si cui ædes 30. & l. prædijs 89. §.*
balnea, & § fin. ff. de leg. 3. Gabr. *cons. 94. num. 11 lib. 2.* Grat.
discept. 775. num. 3. Vgcol. *consult. 73 num. 10.* Mant. *consul.*
387. num. 15. sess. decis. 124. num. 15. & coram Card. Celso decis.
35. num. 2.

Non obstat, quod Testatrix supponere non potuerit fidei-
commisso, nisi iura sua dotalia, & alia credita, quæ sicuti
valorem totius domus non absorbent, ita multo minus
apothecam, de qua agitur comprehendere valent, quia
præterquod tam Paulus, quàm Seraphinus auctor Annæ
Elisabethæ, approbarunt in instrumento transactionis, &
donationis omnia contenta in testamento d. Constantiæ,
6 Summario *num. 2.* † Eiusque hæreditatem adiuerunt absque
beneficio legis, & inuentarij, qui proindè illius factum
seruare tenentur vulgat. *l. cum à matre C. de rei vind.* ad
7 huc cessat obiectum, nam dato, quod per domus, † & apo-
theca spectarent ad dd. Paulum, & Seraphinum, nihilo-
minus Constantia potuit totam domum eius fideicommisso
supponere, & etiam de re hæredum disponere, *l. filius fami-*
lias 117. §. cum pater ff. de leg. primo, l. vnum ex familia 69. § sed
& si fundum ff. de leg. 2. Soccin Iun. *cons. 107. num. 56. lib. 3.*
Alex. *cons. 103. num. 4. lib 2.* Bellon. Sen *cons. 9. num. 10.* Me-
noch *consil. 688. num. 12.* Peregr. *de fideicomm. artic. 33. num.*
5. cum seqq. Rota *decis. 444. num. 2. par 4. tom 1. decis. 4. & decis.*
39. num. 1. & seqq par. 5. recent. & in Romana fideicommissi de
Cesijs 23. Maij, & 10. Decembris 1659. coram Melzio, & in
Auenionen. fideicommissi 29. Nouembris 1666. coram Eminen-
tiss. Cerre; Voluisse autem totam domum fideicommisso
supponere, apertè colligitur, ex eo quod non restrinxit di-
spositionem ad iura sua dotalia dumtaxat, sed indefinitè
dixit: Che la casa grande posta alla Madalena &c. non si
possa mai vendere, nè impegnare, ma sia perpetuo fidei-
commisso &c. Si igitur disposuit, quod domus esset per-
8 petuo fideicommisso subiecta, † proculdubio voluit inclu-
dere etiam portionem hæredum, Bart. *in l. seruis electione §.*
fin. num. 3. ff. de leg. primo, Ruin. *consil. 84. nu. 4. lib. 2* Bald. *cons.*
418. num 2. Cyriac. *contr. euers. 284. num. 22.* Gomez. *var. resol.*
par. 1. cap. 12. num. 15 Cirocch *discept. 37 num. 29.*

Neque intrat obiectum, quod dispositio de re hæredis
9 non subsistat, † quando hæres non habet æqualem recom-
pensationem in alijs bonis Testatoris, Andreol. *contr. 484. n.*
4. quia non procedit in hoc casu, quo hæredes approbarunt
dispositionem Constantiæ, eiusque hæreditatem simplici-
10 ter adiuerant nam tunc lex præsumit, quod ex illius hæ-
reditate tantundem habuerint, fideicommissum præstare
tenentur, etiam de proprio Rota *coram Coccino dec. 1387. nu.*
13. & seqq. & coram Dunoz. Iun. dec. 800. num. 1. & 3. & coram
Bichio dec. 559 num. 13. & in recent. dec 12. nu. 35. par. 10. Quod
autem DD. Paulus, & Seraphinus acceptauerint testamen-
tum Constantiæ, & fuerint illius hæredes, desumitur ex
assumptione cognominis de Pinis, prout ipsa ordinauerit
in d. testamento, [illegible] possessione bonorum, & ex locatio- 11
nibus domus, controuersæ factis ab eisdem vti eius hære-
dibus, d. Summ. *num. 5.* quæ satis probant aditionem, Bart.
in l. gerit sub num. 14 ff. de acq. hæred. Ias. *in l ex his verbis C. de*
testam. milit. lib 8.

Demum non vrget, quod alienatio Apothecæ sustineri
debeat ratione creditorum, & legitimæ debitarum Paulo,
& Seraphino in bonis Constantiæ, ac pro credito Alcibia-
dis patris in scutis 509. liquidato in instrumento transactio-
nis, † & donationis, nam cum ipsi hæreditatem simplici- 12
ter adierint, præsumuntur aliunde de eorum creditis, &
donationibus satisfacti, Rota *coram Bichio dec. 559. num.*
13. & decis. 670. num. 15 fortius stantibus alienationibus † bo- 13
norum fideicommissi, factis à prædictis Paulo, & Seraphi-
no, Rota *dec. 248. num 19. par. 9. & dec. 31. nu. 9 & seq. par. 11.*
recent. creditum verò Alcibiadis apparet compensatum, &
satisfactum ex eodem instrumento donationis, Summario
de Pinis *nu. 2. litera B.* quamuis prædictæ † detractiones peti 14
nequeant super bonis particulari fideicommisso suppositis,
Card. Cels. *dec. 124. num 1.* eo minus dum Alcibiades etiam
nomine dd. Pauli, & Seraphini † donationem controuersæ 15
domus cum onere particularis fideicommissi acceptauit,
Text. *in l. Imperator in princ. vers. si centum legatis ff. de legat. se-*
cundo, Rota *decis. 19. num. 3. parte 5. recent.*

Et ita vtraque, &c.

REVERENDISS. D. ALBERGATO
Sacræ Rotæ Decano.

Fanen. Fideicommissi.

Veneris 4. Iunij 1677.

A R G V M E N T V M.

Fæminas in fideicommisso fuisse vocatas deciditur, quia illud ordinatum erat fauore lineę cuius appellatione veniunt etiam fœminæ, idque firmatum est procedere æquè in portione patris, ac patrui, quia respectu patris illa magis præsumitur à Testatore dilecta, quam transuersalis, quo verò ad portionem patrui, quia veniebat iure repræsentatiuo patris; & hoc, non obstante altero fideicommisso, seu primogenitura ab eodem Testatore ordinatis cum exclusione fœminarum, quia id magis arguebat voluntatem contrariam illas non excludendi, sed potiùs admittendi sub dispositione, quæ eas comprehendere poterat.

S V M M A R I V M.

1 *Testatoris dispositio tamquam lex seruari debet.*
2 *Lineæ appellatione sine alia speciali mentione veniunt etiam fęminæ. & num. 12.*
3 *Testator carens filijs, æquè præsumitur dilexisse nepotes, ac eorum filios.*
4 *Testator prole destitutus, si nepotes instituit, eisque substituit, censetur substitutionem fecisse, quatenus illi sine filijs decesserint.*
5 *Decisio Rotæ probat conclusionem in ea firmatam, quamuis ab illa fuerit recessum, si d. conclusio reuocata non sit.*
6 *Filius vocatus ad portionem patrui, eo magis censetur vocatus ad portionem proprij parentis.*
7 *Successio magis debetur filijs, quàm nepotibus.*
8 *Testator præsumitur se conformare voluisse cum successione legali. & num. 9.*
10 *Filij in portione proprij parentis non debent esse deterioris conditionis, quàm transuersales.*
11 *Testator semper magis præsumitur diligere descendentem in portione ascendentis, quàm in portione transuersalis.*
12 *Fęminæ veniunt appellatione lineæ, quando non apparet de contraria voluntate disponentis. & sup. num. 2.*
13 *Testator si mandauit successionem esse faciendam in stirpes, dicitur voluisse filios repræsentare proprios parentes.*
14 *Successio in stirpes nihil aliud est, quàm subintrare in locum prædefuncti, & assumere omnia iura cohærentia gradui repræsentato.*

15 *Testator si in primogenitura vocauit masculos, & exclusit fœminas, non inde sequitur, quod in alio fideicommisso in eodem testamento ordinato, eas quoque voluerit excludere. & num. seqq.*

16 *Discretiuus modus loquendi Testatoris, illius contrariam voluntatem demonstrat.*

17 *Qualitas masculinitatis apposita in gradu, seu gradibus antecedentibus, in subsequentibus censetur à Testatore consulto omissa.*

18 *Repetitio non datur, vbi militat diuersa ratio.*

19 *Primogenitura plerumque fit pro masculis, & pro conseruatione agnationis.*

20 *Repetitionem ad excludendam sat est probabilem rationem differentiæ reddi posse, cur plus in vna, quàm in altero casu, sic fuerit à Testatore dispositum.*

21 *Fœminæ non censentur exclusa ab altero ex fideicommissis, in quo eas Testator non expressit, licèt in casum delicti fuerint apposita verba, quæ eas comprehendere videantur.*

22 *Verba, quæ vtrumque fideicommissum a Testatore ordinatum comprehendere possunt, singula singulis referenda sunt, retento themate vtriusque dispositionis.*

23 *Verba,* come sopra *sunt relatiua præcedentium, & operatur, quod singula singulis congruè referrantur.*

24 *Dispositio facta in casum delicti non operatur, quod Testator voluerit confundere dispositiones ab ipso separatim ordinatas.*

25 *Codicillorum verba relatiua, & demonstratiua ad fideicommissum factum in testamento, illud non immutant, sed intelliguntur prout in testamento sunt expressa. & num. 26.*

26 *Fœminæ non exclusæ a fideicommisso facto in testamento, non censentur exclusæ per codicillos postea à Testatore ordinato.*

DECISIO LXXX.

EX tenore testamenti conditi ab Episcopo Castracano
Rota censuit constare de fideicommisso ad fauorem
Annæ Mariæ; nam Testator duas fecit dispositiones, in
quarum altera instituit primogenituram pro Vincentio,
eiusque primogenitis in infinitum, cui substituit Nicolaum,
& Franciscum, eiusque primogenitos descendentes in infi-
nitum, exclusis semper fœminis, & bastardis; In altero
instituit hæredes eosdem Vincentium, Nicolaum, & Fran-
ciscum, eosque inuicem substituit, ibi: Sostituendoli vno
all'altro, cioè mancando vno vada à gl'altri, ò altro, ò al-
le loro linee, volendo sempre, che si dia la representatione
in stirpes, & non in capita: Quamobrem defuncto Vincen-
tio Patre Annæ Mariæ, & successiuè Francisco eius Patruo
sine filijs, illa succedere debet vniuersaliter in portione pro-
prij Parentis, ac viriliter in portione Francisci Patrui simul
cum Angelo filio Nicolai, cùm in vtraque vocata fuit à Te-
1 statore, † cuius dispositio tamquam lex debet seruari, §. *di-*
sponat auth. de nupt.

Vocatio enim ad portionem proprij Parentis desumebatur, tùm ex eo, quod Testator institutis substituit earum
2 lineas, † cuius appellatione, quando sine addito facta est
mentio lineæ, veniunt omnes descendentes tam masculi,
quàm fœminæ, nisi constet diuersam fuisse mentem dispo-
nentis, Cephal. *cons. 664. num. 23.* Menoch. *cons. 625. nu. 9* Pe-
regr. *de fideicom. art. 22. num. 24.* Fusar. *de substit. quæst. 346. num.*
1. Barbos. *appel. 135. num. 13.* & alios refert *modern.* Melphiten.
de linea legali art. 15. num. 12 & 13. Rota *decis. 269. num. 2. par.*
15. rec. Dunoz. *decis. 418. num. 8.* Tum ex eo, quia in huiusmo-
di substitutione subintelligitur conditio, si sine filijs: Nam
3 Testator filios non habebat, † & proindè æqualiter dili-
gendo nepotes, censetur ex eadem affectione, & pietate
nedum illis, sed etiam eorum filijs, & descendentibus
voluisse consulere, eosque proindè in conditione posuisse,
& vocasse in portionem obuentam illi stipiti, à quo descen-
4 dunt, ad text. *in l. cum auus ff. de cond. & demonstrat.* † cuius
dispositionem etiam in transuersalibus locum sibi vindica-
re ex coniecturata mente disponentis dixerunt, ponderan-
do qualitatem Testatoris prole carentis, Vvesembech. *cons.*
94. à num. 10. par. 2. Marta *de success. legal. par. 1. quæst. 2. art. 2.*
nu. 29. Bardellon. *cons. 16. à nu. 20. lib. 1.* Altograd. *cons. 45. nu. 6.*
& 10 lib. 1. & sequuta est Rota *in Bonon. fideicommissi de Medi-*
5 *cis 27. Ianuarij 1668. §. & præcipuè cor. R. P. D. meo Taia,* † à qua
licèt recessum, non tamen hæc conclusio fuit reuocata.

Comprobatur etiam, quia Testator vocauit nepotes ad
portionem Patruorum propter illa verba testamenti, *à alle*
loro linee: † vndè eò magis credendum est eos vocasse ad 6
portionem proprij Parentis, quæ magis debetur † liberis, 7
quàm nepotibus, qui per transuersum à fratribus descen-
dunt: hoc enim argumentum in materia fideicommissaria
optimum dicit Crauett. *cons. 326 sub nu. 3.* & sic etiam arguit
Rota *dec. 345. nu. 17. par. 16. rec.* & in dubio præsumitur, quod
Testator † conformare se voluit cum successione legali, 8
vt in specie ad eliciendam vocationem probant Mant. *de*
coniect. lib. 8. tit. 8. num. 15. Castill. *contr. lib. 5. cap 66. nu. 38.* Ro-
ta *decis. 177 num. 17. coram Card. Celso, & in d. decis. 345. num.*
18. par. 16. rec. alias si illa verba, *loro linee,* essent referenda
non ad lineas defuncti, sed superuiuentium, † sequeretur, 9
quod filij illius, qui prædecessit, excluderentur à portione
Patris, propter Patruos, aut descendentes ab eis, & sic fi-
lij in portione proprij Parentis essent deterioris conditionis,
quàm transuersales, † quod intolerabile absurdum eui- 10
tandum esse admonet Rota *in alleg. decis. 345. num. 19. par. 6.*
rec. nam semper censetur, quod Testator magis diligat de-
scendentem in portione ascendentis, † quàm in portione 11
transuersalis, Ruin. *cons. 160. nu. 24. lib. 2.* Rota *decis. 333. nu. 3.*
coram Remboldo, & decis. 264. nu. 1. & seq. coram Coccino.

Ad portionem verò Patrui vna cum Angelo filio Nico-
lai nedum admittenda est Anna Maria propter eandem ra-
tionem supra relatam, scilicet quod Testator substituit insti-
tutis lineas aliorum, † cuius appellatione etiam fœminæ 12
veniunt, quando non apparet contraria voluntas disponen-
tis, vt probant auctoritates supra relatæ; Verum etiam
quia venit repræsentando proprium Parentem, † vt li- 13
teraliter Testator ordinauit, dum mandauit successionem
fieri in stirpes, nempè repræsentatiuè, nam succedere in stir-
pes † nihil aliud est, quàm subintrare in locum præde- 14
functi, & assumere omnium iura cohærentia gradui repræ-
sentato, latè Robles *de repræsent. cap. 2. num. 5. & cap. 10. nu.*
9 & seq lib 1.

Nec ad excludendum Annam Mariam obstat, quod Te-
stator in primogenitura vocauerit masculos, & excluserit
expresse fœminas, † quia non indè sequitur eas quoque 15
voluisse excludere à fideicommisso separatim, & sub diuer-
sis conditionibus à primogenitura condito, imò dum fœ-
minas in fideicommisso expressè non exclusit, prout fe-
cerat, à primogenitura, † arguitur ab illo discretiuo mo- 16
do disponendi, quod vbi exclusionem non expressit, con-
sultò omiserit, vt in specie ad excludendam † repetitionem 17
masculinitatis appositam in gradibus præcedentibus aduer-
tit Bolognett. inter *con. Alex. 53. num. 17. lib 4.* Simon. de Pret.
cons. 90 sub num. 23. & 26. Altograd. *cons. 83. nu. 38. lib. 2.* Rota
dec. 151. num. 19. & 20. par. 5. rec. & in Camerinen. fideicommissi
17. Martij 1673. §. Altera, & 28 Iunij eiusdem anni §. neque ad
inducen. coram me, præsertim † cum militet diuersa ratio in- 18
ter fideicommissum, & primogenituram. † hæc enim, vt 19
plurimum fit pro masculis, & pro conseruatione agnatio-
nis, vt aduertit Rota *decis. 397. num. 4. & 398. nu. 4 & 15. par.*
15. rec. Spada *cons. 236. num. 2. lib. 3.* propterea non sequitur,
quod voluerit etiam disponere in fideicommisso, & ad ex-
cludendam repetitionem † satis est probabilem rationem 20
differentiæ reddi posse, cur plus in vno, quàm in alio casu
fuerit apposita qualitas masculinitatis, Alex. *cons. 138. num.*
11. lib. 6. Altograd. *d. cons. 83. num. 77. lib. 2.* Mantic. *de coniect. lib.*
6. tit. 13. num. 8. Rota *dec. 344. num. 3. par. 2. & decis. 131. num. 23.*
& 24. par. 5. rec.

Neque releuat, quod Testator post primogenituram or-
dinatam, & conditum fideicommissum cogitans casum
confiscationis propter delictum priuauerit delinquentem,
declarans se id facere: Perche li suoi beni si conseruino
nelle persone degl'heredi instituiti, e sostituiti, e loro linee,
e descendenti tanto nella primogenitura, come nella he-
redità come sopra. Vndè inferebant Informantes pro An-
gelo, quod sicut a primogenitura excluduntur fœminæ,
ita quoque videantur exclusæ † à fideicommisso, quia 21
huiusmodi verba nil aliud important, nisi quod bona con-
seruentur in personis, & lineis, quas supra expresserat in
primogenitura, & fideicommisso, † singula singulis con- 22
gruè referendo, ac retentis terminis vtriusque dispositio-
nis † iuxtà naturam dictionis relatiuè *come sopra,* Greg. *dec.* 23
433 nu. 9. & 10. Dunoz. *decis. 364. num. 14.* benè ad propositum
nostrum Merlin. *decis. 429. num. 4. & 5.* proinde dici non po-
test, quod Testator per talem prouisionem captam in casu
† delicti, dispositiones separatim ordinatas confunderit, 24
& alterauerit, Giouagn. *cons 93. num. 16. lib. 1.*

Tandem Angelo non suffragantur verba codicillorum,
in qui-

in quibus Testator dixit: *li quadri fame nel fidei commisso di ca-*
25 *sa*; † quia cum huiusmodi verba stent solum relatiuè, &
demonstratiuè ad fideicommissum vniuersale iam factum,
& contradistinctum à primogenitura, ideò ex illis nequit
colligi Testatorem prædictas dispositiones voluisse immuta-
26 re, † & sic in nihilo illa præiudicarant Annæ Mariæ, sed
intelliguntur, prout in testamento, in quo etiam ipsam
fuisse vocatam constat, vt punctualiter respondit Hooded.
cons. 56. num. 30. & seqq. lib. 2.

Et decisum est, vtraque Parte informante.

R. P. D. E M E R I X.

Romana Fideicommissi Ioannis Podiani de Ferratinis.

Veneris 4. Iunij 1677.

A R G V M E N T V M.

Defectus Commissionis Rotalis, qui illius sententiæ nullitatem importat, hic non obstare deciditur, quia prosequuta erat causa in gradu appellationis, quam sine noua commissione prosequi potuit hæres, vel proximior eius, qui fuerat admissus ad illam; Rursùs de identitate bonorum tractatur, quæ ex confessione, & transactione facta à grauato dicitur sufficienter probata.

S V M M A R I V M.

1 *Validitas sententiæ resultat ex reuolutione actorum.*
2 *Sententia Rotalis lata sine speciali commissione remanet nulla, limita, seu declara, vt num. seqq.*
3 *Rotæ tribuitur iurisdictio per specialem commissionem causæ.*
4 *Causa introducta super duobus fideicommissis, super quibus etiam fuit pronunciata sententia, ita quoque super vtroque fideicommisso ad iudicem appellationis deuoluitur.*
5 *Filius potest prosequi causam à patre super fideicommisso introductam, tam vti hæres, quam vti ex propria persona vocatus.*
6 *Iustitia sententiæ deducitur ex decisionibus in causa factis.*
7 *Identitas bonorum fideicommissi probatur ex transactione à possessore facta, in qua dd. bona fideicommissaria enunciantur.*
8 *Identitas bonorum fideicommissi semel à possessore, in transactione, vel aliter confessata, amplius impugnari non potest.*
9 *Confessione propria nulla maior datur probatio.*

D E C I S I O LXXXI.

IOannes Podianus Ferratinus in vltimis Tabulis hæredes
scripsit quinque eius filios, nempè Baldum, Zephi-
rum, Simonem, Fuluium, & Fabritium, eorumque
hæredes, & successores, cum reciproca sobstitutione su-
peruiuentium in portione decedentis sine filijs, & vocatio-
ne proximiorum de domo, & familia in casu deficientiæ
omnium; cumque primo loco obijssent Zephirus, & Bal-
dus sine filijs, & successiuè Fabritius cum filijs, ac deindè
etiam Fuluius sine filijs, superstite adhuc Simone Patre
Caroli, fuit eidem prænia decisione edita sub die 4. Decem-
bris 1673. à Reuerendo Patre Domino meo Calataio con-
cessa immissio per sententiam Rotalem, postmodum con-
firmatam, præcedentibus alijs tribus decisionibus in secun-
da instantia à Reuerendo Patre Domino meo Taia; Vndè
interposita rursùs appellatione, Causaque mihi commis-
sa, consului de more Dominos: An hæc vltima esset con-
firmanda, vel infirmanda.

Et pro confirmatione prodijt resolutio, quia validitas
1 visa fuit sufficienter resultare † ex reuolutione actorum,
non obstante defectu iurisdictionis alias deducto coram Re-
2 uerendo Patre Domino meo Taia † sub colore, quod sen-
tentia Reuerendi Patris Domini mei Calataiu prolata fue-
3 rit sine speciali commissione, † per quam Rotæ tribuitur
iurisdictio, quia cum ad instantiam Ioannis Iunioris filij
Fabritij priùs introducta fuisset Causa coram Auditore Ca-
meræ tam super hoc fideicommisso, quàm super alio cla-
ræ memoriæ Cardinalis Bartholomæi contra Auctores
Ioannis Baptistæ possessoris bonorum vtrique fideicommis-
so subiectorum, latèque ab eodem Auditore Cameræ sen-
tentia comprehendens vtrumque fideicommissum, † & 4
deindè commissa Causa in Rota cum clausulam *quam*, &
quas, atque ad illam admissus Simon Pater Caroli, benè
potuit Carolus absque alia commissione tam vti hæres Pa-
tris, † quàm vti proximior de Domo, & Familia sine 5
noua commissione prosequi iudicium super vtroque fidei-
commisso ad Rotam deuolutum, vt latè responsum fuit
coram eodem Reuerendo Patre Domino Taia diebus 24.
Ianuarij, * & 4. Maij 1676.

Iustitia verò liquet ex ijsdem decisionibus, † in quibus 6
reiectis prætensis detractionibus propter omissionem In-
uentarij, & alienationem magnæ quantitatis bonorum,
plenè comprobata fuerunt fideicommissum, & illius
purificatio primò in persona Simonis, & deindè in per-
sona Caroli eius filij, & proximioris de Familia, ac
etiam bonorum identitas, † quæ hodie magis corro- 7
borari visa fuit ex Instrumento transactionis initæ inter
supradictos Ioannem Iuniorem filium Fabritij, & Ioan-
nem Baptistam reum conuentum, in qua sub cer-
tis conditionibus conuenta fuit dimissio controuersorum
bonorum per eundem possessorum vti suppositorum fidei-
commissis Io. Podiani, & Bartholomæi Cardinalis, præ-
sent i Summario *numera vnica*, itaut non rectè hodie eadem
identitas † per Ioannem Baptistam in controuersia dedu- 8
catur, contra propriam confessionem, † qua nulla ma- 9
ior datur probatio, ad Textum *in capite per tuas de proba-
tionibus, & in l. cum se Cod. de transact.* aliosque concor-
dantes.

Et ita, Carolo tantùm informante, & Ioanne Baptista pluribus citationibus lacessito, resolutum fuit &c.

Plures decisiones in hac Causa emanatas concordauimus supra in alio præcedenti tomo 2. alterius partis 18. quæ ibi est in ordine 63 t. cæteræ verò si quæ deficere videntur fuerunt omissæ, quia nimis breues decisiones visæ sunt.

R. P. D. R O N D I N I N O.

Nouarien. Beneficij.

Veneris 4. Iunij 1677.

A R G V M E N T V M.

Iuspatronatus gentilitium prætendebatur, siue quia soli masculi præsentassent, siue etiam quia sic à Pontifice in literis Apostolicis nuncuparetur, sed pro qualitate hæreditaria deciditur ex præsumptione iuris, ac etiam, quia præsentatio masculorum non obstabat, cum non doceretur extitisse fœminas, præsentare voluisse, fuisse reiectas, & reiectioni acquieuisse, maximè, quia aderat quoque Statutum exclusiuum fœminarum; expresso vero Pontificis, nec officere poterat, cum in ea diceretur tantummodo illud spectare ad aliquos de familia, quod qualitati hæreditariæ non repugnat.

S V M M A R I V M.

1 *Arbitrium regulatur à iure, & ideo non intrat pro retardatione literarum Apostolicarum, si illæ fuerint iustificatæ.*
2 *Quasi possessio præsentandi attenditur ad probandam pertinentiam iurispatronatus.*
3 *Productio facta de scriptura informi non probat, licet producens asserat illam concordare cum suo originale.*
4 *Iuspatronatus præsumitur hæreditarium, non autem gentilitium, amplia, vt num. seqq.*
5 *Iuspatronatus non probatur gentilitium ex præsentatione masculorum, nisi doceatur extitisse fœminas, eas præsentare voluisse, fuisse reiectas, & reiectioni acquieuisse.*
6 *Masculi soli iuxta votum parentum præsumuntur, quod fuerint hæredes.*

7 Ma-

7 *Masculi non autem fœminæ stante Statuto exclusiuo fœminarum, admittuntur ad præsentandum.*
8 *Fœminæ ex Statuto Nouariæ stantibus masculis, remanent à successione exclusæ.*
9 *Beneficium si in literis Apostolicis dicitur spectare ad aliquos de familia, non ideo excluduntur, quod illi fuerint hæredes.*
10 *Hæres licet aliquis sit, adhuc dicitur de familia.*
11 *Fundatio alicuius beneficij pro solis masculis, non infert aliud simile beneficium tantummodo masculis fuisse reseruatum.*
12 *ex Diuersis non fit illatio.*
13 *Literæ Apostolicæ stante iustitia narratorum possunt etiam in gradu appellationis executioni demandari, quamuis prior executio pro illis concessa fuisset nulla.*
14 *Rotæ Romanæ spectat adiudicatio beneficiorum.*

DECISIO LXXXII.

ARbitrium non intrare DD. responderunt pro retardanda executione literarum Apostolicarum, quas
obtinuit cum derogatione medietatis vocum Patronorum,
Ioannis Andreas Torniellus, habens, vt expressit, alteram medietatem ex præsentatione de se ipso facta ab
Octauia eius matre, quam vti legitimam Patronam admiserunt in eorum sententijs ordinarijs, & postea Metropoli-
1 tanus, quia cum arbitrium reguletur à iure, † non habet locum quando prout hic literæ sunt iustificatæ quoad narrata
ex vulgata regula desumpta ex *cap. si cap. de concess. præben.* Rot. *in rec. p. 13. decis. 73 nu. 1. & 5. Peuting. dec. 402. nu. 1. & 2. cum seq* Zarat. *dec. 101. nu. 3. & seqq. & in Alexandrina Archipræsbyteratus 11 Martij 1676. coram me.*

Cum enim ex iuribus datis in Summario Io: Andreæ
probetur Parsque non negaret vacationem Beneficij per
obitum Gabrini mense Decembris 1673. Clericatum Io:
Andreæ, eiusque præsentationem factam ab Octauia matre, valorem per non excessum in 24. & vna cum incertis 100. ducatorum auri de Camera, atque Iurispatronatus
existentiam, restricta solum fuit difficultas ad medietatem vocum, & ad competentiam Iurispatronatus ipsi Octauiæ, in quibus visum est Io: Andream Torniellum ab Octauia matre præsentatum, vocum medietatem habere,
quia cum Iuspatronatus pro pluribus personis reseruatum
redactum sit in duas personas nempè in Iosephum auum
Enrici, & Io: Baptistæ, quorum vterque diuersam personam hodie præsentauit, & in Io: Franciscum auum Octauiæ, quæ præsentauit filium, vtique Octauiæ competit
medietas vocum; Enrico vero, & Io: Baptistæ altera medietas, omnesque descendunt à personis, quæ in vltima
vacatione fuerunt in quasi possessione præsentandi, Octauia
scilicet vti filia Io: Andreæ, & donataria Octauij eius
Patrui, & Enricus, ac Io. Baptista tanquam filij Caroli
2 Summario Io. Andreæ *nu. 9. & seqq.* † quæ vltima quasi possessio ad hunc effectum attenditur Molin. *de Primog. Hispan. lib 3. cap. 7. num. 7.* Rot *coram Greg. decis. 349. nu. 1. & seqq. vbi* Adden *litera A. & coram Royas decis. 254. num. 4. & in rec. par. 13. decis. 73. num. 13.*

Quo verò ad competentiam ipsius Iurispatronatus, quamuis diceretur illud esse gentilitium de familia Torniella pro solis masculis ad exclusionem Octauiæ filiæ, adhuc tamen cum non ostendatur originale instrumentum
fundationis, seu dotationis, in quo fuit reseruatum iuspatronatus, sed tantum adducatur quædam productio cuiusdam instrumenti, de quo hodie non constat, &, quod
ipsemet producens asseruit non esse authenticum, sed in-
3 forme, & laceratum, † non videtur propterea standum
assertioni eiusdem producentis, quod eius tenor talis, &
talis sit non exhibita scriptura producta, & quidem authentica, ideoque cum exceptio illa plene non probetur, visum est standum regulæ, iuxta quam iuspatronatus iudi-
4 catur hæreditarium, † non autem gentilitium Clemen. *plures de iurepatr.* *Lambert. de iurep. par 2. lib. 1. qu. 1. princ art. 25. num. 19. & 20.* Peregr. *cons 27. num. 1. vol 2.* Tondut. *quæst. benef. par. 1. cap. 32. n. 3.* Rot. *rec. par. 9. dec. 187. n. 1. & 2. & p. 13. dec. 73. nu. 15. Duran. dec. 285. nu. 7. Reuerendissimus Ninot. dec. 12. nu. 16. & in Piscien. Beneficij 20. Feb. 1669. in fin. coram bon. mem. Priolo.*

Non attentis Præsentationibus factis à solis masculis,
sine qualitate hæreditaria, quia adsunt etiam Præsentationes aliquæ d. qualitatem exprimentes, & quia non probatur, quod fœminæ extiterint, voluerintque præsentare, & fuerint reiectæ, ac reiectioni acquieuerint, † quia potest es- 5
se, quod nullus ex Patronis fœminis relictis decesserit, vel
quod probabilius est iuxta votum Parentum, † vt soli ma- 6
sculi fuerint hæredes iuxta *consil. Alder. 12. & 13. in fin. de iurepatr. Feriet. cons. 132. numer. 3. vol. 1.* Rot. *rec. par 5. decis. 288. num. 6. & par. 13. dicta decis 73. num. 16. & seqq.* Merlin. *decis. 789. nu. 9. & Emin. Ottbob. decis. 3. n. 11.* Vbald. *decis. 605. num. 14. par. 5.* vel denique, quia extiterint masculi in concursu
fœminarum, † quibus existentibus ob Statutum Nouariæ 7
filiarum exclusiuum, † non fuisset admissæ ad præsentan- 8
dum, vt in proposito Rota *coram Reuerendissimo Ninot. decis. 57. num. 12.*

Enunciatiua autem emissa in literis Apostolicis Sixti
V. non dicit Beneficia esse pro solis masculis, sed spectare ad illos de familia de Torniellis, † quæ verba intelligun- 9
tur demonstratiuè, non autem taxatiuè cum exclusione
qualitatis hæreditariæ, † quia etiam hæredes sunt de fami- 10
lia de Torniellis Rot. *rec. par. 5. dicta decis. 288. num. 6. & seqq. & num. 15. & par. 13 dictæ decis. 73. num. 15. & seq Duran. decis. 173. num. 3. Em. Ottbob. dicta decis. 3. nu. 10. Reuerendissimus Ninot. dicta decis. 27. num. 8.*

Neque his resistit fundatio † alterius Beneficij facta ab istis 11
de familia Torniella pro solis masculis, † quia ex diuersis 12
non fit illatio vulgata *l. Papinianus ex vls. ff. de minor.* & in
propositio Rot. *coram Duran. dicta decis. 173. in fin.*

Quæ autem dicebantur circa nullitatem executionis literarum Apostolicarum fauore Io: Andreæ, visa sunt
sublata ex responsionibus datis ab informantibus pro ipso, præsertim ex eo, quod iam possessio fuit sequestrata ex Decreto Eminentissimi Præfecti Signaturæ, vel saltem extranea esse in proposito, quia quatenus nullitas exe-
cutionis subsisteret, † stante iustitia narratorum potest ex 13
integro literis Apostolicis executio concedi ab ipsa Rota, † 14
cui ipsorum Beneficiorum adiudicatio permittitur in *Clemens. Auditor. de rescript* & alijs relatum dictum fuit in dicta *Alexandrina Archipresbyteratus 11. Maij 1676. §. fin. coram me.*

Et ita vtraque parte informante resolutum fuit.

REVERENDISS. D. ALBERGATO.

Sacræ Rotæ Decano.

Romana Augumenti Dotis.

Lunæ 14. Iunij 1677.

ARGVMENTVM.

Adducitur intellectus *Sixtinæ Constitutionis* super moderatione dotium, quod nempe illa habeat locum etiam in Magnatibus, & procedat adhuc in quocumque augumento dotis facto à marito in fauorem suæ vxoris, quod augumentum non remanet comprehensum à derogatione eiusdem Constitutionis restricta ad solam dotem, prout, nec minus ab alia derogatione pro secundo matrimonio concessa, in quo illud fuerat expressum, quia hoc non tollit nullitatem eiusdem augumenti, in primæua constitutione dotis eiusque derogatione non expliciti.

SVMMARIVM.

1 *Constitutio* Sixtina *prohibens assignari dotes vltra summam ab ipsa taxatam habet locum etiam in Magnatibus, & contrarias promissiones annullat.*
2 *Obligatio est mater actionis.*
3 *Actione carens mandatum aliquod obtinere non potest.*
4 *Constitutio* Sixtina *quatenus procedat in augumento dotis, seu supra dote, quæ fauore mulieris constituitur à viro, & nu. seqq. ac per totam.*
5 *Dotis augumentum, seu supra dos, quæ à viro assignatur vxori non dicitur vera dos, sed appellatur donatio propter nuptias, aut sponsalitia largitas.*
6 *Verbum* sopradote *nihil aliud est, quam augumentum dotis.*
7 *Augumentum dotis sortitur, & sequitur naturam dotis.*
8 *Constitutio* Sixtina *prohibet, & interdicit quemcumque modum*

dum augendi dotes mulierum, etiam à quibuscumque personis.

9 *in Matrimonio contrahentes sunt vir, & vxor.*

10 *Verba Constitutionis cui conueniunt, eidem quoque conuenit illius dispositio.*

11 *Verbum* donatione *loquens de coniugibus comprehendit donationem factam ante, vel propter nuptias.*

12 *Sponsalitia largitas nihil aliud est, quam donatio.*

13 *Dotium moderatoriæ Constitutiones tendunt ad publicam vtilitatem, nè depauperentur familiæ.*

14 *Casus omnes, qui subiacent eidem rationi sub eadem Constitutione, vel lege continentur.*

15 *Comprehensio, quæ fit ex identitate rationis est potius enucleatio, seu declaratio.*

16 *Constitutio* Sixtina *super moderatione dotium prohibet etiam munera inter sponsos, & donationem vestium.*

17 *Donatione minoris quantitatis prohibita, multo magis dicitur prohibita maior præsertim ingentis summæ.*

18 *Statuti, seù Legis vna pars declarat aliam.*

19 *Donatio propter nuptias, an requirat solemnitates Statuti.*

20 *Dotis augumentum à viro vxori constitutum vltra summam* Sixtinæ Constitutionis, *remanet nullum, si eidem Constitutioni derogatum non sit.*

21 *Dispensatio* Sixtinæ Constitutionis *facta super sola dote, non comprehendit illius augumentum, de quo dispensatio non loquitur.*

22 *Concessum non censetur plus eo, quod fuit in supplicatione petitum.*

23 *Scriptura quælibet facta contra formam* Sixtinæ Constitutionis *moderatoria dotium est ipso iure nulla, si Beneplacitum Apostolicum reseruatum non sit.*

24 *Dispensatio* Sixtinæ Constitutionis *non suffragatur, si in ea expressum non sit dotem fuisse præcedenter constitutam.*

25 *Papa non dicitur voluisse sanare nullitatem, quam ignorabat.*

26 *Scripturas conficiendi facultatem concedens, non dicitur conualidasse scripturas iam factas.*

27 *Facultas recipiendi, & retinendi alicui concessa, non intelligitur de eo, quod nec recipitur, nec retinetur.*

28 *Verbum* retinere *in marito comprehendit etiam augumentum dotis, ab eo constitutum, & remanens penes ipsum pro oneribus matrimonij, declara, vt ibidem, & numer. seqq.*

29 *Augumentum dotis à viro vxori promissum in casum sui prædecessus, eo viuente, peti non potest.*

30 *Dispensatio non comprehendit id, quod illius verbis non conuenit, nec continetur in eis.*

31 *Dispositio non habet locum in casu, in quo verba non conueniunt.*

32 *Derogatio* Sixtinæ Constitutionis *super moderatione dotium de facili conceditur cuicumque illam petenti.*

33 *Dispensatio licet faciliter obtinenda, peti tamen debet, alioquin non censetur concessa, sed omnia nulla fiunt.*

34 *Dispensatio Constitutionis* Sixtinæ *pro secundo matrimonio obtenta, non conualidat dotem constitutam in primo.*

DECISIO LXXXIII.

MAndatum petitum ab Excellentissima D. Ducissa Lucretia Columna pro augumento dotis scutis 50000. constituto à clar. mem. Duce Bassanelli, eius primo viro, & ab Excellentissimo D. Principe Carboniani illius Patre, & Socero respectiuè non esse relaxandum firmauit Rota me proponente sub die 8. * Februarij proximi præteriti; in qua resolutione hodie quoque Domini per-
1 manserunt iterum fundati in Constitutione Sixtina † prohibente dotes etiam magnatum extendi vltra quantitatem scutorum 5500. ac irritante quasuis promissiones, & obligationes in eo, quod d. summam excesserint, vt præter relatos in antecedenti *decisione §. huius resolutionis* aduertit Rota *coram Arguelles decis. 26. numer. 27.* quamobrem
2 sublata Principis, & Ducis obligatione, † quæ mater actionis nuncupatur, vt inquit text. *in licet §. ea obligatio ff.*
3 *de Procurat.* D. Ducissa remanet sine † actione, & consequenter mandatum executiuum obtinere non potest ad text. *in l. si Pupilli §. videamus, & in l. quoties §. item ff. de negot. gest.* Rota *decis. 326. numer. 3. coram Amato Dunozetti.*

Nec subsistit casum de quo agitur non comprehendi sub Constitutione, ex eo, quia illa disponat de dote, quæ traditur viro à muliere, vel ab alia persona pro ea, non † autem de augumento, seù supradote, quæ non est 4
verè, & propriè dos, † sed appellatur donatio propter nu- 5
ptias, aut sponsalitia largitas iuxta *cons. Natt. 254. num. 7.* Rota *Bonon. decis. 112. numer. 14. Sanchez de matrimon. lib. 6. disp. 6. num. 5.* Rota *decis. 80. numer. 4. coram Merlino;* quia præter quod hic agitur de augumento dotis cum promittentes locuti fuerint per verbum † *Supradote*, quæ nil aliud est 6
quam augumentum dotis, quod naturam dotis sortitur, & sequitur vt firmat præterita *decisio*, & destinguit Rota *Romana dotis 2. Decembris proximi præteritis coram R. P. D. meo Vicecomite §. summa igitur in fine.*

Cessat motiuum ex verbis ipsis Constitutionis ibi — nè sia lecito à questo contrauenire per alcun patto &c. da farsi per li contrahenti ò altre persone &c. per causa, & occasione di accrescere somma di dote, ò in qualunque modo fare fraude à quest' ordinatione, ad effetto che il marito, ò la donna &c. venghino ad hauere più della detta somma &c. in alcun modo, ò via diretta, ò indiretta &c. tutto quello, che oltre le dette somme &c. sotto qual' colore si sia di donatione, parafreno, ò altro titolo etiam in persona della donna, quale similmente si proibisce; † 8
Vnde colligitur fuisse prohibitum, tàm mulieri, ac alijs pro ea promittentibus, quam ipsi viro alijsque personis vt innuunt illa verba — Da farsi per li contrahenti, ò altre persone, † nam contrahentes in matrimonio sunt 9
vir, & vxor, † ideo cum verba Constitutionis eis conue- 10
niant, eisdem quoque conuenit dispositio *l. quod constitutum ff. de milit. testam* latè Barbos. *axiomat. 222. num. 33.* ac etiam apparet ex alijs verbis generalibus, quæ subsequuntur — Sotto qual colore si sia di donatione, parafreno; ò altro titolo: † Illud enim verbum donatione comprehendit do- 11
nationem ante, vel propter nuptias, & sponsalitiam largitatem, † quæ nihil aliud est quam donatio Mantic. *de ta-* 12
cit. lib. 20. tit. 1. num. 2. Fontanell. de pact. nupt. clausf. 7. gloss. 1. par. 1. numer. 7. Castell. de donat. contempl. matrim. disc. 1. numer. 37.

Et alter intellectus nequit adaptari, sine violatione mentis Papæ conditoris; Ipsè enim Constitutionem edidit ad effectum tollendi ingentes dotes, quæ constituebantur, & resecandi superfluos sumptus, qui occasione nuptiarum in huiusmodi donationibus, & muneribus profundebantur, ne inde Ciues imminuto patrimonio, & re familiari absumpta, ad paupertatem redigerentur contra publicam vtilitatem, † ad quam huiusmodi moderato- 13
rias, & pragmaticas tendere relatis Fontanell. *de pact. nupt. clausf. 5. gloss. 1. par. 1. num. 2. & Giurab. ad consuetud. Messan. c. 4. gloss. 5. par. 1.* notat *R. P. D. de Luca discurs. 17. de dote n. 11. & specialiter de Sixtina* Rota *decis. 160. num. 6. & 172. numer. 13. parte 8. recent.* quæ ratione Ciues depauperarentur militat, siuè promissio fiat ab vxore, siuè à marito, cum semper verum sit depauperari familiam illius, qui promittit; † Ideo vterque casus sub Constitutione intensiuè 14
comprehenditur, cùm ambo eidem rationi subiaceant Alderon. Mascard. *de general. Statut. Interpret. conclus. 4. numer. 59. & sequen. & num. 167.* vbi quod est potius enucleatio, † seù declaratio eiusdem casus, qui latebat sub ra- 15
tione expressa Cancer. *var. resol. parte 1. cap. 8. numer. 113.* Rot. *decis. 287. numer. 4. & decis. 471. numer. 10. coram Merlino.*

Clarior prædicta Papæ intentio prohibendi sponso apparet, ex eo, quod in eadem Constitutione sub titulo — Moderatione del donare nelle nozze dicitur. Item non sia lecito mandare alla Sposa il Natale alcun presente in robba, che ecceda il valore di scudi 20. & deinde; † 16
Item non sia lecito allo Sposo donare alla Sposa più di doi vesti, quali però non siano di drappo proibito, nàm si Sponso non permittitur donarè vltra istam exiguam summam, & qualitatem vestium, † multo magis censeri de- 17
bet prohibita donatio maioris summæ præcipuè, tàm ingentis qualis est ista scutorum 50000. † Vna enim pars Sta- 18
tuti, seù legis declarat alteram Rota *decis. 387. num. 31. par. 13. recent. & decis. 327. num. 8. coram bonæ memor. Cardinali Celso.*

Non obstat, quod hæc promissio, vtpotè concepta sub spe omnino incerta, & euentuali præmorientiæ viri non sortiatur naturam dotis, cuius nomen, & titulus soluto matrimonio euanescit, sed magis propriè accedat donationi ob causam; scilicet matrimonij, quia quidquid sit de † validitate huiusmodi donationum, quando deficiunt 19

sole-

solemnitates *Statuti Vrbis lib. 1. tit. 149. & seq.* satis est ,
20 quod promissio loquatur de supradote , † quæ continetur
in Sixtina , cui dum non fuit derogatum , promissio re-
mansit inefficax , vt præcisè aduertit altera *decisio §. fin.*

Minus suffragari potest ad substinendam huiusmodi pro-
missionem derogatio Sixtinæ obtenta à fa. mem. Alexan-
dro VII. quia cum fuerit Papæ narratum dumtaxat do-
tem esse ducatorum 10000. monetæ Neapolitanæ , nul-
21 la facta mentione huius augumenti , † non censetur cir-
22 ca illud dispensatum , cum non præsumatur † concessum
plus eo , quod fuit in supplicatione petitum Rota *decis.*
306. *numer. 2. par. 3. recent. & decis. 360. numer. 5. coram*
Cardinali Celso facilius , quia cum partes antecedentes
de eo scripturam confecissent , absque vlla reseruatione
23 Beneplaciti Apostolici , † & ipsa scriptura esset nulla ipso
24 iure , vt disponitur in † Sixtina erat necessarium expo-
nere Papæ , quod illa præcesserat supplicationem , aliàs
non potest dici , quod Papa sanare voluerit nullitatem ,
25 quam † ignorabat Rota *coram Coccino decis. 234. numer.*
5. & decis. 139. numer. 6. parte 15. recent. Idque magis fit
euidens ex eo , quod concedens licentiam conficiendi scri-
29 pturas , † noluit conualidare iam facta Gizzarell. *decis.*
67. numer. 3. & ibi Balthassar. de Angelis numer. 2. & Io-
seph. Mele numer. 5. vltra adductos in *alia decis. §. quod fa-*
cilius . Eoque fortius , quia Papa tribuens facultatem
27 Duci dotem prædictam recipiendi , & retinendi , † certè
non intellexit de augumento , quod vtique ab eo non re-
cipiebatur ad rem Rota *Bonon. decis. 112. nu. 33.* nil aduer-
sante , quod verbum *retinere* verificari valeat in hoc au-
gumento , ex quo Dux illud pro substentatione onerum
28 matrimonialium apud se retinere debuisse , † quia id ad
summum procedere posset si augumentum purè ab initio
fuisset constitutum , ita vt matrimonium durante D. Du-
cissa tantam dotem in dominio , & bonis habere dicere-
tur ; sed cum consisteret dumtaxat in spe omninò euentua-
29 li , & promissione conditionali † præmorientiæ , propte-
rea ante euentum conditionis nulla actio viuente Duce
competebat , sed solum contra illius hæredes , casuo quo
ipsum prædecedere contigisset Gabr. *cons. 141. num. 5. vers.*
tamen lib. 1. Gomes. var. resol. lib. 2. cap. 11. num. 21. Rota *de-*
cis. 40. numer. 4. apud Merlin. de pignor. & decis. 356. nu-
mer. 14. parte 12. recent. & proinde cum verba illa dis-
pensationis - recipere , & retinere non possint applicari
huic supradoti , quam maritus non recipiebat , nec po-
30 terat retinere , † vtique nec applicatur dispensatio, cum
non solum in dispensatione , sed in qualibet alia dispositio-
31 ne sit regulare , † quod si non conueniunt verba , non
habet locum dispositio Barbos. *axiom. 73. num. 16.*

Tandem non releuat , quod si Papa sciuisset , dispen-
32 sasset , cum passim concedatur derogatio Sixtinæ , † cui-
cumque illam petenti Rota *coram Millino decis. 433. num 13.*
& in recent. decis. 93. num. 11. parte 14. quia nihilominus im-
33 petrari debet , † alias ea non obtenta promissio remanet
nullius roboris , & non exercibilis iudicio , vt in fortio-
ribus terminis , quod dispensatio obtenta pro secundo ma-
34 trimonio , † non conualidet dotem constitutam in primo
Rota *in Romana , quarti dotalis de Atticis 4. Iulij 1636. §.*
nec obstat coram bo. mem. Buccabella , & firmat præterita *de-*
cisio , in qua hodie esse persistendum decisum fuit . Vtraque
parte informante .

Supra in hac eadem parte 19. adest altera præsentis causæ de-
cisio, quæ hic confirmata est coram eodem Reuerendissimo D. Al-
bergato Decano , & est in ordine 58.

R. P. D. CALATAIV.

Romana Collectæ.

Lunæ 14. Iunij 1677.

ARGVMENTVM.

Patres nostri manducauerunt vuas acerbas, & dentes filiorum obstupuerunt, hoc iterũ verificari prætendebatur in pauperibus Calceolatijs nouiter ad suam Vniuersitatem admissis , illos obligando ad collectam impositam pro emenda domo , & in eam adducenda aqua , cuius causa cum visa fuerit , vel solum vtilis, aut omnino voluntaria, ipsos non amplius d. domum possidentes, minimè teneri deciditur.

SVMMARIVM.

1 *Causa emendi domum , & in ea introducendi aquam dicitur merè voluntaria, & num. 12.*

2 *Causa ædificandi domum est necessaria .*

3 *Vniuersitatis homines nouiter admissi non tenentur ad debita vtilia , seu voluntaria à sua Vniuersitate contracta , sed solum ad debita necessaria, & num. seqq.*

4 *Voluntarium debitum ab initio ex post facto efficitur necessarium , & quando .*

5 *Sententia non comprehendit , nec potest comprehendere aliquas personas , si eas comprehendendo remaneret iniusta .*

6 *Sententia non inducit nouam obligationem , sed tantum declarare potest, quid de iure debeatur .*

7 *Transactio non nocet illis, qui in ea non interfuerunt, nec se obligarunt .*

8 *Transactio non potest efficere necessarium , quod à principio erat merè voluntarium .*

9 *Maior pars Vniuersitatis ex causa vtili potest obligare omnes de Vniuersitate respectu rerum ad ipsam Vniuersitatem spectantiam .*

10 *Successores Vniuersitatis pro illius debitis non tenentur , nisi quatenus illa fuerint necessaria , non autem simpliciter vtilia .*

11 *Doctrinæ in diuersa casu loquentes non applicantur alteri casus controuerso, & supra num. 6.*

12 *Obligatio contracta pro emenda domo dicitur merè voluntaria , & non obligat successores , & supra numer. 1. & seqq.*

DECISIO LXXXIV.

PRæuijs quatuor decisionibus prima coram Eminentis-
simo Cerro , & alijs tribus * coram R. P. D. meo
Rondinino in eius locum subrogato , emanauit senten-
tia declarans Calceolarios de nouo post transactionem ad-
missos ad Vniuersitatem non teneri ad debita , ab eadem
Vniuersitate contracta pro emendis domibus , & in illis
introducenda Aqua Paula ; cum autem ad instantiam
creditorum fuisset mihi commissa causa appellationis, pro-
posui Dubium : An sententia Rotalis sit confirmanda ,
vel infirmanda ; & Domini confirmandam esse, dixerunt ,
tamquam validam , & iustam.

Validitas non fuit controuersa , Iustitia vero resultat
ex optimis fundamentis relatis , in dictis quatuor decisio-
nibus semouentibus omnia obiecta , quæ hodie ab infor-
mantibus pro creditoribus repetebantur , Nam cum nul-
la vrgente necessitate Vniuersitates contraxerit ista debita
pro emendis domibus , † & ducenda ibidem Aqua Paula, 1
quæ dicitur causa merè voluntaria . Bart. *l. §. quod si nemo ff.*
quod cuiusq; vniuersit. nomen. Nate. *cons. 215. num. 4. vers. secus*
si imponerent pro facienda † domo Bursatt. *cons. 159. num. 9.* 2
Gsat. *decis.* March. 217. *num. 5.* Thesaur. *decis.* 258 *numer* 4.
Criuell. *dec. Dolan. 11. n. 26.* ad illa non tenentur Calceolarij
de nouo ad Vniuersitatem admissi , † qui non tenentur nisi 3
ad debita necessaria *l. prouidend. 23. C. de Decurion. lib. 10.*
Bald. *in l. 1. num 2. ff. de magistr. conuen. Imol. in l. 4. n. 3. in fine*
ff. de re iudic. Purpurat. cons. 428. nu. 84. vol. 2. Bursatt. *d. cons. 159.*
num. 8. Natt. *d cons. 215. num. 4. & sequen. Camer. var. resol. par. 3.*
cap. 3. num. 135. Klocb. de contribut cap. 6. num. 106. Thesaur. *dec.*
257 num. 6. Criuell. *d. decis. 11. numer. 25.* cum alijs adductis in
dictis decisionibus.

Non obstat , quod collecta pro soluendis dictis debitis,
imposita fuerit postquam emanauit sententia Iudicis , &
post rescriptum Sanctissimi , cuius vigore fuit etiam transa-
ctum cum creditoribus , † ideoque licet ab initio debi- 4
tum fuisset voluntarium ex post facto euasit necessarium;
quia vt aduertunt præcedentes decisiones sententia Iudicis
non comprehendit nouiter admissos , nec potuit compre-
hendere , † quia fuisset notoriè iniusta, dum pro debita me- 5
rè voluntaria non poterant isti collectari ex authoritatibus
supradictis , & sententia non inducit nouam obligationem,
† sed tantum declarare potest quod de iure debetur *l. sicut. 8. §.* 6
sed si ff. si seruit. vindic. l. qui id 34. ff. de donat. l. adeo 7. §. cum
quis ff. de acquir. rer. domin. Scacc. de sent. & re iudicat. Gloss.
14. quæst. 22. num. 2. Minusque illos comprehendere potuit
rescriptum Sanctissimi, qui ad effectum imponendi collectam
causam

causam in Rota commisit prout de iure, quo inspectn non
poterant collectari pro debito, quod à suo origine fuit vo-
7 luntarium ex supra firmatis. † Transactio vero non nocet
illis, qui in ipsa interfuerunt, & non se obligarunt, nec
sunt heredes transigentium, minusque potest efficere ne-
cessarium, quod ab origine erat voluntariom in eorum præ-
8 iudiciom, † vt pluribus firmat postrema decisin coram
R. P. D. meo Rondinino.

Minus refragatur obiectum, in quo informantes pro creditoribus valde insistebant, videlicet, quod cum contractus emptionis domorum, & aquæ fuerit vtilis, ex eo remanserunt obligati omnes successores, quoniam Do-
9 ctrinæ ad id allegatæ, † loquuntur in diuersis terminis,
nempe, quod gesta a maiori parte Vniuersitatis ex causa
vtili obligant omnes de Vniuersitate respectu rerum, quæ
ad ipsam Vniuersitatem de eo tempore spectarent. At in
casu nostro agitur de obligandis personi successorum, vt
de proprio teneantur pro contractibus antecessorum, in
qua specifica quæstione eum habeamus receptam senten-
tiam de qua supra, & in antecedentibus decisionibus fir-
matam, videlicet, quod successores non teneantur nisi
10 in casu obligationis † necessariæ, non autem vtilis, seu
voluntariæ, hoc casu non applicantur dictæ doctrinæ in di-
11 nersin casu loquentes; † Et de obligatione contracta pro
12 emenda domo, † quod tamquam causa voluntaria non
obliget successores puntualiter loquitur Natt. *cons. 215. num. 4. versic. secus si imponerettur*, quem plerique alij ex allegatis sequuntur.

Et ita, vtraque Parte informante resoltum fuit.

Plurimas decisiones in hac causa emanasse constat ex omnibus ferè præcedentibus partibus, in quibus illæ suus impressæ & pro maieri parte adnotatæ in indice partis 18. tom. 1.

REVERENDISS. D. ALBERGATO
Sacræ Rotæ Decano.

Ferrarien. Tenutæ Diamantinæ.

Lunæ 14. Iunij 1677.

A R G V M E N T V M.

Nouatione fuisse inductam deciditur, quia per subsequutam assignationem bonorum, seu effectuum, visum est a prima venditione recessum, cum datio insolutum postea successerit, nulla protestatione, vel alia reseruatione facta, quæ proinde operabatur resolutionem præcedentis contractus, propter quod illius executio fuit omnino denegata; Hinc deciduntur plura de resolutione contractus, de dationibus insolutum, de materia regressus, & alijs etiam ex sequenti Summario, & Decisione videndis.

S V M M A R I V M.

1 *Nouatio, siue expræssa, siue tacita præcodentes conuentiones extinguit, & tollit.*
2 *Nouatio inducitur per dationem insolutum.*
3 *Contractus primus remanet nouatus, si in secundo traditur, vel promittitur res substantialiter diuersa à primo.*
4 *Venditio remanet sublata, & extincta per recessum ab ea factum de partium consensu.*
5 *Verbum cassando operatur, vt præcedens contractus, & instrumentum penitus sublatum, & extinctum remanserit, & num. 24. & seqq.*
6 *Emptor non potest penes se retinere rem, & pretium.*
7 *Regressui alias venditori competenti dicitur renunciatum per receptionem aliorum bonorum, & quittantiam generalem à venditore factam, & numer. seqq.*
8 *Verba generalia comprehendunt in specie prætentionem partis, dum alia non aderat prætensio, super qua illa verificari possent.*
9 *in Contractibus nullum verbum, imo nec sillaba debet remanere otiosa, superflua, & sine virtute aliquid operandi.*
10 *Debitor per dationem insolutum à quacumque obligatione remanet liberatus.*
11 *Pacto resolutiuo, seu conditioni redeundi ad primæua iura, vel bona vendita, dicitur renunciasse, qui aliud insolutum recepit.*
12 *Receptio pretij quatenus operetur renunciationem pacti redeundi ad primæua iura, & num. anteced. & seqq.*
13 *Pactum legis commissoriæ est illud, quod si pretium intra certum tempus non soluatur, res sit inempta, & numer. seqq.*
14 *Contractus, vt subiaceat dispositioni legis commissoriæ, quid requiratur.*
15 *à Pacto resolutiuo per generalem renunciationem, seu quietantiam dicitur recessum, etiam si adhuc non fuisset purificata conditio.*
16 *Pacto resolutiuo dicitur à venditore renunciatum si ipse petijt bona sibi insolutum assignari, eaque sine protestatione recepit, & vsque ad obitum pacificè possedit.*
17 *Dationem insolutum recipiens protestare debet, & reseruare sibi iura, alioquin illis dicitur renunciare.*
18 *in Contractu nouante non censentur repetitæ conditiones, & pacta in contractu nouato ex conuentione partium apposita.*
19 *Relatio instrumenti, & Notarij expressa in contractum nouato, non relationem, sed assertionem, & simplicem narratiuam important.*
20 *à Conditione, & resolutione contractus per subsequens instrumentum censetur recessum, si de illis nulla mentio in eo facta sit.*
21 *Datio insolutum absolutè facta, non autem ad tempus important recessum ab omni præcedenti conditione, & resolutione contractus.*
22 *de Bonis sibi assignatis creditor disponens illa perpetuo insolutum recepisse declarat.*
23 *Fructus decurrendos bonorum sibi assignatorum si quis suo creditori cessit, pernecesse conuincit bona non ad tempus, sed perpetuo insolutum recepisse.*
24 *Regressus dicitur renunciatum si quis omnem præcedentem scripturam siue publicam, siue priuatam voluerit esse cassatam.*
25 *Incompatibile est quietantiam debitori facere, ac præcedentem scripturam esse cassatam, & super bonis velle simul habere regressum.*
26 *Obseruantia pacificæ possessionis bonorum assignatorum plurimum facit pro renunciatione regressus.*
27 *Voluntas creditoris mouendi litem suo debitori non resultat ab extractione iurium per eum facta, quæ ad alium effectum deseruire possunt.*
28 *ex Diuersis non fit illatio.*

D E C I S I O LXXXV.

INstrumentum venditionis Tenutæ Diamantinæ non esse exequendum coram me die 13. * Maij superioris anni Sacra Rota declaranit, quam resolutionem, Instante Canonico Frescobaldn, hodie verò examini subiectam, Domini confirmandam esse censuerunt, Iterum animaduertentes inter glor. memor. Ducem Mutinæ Franciscum, & quondam Carolum Mariam Frescobaldum intercessisse nouationem, quæ abstulit regressum ad Tenutam prætensam, quo casu Caroln Mariæ Emptori Constitutiones Apostolicæ non obstarent, & signanter illa, quam nouissime ediderat s. m. Innocentius X. super prohibitione alienandi bona Status Ecclesiastici in Forenses. Ac vlterius eundem Carolum Mariam prætenso regressui, & cuicumque conditioni resolutiuæ renunciasse.

Siquidem post rescissionem contractus mutuo consensu peractam in qua pro parte Ducis oblata fuit d. Frescobaldo restitutio pretij conuenti, eodem modo, quo solutum fuerat, seù concordatum de soluendo, vt in Summario impresso Serenissimi D. Ducis *num 3. in fine*, Idem Frescobaldus apud d. Ducem institit sibi tradi pro satisfactione omnium suorum creditorum bona, & effectus suæ satisfactionis, & de communi consensu obtinuit sibi dari insolutum pro scuta 67000. bona Gualterij, & pro scu. 49600. assignari annuos redditus scutorum 3100. per annos sexdecim in Terra Finalis exigendos; & eodem contextu finalem, & perpetuam quietantiam fecit, de omnibus creditis, & prætensionibus præsentibus, & futuris, quas habebat, & habere poterat occasione retrocessionis Diamantinæ, cas-

cassans, & annullans quaslibet scripturas publicas, & priuatas, ac promittens nihil amplius petere, & plenius in Instrumento publico dato in Summario D Ducis num. 9 ibi — *Assoluo libera, o quieta, sà fine assolutione, e liberatione finale, o perpetua in amplissima forma di ragione, il prefato Serenissimo Signor Duca generalmente dà tutti li crediti, o pretensioni, che hà ò possa hauere per la retrocessione del Possesso della Diamantina &c. cassando perciò, & annullando qualsiuoglia scrittura publica, e priuata &c.* Inde sequitur inductam fuis-
1 se nouationem, † quæ siuè tacitè, siuè expressè intercedat, præcedentes conuentiones, & pacta abrogat, & extinguit,
2 *§. Præterea instit. quib. mod. toll. oblig.* & in specie, † quod inducatur per dationem insolutum Nouar. *de dat insolut. sect. 1. qu. 11. nu. 1.* Dec. *cons. 464. num. 4. vers. tertio respondere potest lib. 2.* Alex. *cons. 72. num. 6. lib. 6* Surd. *cons. 145. n. 24.* Amat. *resol. 50. num. 4.* & si debitor promittat in secundo Contractu rem sub-
3 stantialiter diuersam à prima, † nouatum; esse priorem contractum dixit Rota *dec. 373. num. 43. vers. sed est mutatum par. 4. rec. & decis. 526. n. 14. coram Dunoz. Iun. & in Aueniònen. pecuniaria 16. Iunij 1664. §. Nouatio coram me.*

Quod maximè comprobatur ex illis verbis: *Cassando, & annullando qualsiuoglia scrittura*, quæ pernecesse important nouationem, dum per ea tolluntur omnia documenta, tam publica, quam priuata, itaut nihil amplius remaneat, quod possit executioni demandari pro effectuatione contra-
4 ctus venditionis, † cuius existentia sublata fuit, tum per recessum de consensu Partium sequutum iuxta text. *in l. 1. C. quand. lic. ab empt. disced.* Tum etiam per successiuam dationem insolutum cum dd. verbis: *Cassando &c.* quæ
5 † operantur, vt quodcumque Instrumentum præcedenter stipulatum sublatum penitus in radice, & substantia remanserit perindè, ac si nunquam fuisset celebratum, Cariteni. *cons. 128. num. 1. in princ. vers. quia dictum Instrumentum, & num. 2. in fine lib. 2.* Surd. *cons. 145. num. 28.* Cancer. *var. resol. par. 2. cap. 3. num. 34.* Rota *coram Merlin. decis. 463. n. 16. in fine, & num. 17. & decis. 298. num. 7 & 337. numer. 3. coram Peutinger.*

Nec ad excludendum nouationem facit, quod ex Instrumento retrocessionis Tenutæ D. Dux interpretatiuè, & virtualiter duplicem obligationem contraxerit, alteram conditionalem. Iterum tradendi Tenutam Carolo Mariæ, quatenus huic non resisterent Constitutiones Apostolicæ,
6 & alteram putam scilicet restituendi pretium, † ne interim conditione pendente illud vna cum re apud ipsum ipsum permaneret, contra æquitatem text. *in l. curabit C. de act. empt.* & quoad istam fuisse nouatam mediante datione insolutum, & quietantia admittebant informantes pro Canonico, non autem, quo ad aliam, de qua mentio facta non legitur.

Quoniam quidquid sit de hac distinctione, Responsum fuit Instrumentum dationis insolutum cum finali, & perpetua quietantia, & absolutione comprehendere, tum conditionem resolutiuam, quatenus obstent Constitutiones Apostolicæ, tum obligationem restituendi pretium, dum loquitur generaliter, tam de creditis quam de prætensionibus, quas Carolus Maria habebat, & habere poterat pro retrocessione Tenutæ, & pro omnibus factum fuit pactum de non petendo ibi: *Di tutti li crediti, e pretensioni, che hà ò possa hauere &c. promettendo non domandar più &c.* Illa enim verba: *Di tutti li crediti*, ostendunt quietantiam respicere prætium ex pacto, vt supra restituendum Carolo Mariæ Emptori, qui per restitutionem rei emptæ creditor Ducis euaserat, & alia: *Pretensioni, che hà ò possa hauere*,
7 tanquam generalia, † & nihil excludentia comprehendunt regressum ad Tenutam prætensum quatenus Constitutiones Apostolicæ non obstarent, vt in proximis terminis decidit Zuccar. *decis. Cur. Lucen. 24. num. 32. vers. primo, quia* Rimin. Iun. *cons. 111. num. 30. & 55. & sub num. 63.* Gratian. *discept. 163. num. 21.* Valasc. *consult. 39. num. 6.* Rota *coram Coccino dec. 1568. n. 16. & 17. & dec. 202. n. 8. & 241. nu. 13. par. 15. recent.* Præsertim cum nullam aliam prætensionem Carolus Maria super Tenuta de præsenti haberet, aut habere posset
8 in futurum nisi illam ex dicta conditione † resultantem. Ideo pernecessà pretensiones in hoc verificari debent Cornazzan. *decis. 7. num. 6. vers. quia non apparet* Honded. *cons. 49. num. 27. lib. 1.* Rota *coram Gregor. decis. 90. num. 3. coram Bich. decis. 332. num. 9.* alias illa verba remanerent otiosa, & super-
9 flua, quod non est ferendum in contractibus, † vbi nullum verbum, imò nec syllaba stare debet sine virtute aliquid operandi Bald. *in rubr. C. de contrah. empt. qu. 9. num. 9. & in l. 1. ff. quod met. caus.* Dec. *cons. 48. num. 2.* Rota *dec. 200. num. 56. par. 7. recent.* & tradit *Cornazzan.* vbi supra, & refert Cyroch. *discept. 666. num. 16. & 17.*

Propterea per huiusmodi dationem insolutum, & receptionem respectiuè aliorum bonorum, & effectuum, ac
amplissimam quietantiam † quemadmodum D. Dux re- 10
mansit liberatus à quacumque obligatione iuxta text. *in §. 3. Instit. quib. mod. toll. oblig.* Sic etiam Carolus Maria dicitur
renunciasse conditioni, † & recessisse a pacto resolutiuo re- 11
deundi ad possessionem Tenutæ iuxta text. *in l. Emilius 38. ad med. ff. de minorib.* Crauet. *cons. 7. num. 5.* cum alijs pluribus relatis in prætetita *decisione § non obstat.* Quibus non aduersatur responsio, quod receptio pretij operatur renunciatio-
nem, † vel quando versamur in terminis legis. Commis- 12
soriæ, nempe † pacti, quod si pretium intra certum 13
tempus non soluatur res sit inempta, & nihilominus post lapsum Statuti temporis recipitur pretium, vel quando post factum locum *pacto resolutiuo* petitur adimplementum contractus.

Quia cum in casu præsenti nullum prorsus inter Partes initum fuerit pactum, quod facienda esset declaratio, an Constitutiones obstarent, nec consequenter ad illam obti-
nendam Statuta fuerit certa dies, † qua elapsa retrocessio 14
Tenutæ haberetur pro non facta iuxta terminos legis Commissoriæ, cum de his in Instrumento rescissionis contractus, nec verbum quidem scriptum reperiatur, nec minus antè, nec post dationem insolutum vnquam intercesserit declaratio fauorabilis Carolo Mariæ vndè oriri possit resolutio retrocessionis, indè fit, vt siuè purificata esset conditio tempore dationis insolutum (vt innuere videtur Frescobaldus prætendens illam nunc esse purificatam, licèt intermedio tempore nihil actum fuerit) siuè non per receptionem bonorum, & assignamentorum loco pretij à Duce restituendi, ac ea quietantia generali perpetua, & finali cum cassatione omnium scripturarum publicarum, &
priuatarum † dicatur recessum à pacto resolutiuo, etiam 15
si adhuc non fuisset purificata conditio. Aret. *cons. 149. num. 11. vers. in quo articulo* Surd. *cons. 136. num. 4.* Gratian. *discept. 301. num. 59.* Rota *decis. 91. num. 70. coram Arguell. & dec. 109. num. 4. par. 7. recent.*

Vlterius renunciatum fuisse conditioni, & Carolum Mariam noluisse vti pacto resolutiuo, satis constare Domi-
ni dixerunt, nedum ex prædictis, † verum etiam ex eo, 16
quod ipse purè, & simpliciter petijt Bona, & assignamenta suæ satisfactionis, illaque recepit absque vlla protestatione dicto Summario impresso D. Ducis *num. 4. & sequent.* & pacificè absque vlla reclamatione vsque ad obitum possedit; vt præter adductos in alia *decisione §. non obstat.* ponderant Paris. *cons. 5. num. 197. vers. ad exclusionem lib. 4.* Surd. *cons. 145. num. 23* vbi post *Cepollam* dat cauthelam recipienti
insolutum, † quod protestetur, & reseruet sibi iura, aliàs 17
censetur renunciasse, & recessisse Manent. *cons. 128. num. 12. in princip. & num. 21. & cons. 129. num. 54. lib. 2. & in Firmana census 13. Ianuarij 1676. §. hoc pariter coram R. P. D. meo Rondinino.*

In nihilo releuante, quod sicuti in Instrumento rescissionis adest pactum resolutiuum, ità quoque censeri debeat repetitum in Instrumento dationis insolutum, tùm quia
in contrarium est, regula, † quod in contractu nouante 18
non censentur repetitæ conditiones, & pacta in contractu nouato ex conuentione Partium appositæ ad text. *in l. nouatione 18. de nouat.* Angel *cons. 31. num. 7.* Surd. *cons. 445. sub num. 56. vers. & non obstitit, & num. 57. lib. 3.* Bardellon. *cons. 70. num. 16.* Rota *coram Bich. decis. 281. num. 31.* Tum, quia nulla legitur clausula, quæ relationem importet, & verba illa: *Non hauendo hauuto effetto il contratto della Diamantina &c. anzi essendo stato retroceduto il possesso come per Instrumento rogato in Ferrara dalli Notari &c.*

Non sunt relatiua, sed assertiua, & apposita per mo-
dum narratiuæ, † Propterea licet faciant mentionem de In- 19
strumento, & Notarijs rogatis, ita tamen faciunt enunciatiue referendo simpliciter factum, vt ostendit antecedens *decisio huius causæ §. prout*, & dictum fuit coram *Bich. decis. 664. num. 1.* & notat Eugenius *cons. 54. num 31.* Mandell. *cons. 353. num. 4. in fine, & decis. 131. num. 10. vers. nam non par. 15. rec.* Propterea dum in hoc Instrumento nihil de conditione re-
solutiua dictum fuit, † censetur ab ea recessum Zucc. *decis. Lucen. 24. num. 31. vers. per istam secundam*, & cassatum, 20
ac annullatum Instrumentum, in quo illa continebatur ex verbis generalibus supra relatis.

Præterea intentionem recedendi à prædicta conditione demonstrat clausula ad haben., & facultas concessa Carolo

Mariæ

Mariæ disponendi ad libitum de bonis apposita io datione insolutum dicto Summario impresso D. Ducis *num. 4. littera G.* Hæc enim repugnat, & excludit intentionem
21 redeundi ad Tenutam, † quia si Carolus Maria, & D. Dux
habuissent hanc intentionem, ille recepisset, & hic respectiuè tradi mandasset Bona reuocabiliter, & cum pacto restituendi quatenus Constitutiones Apostolicę non obstarent, vt in proposito ponderat Alexan. *cons. 206. num. 1. post med. lib. 7.* Surd. *cons. 576. num. 33. & 39.* in allegata *Firmana census coram R. P. D. Rondinino*, fortiùs quia Carolus Maria disposuit de Bonis receptis, assignando certam eorum quantitatem Marchioni Calcagnino eius creditori; Talis namque
22 dispositio † supponit in necessarium antecedens remis-
sionem conditionis, & voluntatem persistendi in hoc vltimo contractu absque spe regressus ad Tenutam, si enim fuisset diuersa mens Caroli Mariæ, vtique bona non alienasset, & certo sciret se teneri ad illorum restitutionem, si ob non obstantiam Constitutionum habuisset intentionem redeundi ad Diamantinam Rota *decis. 169. num. 5. coram Mellin. & decis. 100. numer. 4. coram Caualerio, & decis. 291. num. 8. & 10. & decis. 253. num. 43. & 44. par. 9. recent. & decis. 616 numer. 51. coram Bichio.*

Nec tollit motiuum responsio, quod non fuerint assignata Marchioni Calcagnino bona, sed redditus finalis, quos sicuti poterat exigere Carolus Maria per se ipsum, sic potuit eos tradere exigendos ab alio; ideoque solum teneri restituere tantundem, casu, quo per fauorabilem declarationem validitatis fuisset obligatus eosdem effectus D. Duci consignare; Quia quidquid dici posset, si fuissent assignati Marchioni prædicto redditus decursi, secus dum constat decurrendos fuisse assignatos, Summ. impresso D. Ducis *num. 9.* nam hinc resultat, quod Carolus Maria considerauit huiusmodi redditus tamquam sibi irreuocabiliter acquisitos pro tempore annorum 16. quoniam si perstitisset in opinione se aliquando rehabiturum Tenutam cùm secundum illam id
23 accidere posset de die in diem, † ideo non properasset ad assi-
gnationem fructuum decurrendorum, quos ad se spectare certo scire nequibat, si mansisset in ancipiti eos retrocedendi D. Duci, vt ad rem Rota *decis. 100. num. 4. coram Caual. & decis. 291. numer. 8. & 10. par. 9. rec.* vt aduertit præterita *decis. §. quinimo:* & semper verum est dicere, quod dum ipse fecit perpetuam, & finalem quietaotiam cum cassatione, & annullatione omnium scripturarum publicarum, & priuatarum ibi: *Fà fine assolutione, a liberatione finale, e perpetua, annullando perciò, e cassando qualsivoglia scrittura publica, e*
24 *priuata*; † indè excluditur intentio habeodi regressum ad Te-
nutam, cùm sit incompatibile quietantiam, & liberatione à quouis credito, & prætensionem esse finalem, & perpe-
25 tuam, cassatas, & annullatas esse omnes scripturas, † &
vella habere regressum ad Tenutam, Mandell. *cons. 70. num. 52.* Maneot. *decis. 31. num. 1.* Rota *coram Bich. dec. 437. num. 25* cum alijs supra, & in præterita adductis.

Plurimum tandem vrgere visa est obseruaotia deducta ex longeua possessione bonorum tam Caroli Mariæ, qui pacificè toto vitæ tempore illa retinuit, nec vnquam pro regressu ad Tenutam quidquam deduxit, quàm ipsius Canonici,
26 † qui tamquam hæres fratris non solum illa possedit, & hodie
possidet, sed etiam vsus fuit Instrumento dationis in solutum illius vigore residuum iudicialiter, & executionem pactorum petendo, ac ex alijs recensitis *in §. quæ omnia alterius decisionis*, quæ etiam hodie placuerunt Dominis. Absque eo, quod huic obseruantiæ obstet, quod Carolus Maria extraxit publicom Instrumentum venditionis Tenutæ, & alias scripturas; Vnde referebatur Informantes pro Canonico illum ha-
27 buisse animum litigandi: † Quoniam cum his scripturis vti
posset pro lite vertente inter ipsum, & Tornaquincium, & Bellonum, vt ex *decis. 466. & 493. coram Reuerendiss. Royas* successiuè continuata per Canonicum coram Reuerendissimo Beuilaqua, vt liquet ex decisionibus coram eo editis 4. Februarij, 31. Maij, & 2. Decembris 1669. Exindè non ar-
28 guitur † probatio voluntatis impugnandi contractum retro-
cessionis Tenutæ ad regulam text. *in l. Papinianus ff. de minor.*

Et ita steterunt Domini in decisis, vtraque Parte informante.

Altera ex decisionibus præsentis causæ est impressa supra in alio præcedenti tomo 2. decimæ octauæ partis, altera verò erit infra in hac eadem parte 19. sub die 9. Maij 1678.

R. P. D. TAIA

posteà S. R. E. Cardinali.

Romana Dotis.

Lunæ 14. Iunij 1677.

ARGVMENTVM.

Immissio denegatur mulieri agenti pro restitutione suæ dotis, etiam ad ipsum fundum dotalem, quia ex retentione bonorum viri, vel fuerat satisfacta, vel illius creditum remanebat illiquidum. Retentio autem satis constare visa est, quia dd. bona licèt descripta ad instantiam filiorum, penès ipsam sunt dimissa, quæ adhuc disposuerat de illis.

SVMMARIVM.

1 *Mobilia viri descripta, & remansa in domo mulieris, in qua habitabant etiam filij, non possunt dici remansisse penes vxorem.*

2 *Liber descriptionis animarum Parochialium probat personas habitantes in domo.*

3 *Mulieri non retardatur immissia ad fundum dotalem prætextu retentionis bonorum viri, quæ non sit omnino liquida, sed vid. num. anteced. & seqq.*

4 *Exceptia requirens altiorem indaginem non admittitur in saluiano.*

5 *Saluianum dicitur remedium possessorium.*

6 *Creditum dotis remanet illiquidum ex retentione bonorum viri, quamuis illa æstimata non sint, & ex retentione fructuum, vt num. 7.*

7 *Retentionem impugnare non potest, qui de bonis retentis disposuit, & num. 9.*

8 *Mulier probare debet bona viri, vel fructus ab ipsa retenta, non sufficere pro satisfactione suæ dotis.*

9 *Ratificatum dicitur mandatum de describendo, si quis bona descripta penes se retenuit.*

10 *Fundus dotalis remanet liber stante satisfactione vxoris, ex retentione bonorum viri, vel aliunde reportata.*

DECISIO LXXXVI.

Francisca tantùm informante die 26. Iunij 1676. Domini responderunt, constare de bono Iure illius ex persona Catherinæ Matris, & Actricis ad rescindendum contractum iosubsisteotem, & consensum à Catherina præstitum alienationi fundi dotalis. Hodie verè reuisa decisio, & altera quoque Parte informaote, recesserunt à decisis, vno tameo discordante.

Videbantur enim illi subsistere fundamenta decisionis ex deductis io ea. Nec à decisis illum remouebant, quod Catherina fuerit satisfacta de sua dote, in alijs bonis, quia id non probatur ex opposito Inuentario, & mandato
describendi mobilia, † quæ licèt remanserint in Domo, 1
quam ipsa habitabat, tamen cohabitabant etiam filij, † 2
vt in descriptionibus Parochialibus Animarum; nec probatur concludenter descriptionem fuisse factam ad instantiam Catherinæ, quia licèt petita fuerit à Ioanne Baptista filio, tamen noo constat mandatum matris, prout nec constat bona fuisse eidem consignata, imò obstabat decretum Iudicis, mandans describi, & consigoari penès tertiam personam pro assecuratione Iudicij, & Dotis; Cæterum Francisca prætendit mobilia esse illamet Ioao-
nis Baptistæ, Fratris Catherinæ, † & concludebat ille noo 3
retardandam mulieri immissionem in suum fundum dota-
lem † ex huiusmodi exceptionibus, cum in Iudicio Sal- 4
uiani exceptio altiorem indaginem requirens oppooi noo
possit, † quia est remedium possessorium, Pacific. *cap. 2.* 5
ex numer. 42. inspect. 2. etiamsi cootra tertium possessorem agatur *num. 45.*

Alij tameo recesserunt à decisis ex satisfactione dotis in præsenti propositione clariùs digesta; Mortuo namque Paulo, Catherina mandatum obtinuit de describendo omnia, & singula bona cuiusuis generis io Domo sua in via delle Moratte existentia, quæ penès eam fuerunt dimissa, & retinuit, & de his etiam disposuit, & licèt non
fuerint æstimata, † ex sola nihilominus retentione, cre- 6

dltum

7 ditum dotale fuit redditum illiquidum, † vt aliàs ex fructuum retentione dictum fuit coram *Peutinger. decis.* 334. *numer.* 8. adeout onus probandi bona retenta non suf-
8 ficere, † eidem incumbat, vt aliàs de Mariti bonis alienatis Rota *coram Card. Celso decis.* 335. *num.* 8.

Non obstat, quod mandatum fuerit expeditum instante Ioanne Baptista filio, quia sufficienter constat de rati-
9 ficatione Catherinæ matris, † eo ipso quod pro credito dotali mobilia penès ipsam remanserunt, eademque retinuit, & de eisdem disposuit, vt supra; Additur, quod Catherina aliam domum habuit præter detentam à Capella Sancti Venantij, vndè quatenus immissio dictæ Capellę in Saluiano mereretur nomen euictionis, quod non admittebatur, adhuc iuncta alia domo, cum mobilibus me-
10 moratis, maior vrget præsumptio satisfactionis, qua stante fundus dotalis liber euasit, & aliundè mulier sua pro satisfactione, & proterea resultat clara verificatio causæ Iudici expositæ in venditione facta à Paulo Marito cum Catherinæ vxoris consensu.

Quoad mobilia consignata Catherinæ, quod fuerint Ioanni Baptistæ fratris nullatenus iustificatur à Francisco: imò ex ipsa comparatione Inuentarij, apparet discrepantia, & diuersitas plusquam notabilis in corporibus descriptis.

Et ita vtraque parte informante resolutum fuit.

R. P. D. CALATAIV.

Romana, seù Verulana Fideicommissi.

Lunæ 14. Iunij 1677.

ARGVMENTVM.

Quia immissio vigore fideicommissi obtineri non potuit, ex quo bona erant antiquiori fideicommisso supposita, ideo ad detractiones recurritur, quæ nec minus competere poterant, quia legitima fuerat ex confiscatione consumpta, dos materna non verificabatur soluta, trebellianica verò eædemque detractiones insimul cessabant, quia cum non confectione Inuentarij, etiam alienationes concurrere visæ sunt.

SVMMARIVM.

1 *Immissio vigore posterioris fideicommissi non conceditur contra possidentem ex fideicommisso antiquiori, quia tunc illi competit retentio.*
2 *Enunciatio fideicommissorum suorum Antenatorum tanquam nimis vaga, & incerta non releuat.*
3 *Renunciatio fideicommissi non resultat ex sola scientia testamenti, sed requiritur notitia omnium contentorum in eo.*
4 *Declaratio velle possidere bona vigore fideicommissi, seu fideicommissorum suorum Antenatorum, illorum ignorantiam denotat.*
5 *Dictio, seù, ambiguitatem, & incertitudinem importat.*
6 *Renunciatio non extenditur ad ignorata.*
7 *Dos, quæ non probatur promissa, nec soluta repeti non potest.*
8 *Legitima confiscata viuente patre, tanquam semel consumpta, amplius detrahenda non est.*
9 *Legitima, & trebellianica præsumuntur consumptæ vbi cum non confectione inuentarij concurrunt etiam alienationes.*
10 *Acquisitiones factæ post fideicommissum conuentionale, non comprehenduntur in eo.*
11 *Fideicommissum conuentionale à duabus personis inuicem constitutum, cessat si bona alterius ex illis alij fideicommisso sint obnoxia, & num. seq.*
12 *Correspectiuorum natura est, vt ex defectu causæ finalis, vno ex suppositis non subsistente, tota corruat dispositio.*

DECISIO LXXXVII.

PAulus, & Fratres de Philonardis vocati ad fideicommissum conuentionale factum inter Siluium, & Paulum Aemilium petebant immissionem ad bona possessa à Felice, & alijs de Columnis, quam Domini sub die prima * Februarij 1675. concedendam esse dixerunt, sed Causa repreposita die 15. * Iunij proximi præteriti, recesserunt à decisis, eo quia fuit compertum prædicta bona prouenire ex antiquiori fideicommisso Saturni expirato in persona Mailj, cuius Domini de Columnis sunt hæredes; cum autem hodie fuisset dubitatum, an sit standum in primo, vel secundo loco decisis Domini in secundo decisis standum esse dixerunt.

De fideicommisso Saturni iterum constare visum est ex publico testamento rogato de anno 1567. à Prospero de Amatis, quem tunc temporis fuisse Notarium pluribus comprobat postrema decisio §. *Certa est enim*. Quod autem bona, de quibus agitur, sint hæreditaria eiusdem Saturni, euidenter apparet ex instrumentis acquisitionum, alijsque pariter cumulatis in eadem decisione: Vnde firma remanet conclusio ibidem firmata, † quod possidenti vi- 1
gore antiquioris fideicommissi competit retentio aduersus petentem immissionem ex fideicommisso posteriori, vt præter adductos in decisione Rota *post Pacific. de Saluian. interd. decis.* 83. *numer.* 11. *decis.* 80. *numer.* 3. *par.* 6. *dec.* 34. *numer.* 1. 4. *parte* 7. *recent.* & *in Romana fideicommissi de Nicolinis* 28. *Aprilis* 1651. *coram Eminentissimo D. Card. Cerro.*

Non obstat, quod Marius acceptauerit fideicommissum Siluij, declarando velle possidere bona vigore fideicommissi, seù fideicommissum suorum Antenatorum, ideoque fideicommisso Saturni dicatur renunciasse, † quia 2
ista enunciatio fideicommissorum suorum Antenatorum tamquam nimis vaga, & incerta non releuat: Imo non suffragaretur, etiamsi facta fuisset expressa mentio testamenti Saturni, † cum ad inducendam illius renuncia- 3
tionem non sit sufficiens ista generica declaratio, sed constare debet de eius positiua scientia tam testamenti dicti Saturni, quàm omnium ibidem contentorum, *l. de his C. de transact.* Cyriac. *controu.* 474. *nu.* 46. Rot. *coram Buratt. dec.* 899. *num.* 2. & *decis.* 523. *num.* 12. *par.* 4. *tom.* 3. *rec.* & *coram Dunoz. Sen. decis.* 181. *num.* 9. & latà in præterita decisione. Et quod magis, vt aduertit postrema decisio, eo ipso quod declarauit † velle possidere vigore fideicommissi, seù fidei- 4
commissorum, exindè potiùs arguitur ignorantia, cùm dictio, *seù*, denotet ambiguitatem, & incertitudinem, Altograd. *cons.* 61. *nu.* 5. *lib.* 2. *Alex. cons.* 62. *num.* 2. *lib.* 4. Crot. *cons.* 122. *num.* 4. *Bertran. cons.* 100. *num.* 19. *lib.* 1. & ad ignorata † non extenditur renunciatio *d. l. de his C. de transact.* 6
Rota *coram Bichio decis.* 119. *numer.* 1. & *coram Peutingerio decis.* 286. *num.* 7.

Minùs releuat, quod in bonis Saturni competerent Siluio detractiones, dotis maternæ, legitimæ, & trebellianicæ, in quibus dicebatur sustineri posse eius fideicommisum, vel saltem in bonis proprio nomine acquisitis. Quoniam dos materna,† quæ non probatur promissa, nec soluta, repeti non potest; legitima fuit Siluio con- 7
fiscata adhuc viuente patre, † vnde bis detrahi non de- 8
bet, eoque magis præsumitur consumpta cum trebellianica, † dum inuentarium non confecit, & plura bona 9
alienauit: Acquisitiones autem non benè iustificantur ex attestationibus extraiudicialibus, quæ tamquam procuratæ lite pendente, & non repetitæ citata parte, nihil probant, maximè quia acquisitiones factæ dignoscuntur post fideicommisum, † in quo proindè non censentur compre- 10
hensæ, & per consequens prætendi nequent à Filonardis venientibus vigore fideicommissi conuentionalis, vt hæc omnia latè comprobat d. secunda decisio.

Et inter cætera placuit Dominis alterum fundamentum, quod agitur de fideicommisso conuentionali facto in contractu inter Siluium, & Paulum Aemilium, in quo vnusquisque correspectiuè contulit bona sua cum supposito, quod omnia hinc indè collata essent libera, & dicto fideicommisso supponi possent, † quod suppositum essent, 11
quia dum bona Siluij deteguntur hodie fideicommissaria Saturni, proculdubio fideicommisum conuentionale corruit in totum per naturam correspectiuorum ex defectu causæ finalis, † quæ operatur, vt vno ex suppositis non 12
subsistente, tota etiam cessat dispositio, vt in his præcisis terminis nostræ quæstionis firmauit Rot. *in recent. dec.* 419. *num.* 14. *vers. hinc inferebant Domini cum duobus seqq. par.* 13. & *decis.* 1. *num.* 8. 9. & *per totam*, & *decis.* 519. *num.* 18. *vers. detractæ itaque* & *num. seq. vsque ad finem par.* 14.

Atque hinc etiam dictum fuit non suffragari nonnullas modicas acquisitiones Siluij quatenus probarentur, minusque esse insistendum in detractionibus Siluio competentibus, quia Filonardi venientes vigore illius fideicommissi,

eo

eo ceſſante ex ſupradictis, remanent ſine actione, cum in bonis liberis non ſit hæres Siluij.

Et ita, vna tantùm parte informante, reſolutum fuit.

Supra in alio præcedenti tomo 2. partis 18. adſunt aliæ duæ, quæ in hac Cauſa deciſiones emanarunt, ibibi impreſſæ 428. & 735. in ordine, infra vero ſub 10. Ianuarij 1678. erit altera in eadem cauſa deciſio.

R. P. D. E M E R I X.

Romana, ſeù Balneoregien. Fideicommiſſi.

Lunæ 14. Iunij 1677.

A R G V M E N T V M.

Ampliſſimæ legitimationis effectus principaliter in hac deciſione tractatur, ad hoc, vt filius legitimatus poſſit ad fideicommiſſum admitti, illumque legitimo parificari deciditur, ita tamen quod in portione proprij parentis præferatur etiam verè legitimis; hinc plura de qualitate naturalitatis deciduntur, ad differentiam ſpuriorum, qui ſicuti excluduntur a iure, ita illi, qui naturales ſunt admittuntur.

S V M M A R I V M.

1 *Bigamus multipliciter dicitur, qui pluries contraxit matrimonium cum vidua.*

2 *Miles S. Stephani ſi contraxit matrimonium cum vidua non valet frui priuilegio eccleſiaſticis conceſſo, ſed in omnibus habetur pro laico, & num. ſeq.*

4 *Contradictor legitimus non dicitur qui in continenti non docet de iure ſuo, & in poſſeſſione non reperitur.*

5 *Tertius veniens ad cauſam ad excluſionem vtriuſque collitigantis non poteſt impedire, vel retardare expeditionem aut proſequutionem illius.*

6 *Legitimatus ampliſſimè à Papa ad iura legitimitatis reſtituitur, & habetur ac ſi verè, & de legitimo matrimonio natus fuiſſet, & nu 16.*

7 *Legitimatus ampliſſimè à Papa, & verè legitimus non differunt inter ſe.*

7 *Naturalitatis qualitas probatur ex legitimatione, & etiam ex tractatibus.*

9 *Succeſſor non impugnat qualitatem naturalitatis ab eius auctorem approbatam.*

10 *Succeſſores grauantur onere concludenter probandi contrarium de eo, quod ſui anteceſſores approbarant.*

11 *Filiatio, & naturalitas non ſolum à pluribus approbata, ſed etiam coniecturis fulcita præiudicat tertio quamuis non habeat cauſam ab approbantibus.*

12 *Naturalitatis qualitas in antiquis, & in iudicio immiſſionis ſtantibus coniecturis & approbationibus ſucceſſorum nocet etiam alijs.*

13 *Agnatio conſeruatur etiam per naturales legitimatos, ſi non ſuperſunt alij, qui melius illam conſeruare poſſint.*

14 *Spurij ſunt odioſiſſimi, nec nomen filiorum merentur, & ideo non conueniunt cum naturalibus qui à iure admittuntur.*

15 *Viri nobiles, & magnates magis, quam alij inferiores deſiderant conſeruationem agnationis per naturales, legitimatos.*

17 *Legitimatus ampliſſimè comprehenditur ſub nomine legitimorum, & naturalium, etiam ad excluſionem filij teſtatoris.*

18 *Legitimatus in portione proprij parentis præfertur cæteris ſubſtitutis quamuis legitimis.*

19 *Conditio adiecta vni filio, non cenſetur alteri filio repetita, vel intellecta, & quando.*

20 *Legitimorum, & naturalium appellatione in fœminis non poſſunt venire legitimati, ne illis detur occaſio deturpandi familiam, & nu. ſeqq.*

21 *Maſculis non eſt indecorum filios naturales habere, fœminis verò ſic.*

22 *Legitimatio non præiudicat inſtitutis, aut ſubſtitutis ſi reſtit clara teſtatoris voluntas, ſecus autem ſi illa fuerit dubia.*

D E C I S I O LXXXVIII.

DOmini perſtiterunt in reſolutis *29. Martij proximi
præteriti, non obſtantibus ijs, quæ tam pro excluſione Conſtitutionis Ægidianæ, quàm pro iuſtitia Sententiæ Rotalis repetita, vel de nouo deducta fuerunt a Informantibus pro DD. Duce, & Portia Sorore Martij vltimo loco defuncti. Quo enim ad Ægidianam non releuat obiectum nouiter excitatum ex parte Ducis, ipſe vti adſcriptus Ordini Equitum S. Spiritus ſit perſona Eccleſiaſtica, & propterea contra illum non poſſit habere locum dicta Conſtitutio, quia quiquid ſit de inſtitutione, & priuilegijs iſtius Ordinis, quæ exhibita non fuerunt, dum idem Dux contraxit primum, & ſecundum matrimonium cum
Vidua, † eſt multipliciter bigamus, itaut non valeat frui 1
aliquo priuilegio Eccleſiaſticis conceſſo, † ſed in omnibus 2
pro laico habeatur, per Text. *in cap. vnico de Bigamis in 6.* & tradita per Farinacc. *in prax. ſeu de Inquiſitione par. 8. num. 8.* Clar. *§. fin. qu. 38. num. 9. &* Rota *deciſ. 150. num. 2. & 3. poſt* Torr. *de pact. futur. ſucceſſ.* ſignanter dum non docet, quod huiuſmodi Equitibus ſit ab Apoſtolica Sede indultum,
† quod plures nuptias etiam cum Viduis contrahere valeant 3
abſq; amiſſione priuilegiorum, vt ad huiuſmodi effectum neceſſe eſſet.

Et minus aliud adductum ex perſona Portiæ, quod ſcilicet contra ipſum vti legitimam Contradictricem non intret Ægidiana, quia illa ſubſtituta omnibus maſculis, iſtis extantibus, nullum ius prætendere poteſt, non refragantibus iuribus per ipſam prætenſis, quia cum de eis non doceat
incontinenti, & illi deficiat poſſeſſio, † vtique haberi non 4
poteſt pro legitima Contradictrice ad retardandam immiſſionem in hoc iudicio Corradino, & Fratribus Actoribus, qui eorum intentionem contra D. Ducem poſſeſſorem iam probarunt, vt docet Bart. *in l. fin. §. ſin autem aliquis, verſ. primo caſu C. de edict.* Diu. Adrian. *tollen.* & tradunt Argel. *de legitim. contrad. qu. 2. num. 41. & ſeqq.* Menoch. *de adipiſc. remed. 4. num. 556. & ſeqq.* & facit Text. *in l. is à quo ff. de rei vindic.* alijque concordantes, per quos Rota *coram Celſo dec. 53. nu. 4. & ſeqq. & deciſ. 357. num. 6. cum ſeqq.* benè ad propoſitum firmat tertium venientem ad cauſam ad excluſionem
vtriuſque collitigantis † non poſſe impedire, vel retardare 5
expeditionem, vel proſecutionem cauſæ.

Quo verò ad iuſtitiam Sententiæ, illa reſultat, ex quo Corradinus, & Fratres Actores deſcendunt ex Leonida filio naturali Vicini Senioris, filij Teſtatoris ad hoc fideicommiſſum vocato ſub nomine deſcendentium legitimorum, & naturalium eius filiorum ex iuribus, & auctoritatibus in præcedenti deciſione deductis. Non obſtan-
te, quod idem Leonida eſſet naturalis, † dum vti ampliſ- 6
ſimè legitimatus à Gregor. XIII. fuit ad iura legitimitatis reſtitutus, & habetur, ac ſi verè de legitimo matrimonio natus fuiſſet, *ex text. in §. liceat igitur, & in §. ſit igitur licentia auth. quib. mod. natur. effic. legit.* & alijs relatis, Rot. *deciſ. 600. nu. 1. & ſeqq. par. 3. rec. & coram Ninot. deciſ. 12. nu. 15. & ſeqq.* ac firmatur in *deciſ. in cauſa emanata coram R. P. D. meo Taia 31. Ianuarij 1676. & in alia coram me.*

Et fortius in hoc caſu, in quo legitimatio Leonidæ legitur concepta ampliſſimis verbis, per quæ illi indulgetur, quod in omnibus ſuccedere poſſit, vt ſolent filii de legitimo matrimonio verè procreati, quodque ipſe de legitimo matrimonio natus reputari ab omnibus deberet, atque ab alijs taliter natis in nihilo differret, *vt in Summ. dato coram R. P.
D. meo Taia 27. Martij 1675. nu. 7.* † Ex tali enim legitimatione 7
nulla conſiderari poteſt differentia inter legitimatos, & verè legitimos, *vt ex dicto § ſit igitur auth. quib. mod. natur. effic. legit.* dixit Rota *dicta deciſ. 600. num. 3*

Filiatio verò cum dicta qualitate naturalitatis iterum be-
nè probari viſa eſt eadem legitimatione, † atque ex perpe- 8
tuo tractatu, & denominatione Vicini Patris, ac aliorum ad huiuſmodi fideicommiſſum ſucceſſiuè vocatorum, & præcipuè à Martio vltimo poſſeſſore, *vt in præcedenti mea deciſione §. legitimatio*, licèt ad rigoroſam probationem Corradinus, & Fratres Actores in præſenti non tenerentur, cum enim fuerint, vt ſupra pluries approbati vti tales, &
inter alios à Martio Auctores D. Ducis, † vtique iſte non po- 9
teſt illius confeſſionem impugnare, *ad text. in l. cum à Matre C. de rei vindic. alioſque vulg.* vel ſaltem dum ex tali approbatione ijdem Actores fuerunt conſtituti in quaſi poſſeſſio-

ne filiationis cum dicta qualitate naturalitatis, tam contra
10 ipsum Martium, quàm contra eius successores; † hi grauantur onere contrarium concludentèr probandi, iuxtà glos. *in cap. lator verb. probare, qui filij sint legitimi*, Castil. *de coniect. vltim. volunt. lib. 5. cap. 104. num. 5. & seqq.* & plenè discusso articulo dixit Rota *decis. 1369. num. 1. & seqq. & decis. 1453. nu. 6. vers. ex quibus, & seqq. coram Coccino*.

Nec releuat, quod prædictæ probationes non tam fortitèr stringant contra D. Portiam, quæ prædictam filia-
11 tionem nunquam approbauit, & nec causam habet † à Martio, quia cum tot, tantaque concurrant adminicula eandem filiationem cum dicta qualitate comprobantia, & alias illa respectu Patris sit difficilis probationis, vtique etiam contra ipsam eædem coniecturæ, & præsumptiones be-
12 nè sufficiunt, † præcipuè in hac re antiquissima, & in Iudicio Immissionis *vig. l. fin. C. de edict. Diu. Adrian. tollen.* In quo leuiores probationes admittuntur, vt plenè Rot. *decis. 251. num. 17. & seqq. coram Eminentissimo Ottbobono, & decis. 125 per tot. par. 15. rec.* in quibus referuntur decisiones concordantes.

Limitatio verò nouiter repetita, quod sub nomine legitimorum, & naturalium non veniant naturales, etiam legitimati, quando ex verbis, vel coniecturis desumi potest contraria mens Testatoris, iterum reiecta fuit, ex quo in præsenti non concurrunt verba hoc suadentia, & coniecturæ sunt irreleuantes, Nunquam enim Testator exclusit naturales legitimatos, & licèt in fine post varias substitutiones adiecerit: Cum hoc, vt filij spurij ex Presbyteris fortè, seù laicis post nascituri, etiam legitimati in perpetuum non succedant, neque ex testamento, neque ab intestato: Nihilominus, quia hic agitur de descendentibus Testato-
13 ris, maximè desiderantis conseruationem propriæ † agnationis, cui etiam per naturales legitimatos benè prospicitur, quando non supersunt alij, qui melius illam conseruare valeant, vt in simili notant Decian. *cons. 33. numer. 12. versus fin. vers. ex quo apparet lib.* 1. benè Giouag. *d. cons. 21. num. 43. lib. 1.* Rot. *d. decis. 600. nu. 1 par. 3. rec.* verba relata: ex Presbyteris, nempè, seù laicis &c. non solùm non repugnant dictæ conclusioni, quinimò illa ex eis magis corroboratur; Testator enim sic exprimendo persona, à quibus spurij isti suscipi poterant, declarauit voluisse tantùm excludere spurios propriè sumptos, ex damnato scilicet coitu susceptos,
14 etiamsi tales fuissent legitimati conformando se iuris † dispositioni, ex qua isti spurij sunt odiosissimi, nec nomen filiorum merentur, non autem etiam alios quoscumque naturales, qui à iure admittuntur, ad latè tradita *per* Clar. Add. *in §. Testamentum quæst. 31. per tot.* quiue sub dicto verbo, spurij, propriè non comprehenduntur, vt in alia mea decisione *§. his firmatis*. Nec contrarium suadet ponderatio exaduerso facta super verbis sequentibus: neque ex testamento, neque ab intestato: quia ista non ad aliud fuerunt adiecta, quàm ad demonstrandum enixam voluntatem Testatoris, quod ijdem spurij propriè sumpti, de quibus loquebatur, nullo modo succederent, non autem ad contradistinguendos eosdem spurios à naturalibus, qui de iure ab intestato succedunt, quia stante dispositione testamentaria, quam fecerat, certum erat neminem eorum ab intestato succedere posse, secundum vulgatam regulam, quod causa testati facit cessare causam intestati.

Quod verò coniecturæ in contrarium ponderatæ ad suadendum Testatorem voluisse excludere omnes naturales etiam legitimatos, sint irreleuantes, detegitur ex earum omnium examine. Prima enim deducta, ex quo Testator esset vir nobilis, & possessor bonorum iurisdictio-
15 nalium, potiùs retorquetur, † dum viri nobiles, & bona iurisdictionalia possidentes magis, quàm alij inferioris conditionis solent deficientibus natis ex legitimo matrimonio desiderare conseruationem familiæ, & bonorum per naturales legitimatos, signantèr quando legitimatio fuit,
16 vt supra amplissimis verbis concepta, † & legitimatus reintegratus ad honores, & nobilitatem, perindè ac de legitimo matrimonio natus fuisset, vt limitando aliam conclusionem tradit Fusar. *de substit. quæst. 408. nu. 46. & 54.* Giouagn. *d. cons. 21. num. 45 lib. 1.* Marescott. *var. resolut. lib. 3. cap. 20. nu. 76. cum seqq.* & firmauit Rot. *decis. 241. sub num. 18. vers. huiusmodi & seqq parte 9. recent.*

Secunda verò deprompta ex eo, quod inuitauerit Maherbalem filium ad successionem cum conditione, quod vxorem duceret, casu quo Hieronymus, & Vicinus, eorumque descendentes masculi, omnes sine filijs legitimis, & naturalibus masculis decederent, cui quidem Maherbali, eiusque descendentiæ legitimæ, & naturali ex legitimo matrimonio, sicuti non est verisimile Testatorem voluisse præferre naturales legitimatos ex Hieronymo, & Vicino, ita nec illos vocare ad exclusionem aliorum legitimorum descendentium ex fœminis, cæterorumque substitutorum, non vrget, tùm quia, cum legitimatus comprehendatur
sub nomine legitimorum, & naturalium, † etiam ad ex- 17
clusionem proprij filij Testatoris, Grass. *de success. §. Fideicommissum q. 39. nu. 7.* Peregr. *de fideic. art. 28. nu. 45. vers. ampliatur*, Marescott. *var. resol. lib. 2. cap. 88. n. 2. & seqq.* vbi testatur de veriori, *& lib. 3. cap. 20. nu. 24. & seqq.* nullum resultat absurdum, vel inuerisimile, quod Testator in portione, seù
bonis relictis Hieronymo, & Vicino filijs † prædilexerit il- 18
lorum filios, etiam legitimatos, Maherbali, alijsue ab eo, & à fœminis descendentibus, ad tradita per Rotam *cor. Pænia decis. 545. per tot.* Tùm etiam quia, quidquid considerari, & dici posset, si adesset aliquis descendens Maherbalis masculus legitimus, & naturalis, & ex legitimo matrimonio, sufficit ad exclusionem reliquorum dicere, quod ista conditio Maherbali adiecta non censetur nominatim repetita, aut subintellecta in Hieronymo, & Vicino, illorumque descendentibus, tanto minùs; quod idem Testator iam Religioni destinauerat, & ab eo ex tali casu sibi, & Hieronymo, ac Vicino filijs omnia bona renunciari procurauerit, præsenti Sum. nu. 1. Stante enim ista ratione, quam Testator fixam in men-
te habebat, † conditio ipsi adiecta non censetur in alijs repe- 19
tita, vel subintellecta, vt præter allegatos in alijs decisionibus huius Causæ probat Text. *in l. Celsus 29. §. quod alicuius*, *vbi glos. in verbo extitisset vers. alij distinguunt ff. de legat. 2.* & dixit Rota *in Meleuitana hæreditatis 15. Ianuarij 1674. §. primo quia cum seq. coram Reuerendiss. Decano*.

Eadem responsio adaptatur etiam tertiæ coniecturæ elicitæ ex substitutione facta fœminis, quatenus illæ decede-
rent absque filijs legitimis, & naturalibus, † quorum ap- 20
pellatione non poterant venire legitimati, ne daretur occasio mulieribus nobilibus deturpandi familiam, quod nullo modo est præsumendum Testatorem sensisse, quia sem-
per verum est dicere, † quod in fœminis concurrebat alia 21
diuersa ratio, quam in masculis, quibus non est indecorum filios naturales habere, vt benè, & latè Giouagn. *d. cons. 21. nu. 58. & seq. lib. 1.*

Porrò prædictis omnibus non obstat *decisio in Ciuitatis Castelli bonorum facta in Congregatione habita 7. Augusti 1583. coram Robusterio*, quia illa firmat, quod indultum legiti-
mationis non præiudicet institutis, vel substitutis, † quan- 22
do voluntas Testatoris legitimatis clarè resistit, & contrariam sententiam admittit, quando voluntas Testatoris est dubia, quæ in præsenti non solum dubia, sed clara, fauore Actorum Dominis visa fuit.

Et ita vtraque parte informante resolutum fuit.

Plurimæ decisiones in hac Causa emanatæ concordatæ sunt supra decis. 642. par. 18. tom. 2. infra verò erit altera eiusdem Causæ decisio sub die 4. Martii 1678. coram R. P. D. Calataiu præsentaus confirmatoria, quam suo loco, & tempore apponemus.

R. P. D. RONDININO.

Cæsenaten. Fideicommissi.

Lunæ 14. Iunij 1677.

ARGVMENTVM.

Fideicommissum dicitur constitutum, quamuis substitutio facta sit, si institutus sine filijs decesserit, quæ regularitèr expirat per mortem cum filijs ad vulgatum consilium *Oldradi* 21. quia aderat ratio conseruandæ agnationis, & permanentia bonorum in familia, quæ operatur vt vnus sit alteri restituere grauatus, donec extet aliquis de familia; Rursùs quatenus per cancellationem aliquorum verborum, totum fideicommissum cassatum non sit, dummodo remaneant verba, quæ illud important.

SVM-

S V M M A R I V M.

1 *Substitatio, & fideicommissum factum si sine filiis expirat per mortem cum filijs, quamuis postea filij, sine liberis decedant, sim. vt n. seqq.*

2 *ex Coniecturis receditur à* Consilio Oldradi *21. & censetur quod plus fuerit à testatore dictum, & minus scriptum.*

3 *Conseruatio agnationis, & permanentia bonorum in familia non consequutiuè, & dependenter à priori substitutione.*

Sed in diuersa, & separata oratione expressa, quæ stat de per se inducit fideicommissum, & operatur recessum à Consil. Oldradi *ibidem & nu. seq.*

5 *Fideicommissum si expirare debuisset in primo hærede, non posset habere locum votum conseruandæ agnationis, & permanentia bonorum in familia.*

6 *in Fideicommisso constituto fauore familiæ alter alteri semper dicitur restituere grauatus donec extet aliquis de familia.*

7 *Testator si delendo aliqua verba, totum fideicommissum delere voluisset, sequentia etiam verba, illud importantia delere debuisset, & nu. seq.*

8 *Testamentum sufficit quod in verbis non cancellatis subsistat ad hoc vt cassatio aliquorum verborum illi non præiudicet.*

9 *Intentio actoris in verbis cancellatis fundata, illi suffragari non potest.*

D E C I S I O LXXXIX.

LVcæ Bertoccio alterius Lucæ in defectum masculorum
à Ioanne Baptista pariter de Bertoccis Testatori substi-
tuto ex fratre nepoti iterum immissionem concedendam es-
se Domini responderunt permanendo in decisis 20. * Martij
1676. coram me.

Licèt enim prætenderetur omne fideicommissum expiras-
se, tanquam conceptum cum conditione, *si sine filiis*, quæ
non euenit, cum Georgius institutus, & filius testatoris deces-
1 serit relictis filijs masculis, & fœminis, † quamuis postea
ijdem masculi sine filijs masculis, fœminis decesserint,
iuxta *cons. Oldr. cum concord.*

Adhuc tamen placuit Dominis posterius fundamen-
tum decisionis præteritæ, vt nempè ex coniecturis rece-
datur ab Oldradi consilio, quasi plus dictum à Testato-
2 re, † & minus scriptum fuerit, quarum coniecturarum
3 † potior est illa conseruandæ agnationis, & permanentiæ
bonorum in familia, non consecutiuè, & dependentèr à prio-
ri substitutione, vt dicebatur ab Informantibus aduersus
decisionem, sed per nouam, & separatam orationem,
ibi: Di maniera che tutta l'heredità, e beni si conseruino sem-
pre nell'Agnatione maschia di detto Testatore, e questo ac-
4 ciò detta famiglia, & Agnatione si conserui: † quo casu in-
ducitur necessarium fideicommissum, ad distinctionem al-
terius casus, in quo consecutiuè, & dependentèr hæc ratio
5 adiecta fuisse, † cum aliàs locum habere non posset volun-
tas Testatoris conseruandi semper bona in familia, & Agna-
tione, si fideicommissum expiraret in primo hærede, Gio-
uagn. *cons.* 38. *num.* 24. *vol.* 1. Menoch. *de præsumption. lib.* 4.
præsumpt. 60. *ex nu.* 9. Honded. in contrarium adduct. *cons.* 48.
vol. 2. & Andreol. *contro.* 278. Rota *coram Carill. decis.* 2. *num.*
1. & 2. & *coram Merlin. dec.* 83. *ex nu.* 14. & *coram Card. Cels.
decis.* 228. *ex nu.* 7. & *in rec. par.* 10. *decis.* 142. *per tot.* cum alijs
in decis. huius Causæ 20. *Martij* 1676. §. *Cæterum, & seqq. coram Me.*

Accedentibus præsertim vocatione masculorum in qua-
cumque substitutione exclusis perpetuo fœminis, & per-
petuitate vocationis collatæ in tempus futurum, vna
cum integritate, & perpetuitate bonorum, ibi: E que-
sto acciò detta famiglia, & Agnatione mascolina si conser-
ne, escluse sempre le femine. & ibi. Vuole che tutta l'in-
tiera heredità senza diminutione peruenga à Luca suo fra-
tello: & insuper ex illis verbis, tutta l'heredità, e beni
6 si conseruino sempre. † Quæ verba verificari non possent
quoad restitutionem bonorum integraliter, & sine diminu-
tione, & quoad exclusionem fœminarum in infinitum, nisi
alter alteri restituat, donec extat aliquis de familia, & nisi
contemplata sit Agnatio per modum rationis, iuxta doctri-
nam Bartoli *in l. peto §. fratre ff. de legat. secundo*, latè com-
probatam in præterita *decisione huius Causæ* 20. *Martii* 1676.
§. *neque videbatur, & §. seq. coram me.*

Non obstat, quod in matrice post verba, e mancandosi
detti figliuoli maschi di detto Testatore, appareant cancel-
lata verba sequentia, E loro descendenti; quia cum superius
dictum est, ex alijs rationibus, præterquam ex ista fideicom-
missum desumatur, sufficit, quod aliundè constet de volunta-
te Testatoris qui si delendo illa verba voluisset delere fidei-
commissum, † debuisset quoque votum conseruandæ Agna- 7
tionis, permanentiam bonorum, eorumque integritatem per-
petuam exclusionem fœminarum in infinitum, & alia suffi-
cientia ad ipsum fideicommissum inducendum, † in quibus 8
non cancellatis, adhuc testamentum subsistit, argumento
Textus *in l. Tribunus, §. vltimo ff. de militari testamento*, Oldrad.
cons. 144. *nu.* 3. *vers. si vero actus*, Mantic. *de coniectur. vltim. vo-
lunt. lib.* 12. *tit.* 1. *n.* 31. *in fin.* quidquid sit, quando fundamentum
† Actoris consistit in verbis cancellatis, in quibus terminis 9
procedit *decisio* 244 *Eminentissimi Ottbob.* cum aliis in contra-
rium adductis.

Et ita vtraque parte informante resolutum fuit.

Altera præsentis causæ decis. est impressa supra in alio præcedenti tomo secundo par. decima octaua, vbi est in ordine 684.

R. P. D. P A V L V C C I O.

Romana Annuæ Præstationis.

Lunæ 14. *Iunij* 1677.

A R G V M E N T V M.

Petebatur manutentio in quasi possessione exigendi, quæ quia probata non erat, ideo concessa non fuit, cum ad illam verificandam adducerentur solum terminus ad soluendum susceptus, & solutio facta ab hærede, quæ suffragari nō poterant, quia præterquod susceptio termini pro solutione deseruire nō poterat, satisfecit responsio quoad illius actus prout etiā solutio, nomine hæreditario facta sunt, vt proindè de proprio obligare non potuissent hæredem, eo magis, quia cessauerat etiam ipsa causa soluendi, cùm à Moniali prætenderetur annuam præstationem sibi in renunciatione reseruatam, & tamen ob mortem renunciatarij ipsa omnia bona renunciata retinebat.

S V M M A R I V M.

1 *Manutentio malè petitur ab eo qui possessionem non probat.*

2 *Manutenere verbum importat conseruare.*

3 *Conseruari non potest possessio, quæ non habetur.*

4 *Possessio, vel quasi non acquiritur sine actu possessorio.*

5 *Quasi possessio exigendi non acquiritur per susceptionem termini ad soluendum à debitore factam, sed vide n.* 12.

6 *Terminum suscipiens ad soluendum, fatetur quidem debitum, at illud non soluit.*

7 *Quasi possessio exigendi sine vera, & reali solutione non acquiritur.*

8 *Debere aliud est, aliud soluere, aliud cauere, aliud etiam satisfacere.*

9 *Debitum, & possessio, vel quasi nihil habent inter se commune.*

10 *Possessio magis est quid facti, quam iuris, adeoque requirit factum, & actualem apprehensionem.*

11 *Quasi possessionem exigendi non inducit neque confessio debitoris, neque decretum iudicis, quoties actualis solutio non probatur.*

13 *Terminus ad soluendum susceptus tanquam hæres ad alios fines, & effectus non suffragatur.*

14 *Actus agentium non debent operari vltra intentionem illorum.*

15 *Hæres suscipiens terminum ad soluendum non præsumitur se ipsum, suaque bona voluisse obligare, & nouationem inducere.*

16 *Hæres soluens tanquam hæres non tenetur continuare solutionem ex bonis proprijs, sed ex hæreditarijs quatenus extent.*

17 *Inuentarium operatur, quod hæres non teneatur soluere de suo, sed de effectibus hæreditatis, & num.* 18.

19 *Citatus coram perito si nihil opposuit, aut opponere non po-*

terat, sibi præiudicat, & relatio eiusdem periti sublinetur.
20 *Redditio rationes adminiculata afficit etiam non citatum.*
21 *Derogatio* Sixtinæ Constitutionis *obreata post mortem coniugis suffragatur, si hoc fuerit Papæ narratum.*
22 *Dictio* quondam *inducit, & probat mortem.*
23 *Derogatio* Sixtinæ Constitutionis *super moderatione dotium, cuicumque, etiam ex nulla causa conceditur, & post Constitutionem Innocentij nemini denegatur.*
24 *Hæres non tenetur reddere rationem de eo, quod ex iudicis decreto, sibi adiudicatum est, amplia vt num. seqq.*
25 *Iudex etiam si in adiudicatione nulliter, & iniustè processerit, adhuc facit legitimum possessorem illum, cui bona adiudicata sunt.*
26 *Sententia adiudicationis habet præsumptionem pro se.*
27 *Deliberationis iniustitia probari debet prævia transportatione actorum.*
28 *Hæres bona sibi per iudicem adiudicata, non amplius possidet tamquam hæres, sed tamquam tertius.*
29 *in Legato facto non titulo lucratiuo, sed cum onere, quis non dicitur legatarius sed creditor.*
30 *Hæres non tenetur reddere rationem de prælegato sibi cum onere facto.*
31 *Hæres non tenetur reddere rationem de fructibus bona fide consumptis, & in vsus hæreditarios ad mentem testatoris distractis.*
32 *Creditores anteriores non possunt auocare à legatarijs, & creditoribus posterioribus quod bona fide fuit ab ipsis perceptum, & consumptum.*
33 *Possessioni, seu quasi dicitur renunciasse qui post sententiam diu tacuit, & acquieuit.*
34 *Manutentionis iudicium cessat quando pars aduersa non prosequitur appellationem intra legitima tempora.*
35 *Annua præstatio cessat, si causa reducitur ad non causam, quia illius creditor reassumpsit bona propter quæ illa facta erat.*
36 *Renunciatio monialis non inquiritur an sit realis vel personalis, vbi omnia bona ex quibus sibi annua præstatio debetur retinentur ab ipsa moniali.*
37 *Annua præstatio cessare debet, si cessat indigentia, ob quam illa fuit promissa.*
38 *Promissio correspectiua, rebus in eodem statu permanentibus intelligenda est.*
39 *Obligatio facta intuitu renunciationis durat quousque renunciatio sublinetur, & suum habet effectum.*
40 *Correspectiuo deficiente, cessat omne id quod illius intuitu fuit promissum.*

D E C I S I O XC.

OBtinuit Monasterium SS. Dominici, & Sixti ex persona Sor Mariæ Virginiæ Toscanelliæ in eodem Monasterio Monialis mandatum de manutenendo in quasi possessione annuæ præstationis sc. 50. contra Hieronymum Clementinum, præuia decisione coram R. P. D. meo Rondinino; sed commissa mihi Causa à Signatura in gradu appellationis, DD. censuerunt recedendum à decisis, & mandatum Rotale non esse exequendum prima Iulij 1676. & reproposita hodie Causa, dixerunt standum in vltimo loco decisis coram me, nec Monasterio concedendam manutentionem.

Placuerunt siquidem fundamenta, quorum summa eo redigi videbatur, quod malè petat Monasterium manu-
1 tentionem, † cum possessionem non probet, quam suppo-
2 nit manutentio, manutenere enim † est conseruare, nec po-
3 test conseruari possessio, † quæ non habetur, *l. 1. §. huius autem interdict. ff. vbi possidetis § retinendæ instit. tit. de interdict.* Couar. *pract. qu. cap. 17. n. 3.* Posth. *de manut. obseruat. 4. & 5. nu. 1.* cum alijs ibidem per eum congestis.

Nam siue prætendat Monasterium quasi possessionem exigendi in bonis, quæ sunt propria ipsius Clementini, siue in bonis hæreditarijs Constantiæ Vxoris, cuius Clementinus est hæres, quasi possessionem ipsam non probat.

Non in bonis proprijs Clementini, cum non ostendat, quo ipse soluerit, nec Soror Maria Virginia ab ipso exegerit,
4 † sine actu autem possessorio, non inducitur, aut acquiritur possessio, *l. 3. § adipiscimur in fin. ff. de acquir. vel amitt. possess.*

Nec suffragari Monasterio videbatur repetita obiectio, quod Clementinus aliàs terminum ad soluendum suscepe-
5 rit, † quia suscipiens terminum confitetur quidem debi-
6 tum, † at verò non soluit, sine qua solutione † creditor
7 non constituitur in quasi possessione exigendi, cum aliud
8 sit debere, aliud soluere, † aliud cauere, aliud satisfacere, *cap. cum aliquibus de sent. & re iudic.* debitum siquidem, † & 9
possessio nihil habent commune, cùm possessio magis sit fa-
cti, quàm iuris, † adeoque requirit, factum, & actualem 10
apprehensionem, *l. naturaliter § nihil commune ff. de acquir. vel amitt. possess. l. 1. & l. 3. ff. eodem, Afflict. decis. 199. nu. 7.* Gail. *66 seruat. lib. 2. capit. 152. num. 9.* Rot. *apud* Posth. *de manut. dec. 61. num. 8.* quam nec confessio, nec decretum Iudicis inducit,
† vbi actualis non probatur facta solutio, Posthius *de ma-* 11
nutea. obseruat. 35. num. 49.

Addebatur, quod etsi susceptio termini per fiduciariam concessionem creditorem in quasi possessione constitueret,
† & non posset adhuc iuuari Monasterium, ex quo, vt 12
aliàs fuit consideratum Clementinus illum suscepit nomine
hæreditatis Constantiæ, & tamquam hæres, † vnde vltra 13
hosce fines non debet extendi, cum actus Agentium † non 14
debeant operari vltra eorum intentionem, *l. non omnis ff. si certum petat.* neque enim præsumendum est, quod vo-
luerit seipsum, & bona sua obligare, † aut nouationem 15
inducere, *l. 1. §. si is qui ff. ad Senat. Consult. Trebellian.* Rot. *decis. 392. per tot. par. 1. rec.* ac proindè vtcumque sit hæres, non tamen tenetur continuare solutionem ex bonis pro-
prijs, † sed vtique ex hæreditarijs, quatenus extarent, 16
etiamsi se creditorem ex aliqua anteriori causa assereret, Bich. *dec. 37. num. 8.*

Minus cum sit hæres cum beneficio legis, & inuentarij,
† quod beneficium operatur, vt hæres non teneatur solue- 17
re de suo, sed vtique de hæreditate, † respectu cuius cre- 18
ditor in quasi possessione exigendi reperiretur, Cenc. *de cens. par. 2. qu. 5. art. 3. num. 16.* Posth. *de manut. d. obseruat. 36. num. 9.* Rot. *dec. 158. num. 14. par. 15. rec.*

Præcipuè cum interuenerit sufficiens redditio rationis facta à Perito legitimo, ex qua Clementinus apparet creditor hæreditatis in releuanti summa, quæ sanè redditio rationis, eo fortiùs afficit Moniales, quo Soror Maria Virginia fuit
mandato Rotæ citata coram Perito, † & nihil opposuit, 19
aut opponere potest, cum omnia sint acta ritè, & rectè,
eaque redditio cum sit adminiculata † afficeret etiam non 20
citatum, Rot. *dec. 362. num. 8. par. 1. 242. num. 8. & 9. par. 9. rec.*

Et quamuis contra redditionem rationis vrgeretur in facto, quod Clementinus adhuc sit debitor hæreditatis ex triplici capite; Primò ratione quarti dotalis, quod fuit calculatum a Perito in scutis 6256. cum non sit ei debitum in tanta quantitate, ex quo dotem in scutis 25000. habuerit, non impetrata dispensatione Bullæ san. me. Sixti V. quæ vetat dotem dari, nisi in scutis 5500. Secundo ratione mobilium, quæ ipsi à Constantia Vxore fuerunt prælegata; & tertio demum ratione fructuum, quos ex hæreditate percepit, quibus tamen omnibus per Informantes pro Clementino appositè satisfieri videbatur.

Quod enim respicit quartum dotale iam obtenta fuit per Clementinum derogatio Sixtinæ Constitutionis concessa à san. mem. Alexandro Septimo, quæ derogatio argui non
potest tamquam sobreptitia, aut obreptitia, † eo quod 21
fuerit impetrata post mortem Constantiæ, quando eius obitus Pontifici innotuit, cum in Breui derogationis facta
fuerit ipsius mentio, addita dictione *quondam*, † quæ in- 22
dicat, & probat mortem ex communi loquendi vsu notat gloss. *in l. eius qui in Prouincia verb. defuncti ff. de reb. credit. & ibi* Bald. *§ primo cap. ex parte B. de for. compet.* Bald. *cons. 407. num. 9. lib. 1.* Alex. *cons. 14. n. 15. lib. 7.* Barb. *dict. 331. nu. 3.* Burat. *dec. 757. n. 10. & ibi* Add. Rot. *dec. 351. n. 7 par. 9. rec.* maximè cum derogatio hæc gratis, & sine vlla causa concedatur cui-
que petenti, † & post Constitutionem Innocentij Decimi 23
nemini denegatur, vnde dari aduersus ipsam de vitio subreptionis, aut obreptionis non potest, Rot *decis. 155. num. 6. par. 5. rec.* Millin. *decis. 433. num. 12. & in rec. decis. 213 num. 7. & seqq. par. 11. decis. 172. num. 6. & decis. 78. nu. 23. par. 12. & dec. 93. n. 11. par. 14.*

Immo eum hoc ipsum quartum dotale fuerit ipsi addi-
ctum ex Iudicis † decreto, iam non tenetur de eo publi- 24
ca, & legitima auctoritate quæsito reddere rationem, *l. iustè possidet ff. de acquir. vel amitt. poss.* vtcumque Iudex nulliter,
† aut iniustè processisset, Rota *decis. 201. num. 1. par. 4 tom. 2.* 25
cum pro sententia adiudicationis † in dubio præsumatur, 26
l. 2. de offic. ciuil. iud. latè Menoch. *lib. 2. præsumpt. 67. num. 2. & 3. & per tot.* quod si insistere vellet Monasterium, alia via esset ipsi incedendum ad euitandum iniustitiam delibera-
tionis, † si adesset, transportatis scilicet actis, cum 27
huiusmodi bona Clementinus possideat non tamquam hæ-
res, † sed tamquam tertius, Rot. *apud Posth. de subhast. dec. 55.* 28
num.

num.7. & apud Mangil. pariter de subhast. decis.89. num.2.
Quo verò ad mobilia prælegata, cum non sint ei relicta
29 titulo merè lucratiuo, † sed adiecto onere remunerandi fa-
30 mulos, iam factus est creditor magis quam † legatarius,
adeoque ad rationem reddendam non tenetur; Idemque di-
31 cendum est de fructibus perceptis, qui non extant, † sed
sunt bona fide consumpti, & distracti, pretiumque inde
habitum distributum inter famulos, iuxta mentem, & dis-
positionem Constantiæ Testatricis, idque gestum de tem-
pore, quo aderat sententia absolutoria bon. mem. R. P. D.
Pirouani, quæ etiam transitum fecerat in iudicatum, non
32 possunt autem creditores, licèt anteriores † auocare à le-
gatarijs, & creditoribus posterioribus, quod fuit bona fide
ab ipsis perceptum, & consumptum, *l. nomen quoque debi-
toris*, & ibi notatur *C. quæ res pign obl. poss. Pacif. de Saluian.
interdict. inspect.3. cap.2. nu.252.* Rot. *apud eundem decis.204.
nu.2. & coram Ludouis. decis.311. num.18.*

Neque magis potest Monialis, & per eam Monasterium
prætendere manutentionem respectu hæreditatis Constan-
tiæ, tùm quia in eodem manutentionis iudicio fuit abso-
lutus Clementinus per sententiam d. R. P. D. Pirouani, quæ
cum transierit in iudicatum ob non prosecutionem Causæ
in prædicto termino de iure præfixo, attento, quod Mo-
nialis post interpositam appellationem siluit per multos an-
33 nos, † hoc silentio, ac acquiescentia censetur quasi posses-
sionem, si habuisset remisisse, cum iudicium manutentio-
34 nis cesset quando Pars Aduersa, † non prosequitur appel-
lationem intra tempus à iure statutum, Rot. *in Camerinen.
Pensionis coram Gipsio, apud Marches. de commission. super
attent. par.2. cap.2.*

Tum etiam quia hæc annua præstatio redacta est à causa
35 ad non causam, † cum Monialis reassumpserit bona, pro-
pter quæ facta fuit præstationis promissio, ex quibus de du-
plo maior percipitur prouentus, quam sit annua ipsa præ-
stario, vnde aliquis ex DD. aduertebat inane esse quærere,
& scrutari, An renunciatio Mariæ Virginiæ sit realis, vel
36 personalis, † quando causa præstationis cessat, cum bona
omnia à creditrice eiusdem præstationis habeantur; sicque
cum cesset indigentia, ob quam promissa fuit præstatio,
37 † & ipsa meritò cessat, *cap. cum cessante de appell.* Buratt. *de-
cis.8. num.5. & seqq.* cum alijs adductis *in decis. quæ reuidetur
§. præcipuè, & §. fin.*

Nec dubitari potest, quod Monialis fideicommissis Auo-
rum, & Proauorum renunciauerit, verba enim renuncia-
tionis data in præterito Summ. *num.1.* sunt apta, in quibus,
nedum Auorum, sed Abauorum, & Tritauorum habe-
tur mentio expressa, ac fideicommissis eorum, cæterisque
39 omnibus dispositionibus renunciatur, † ideoque promis-
sio correspectiua rebus in eodem statu manentibus est intel-
39 ligenda, † & renunciatione ipsa durante, ad *l. si vnquam C.
40 de reuoc. donat.* & deficere debet † correspectiuo cessante,
l. etiamsi puer §. ex causa ff. de minorib. Gratian. *disc. for. cap.
14. n.4.* Rot. *dec.302. num.6. par.11. rec.* & pluribus relatis fir-
mat Rot. *coram R. P. D. Beuilaq. Bourlemont. in Romana resi-
dui dotis 5. Aprilis 1677. §. hæc minus.*

Et ita, vtraque Parte informante, resolutum fuit.

*Altera præsentis Causæ decisio fuit apposita in alio præce-
denti tom.6. partis 18. vbi est in ordine 785.*

REVERENDISS. D. ALBERGATO.

Sacræ Rotæ DECANO.

Bononien. Concursus Creditorum.

Mercurij 16. Iunij 1677.

A R G V M E N T V M.

Socium nouiter negociationi admissum parem cum alijs creditoribus, imò minorem fortunam habere prætendebatur, dum illius assumptionem præiudicare non potuisse dicebatur ijs, quibus antea negocium obligatũ erat, ipsum verò pro mercibus sua pecunia comparatis, & in negocium immissis, cæteris præferendum esse deciditur; quia sicut non licuisset socio post obligatum negocium per assumptionem noui socij, suis creditoribus præiudicare, ita etiam iustitia non patitur, quod ex nouis mercibus ære suo emptis, ipsi cum illius iactura locupletari debuisset.

S V M M A R I V M.

1 *Mutato facto, ius quoque variare necesse est.*
2 *Socius licet nouiter assumptus, si ære suo nouas merces comparauit, easque superaddidit negocio, non remanet simplex creditor, sed condominus, & num. 10. & seqq.*
3 *Condominus, & consocius negocij dicitur socius nouiter admissus ab omnibus approbatus, etiam in ipsa intitulatione, & exhibitione librorum.*
4 *Emptio mercium dicitur facta ex pecunijs consocij, si illa ex eadem pecunia nummularia facta sit, in qua dd. pecuniæ fuerunt depositæ.*
5 *Pecuniarum identitas resultat à breuitate temporis, quo illæ fuerunt solutæ, vsque ad diem, qua emptio facta est.*
6 *Pecuniæ identitas probatur, si emptio facta sit ex pecunijs alicuius negocij, in quo aliæ pecuniæ non erant.*
7 *Socius, & condominus si est creditor negotij, super rebus socialibus nulla indiget prælatione, & num. seqq.*
8 *Socius, & condominus merces de sua pecunia emptas, tamquam proprias, & ad se pertinentes vindicare potest.*
9 *Creditores vnius ex socijs, non habent plus iuris quam eorum auctor, & ideo sicut ille suam solam portionem inuocare potest, sic tantum, & non alias ipsi facere permittuntur.*
10 *Socius in præiudicium creditorum negocij, qui per antea cum eo contraxerunt, non potest nouum assumere socium.*
Intellige si socius assumptus nihil de suo superaddit negocio, secus si ille nouas merces inuexit, ibidem, & nu. seqq.
11 *Debitor in præiudicium creditorum res suas alteri communicare non potest.*
12 *Creditores antiqui negocii non possunt habere ius super capitale à socio nouiter assumpto, in eodem negocio apposito, & num. 28.*
13 *Creditor vnius ex sociis, licet anterior societati, nullum ius habet super capitale aliorum sociorum, & num. 18.*
54 *Merces nouiter comparatæ, in eodem negocio appositæ, vti subrogatæ in locum antiquorum remanent subrogatæ creditoribus negocii.*
15 *Subrogatio mercium supponit continuationem negocii.*
16 *Negocium nouum ex quibus constitutum dicatur, non autem antiquum continuatum.*
17 *Negocium nouum vt constitutum dicatur, per assumptionem nouorum sociorum, non est necessarium, quod dd. socii nominentur.*
18 *Negocium nouum non repugnat exerceri in eadem taberna, & sub antiquo signo.*
19 *Creditores mercatoris non possunt habere ius super portione capitalis a non socio appositæ, sed tantummodo super eo, quod antea extabat.*
20 *Locator rei datæ ad conseruandum habet potioritatem, & præfertur omnibus creditoribus etiam anterioribus.*

D E C I S I O XCI.

MAnauerat Sententia Rotalis ad tenorem decisionis
editæ coram Reuerendissimo Damasceno 27. Maij
1675. in qua decisum fuerat medietatem Mercium deco-
cti negocij, super quo Societatem contraxerant Senator
Franciscus Carolus Capraria, & Com. Nestor Morandus
esse consignan. Capitibus Creditorum eiusdem negocij, ex-
clusa Vxore, ac alijs particularibus Creditoribus eius-
dem Comitis, quam Sententiam licèt pro parte Senatoris,
qui cum Creditoribus Socialibus interim concordauit, præ-
tenderetur ob neglectam appellationem transitum fecisse
in iudicatum, Rota tamen, me proponente 8. Iunij supe-
rioris anni respondit constare de causis restitutionis in inte-
grum, quam resolutionem iterum approbauit prima Fe-
bruarij proximi præteriti, sed concessa iterum audientia, &
Causa hodie super decisis reproposita, fuit recessum a reso-
lutis, quia fundamenta decisionum ex Iuribus nouiter ad-
ductis in facto non subsistunt; Nam mutato facto, Iusquo-
que variare necesse est, † vt inquit Alphanus *I. C. in l. si ex* 1
plagis §. in Cliuo ff. ad l. Aquil. & est vulgare axioma, de quo
latè Barbos. *axiomat. 93. num. 2.*

Constat enim ex scripturis compulsatis, & nuper exhi-
bitis, Senatorem Caprariam ad formam Capitulorum Socie-

taris initæ cum Com. Morando, posuisse in ea capitale
librarum 64000. illasque per medium publicorum Banco-
rum Ciuitatis Bononiæ fuisse exbursatas, & erogatas par-
tim in emptionem negotii, alias exerciti ab Antonio Cer-
tano, & partim aliarum mercium, quæ vna cum illis Cer-
2 tani fuerunt collatæ in hoc nouum negocium Senatoris, †
& Comitis, vnde liquet ipsum Senatorem, qui suo ære
merces coemit, & quæsiuit communi negocio, non effe-
ctum fuisse simplicem Creditorem Societatis, seu Comitis
Morandi, sed Condominum negocij, & capitalis hinc in-
dè in Societatem collati, iuxta text. *ex §. si duorum Instit. de
rerum diuis. l. adeo §. volumus ff. de acquir. rer. dom.* Bart. *in l.
1. nu. 1. ff. pro soc.* Soccin. sen. *cons. 265. n. 2. li. 2.* Felic. *de So-
ciet. cap. 4. nu.* 14. & pro Condomino fuit ab omnibus, & à
Comite habitus, dum illum talem appellauit in exhibitio-
3 ne apochæ † socialis in foro Mercatorum, ac in intitulatio-
ne librorum huius negocij, vt in hodierno Summ. Senato-
ris *num. 1. 2. & 3.*

Quod autem capitale Senatoris fuerit erogatum in em-
4 ptionem d. negocij Certani, & aliarum mercium, † visum
est fuisse concludenter probatum. Tùm ex quo emptio fa-
cta fuit ministerio eiusdem Mensæ nommulariæ, in qua
capitale Senatoris fuerat depositum, ad notata per Staiban.
resolut. 169. *num.* 9. Rota *decis. 311. nu. 10. par. 3. recent. & in
Romana Census* 16. *Ianuarij* 1673. *§. de versione coram R. P. D.
5 meo Vicecomite.* Tùm quia modicum tempus intercessit † à
die, quo pecuniæ fuerunt solutæ, ad diem, quo negocium
Certani, & aliæ merces emptæ fuerunt, idem Staiban. *d.
resolut.* 169. *n. 2. & seqq.* Rota *decis. 73. nu. 5. & 28. par. 15. rec.
& in Eugubina transactionis 2. Decembris 1672 § nullatenus co-
ram bo. me. Priolo.* Tùm denique, quia in huiusmodi negocio
6 sociali non aderant aliæ pecuniæ, quàm Sen. Caprariæ, †
dum Comes Morandus in eo posuerat dumtaxat merces, vt
ad rem considerauit Surd. *cons. 80. nu.* 14. Menoch. *de arbitr.
casu 432. n. 36.* Rota *dec. 30. n. 2. in fin. par. 15. rec. & dec. 568. n. at
cor. Bichio, &* 199. *nu. 24. apud* Zacch. *de oblig. Camer.*

Nec d. versio visa est obscurari ex nonnullis partitis ex-
tractis ex computo capsæ per Certanum retentæ, & da-
tis in Summ. additionali Creditorum Com. *num.* 1. & 2. quia
obseruatum fuit d. computum capsæ esse diuersum à com-
puto particulari ipsius Certani, & pecunias in illo con-
scriptas fuisse erogatas in emptionem aliarum mercium,
& satisfactionem operariorum, vt patet ex contrapositio-
ne partitarum facta eidem computo capsæ, quæ sunt diuer-
sæ à partitis solutis mediantibus Banchis, in quibus capitale
Caprariæ depositum fuerat.

Hinc sequitur, quod Senator ratione huius dominij nul-
7 la indiget prælatione, † vt aduertit Gait. *de credit. cap. 4. quæ-
8 st. 11. num.* 1500. sed merces tamquam suas, † aut ad se perti-
nentes vindicare potest, iuxta indiuiduale *cons. Castrens.* 345.
num. 2. vers. præfatus ergo lib. 2. nec super eis molestari potest
à creditoribus Comitis consocij, cum creditores vnius ex so-
cijs, vti habentes causam à suo debitore, plus iuris habere
9 non possint, † quàm habeat socius eorum Auctor, propterea
sicut ille nil aliud nisi suam portionem in mercibus, vel ea-
rum pretio prætendere valet, ita eius creditores, qui ab ipso
ius metiuntur, nonnisi super portione eundem tangente sa-
tisfactionem assequi possunt, DD. *in l. si pign. ff. Fam. ercisc.
& in l. Comm. diuidundo, §. si debitor ff. commun diuid.* Ca-
stren. *d. cons. 345. num.* 2. Fontanel. *de pact. nupt. claus. 4. glos. 9.
p. 2. vers.* 53. Coll. *ficul. cons. 55. n.* 2. Hermosil. *ad Lopez. tit. 5. l. 49.
glos. 6. par. 3. sub nu.* 9. Merlin. *de pign. lib. 4. quæst. 41. n.* 23 Rocc.
de Mercat. cons. 86 n. 7. & 13. lib 2. & de decoct. Mercat. *n. 264. &
de Societ. n. 169. & seqq.* Rota *dec. 280. n. 2. cor. Remboldo,* & pro-
bat *decis. Reuerendiss. Damasceni §. & huius,* & admittit alia
coram me 8. Iunij 1776. §. nec visa.

Non obstat, quod Comes Morandus post contractam hy-
pothecam fauore suorum creditorum nequiuerit illis præ-
iudicare, assumendo Senatorem, in socium, eique commu-
10 nicando negocium † iam antea eisdem creditoribus pro eo-
rum satisfactione obligatum, quoniam id procedit quando
exercens Tabernam, vel alterum negocium post contra-
cta debita assumit socium, per cuius assumptionem capi-
tale negocij non augetur, vt quia pecunia, vel aliquid aliud
ab illo pro sua portione capitalis positum non erogatur,
11 nec conuertitur, aut redundat in augmentum negocij, † in
quibus terminis loquuntur auctoritates in meis præcedenti-
bus decisionibus allegatæ, cum nec iustitia, nec æquitas
admittat, quod debitor in præiudicium creditorum res suas
alteri communicet, & Tex. *in l. debitorum pactionibus C. de
pact.* quem exornat Salgad. *in labyr. cred. par. 3. cap.* 13. Rota
in Romana pretij 13. Ianuarij 1676. coram me §. nec dicatur.

Secus autem est, quando negocium augetur mediante
capitali posito a consocio, vt in præsenti fecit Senator,
cuius pecunia negocium, quod antea erat valoris lib. 64000.
increuit vsque ad summam libr. 128. m. hoc enim casu ea-
dem iustitia, & æquitas, quæ non patiuntur debitorem in
præiudicium creditorum assumere socium inanem, & va-
cuum; † qui capitale non augeat, ita non permittunt, quod 12
creditores particulares vnius socij ius acquirant super capita-
li, & augumento posito à nouo socio, quem nullatenus,
nec in persona, nec in eo habent obligatum, Salgad. *in
labyr. credit. par. 1. cap. 9. num.* 60. dicens creditores vnius ex
socijs † licèt anteriores Societati ius non habere ad capitale 13
aliorum sociorum, Fontanel. *de pact. nupt. d. claus. 3. glos. 9.
par. 2. num 61. versic non autem,* Rota *coram Remboldo dec. 280.
n. 9. & post* Mangil. *de subhast. decis. 66. num. 7.*

Nec releuat, quod mercimonium emptum à Certano
non fuerit separatim exercitum, sed inuectum in funda-
cum Morandi, † vnde inferebatur illud per subrogationem 14
loco mercium ab initio in eo existentium remansisse hypo-
thecatum creditoribus Morandi, iuxta Text. *in l. cum taber-
nam ff. de pignor.* quia cum subrogatio supponat in necessa-
rium antecedens continuationem negocij, † talis continua- 15
tio ex datis in hodierna propositione, cessat ex facto; Nam an-
tiquum negocium, quod tamquam quid vniuersale ceciderat
sub hypotheca creditorum Comitis fuit penitùs extinctum,
& alterum nouum, & diuersum erectum, & creatum
cum Senatore, & paret quoniam inter Comitem, & Se-
natorem fuerunt facta noua Capitula, eaque insimul cum
nouis libris fuerunt exbibita in foro Mercatorum Bononiæ,
fuerunt conscriptæ Epistolæ circulares Mercatoribus re-
sponsalibus antiqui negocij, quibus certiores reddebantur
negocium antiquum esse finitum, ibi; *li negotij sia hora ca-
minati sotto il mio nome hanno hauuto suo debita fine con sodisfat-
tione dell'interessati,* † fuit etiam ex integro conducta apothe- 16
ca, vbi negocium exerceri in posterum debebat, & assum-
pti noui Institores, qui eidem præessent, & demum fuit alte-
ratum antiquum nomen *Gioseppe Morateri*, sub quo nego-
cium vsque tunc cantauerat, & additum, *E compagni,* quæ
omnia manifestè ostendunt fuisse creatum, & erectum no-
uum negocium totaliter separatum ab antiquo, Mag. *dec. 1. n.*
26. Noguerol. *alleg. 11. numer.* 48. vbi quod procedit † etiamsi 14
socij non expressè nominentur, Giurba *ad Const. Messan. cap.
9. glos. 9. num.* 12. Salgad. *labyr. credit. par. 1. cap. 9. nu. 53. Io-
seph. Ludouic. conclus. 53. vers. 3. præsumptio,* & facit Rota *dec.
233. nu. 1. par. 15. recent.*

Non obstante, quod hoc nouum negocium fuerit ex
pacto exercitum in eadem Taberna, & sub eodem stigma-
te, quia non repugnat, imò quotidianum est, quod in
eadem Taberna, & sub antiquo signo, noua erigatur ne-
gociatio, & licèt quandoque dd. coniecturæ fuerint conside-
ratæ pro continuatione præcedentis negociationis, tamen
non visæ sunt releuantes, quando, prout hic, præpon-
derant aliæ demonstrationes pro terminatione primi, & ere-
ctione noui negocij.

Præterea ad excludendum subrogationem super osten-
sum non fuisse à Comite collatam in societate Taber-
nam tamquam quid vniuersale, sed tamquam quid parti-
culare, nempè vi capitale libr. 64000. quas pro sua portio-
ne ponere tenebatur, & negocium Certano, & aliæ mer-
ces emptæ ex capitale Sen. Caprariæ fuerunt in fundacum
Comitis inuectæ, non ad finem subrogandi loco mercium
antiquarum, cum quibus Senator nihil vnquam commune
habuit, sed ad finem communicandi cum Comite, quate-
nus ipse eidem communicaret suum capitale † ad effectum 19
constituendi vnum totum librar. 128 mil. & in omnem euen-
tum semper vrget eadem responsio, quod talis prætensa
subrogatio posset ad summum intrare pro rata lib. 64000.
positarum à Comite, non autem pro mercibus emptis, &
collatis à Senatore, super quibus nullum ius acquiri potuit
creditoribus Comitis, vt probant Castr. Fontanel. Salgad.
Rot. *& alij supra allegati.*

Quod verò ad pensiones apothecæ non fuerunt impu-
gnatæ decisiones, cum tam A. C. Panciaticus, quàm
Reuerendiss. Damascenos pro illis prælationem concesse-
rint locatori, † qui cum agatur de re data ad conser- 20
uandum, habet super inuectis, & illatis potioritatem,
& præfertur omnibus creditoribus etiam anterioribus,
vt tradunt Bart. *in l. interdum numer. 3. ff. qui pot. in pign.
hab.* & reprobato Peregr. *cons. 84. lib 4.* notat Gait. *de credit.
cap. 4. q. 51. num.* 1586. & alij, qui referuntur in vtraque de-
cisione

cissione huius Causæ coram me, & consequentèr non possunt creditores Comitis Morandi ex isto capite Sententias de iniustitia redarguere, & sub hoc prætextu rem iudicatam euitare.

Et ita, Partibus hinc indè informantibus; recedendum esse à decisis resolutum fuit.

Aliæ binæ decisiones in hac causa, ambæ sunt impressæ præcedenti tomo 2. partis 18. vbi sunt in ordine 484. & 726.

R. P. D. T A I A.

posteà S. R. E. Cardinali.

Vrbeuetana Releuationis Indemnitatis.

Mercurij 16. Iunij 1677.

A R G V M E N T V M.

Ad euitandam releuationem indemnitatis ob euictionem à cohærede passam, opponebatur præscriptio, quæ tamen non subsistebat; quia illa creditori litiganti cum deliberatario, non currit, & vlterius remanebat sublata per monitorium super d reuelatione indemnitatis exequutum, & legitimè reproductum, & demum, quia, vel nimis serò allegata est, post tres conformes, aut etiam quod ex capite ignorantiæ, restitutio in integrum competebat.

S V M M A R I V M.

1 *Statutum Vrbis* libr. 1. cap. 158. *præscribit actiones spatio 16. annorum.*
2 *Statutum Vrbis de præscriptionibus comprehendit etiam forensem, sed vid. num. 16.*
3 *Præscriptio de iure communi est triginta, & quadraginta annorum.*
4 *Actiones, quæ non præscribuntur triginta annis, remanent præscriptæ per spatium annorum quadraginta.*
5 *Hæres conuentus actione personali non tenetur ad totum debitum, sed pro virili.*
6 *Creditori litiganti cum deliberatario nulla præscriptio currit, & num. seqq.*
7 *Præscriptio cum debitore principali non currit donec agitatur lis cum illo, qui ius habere videbatur.*
8 *Præscriptio fundatur in negligentia creditoris, & ideo sine illa currere non potest.*
9 *Monitorium cum negatione subsequuta sufficit pro litis contestatione, & sic præscriptionem interrumpit.*
10 *Præscripta, vt interrumpatur per monitorium sufficit tacita responsio.*
11 *Actio per monitorium exequutum, & negatum perpetuatur ad alios quadraginta annos.*
12 *Interpellatio perpetuat actionem, maximè si fuerit deuentum ad litis contestationem.*
13 *Hæres aduersus præscriptionem cum ipso completam succurritur auxilio restitutionis in integrum ex capite ignorantiæ.*
14 *Præscriptio allegata post tres conformes non suffragatur ad retardandam illarum executionem.*
15 *Restitutio in integrum facile conceditur aduersus Statutum Vrbis* de præscriptione 16. annorum, *maxime in muliere.*
16 *Forensis vocatus in Vrbe ad litigandum non comprehenditur sub Statuto* de præscript. 16. annorum, *sed vid. sup. num. 2.*

D E C I S I O XCII.

Diuisis Paternis bonis à Deianira, & Constantia filiabus, & hæredibus Petri Iacobi, & Ascanius vti creditor dicti Petri Iacobi obtinuit ab A.C. mandatum executionum pro scutis 1100. ex quo fuit subhastatum Prædium in parte Deianiræ obuentum, quæ Iulium Constantiæ filium, & hæredem etiam infantem interpellauit in persona Ioannis Baptistæ Patris in Tribunali Vrbeuetano pro contributione scutorum 550. & in eo, quod interesse ad rationem scutorum quinque pro centenario, vt in interpellatione 7. Ianuarij 1595. & sic postmodum anno 1663. Monaldus hæres Deianiræ procedendo coram A.C. obtinuit sententiam condemnantem Iulium ad restituendum sibi scuta 550. nec non fructus bonorum subhastatorum ad rationem quinque prout in sententia, sed causa commissa Rotæ de restitutione in integrum ex defectu legitimæ prosecutionis appellationis, Rota respondit in iudicatum transijsse coram Reuerendissimo D. meo Albergato Decano in tribus decisionibus 10. Aprilis 1671. 15. Februarij 1672. & 30. Ianuarij 1673. fuit iudicium absolutum, Commissa vero denuo causa à Signatura Alteri, qui ad legitimam, &c. eaque disputata coram Reuerendissimo D. Mattheio nunc S. Palatij Præfecto, decisum fuit prima Iulij 1674. procedendum ad vlteriora, atque ita fuit per decretum pronunciatum, sed adhuc adita Signatura, Commissa tertio est causa cum clausula constito de tribus &c. quo dubio proposito 7. Februarij 1676. non potuit liquere, & hodie reproposita DD. responderunt constare de tribus vno tamen non assentiente.

Aiebat enim ipse iniustas esse sententias, & præscriptam actionem, tam ex statuto, quàm ex iure communi,
siquidem Deianira euictionem passa interpellauit Iulium,
vt supra 7. Ianuarij 1595. & posteà siluit, † vnde successit 1
in primis præscriptio 16. annorum ad Statut. 158. *li.* 1. † Com- 2
prehendens etiam forenses ex annotatis à Fenzon. *nu.* 61. &
62. Rut. *coram Merl. decis.* 125. *num.* 3.

Vnde visum est non obstare illi, quod monitorium Deianiræ contra Iulium exequutum 11. Iunij 1616. & inde prætensa interrupta præscriptio, quia à dicto anno 1595. perfecta iam fuit statutaria effluxis vltra quinque annis.

Et communis quoque successit trigenaria, † & qua- 3
drigenaria, & vltra ad *l.* 3. & 4. *C. de præscript.* 30 & 40.
annorum vbi omnes actiones, quæ 30. annorum spatio,
vel minore non tolluntur, † 40. annorum spatio tollun- 4
tur, est Bart. *summa dictæ l.* 4. nullo quidem obstante monitorio, & monitorij productione die 11. Iunij 1616. quod non exhibetur, & minus explicatur, quod ex causa huius euictionis fuerit petitum, & Iulius protestatus fuit non teneri respondere ad petita prout petuntur, &c. & his saluis nihil fieri nisi ipso comparente citato, adhuc ab anno 1616. vsque ad annum 1663. intrat, & quadrigenaria præscriptio.

Minusque obstare lite pendente inter Deianiram, & Deliberatarium super nullitate subhastationis, & deliberationis Prædij, ne posset agi Deianira pro releuatione, quia non impedit præscriptionem inter alios lis, & iudicium inter alios, & nullitas cum deliberatario tantum deducebatur, quod Deianira actione personali, † qua fuit 5
conuenta non tenebatur ad totum debitum, sed pro dimidio, iuxtà tex. *l.* 2. *C. de hæred. action.* & ideo non valens effugere euictionem dimidij prædij; aut sanè dimidium debiti, bene potuit, & debuit agere contra sororem eiusque hæredem, & vltrà habebat actionem pro recuperatione fructuum.

Et corroborando præscriptionem statutariam præsumptionem solutionis addebat ille, alias rationes præsumendam solutionem, videlicet à lapsu tot annorum, à petitione aliorum creditorum annis 1623. & 1625. & prius ab alia diuisione anno 1619. 13. Nouembris, & ex nonnullis bonis indiuisis, postea diuisis, nihilo acto, aut præseruato super huiusmodi credito, ex quibus satisfactio illi concludebatur.

Contrarium autem placuit alijs DD. & constare de tribus conformibus iustis, & validis, vt supra responderunt.

Nec obstare præscriptionem facto bene perpenso; Subhastatio enim vigore mandati A. C. euenit anno 1595. & mortua tunc Constantia, Deianira subhastationem passa, interpellauit Iulium in persona Ioannis Baptistæ Patris ad contribuendum pro medietate, vt supra, sed post interpellationem Iulij deuoluta causa à Prætore Vrbeuetano ad Curiam anno 1616. Deianira prosequuta est Iudicium super nullitate subhastationi, tàm contra deliberatarium, quàm contra Iulium, vt ex monitorio in actis reproducto alijsque gestis contra deliberatarium in totum annum 1624.
† vnde litigando cum deliberatario nulla potuit currere 6
præscriptio, Rot. *decis.* 79. *numer.* 4. *par.* 15. & in puncto
eius, qui litigauit cum debitore putatiuo, † quod non po- 7
tuerit currere præscriptio cum debitore vero, ex quo cesset
negligentia, † in qua fundatur præscriptio tenuit Rota *cor.* 8
Bichio decis. 50. *num.* 4.

Et monitorium contra Iulium cum negatione subse-
quenter facta nomine Iulij 11. Iunij 1616. sufficiens visum
9 est pro litis contestatione, † & sic ad interrumpendam præ-
scriptionem, Gonzal. *de lit. contest. ad cap. primum numer.*
10 12. *vers. non obstat.* vbi quod sufficit etiam † tacita responsio,
11 Rota *cor. Coccin. dec.* 337. *n.* 9. adeoque actio perpetuata fuit †
ad alios 40. annos iuxtà tex. *in l. fin. C. de præscript.* 30. & 40.
annorum & Rot. *coram Merl. decis.* 125. *num.* 8. quando non
12 solum intercessit simplex interpellatio, † sed fuit etiam de-
uentum ad litis contestationem *in dicta decis. vers. secundus
casus*.

Ab anno autem 1624. lite terminata cum deliberatario, &
si fuisset incepta alia præscriptio compleri tamen non potuit
contra Deianiram defunctam anno 1637. & si compleri dica-
13 tur cum Monaldo hærede, † succurritur eidem auxilio re-
stitutionis in integrum ex capite ignorantiæ probabilis, vbi
agitur de hærede, ad Fenzon. *dicto cap.* 158. *num.* 71. *cum al-
legat.* & nimis sero opposita visa est hæc præscriptio post tres
14 conformes, † adeoque non suffragari ad retardandam exe-
cutionem earumdem conformium Rot. *coram Bich. dec.* 173.
à numer. 1. *vsque ad* 4.

Non obstante etiam, quod monitorium reproductum
non sit in hac causa, aut saltem non demonstretur conclu-
denter pertinere ad hanc causam, quia licet inter parte es-
sent aliæ lites merè executiuæ, ita vt incongruum esset in
illis procedere per viam monitorij nihilominus ostenditur ad
oculum hoc monitorium esse in hac causa, dum lites exe-
cutiuæ erant in actis aliorum notariorum, & hæc erat in
actis, in quibus vertebat prætensa contributio contra Iu-
lium, & prætensa nullitas subhastationis inter Deianiram,
& Deliberatarium, & mense Maij 1616. fuerunt ibi pro-
ducta iura contra Deliberatarium, & mense Iunij sequen-
tis reproductum monitorium contra Iulium, vt supra.

Præsumptio autem satisfactionis minus nocere visa est
siuè illa deducatur ex præscriptione Statutaria Vrbis *d. cap.*
158. siuè, quod inter partes remanserant diuidenda semo-
uentia, & mobilia, & occasione talis diuisionis potuerit
Constantia sarcire Deianiræ dicta scuta 550. Quo enim ad
præscriptionem statutariam Vrbis, cùm contractus in Vrbe
non fuerit celebratus, sed solum fuerit ab Ascanio forensi
actum pro illius consecutione in Curia contra Deianiram
paritèr forensem, & si Iudicium nomine Ascanij processe-
rit, nec iuuari eo possit Iulius vti de re inter alios acta, præ-
cipuè, quod post dictum Iudicium in Vrbe interpellauerit
Iulium in Tribunali Vrbeuetano, vel non comprehendi-
tur Deianira sub Statuto Vrbis vti forensis, vel si compre-
henderetur ex iudicio cæpto ab Ascanio (quo iuuari non de-
15 bet Iulius) † præstò est in integrum restitutio aduersus hoc
statutum præcipuè in fœmina, Rota *coram Caputaquen. dec.*
207. *numer.* 5. *par.* 3. Add. *ad* Buratt. *decis.* 98. *num.* 7. & benè
distinguendo, quando mulier forensis trahitur in Vrbe, pro-
ut hic vocata est ab Ascanio creditore ad litigandum, vel
16 quando ipsa voluntariè mouit litem in Vrbe, † vt primo ca-
su non comprehendatur sub dicto Statuto *R. P. D. de Luca
de redit. disc.* 129. *num.* 21. *vers. & è conuerso*. Quo verò ad
mobilia, & semouentia indiuisa inter partes, non conclu-
ditur ex hoc, quod Constantia sarcierit Deianiræ, sed am-
plius ostenditur ex parte Monaldi, quod mobilia, & semo-
uentia ex conuentione inter partes debebant diuidi anno
1592. quo tempore creditum non erat in rerum natura con-
tra Constantiam, nec Ascanius iudicium instruxerat pro ob-
tinendo mandato, & præsumitur diuisionem fuisse sequu-
tam eo tempore, quo partes se obligarunt ad diuidendum.

Noua scriptura diuisionis 13. Nouembris 1619. vtpotè
non producta, nec recognita nullius momenti est in Iudi-
cio, & DD. pro omnibus corroborandis adeundas decisio-
nes causæ in præcedentibus instantijs promulgatas dixerunt,
quia in illis adamussim omnibus responsum est, & cum il-
lis transire voluerunt.

Et ita vtraque parte informante resolutum fuit.

*Plures decis. in hac causa emanatæ concordatæ sunt supra de-
cis.* 358. *par.* 18. *tom.* 1. *rec. infra vero sub diebus* 19. *Ianuarii*,
& 1. *Iulij* 1678. *erunt aliæ duæ in eadem causa coram eodem
Emin. D. Cardinali Taia, quæ infra suis loco, & tempore ap-
ponentur.*

R. P. D. CALATAIV.

Vlterbien. Pecuniaria.

Mercurij 16. Iunij 1677.

A R G V M E N T V M.

Ad euitandum damnum inter socios sequutum occasione vilioris venditionis rerum socialium allegabatur societatem fuisse finitam, mediante epistola circulari, qua correspons alibus explicabatur, ne in posterum alteri fidem præstarent, quam nouo ministro ad hunc effectum constituto, sed quia illa solam mutationem eiusdem ministri continebat, pro continuatione, & sic damno communiter adscribendo, deciditur, maximè quia eadem epistola non erat absoluta, sed conditionalis, donec aliter prouideretur, & etiam, quia sic ex obseruantia subsequuta declaratum erat.

S V M M A R I V M.

1 *Negotium dicitur continuatum, non finitum per solam mutationem ministri, quamuis correspons alibus scriptam ne antiquo ministro amplius fidem præstarent.*

2 *Mercatoribus in materia durationis vel terminationis negotij, ratione eorum peritiæ plurimum Sacra Rota deferre consueuit.*

3 *Causa conscriptionis epistolæ magis, quam ipsa epistola attendi debet.*

4 *Epistola circularis à mercatoribus scripta super præstatione fidei alteri ministro, si fuit temporalis, non perpetua, non inducit terminationem negotij.*

5 *Deputatio noui ministri, donec aliter prouidebitur, dicitur temporalis, non perpetua.*

6 *Dictio* finche, *latinè* donec *actum non tollit, sed illum simpliciter suspendit.*

7 *Actus operari non debet vltra intentionem agentium.*

8 *Epistola alicui conscripta cum clausula* finche vi si dirà il contrario, *non importat actum absolutum, sed conditionalem tantum, & sup. num. 6.*

9 *in Libro contentorum notitiam habere dicitur ille, qui in eodem libro continuo versatus est, in eoque etiam ipse scribebat.*

10 *Consensus inter mercatores ex scientia, & acquiescientia præsumitur.*

11 *Fides quamuis sit extraiudicialis, si tamen est adminiculata, plurimum attendi debet.*

12 *Epistola circularis inter mercatores conscripta, ex postea gestis apprimè declaratur, & nu. seq.*

13 *Obseruantia est optima interpres durationis societatis, & intellectus sociorum.*

14 *Societas non ideo terminata dicitur, ex eo quod alter socius negotium appellauerit suum.*

15 *Meum quoque dici potest, quod est mihi cum alio commune.*

16 *Epistola circularis si ob sui dubia, & respectu correspons alium dissolutionem societatis importare non possit, quatenus tamen illam inducat, quo ad ipsos socios, & numero seqq.*

17 *Contrauentio, & odium socij contrauenientis excluditur stante scientia, & consensu alterius socij.*

18 *Damnum succedens in re, communi nomine empta, non vni soli, sed pro rata cuilibet socio communicatur.*

19 *Merces vili pretio venditæ etiam post disductam, & dissolutam societatem, communi sociorum, damno adscribendæ sunt.*

20 *Damnum inter socios non attendit tempus, quo res sociales consumuntur, sed tempus, quo communi nomine comparatæ sunt.*

D E C I S I O XCIII.

IVxta facti variationem, & intelligentiam, varias hæc causa sortita est vicissitudines. * Primo enim coram bon: mem. Verospio resolutum fuit, quod per Epistolam circularem per quam Paulus Ciofus correspons ales

negocij

negocij monebat, ne imposterum fidem aliquam præsta-
rent literis, nisi per Carolum eius fratrem scriptis, disso-
luta fuerit societas inter ipsum Paulum, & Serchiettum
inita, ideoque, quod damnum postea superuentum in
frumento sociali afficere deberet solum Ciosum, non au-
tem Serchiettum, vt ex decisione coram ipso edita die pri-
ma Decembris 1659. quæ etiam confirmata fuit coram me
in illius locum subrogato die 4. Maij 1668. sed quia deductum
postea fuit, quod damnum partim passum fuerat ante di-
ctam Circularem literam; partim verò superuenit præce-
dentis negocij explendi, & communis frumenti vendendi
gratia, illud ad omnes socios etiam post dissolutam socie-
tatem spectare, recedendo ab antecedentibus decisionibus,
firmatum fuit in alia pariter coram me 8. Aprilis 1669. Re-
uocata sub inde fuit etiam ista die 5. Decembris 1670. eo
quia dissolutio societatis illegitimè, & intempestiuè facta
fuit per Ciosum, & frumentum ab ipso proprio nomine
venditum.

Cum autem hodie denuò ad Trutinam reuocaretur vlti-
ma hæc resolutio DD. melius considerata supradicta circu-
lari Epistola à Cioso scripta censuerunt, quod per hanc in-
1 ducta solum fuerit complementarij mutatio, † non autem
societatis dissolutio, ideoque ab illa recesserunt.

Satis enim hoc colligitur ex tenore eiusdem Epistolæ: *da
quì auanti per la nostra Ragione cantante Paolo Ciosi, e Santo
Serchietti, farete nota di non prestare fede ad altra mano, che
à quella di Carlo Ciosi, sotto li nomi medesimi di Ciosi, e Ser-
chietti, finche vi si dirà il contrario &c.* in qua, cum enun-
cietur, quod nouus complementarius scribere debebat:
*per la Ragione cantante, Ciosi, e Serchietti, e sotto nome
delli medesimi*: Vtique supponitur continuatio, non dis-
solutio antiquæ societatis, & inducitur sola mutatio Mi-
nistri, prout attestantur primarij Vrbis Mercatores in ho-
2 dierno Summario Ciosi *num. 6.* quibus in hac materia † ra-
tione Peritiæ plurimum Sacra Rota deferre solet, vt in *decis.
366. num. 5. par. 13. & decis. 345. num. 22. par. 15. recent.* & sepè
alibi.

Idque colligitur etiam ex causa conscriptionis Epistolæ,
3 † quæ magis, quam ipsa Epistola attendi debet *l. tutor da-
tus, ibique* Glos. *verbo sit ff. de fide instrum.* Rota *decis.* 387.
num. 5. coram Buratt. Cum enim Serchiettus, qui prius scri-
pturas subscribebat sub ipsius, & Ciosi nomine, profectu-
rus esset ad Ciuitatem Vetulam pro negociatione frumenti
4 socialis, † vt apparet ex Epistolis, paulo post inde trans-
missis, ne interea fundacum Viterbij damnum pateretur,
necesse fuit alium Complementarium substituere, & de
5 substitutione corresponsales monere, quod † ipsum iudi-
cant vltima verba Epistolæ: *finche vi si dirà il contrario.*
Vnde apparet deputationem Caroli Ciosi temporaliter fieri
6 propter absentiam, † Serchietti, iuxta naturam illius
dictionis, *finche* latinè *donec*, quæ non tollit, sed suspen-
dit Cirocc. *discept. 46. num. 11.* Barbos. *plures colligens dictione
93. num. 3.* Ideoque ne actus operetur vltra intentionem agen-
7 tium, † contra regulam text. *in l. non omnes in princip. ff. de
reb. cred.* Merlin. *de pignor. lib. 4. qu. 110. num. 6.* Rota *in Perusi-
na executionis 25. Nouembris 1672. §. fin. ad med. coram bo. me.
Priolo*, dicendum est, quod hæc Epistola importauerit
8 † solum temporalem mutationem Complementarij, non
dissolutionem societatis.

Præsertim, quia scripta fuit sciente, & consentiente
Serchietto, scientia enim probatur ex eo, quod registrata
fuit in solito libro intitulato Copia di lettere, vbi etiam re-
gistraræ subinde fuerunt aliæ ab eodem Carolo Cioso nouo
Complementario conscriptæ; Isteque liber publicè retine-
9 batur in communi negocio, † vbi per plures subsequentes
dies idem Serchiettus versatus fuit, scribendo etiam in li-
bris fundacalibus plures partitas, vnde ignorantiam alle-
gare nequit per text. *in l. si Pupillus 11. §. de quo palam ff. de in-
stit.* Rot. *coram Buratt. dec. 110. nu. 26. & seq.* Consensus autem
10 † in hac materia ex acquiescentia præsumitur Roce. *de So-
ciet. & Mercat. notab. 9. num. 25.* Rota *Ianuen. decis. 97. num. 1. &
seqq.* Mantic. *de tacit. lib. 6. tit. 23. num.* 30. & comprobatur ex
attestatione iurata alterius Ministri eiusdem fundaci depo-
nentis, quod dicta Epistola scripta fuit, cum consensu,
& licentia Serchietti, & quod ipse talem facultatem Caro-
lo Cioso tribuerat, vt in hodierno Summario Ciosi *num. 11.*
11 quæ licet extraiudicialis, † cum tamen ex supradictis ad-
miniculetur multum attendi debet Rot. *Coram Duran. decis.
416. numer. 8. vers. quorum fidibus, & in recent. decis. 189.
numer. 8. par. 10.*

Rectè etiam comprobantur prædicta ex actibus subse-
quutis, † dum post dictam Epistolam socij continuarunt in 12
eodem negocio sub ijsdem nominibus Ciosi, e Serchietti
cantante, ipse Serchiettus assistentiam præstitit in funda-
co, donec discessit, ibidem vendendo merces, & parti-
tas registrando in libris fundacalibus, ac etiam post disces-
sum scripsit Epistolam à Ciuitate Vetula super negociatio-
ne communis frumenti, vt in dicto Summario Ciosi *nu. 5.
8. & 11.* & quod magis est, dum post aliquos menses Cio-
sus societatem iudicialiter disdixit, ipse Serchiettus prote-
status fuit, quod societas dissolui non poterat, sed dura-
tura erat ad sexennium, ex quibus resultat obseruantia opti-
ma Epistolæ interpres, † & durationem societatis demon- 13
strans, vt omissis generalibus ad rem firmant Rom. *cons.
291. num. 2.* Rot. *decis. 324. num 8 par. 12 recent.*

Hinc non obstat, quod Ciosus in quadam Apocha enun-
ciauerit *il mio negocio di Viterbo*, ex quo argui prætenditur,
† quod idem negocium non esset amplius commune, quia 14
meum dici potest, † quod est mihi, cum alio commune 15
per text. *in l. rectè dicimus 25. vbi* Glos. *vers. illa Pars, & in l.
Pupillaris 239. in fin ff. de verb. signif.* Surd. *decis. 263. num. 7. &
seq.* Ciriac *controu. 292. num. 1.*

Nec minus resistit, quod quatenus dicta Epistola non
importaret claram dissolutionem societatis, † hoc intelli- 16
gendum esset solum ad fauorem Corresponsalium, † pro 17
quibus requirebantur expressa, & legalia verba, non au-
tem in odium Ciosi, qui contrauueniendo Capitulis societa-
tis tribuentibus facultatem scribendi vtrique socio, illam
dissoluisse censetur, vt firmatum fuit in decisione 4. Maij
1668. *§. nec obstat*, quia stante scientia, † & consensu Serchiet- 18
ti, vt supra comprobatis, euanescit quælibet contrauentio,
& quodlibet odium euitatur.

Confirmarunt quoque DD. decisionem præcedenter ema-
natam die 8. Aprilis 1669.

Nam placuit etiam fundamentum illius, quod cum
prædicta Epistola scripta fuerit 28. Aprilis 1649. & per duos
menses ante Nauis frumenti sociali nomine inceptati, fue-
rit depredata, & alia frumenta socialia duarum aliarum
Nauium, & quæ ad Ciuitatem Verulam peruenerant Ro-
mæ, vendi non potuerit, attentis bandimentis R.P.D. Præ-
fecti Annonæ, adeout necesse fuerit ad alias partes illa
transmitti, ac pro prætio reperibili vendi, iactura inde
secuta, vtpotè proueniens ex re in communi empta, † non 19
vni soli, scilicet Cioso, est imputanda, sed pro rata parti-
cipationis inter omnes socios diuidenda *l. Act. 65. in princ.
vers. si in rem certam ff. pro* Soc. Com. *cons. 122. col. 2 lib. 1.* Surd.
cons. 20. num. 17. Rota *in Romana Participationis 9. Maij 1588.
coram bo. me. Bubalo §. 1. vers. accedit pœnes* Marches. *de com-
mission. par. 1. fol. 772.* cum alijs allegatis in decisione confir-
mata *§. & summa quidem ratione.*

Hinc propterea licet frumentum appareret fuisse vendi-
tum etiam post disdictam, & dissolutam societatem, nihilo-
minus damnum semper erit commune, quia cum id actum
fuerit præcedentis negotij explicandi gratia, non debet ha-
beri ratio ad † tempus, quo sociales effectus consumun- 20
tur, sed ad illud, quo communi nomine illi empti fuerunt
l. nam, & seruus 21. § si viuo ff. de negot. gest. Ruin. *cons. 116. nu.
1. & seq. lib. 1.* Gratian. *discept. 276. num. 91.* cum alijs in deci-
sione citatis.

Et ita vtraque parte informante resolutum fuit.

*Plures decis. in hac causa sunt impressæ par. 13. decis. 123. par.
15. dec. 233. & par. 16. decis. 372.*

R. P. D. RONDININO.

Bononien. Fideicommissi Caroli, de Pepulis.

Mercurij 16. Iunij 1677.

ARGVMENTVM.

Æqualis successio conceditur proximiori, &
remotiori simul, tam in hæreditate, & fidei-
commisso, quam etiam in prælegato, quan-
do prout hic, constat de voluntate testan-
tis, quæ in præsenti fuit deducta ex pari-
tate affectionis, ita ut ex pluribus visum sit,
ipsum voluisse, quod omnes æqualiter suc-
cedere debeant, & proinde æqualiter etiam
sunt admissi.

SVM-

S V M M A R I V M.

1 *Pronepos, & Nepos æqualiter à teſtatore dilecti, & vocati, æqualiter etiam admittuntur, tam in ſucceſſione, quam in prælegato, & num. ſeqq.*

2 *Succeſſio æqualiter conceditur inter proximiorem, & remotiorem ſtante paritate affectionis, & vniformitate voluntate teſtatoris.*

3 *Repræſentatio ex voluntate teſtatoris etiam in prælegato particulari conceditur.*

4 *in Legato facto proximioribus omnes proximiores admittuntur, itaut filius repræſentet perſonam ſui patris.*

5 *Teſtator ſi ſuis hæredibus fecit etiam prælegata, quorum vnum compenſaretur cum altero, eorum ſubſtituti æqualiter in omnibus ſuccedere debent.*

6 *Subſtitutus non debet eſſe melioris conditionis, quam inſtitutus.*

7 *Proximitas quando à teſtatore deſumenda non ſit.*

8 *Proximior de agnatione vocatus intelligitur de agnatione teſtatoris ad diſtinctionem alterius de agnatione eiuſdem familiæ.*

D E C I S I O   XCIV.

ROtalem ſententiam, qua Marchioni Guido conceſſa fuit immiſſio ad Palatium, quod Carolus teſtator legauit Franciſco, & poſt eius obitum proximioribus agnationis ſuæ, confirmandam eſſe hodie Domini reſponderunt.

Conſtat enim ex teſtamento Caroli fideicommittentis
hodie denuo exhibito teſtatorem tàm in prælegato Contro-
uerſo huius Domus, quàm in Inſtitutione æqualiter dilexiſ-
1 ſe Marchionem Camillum † nepotem, & Marchionem
Guidum Pronepotem, eos æqualiter ad ſucceſſionem vo-
cando, quinimo æqualem affectionem teſtatorem habuiſ-
ſe erga Franciſcum priorem Prælegatarium huius domus
controuerſæ, & grauatum in caſu obitus ſine filijs: *à fa-*
uore de più proſſimi dell'agnatione di detto teſtatore, quia li-
cet ei prælegauerit Palatium, voluit tamen, quod tene-
retur retribuere Camillo Nepoti, & Guido Pronepoti
portionem eius domus addita ratione: *e queſto in cambio*
della parte, che à ciaſcheduna di quelli dourebbe toccare nella
caſa, che hà laſciato il detto teſtatore al Signor Conte Franceſco
ſe non glie l'haueſſe laſciata, perche à queſt'effetto il detto Signor
teſtatore hà fatto il detto legato, e non altrimenti, e non in altra
maniera: qua poſita paritate affectionis, & vniformi teſtato-
ris voluntate, tàm reſpectu Camilli Nepotis, quam Guidi
2 Pronepotis, † ſequitur vt æqualiter vterque ad ſucceſſionem
admittatur, quamuis verſemur in prælegato particulari, in
quo dicebatur non admitti repreſentationem qua eget Mar-
3 chio Guidus Pronepos, † vt æquetur Marchioni Camillo
Nepoti, & ſic vno gradu illum antecedente, quia data
4 voluntate teſtatoris, † æquali fauore vtriuſque admitti-
tur æqualis ſucceſſio etiam per modum repreſentationis in
legato facto proximioribus iuxta text. *in § cum filius ſuſtit. de*
hæred. quæ ab inteſtat. gloſ. in l. cum ita §. in fideicommiſſo verſ.
proximo de leg. 2. Crauett. *conſ. 64. nu. 5. verſ. ſecundo reſpondeo*
Rub. Alexan. *conſ. 37. in fin.* Menoch. *conſ. 134. num. 76 & conſ.*
357. num. 11. & de præſumpt. lib. 4. præſumpt. 95. n. 37. Altograd.
conſ. 67. num. 15. vol. 1. Petra *de fideic. qu. 11 nu. 37.* Fuſar. *de ſub-*
ſtit. qu. 485. num 111. cum alijs in deciſionibus huius cauſæ Rota-
les ſententias R. P. D. Calataiu, & R. P. D. Emerix de more præ-
cedentibus vt in deciſ. 14. Iunij 1671. & 1. Iulij 1672. coram bo.
me. Priolo, & 28. Maij 1675. coram R. P. D. meo Calataiu, & 27.
Aprilis 1676. coram R. P. D. Emerix.

Equidem in prælegato facto Franciſco adiecto onere re-
tribuendi Camillo Nepoti, & Guido Pronepoti hæredibus
ſuis portionem domus Controuerſæ, Carolus teſtator nihil
aliud ſenſit, quam omnibus commodum, & capacem
habitationem tribuere volens, quod tàm Camillus, quàm
Guidus mediante retributione ſuperius dicta facienda à
Franciſco priori huius domus prælegatario haberent com-
modam ibi: *vuole che ſiano date dette parti al Conte Camillo,*
acciò poſſino eſſi hauer più commodità di caſa, e tutti detti Signo-
ri accommodarſi meglio, e con più atta capacità d'habitatione.
Ex quibus patet in ipſomet prælegato domus vtriuſque
æquiparationem, quæ ſublata eſſet, ſi excluſo Guidone Ca-
millus integrum Palatium retineret vna cum parte alterius
5 domus ſibi à Franciſco priori Prælegatario aſſignata, † &
ideo quod longe magis eſt Camillus ſobſtitutus eſſet melio-
ris conditionis, quam Fraociſcus prior Prælegatarius er-
ga ipſum Camillum grauatus, quia iſte habuiſſet ſolum
Palatium prælegatum, & Camillus modo illud conſeque-
retur retenta parte alterius domus contra regulam, vt ſub-
ſtitutus non ſit melioris conditionis, † quàm inſtitutus in 6
his terminis deductam per Fuſar. *de ſubſtit. quæſt. 485. num.*
510. Altograd. *conſ. 67. num. 35. vol. 1. & in deciſ. huius cauſæ 27.*
Aprilis 1676. §. eoque magis, & §. ſeq. coram R. P. D. meo
Emerix.

Neque his omnibus reſiſtit animaduerſio, quod Fran-
ciſcus prior prælegatarius grauatus fuerit reſtituere: *à i più*
proſſimi dell'agnatione d'eſſo teſtatore: quia hæc verba non im-
portant, † quod proximitas deſumenda ſit ab ipſo teſtato- 7
re, quia non dixit teſtator proximiores ipſius teſtatoris, &
ſic non ad proximiores ſuos, ſed ad proximiores de agna-
tione ſua reſpexit ad contra diſtinctionem alterius agnatio-
nis ex numeroſa Pepulorum familia, † vt latè probat Gam- 8
ma *deciſ. Luſitan. 7. per tot. & in deciſionibus huius cauſa 1. Iu-*
lij 1672. §. his tamen, coram bon. mem. Priolo, & 27. Aprilis
1676. §. nec viſum coram R. P. D. meo Emerix atque in alijs ſupe-
rius adductis.

Et ita altera parte informante, & altera ſæpè monita DD. reſponderunt.

Aliæ binæ deciſiones in hac cauſa ſunt impreſſæ, & appoſitæ ſimul ſupra in alio præcedenti tomo 2. partis 18. vbi repertuntur in ordine 478. & deciſ. 702.

R. P. D. R O N D I N I N O.

Romana Teſtamenti.

Mercurij 16. Iunij 1677.

A R G V M E N T V M.

De teſtamenti validitate tractatur, quod duobus ſubſtantialibus defectibus oppugnabatur; Altero quod hæres ore proprio nominatus non ſit, altero verò quod illud fuerit rogatum à iuuene, vel ſubſtituto Notarij contra formam conſtitutionis, vel legis; vtrumque ſublatum ex reſponſione à teſtatore facta per verbum *ſic* eidem Notario interrogantis, & explicanti perſonam hæredis, qui licet iuuenis, vel ſubſtitutus ex conſuetudine tamen almæ Vrbis ob multiplicitatem negotiorum inducta poterat etiam ſe de inſtrumentis, & teſtamentis rogare.

S V M M A R I V M.

1 *Teſtamenti pro validitate, ac etiam hæredis inſtitutione, maximè infert teſtatoris erga illum dilectio, & auerſio erga alium.*

2 *Verba teſtatoris*, che voleua aggiuſtar meglio le coſe ſue, *intelliguntur de teſtamenti factione.*

3 *Verba morientis*, che la robba haueua il ſuo corſo, *referuntur ad hæredem inſtituendum, non autem ab inteſtato ſucceſſurum.*

4 *Teſtatoris opinio potius quam veritas attenditur.*

5 *Teſtamentum factum ad interrogationem Notarij per verbum ſic eo magis ſuſtinetur, & valet, ſi poſtea teſtator dixerit,* che haueua aggiuſtato le coſe ſue.

6 *in Interrogatione expreſſa quando virtualiter dicantur ineſſe in reſponſione.*

7 *Hæres dicitur ore proprio nominatus etiam ſi teſtator reſpondeat per verbum* ſic, *& ſtatutum mandet hæredem ore proprio eſſe nominandum.*

8 *Teſtamenta, & inſtrumenta ob multiplicitatem negotiorum in Vrbe rogantur etiam à Subſtitutis Notariorum.*

9 *Conſuetudo rogandi contractus, & vltimas voluntates per iuuenes, & Subſtitutos Notariorum, emollit iuris rigorem illa per ſolos Notarios rogari mandantis.*

10 *Sub Fide publica Populi ignari decipi non debent.*

11 *Notarius ſe rogans de inſtrumento contra formam Statuti, vel legis, afficitur pœnis ab eodem Statuto, vel lege comminatis.*

12 *Inſtru-*

12 *Instrumenta aliter rogata, quam lex, vel Statutum disponat,*
ob publicam vtilitatem remanent valida, licet Notarij
mulctentur.

DECISIO XCV.

TEstamentum bon. mem. Domitillæ Cesiæ citra do-
lum, & frandem confectum fuisse iterum DD. re-
sponderunt permanendo in decisis * 12. Iunij 1676. coram
me.

Distinguendo denuò actus, illorumque tempus ante te-
stamentum in ipso actu testandi, & post testamentum,
considerabant iterum DD. ante istud per Domitillam te-
statricem beneuolo animo fuisse in Cardinalem Borro-
meum, quem velle dicebat hæredem instituere, prout in-
1 stituit, † atque è conuerso non admodum gratam fuisse,
nec bene affectam sorori Moniali ex cuius persona annulla-
to testamento successionem ab intestato prætendit Mona-
sterium S. Luciæ de Vrbe, quam sororem mortuam mun-
do testatrix reputabat, vt testes deposuerunt, itant verba:
2 *che voleua aggiustare meglio le cose sue* † intelligantur de te-
stamenti factione Castrensis *cons. 395. sub numer. 1. par. 2.* &
3 sequentia pariter verba, *che la robba haueua il suo corso* † re-
feruntur ad D. Cardinalem hæredem instituendum, non au-
tem ad sororem Monialem, quam vtpote mortuam mundo
inhabilem ad conseruandum splendorem domus hæredita-
4 rium considerabat † testatrix, cuius opinio potius, quam
veritas attenditur *l. his qui putat, & l. hæres institutus in
principio ff. de acquir. hæred.* cum alijs pluribus late compro-
batis in præterita *decisione 12. Iunij 1676. §. distinguendo cum
duobus seqq. coram me.*

Addebantur præambulæ voluntati alia signa omnem su-
spicionem excludentia in preterita decisione deducta, quem-
admodum in ipso actu testandi, & post ipsum testamen-
tum sanam ipsius testatricis mentem, & libertatem actus
comprobantia, cum, & Religioso Sacerdoti, atque An-
cillæ gratulantibus testatrix hilari animo dixerit, *che ha-
5 ueua aggiustate le cose sue*, † quo casu respondendo Nota-
rio interroganti, an ea esset sua vltima voluntas, per sim-
plex verbum *sì*, dicitur de illius voluntate constare, at-
6 que expressa in interrogatione † dicuntur virtualiter inesse
in responsione iuxta gloss. *communiter receptam in l. iubemus
C. de testam.* dicitusque hæres ore proprio testantis nomina-
7 tus, † quamuis Statutum vltra ius commune mandaret,
vt hæres proprio nomine nominaretur à testatore, vt ma-
gistraliter consuluit Bald. *cons. 122. num. 1. vol. 4.* Cephal *cons.
346. num. 46.* Boss. *tract. crim. tit. de falsis numer. 55.* Rota *coram
Carillo decis. 88. sub num. 12. & 13. & in Romana testamenti
11. Februarij 1662. sub §. prout coram R. P. D. meo Bourlemont,*
& late comprobat præterita decisio 12. *Iunij 1676. §.
consequens, & §. neque pro adimenda, & per tot. co-
ram me.*

Neque resistit defectus Notariatus in Quadrio, qui te-
stamentum scripsit, attenta consuetudine in Vrbe notissi-
8 ma, & non controuersa, † in qua ob multiplicitatem ne-
gociorum Notarij adhibent substitutos, siue iuuenes, per
quos conficiunt instrumenta, & testamenta, qui iuuenes ro-
gant nomine Notariorum principalium. Hac autem posi-
ta consideratione substinentur contractus, & vltimæ vo-
9 luntates, † & ex mente ipsa legum, & Canonum emolli-
10 tur vtriusque iuris durities, ne sub publica † fide ignari
populi decipiantur ad textum expressum in *Auth. de Tabel-
lion. in fine* ibi: si verò præter hoc fiat, & alter delegetur,
11 tunc subiacet pœne Tabellio, † ipsis tamen documentis
propter vtilitatem contrahentium non infirmandis, & in
nouella 174. ibi instrumentum autem non sit irritum, sed
propter vtilitatem contrahentium valeat, *Canonistæ omnes
in cap. inter dilectos de consuetud.* & de hac ipsa consuetudine,
12 † Vrbis Boccac. *ad Constit. Piceas glos. 7. num. 20.* Posth. *de ma-
nut. obseruat. 102. num. 29.* Tusch. *in addit. ad repertor. litera N.
§. limita pag. 44* Farin. *in fragm. post Repertor. Iudicial. §. nota-
rius sub num. 16.* Scacc. qui latissime defendit lo *tract. de iudic.
lib. 2. cap. 11. sub num. 561. & seqq.* Spad. *cons. 184. numer. 8 vol. 1.*
Rota *coram Mohed decis. 6. de fid. instrum. & in Romana testa-
menti* 10 *Decembris* 1670. *§. minorem, & 9. Decembris 1678 §.
vero coram Reuerendissimo D. meo Albergato Decano*, & latè
comprobat præterita decisio huius causæ 12. *Iunij 1676. §. de-
fectu, & seqq. coram me.*

Reliquis occurrebat ipsamet decisio causæ cum qua Do-
mini transierunt DD. de Borromeis informantibus, atque
Monialibus S. Luciæ pluries monitis.

*Supra in alio præcedenti tomo à parte 18. adest altera in hac
causa decisio, quæ ibi est in ordine 719.*

R. P. D. EMERIX.

Maceraten. Fideicommissi.

Mercurij 16. Iunij 1677.

ARGVMENTVM.

Declaratur Statutum prohibens detractiones, quod scilicet non habeat locum extra territorium statuentium, quia principaliter dicitur respicere bona, non personas ad differentiam alterius Statuti inhabilitantis aliquem ad contrahendum, vel standum in iudicio, quod è conuerso principaliter respicit personam, non autem bona.

SVMMARIVM.

1 *Immissio vigore fideicommissi concessa contra illum, cui competunt detractiones dicitur excessiua.*
2 *Sententia excessiua, tamquam indiuidua, venit in omnibus reuocanda.*
3 *Statutum prohibens detractiones comprehendit solum bona existentia in territorio statuentium, non autem extra.*
4 *Statuentes ex defectu facultatis non possunt disponere, de bonis extra suum territorium existentibus.*
5 *Statutum si inhabilitat personam sibi subditam, talis inhabilitatio solum respicit actus, qui personæ principaliter inhæret.*
6 *Obligationes, & alia huiusmodi dicuntur principaliter inhærere personis, non autem bonis.*
7 *Statutum inhabilitans personas sibi subditas, quatenus procedat, & num. 6. cum seqq.*
8 *Successiones, & detractiones respiciunt principaliter bona non personas.*
9 *Statuens si quoad successiones, & alia huiusmodi possent inhabilitare personas subditas etiam pro bonis existentibus extra territoriam.*
Exercerent iurisdictionem in illud, & in re ipsis non subiecta, quod non licet, ibidem.
10 *Habilitatio minoris ad effectum standi legitimè in iudicio, principaliter dicitur inhærere personæ.*

DECISIO XCVI.

DOmini responderunt infirmandam esse sententiam
R. P. D. mei Calatalu concedentem fratribus de Ni-
gris vti vocatis ad fideicommissum institutum à Blasio Ma-
iorano immissionem in omnibus testatoris Bonis, excepta
sola legitima debita Claræ hæredi Io: Francisci vltimi gra-
uati, quia cum isti non solum competeret retentio pro legi-
tima, sed etiam pro † Trebellianica, eadem immissio est 1
excessiua, † ideoque sententia vti indiuidua venit in om- 2
nibus retractanda Grat. *discept. 960. num 4.* & alijs relatis di-
xit Rot. *decis. 18. num. 15. par. 14. recen.*

Non obstat, quod detractio Trebellianicæ sit prohibita
per Statutum Maceraten. inhabilitans personas ad illam pe-
tendam, † quia hoc solum comprehendit bona existen- 3
tia in Territorio statuentium, non autem alia existentia
extra illud † ob defectum facultatis disponendi quoad illa 4
iuxta doctrinam Bart. *in l. cunctos populos num. 33. ibique Cin.
C. de Sum. Trinit. & fid. Cathol.* quam opinionem communio-
rem asserunt Paris. *cons. 68. num 9. lib. 2.* Bursat. *cons. 93. num. 21.*
Menoch. *cons. 875. per tot. & cons. 1021. num. 10.* aliique quos
lato calamo refert Altograd. *cons. 93. numer. 12.* Thomat. *de-
cis. March. 189. num. 11.* & hanc sequitur Rota, vt testatur
Merlinus in notissima Narnien. *successionis*, quæ est inter
eius impress. *la 353. num. 2. & 3.*

Et licet statuentes inhabilitare possint personas sibi sub-
ditas, † attamen talis inhabilitatio solum respicit actus, 5
qui personæ principaliter inhærent, † vt sunt obligationes 6
aliaque huiusmodi ad text. *in l. magis puto §. illud ff. de rebus
eorum & l. propter litem §. licet ff. de excusat. tut.* qui allegantur
per Doctores contrariam opinionem tenentes, vt declarant
Altograd. *d. cons. 93. num. 16.* Thom. *d. decis. 189. num. 19. & 20.
& Rot. d. decis. 353. nu. 25. & seqq. coram Merlin.* † non autem 8

actus

actus quorum effectus principalis oritur in rebus, & ipsas
8 afficit, † vt sunt successiones, & detractiones, respectu
quarum si Statutum posset etiam inhabilitare personas
9 quoad bona extra Territorium existentia, † statuentes di-
sponerent non solum super persona illis subdita, sed etiam
exercerent illorum iurisdictionem principaliter in re, & ma-
teria illius non subiecta, vt benè considerat mox allegata
decisio coram Merlin. 353.*num.*28.cui non contradicit *decisio in*
Reatina Castrorum 21.*Iunij* 1666.*cor. R. P. D. meo Bourlemont*,
10 quia † illa solum loquitur de habilitatione minoris ad effe-
ctum standi legitimè in iudicio, quod principaliter personæ
inhæret.

Et ita vtraque parte informante resolutum fuit.

Vltra decisionem immediate sequentem duæ aliæ deci-
siones sunt in hac causa ambæ impressæ in præcedenti tomo
secundo 535.& 690. In ordine.

R. P. D. EMERIX.

Maceraten. Fideicommissi super manu-
tentione.

Mercurij 16. Iunij 1677.

ARGVMENTVM.

Fideicommissario simul, & hæredibus grauati manutentio conceditur, illi ratione fideicommissi, huic autem ex capite detractionum, quæ sicut pro indiuiso non impediunt immissionem, ita nec minus tollunt manutentionis effectum. Fideicommissum vero hic ex pluribus resultabat vocatione nempe cippi domus, & etiam quia filij fuerant in conditione positi, qui proinde stantibus coniecturis dicebantur vocati.

SVMMARIVM.

1 *Manutentio possidenti conceditur pro rata iurium, pro quibus ille possidet.*
2 *Possidens auctoritate iudicis iustè possidet, & ideo ei semper datur manutentio.*
3 *Possessio capta cum clausula* excepta legitima, *ea non liquidata, non est manutenibilis, sed vide numer. seqq.*
4 *Detractiones incertæ sicuti impediunt immissionem, ita etiam obstant manutentioni.*
5 *Legitima, & Trebellianica dicuntur certæ detractiones ratione loci, & quotæ.*
6 *Immissio fideicommissario pro indiuiso conceditur cum hæredibus grauati, quibus competunt detractiones, & quando.*
7 *Cippi nomine veniunt etiam descendentes ex fœminis, quando illæ in defectu masculorum sunt vocatæ.*
8 *Lineæ fœmininæ appellatione comprehenduntur non solum filiæ, sed etiam nepotes, pronepotes, & alij descendentes ex eis.*
9 *Filij in conditione positi stantibus coniecturis dicuntur dispositiuè vocati.*
10 *Coniectura vocationis filiorum in conditione positorum maxima est, si vltimo loco substituitur Ecclesia.*
11 *Filij in conditione positi, si agitur de descendentibus testatoris, leuioribus coniecturis censentur vocati.*
12 *Fideicommissum sub conditione reuocatum, conditione non impleta, remanet in suo robore.*
13 *Reuocatio fideicommissi facta sub conditione, quæ non euenit, eo magis nihil operatur, si in reliquis testamentum confirmatum est.*

DECISIO XCVII.

LIcet DD. in hac audientia censuerint infirmandam esse sententiam R. P. D. mei Calatain concedentem
fratribus de Nigris immissionem in omnibus bonis supposi-
tis fideicommisso qu. Blasij Marciani, contra Claram hæ-
redem Io: Francisci vltimi grauati, ex fundamento, quod
ipsis visa legitimam in dicta sententia exceptam, competat
etiam retentio pro Trebellianica eidem Io: Francisco debi-
ta, vt in alia decisione; Attamen existimarunt in eisdem
bonis vtrique dandam esse manutentionem Claræ scilicet,
quia ipsa post obitum viri accepit possessionem omnium bo-
norum, de quibus agitur † ideoque eidem pro rata dd. detra- 1
ctionum est concedenda manutentio Posth. *de manut. obseru.*
54. *num.* 23. *& dicta* Rot. *coram Bich. decis.* 600. *num.* 6. *&* 7. ac
alibi passim.

Et dictis fratribus, quia illi etiam possident eadem bo-
na auctore Prætore præuio scilicet mandato de immittendo ab
A.C. eorum fauore vti fideicommissariorum † relaxato, vn- 2
de ipsis quoque pro portionibus fideicommissarijs competit
manutentio ad vulg. tex. *in l. iustè possidet ff. de acquir. poss.* &
bene ad propositum tradita per Rnt. *decis.* 59. *parte.* 2. *re-
centior.*

Nec releuat, quod dictum mandatum contineret clau-
sulam *excepta legitima*, † & idcirco non facta illius liquida- 3
tione, & detractione possessio per dd. fratres de Nigris eius
vigore capta non sit manutenibilis ex Rot. *decis.* 92. *penes*
Posth. *de manut. &* Dunoz. *decis.* 728. quia istæ aliæque au-
ctoritates in contrarium relatæ loquuntur de detractionibus
non habentibus certitudinem, † quæ sicut impediunt im- 4
missionem; ità etiam manutentionem, secus verò est in
detractionibus legitimæ, & Trebellianicæ, † quæ cum 5
sint certæ ratione quotæ, & loci, non requirunt liquida-
tionem, † sed immo censetur pro illis concessa pro indiui- 6
so, prout in similibus consueuit Rot. *coram Buratt. decis.* 63.
num. 8. Caual. *decis.* 573. *num.* 2. *decis.* 6. *post* Merlin. *de legit. &*
in Interamnen. fideicommissi 22. *Iunij* 1671. §. *hinc dicebant cor.*
R. P. D. meo Rondinino, & licet in dicta *decis.* 92. *penes* Posth.
detractiones consisterent etiam in legitima, & Trebellia-
nica, attamen aderant aliæ, vt *nu.* 6. quæ certitudinem ex-
cludebant.

Fideicommissum autem, & illius purificatio ad fauo-
rem dd. fratruum rursus benè resultare videbantur ex dispo-
sitione testatoris, qui institutis filijs masculis, eisque ad in-
uicem substitutis, morientibus omnibus, vocauit filias fœ-
minas, quas pariter ad inuicem substituit, & illis deficien-
tibus Flaminiam vxorem, istique decedenti, Cippum do-
mus ipsius testatoris, & demum deficientibus lineis mascu-
lina, & fœminina eiusdem Ecclesiam Pacis; Et propterea
defunctis Ignatio, & Io: Francisco filijs masculis, & Celi-
donia, ac Francisca filiabus testatoris absque filijs, nec non
etiam Angela, relicta Eusebia filia, ex qua nati sunt Octa-
uius, & fratres de Nigris Actores, vtique ipsi tamquam
Pronepotes testatoris † sunt explicitè vocati, tam in prima 7
substitutione Cippi, cuius appellatione veniunt omnes de-
scendentes testatoris, etiam ex fœminis, quando, vt in præ-
senti, istæ in defectum masculorum fuerunt vocatæ Corn.
cons. 396. *nu.* 101. *& seqq.* Paris. *cons.* 23 *num.* 64 *lib.* 1. *& cons.* 47.
num. 50. *& seqq. lib.* 3. & discusso articulo latè dixi Rnt. *decis.*
518 *num.* 1. *in fine* 6. 9. *&* 10. *par.* 4. *recent. tom.* 1. In quibus decla-
rantur, & reijciuntur contrarium tenentes, quam in alia
substitutione lineæ fœmininæ, † sub qua comprehendun- 8
tur non solum filiæ, sed Nepotes, Pronepotes, & alij de-
scendentes ex eis, vt notant *DD. in l. cum ita §. in fideicommisso*
ff. de legat. 2. Surd. *cons.* 344. *num.* 14. Rot. *decis.* 28. *nu.* 4. *& seqq.*
coram Arguel. Cels. decis. 181. *num.* 18. *&* Caualer. *decis.* 241.
num. 1.

Non obstante, quod descendentes ex linea fœminina ibi
potius fuerint in conditione positi, quam dispositiuè vocati,
quia hoc etiam admisso concurrentibus pluribus coniectu-
ris pro illorum vocatione, † idem est, ac si fuissent dispositi- 9
uè vocati, vt latè probat *vltima decisio huius causæ* 20. *Apri-*
lis 1676 §. *certum est coram eodem R. P. D. meo Calatain.*

In præsenti autem habemus vltra digressum ad plures
substitutionum gradus, aliasque dispositiuam vocationem
suadentes specialiter examinatas in mox allegata *decis. R.*
P. D. meo Calatain, vehementissimam coniecturam, quod
testator post lineam masculinam, & fœmininam substituit
Ecclesiam, † quæ cum recipere debeat ab vltimo de li- 10
nea, pernecesse supponit omnes ex illa descendentes fuis-
se antecedenter vocatos Surd. *d. cons.* 344. *num* 16. Peregr. *cons.*
54. *num.* 6. *& seqq lib.* 1. Rot. *decis.* 283. *num.* 5. *par.* 13. *& de-*
cis. 326. *num.* 10. *&* 13. *par.* 14. *rec.* alijque relati in *decis. huius*
causæ sub die 24. *Ianuarij* 1674. §. *vnde, & in prædicta* 20. *Apri-*
lis 1676. §. *quinta coram R. P. D. meo Calatain*, præsertim
dum agitur de descendentibus † testatoris, pro quorum vo- 11
catione sufficiunt leuiores coniecturæ Altograd. *cons.* 45. *nu.*
52. *& seqq. lib.* 1. Surd. *cons.* 434. *num.* 19. Dunoz. Iun. *decis.* 518.
num. 11. & latè discusso articulo firmatum fuit in *Bonon. fidei-*
commissi de Gozzadinis 27. *Aprilis* 1674. *confirmata* 26. *Aprilis*
1675. *coram R. P. D. meo Calatain*, & successiuè 8. *Iunij* 1676.
coram R. P. D. meo Rondinino, *& in Rauennaten. fidei-*
commissi

commissi 22. Martij 1675. §. præmisso coram me.

Nec mouit replicatum obiectum, quod huiusmodi fidei-
commissum fuerit reuocatum in Codicillis, quia non fuit
reuocatum simpliciter, sed conditionaliter, quatenus sci-
12 licet filij testatoris decessissent sine filijs, quæ † conditio
cum per obitum vnius ex filiabus testatoris cum filia, vt su-
pradictum est, euanuerit, reuocatio non habuit effectum,
sed fideicommissum remansit in suo robore, præcipuè
13 dum testator excepto, eo casu, † in reliquis testamentum
confirmauit, vt benè obseruatum fuit in supracitata *de-
cis. R. P. D. meo Calatain 24. Ianuarij 1674. §. nec sub-
sistere.*

Et ita vtraque parte informante resolutum fuit.

Decisio immediatè praecedens ipsa etiam in hac causa emanauit, in qua vlterius sunt aliæ binæ decis. 535. & 690. par. 18. tom. 2.

REVERENDISS. D. ALBERGATO
Sacræ Rotæ Decano.

Romana Beneficiatus S. Mariæ Maioris.

Mercurij 16. Iunij 1677.

A R G V M E N T V M.

Decisio, eruditione plena, super computatione, & diuisione dierum, Hebdomadarum, & mensium in materia collationis beneficiorum affertur, in eo casu, quo beneficium vacauerat hora secunda noctis Sabbati, illudque fuerat dupliciter collatum ab Eminen. Archipresbytero tamquam vacatum in sua hebdomada, & a Canonico Turnario sequentis hebdomadæ, vt pote sibi spectare prætendentis, quod pro collatione Eminen. Archipresbyteri resolutum est, quia computatio diei naturalis, non Ecclesiastici erat in illo seruanda, quæ incipit de vna media nocte ad aliam, de cuius itaque computatione plurima in eadem decisione bellissimè discutiuntur.

S V M M A R I V M.

1 *Collatio beneficij spectat ad collatorem, qui erat in hebdomada vacationis, non autem ad Canonicum Turnarium successurum, cuius facultas nondum accesserat.*

2 *Hebdomada non completur nisi post aduentam mediam noctem vltimi illius diei, & num. seqq. ac numer. 35.*

3 *in Beneficialibus attenditur dies naturalis, quæ incipit à media nocte diei præcedentis, & terminat in mediam noctem diei immediatè sequentis, & num. 13.*

4 *Dies, ad effectum reseruationis beneficiorum iuxta stilum Datariæ, & Cancellariæ, computatur de vna media nocte ad aliam.*

5 *Alternatiua inter Pontificem, & Episcopum incipit, & respectiuè desinit à media nocte primi, & vltimi diei mensis vniuscuiusque spectantis.*

6 *Collatio beneficij, quæ fit ratione mensis, non differt à collatione, quæ fit per hebdomadas, & vtraque iisdem regulis subiacet.*

7 *de Toto quoad totum idem ius dicitur, quod de parte quoad partem, & num. seq.*

8 *Tempore de toto benè arguitur ad illius partem.*

9 *Hebdomada Canonici Turnarij incipit à vesperis Sabbati.*

10 *Dies variè computata est secundum diuersitatem Regionum, & de computatione plurimorum Populorum plura etiam explicantur.*

11 *Dies diuiditur in naturalem, artificialem, legalem, seu conuentionalem, vel emergentem, & Ecclesiasticam, & qualis vnaquæque sit.*

12 *Dies Ecclesiastica attenditur in indulgentijs, & in celebratione diuini officij.*

13 *Dies Ecclesiastica non attenditur in materia beneficiali, nec in alijs rebus, sed sola dies naturalis spectatur, & num. 3.*

14 *Diei pars dicitur totum tempus, quod durat vsque ad mediam noctem, ita vt actus gestus in aliqua hora noctis, habeatur pro facto in die præcedenti.*

15 *Ecclesia vniuersalis seruat, & computat diem naturalem de vna media nocte ad aliam.*

16 *Nuptiarum prohibitio Ecclesiastica incipit à prima media nocte temporis vetiti, & terminat in alia media nocte vltimi diei assignati.*

17 *Ieiunium ad effectum celebrandi missam, & sumendi Sacrosanctam Eucharistiam incipit à media nocte.*

18 *Carnium esus, ab Ecclesia prohibitus, sumit initium post mediam noctem diei præcedentis vigiliæ, vel alterius temporis vetiti.*

19 *Dictio* ad instar *de sui natura parificat, & adæquat parificatum in omnibus, & per omnia cum extremo, cui fit assimilatio, sed vide nu. seqq.*

20 *Æquiparatio operatur æqualem determinationem in vtroque parificato.*

21 *Constitutio, vel alia dispositio facta, vel emanata* ad instar alterius *quatenus in omnibus, vel solum in certis casibus, cum illa parificata dici debeat.*

22 *ex Diuersis non fit illatio, quamuis habeant clausulam*, prout, *vel aliam* ad instar, *quæ parificationem inducere videantur.*

23 *Parificata numquam censentur ea, super quibus particulariter, & diuersimodè fuit prouisum.*

24 *Seruitium Ecclesiæ in Canonico Turnario, vel alijs hebdomadarijs à quo tempore incipiat.*

Vespere Sabbati quales Canonici pro temporum diuersitate inseruiant in Basilica Liberiana num. 24.

25 *Cæremoniarum magistro, & Sacristæ plena fides adhibetur.*

26 *Officiali plenè creditur in materia ad suum officium spectante.*

27 *Ecclesia Lateranensis, Basilica Constantiniana S. Ioannis nuncupatur, & caput Ecclesiarum inscribitur.*

28 *Basilica Lateranensis fuit à fundamentis erecta à Nicolao Quarto ex Seraphica Franciscana familia.*

29 *Dominica est initium hebdomadæ, quæ à Latinis appellatur etiam septimana.*

30 *Dominicam inter vnam, & alteram continetur circulus septem dierum, qui repetito in se calculo ad inuicem reuoluuntur.*

31 *Dies Dominicus tanquam caput hebdomadæ antiquitus à Romanis sacratus erat SOLI Principi Planetarum, vnde dies SOLIS appellabatur.*

32 *Dominicus dies, qui olim erat dies SOLIS, quare sic nuncupetur à Christianis, & nu. seqq. vbi plura de eo.*

33 *Dominicus dies præcipue ita à Christianis nuncupatur in memoriam Resurrectionis Dominicæ, à qua vita initium, & mors interitum habuerunt, & numer. seqq.*

34 *Dies Dominicus ab Ecclesia canitur prima dies, quo Trinitas Beata mundum condidit.*

35 *Collatio beneficij facienda in hebdomada, si incipere debet die dominico, non potest sumere initium ante mediam noctem Sabbati præcedentis, & sup. à num. 2. & seqq.*

36 *Chorus licet in vesperis Sabbati immutet tabellam inscriptam verbo* Chorus, *non ideo declarat ab illa hora incipere diem naturalem sequentis hebdomadæ.*

37 *Septimana, vel Hebdomada ad effectum collationis beneficiorum sumit initium à vesperis Sabbati præcedentis hebdomadæ, & vid. sup. à num. 2. & seqq.*

38 *Collatio beneficiorum competens Canonico Turnario Liberianæ Basilicæ à qua die incipiat, & vid. supra à num. 2. & seqq. vbi etiam de Basilica Principis Apostolorum.*

39 *Consuetudinem ad inducendam etiam alicuius Ecclesiæ, requiritur probatio casus indiuidualis.*

40 *Consuetudo inducta inter Canonicos, inter ipsos solum seruari debet, non autem ab alijs.*

41 *Emin. Archipresbyter Liberianæ Basilicæ habet ius conferendi beneficia independenter à Capitulo, & ideo ab illius consuetudine non ligatur, & num. seq.*

42 *Superior non afficitur, neque adstringitur per decreta, conuentiones, & consuetudinem suorum inferiorum.*

DE-

DECISIO XCVIII.

IN Liberiana Basilica Sanctæ Mariæ Maioris suppressit san. me. Pius Quartus nonnullas Capellanias, & speciali Constitutione erexit Beneficiatus, & Clericatus Beneficiatos, quorum Collationem spectare voluit pro duabus ex tribus partibus ad Archipresbyterum pro tempore, & pro alia ad Capitulum, itaut hoc pro vna, ille verò pro duabus hebdomadis beneficia præfata conferret; Quamobrem vacante nuper per obitum Petri Pauli Pacij defuncti die Sabbathi 11. Ianuarij 1676. hora secunda noctis, vno ex Clericatibus, illum vti in vna ex suis hebdomadis vacatum, contulit Eminentissimus D. Iacobus Cardinalis Rospigliosius modernus Archipresbyter Francisco Maronio, qui vigore prouisionis possessionem adeptus fuit. E contra D. Canonicus Fauoritus, qui immediatè succedebat in Turno, prætendens in Vesperis Sabbathi hebdomadas Eminentissimi finitas, & respectiuè suam inchoatam de eodem prouidit Pompeium Mignuccium, qui in vim obtentæ Collationis institit coram R. P. D. Altonito immitti in possessionem, sed cum fuerit iniunctum, quod in Causa procederetur de voto Rotæ, exquisiui à Dominis, an Mignuccio esset danda immissio, & negatiuè responderunt, quia hebdomada Eminentissimi Archipres-
1 byteri de tempore obitus Petri Pauli adhuc durabat, † & consequenter non poterat Canonicus in Turno successurus conferre cum ad ipsum non dum accessisset facultas conferendi ad text. *in cap. ex parte de concess. præben.* Rebuff. *in prax. benef. tit. de collat. §. si quis verò vers. secundo infertur fol.* 168. Viuian. *de surepat. par. 2. lib. 2. cap. 5. num.* 13.

Quod autem non expirasset hebdomada Eminentissimi liquet ex eo, quod vacatio contigit die Sabbathi hora se-
2 cunda noctis, propterea ad ipsum spectabat Collatio,† cum non compleretur hebdomada, nisi adueniente media nocte, in beneficialibus enim attenditur dies naturalis, quæ
3 incipit à media nocte diei præcedenti, † & spatio 24. horarum terminat in mediam noctem sequentem *iuxta* text. *in l. more Romano ff. de fer. & in cap. consuluit vers. licet etiam de offic. & potest. Iud. Deleg* Lauer. *var. lugubrat. tit. 1. cap. 6. num.* 75. Rota *coram* Pen. *decis. 607. num. 11. & decis. 303. num. 1. par. 4. diuers.* & ad effectum reseruationis sic computat Dataria,
4 & Cancellaria, † vt in reg *de infirm. resign. testantur ad eandem regul.* Sarnen. *qu. 38 per tot.* Rebuff. *gloss. 9. §. 1. vers. incipit* Paris. *de resignat. lib. 12. quæst. 8. num.* 34. Castropal. *operum moral par. 2. tract. 13. disput. 2. punct.* 22. & præcisè de diuisione Collationis beneficiorum per mensem inter Papam, & Episcopum gaudentem alternatiua adeout si beneficiatus dece-
5 dat in nocte vltimi diei mensis ordinarij, † si obitus acciderit ante mediam noctem, Beneficium dicatur vacare in mense Ordinarij, si verò post, censeatur vacasse in principio mensis sequentis reseruati Sedi Apostolicæ tradunt Polidor. Rip. *de noct. temp. cap. 560. num. 5. & 6.* Antonell. *de temp. legal. lib. 1. cap. 3. numer.* 38. plenè Gonzalez *ad 8. reg Cancell. gloss. 11. num. 9.* Gara. *de benef. par. 5. cap. 1. nu.* 523. Pasqualig. *quæst moral. Cent. 4. qu. 393. per tot.* Barbos. *de potest. Episcop. al eg. 57. nu.* 183. Lotter. *de re benefic. lib. 2. quæst. 40. num.* 54. & obtinuisse à Rota in Perusina Parochialis coram Verospio affirmat Gratios. Vbert. *de citat. cap.* 10. *num.* 272 *to. 2. & in Abulen portionis* 17. *Decembris* 1646. *coram Ghisilerio confirmata coram Card. Celso decis. 59. num.* 5.

Absque eo, quod constitui possit differentia inter Collationem distributam per mensem, & aliam per hebdomadam, itaut ista à vesperis, illa verò à media nocte initium sumat, cum nulla sit assignabilis diuersa ratio inter
6 vnam, † & aliam; nam sicuti collatio, quæ fit ratione mensis, qui componitur de diebus, & hebdomadis regulatur à die naturali de media ad mediam noctem, sicquoque regulari debet Collatio per hebdomadam, quæ est pars
7 mensis, cum idem ius sit de toto quoad totum, † quod de parte quoad partem *l. quæ de tota ff. de rei vindicat.* & ar-
8 guendo à toto ad partem temporis † per text. *in aut. quod si quis Cod. de præscript. ratiocinatur* Euerard. *loc. à tot. ad par. nu. 5. in fin.*

Non obstat vnicum motiuum, quod hebdomada Cano-
9 nici Turnarij † incipere debeat à Vesperis Sabbathi *iuxta* text. *in Can quod die 75. dist & in cap. 1. de fer. & in Clement. de Reliquijs, & vener. Sanct. gloss. in c. Ministerium de offic. Archipresbyter. & in c. fin. verb. assumptionis de sent. excom. in 6.* quia licet secundum varietatem Regionum variè quoque dies fuerit computata, † nam Athenienses illam compu- 10
tarunt à solis occasu, Babiloni ab ortu, Arabes à meridie, Hæbrei à vespere, vt in Leuitic. *cap.* 23. Nihilominus secundum Ias. Castrens. *& alios antiquiores in d. l. more Romano*, quos sequuti sunt Scacc. *de iudic. lib. 2. cap. 3. num.* 309. Castan. *ad consuetud.* Burgund. *de inst. §. 8. fol. mihi* 352. Gratios. Vbert. *vbi supra* Antonell. *d. cap.* 3. dies diuiditur in naturalem,
† quæ incipit à media nocte vsque ad aliam mediam no- 11
ctem, in artificialem, quæ sumit initium à mane ad vesperas, & legalem, seu emergentem, vel Conuentionalem, quæ incipit de momento ad momentum, & clauditur die sequenti eadem hora, qua currere incæpit, & demum diuiditur in Ecclesiasticam, quæ incipit à vesperis diei præce-
dentis, † & finitur in vesperis diei sequentis, & hæc dies 12
Ecclesiastica attenditur dumtaxat in Indulgentijs, & in celebratione Diuini officij, in quibus terminis loquuntur
text. *& glossæ allegatæ*, † non autem seruatur in materia 13
beneficiali, nec in alijs rebus, vt declarat Card. Turrecremat. *in eod. Can quod die num.* 2. ibi: *Cui legi standum est in pactis, contractibus, & in omnibus alijs* Castrens. *in d. l. more Romano n. 2. & ibi* Ias. *sub num.* 1. Scacc. *vbi supra num.* 307. Campanil. *diuers. iur. Canon. rubr. 52. cap. 13. num.* 94. Et in indiuiduo actus
gesti die Sabbathi secunda hora noctis, † quod dicatur ex 14
prædictis insecutum fuisse in ipsa die Sabbathi probat Surd. *cons. 558 num. 7. vers. secundo si dictum proclama*, 8. 9. & 10. & sequitur Gratian. *discept. 972. n.* 8. & comprobat obseruantia
ipsiusmet Ecclesiæ vniuersali, † quæ in pluribus seruat 15
diem naturalem à media ad mediam noctem, vt testatur *R. P. D. Fegnan. in c. si constiterit num. 12. de accusat.* & præcipuè
obseruat in Dominica prima Aduentus, † in feria quar- 16
ta Cinerum propter prohibitionem celebrandi nuptias Ricc. *in prax. par. 4. resol. 568. num.* 8. Antonell. *vbi supra num.* 28. ac etiam, vt quis dicatur ieiunus ad effectum celebrandi
Missam, † & sumendi Eucharistiam Fagnan. *ibidem*, & 17
seruat etiam quoad esum carnium prohibitum post me-
diam noctem diei præcedentis Vigilias, † ac feriæ quintæ 18
præcedentis vsque ad mediam noctem Sabbathi immediatè sequentis Can. *de esu de consecrat dist. 3. glos. in c. de fer. & in Can. 1. verbo pronunciandum de consecr. dist.* 3. Scacc. *vbi supra num* 319.

Nec ad substinendam Collationem Canonici Turnarij potest fieri vis in verbis prædictæ Constitutionis Pij Quarti ibi: ad instar Archipresbyteri, & Capituli Basilicæ Sancti Petri, ex quibus inferebatur, quod sicuti in illa Vaticana Basilica hebdomada pro Collatione beneficiorum exorditur à vesperis Sabbathi, idem seruari debeat in hac Liberiana
propter clausulam *ad instar*, † quæ de sui natura parifi- 19
cat, & adæquat parificatum in omnibus, & per omnia cum extremo cui fit assimilatio *l. omnia priuilegia Cod. de Episc. & Cleric.* Barbos. *clausul. 5. nu.* 4. Crescent. *dec. 9. num. 5. & 7.* &
æquiparationem operari æqualem determinationem † in 20
vtroque dixit Rota *in Valent. iuris sedendi* 8 *Iunij* 1648. *coram Verospio*.

Nam obiectum dupliciter remouetur, primo ex lectura
ipsiusmet Constitutionis habentis clausulam, † *ad instar*, 21
non in parte, vbi Papa indulget Archipresbytero, & Capitulo Liberiano Collationem, sed alia penitus distincta, vbi per separatam orationem conceditur facultas condendi, reformandi, & promulgandi statuta pro bono regimine Cleri huius Basilicæ ad instar facultatis, qua fruitur Archipresbyter, & Capitulum Sancti Petri; Euidentius ex discretiua dispositione dictæ Constitutionis, quæ in *vers. quodque Collatio*, vbi incipit loqui de Collatione diuiditur in tres partes, in vna per orationem perfectam absque clausula ad instar, vel alia parificatiua statuitur, Collationem Beneficiatuum, & Clericatuum quoties vacare contigerit spectare pro duabus tertijs ad Archipresbyterum, & pro alia ad Capitulum, in secunda per aliam orationem diuersam decernitur, quod omnimoda iurisdictio, & superioritas in Beneficiatos, & Clericos, & illorum correctio, & visitatio pertineat ad Archipresbyterum, & Capitulum cum clausula parificatiua *prout* Beneficiatorum, & Clericorum in Basilica Sancti Petri correctio spectat ad illius Archipresbyterum, & Capitulum, in postrema per aliam vndique perfectam orationem conceditur Archipresbytero, & Capitulo ad instar Archipresbyteri, & Capituli Sancti Petri amplissima facultas condendi, & reformandi quæcumque Statuta super præmissis, & circa diuisionem officiorum celebrationem, aliaque concernentia ipsos Beneficiatos, & Clericos, vt patet ex ipsa constitutione impressa, & accuratè per §§. *vt fieri consueuit in*

Bulla-

Bullario Romano diuisa §. 7. 8. & 9. Vnde cum parificatio sit
dumtaxat quoad iurisdictionem, & superioritatem per di-
ctam clausulam *prout*, & quoad facultatem condendi Sta-
22 tuta per aliam clausulam *ad instar*, † vt supra non valeti mo-
dò inferri ad rem diuersam, qualis est Collatio per *vulg. re-
gul. text. in l. Papinianus ff. de minor.* quam ad propositum ex
penditur Rota in Romana Beneficiatus Sancti Ioannis in
Laterano 16. Iunij 1670. §. *fin. coram Reuerendissimo D. meo
Beuilaqua Patriarcha Alexandrino.*

Eoque magis, quia ex diuersitate modi, & temporis circa
Collationem præscripti in dicta Constitutione Piana tri-
buente Archipresbytero Ecclesiæ Sanctæ Mariæ Maioris
duas hebdomadas, redditur omnino inapplicabilis, quoad
Collationem, prætensa adæquatio, & parificatio cum
Basilica Sancti Petri, in qua vna tantum hebdomada com-
23 petit illi Archipresbytero, † nunquam enim parificata
censetur ea, super quibus particulariter, & diuersimodè
prouisum est ad textum *in c. si propter de rescript.* quem in
terminis clausulæ *ad instar* adducit Horat. Mandos. *de priui-
leg. ad instar glos. 8 num. 5. & 6. in tr. tract.* Magn. *tom. 18. fol. mibi*
532.

Nec releuat, quod Collatio spectet ad Canonicum Tur-
narium in remunerationem, & correspectiuitatem seruitij,
quia quidquid sit de hoc, constat in facto seruitium huius
Basilicæ Sanctæ Mariæ Maioris non sumere initium à ves-
24 peris Sabbathi, † sed à Matutino diei Dominicæ imme-
diatè sequentis; siquidem vespere Sabbathi in festis non
communibus omnibus Canonicis recitantur solum ab illis
Canonicis, qui in hebdomada labente inseruierunt, & hi
solum punctantur, si Choro non inseruiant in dd. vesperis,
prout similiter in festis, in quibus tanquam communibus
tenentur interesse omnes Canonici, si præfatis vesperis
Sabbathi non interueniant Canonici inseruientes in hebdo-
mada labente ipsi duplici punctatura mulctantur, Canonici
verò qui futuri sunt hebdomadarij in hebdomada sequenti
vnam tantum punctaturam habent, quæ consistit in sola
amissione communis, ea nimirum ratione quia, vt di-
ctum est seruitium incipit à matutino diei Dominicæ im-
mediatè sequentis, non autem à vesperis antecedentis, vt
25 testantur Magistri † Cæremoniarum, & Sacrista huius
Ecclesiæ Sanctæ Mariæ Maioris in Summario Prouisi ab
26 Eminentissimo † Archipresbytero *num. 2. & 3.* quibus ple-
nè credendum est dum fidem faciunt de re ad suum offi-
cium spectan. Rota *decis.* 334 *num. 1. & 376. num 5 & 12. co-
ram Dunoz.* & seruat plures aliæ Collegiatæ Vrbis, & si-
gnanter Basilica Constantiniana Sancti Ioannis in Latera-
27 no, † quæ cunctarum mater, & Caput Ecclesiarum inscri-
bitur in vestibulo eius antiquæ Porticus, quam à funda-
mentis erexit Nicolaus Quartus ex Seraphica Franciscana
28 familia, † vt scribit in ipsius vita Ciaccon. *Histor. Pontific.
tom. 2. col.* 257. iuxta nouissimam Romanam impressionem
currentis anni, Vgonius *in hist. Station. Vrb. fol. mibi* 39.

Præterea ad demonstrandum, quod dies in hac Basilica
ad effectum Collationis non incipiat à vesperis Sabbathi,
multum confert, quod paulo post emanatam Constitutio-
nem erectionis Beneficiatuum, & Clericatuum Archi-
presbyter, & Capitulum conuenerunt per publicum in-
strumentum, quod hebdomadæ Collationis deberent in-
29 cipere currere prima Dominica † Ianuarij, & meritò
quia Dominica est initium hebdomadæ, quæ à Latinis
appellatur etiam septimana, ex quo est spatium septem
30 dierum, qui repetito in se calculo inter vnam, † &
aliam Dominicam reuoluuntur *l. omnes dies vbi glos. verb.
repetito Cod. de fer.* & talis dies sicuti Caput hebdomadæ
31 † antiquitus à Romanis sacratus erat soli Principi Plan-
ctorum vnde dies solis appellabatur Antonell. *vbi supra nu.*
21. & Scacc. *num.* 315. ita Christiani hanc diem vocant Do-
minicam est pluribus rationibus, quas refert S. Leo Papa
epist. 81. ad Dioscor. cap. 2. per tot. & præcipuè in memo-
33 riam Resurrectionis Dominicæ à qua mundus, † & vita
initium, & mors interitum habuerunt Can. *quod die 75.
dist.* & hæc omnia optimè tradit Laurent. Beierlinch. *in
Theatr. Vit. hum. tom. 2. lit. D. verb. dies vers. dies dicti fol.* 118. &
vers. septimanæ fol. 119. & *versic. prærogatiuæ Dominicæ
Tyrin. ad Sac. Scriptur. tom. 1.* Cronic. Sac. *cap. 3. de hebdomad.
fol. 1. & cap. 48. conclus. 6. fol* 43. & comprobat Pia Mater
Ecclesia canens in Hymno Matutini huius diei Primo
34 † die, quo Trinitas Beata mundum condidit, vel quo
resurgens conditor nos morte vita liberat, quamobrem dum
dies Dominica pro principio Collationum concorditer as-
signata fuit, vtique nequit intelligi de die Sabbathi, quæ
completur media nocte, à qua subsequenter incipit dies
Dominica, quæ fuit prima dies mundi, † vt præter relatos 35
tradit Cornel. à Lapid. ad Genes. *cap. 1. vers. dies vnus*, &
contrarijs respondet Perier ad Genes. *lib. 1. pag.* 55. Io. Lu-
cidus Samotheus *Cronic. seu emendat. tempor. c. 1 per tot. præ-
cipuè pag. 4. in principio vers. nam vespere*, & ex nostris ornat
Eugen. *cons. 48. à numer. 27. lib. 5*, Gratian. *dicta discept. 972.
per tot.*

Nil vrgente, quod in vesperis Sabbathi transferatur de
vno ad alterum latus Chori Tabella inscripta *Chorus*, quia
huiusmodi † translatio respiciens celebrationem Diuino- 36
rum officiorum non arguit principium hebdomadæ ad effe-
ctum Collationis, in qua seruatur dies naturalis, vt probant
authoritates, & rationes relatæ supra §. *quod autem.*

Denique non suffragatur, quod tam de generali consue-
tudine Ecclesiarum septimana, † in qua Canonici sunt 37
in Turno ad conferendum incipiat à vesperis Sabbathi, vt
notat Piasec. *in prax. Episc. par. 2. cap. 5. art. 1. de Collat. bene-
fic. num. 14. vers. quomodo fol. mibi* 445. *iuxtà impressionem Cra-
couien.* 1643. Cassan. *ad consuetud. Burgund. tit. de iust. § 8. num.
17. vers. aduerte fol. mibi* 312. quam de particulari huius Basi-
licæ desumpta ex decretis capitularibus † de anno 1601. 38
& 1672. in quibus statuitur hebdomadam ad effectum con-
ferendi inchoari à vesperis Sabbathi, quibus etiam acces-
sit sententia R. P. D. Muti; quia in ordine ad consuetu-
dinem generalem Piasecus loquitur de Basilica Principis
Apostolorum, inter cuius Archipresbyterum, & Capi-
tulum super hoc adest specialis conuentio, & Cassaneus
meminit Ecclesiæ Hedunen. vbi dicit vigere particulare
Statutum. Quo verò ad consuetudinem particularem
huius Liberianæ Basilicæ, † vltra quod non affertur ca- 39
sus in indiuiduo, prout omnino requiritur ad consuetudi-
nem inducendam, vt benè ad rem Rot. *decis. 56. num. 7. &
8 coram Mantic. & decis. 616. num 4. coram Dunozett.* Decre-
ta Capituli, & sententia R. P. D. Muti introduxerunt
dumtaxat † consuetudinem inter ipsos Canonicos, præ- 40
sertim cum emanauerint occasione vacationis quarundam
Capellaniarum, quæ priuatiuè conferuntur à Capitulo, di-
uiso tamen exercitio iurius conferendi inter Canonicos per
Turnum, † vnde nullum præiudicium illatum fuit Emi- 41
nentissimo Archipresbytero, qui non solum independenter
à Capitulo habet ius † proprium, & suas hebdomadas col- 42
lationis distinctas ab hebdomada, & iure Capituli, ve-
rum etiam tanquam superior non potuit per huiusmodi de-
creta ligari ad text. *in Can. cum inferior de maiorit. & obedient.*
& plura ad rem congerunt Anton. Ragne. *de voc. Canon. &
capit. quæst. 2. per tot.* & Barbos. *de Canon. & dignitat. cap. 6.
per tot.*

Et ita post secundam Causæ propositionem responsum
est vtraque &c.

R. P. D. T A I A.

Posteà S. R. E. Cardinali.

Conchen. Præeminentiarum.

Mercurij 16. Iunij 1677.

A R G V M E N T V M.

Præcedentia denegari prætendebatur Canonico coadiuto, quamuis illa proprio Canonico deberetur, eam tamen etiam ipsi competere fuit decisum, quia Coadiutor in omnibus, & per omnia personam veri Canonici repræsentat, eique omnes Canonici inseruire tenentur, prout etiam ipsi Coadiuto ministrare tenebantur.

S V M M A R I V M.

1 *Coadiutor Canonicus in absentia Coadiuti præcedere debet sicuti præcedunt veri Canonici.*
2 *Canonicus coadiutor cum futura successione dicitur Canonicus fictus.*
3 *Coadiutor Canonicus habet verum honorem, etiam inter veros Canonicos.*
4 *Canonici tenentur inseruire, & ministrare Canonico coadiuto, sicuti inseruire, & ministrare tenentur vero Canonico.*
5 *Coadiutori in multis tribuuntur effectus veri beneficij.*
6 *Canonicus coadiutor vix cedit sub coadiuto, absque Canonicis*

nonicis paribus in gradu coadiuti, intellige vt num. seqq.
8 *Obseruantia est optima interpres omnium, & quarumcumque dispositionum.*
9 *Obseruantia semper attendenda est, etiam si iuri repugnet, & n. seqq.*
10 *Præcedentiæ in materia totum facit consuetudo, quæ pro iure habetur, & num. anteced. & seq.*
11 *Minus dignus præfertur digniori stante consuetudine.*
12 *Consuetudo in materia præcedentiæ inducitur spatio decem annorum, & semper attenditur, etiam si iuri repugnet.*

D E C I S I O XCIX.

IN concordia sexagenaria ab anno 1617. inter Episcopum, & Capitulum, Canonicosque Cathedralis Ecclesiæ ex vna, & ex altera Abbatem, siue Curatum maiorem, aliosque Beneficiatos Ecclesiarum Parochialium partibus, conuentum fuit, quod Dignitates, & Canonici obtinentes Beneficia in qualibet ex dictis Parochialibus Ecclesijs Ciuitatis Conchen. sedere debeant, & sedeant cum prælatione maioris minori in Capitulo, Consilijs, & alijs functionibus, nulla habita ratione temporis receptionis, seu antiquitatis; Tamen Abbas maior, & in Capitulares Ecclesiæ Parochialis Sancti Dominici tenuerunt dare locum Bonauenturæ Coadiutori Canonicatus, & Præbendæ Ecclesiæ Cathedralis, necnon Beneficiato in ipsa Parochiali Ecclesia Sancti Dominici, quia Canonici Coadiutores in Concordia non comprehendantur, & Causa deducta ad Rotam, propositum est hodie dubium, An præcedentia competat Coadiutoribus, & competere responsum est.

Et planè vti Canonicum Coadiutorem extra Ecclesiam
1 Cathedralem in absentia Coadiuti † ex forma Coadiutoriæ
præcedere, sicut præcedunt veri Canonici declarauit Sacra
Congregatio Rituum, ex Aldano refert Barbos. Apost. *decis.*
Collect. 175. num. 9. & de Canon. & Dignit cap. 29. num. 30. & ad
Concil. Trident. cap. 7. de reform. sess. vlt. num. 40. & Iuris Eccles.
vniuers. cap. 10 num. 91. lib. 3.

Et licèt apud eundem Barbos. Canonicus Coadiutor cum
2 futura † successione dicatur Canonicus fictus, *de Canon. &*
Dignit. dicto cap. 29. num. 6. & ad Concil. Trid. d. cap. 7. nu. 10. &
3 *Iur. Eccles. vniuers. d. cap. 10. num. 32.* & ex ipsis † Sacra Con-
gregatione Rota *decis. 456. num. 8. par. 1. recent.* adhuc habet
verum honorem, etiam inter veros Canonicos, & ex eadem
Sac. Congregatione Rituum Coadiutori tenentur Canoni-
4 ci inseruire, † & ministrare, prout tenentur inseruire pro-
prio Canonico Coadiuto in omnibus functionibus Canoni-
calibus, vt refert Barbos. *in ad.* Apostol. *decis. dicta collect.*
175. num. 12. & de Canon. & Dignit. d. cap. 29. num. 33. & ad Con-
cil. Trid. d. cap. 7. num. 43. prout in multis Coadiutori effectus
5 veri Beneficij † tribuuntur, Barbos. *ad Concil. Trid. d. cap. 7. à*
num. 33. & iuris Eccles. vniu. d. cap. 10 ex num. 83. Itaut Cano-
nicus Coadiutor vix cedat sub Coadiuto, alijsque Canonicis
6 † paribus in gradu Coadiuti apud Gonz *in huiusmodi quæst.*
ad regul. 8. Cancell *gloss. 5. § 9 num. 101. à vers. prædictis tamen*
7 *non obstan.* & quando † non agitur de præiudicio Coadiuti,
seu alterius Canonici Rota *decis. 259. num. 10. par. 9*

His adiecta sunt opportuna testimonia Testium coram
Ordinario Conchen. examinatorum, nullam haberi distin-
ctionem inter Canonicos proprietarios (dicunt illi) & Coa-
diutores, ita congruente iure, vsu etiam loci, & obseruan-
8 tia speciali concordiæ supradictæ: † Obseruantia enim est
interpres omnium dispositionum, *l. minimè 23. ff. de legibus*,
9 Rota *decis. 203. num. 14. par. 15.* quæ est attendenda, † etiamsi
iuri repugnet, Barbos. *iur. Eccles. vniu. cap 43. num. 178. in fin.*
lib. 1. adnot. ad Ludouic. decis. 124. sub num. vltimo, maximè ex
Rota *coram Seraphin. decis. 964. num. 1. & coram Merlino decis.*
779. sub num. 1. vbi in materia præcedentiæ totum facit con-
10 suetudo, † quæ pro iure habetur, etsi repugnaret dispositio-
11 ni iuris communis, † & minus dignum præferat digniori,
Adnot. ad Ludou. *d. decis. 124. sub d. num vltimo, ex Rota co-*
ram Seraphin. d. decis. 964. sub d. num. primo, & huiusmodi con-
12 suetudinem † induci spatio etiam decem annorum, *adnot. ad*
Ludou. *d. decis. 124. sub d. num. vltimo ex* Rota *ibi alleg.*

Et ita altera Parte informante, & altera pluries citata, & nunquam excitata, resolutum fuit.

REVERENDISS. D. ALBERGATO
Sacræ Rotæ Decano.

Romana Filiationis.

Lunæ 21. Iunij 1677.

A R G V M E N T V M.

Filiationis materia in hac decisione potissimũ declaratur ad excludendum filium, qui potiùs apparebat vulgo quæsitus, a consequutione alimentorum, etiam ab hæredibus sui asserti parentis, quia quando, prout hic, illa adducitur in petitorio ad effectum consequendi alimenta perpetua, plenè, & concludenter probari debet, quod secus esset, si solum prouisionaliter eadem alimenta peterentur, hinc plures enucleantur coniecturæ in hac materia ab vtraque parte deductæ quas ex sequenti Summario, & decisione videbis.

S V M M A R I V M.

1 *Filiatio respectu patris est improbabilis, & propterea coniecturis, & præsumptionibus probatur.*
2 *Filiatio ad effectum alimentorum quæ perpetuo petuntur, probari debet plenè, & concludenter, secus autem si per modum prouisionis assignanda fiat.*
3 *Verisimile non est quod probus, bonæ famæ, & negocijs incumbens adeo voluerit suum honorem contemnere.*
Vt publicè, & palam accederet ad mulierem inhonestam, habitantem humi, & cum illa loqui in ianua, ac si esset vilissimus pedissequa. ibid.
4 *Contrarietas, & discordia tollit fidem testibus.*
5 *Filius vulgo quæsitus, certum patrem assignare non potest.*
6 *Filij nati ex ventre incustodito, & cum latitudine peccandi, dicuntur ignoti, & degeneres, & habeantur pro spurijs ac vulgo quæsitis.*
7 *Probatio filiationis æquiuoca non suffragatur.*
8 *Coniecturæ imperfectæ, & inconiungibiles non suffragantur, maximè si coaquassentur à coniecturis contrarijs.*
9 *Mulierem castam, & pudicam, ac honestam matronam habuisse sermones impudicos cum alia muliere præsumendum non est, maximè si ipsa vix excessisset infantiam.*
10 *Testis vnicus nihil probat.*
11 *Turpitudinem propriam quis non præsumitur detegere voluisse cum muliercula, & vilibus famulis.*
12 *Testibus inuerisimilia deponentibus non creditur, & supra num. 39. & seqq.*
13 *Testes dicuntur inuerisimilia deponere, si recordantur de re parum ad ipsos spectante, & valde antiqua vltra annos 40. & num. seq.*
14 *Obliuio etiam in proprijs negocijs, præsumitur per lapsum decennij.*
15 *Filiationis coniectura non est præstatio alimentorum, quæ ad titulum pietatis, & eleemosinæ referri possunt.*
16 *Filiationem non probant actus æquiuoci, & referibiles ad alium titulum, & num. 35.*
17 *Alimenta filiorum naturalium in quibus consistant.*
18 *Alimentorum appellatione veniunt omnia necessaria ad sustentationem vitæ humanæ.*
19 *Testes vt probent famam, quomodo deponere debeant, & num. seq.*
20 *Fama probari debet à quibus originem traxerit, & an ante, vel post motam litem, quia alias præsumitur ab illa originem habuisse.*
21 *Filiatio quatenus ex nominatione probetur, & numer. seq.*
22 *Filij vocantur etiam illi, qui diliguntur, & ideo sola vocatio filij non probatur filiationem, maximè in actibus, quæ conuenire possunt etiam extraneis.*
23 *Nominatus, vt ex nominatione dicatur approbatus, & agnitus in filium, requiritur quod agatur de actu proportio-*
nato,

nato, & quasi debito ipsi filio.

24 *Filiationis rigorosa probatio non requiritur, quando agitur cum patre, vel contra habentem causam ab eo, secus si contra extraneum.*

25 *Filiationis quasi possessio quatenus suffragetur filio, & sup. n. antecced. & seqq.*

26 *Filiationis agnitio, & approbatio eatenus præiudicat agnoscenti, & habenti causam ab eo, si sit clara, & coniecturis fulcita, secus si contrarijs coniecturis elidatur.*

27 *Agnitio, & approbatio facta de aliquo tamquam filio, vbi adsunt coniecturæ contrariæ, dicitur procedere ab erronea credulitate, & ideo agnoscenti non præiudicat.*

28 *Filiatio respectu patris excluditur, si quis in libro baptismatis exprimitur natus ex patre incerto.*

29 *Filius adulterinus in libro baptismatis cautè adnotandus est, & adnotari solet, ab præiudicium, quod inde resultaret parentibus.*

30 *Baptismatis liber, in quo filius describitur ex incerto patre, licet plenè non probet, facit tamen adminiculum.*

31 *Filiatio excluditur si pater in suo testamento, nec etiam ratione alimentorum, vt de iure tenetur, aliquid suo prætenso filio reliquerit.*

32 *Patris declaratio emissa in vltimo vitæ spiritu, quod filius non erat suus, plurimum confert ad excludendam illius filiationem.*

33 *Mortis in articulo nemo præsumitur mentiri.*

34 *Actor si expectauit instituere iudicium post mortem omnium informatorum, malum ius fouere præsumitur.*

35 *Alimentorum titulus cessat, vel redditur æquiuocus, si de ijs, quæ pro dd. alimentis recipiebantur, aut exigebantur, reddebatur ratio, & sup. n. 16.*

36 *Filiatio excluditur, si quis semper se denominauit filium alterius.*

37 *Contrahentes tam de iure communi, quam ex Reformatione* Pauli V. *non solum nomen proprium, sed etiam patris tenentur exprimere.*

38 *Nominatio de se facta in instrumento publico, præsumitur dispositiuè, & seriò facta, non autem perfunctoriè, & ideo impugnari non potest.*

39 *Confessionem propriam, maximè in instrumento emissam, quis amplius denegare non valet.*

DECISIO C.

DEcretis à R. P. D. Altoulto per modum prouisionis
in causam alimentorum scutis sex quolibet mense ad
fauorem Cæsaris prætendentis se filium naturalem Thomę
senioris de Baccelis, appellauit Thomas iunior, & commissa
mihi causa per Signaturam Iustitiæ cum clausula *sine
præiudicio* quoad menstrua scuta quatuor, quamobrem ad
effectum terminandi litem in petitorio, proposui dubium
super negocio principali filiationis, de qua non constare dixerunt
Domini, quia licèt non dubitauerint filiationem re-
1 spectu patris præcisè, & directè esse fere impossibilem, † &
propterea coniecturis, & præsumptionibus iustificari, ex
plenè relatis per Rot. *decis. 125. & 146. par. 15. rec.* nihilominus
hæ præsumptiones, & coniecturæ in iudicijs decisorijs,
vbi in petitorio agitur de magno, & perpetuo præiudicio,
quale dicitur illud, quod mediante condemnatione ad perpetuò
alendum infertur asserto patri, vel eius hæreditati,
debent esse fortes, & necessariò concludentes id, quod de-
2 ducitur in probatione, † quidquid sit, quando alimenta in
alijs iudicijs prætenduntur per modum prouisionis, & incidentèr,
vt distinguit Rota *coram Celso decis. 334. num 9. &
in Farfen. bonorum 23. Ianuarij 1647. coram Card. Corrado,
impress. apud Zacch. quæst. medicoleg. decis. 90. & in Romana
alimentorum 26. Iunij superioris anni coram me*, & prius
*in Romana prætensæ filiationis 16. Februarij 1671. §. quidquid
coram R. P. D. meo Vicecomite*, confirmata 27. Iunij
1673. *coram Reuerendissimo D. meo Matthæio Archiepiscopo
Damasceno*, & in puncto alimentorum *Dunozett. iun. decis.
977. num. 2.*

Huius generis probationis Cæsar non adducit, nam consuetudo
inhonesta Thomæ cum Iulia eius asserta matre
non probat, quia testes pro eo examinati, vltrà exceptiones,
quas patiuntur in dictis, & in personis talem consuetudinem,
& accessum non concludunt, & licèt quædam Iulia
de Monte Politiano dicat vidisse Thomam accedentem
ad domum Amasiæ de mane, de sero, in meridie, &
quacumque hora, ac etiam vidisse eum alloquentem cum
illa ad ostium, vltra quod supponit inuerisimilia, vnde
fide minuitur, † cùm verisimile non sit, quod vir nego- 3
cij incumbens, & mercaturæ addictus, & probæ famæ, existimationem
propriam contemnere voluerit, accedendo,
absque vlla temporis distinctione, ad domum vilis mulieris
habitantis tuguriolum ad planam terram, & cum ea loqui
in porta, omnibus videntibus, perindè ac si fuisset louerecundus,
& vilissimus pedissequus. Dictum huius testis
destruitur ex depositione alterius, nempè secundi in eadem
vicinia contemporanee habitantis, qui affirmat nunquam
vidisse, nec audiuisse, quod Thomas hanc consuetudinem,
& domum frequentare: † hæc enim contrarietas, & di- 4
scordantia fidem aufert, Rota *coram Cardin. Celso decis.
351. num. 4. & decis. 386. num. 3. & in præcit. Romana prætensæ
filiationis §. vltra quod vers. Ex ista contrarietate coram
Reuerendissimo Matthæio, & in Eugubina successionis
16. Nouemb. 1665. §. Præterea coram Eminentiss. Cerro.*

Quinimo, etsi probaretur accessus Thomæ, & carnale
commercium cum Iulia, nihil suffragaretur, cum illa
non esset à Thoma domi retenta in schemmate concubinatus,
itaut nemo cum ipsa misceri posset, sed vt ipsi testes
affirmant, ipsa erat sui iuris, & manebat in propria domuncula
cum eius matre, & quod peius est, hæc alios ad
filiam introducebat, & signanter quendam Sebastianum
famulum Thomæ, cum quo famulo Iulia palàm, & publicè
conuersabatur, & etiam quendam Cauponem nuncupatum
Imbroglia, qui cibos deferebat, & pro istius filio
Cæsarem fuisse reputatum, dicunt testes, qui metu excommunicationis
retulerunt ad illius instantiam. † Ideò 5
cum filius tali casu affirmare nequeat quis ex istis eum genuerit,
excluditur certitudo Patris, & non potest potiùs
vni, quàm alteri se attribuere, sed remanet vulgò quæsitus,
*l. vulgo concepti, vbi gloss. de stat. hom. §. Aduersus,
instit. de nupt.* Albet. *in diuers. iur. verb. incertus*, Bald. *cons.
129. num. 3. vol. 2. & cons. 206. num. 6.* dicens taliter natos ex
ventre incustodito cum latitudine peccandi, † non posse 6
ostendere certum patrem, sed tamquam ignotos, & degeneres
haberi pro spurijs, ac vulgo quæsitis, Rot. *decis. 289.
num. 8. par. 1. recent.* Paleott. *de not. & spur. cap. 26. sub num.
5.* Rota *decis. 47. la seconda num. 1. par. 13. recent.* proindè
probatio ex parte Cæsaris † remanet æquiuoca, vt inquit 7
Rota *decis. 267. sub num. 16. vers. quidem par. 8. recent. &
decis. 354. num. 4. coram Card. Cels. & decis. 388. nu. 3. & seqq.
par. 13. recent.*

Nec obstant coniecturæ; Sunt enim omnes Imperfectæ,
† inconiungibiles, & conquassantur à contrarijs, vt no- 8
tat Rot. *decis. 336. num. 14. coram Carillo*; nam ea, quæ
desumebatur ex depositione alterius mulieris quinti testis
dicentis audiuisse à Lucretia Sorore Thomæ, Iulia concepisse
ex Thoma, proindè ipsam illam benè tractaretur,
nè frater cum alijs mulieribus rem habendo, inficeretur lue
venerea. Ista enim testis, vltra quod est vnica, & de illo
tempore vix accesserat infantiam, † & proindè non est ve- 9
risimile, quod Lucretia haberet cum hac puella hos sermones
impudicos, ac prorsùs alienos à lingua, & auribus
castæ Matronæ, pietate, ac religione conspicuæ, vt ipsamet
testis affirmat, dum deponit illam fuisse, vna Santarella,
& semper illam inuenisse gestantem Coronam
præ manibus, ipsamque in Ecclesia S. Ioannis Florentinorum
Doctrinam Christianam publice edocere, & ab ea
sæpiùs fuisse ductam ad Templum Principis Apostolorum:
ex hac enim qualitate Lucretiæ argui non potest,
ipsam fuisse loquutam de rebus, de quibus nec forsan à
publicis meretricibus differitur, prout non iuuat depositio
alterius mulieris fundata in confessione Thomæ, quod
ipse Iuliam deflorasset, quia omisso quod est prorsus inuerissimile
Thomam tale quid voluisse confidere huic vili
Ancillæ sibi ignotæ, quæ in domu Iuliæ tunc solum morabatur,
donec occasionem famulandi inueniret, nihil
probat tamquam † testis vnicus, vt in puncto Rota *d.* 10
decis. 136. num. 11. coram Carillo, eodem modo repellitur
ille testis Coquus, qui affirmat, quod quando Cæsar erat
Iofans Thomas per mille vices ei dixerit, quod puerulo
blandiretur, & ientaculum daret, quia erat suus filius.
Vir enim prudens, vt erat Thomas, non est credibile, quod
propriam turpitudinem cum muliercula, † & Coquo de- 11
tegere voluerit, propterea istis testibus vti inuerisimilia
deponentibus † credi non debet, *cap. quia verisimile de* 12
præsumpt. l. ob carmen ff. de testib. cum alijs cumulatis per
Rot. *decis. 67. nu. 7. par. 10. rec. & in Romana præstationem 1.
Febr. proximè præteriti coram me*; imodum adeò præcisè
recordantur, & deponunt de re antiqua vltra quadra-

13 ginta annos, & ad se non spectante, † redduntur suspecti,
14 cum etiam proprij negocij † per lapsum decennij præsuma-
tur obliuio, vt præcisè ad repellendum hoc genus testium
diaernnt Laurent. *decis. Auenionen. 91. num. 6. & 7.* Farinac.
cons. crim. 110. *num. 2. lib. 2.* egregiè Rota, vbi agebatur de
solo lapsu decem mensium in *d. decis. 67. num. 7. par. 10. rec.
& in Romana societatis Lotti* 23. *Martij* 1672. *§. si vero co-
ram me.*

Altera coniectura desumpta ea subministratione alimen-
torum tota reducitur ad quotidianam largitionem cuiusdam
vini, & panis, ac solutionis pensionis domus scutum
vnum singulo mense non excedentis, quæ omnia cum
Thomas potuerit subministrare titulo eleemosynæ, cum
esset vir pius, & eleemosynas facere solitus, vt ijdem Te-
stes affirmant, eo magis quia Vxor Cæsaris in domo illius
15 à teneris annis † inserulebat, perinde ex talibus actibus
pietatem potiùs redolentibus, quam obligationem, non
16 infertur sufficiens coniectura pro † filiatione, cum sint
æquiuoci, & referibiles ad alium titulum, Surd. *de alimen.
tit. 1. quæst. 12. num. 9.* Gratian. *discept. 462. num. 24. & 25.*
Spad. *cons. 251. num. 14. lib. 2.* Rota *in eadem causa decis. 289.
num. 5. par. 1. rec. & decis. 334. num. 6. coram Card. Celso*, po-
tissimum, quia alimenta præstari solita naturalibus liberis
17 non consistunt in solo pane, & vino, & habitatione, † sed
etiam in omnibus alijs ad sustentationem vitæ necessarijs,
18 † quæ veniunt sub nomine alimentorum, & enumerat
text. *in l. 43. in verb. victus ff. de verb. signif.* Rota *in Romana
alimentorum* 15. *Martij* 1658. *§. non obstat coram Reuerendiss.
Beuilaqua, & in Romana Salarij* 19. *Iunij superioris anni co-
ram me §. non obstat.*

Similiter validum argumentum filiationis deduci non
potest ex publica voce, & fama, de qua conantur depone-
re testes Cæsaris, quia illam non iustificant, cum suis re-
19 quisitis, † non enim sufficit, quod dicant, hanc esse com-
munem opinionem, & famam in aliquo loco, sed opus
est, quod exprimant personas, à quibus audiuerunt,
etiamsi interrogati non fuerint, ad hoc, vt cognosci possit,
an talis opinio ducat originem à fide dignis, vel ab interes-
se habentibus, & suspectis, quodque ante motam litem ta-
20 lis per ora volauerit, † non autem postea, sicuti præsumi-
tur, aliàs fama non dicitur probata, Mascard. *de probat.
conclus. 791. num 18.* Rota *coram Baldo decis. 335. num. 4. & co-
ram Zarate decis. 3. num. 19. & coram Bich. decis. 633. num. 8.
§. ut releuamen coram Eminentiss. Cerro, & in Bononien. fidei-
commissi de Cæsareis* 27. *Nouembris prox. præt. §. tanto magis
cor. R. P. D. meo Bourlemont.*

Eodem modo nihil refert, quod Thomas Cæsarem pue-
rulum filium pluries appellauerit, quia filiatio prouenit
21 † à natura proinde nominatio illam producere non valet,
sed talis nominatio incidenter emissa præsumitur facta
22 blandiendi gratia, vt fieri solet, † cum sæpè filij vocabulo
vocentur illi, qui diliguntur, propterea ex ea non arguitur
filiatio, potissimum, quando nominatus est in actu, qui
conuenire potest etiam extraneo, *gloss. in cap. per tuas de
probat.* Mascard. *vbi supra num. 27. 37. 43. & 47.* Rota *d. de-
cis. 136. num. 8. & seqq. coram Carillo, & decis. 351. num. 7. &
8. coram Remboldo*, ad hoc enim, vt quis ex nominatione di-
23 catur approbatus, & agnitus in filium, † tali nominatio-
ni debet adiungi actus proportionatus, & filio quasi debi-
tus, qualis esset institutio in testamento, vel donatio,
Rota *coram Pænin decis. 630. num. 4. & decis. 112. num. 12. par.
8. rec. & decis. 7. num. 1. & decis. 251. num. 10. coram Bich. dec.
598. num 5. coram Remboldo.*

Et quamuis DD. relati per Sperell. *decis.* 174. ac etiam
Rota pluries dixerit, rigorosas probationes filiationis requi-
ri, quando filius agit contra tertium non habentem causam
24 ab asserto patre, † secus quando iudicium dirigit contra il-
lum, vel hæredes illius, qui eum nominauit, & agnouit
25 † in filium, quo casu per talem nominationem, & agni-
tionem filius respectu agnoscentis, eiusque hæredum dici-
tur constitutus in quasi possessione filiationis, ex deductis
per Gratian. *discept. 655.* Rota *decis 488. coram Merlin.* & ali-
bi: nihilominus DD. & Rota intelliguntur, quando agni-
tio in filium est clara, & fulcita coniecturis, nec offuscatur
26 contrarijs præsumptionibus, † secus autem, vbi contra
agnationem adsunt præsumptiones validiores in iure appro-
batæ, quia tunc non sufficit agnitio, & quasi possessio fi-
liationis, sed exigitur probatio magis certa, & concludens,
vt conciliando opiniones distinguit Rota *in Romana prætensæ
filiationis* 20. *Februarij* 1660. *§. nec obstat quod agnitio coram
bon. mem. Priolo*, & ad effectum denegandi alimentis res-
ponsum fuit *coram Dunoz. iun. d. decis. 977. nu. 2.* potissimum
quando matereriam alijs patuit, quia tunc agnitio dicitur
procedere ab erronea credulitate, † quæ veritati non præ- 27
iudicat, Rot. *decis. 312. num. 25. & 382. nu. 8. & duobus seqq.
par. 13. rec.* & in allegata *Romana prætensæ filiationis coram
Priolo §. fortius.*

In proposito contra filiationem concurrunt coniecturæ
magis vrgentes: nam in libro Baptismatis Cæsar legitur de-
scriptus natus ex patre incerto; † si enim fuisset filius Tho- 28
mæ, vtique sub eius nomine fuisset adnotatus, vt ponde-
rat Dunoz. *d. decis. 677. num. 4.* præsertim cum non esset filius
† adulterinus, quo casu cautè proceditur in adnotatione 29
filij, nè parentes in existimatione lædantur, Rot. *decis. 226.
num. 13. coram Celso*, quæ partita descripta cum ista qualita-
te incerti patris, quamuis non faciat plenam probationem,
† facit tamen præsumptionem, quod filius sit ex incerto 30
patre, sicuti in ea descriptus reperitur, Rot. *in puncto decis.
317. num. 2. par. 9. rec.*

Præterea excluditur filiatio, ex quo Thoma condidit te-
stamentum, & nihil Cæsari reliquit, prout semper fieri so-
let à patre erga filios bastardos saltem ratione alimentorum,
quæ de conscientia illis † dare debet, Vnde ex hac omis- 31
sione ducitur argumentum, quod Cæsar non esset suus fi-
lius, Rota *coram Carill. d. decis. 136. num. 22* eo magis, quia
hac de causa, auditis iactationibus Cæsaris Vincentius filius
legitimus, & naturalis Thomæ, eidem ægrotanti, &
iamiam morituro, insinuauit, quod si sentiebat se in con-
scientia grauatum circa filiationem Cæsaris, illi aliquid re-
linqueret, & Thomas respondit, nihil habere agere cum
d. Cæsare, vt deponit testis Sacerdos, qui fuit præsens, &
reuelauit metu excommunicationis ad instantiam Cæsaris
publicatæ; † Ista enim declaratio emissa in vltima vitæ pe- 32
riodo, præsumitur vera, cum in eo momento, à quo pen-
det æternitas, & imminet supremum Dei iudicium † quis 33
non censeatur mentiri, vt omissis generalibus respondit in
terminis Rot. *decis. 351. num. 10. coram Rembolda.*

Desumitur etiam non leue argumentum, quod Cæsar
non sit filius, ex longæua taciturnitate, nam viuente Tho-
ma, & postea Vincentio, litem non est ausus excitare,
sed solum post obitum eorum, qui erant informati, litem
introduxit contra Thomam iuniorem pupillum de hac re
penitus ignarum; † quando autem ad agnoscendum expe- 34
ctatur mors informatorum, ex hac tarditate insurgit suspi-
cio calumniæ, quia si re vera actor bonum ius fouisset, non
tamdiu distulisset actionem proponere, vt aduertit Rota *in
supra citata dec. 136. num. 16. coram Carillo*, vel suffragante ex-
cusatione, quod tacuerit, quia à Thoma, & deindè à Vin-
centio alimenta consequebatur ex assignatione quarundam
pensionum domorum, & habitatione in vna ex illis, quia
habitatio, & aliquid aliud, quod Thomas, & successiuè
Vincentius tradiderunt, vel fuit titulo eleemosynæ, vel
mercedis exactionis, & patet, quia pecunias exactas non
imbursabat, sed eas ad Bancum deferebat reddens rationem
de illis, † vnde cessat, seu saltem remanet æquiuocus titu- 35
lus alimentorum, vt probant auctoritates supra relatæ §.
Altera coniectura.

Postremò insurgit contra Cæsarem alia vehemens conie-
ctura, & præsumptio deducta, ex quo viuente Thoma,
& Vincentio nunquam se denominauit filium Thomæ de
domo Baccelli, † imò positiuè se appellare fecit filium Ale- 36
xandri Galli, & talem se confessus fuit, & fecit describere
in pluribus instrumentis, in quibus cùm contrahentes tam
ad formam *Constitutionis Pauli Quinti super reformatione Tri-
bunalium titul. de Notarijs §. Notarij non audeant*, quàm iuris
communis, † debeant expressione etiam nomen patris, 37
proindè cum talis expressio nominis fieri deberet ex præce-
pto Pontificiæ Constitutionis, & iuris communis, † præ- 38
sumitur dispositiuè, & seriò, non autem perfunctoriè, &
per accidens emissa, & proindè hanc propriam confessio-
nem † Cæsar hodie impugnare non valet, vt ad rem con- 39
siderat Rota *decis. 176. sub num. 3. & 4. par. 1. rec.*

Et ita non constare de filiatione decisum est, vtraque
parte informante.

R. P. D. PAVLVCCIO.

Fauentloa prætensorum attentatorum.

Lunæ 21. Iunij 1677.

A R G V M E N T V M.

Quæstio duplex proponebatur de attentatis a Tutore commissis super continuatione possessionis bonorum pupilli, & super eo, quod lite pendente ipse tertium quærelauerit, sed neutra pro attentatis deciditur, quia mortuo pupillo, illi competebat retentio ob interesse quod habet super redditione rationis; eo magis quia ipsi pupillo substitutus erat, & ideò iure fideicommissi continuare benè potuit; Altera minus, quia etiam lite pendente ipse tertium quærelare valuit, de vi ostio illata, dummodo tamen ille non habuerit causam a collitigante, vel ipse tutor eius iuribus vsus sit.

S V M M A R I V M.

1 *Possidere alind est, alud esse iu possessione.*

2 *Tutor & curator tam durante tutela, quàm postea, ea finita babet detentationem, & custodiam rerum administratarum.*

Amplia quia enm continuare debet douee suæ admiuistrationis rationem reddat ibidem, & n. seqq.

3 *Tutor licet nou possident bona pupilli, en tameu detinet, & ratione d. detentationis competunt illi manutentio, & alia remedia possessoria.*

4 *Tutor, seu curator, finita tutela, seu curn, tenetur de periculo, & damno bonorum pupilli, donec rationem reddat.*

5 *Tutori, & curatori competit retentio bonorum pupilli ob interesse, quod babet super redditione rationis, & si spolintur, ei conceditur restitutio, & uu. 11.*

6 *Tutela finita vel cura, nou censetur finitum interesse tutorum propter reliquias.*

7 *Possessio bonorum pupilli, eo defuncto, non dicitur vacua, donec tutor rationem nou reddat.*

8 *Tutor vocatus ad fideicommissum post mortem pupilli, eo defuncto, potest mutare causam possessionis, & possidere nomine fideicommissi etiam absque alia animi declaratione.*

Amplia, & fortius declaratione seqnutn ibidem.

9 *Coutimians suam possessionem non attentat.*

10 *Attentata non sunt, quæ vel exercentur ratioue muneris, vel rntione iuris, quod quis babet.*

11 *Retentio, seu reintegratio tutori debitn iu bonis pupilli ob interesse quod babet, ob redditionem rationis, competit etiamsi illa nb eo non petatur.*

12 *Interesse non minus competit tutori in bonis pupilli ob redditiouem rationis, quam ipsi pupillo, cnm eorum alter possit remanere creditor, vel debitor.*

13 *Clausula* cum facultate manutenendi quem de iure, *executiouem iam factn non reuocnt.*

14 *Attentata non sunt gesta ab existente in possessione, & ideo reuocare nou debent.*

15 *Carcerntio non probatur ex simplici fide.*

16 *Tertius, etiam lite pendente, potest quærelari de vi ostio illata, & de fracturn illius.*

17 *Tertius sicuti non attentat, ita nec ipse, si aliquid innouanit, obijcere potest de ntentatis ratione personæ collitigãtis.*

D E C I S I O CI.

ANtonius à Pane facto sibi hærede In testamento Carolo filio, substituit vulgariter, pupillariter, & per fideicommissum Claudium à Pane Nepotem, & agnoscens Carolum filium parum habilem ad sua tractanda, & administranda negotia, eundem Claudium ipsi constituit Curatorem, & testamenti Executorem, itaut nihil Carolus agere posset, vel minimum, & leue per scripturam siue publicam, siue priuatam sine eiusdem Curatoris auctoritate, & io administrationis quasi possessione Claudius obtinuit se manuteneri ab A. C.

Donauit Carolos Franciscę de Marchettis Vxori suę prædia nonoulla, & præcipuè Prædium nuncupatum, la Pideura, cuius possessionem etiam assecuta foit. Verùm Claudius vita functo Carolo sine filijs, vigore fideicommissi mutando causam possessionis, declarauit se possidere titulo fideicommissi, & mandatum de manutenendo obtinuit ab A. C. contra Franciscam, qua appellante, Signatura Causam mihi commisit, adiecta clausula *cum facultate manutenendi quem de iure.*

Interim cum Augustinus Mazzettus Colonus in fundo prædicto stantias nonnullas clausas aperuisset. Claudius criminaliter agens, ipsum quærelauit, & carcerari fecit, vndè Francisca prætendeos cuntra Claudium actus istos attentatos, tamquam turbatiuos suæ possessionis vigore dicti rescripti Signaturæ institit dari dubium, An constet de attentatis, & articulo à me proposito, DD. negatiuè responderunt.

Negari siqoidem oon potest, quin Claodius possideret, aut
ad summum in possessione esset † tamquam Administra- 1
tor, & Curator, cùm re vera aliod sit possidere, & esse in
possessione, vt inquit Vlp. *in l. si quis ante §. idem Pomponius,*
& ibi notat Culac *ff. de acq. vel amitt. poss. l. 6. §. is qui rogauit*
ff. de præcar. l. Officium iu fiu ff. de rei vindic. ne dum viuente
Carolo, sed & eo vita functo. † Tutor siquidem, seù Cura- 2
tor non soium durante sed & finita tutela, vel cura per mor-
tem pupilli, vel adulti, habet detentationem, vel custodiam
rerum administratarum, & in eadem continuat, donec ad-
ministrationis suæ rationem reddiderit, cuius detentationis,
seù custodiæ virtute vtcumque verè non possideat; sed po-
tiùs sit in possessione, † iuxtà supra tactam distinctionem, 3
competunt tamen ei remedia possessoria officio Iudicis im-
pertienda, ex traditis per Castr. *ad l. Sancimus nemini C. de*
Sacr. Sanct. Eccles. Menoch. *de retiuen. poss. remed. vlt. quæst.*
1 num. 15. Couar. *pract. quæst. 17. nu. 5.* Nec mirum cum in eo
vigeat proprium, † & particulare interesse, ex quo finita 4
tutela, seù cura teoetur de periculo, & damno, quousque
minori, aut eius hæreditati, cui fuerat Curator datus, ratio-
nem reddiderit, Gail. *lib. 2. obseru. 96. nu. 3.* Guttierez *de tutel.*
& cur. par. 3. cap. 39. Ideoque & ei competit retentio pro † 5
suo interesse, immo & restitutio si spoliaretur, Castr. *ad d. l.*
Sancimus nemini u. 3. C. de Sac. Sanct. Eccles. vndè ad rem ap-
positè Seraph. *decis. 82. n. 4. & 5.* quod finita tutela † non cen- 6
seatur finitum interesse Tutoris propter reliquias, *l. si tutor*
post pubertatem ff. de tutel. & ration. distrab. l. tutor post
pubertatem, C. arbitrium tutelæ, & consequenter nec pos-
sessio † potest dici vacua, *l. 2 §. vacuam ff. de act. empt.* vt in 7
eius præiudicio potuerit ab alio occupari.

Accedit, quod cum Claudius ob mortem Caroli fuerit ad
fideicommissum vocatus, iam potuit superueniente nouo ti-
tulo, mutare causam suæ possessionis, † immo, & muta- 8
uit, itaut qui detinet custodiæ causa, & tamqoam Curator
cæperit possidere tamquam fideicommissarius nomine pro-
prio, etiam sine alia declaratione. l. *cum nemo C. de acq. poss.*
Bald. *ad l. peu. C. de pignor. act. uu. 4.* Duran. *dec. 169. num. 10. &*
seqq. Eminentiss Otthob *dec. 119. nu. 15. & seqq.* Rot. *in Bo-*
nonien. Douationis 10. *Febr.* 1662. *§. nec obstat il primo coram*
Emiuentiss. Cerro, & multò magis declaratione sequuta, de
qua in Summario Claudij *nu. 4.*

Quibus sic suppositis, iam Intrat vulgatum broccardicum,
† quod qui continuat non attentat, Glos. *ad cap. non solum,* 9
de appell. in 6. & ad clem. 2. vt lite penden. Lancell. *de attent.*
par. 2. cap. 4. limit. 1. num. 2. Rot. *coram Peuting. decis. 28. per*
tot. Mandos. *de inhibit. quæst. 23. num. 13. & 14.* & quæ gessit
Claudius non tam attentata, quàm necessaria, † aut ratio- 10
ne moneris, aut ratione ioris, quod ei competebant suot
censenda.

Neque officere visa sunt, qoæ exaduerso afferebantur:
non primò, quod Francisca non curet reddi rationem à
Claudio, vndè neque prætextu redditionis rationis pos-
sit iuuari, † quia circumscripta redditione rationis actua- 11
li, adhuc competit retentio pro suo interesse: non enim
minus interest Admioistratoris si remanserit creditor,
† qoam alterius partis, si remaneat debitor, Seraph. *d.* 12
decis 82. nu. 6.

Non secundo rescriptum Signaturę cum facultate manu-
tenendi quem de iure, † quandoqoidem huius clausulæ non 13
ea est vis, vt executionem iam factam reuocet, Rota *de-*
cis. 305. num 15. par. 6. rec. eadem coram Celso decis. 43. num. 10.
vnde nec continuationem possessionis ante motam litem,
quam sanè habuit Claudius ante motam litem; superstite
adhuc Carolo, de cuius hæreditate agitur, † gesta autem ab 14

existente in possessione non consueuerunt tamquam attentata reuocari, Rota *decis. 574. par. 3. diuers.*

Non demum tertio imputari debuit Claudio, quod quærelauit, & carcerari fecit Augustinum Mazzettum Colonum, quia duo cubicula aperuit, ab ipso Claudio clausa, sic-
15 que Claudius attentauerit, † omisso enim quod carceratio non probatur satis ex simplici fide præsertim ipsiusmet Mazzetti carcerati, & Simonis eius filij, Rota *coram Buratt. dec. 644. nu. 3. & 4.* certè non ostenditur eundem Mazzettum aperuisse cubicula mandato Francisçe tunc absentis, & quamuis Claudius quærelauerit de fractura ostij, adhuc dici non de-
16 bet attentasse, † quia etiam lite pendente, potest tertius quærelari de vi ostio illata, eoque fracto, cum non constet id
17 factum iussu collitigantis, † & sicut tertius non attentat, ita nec obijci potest de attentatis ob factum contra tertium, Lancell. *de attent. par. 2. cap. 3. n. 153. & seq.* & conferunt tradita per Rot. *in decis. 192. par. 15. rec.* cum ibi adductis.

Et ita vtraque &c.

Infra sub die 1. Iulij 1678. erit altera in hac causa decisio, coram eodem Reuerendo P. D. Paaluccio, quæ suis loco, & tempore apponetur.

R. P. D. RONDININO.

Leodien. Canonicatuum.

Lunæ 21. Iunij 1677.

ARGVMENTVM.

Plura beneficia ob incursam simoniam ex causa transactionis initæ super alio beneficio impetrata, quarum literæ nec exequutioni demandatæ sunt, nec iustè, & validè fuisset obtentas declaratur, quia processus exequutiuus non competebat ex impetratione certo modo obtenta, cum super eis agendum sit; illarum etiam insubsistentia fuit deducta, quia stante lite super beneficio ad transactionem, eiusque cessionem absque vlla labe simoniæ, deueniri poterat, pro vt publicè, & palam ab honestis viris, etiam cum approbatione Episcopi fuerat deuentum.

SVMMARIVM.

1 *Literæ apostolicæ certo modo obtentæ non iudicio exequutiuo, sed ordinario decidendæ sunt.*
2 *Simonia non probatur ex concordia inita super cessione beneficij, & quando n. seqq.*
3 *Ius nominandi alicui spectans, stante lite, potest per concordiam renunciari absque vlla labe simoniæ, & n. antecedenti & seqq.*
4 *Cessio beneficij, quæ permittitur cum extraneo, multo magis fieri potest cum illius compatrono.*
5 *Simoniam ad excludendam plurimum attenduntur qualitates personarum, & publicus actus, gestus cum auctoritate superioris, & n. seq.*
6 *Simonia clam, & in abscondito committi consueuit.*
7 *Honestus, & laudabilis actus non autem simoniacus ex quibus dicatur gestus, & n. 5. cum seq.*
8 *Resignationes beneficiorum ad fauorem certæ personæ coram Ordinarijs locorum fieri prohibentur à Constitutione B. Pij V.*
9 *Cessio beneficij ad effectum vnionis per sedem Apostolicam demandatæ, non subiacet Constitutioni B. Pij V. super prohibita resignatione fauore certæ personæ.*
10 *Sententia non extinguit litem, dum ab ea appellatum est.*
11 *Exactio fructuum non probat possessionem, si fieri potuit de facto, alio existente in possessione.*
12 *Possessio, quæ non erat pacifica, non extinguit litem.*
13 *Transactio semper fieri potest, quousque durat lis, ad effectum ab ea recedendi.*
14 *Transactio super beneficio dicitur potius facta ad euitandam litem, & sic ob causam licitam, quam ob simoniam, & causam illicitam.*
15 *Resolutiones Sacrarum Congregationum furtiuim obtentę, & non expressa veritate facti non prędicant & n. seq.*
Amplia, & fortius si in eis iura partium narrata non sint. ibid. & n. seqq.

DECISIO CII.

OB prætensam simoniam, qua innodati dicebantur viginti duo Canonici Insignis Collegiatæ Ecclesiæ Sancti Martini Leodien. plures illorum Canonicatus impetrarunt, quousque Dataria Apostolica obiecta calumniæ suspicione subsistens, mandauit, quamuis aliqui Prouisi adiuissent particulares Iudices pro executione literarum Apostolicarum, omnium tamen prouisionum, quarum literæ vel expeditæ fuerant, vel signatæ solum supplicationes, executio committeretur in Rota, quæ literas Apostolicas exequendas non esse respondit, ex duplici ratione ordinis, nempè iudicij, cum literis certo modo non detur via executiua, sed ordinariè procedatur, & defectus iustificationis ipsarum literarum, cum nullatenus simonia Pontifici narrata probetur.

Prior ratio decidendi pro non executione literarum desumpta ex ordine Iudiciorum fundatur in eo, quod cum literæ istæ Apostolicæ, quæ in impetrationibus certo modo expediuntur habeant clausulam vocatis vocandis, aliásque citationem, litisque contestationem inducentes, operantur proindè, vt ij, quibus diriguntur censeri nequeant executores, † sed potiùs Iudices, quorum partes assumunt, adeo- 1
ut ordinariè procedendum sit, ex ratione Textus *in cap. exhibita, vbi Canonistæ omnes de Iudic.* Lothet. *de re benef. lib. 2. q. 44. n. 8. & seqq.* Rota *coram Buratt. decis. 529. nu. 6. & cor. Ottbob. decis. 186. nu. 11 & seqq.*

Altera decidendi ratio desumpta ex non iustificatione narrati criminis simoniæ fundatur in eo, quod simonia, † 2
cui nituntur impetrationes, non probatur ex concordia inita inter Ioannem Rosmarinum, & Capitulum huius Collegiatæ, quæ nihil aliud continet, quàm cessionem litis factam à Ioanne intuitu nominationis Sacristæ sibi pro illa vice concessæ à Capitulo, ac ideò citra incursum simoniæ pro redimenda litis vexatione cedere potuerunt Canonici, & quemadmodum ipsis vigore vnionis auctoritate Apostolica
factæ competebat † ius nominandi, & remouendi Sacri- 3
stam, poterantque insimul ipsum Sacristam nominare, ita quoque posse pro vna vice cedere hoc ius nominandi Sacristam eidem Rosmarino, qui erat eiusdem Ecclesiæ Canonicus, & consequenter Compatronus, † cui multò ma- 4
gis potuit cedi hoc ius, vt fieret concordia, & recederetur à lite, si id permittitur cum extraneo citra incursum simoniæ, vt pro limitatione Textus notat *glos. & Canonista in cap. super eo 5. Amicabiliter de transact.* Gomez *in reg. de annal. quæst. 2. nu. 5* Farinac *cons. crimin. 75. nu. 20. vol. 1.* & discusso ad partes articulo ex sententia Canonistarum, & Theologorum resoluit Rota *coram Dunoz. iun. decis. 702. per tot. & in rec. par. 13 decis. 87. nu. 22. & seqq.*

Præsertim animaduertendo, quod concordia facta fuit publicè, & palàm in Capitulo, in quo sunt omnes personæ nobiles, quæ personarum qualitas vnà cum publicitate
actus multum operantur ad amouendam credulitatem, † 5
vt voluerint tot Viri nobiles in publicis tabulis committere
simoniam, † quæ clandestinè, & in abscondito commit- 6
ti consueuit, & quidem cum auctoritate Serenissimi Episcopi Leodien, eiusque approbatione, ex quibus omnibus apparet laudabilem, & honestum actum, non autem si-
moniacum † transigentes cogitasse, vt in præcisis terminis 7
Menoch. *cons. 67. sub num. 21.* Nauar. *cons. 46. in fine de simonia*, Farinac. *d. cons. 75. num. 7. vol. 1. &* Rota *post eandem decis. 135 in fin. post idem vol. 1. & coram Dunoz. Iun. d. decis. 702. sub nu. 7. & seqq.*

Auctoritates autem in contrarium adductæ percutiunt
diuersos terminos, † improbatæ scilicet resignationis ad 8
fauorem certæ personæ coram Ordinarijs locorum iuxtà Constitutionem B. Pij V. extra cuius terminos versa-
mur, dum agitur de cessione ad effectum vnionis † per 9
Sedem Apostolicam demandatæ, quo casu non est locus huic Constitutioni Pianæ, Gratian. in contrarium adduct. *discept. 196. nu. 3. & 6.* Rota *diuers. par. 2. decis. 133. sub nu. 15. & 16.*

Neque verum est, quod lis iam esset extincta, & Ioannes
iam pacificè † possideret, quia sententia, quam Ioannes 10
obtinuerat, non extinguit litem, dum ab ea fuerat appellatum, Causaque in Rota commissa cum clausula Parito, Rota *coram Cauaier. decis. 483. num. 9. & 10. & in Toletana Decimarum de Capilla 6. Aprilis 1674. §. Nec litis, & 15. Ianuarij*

auarij 1677. §. nec dici poterat coram R. P. D. meo Bourlemont.

Possessio autem Ioannis non probatur, quia quietantiæ priuatæ non nullorum modiorum speltæ, præterquam quod sunt informes, sed non recognitæ, adhuc pernecessè bene-
11 ficij possessionem non † concludunt, cum exactio hæc de facto fieri potuerit, alio existente in possessione, sicuti reuera existebat Seruatius pro Sacrista nominatus à Capitulo, adeout quatenus dici posset possessionem adfuisse, illa ta-
12 men non fuisset pacifica, nec excluderet litem, † quæ euidenter aderat propter appellationem Rotæ commissam cum
13 prædicta clausula *partio*, † qua lite durante, semper fuit locus transactioni, quæ dici debet ob recessum à lite, & sic
14 ob causam licitam potius, † quàm ob simoniam, & sic ob causam illicitam, ex ratione Textus *in l. merito 31. ff. pro socio*, Abb. *cons. 68. sub num. 3 par. 1.* Bald. *cons. 89. num. 4. vol. 1.* Rota *coram Gregor. XV. decis. 476. num. 6. & coram Eminentiss. Ottbob. decis. 253. num. 14. & 15. & in Bononien. iurispatronatus 23. Ianuarij 1673. §. Quo vero coram me.*

Neque obstitit Dominis resolutio Sacræ Congregationis Concilij, quia illa fuit furtiuè obtenta sub nomine Capitu-
15 li, non apposita tota serie facti, † in eaque non resolutur cessionem iuris, quod ex lite habetur ad beneficium subiacere pœnis à Constitutionibus Apostolicis contra simoniacos inflictis, vt ex decreto Sacræ Congregationis cum insertione integri libelli sub inuerisimili, & supposito nomine Capituli, vt latè in Summario responsionis eiusdem Ca-
16 pituli, † ideoque decretum vtpote obtentum tacita veritate, & non narrato iure Capituli, non præiudicat, ex ratione Text. *in cap. si quando de rescriptis, & in l. neque auus Cod. de emancipat. liberor.* Rota *coram Coccin. decis. 1879. n. 6.*
17 & in simili declaratione † Sac. Congregationis Concilij dictum fuit *in Firmana hæreditatis 4. Decembris 1634 coram Pirouano, apud* Castagn. *de benef. deduct. ac egeat. decis. 9. ad finem, & in Cremon. Iurispatronatus 20. Decembris 1675. §. non obstat coram R. P. D. meo Emerix.*

Et ita vtraque &c.

R. P. D. CALATAIV.

Elnen. Obedientiæ.

Lunæ 21. Iunij 1677.

ARGVMENTVM.

Vnum corpus a Canonicis separatum, & distinctum facere prætendebant Beneficiati, propter quod vnico Prælato in Ecclesia existenti obedire renuebant, eique etiam reuerentiam præstare; sed contrarium visum est ex pluribus, & præcipuè ex transactione inter ipsos sequuta, vnicam communitatem constituente ad instar aliarum Ecclesiarum Cathedralium, & Collegiatarum, quæ tamquam facta ad maiorem Dei cultum, non poterat esse restricta ad solum interesse bursale, propter quod eidem Prælato obedire sunt coacti.

SVMMARIVM.

1 *Corpora duo esse in vna eademque Ecclesia inter se distincta Regularium, & secularium, & habentia duo capita separata monstruosum non est.*

2 *Ecclesia S. Ambrosij Mediolanen. & Ecclesia Montis Regalis habens duo collegia, & duo membra Ecclesiasticorum, quorum vtrumque à diuersis capitibus gubernatur, & nu. 1.*

3 *Ecclesia vna iuxta dispositionem iuris communis non debet habere duo capita.*

4 *Beneficiati, qui per se ipsos non faciunt collegium, non valent diuersum, & separatum corpus cum diuerso, & separato capite efformare.*

5 *Clausula* sine præiudicio *apposita in secularizzatione Ecclesiæ, præseruat iura eiusdem Ecclesiæ, sed vid. num. seqq.*

6 *Clausula* sine præiudicio *non potest præseruare ius, quod expressè immutatur, sed de alijs iuribus intelligenda est.*

7 *Contradictio instantanea, & incontinenti præsumi non debet.*

8 *Beneficiati, & Canonici eo magis in eadem Ecclesia vnum corpus efficere debent, si ita expressè inter ipsos conuentum est.*

9 *Caput, seu superiorem vnum pernecesse habere debent, qui vnum corpus efficere voluerunt.*

10 *Mallandi ius inter ipsos si habeant beneficiati vel Canonici, illud dicuntur habere vti ministri, & dependentes ab Abbate, vel Episcopo.*

11 *Corpus vnum simul facere voluisse beneficiatos, & Canonicos, in eadem Ecclesia, ex quibus resultet.*

12 *Corporis vnicitas inter beneficiatos & Canonicos non destruitur ex eo, quod illi certis in casibus insimul non conueniant.*

13 *Obedientia, & reuerentia æquè præstari debet à Canonicis, & beneficiatis vni eidemque Abbati in Ecclesia tantummodo existenti.*

14 *Obedientia etiam præcisa, & coactiua debetur vnico Prælato, cui soli à Pontifice commissa est administratio Ecclesiæ, & num. 17.*

15 *Verbum* plenariè *importat totalitatem, nec patitur aliquam restrictionem.*

16 *Literæ Apostolicæ regulariter diriguntur capitulo, & Canonicis, non autem beneficiatis.*

18 *Ecclesiæ appellatione venit non tantum Ecclesia materialis, sed etiam Canonici, beneficiati, clerici, cæterique ministri.*

19 *Abbatem habere iurisdictionem probatur ex actu carcerationis per eum facto.*

20 *Carceratio est actus iurisdictionis eandem iurisdictionem probat.*

21 *Iurisdictio Abbatis non tollitur, si propter ipsam fuit excommunicatus, dum postea plenariè absolutus est.*

22 *Sententia in iudicatum transacta facit statum in futurum.*

23 *Sententia reuocationis censurarum, si potuit proferri ex alia causa, non importat iurisdictionem pro eis fulminandis, num. vt n. seqq.*

24 *Sententia interpretatur, & declarationem recipit à libello, quod nempe non potuerit ex alia causa proferri, quam illa in libello contenta.*

DECISIO CIII.

Censuit Rota 19 Iunij anni præteriti infirmandam esse sententiam Rotalem declarantem Beneficiatos Collegiatæ Beatæ Mariæ Virginis de la Real Oppidi Perpiniani teneri, & obligatos esse præstare reuerentiam, & obedientiam Abbati vti Capiti, & Prælato dictæ Ecclesiæ eiusque salutaria monita, & mandata reuerenter suscipere, aliàs per eundem Abbatem mulctari posse saltem pœna pecuniaria proportionata excessibus; Verum dicta postrema resolutione iterum examinata, & facto melius comprobato, recessum fuit à decisis.

Etenim admittebant Domini extitisse antiquitùs in dicta Ecclesia duo Corpora penitùs inter se distincta, & separata, alterum Beneficiatorum sæcularium existentium sub gubernio Sindici pro tempore, & sub Iurisdictione Episcopi Elnen. & alterum Canonicorum Regularium Ordinis S. Augustini, rectum à Priore eiusdem Ordinis, qui nullam in Beneficiatos iurisdictionem habebat, neque monstruosum esse, quod in vna Ecclesia † adsint duo corpora inter 1
se distincta, sæcularium, & Regularium, & habentia duo Capita, vt de Ecclesia Montis Regalis exemplificat Rot. *coram Coccino decis. 157. per tot.* quam refert Dunoz. iun. *decis. 640. num. 23.* & de Ecclesia Sancti Ambrosij Mediolanen. † habente duo Collegia inter se distincta, quorum 2
vnum regitur ab Abbate, alterum verò à Præposito aduertit Lotterius *de re benefic. lib. 1. qu. 18. num. 20.*

Sed aduertebant, quod Clemens Octauus dictam Ecclesiam sæcularizauit, & in Collegiatam erexit cum vno Abbate sæculari, qui Dignitas principalis existeret, & inibi præesset, per quam sæcularizationem taliter factam proculdubio voluit Summus Pontifex statum antiquum immutare, & vnum, & nouum Corpus instituere cum vno, & nouo Præsule, conformando se cum dispositione iuris, † se- 3
cundum quam vna Ecclesia non debet habere duo Capita, *cap. sicut 21. qu. 2. quoniam 14. verb. prohibemus de offic. Ordin.* nec Beneficiati, † qui per se ipsos non faciunt Collegium, 5
valent diuersum, & separatum Corpus cum diuerso, & separato Capite ab illo Canonicorum efformare, *gloss. in cap. dilecta verb. vnum corpus de excess. Prælat.* Abbas *in cap. penult. n. 9. ante finem de Cleric. non resident.* Rot. *dec. 136. n. 1. par. 6. & dec. 76. n. 22. par. 7. rec. & dec. 126. nu. 11. coram Bichio.*

Non obstat, quod in Bulla sæcularizationis adiecta lega-
6 tur clausula *sine præiudicio alicuius*, † per quam dicitur præ-
seruatum ius tam Beneficiatis, quàm eorum Sindicis;
Quia clausula prædicta non operatur quoad expressa, seù
ab expressis resultantia, Pir. Corrad. *in prax. benefic. lib.2.*
Gratian. *discept.458. n.10.* Rota *coram Seraphino decis.* 1445.
*num.4. & in Messanen. Erectionis Collegiatæ 27. Iunij 1662. co-
ram Eminentiss. Cerro.* Quapropter dum in sæcularizatione,
7 & noua erectione Pontifex constituit in Caput † vnum
Abbatem, qui solus Ecclesiæ præesset, proculdubio per
dictam clausulam *sine præiudicio* noluit præseruare ius Bene-
ficiatorum, iisque aliud Caput permittere, aliàs incontinenti
8 sibi contradixisset, † quod non est præsumendum, Rebuff.
in prax. de erect. in Collegiatam §. & in hac erectione, Azzor.
instit. moral. par.2. lib.6 cap.30. vers. secundo quæritur. Pirr.
Corrad. *vbi supra lib.2. cap.2. num.55.*

Idque comprobatur ex Concordia de anno 1603. confir-
9 mata de anno 1636. inter Canonicos, & Beneficiatos, † qui
insimul se vniuerunt, & concordaueruntad hoc, vt in po-
sterum sic vniti vnum corpus, vnamque Communitatem
efformarent, vt patet ex verbis eiusdem Concordiæ, ibi:
De vnione inter Canonicos, & Beneficiatos facienda,
itaut omnes Communitatem efficiant inter eos tractaue-
runt, & fecerunt &c. & ibi: *Primo fuit concordatum, quod*
dicti Canonici, & Beneficiati faciant dictam Communita-
10 tem &c. † Si enim voluerunt vnam Communitatem, &
vnum Corpus constituere, pernecesse vnum tantum Caput
adesse debeat, nempè Abbas vti prima Dignitas ad euitan-
dam monstruositatem, *d. cap. quoniam 14. verb. prohibemus
autem de offic. ordin.* Rot. *decis.167. num.3. coram Bichio*; Et
quamuis in eadem Concordia deputati fuerint duo Sindici,
vnus ex parte Beneficiatorum, & alter ex parte Canonico-
11 rum, qui habebant ius mulctandi, † tamen illud dicuntur
exercere vti ministri, & subordinati eidem Abbati, vt in
simili de Priore claustrali, qui paritèr habet ius mulctandi,
& tamen subest Abbati, & Superiori Monasterij dixit Rota
decis.329. num.3. par.3. rec.

Nec subsistit, quod vnio facta mediante dicta Concordia
respiciat massam communem dumtaxat, & alia emolu-
menta bursalia, non autem vnitatem Corporum; Quia
contrarium præseferunt verba illius proemialia, in qua præ-
cipuè habitus fuit respectus ad maiorem Dei cultum, & ad
formandum in futurum vnum Corpus, ad instar aliarum
Ecclesiarum Cathedralium, & Collegiatarum, vt patet,
ibi: Causa præcipua est, quod dicti Canonici cum dictis
Presbyteris Beneficiatis Communitatem non efficiunt con-
tra aliarum Ecclesiarum Cathedralium, & Collegiatarum
antiquam consuetudinem, & vsum &c. Insuper fuit ibi-
12 dem conuentum, quod tam Canonici, † quàm Beneficia-
ti vtantur eisdem Priuilegijs, Indultis, & Ordinationibus
eiusdem Communitatis; Item post eandem Concordiam,
vnum tantum Ecclesia librum retinet, cuius titulus inscri-
bitur: Liber, in quo descriptæ existunt liberationes Consi-
liorum, & resolutionum Presbyterorum, Canonicorum,
& Beneficiatorum eiusdem Communitatis Ecclesiæ B. Ma-
riæ de Regali &c. Ac demum indistinctè Sindici mulctant
13 Beneficiatos, & Canonicos, † quæ omnia arguunt Com-
munitatem Corporis, quæ non destruitur, ex eo, quod in
certis casibus insimul non conueniat, vt aduertit Rota *co-
ram Eminentissimo Ottbob. dec.4. num.21. & 22.*

Patet igitur ex prædictis, Abbatem esse Caput istius Ec-
14 clesiæ, † eique proindè esse debitam reuerentiam, & obe-
dientiam, eoq; magis dum Summus Pontifex post sibi ple-
nariè commissam curam, regimen, & administrationem
eiusdem Ecclesiæ in spiritualibus, & temporalibus, expres-
sè præcepit ibi: Quatenus eidem Abbati tamquam Patri,
& Pastori animarum vestrarum humilitèr intendentes, &
exhibentes sibi obedientiam, & reuerentiam debitas, &
deuotas eius salubria monita, & mandata suscipiatis humi-
litèr, & efficacitèr adimplere curetis, alioquin senten-
tiam, quam dictus Abbas ritè tulerit in rebelles ratam ha-
bebimus, & faciemus, authore Domino, vsque ad satis-
15 factionem condignam inuiolabilitèr † obseruari; Ex com-
missa enim sibi administratione Ecclesiæ proculdubio debe-
tur ab omnibus ibi existentibus obedientia, etiam præcisa,
& coactiua, vt docet *gloss. in verb. obedientiam distinct. 93.*
Lotter. *de re benef. lib.1. quæst.16. num.122.* Cochier. *de iuris-
diction. Ordin. in exempt. par.2. cap.2. §.1. nu.38.* maximè dum
16 Pontifex vsus fuit verbo *plenariè*, † quod importat totali-
tatem, nec patitur restrictionem ad solos Canonicos, Ro-
ta *in Clement. prima de sent. & re iudic.* Innoc. *in cap. præte-
rea de offic. iudic. deleg.* Bald. *cons.203. num.3. lib.4.* Surd. *con-
sil. 511. num.5.*

Neque releuat fundamentum decisionis, quod literæ
Apostolicæ nullam faciant mentionem Beneficiatorum,
sed directæ solum fuerint Capitulo, & Canonicis, quorum
nomine non veniunt Beneficiati, † Nàm regularitèr lite- 17
rarum exequutio dirigitur Capitulo, & Canonicis, non au-
tem Beneficiatis, alijsquè inferioribus Clericis, Rebuff. *ad
Concord. Franc. tit. de form. mandat. Apost. verb. Capitulo*, ad
effectum autem, vt isti teneantur ad obedientiam, † satis est, 18
quod Abbati tributa fuerit administratio ipsius Ecclesiæ,
cuius appellatione veniunt non solum Ecclesia materialis,
† sed etiam Canonici, Beneficiati, Clerici, alijquè illius 19
ministri *c. per exemptionem de Priuil. in 6.* ibiquè Doctores,
& præsertim Barbos. *num.1. & seqq.* Dec. *cons.152. n.3.* Coc-
chier. *de iurisdict. ordinar. in exempt. part.4. qu. 37.*

Quodquè verè Abbas in vim dictæ administrationis talem
habeat † iurisdictionem, comprobatur ex carceratione 20
vnius Beneficiati, qui noluit eidem debitam reuerentiam,
& obedientiam præstare, † carceratio enim est actus iuris- 21
dictionis Diuus Thomas *in 2. 2. qu.65. art.3.* Posth. *de ma-
nut. obser.31. num.24.* Rota *decis.26. num.2. & decis. 88. num.
2. & 8. coram Coccino*, quamuis † autem Episcopus El- 22
nen. pro dicta carceratione censuras contra d. Abbatem pro-
mulgauerit, † tamen fuerunt reuocatæ ab Hispaniarum 23
Nuntio per sententiam iam transactam in iudicatum, quæ
proindè facit statum in futurum, *l. ingenuum ff. de stat. homin.
l. res iudicata ff. de reg. iur.*

Nihil obstante, quod sententia Reuerendissimi Nuntij
non declaret competijsse iurisdictionem Abbati, ac proindè
potuerit ex alio capite censuras reuocare, † quia ex libel- 24
lo à dicto Beneficiato porrecto, in quo negabat iurisdictio-
nem Abbatis, & ex narratiua d. sententiæ restricta ad eam-
dem iurisdictionem ibi: super eo, quod Abbas ad carcera-
tionem contrà licentiatum Domino iurisdictionem exer-
cendo processerit optimè declaratur, quod ea ferri non potue-
rit ex alia causa Rota *coram Caualerio decis. 158. numero pri-
mo & 2.*

Et ita Vtraque &c.

*Altera præfatis causæ decis. est impressa in alio praced. tom.
2. partis 18. vbi est in ordine 741.*

R. P. D. EMERIX.

Romana Census super bono iure.

Lunæ 21. Iunij 1677.

ARGVMENTVM.

De prælatione creditoris tractatur, eaque de-
ducitur ex pecunia per eum impensa in re-
stauratione domus, cuius versio concluden-
ter probari videbatur, ex quo pecuniæ penes
ædem sacram sunt depositæ, & ei consigna-
tæ, cui consignari debuerant, non obstante,
quod in eadem domo alia præcedens impen-
sa super alia simili restauratione facta sit,
quia hoc non implicat etiam summam con-
trouersam fuisse in illam erogatam.

SVMMARIVM.

1 *Creditor, qui dedit pecuniam pro restauratione, & eleua-
tione domus, potior est in illa omnibus creditoribus, etiam
anterioribus debitoris.*
2 *Prælationis principale requisitum in eo, qui dedit pecunias
pro restauratione domus, in earum versione consistit.*
3 *Versio probatur si pecunia penes ædem sacram sit deposita, &
deinde consignata illi, cui consignari debuerat.*
4 *Sententia antiqua, & exequutioni demandata plenè probat,
& quando num.5.*
5 *Sententia dicitur antiqua, si fuerit pronunciata vltra 30.
annos.*
6 *Sententia super restauratione domus lata de tempore, quo
recenter d. restauratio successit, & per ocularem inspectio-
nem apparere poterat, præsumitur iusta.*
7 *Sententia lata contra creditores, qui non appellarunt, dicitur
habere præsumptionem iustitiæ.*

8 *Sen-*

8 *Sententia in iudicatum transacta pro veritate habetur.*
9 *Creditores duos in eiusdem domus, restaurationem pecunias dedisse non implicat inter se.*
10 *Potioritatis priuilegium competens pro sorte, habet etiam locum in fructibus.*
11 *Fructus vti accessorii ad sortem, illius naturam sequuntur.*

DECISIO CIV.

ROta censuit constare de potioritate Nicolæ pro cen-
su scutorum mille anno 1613. imposito à Hierony-
mo, & alijs de Francionis super quinque eorum domibus
in Regione Parionis ad fauorem Ioannis Francisci Palaz-
zoli Authoris dictæ Nicolæ contra alios creditores ante-
riores eorumdem de Francionis, quia ex facto constitit
d. Io: Franciscum expressè tradidisse prædicta scuta mille
1 pro restauratione, & eleuatione dd. domorum, † & illa
in eandem causam versa fuisse ad textum expressum in *l. in-
terdum 5. vbi glos. & communiter. DD. ff. qui pot. in pign. hab.
§. his consequens auth. de æqual. dot.* latè Acost. *de priuil. cred.
reg. 2. ampl. 3. numer. 1. & 2.* & dixit Rot. *decis. 398. numer. 2.
coram Celso.*
Versio dd. pecuniarum in causam restaurationis, &
2 eleuationis domorum, † quod est principale requisitum *d.
l. interdum*, vt tradit Merlin. *de pignor. lib. 3. quæst. 3. nu. 66.
& seqq. & numer. 69. & seq* Rota *decis. 176. numer. 7 coram
Vbald.* bene resultat, ex quo illæ depositæ fuerunt in Sacro
Monte Pietatis, cum conditione, quod exinde amoueri
non possent, nisi ad effectum soluendi Fabris Murarijs,
alijsque pro seruitio, & fabrica dd. domorum, & alias ad
3 formam instrumenti census *Summario numer. 1. & 2.* † &
successiuè consignatæ cuidam Magistro Michaeli Fabro
Murario, qui ante dictam impositionem census ad eas-
dem restaurationem, & eleuationem se se adstrinxerat
dicto *Summario numer. 3. & 4.* vt in his terminis respondit
Rota *d. decis. 398.* vbi supra *coram Celso, & in Bononien.
censuum 17. Martij 1664. §. & quamuis cor. R. D. meo Decano.*
Maximè, quia de anno 1618. secuta confiscatione bo-
norum dd. de Francionis, insurrexerunt omnes illorum
creditores, & inter illos Ioannes Franciscus Palazzolus,
qui contradicentibus alijs obtinuit per sententiam bo. me.
Signij, tunc Iudicis deputati, declarari supradicta scuta
mille verò fuisse erogata in restaurationem, & meliora-
tionem dictorum domorum iuxta conuentionem initam in
dicto instrumento census, & propterea ipsum esse omni-
bus alijs potiorem, illique assignandas pro fructibus dicti
census tot pensiones dictorum domorum, vt Summario
4 Nicolæ supra alio dubio manutentionis *numer. 1.* † quæ
sententia cum successiuè fuerit executioni demandata præ-
uia immissione concessa successori Palazzolæ in dd. domi-
bus ad effectum sibi satisfaciendi de eius credito, vt dicto
Summario super dubio manutentionis *numer. 2.* sitque an-
5 tiqua † vltra 50. annos, vtique præsumitur iusta, do-
nec per integram transportationem actorum doceatur de
contrario ad tradita per Rot. *decis. 376. num. 3. & seqq. coram
Buratt. & in Bononien. fideicommissi de Amorinis 8. Iunij 1671.
§. nec demum in fin. coram R. P. D. meo Bourlemont.*
Et fortius, quia lata fuit de tempore, quo recenter
6 lacta fuerat dicta restauratio, † de qua propterea per ocu-
larem inspectionem apparere poterat, & creditores agno-
scentes tunc rei euidentiam, nec ab illa, nec ab alia bo. me.
Virilis tunc A. C. Locumtenentis absoluente successorem
dictæ Palazzolæ ab impetitis per Concreditores eorumdem
de Francionis, neque ab alio decreto iudiciali eandem po-
tioritatem præseruante, appellarunt dicto Summario su-
7 per dubio manutentionis *numer. 3. & 4.* † quod vtique face-
re non omisissent, si res aliter se habuisset ad tradita per
Afflict. decis. 13. numer. 21. vers. noua coniectura, & nu. 22.
Rota *coram Bich. decis. 312. numer. 11.* & propterea cum per
huiusmodi diuturnam acquiescentiam illæ sententiæ tran-
8 situm fecerint in iudicatum, hodie pro veritate † sunt ha-
bendæ *ad reg. res iudicata 208. ff. de reg. iur. &* Rot. *coram Bich.
decis. 312. n. 14.* non obstante, quod pro eleuatione duarum ex
dd. quinque domibus parum ante impositionem d. census ad
fauorem Palazzolæ, impensa fuerint à Morfino Inquilino sc.
420. vt Summario fratrum de Verospijs, & litis consortium
nu. 6. Ideoque tanto magis sit probanda versio pecuniarum
Palazzolæ in causam expressam, quia versio est sufficien-
9 ter probata ex prædictis, † & nulla adest inuerisimilitudo,
neque repugnantia, quod in præfatis domibus non solum im-
pensa fuerint dicta sc. 420. Morfini, sed etiam alia mille Pa-
lazzolæ.

Denique non subsistit, quod quatenus competat Ni-
colæ potioritas pro sorte principali eius census iuxta dispo-
sitionem *d. l. interdum*, ista tamen illi non competat etiam
pro fructibus, † quia fructus vti accessorij ad sortem se- 10
quuntur † naturam illius, vti sui principalis, vt responden- 11
do ad obiectum in his terminis dixit Rota *d. decis. 398. num.
6. & 7. coram Celso.*
Et ita vtraque parte informante resolutum fuit.

Hæc, & altera immediata decisio ambæ emanarunt in eadem causa.

R. P. D. EMERIX.

Romana census super manutentione.

Lunæ 21. Iunij 1677.

ARGVMENTVM.

Creditori immissio, vel associato manutentio conceditur, quia de sua possessione constabat, quæ non remouebatur ex eo, quod ille exegerit pensiones vigore ordinis sui debitoris, vel quia contra ipsum egerit executiuè, quia licet sic immissus, vel associatus, vtrumque tamen facere potuit, tam ad maiorem cautelam, quam ad effectum consequendi celeriorem consequutionem sui crediti.

SVMMARIVM.

1 *Manutentio, quæ concederetur viro si viueret, ita etiam conceditur vxori habenti clausulam* constituti *pro restitutione suæ dotis, & num. seq.*
2 *Mulier habens clausulam* constituti *possidere dicitur omnia bona mariti, & etiam iura incorporalia ad quoscumque effectus.*
3 *Possessio creditoris probatur ex confessione debitoris declarantis prætendentis illum esse satisfactum ex fructibus suorum bonorum ab ipso possessorum.*
4 *Exactio à creditore facta vigore ordinis sui debitoris, benè compatitur cum possessione, quam ipse habet de bonis eiusdem debitoris.*
5 *Ordo factus à debitore suo creditori, eius bona possidenti, præsumitur factus ad maiorem cautelam, & ideo exigenti non nocet.*
6 *Creditor immissus, vel associatus ad effectum sibi satisfaciendi ex fructibus, non impeditur agere executiuè contra debitorem vigore obligationis Cameralis.*
7 *Creditor immissus in Saluiano pro certa portione fructuum, non præsumitur fuisse consequutum nisi portionem, pro qua fuit immissus.*
8 *Manutentio creditori conceditur etiam contra tertios possessores, si bona ad eum peruenerunt ante quam transijssent in tertios, & num. 9.*
10 *Manutentio datur in gradu restitutionis in integrum, quoties constat de iniustitia rei iudicatæ, & sententia fuit bonis executa non fuit.*

DECISIO CV.

EAdem facilitate, qua Domini in Audientia dixerunt
Nicolam esse potiorem reliquis creditoribus Hiero-
nimi, & aliorum de Francionis pro censu scutorum mille,
eiusque fructibus ab illis imposito ad fauorem Ioannis Fran-
cisci Palazzoli, & postea cesso pro dote dictæ Nicolæ Gre-
gorio Turriano eius viro, pariter responderunt ei dandam
esse manutentionem in possessionem percipiendi annua
scuta 70. pro fructibus dicti census ex pensionibus quinque
domorum pro eo hypothecatis, quia cum de tempore mo-
tæ litis Gregorius eius vir reperiretur in huiusmodi posses-
sione, sicuti ipsi, si viueret esset concedenda manutentio,
† ita quoque eo defuncto est concedenda Nicolæ, quæ vi- 1
gore clausulæ constituti pro restitutione suæ dotis in instru-
mento dotali appositæ † possidere dicitur omnia iura etiam 2
incorporalia Mariti ad quoscumque effectus etiam manu-
tentionis ex latè traditis per Posth. *de manut. obseru. 20.
numero octauo & seqq.* & Rot. *in dec. 138. impress. post ipsum.*
Possessio Gregorij percipiendi dicta annua scuta 70. cla-
rè probatur, tum ex Instrumento possessionis dd. domo-

rum adeptæ per Palazzolum eius Auctorem vigore manda-
ti de immittendo relaxati à bon. me. Signio *Summario num.*
3 2. Tùm etiam ex confessione eorumdem debitorum † benè
desumpta ex eo, quod illi coram A. C. Billo petierunt, &
obtinuerunt declarari hunc censum esse extinctum ex pen-
sionibus, tàm per Palazzolum, quam per Gregorium per-
ceptis, vt latè dictum fuit in duabus decisionibus huius
causæ coram Reuerendissimo D. meo Decano 26. Maij
1664. & 4. Februarij 1665. quæ est in *recen. decis.* 255.
part. 14.

Neque subsistit, quod eadem possessio censeatur per Gre-
gorium dimissa, ex quo ipse pluries exegit pensiones dd. do-
morum ab earum Inquilinis præuijs ordinibus illis directis
à Francionis debitoribus, quia cum Gregorius vigore præ-
dictæ immissionis concessæ Palazzolo eius Auctori non pos-
sideret sibi, sed eisdem debitoribus dominis domorum,
4 † talis exactio non est incompatibilis cum eius detentatio-
ne, sed ordines huiusmodi, vti ad idem tendentes scilicet
5 ad satisfactionem creditoris, † præsumuntur dati ad abun-
dantiorem cautelam, & per consequens exigenti non nocue-
runt ad text. *in l. testamentum* 17. *C. de testam.*

Et minus ex quo idem Gregorius executiuè egit contra
eosdem debitores pro fructibus d. census, quia creditor im-
missus in Saluiano in possessionem bonorum debitoris ad
6 effectum sibi satisfaciendi ex fructibus, † non impeditur
actionem actioni cumulando agere executiuè contra eum-
dem debitorem vigore obligationis Cameralis Merlin. *de pi-
gn. lib.* 4. *tit.* 3. *num.* 13. *& seqq. par.* 6. *recent.*

Prout nec etiam procedit dilemma exaduerso proposi-
tum, quod vel Palazzolus, & Gregorius possederunt do-
mos controuersas, vel non possederunt; si possederunt,
præsumuntur percepisse omnes pensiones, & indè integrè
satisfacti iuxta sententiam dictæ bo. mem. Bilij; si verò non
possederunt modo ex illorum persona non competit manu-
tentio Nicolæ, quia respondetur Palazzolum non fuisse
immissum in possessionem dictarum domorum ad effectum
consequendi omnes pensiones, sed tantum ad effectum con-
sequendi annua scuta 70. pro fructibus eius census, & pro-
pterea ex illius possessione continuata etiam à Gregorio vs-
que ad tempus motæ litis non infertur, nec illum, nec
illum fuisse integrè satisfactum, sed tantum pro tempore,
7 † quo possederunt consecutos fuisse satisfactionem fru-
ctuum census in annuis scutis 70. vt firmant duæ aliæ deci-
siones editæ in hac causa super negocio principali coram eo-
dem Reuerendissimo Decano, nempè *decis.* 13. *par.* 14. *rec.*
& altera *sub die* 10. *Martij* 1674.

Demum non refragatur, quod non solet concedi manu-
tentio creditori contra tertios Possessores bonorum debito-
ris, sed quod, vel agere debeat remedio associationis, vel
Saluiani, vel actione in rem scripta, præsertim post rem
8 iudicatam, † quia hoc procedit, quando creditor non re-
peritur in possessione exigendi, antequam res transeat ad
tertios Possessores, secùs verò, vt hic, in casu contrario;
tunc enim, quia res transit cum suo onere ex tali anteriori
9 possessione, se detentatione creditoris, † vtique benè da-
tur ei manutentio, etiam contra tertios Possessores, vt ex
Grat. *discept.* 921. *num.* 7. Posth. *de manut. obseru.* 56. *num.* 27.
Rota *coram Seraph. decis.* 876. *num.* 1. *& coram Bichio decis.* 37.
num. 2. alijsque pluribus resolutum fuit coram *Reuerendissimo
Domino meo Decano* 11. *Ian. &* 28. *Iunij* 1675. non obstante re
iudicata, quæ quoties sententia detegitur iniusta, nec fuit
10 executa ex facto † hominis, non impedit quominus in
gradu restitutionis in integrum concedatur manutentio, vt
notat Posth. *de manut. obseru.* 8. *num.* 94. *&* Rot. *coram Gre-
gor. decis.* 458. *num.* 8. *ibique* Adden. *num.* 10. cum alijs cumu-
latis in *decis. huius causæ* 26. *Maij* 1664. §. *nec resistere*, *&*
4. *Februarij* 1665. §. *quia etiam coram eodem Reuerendissimo
Decano.*

Et ita vtraque parte informante resolutum fuit.

*Decisio immediatè præcedens ipsa etiam in eadem causa fa-
cta est.*

R. P. D. T A I A.
postea S. R. Ecclesiæ Cardinali.

Beneuentana Iurisdictionis.

Lunæ 21. Iunij 1677.

A R G V M E N T V M.

Archidiaconum, non autem Archiepiscopum iurisdictionem habere deciditur ex concessione illi facta ab Archiepiscopo antecessore, & à Sede Apostolica confirmata, cui licet opponeretur confirmationem successisse post mortem Archiepiscopi concedentis, non vocato successore; huiusmodi tamen defectus sanari visus est ex qualitate eiusdem confirmationis, ex certa scientia emanatæ, & ex tenore concessionis narrato Pontifici, ita vt de voluntate Papæ dubitari minimè posset, plura ideo de hac materia iurisdictionis plenissime in decisione discutiuntur.

S V M M A R I V M.

1 *Annatam primam fructuum beneficiorum vacantium in Diœcesi annuai, Ordinario recipere licet.*
2 *Extrauagantes Pauli Secundi de bonis Ecclesiæ non alienandis editæ fuit anno 1477.*
3 *Archiepiscopi ante extrauagantem de bonis Ecclesiæ non alienandis, poterant abdicare, transferre, ac etiam alienare iurisdictionem.*
4 *Immemorabilis euertitur ex actibus in contrarium exercitis.*
5 *Scripturæ extractæ ab archiuio publico Archiepiscopali per Notarium successorem probant, etiam sine compulsoria, & citatione partis.*
6 *Scripturæ non dicuntur extractæ à successore Notarij actuarij, vel Notarij rogati si ea extrahens, se simpliciter vocauit Notarium publicum, & etiam alicuius loci.*
7 *Legalitas Episcopi, Vicarij, vel Ciuitatis si Notarium non aliter approbet, quam quia se facit Notarium, illius fidem non auget.*
8 *Ordinarius habet assistentiam iuris super iurisdictione in locis suæ Diœcesis.*
9 *Bona, vel Castra eo ipso, quod sunt posita in aliqua Diœcesi, sequitur illa esse eiusdem Diœcesis.*
10 *Ecclesiæ, vel Basilicæ in eius Episcopi potestate sunt, in cuius Territorio existunt.*
11 *Locus dicitur eius Diœcesis à quo circumdatur.*
12 *de Diœcesi, vel Territorio non ideo dicitur locus eo, ipso, quod in aliqua Diœcesi, vel Territorio existat.*
13 *Probatio quando dicatur in solam præsumptionem reuersa, & num. anteced. cum seqq.*
14 *in Diœcesi aliquid est, ergo est de Diœcesi bona consequentia non est.*
15 *intra Fines existere bona, vel castra aliud est, aliud verò esse iuxta fines.*
16 *Loca omnia, seu Castra semper præsumuntur esse alicuius Diœcesis certæ, & præsumptio est illius Diœcesis, cuius sunt viciniora.*
17 *de Diœcesi certa, quo primo præsumantur bona, deinde illa esse vicinioris Diœcesis, & demum, quod ex Diœcesi præsumatur iurisdictio non admittitur.*
18 *Præsumptio plurium præsumptionum regulariter non datur.*
19 *ex Statu de præsenti non infertur ad statum de præterito.*
20 *Iurisdictio si ab inferioribus Prælatis probatur exercita in locis Ordinariorum, non sufficit iuris præsumptio eisdem Ordinarijs assistens.*
21 *Confessio emanata ab Archiepiscopo optimè informato de statu suæ Diœcesis, superat omnem contrariam probationem, & nocet etiam successoribus.*
22 *Situationi loci confessio emanata à persona informata plenè probat.*
23 *Constitutiones Episcopales, vel Archiepiscopales, si contineant confessionem situationis, vel iurisdictionis plenè probant.*

24 *Con-*

24 *Confessiones geminatæ factæ ab Episcopis probant iurisdictionem inferiorum Prælatorum, & situationem loci.*
25 *Iurisdictionales actus exerciti ab Archidiacono, vel alio inferiori coadiuuant confessiones Episcoporum super eadem iurisdictione, & situatione locorum.*
26 *Situatio loci de præsenti non benè infert ad situationem de præterito.*
27 *Centenaria, & immemorabilis æquiparantur ad vim priuilegij.*
28 *Immemorabilis ea est, cuius contrarij memoria non existat.*
29 *de Centum vltra annos qui meminerit cum aetate vixerit.*
30 *Possessio quadragenaria, etiam sine titulo præsumit titulum, & præscribit omnibus iuribus.*
31 *Præscriptio quadragenaria sufficit in omnibus iuribus, vbi non est ius commune contrarium, vel præsumptio contra prescribentem.*
32 *Diœcesis dubium, cuius nempe sint bona, vel castra quadragenaria prescriptione tollitur.*
33 *Actus vnicus sufficit contrarius ad effectum euertendi, vel interrumpendi immemorabilem.*
34 *Scripturæ quibus est præstita fides, quia videbantur extracta ab Archiuista, vel successore, constito de contrario, nihil probant, & num. 35.*
36 *Patronus præsentis causæ doctus iurista, & cautus factista nuncupatur, & sup. num. 34.*
37 *Archiepiscopi ante Concil. Tridentinum totam Prouinciam visitabant, omniaque loca, Ecclesias, & populos existentes in illa.*
38 *Metropolitani post Concilium Tridentinum non possunt, nisi ex causa visitare alienas Diœceses.*
39 *Visitationes factæ ab Archiepiscopo in aliena Diœcesi referuntur ad causam sibi in concessione iurisdictionis præseruata.*
40 *Ordinarius tenetur singulis annis suam visitare Diœcesim.*
41 *Actus iurisdictionis à Prælato superiori exerciti in aliena Diœcesi, sufficit esse dubios, ad hoc vt non præiudicent Prelato inferiori, amplia, vt ibidem.*
42 *Iurisdictione Prælati inferioris probata si exhibeantur etiam actus visitationis, vel alij iurisdictionales Prælati superioris, quatenus illi releuent.*

DECISIO CVI.

TRibus sententijs præuijs pluribus decisionibus absoluta causa pro iurisdictione R. D. Archiepiscopi in locis dudum controuersis cum D. Archidiacono, cum ille procederet ad taxationem expensarum, successit commissio plenior, quam plana consisto de tribus videlicet validis, & solidis, quales facile informante D. Archiepiscopo visæ fuerunt, D. Archidiacono autem licet personaliter septies citato non comparente, vt in decisione * 13 Iunij 1672. Vltra quinquennium autem cunctantibus partibus parata semper, & currente Rota, hodiè informante vtraque reuisa est illa semidecisio, propositoque solito dubio: An sit standum, vel recedendum à decisis DD. responderunt recedendum.

Quia constant antiquæ Constitutiones, quibus Archidiaconus habet Diœcesim distinctam à Diœcesi Archiepiscopi, in qua habet totum ius Archiepiscopale, de quo non debet se intromittere Archiepiscopus, cuius Diœcesis Terræ sunt Castrum Cercelli, Pagani, Forcellatæ, Montis Vrsini, Sancti Angeli ad Radicinolam, Rochetellæ, Quatrani, vt confessus est olim Archiepiscopus in suis Constitutionibus anni 1355. confirmatis à successoribus Archiepiscopis anno 1366. vbi habet ipse Archidiaconus Diœcesim distinctam verbis explicatissimis, & annis 1385. & 1430. & 1486. ne fine Apostolica auctoritate quantum incenso Archiuio tempore Cardinalis Arigonij ex moderna affirmatione, & attestatione Dignitatum, & Canonicorum ab Archiepiscopo producta notatum est in inuentario facto anno 1467. librorum instrumentorum, & omnium scripturarum, & ab eo superstite arguebatur, & per Cardinalem Sabellum est post Tridentinum Concilium declaratum, vt ea loca ab Archiepiscopo iure ordinario, vel Vicario, vel Visitatoribus pro tempore deputandis visitari possint cum alijs iuxta Concilium; sed alijs manentibus non autem, vt alias dicebatur abrogatis, & ex hoc ipso, quod talis visitatio est specialiter declarata, & ita firmatum in Synodo anni 1567. ad Antiquarum Constitutionum reformationem, & præcipue anni 1355. occasione Concilij anni 1564. proximè confirmati, sic superuenerunt etiam approbationes, & attestationes successorum, in quibus Archidiaconus Beneuentanus, omnesque sui Predecessores ab antiquo immemorabili tempore pacificè, & quiete exercuerunt, & exercent iurisdictionem ordinariam inter personas locorum, & Terrarum Cercelli &c. vt in data 18. Ianuarij 1611. & in alia Capituli Metropolitani Archidiaconum habuisse, & habere Diœcesim distinctam, &c. & in casu vacationis beneficiorum, tam cum cura, quam sine cura Archidiaconos pro tempore contulisse, & conferre, ibique ordinariam iurisdictionem in Ciuilibus, & Criminalibus causis in Populis, & Cleris sibi subiectis exercuisse, & exercere &c. anno 1620. & notandus visus est processus factus anno 1603. ab Archiepiscopo illius temporis, † vti de Legato Sac. Con- 1
gregationis Concilij, in quo licet Congregatio declarauerit non licere Archidiacono percipere primam annatam fructuum beneficiorum vacantium in sua Diœcesi Archidiaconali, prout nulli ordinariorum licitum est; Nihilominus tali occasione probata fuit per testes, & admissa pro indubitata, etiam ab ipso Archiepiscopo delegato immemorabilis possessio Archidiaconalis iurisdictionis ordinaria in locis controuersis cum Territorio separato, vt in eius Summario *num. 43. littera A. ad F.* omitto alia de assertionibus, & agnationibus Pontificum Datariæ Congregationum Regis, quorum me turba fatigat, & fatigauerat maiores nostros, qui manus dederant, & responderant pro Archiepiscopo.

Duobus quidem non omittendis, dum cætera dimittuntur, alterum super antiquioribus attestationibus, † & con- 2
stitutionibus Archiepiscoporum de iurisdictione D. Archidiaconi, quod ante extrauagantem Pauli Secundi de bonis Eccles. non alien. edit. anno 1477. erat facultas, & auctoritas penes Archiepiscopos abdicandi, † transferendi, quin 3
etiam alienandi iurisdictionem, vt tradit Barbos. *de offic. & potest. Episc. allegat. 95. num. 2.* apud Tambur. *de iur. Abb. decis. 57. num. 3. & 4.* & alterum de frequentissimis actibus, & signanter de literis Apostolicis Congregationum, Nuntij, suffraganeorum, & eorundem met Archiepiscoporum per plura sæcula continentibus præsuppositum ordinariæ iurisdictionis, nec sunt incidenter, aut ad supplicationem Archidiaconi, sed in actu proportionato ad instantiam aliorum, vt ex Summario D. Archidiaconi latissimè à *num. 10. vsque ad 22.*

Attamen quia pro parte D. Archiepiscopi deducuntur plures actus iurisdictionales in Castris controuersis, ab eo eiusque antecessoribus exerciti in ipsius Summario, † ex- 4
inde sine dubio immemorabilis euertitur &c. vt dicitur in præclara *decis. 31. Ianuarij 1656* pro D. Archiepiscopo post multa pro D. Archidiacono à §. *attamen*, quia pro parte D. Archiepiscopi *coram Eminentissimo Domino meo Cardinali Cerro*, quæ reiectis quoque alijs, & alienis dictis relatis in alijs decisionibus coram D. Zarate se continet in aliquibus, & cum illa maximè procedunt subsequentes *decis. 440. par. 13. & 21. par. 14.*

Itaque causa iam examinata, & nunc examinanda super illis actis Archiepiscopalibus, de quibus allatæ sunt scripturæ cum assertione, † quod sint extractæ ab Archiuio 5
illo publico Archiepiscopali per Notarium successorem, & optimè probent etiam, siue compulsoria, & citatione partis, vt in dicta *decis. 31. Ianuarij 1656. §. scriptura verò*, examinata est etiam hodiè causa secundum dictas scripturas, sed notatum est in primis non fuisse extractas per Notarium successorem Notarij actuarij, vel Notarij rogati de talibus actis, † sed à quodam alio Notario in ipsa subscriptione se 6
Ciuem Beneuentanum publicum auctoritate Apostolica Notarium facientem, nec alias, † quam qualem se fecit 7
Notarium approbauit Vicarius Generalis in adiecta legalitate, alias quidem notato etiam in fiscalibus actis in Summario D. Archidiaconi *num 4. & 5.*

Nunc ad merita causæ ex suprascriptis, ac describendis visum est hodiè, vt alias quoque causam non versari in immemorabili, atque ita in prescriptione simplici, ex simplici quasi possessione D. Archidiaconi, sed in iure proprio, & præcipuo quasi possessionis, & vera iurisdictione ex contestationibus suprascriptis, etiamsi præcipuis de immemorabili antecedente, & ex alijs demonstrationibus suprascriptis, & infrascriptis.

Vnde frustra repeti visa est ratio iuris assistentis iurisdictioni ordinarij in locis ipsius † Diœcesis *ad Capitulum deci-* 8

num

mum cum alijs ibi notatis 16. qu. 7. & cum ex testibus, & Ta-
bulario, & Planta iam datis appareat dicta Castra esse po-
9 sita in Diœcesi † Beneuentana, sequi quod sint eiusdem
Diœcesis inquit Rota coram D. Zarate dicta *decis. 10. num. 4.
vers. unde cum ex prædictis.*

Etenim in *dicto ca. 10.* est Canonica regula Basilica in eius
10 Episcopi potestate esse, † in cuius Territorio positæ sunt,
& sic bene de iure dictum in d. *decisione, & similiter coram
Coccin. decis. 665. & decis. 911. vtrobique num. 1.* & melius de-
11 claratum, locum esse illius Diœcesis, † à qua circundatur
Rot. *d. decis. 665. num. 2.* cum alijs allegatis.

Sed saluis alijs, & prima veritate, cui cedit præsumptio,
12 & sæpe existente loco in Diœcesi, † qui non sit de Diœce-
si, & in Territorio, qui non sit de Territorio, vt dictum
erat in dicta *decis. 10. dicto num. 4.* Castra esse posita in Diœ-
cesi Beneuentana dictum est postea in dicta *decis. 21.* prædi-
ctam situationem satis probari ex testibus instrumentis, &
planta, ex quibus omnino præsumitur prædicta Castra,
13 † & loca esse in Diœcesi Beneuentana &c. *num. 2. & 3.* adeo-
que probatio videtur reuersa in præsumptionem.

Et præsumptio, & probatio resolui etiam videtur; Pri-
14 mo, quod non valet consequentia, † est in Diœcesi, ergo
est de Diœcesi Rot. *decis. 69. num. 2. & 3. post Tamburin.* ad-
den. ad Buratt *decis. 578. num. 21.* Bich. *decis. 459. n. 13.* dein-
de quod Castra non circundantur à Diœcesi Beneuentana,
15 vt sint in Diœcesi, † & intra fines, sed sunt iuxta fines,
& licet certum sit omnia loca, seu Castra præsumi esse ali-
16 cuius Diœcesis certæ, † & præsumptio est esse illius Diœ-
cesis, cui sunt viciniora Rota *coram Dunoz. Sen. decis. 309.
num. 3. & 4.* iam fit gradus de præsumptione ad præsumptio-
17 nem, † & primo præsumitur certa Diœcesis, deinde vici-
18 na Diœcesis, & demum ex Diœcesi iurisdictio, † & est
præsumptio plurium præsumptionum, quæ regulariter non
admittitur Duran. *decis. 307. num. 10.* maximè, quia stante
19 mutatione rerum antiquarum, † vt inita, ex statu de præ-
senti non infertur ad statum de præterito Rota *in Cracouien.
decimarum 26. Iunij 1675. §. & si enim in fine coram R. P. D. meo
Rondinino*, cum ibi allegatis.

Deinde constat non solum vicina non esse hæc loca, nec
verè Diœcesana, sed & viciniorem in his Castris esse Epis-
copum Thelesinum ex Summario D. Archiepiscopi, & alijs
in dicta *decis. 21. num. 30.* ex quibus præsumpto contraria po-
tius, & potior videtur.

Demum huiusmodi omnes regulæ limitantur quoties-
20 cumque inferiores Prælati probant † se exercuisse spiritua-
lem iurisdictionem in ijsdem locis &c. *coram Dunoz. sen. dicta
decis. 309. ex num. 6. & per tot. decis.* probatque D. Archidia-
conus ex suprascriptis, & adscriben., & præsertim ex Con-
21 stitutionibus, † & Confessione Archiepiscopali à dicto an-
no 1355. quæ confessio vti procedens ab Archiepiscopo, ra-
tione officij, optimè informato de statu suæ Diœcesis supe-
22 rat † quamcumque contrariam probationem, & nocet
etiam successoribus, vt de situatione confessata ab infor-
23 mata persona † respondet Rot. *d. decis. 70. num. 9. & 305.
num. 8. & 9. par. 13.* & est etiam optimus tex. *in cap. cum ve-
nissent, ibique gloss. in verb.* probatum de institutionibus,
24 † & de simili Constitutione continente similem confessio-
nem est in puncto *decis. 731. num. 7 & 8. par. 4. tom. 3. recent.*
& penes Posth *de manut. decis. 287. num. 1.* præcipuè cum sit
25 à successoribus geminata † dicta *decis. 70. num. 9. cum sequen.
& decis. 347. num. 4. par. 13.* Adden. *ad Buratt. decis. 453. num.
26 11. & 13. &* ex tot. tantisque † actis iurisdictionalibus re-
censitis corroborata Gregor. *decis. 188. num. 7. & 9. ibique*
Adden. *numer. 21. & dicta decis. 305. numer. 8. dicta part. 13.
recentior.*

Euidenter exhibita nunc est Typographia, & proposita
Ciuitas antiqua Murcen. siue Murconen., deinde antiqua-
ta, quæ erat vicinior Castris Archidiaconalibus, & inter-
posita inter ipsa Castra, & Territorium Archiepiscopale,
ex antiquis pariter instrumentis, videlicet anno 1100. inter
Abbatem S. Sophiæ de Beneuento, & Ioannem Episcopum
de Murcone Ciuitate, in qua enunciatur vna Ecclesia San-
cti Benedicti sita secus prædictam Ciuitatem Murconæ, &
alias Ecclesia S. Mariæ iuxta Castellum, quod dicitur *Botti-
celle &c.* & ex alijs pariter instrumentis annor. 1117. & 1118.
& de Castro Cercelli, quod sit confine Castro Botticelle, est
instrumentum anni 1409. & clara sunt testimonia testium
examinatorum ab Archiepiscopo: *è la verità, che le Terre
Cercello Colle, Castel Pagano son vicine, e confinanti con altre
terre della Diocesi, che si chiamano Reghino la Molinarte, Cerce
maggiore, Santa Croce, Morcone &c.* sicut etiam Secretarij

famuli quinquennalis D. Archiepiscopi, qui describendo
loca asserit Ciuitatem Murconen. propinquiorem Beneuen-
to, quam Cercellum, ex quibus infertur loca non fuisse
vnquam Diœcesis Beneuentanæ, cum inter illam, & Ca-
stra controuersa constituentia Diœcesim Archidiaconalem
esset intermedia Ciuitas, & Diœcesis Murconen., itaut
firma remaneat confessio Diœcesis Archidiaconalis distin-
ctæ ab Archiepiscopali, non attenta quacumque demon-
stratione confinium temporis præsentis, † cum de situatio- 27
ne de præsenti, nec minus fiat illatio ad situationem de præ-
terito, vt supra §. *& præsumptio.*

Deinde repetebantur acta iurisdictionalia facta ab Ar-
chiepiscopis ad tollendam immemorabilem D. Archidiaco-
ni, sed quatenus de immemorabili dubitaretur approbata
ab alia immemorabili enunciata in Constitutionibus 1355.
& in actis suprascriptis, adhuc ad immemorabilem conse-
queretur adiecta est centenaria, cum acta longè excedant
centum annos, † & centenaria, & immemorabilis æqui- 28
parentur ad vim priuilegij Rot. *decis. 254. in fin. lib. 3. par. 3.
diuers.* cum alijs si immemorabilis est, † cuius contrarij 29
memoria non existat *Capitulo primo de præscript. in 6.* vt ne-
mo meminit, si quis vixerit vltra centum annos, † & suc- 30
cederet etiam quadragenaria, quæ & sine titulo, † titu- 31
lum præsumit, & præscribit omnibus iuribus *leg. 4. C. de
præscript.* 30. vel 40. annorum sane vbi non est ius commu-
ne contrarium, † vel præsumptio contra præscribentem *d.* 32
cap. 1. cuiusmodi non est D. Archidiacono, vel contra D. Ar-
chidiaconum ex suprascriptis, cui sufficit super dubio Diœ-
cesis propriæ Archidiaconalis habere quadragenariam *d. ca-
pit. 1.* & de titulo, & bona fide eiusdem satis superque vi-
dentur tot suprascripta, & alia in Summario ipsius.

Nunc de actis iurisdictionalibus D. Archiepiscopi cumu-
latis in dicta *decis. 31. Ianuarij 1656. §. cæteri tamen actus*,
concludendo actus exuberantes, † quia ad effectum euer- 33
tendi, & interrumpendi immemorabilem, sufficit vnicus
actus, illi contrarius.

Sed hoc opus, hic labor, dolor, non adeo dolus, quia,
vt Patronus causæ diligentissimus, † & pro sua virtute 34
diligendus, respondebat tantum Rotalem detulisse iuri-
bus, & instrumentis secum ferentibus dicta acta, quantum
credidit fideliter extracta per Archiuistam, siue Notarium
successorem, & cum hoc supposito respondisse eisdem iuri-
bus: & instrumentis deferendum, † non obstante, quod 35
essent extracta lite pendente, & sine citatione D. Archidia-
coni, vt in dicta *decis. 41. Ianuarij 1656. dicto §. scriptura ve-
ro*; Hodiè autem apparet alium, vt in restrictu, ac in re-
stringente scriptura super defectibus extractionis.

Addiditque doctus iurista, † vltra cautum factistam, 36
quatenus releuantissimæ dictæ fuerunt primæ, & ferè so-
læ visitationes Archiepiscopales annis 1521. 1556. & 1560.
ante Concilium Triden. in dicta *decis. 31. Ianuarij 1656. d. §.
cæteri tamen actus*, tanto minoris potest visitatio extima-
ri, quantum agitur non de Episcopo, † sed de Archiepis- 37
copo, cui Metropolitano per totam Prouinciam Visitatio-
nis officium exercere, & Curatores, & Diœceses suffraga-
neos suos, & aliarum Ecclesiarum Capitula Ecclesias, &
alia Religiosa, & Pia loca Cleros, & Populos liberè visi-
tare §. *deinde licet cap. 1. & cap. vltimo de censibus in 6.* à Con-
cilio autem mandatum est à Metropolitanis etiam post ple-
nè visitatam propriam Prouinciam, † ne visitentur Ca- 38
thedrales Ecclesiæ, neque Diœceses suorum Comprouin-
cialium, nisi causa cognita &c. §. *à Metropolitanis cap. 3. de
reformat. sess. 24.* & notauit post alios Barbos. *ad dictum cap.
vlt. num. 2.*

Aliæ verò post Concilium non præiudicant non solum
quia censentur euenisse vigore reseruationis facultatis visi-
tandi in Synodo per Archiepiscopum † Sabellum post Con- 39
cilium celebrata tamquam tituli præambuli *coram Ludouis.
decis. 434. sub num. 14. vers. aut verò loquuntur, & Seraph.
decis. 339. num. 5.* verum etiam quia fuerunt protestationes,
† & protestationibus acquieuit postea Archiepiscopus dum 40
ab anno 1596. amplius non visitauit, cum tamen data illius
iurisdictione, non potuisset omittere singulis annis visita-
re Rota *coram Eminentissimo Ottbobono decis. 82. ex num. 11*,
satisque est acta esse aliquo modo dubia, † & non conclu- 41
dere pernecesse ordinariam iurisdictionem gerentis actum,
adhoc, vt non præiudicent Prælato etiam permittenti (&
sic multo magis reclamanti) actum fieri Rota *decis. 57. nu-
mer. 7. & decis. 59. num. 5.* apud Tamburin. *de iur. Abb. & co-
ram Dunozet. Sen. decis. 309. nu. 21.*

Denique obseruatione dignum visum est, quod nullus

pror-

prorsus exhibetur actus pro parte Archiepiscopi, qui tendat ad prohibendam ordinariam iurisdictionem Archidiaconi, quæ re vera non solum non constat vnquam impugnata, sed ab omnibus Archiepiscopis, vt supra approbata, qua propter dum Archidiaconi absque vllo impedimento exercuerunt ordinariam iurisdictionem,
42 † & Archiepiscopi pro tempore absque vlla pariter reclamatione id passi fuerunt, vtique acta visitationis, & alia quecumque essent legitima, & concludentia nihil aliud operari poisent, quam vel cumulatiuam possessionem Episcopi in alijs actis particularibus vigore facultatis, vt supra reseruatæ visitandi in Synodo Sabellica, vel vigore habitualis iurisdictionis, quam habere potest superior Prælatus, illamque reducere absque vlla monstruositate ad actualem, in casu scilicet negligentiæ, vel vacantis Dignitatis Archidiaconalis iuxta doctrinam Abbatis *ad cap. cum contingat nu. 18. & 19. & cap. irrefragabili num. 1. & 2.* vbi loquitur de Archidiacono de foro competenti Felin. *ad d. cap. irrefragabili antè num. 1. & eodem num. 1. Decis. ad cap. cæterum de iudicijs num. 16. & 17.* Rot. *coram Seraph. decis. 455. sub nu. 2.*

Et ita vtraque &c.

R. P. D. EMERIX.

Barchinonen. Parochialis.

Veneris 25. Iunij 1677.

ARGVMENTVM.

Prætendebatur excommunicationem incursam ex quo non paruerat possessor mandatis rotalibus, sed negatiuè resoluitur, quia non continebatur in illis aliquod factum positiuum dandi, vel faciendi, & ideo cum regulariter sola patientia sufficiat, eo magis superabbundare visa est illius declaratio, se esse promptum, & paratum obedire eisdem mandatis, quamuis de suis iuribus protestatum sit, eaque etiam fuerint reseruata.

SVMMARIVM.

1 *Possessio beneficij post sententiam ab altera parte obtentam, sequestratur.*

2 *Censuræ, vt relaxari possint requiritur contumacia, & inobedientia, & ideo contra non contumaces non fulminantur.*

3 *Contumacia, & inobedientia parendi mandatis rotalibus resultat, si post eorum intimationem, & seruationem quatuor terminorum paritum non sit.*

4 *Mandata Rotalia præcisam paritionem, aut obedientiam non requirunt, si factum positiuum, non continent aliquid dandi, vel faciendi.*

5 *Censuras ad euitandas sufficit sola paritio verbalis, & oblatio obedientiæ.*

6 *Obedientia, & paritio resultat si quis exhibuit se promptum, & paratum parere mandatis rotalibus.*

7 *Censuras non incurrit, qui præstat patientiam, non contradicendo mandatis.*

8 *Sequestrum non impugnat, qui illud non impedit, licet protestetur de suis iuribus eaque sibi præseruet.*

DECISIO CVII.

Postquam Iosephus Centena reportauit sententiam sibi
1 adiudicantem controuersam Parochialem, † obtinuit etiam illam sequestrari ad *form. Clem. vnicæ de sequest. possess.* expeditisque literis sequestri cum fulminatione censurarum, curauit illas intimari personaliter Isidoro, quem cum præ-
2 tenderet non paruisse mandato Rotali, dedi † Dubium, an contra illum esset relaxanda declaratoria, hodiè negatiuè resolutum ex defectu contumaciæ, & inobedientiæ ad id requisitæ *cap. contingit il seconda cap. sacro de sent. excom.* Cassad. *decis. 22. num. 2. de rescrip.* Dunoz. sen. *decis. 34. n. 6.* cum alijs cumulatis per Rot. post Posth. *de manut. decis. 512. num. 1.*

Contumacia verò, & inobedientia Isidori in præsenti
3 non benè desumitur ex eo, quod † fuerint intimatæ præfatæ literæ executoriales, & lapsi termini ad docendum de paritione ad tradita per Rotam *decis. 478. num. 2. par. 2. recentior.* Quia in dictis literis non continetur factum positiuè ad implendum per Isidorum, † vtporè aliquid dandi, vel 4
faciendi, & propterea ad euitandum incursum Censurarum sufficit paritio verbalis, † & oblatio obedientiæ iuxta distin- 5
ctionem approbatam à Rota *in Toletana Iuris decimandi 8. Nouembris 1583. & 19. Nouembris 1593. coram Pamphil.* relat. per Garz. *de benef. par. 6. cap. 3. num. 145. & 146. & coram Merlin. decis. 179. num. 2. & 3.* cum pluribus ibi relatis, † quæ 6
in præsenti non desideratur. Immo expressè legitur in relatione intimationis literarum Rotalium Summario Iosephi *num. 3.* vbi se promptum, & paratum esse dixit, † illis pa- 7
rere, & tamen ad hunc effectum sufficit prestare patientiam non contradicendo, vt dixit Rota *coram Buratto decis. 52. numer. 6.*

Nec subsistit, quod Isidoro iniunctum fuerit positiuum factum dimissionis possessionis, quia in literis Rotalibus hoc non legitur, sed solum in illis iniunctum fuit sequestratario, vt sub sequestro retinere deberet omnes fructus controuersæ Parochialis, nec sineret Isidorum illos percipere, itaut adhuc subsistat responsio, quod ei satis fuisset præstare patientiam ad hoc, † vt possessio caperetur nomine seque- 8
stri, etiamsi in actu adeptionis possessionis fecisset protestationes, & reseruationes in sui fauorem, vt in simili dixit Rota *coram Pamphil. in dd. Toletan. iur. deciman. 8. Nouembris 1583 & 19. Nouembris 1593.*

Et ità vtraque parte informante resolutum fuit.

R. P. D. CALATAIV.

Amerina, seu Interamnen. fructuum dotalium.

Veneris 25. Iunij 1677.

ARGVMENTVM.

Stylus Rom. Curiæ super prosequutione causæ appellationis traditur, & declaratur in eo, quod licet requiratur citatio ad dicendum contra commissionem infra annum, eiusq; etiam reproductio, si tamen commissio sit in plena Signatura firmata, & in actis exhibita, defectus reproductionis citationis non afficiat; Rursus, quod fructus dotales semper debeantur viro supportanti onera matrimonij, quamuis dos inuestiri debuisset, & de tempore maturatæ solutionis inuestimentum non adesset, ijdemque per simplicem receptionem eiusdem dotis nequaquam censeantur remissi.

SVMMARIVM.

1 *Citatio ad dicendum contra commissionem in causis appellationum dicitur primum fatale, & num. 2.*

2 *Citatione ad dicendum contra commissionem etiam infra annum non reproducta, si commissio fuit à plena Signatura obtenta, & in actis exhibita, sufficit pro non desertione appellationis.*

3 *Præfixio termini ad transportandum acta ante biennium obtenta, nec prodest appellanti, nec nocet appellato.*

4 *Mandatum relaxatum contra bona hæreditaria est nullum, citato solum, prætenso hærede, non tamen facta legitimatione personarum, vt fuerat appositum.*

5 *Mandatum nulliter relaxatum, exequendum non est.*

6 *Mandato nulliter relaxato, si constat de credito, iudex appellationis nouum mandatum concedit.*

7 *Fructus dotales debentur viro sustentanti onera matrimonij, etiam non facta aliqua interpellatione.*

8 *Fructus dotales debentur ex dote quamuis in certis pagis promissæ.*

9 *Fructus dotales quatenus sine interpellatione debeantur, si dos erat inuestienda pro fundo dotali mulieris, & num. seqq. vbi amplia.*

Marito supportanti onera matrimonij fructus dotales debentur etiam si dos inuestiri debuisset.

12 *Fructus dotis inuestiendæ debentur, quamuis de tempore solutionis inuestimentum non adesset.*

13 *Fructus dotales non censetur à viro remissi ex eo, quod illi peti-*

petitè non sint, & dos fuerit integrè persoluta, quoties adsunt filij.

14 *Fructus dotales, vt censeantur à viro remissi, non sufficit illum eos in assequutione dotis sibi nullatenus præseruasse.*

15 *Instrumentum redditur de falso suspectam, cum suspensione Notarij plura concurrant adminicula, & coniecturæ super illius falsitate.*

16 *Instrumentum non repertum inter scripturas Notarij rogati præsumitur falsum.*

17 *Diuersitas attramenti, & caracteris falsitatem instrumenti deducit.*

18 *Testes deponentes se non interfuisse instrumento, illius falsitatem probant.*

19 *Suspicio falsitatis in ciuilibus pro falsitate habetur.*

DECISIO CVIII.

CVm Hieronymus de Paradisis debitis temporibus non
soluisset dotẽ Brigittæ sororis scut. 2000. quã certis sta-
tutis solutionibus in apocha matrimonali promiserat Caro-
lo Buccarino sponso; Mauritius huius filius, & hæres obti-
nuit ab A.C. pro fructibus dotalibus contra bona hæredita-
ria promissoris, citato Valentino fratre, eiusdem hærede,
mandatum exequutiuum, à qua commissa mihi per Signa-
turam Iustitiæ causa appellationis cum clausula: si quid
exequen., & prætensa per Mauritium illius desertione ob
non reproductionem in actis citationis ad dicendum contra
1 commissionem † intra primum fatale dedi, Dubium,
An constet de re iudicata, siue potius mandatum A. C. sit
exequen.; quod pro exclusione rei iudicatæ, & non exequu-
tione mandati, licet tamen pro illius relaxatione resolutum
fuit.

Excluditur enim res iudicata, quia cum ex stylo Curiæ
appellanti concedatur, secundum fatale, scilicet secundus
annus ad prosequendam appellationem, quando intra pri-
mum videlicet annum aliquid gessit, & Valentinus post
commissionem causæ obtentam in plena Signatura die 14.
Iunij 1674. illam in actis præsentauerit die 4 Aprilis 1675. &
acta etiam transportauerit die 13. Decembris eiusdem, suf-
2 ficit, ne appellatio remanserit deserta, † quamuis intra
primum fatale reproducta non fuerit d. citatio ad dicendum
contra commissionem, vt laté testando de stylo Romanæ
Curiæ, & Sacræ Rotæ notat Scacc. *de appellat. lib. 3. cap. 2. qu. 15. sub num. 34. vers. confirmatur* Rot. *decis. 44. num. 1. dec. 73. nu. 9. & decis. 105. n. 11. coram Arguell. & decis. 488. sub n. 2. coram Bichio.*

Non obstante præfixione termini ad transportandum
3 acta per Mauritium † obtenta, quia cum Valentino com-
peteret integrum biennium ad suam appellationem prose-
quendam, huiusmodi præuentiua diligentia partis ei præ-
iudicari non valuit, sed expectandus erat terminus debitus,
vt dixit Rota *decis. 35. n. 34. par. 10. recent.* & latius in *Narnien. Allaationis 2. Maij 1668. §. minimè obstante coram R. P. D. meo Albergato Decano.*

Quo verò ad exequutione mandati hæc fuit denegata,
quia relaxatum fuit contra bona hæreditaria Hyeronimi,
4 citato Valentino tamquam hærede, † nulla præcedente
legitimatione personæ prout stante oppositione requireba-
tur; Vant. *de nullit. ex defect. habilit. nu. 1. & seq.* Ridolph.
in prax. part. 1. cap. 5. num. 24. & 25. Gregor. *decis. 264. num. 2.* vbi laté Adden. *num. 5. & 6.* Carill. *decis. 78. nu. 10.* Otthon. *decis. 95. num. 13. & decis. 388. n. 13. par. 12. recent.* Hinc enim
5 mandatum remansit nullum, † & proindé non exequen-
dum Rot. *coram Seraph decis. 425. num. 13. coram Otthobono decis. 162. num. 1. coram Vbald. decis. 824. num. 6. & in recen. decis. 38. num. 2. par. 7. & decis. 146. num. 4. par. 14.*

Censuerunt tamen Domini esse ex integrò relaxandum,
6 † quia cum dos promissa fuerit sub obligatione Camerali
certis Statutis solutionibus ijs tempore conuento minimé fa-
7 ctis, † fructus dotales denegari non possunt marito onera
matrimonij substinenti, etiam nulla facta interpellatione
iuxt. text. *in cap. salubriter 16. de vsur.* vbi communiter Ca-
nonistæ: *l. dotis fructus ff. de iur. dot. l. pro oneribus 20. Cod.*
8 *eod. tit.* & in terminis dotis promissæ † in diuersis ratis dixit
Rota *coram Burat. decis. 159 num 1. & 2. coram Dunozet. iun. decis. 796. num. 1. & 2. in Sancti Angeli in Vado fructuum dotis 13. Maij 1671. §. 1. coram R. P. D. meo Bourlemont, & in Rauennaten. dotis, & fructuum 3. Iunij 1672. §. 1. & §. quo verò coram R. P. D. meo Emerix.*

Minimé obstante, quod dos adueniente tempore solutio-
num, deberet per maritum inuestiri in tot censibus Inte-
ramnæ, qui stare deberent pro fundo dotali vxoris; † ex 9
quo inferebatur, quod non facta interpellatione prompti
inuestimenti, fructus non debeantur iuxt. *dec. 487. n. 6. coram Bich.* fructus enim non petuntur ex capite inuestimentis,
† & soluto matrimonio in quibus terminis loquitur *d. decis.* 10
Bich. sed propter substentationem onerum matrimonij, eo-
que constante, † quo casu interusuria dotis deberi marito 11
à promissore dotis absque aliqua interpellatione præter su-
pra allegata firmat Adden. *ad Burat. decis. 159. num. 13.* Rot.
decis. 382. num. 2. & 6. & decis. 413. num. 2. par. 14. rec. & coram Bich. ead. decis. 487. num. 14. & seq. Etiamsi non fuisset
promptus inuestimentum † in Ciuitate Interamnæ tempo- 12
re, quo venerat dies solutionum ex supradicta ratione, vt
in terminis notat Gratian. *discept. 241. num. 58.* Surd. *de aliment. tit. 1. quæst. 42. sub nu. 131.*

Minoris ponderis visa est Dominis præsumptio remissio-
nis horum fructuum ex eo elicita, quod maritus in vita num-
quam eos petierit, imo receperit ratas dotis absque aliqua
protestatione, siue præseruatiua fructuum; † Quoniam 13
cum haberet filios, in eorum præiudicium inuerisimile est,
quod interusuria dotis voluerit remittere, præsertim ad fa-
uorem Hieronymi extranei, & minus dilecti, vt ponde-
rauit Rota in allegata *decis. S. Angeli in Vado fructuum dotis 13. Maij 1671. §. nec fructus isti cum quinque seq.* vbi etiam res-
ponsum fuit coniecturæ † de non facta præseruatiua *coram* a
R. P. D. meo Bourlemont cum ibidem laté congestis.

Denique vis fieri non potest in instrumento rogato per
Sanzonettum Carleñum Notarium Amerinum die 29.
Aprilis 1666. in quo legitur remissio, controuersorum fru-
ctuum facta à Carolo ad fauorem Valentini, quia est de fal-
so suspectissimum. Siquidem Archiuista testatur non repe-
riri in protocollo instrumentorum eiusdem Carleni de anno
1666. de quo supponitur confectum; Apparet etiam exara-
tum ex diuersitate attramenti, & caratteris; & vlterius am-
bo testes in eo descripti, qui sunt etiam Religiosi, negant
se interfuisse illius confectioni; † ex his enim simul sum- 15
ptis addita etiam suspensione Notarij ab officio, arguitur
suspicio, & quidem vrgentissima falsitatis, cum singula su-
pradicta de per se sufficiant, vt de huiusmodi attestatione
† Archiuistæ firmat Farinac. *de falsitat. quæst. 153. num. 144.* 16
Menoch. *de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 20. num. 32. & cons. 42. num. 11.* Gramatic. *decis. 106. in fin.* & de diuersitate attramen-
ti, † & caracteris Rota *coram Coccin. decis. 101. sub num. 9.* 17
& seq. & in recen. decis. 126. num. 41. par. 12. & decis. 180. nu.
13. par. 13. & ex dicta contraria testium † depositione idem 18
Farinac. *eod. tract. quæst 158. num. 4.* Menoch. *de arbitr. cas. 105. num. 32. & 34* Cels. Vgon. *cons. 97. nu. 8.* suspicia autem
falsitatis † in ciuilibus sufficit pro adimenda fides scriptu- 19
ris Rot. *coram Cels. decis. 21. num. 15. & decis. 280. num. 10. in Firmana prætensæ donationis 26. Ianuarij 1663. coram R. P. D. meo Albergato Decano, & in Praten. Parochialis 7. Maij proximi præteriti §. attamen coram R. P. D. meo Vbago.*

Et ita vtraque parte informante resolutum fuit.

R. P. D. CALATAIV.

Romana Attentatorum.

Veneris 25. Iunij 1677.

ARGVMENTVM.

Causa super separatione thori in Rota pendẽte mobilia in primo iudicio deducta, sub prętextu assecurationis descripta, & alibi asportata sunt, eademque vxor arrestata in carceribus, & deindè collocata etiam in Monasterio, quæ omnia vigore mandati primi Iudicis facta, attentata declarantur, quia præterquam quod & assecurationi locus non erat, illa prout etiam asportatio vxoris in Monasterium a solo Iudice appellationis fieri poterant.

SVMMARIVM.

1 *Attentata remanet asportatio mobilium facta de mandato alterius iudicis, post commissam causam in Rota su-*

super separatione thori.

2 *Mobilia in primo iudicio deducta, ipsa etiam deuoluuntur ad iudicem appellationis.*

3 *Clausula* quam, *& quas comprehendit omnes causas, tam motas quam mouendas circa pertinentia ad negotium principale.*

4 *Mandatum dicitur relaxatum vigore sententiæ & quando. vid. num. seqq.*

5 *Iudex ad concedendum mandatum mouetur ex ratione per eum expressa in fine eiusdem mandati, & num. seq.*

6 *Dictio* quouiam *expressa in mandato iudicis, importat causam eiusdem mandati.*

7 *Inhibitionem Rotalem neque partes, neque iudices inferiores interpretare possunt, sed pro earum declaratione recurrendum est ad Rotam.*

8 *Mandatum relaxatum à iudice à quo, non excusatur ab attentatis sub prætexta assecurationis iudicij, vel dilapidationis bonorum.*

9 *Persona semel approbata in iudicio, si conditionem deteriorem non fecit, non potest prætendi suspecta de dilapidatione, seu occultatione bonorum.*

10 *Sequestrum, mandatum de describenda, & assecuratio bonorum post commissam causam appellationis, non possunt ab alio, quam ab illius iudice relaxari.*

11 *Arrestum contra vxorem post commissam Rotæ causam separationis thori, non potest ab alia concedi, quam ab ipsa Rota.*

12 *Attentata posteriora sunt primo loco reuocanda.*

13 *Attentata non intrant vbi causa, & res est diuersa.*

14 *Attentata, quæ non inferunt præiudicium partis, sola renunciatione olluntur.*

D E C I S I O CIX.

COncessa noua audientia Fratribus de Bussonis hæredibus Matthæi interim lite pendente defuncti, aduersus duas decisiones soper reuocatione attentatorum editas coram me sub diebus 15. * Iunij 1674. & 27. Martij 1675. Causaque hodie reproposita, Domini steterunt io decisis.

Iterum enim visa fuit attentata descriptio, & assecuratio
mobilium per Apolloniam è domo viri asportatorum facta
1 cum mandato alterius Iudicis, † quam Rotæ postquam
in ea introducta erat Causa appellationis, & illius iobibitio
Bussono præsentata, ex allegatis io dictis decisionibus, &
dictum etiam fuit coram *Peutingerio decis. 237. nu. 1. & seqq.*
Non obstante quod eadem mobilia prætendantur propria
Viri, nec comprehensa in lite commissa io Rota super separatione thori, quia præterquam quod huiusmodi domiolum Viri legitimè non probatur; Immo contrarium constat, dum ex Summario *numero 2.* apparet Apollooiam dicta mobilia emisse post discessum è domo Viri, adhuc illo
supposito, dum coram Iudice primæ instantiæ fuit specialitèr deducta prætensio horum mobilium, vt in Summario
2 præteritæ positionis Apolloniæ *num. 2.* † & deindè ab illius
sententia commissa causa appellationis, cum omoibus incidentibus, dependeotibus, annexis, & connexis, dubitari non potest quin fuerit etiam deuolota cognitio mobi-
3 lium, stante præsertim clausula, *quam*, & *quas*, † quæ
comprehendit causas tam motas, quam mouendas circa
pertinentia ad negocium principale, Marchesan. *de commiss. appell. parte prima cap. 5. num. 63. fol* 200 Acchill. de Grass. *decis. 22. num. 2.* Bich. *decis. 370. num. 6.* Eminentiss. Otthob. *decis. 228. num. 1.*

Maximè qoia mandatum de describendo relaxatum fuit
4 ex iuribus acquisitis † ex prima seotentia, prout ostendunt
illa verba, *Quoniam stante sententia super separatione thori &c. Dominus ita mandauit*, quæ dici nequeunt apposita inci-
5 denter, † & enunciatiuè, cum per illa reddatur ratio, quæ
6 mouit Iudicem ad concedendum mandatum, † vt de dictione, *quoniam*, notat Barbos. *decis. 332. nu. 2.* & Rota *decis. 193. num 9. par. 1. recent.*

Et io omnem casum dum clarè hoc constabat, an dicta
mobilia comprehenderentur, necne sub lite, tenebatur Bussonus ad Rotam Inhibeotem pro declaratione, & etiam pro
7 relaxatione † antedicti mandati recurrere, cum non ad
Iudicem iobibitum, vel alium inferiorem, & minus ad partes spectet interpretati, & ita deludere inhibitiones, & iurisdictionem Rotalem, vt ad effectum inducendi attentata
aliàs respondit Rota *decis. 74. n. 3. & dec. 124. nu. 5. par. 1. rec. coram Bichio dec. 515. num. 8. & in Eugubina attentatorum 20. Martij 1676. § ex quibus coram R. P. D. meo Tata.*

Nec suffragatur prætextus assecurationis Iudicij, ex eo
quod immioeret periculum occultationis, † seù dilapidatio- 8
nis mobilium, quia cum Apollonia possideret io Vrbe bona
stabilia valoris scutorum 3400. & post motam litem, in qua
ab initio approbata fuit pro idonea, deteriorem noo fecerit propriam conditionem, † cessabat prætensus timor di- 9
lapidationis, seù occultationis, Menoch. *de arbitr. iudic. lib 2. cas. 87. num. 13.* Rota *in recent. decis. 490. nu. 5. parte prima, & coram Caualer. decis. 229. num. 2* cum alijs in *secunda decis. §. non enim obstat*; Immo post commissam Causam in
Rota, & præsentatam inhibitionem Rotalem, † non suis- 10
set sufficiens pro obtinendo dicto mandato ab alio, quam
ab hoc Sacro Tribunali, vt tradit Lance lott. *de attent. par. 2. cap. 12. limit. 12. nu. 29.* & obseruatum fuit *in decisione 654. coram Buratto.*

Paritèr deouò visum fuit attentatum arrestum Apolloniæ
io carceribus, & transportatio eiusdem ad Domum Piam,
† cum mandato alterius Iudicis, quam Rotæ ex supra de- 11
ductis, & alijs io præteritis decisionibus, io quibus respondetur repetitis omnibus etiam pro Inducenda renunciatione
attentatorum cum quibus Domini transierunt.

Minus releuat exceptio attentatorum per Apolloniam
commissorum, † & quæ vti posteriora priùs veniaot reuo- 12
canda, *cap. fin. de ordin. cognit.* quia attentata dici non potest citatio contra Ioannem Baptistam Bussonum ad eiusdem instantiam executa coram Eminentissimo Protectore
Monasterij Sanctæ Catherinæ ad videndum declarari se incidisse in pœnis contentis io inhibitione † præsentata in 13
actu carcerationis, cum respiciat personam, & rem diuersam, Lancellott. *de attent. par. 2. cap. 12. limit. 2. num. primo*, Grat. *discept. for. cap. 914. num. 30. & seqq.* Rot. *coram Buratt. decis. 644 num. 5.* ibique Adden. *num. 10. & coram Cardin. Celso decis. 209. num. 2. & 3.*

Recursus verò per eandem Apolloniam habitua ad Iudicem Capitolinum pendente Causa in Rota, licèt fuerit attentatus, quia tamen oullum præiudicium aut damoum
Bussonis intulit, † fuit sufficientèr purgatus per amplissi- 14
mam renunciationem, de qua in bodierno Summario Apolloniæ, *num. 3.* vt respondit aliàs Rota *coram Coccino decis. 171. num. 2. & seqq. coram Bichio decis. 534. num. 1.* & passim
alibi.

Et ita vtraque parte informante resolutum fuit.

R. P. D. E M E R I X.

Praten. Concordiæ.

Veneris 25. Iunij 1677.

A R G V M E N T V M.

Super Coadiutoria cum futura successione signata fuerat gratia viuente Pontifice concedente, & Coadiuto consentiente, quibus tamen defunctis illius literæ expeditæ sunt, quæ licèt de nullitate impugnarentur, exequutioni tamen demandantur, quia omnia fuerant expleta suo tempore debito, cumq; dubitaretur etiam de mandato procuræ ad consentiendum tamquam facto per simplicem apocham, cuius tantum copia plurimis fulcita adminiculis exhiberetur, illius etiam validitas declarata est ex eo præsertim, quod ita factum erat ad remouendas importunas commendationes virorum potentium.

S V M M A R I V M.

1 *Gratia Coadiutoriæ expedita post obitum coadiuti, & post mortem Papæ suffragatur coadiutori si vtroque viuente fuerit data, & num. seqq.*

2 *Literæ Apostolicæ in forma gratiosa præsumuntur in omnibus iustificatæ, & proinde veniunt exequendæ.*

3 *Literæ Apostolicæ expeditæ post mortem Papæ concedentis, exequationi demandantur, si supplicatio iam erat antea signata, datata, omniaq; completa.*

4 *Literæ Apostolicæ signatæ ab antecessore, expediuntur à Pontifice successore sub consueta formula, ratione congruit.*

5 Man-

5 *Mandatum procuræ æquè per epistolam, ac per instrumentum publicum fieri potest.*
6 *Mandatum ad consentiendum in beneficialibus dari potest etiam per epistolam.*
7 *Regula Cancellariæ de præstandis consensibus traditur, & declaratur.*
8 *Copia epistolæ exhibitæ coram Notario, ab eoque collationata cum originali plenè probat, & num. seq.*
20 *Copia scripturæ priuatæ ex quibus adminiculis faciat probationem.*
11 *Mandatum procuræ factum per simplicem epistolam plenè probat, & quando vide etiam num. antecedent.*
12 *Insolita quæ sunt, si tamen neque reprobantur à iure, neque à praxi, sufficiunt, & probant.*
13 *Scriptura priuata quatenus possit fieri, & facta commendetur ad eludendam potentis commendationem vel vim.*
14 *ad Cautelam abbundantiorem quæ facta sunt, in nihilo prorsus nocent, nec præiudicant.*
15 *Repetita censetur in secunda ea omnia, quæ in primo mandato expressa sunt.*
26 *Coadiutoriæ gratia cum futura successione non pendeat à consensu coadiuti sed à voluntate Papæ concedentis.*
17 *Iurandi facultas censetur concessa in mandato speciali facto cum libera potestate faciendi ea omnia, quæ ipse principalis facere potuisset.*

DECISIO CX.

BEnedictus Bocchinerius satisfacere volens præpotenti commendationi, qua præmebatur, vt obtineret sibi deputari in Coadiutorem Ioannem Baptistam Bertum, constituit 25. Ianuarij 1671. Procuratorem per Instrumentum publicum D. Anibalem de Fide ad consentiendum Coadiutoriæ cum futura successione ad fauorem dicti Ioannis Baptistæ, cum omnibus clausulis necessarijs, & opportunis, Summario *num. 1.*

Verum quia neque Capitulum, neque Benedictus hoc cupiebant, ideò eidem per Epistolam priuatam manu propria scriptam, & subscriptam 22. Augusti eiusdem anni clàm fecit Procuratorem eundem Anibalem ad consentiendum dictæ Coadiutoriæ fauore Ioannis Dominici Organi, mandans eidem Procuratori, vt relicta copia collationata in publico Officio alicuius Notarij, originale sibi remitteret, Summario *num. 2. & 3.*

Cessante autem postea memorata commendatione, & habita attestatione iurata Capituli super impedimento de per se deseruiendi Ecclesiæ ob grauem eius ætatem 78. annorum, præuia reuocatione facultatis præstandi consensum ad fauorem Ioannis Baptistæ Berti, nouam dedit facultatem eidem Procuratori per aliam Epistolam dandi eundem consensum ad fauorem Ioannis Dominici, Summ. *numero quarto & 5.*

Sed quia nihilominus varijs de causis supplicatio in longum protracta, & tandem signata, ac datata sub finem Pontificatus fel. rec. Clementis Decimi, superueniente eius
1 obito expediri non potuit; † Et interim defuncto etiam Sede Apostolica adhuc vacante, Coadiuto, Ioseph Apollonius eundem Canonicatum, tamquam vacantem per obitum Subcollectoris à Sanctissimo D. Nostro sibi conferri obtinuit; Ideò Illustrissimus D. Datarius prudenter occurrere volens indemnitati vtriusque partis mandauit vtrasque literas expediri, & mihi committi illarum executionem. Quapropter bis consulti Domini, hodie pro executione literarum Ioannis Dominici responderunt, moti ex eo, quod
2 istæ vti expeditæ in forma gratiosa, † præsumuntur in omnibus iustificatæ, & proindè sunt exequendæ, Garz. *de benef. par. 6. cap. 2. nu. 157.* Rota *coram Merlin. decis. 141. n. 11. & decis. 160. num. 1. & 4. par. 15. rec.* & aliàs passim.

Non obstante, quod fuerint expeditæ post mortem Coa-
3 diuti, & Papæ † concedentis, quia cum supplicatio fuerit signata, & datata, & consensus præstitus de tempore, quo ambo adhuc viuebant, gratia dicitur perfecta, & substantiata, etiamsi literæ iuxta notorium stylum Dactariæ
4 † in forma rationi congruit sub successore post mortem Coadiuti expeditæ fuerint, ad tradita per Gabriel. *cons. 193. n. 5. & 6. lib. 2.* Gonzal. *ad reg. 8. gloss. 15. §. 1. num. 33 cum seq.* Corrad. *in prax. benef. lib. 3. cap. 13. num. 22.* Mandos. *consil. 16. n. 8. & 6.* Rota *coram Merlin. decis. 217. num. 6. coram Peutinger. 465. num. 10 cum seqq.* cum alijs concordan. pleno calamo adductis in *Colonien. Canonicatus 11. Martij 1672. & 9. Iun. 1673. coram R. P. D. meo Calataiu.*

Minus facit, quod consensus fuerit præstitus vigore mandati dati † per Epistolam, quia mandatum æquè per Epi- 5
stolam, ac per Instrumentum publicum dari posse iure receptum est, *l. prima ibi, per Epistolam ff. de Procurat. Clem. prima eodem tit. vbi gloss. verbo literis* Rota *coram Dunoz. iun. decis. 10. n. 3. cor. Bich. decis. 147. nu. 2.* & in puncto † man- 6
dati ad præstandum consensum Lotter. *de re benef. lib. 3. qu. 16 sub num. 36.* Gonzal. *ad regul. 8. gloss. 47. nu. 36.* & Viuian. *de iurepatr. lib. 12. cap 5. num 48.* Non aduersante regula de præstandis consensibus, & decisiones in Ianuen. Archipresbyteratus sub die 29. Maij 1673. & 28 Februarij 1676. coram R. P. D. meo Taia, † quia regula nullam formam præscri- 7
bit dandi mandatum, sed solum dat formam præstandi consensum, quem vult Iurato præstari in Cancellaria, vel Camera Apostolica, seù in manibus Notarij Cancellariæ, vel Cameræ Apostolicæ per ipsummet principalem, vel per Procuratorem in Curia præsentem, & in eisdem terminis loquuntur mox allegatæ decisiones.

Neque releuat, quod non fuerit exhibita Notario Cancellariæ Epistola † originalis, quia sufficit Ipsi exhibitam 8
fuisse copiam collationatam à Notario publico Auditoris Cameræ, cui datur fides sicut originali, iuxta Theor. Bartoli *in l. Chirographis 58. num. 2. ff. de administr. & peric. tutor.* Castrens. *in l. 2. num. 5. C. de testam.* & in puncto copiæ collationatæ productæ † per acta A. C. Rota *coram Buratto de-* 9
cis. 584. num. 5. & decis. 32. sub num. 3. par. 12. rec. & in Romana fideicommissi Ioannis Petri Senioris de Caffarellis 17. Aprilis 1673. coram bo. me. Priolo.

Præsertim concurrentibus adminiculis, quæ in præsenti sunt tot, & talia, vt tollant omnem dubitationem, quippè non solum eadem Epistola antequam ad Vrbem transmitteretur, fuit per ipsummet Benedictum mediante Instrumento publico rogato in pede illius coram Notario in Ciuitate Prati recognita, & tempore non suspecto præuia noua recognitione in actis A. C. † producta, verum etiam 10
cum illa concordat attestatio iurata successiuè data ad eundem effectum Coadiutoriæ cum futura successione à Capitulo, & Canonicis capitulariter congregatis præsente, & nouum assensum præbent eodem Benedicto, Summ. *num. 4. lit. A.* Ac noua Epistola sub eadem die scripta Anibali Procuratori, per quam eidem mandat, quod stante cessatione ante memoratæ præpotentis Commendationis, & deside- 11
rio Capituli, ac Ciuitatis habendi pro Coadiutore Ioanne Dominico Viro omnibus caro, & probato eundem consensum, quem vigore primo dicti Instrumenti publici præstare debebat ad fauorem Ioannis Baptistæ Berti, præstet ad fauorem Ioannis Dominici, vt latiùs in Summ. *num. 5.*

Ex † his enim omnibus ante, & post mandatum, de 11
quo agitur, gestis, & signantèr ex vltima Epistola, quæ sola ad nouum mandatum sufficiebat, plene comprobatur veritas eiusdem primo dictæ Epistolæ, seù mandati, ad notat. per Cassadorum *decis. 3. de Procurat.* Gregor. *decis. 111. num. 1. cum seqq.* Coccin. *decis. 2341. num. 15.* Bich. *decis. 135. n. 19. dec. 440. n. 5. & 6. par. 2. & dec. 194. n. 9. & 10. par. 11. rec.*

Nihil refragante, quod iste modus præstandi consensum per Epistolam sic productam in actis alterius Notarij, quàm Cancellariæ, vel Cameræ, sit insolitus, quodq; propterea Notarius Cancellariæ curauerit, vt Procurator se obligaret de producendo mandatum sufficiens, quatenus opus † foret, quia respondetur modum tametsi insolitum 12
non esse à iure, neque à praxi reprobatum, & in præsenti innixum iustæ causæ, † eludendi præpotentem commenda- 13
tionem, qua Coadiutus ante ad fauorem alterius præmebatur; obligationem verò de producendo mandatum sufficiens † vti factam ad abundantiorem cautelam nihil pror- 14
sus nocet, per ea, quæ tradit Barbos. *dict. 124. num. 10.* Rota *coram Coccin. decis. 355. num. 2. & 3. & decis. 309. num. 13. par. 15. rec.*

Posita autem veritate mandati, parum releuat, quod in eo non fiat mentio futuræ successionis, neque detur specialis facultas ad iurandum, † quia vltra quod hæc omnia 15
continentur in primo mandato ad præstandum consensum ad fauorem Ioannis Baptistæ Berti, ac propterea repetita censentur in secundo, in quo præuia reuocatione primi mandati Procurator constituitur ad præstandum eundem consensum fauore Io. Dominici, iuxta *glos. in l. cum ij §. vni verbo obligatas ff. de transact.* Ruin. *cons. 3. num. 4. lib. 4.* Rota *decis. 115. num. 13 par. 1. diuers.* Respondetur mentionem futuræ successionis non esse necessariam, † cum gratia in hoc non 16
pendeat à consensu Coadiuti, sed à voluntate Papæ, vt benè notat Lotter. *de benef. lib. secundo quæst. 25. num. 29.* &

la-

facultatem iurandi cen seri sufficienter datam, eo ipso quo
Procurator fuit constitutus specificè ad hunc vnicum
17 † actum, cum libera facultate faciendi omnia, quæ ipse
Principalis posset, si præsens foret, per Text. *clar. in l. ius
iurand. ff. de iur. iuran. & in cap. qui ad agendum § procurator
de procur. in 6* Seraph. *de priuileg. iuramenti priuil.* 111. *nu.* 4.
post med. vers. sed ego respondeo, & num 11. *vers & propte-
rea* Grat. *disc.* 97. *num.* 19. & 21. vbi testatur, quod ita ser-
oar praxis.

Et ita, vtraque Parte informante, resolutum fuit.

R. P. D. CALATAIV.

Romana fideicommissi, seù Saluiaoi.

Veneris 25. Iunij 1677.

ARGVMENTVM.

Emptor bonorum fideicommissi, qui deindè cum fideicommissario transegerat, duplici iudicio est conuentus, solius immissionis primo, postea non prosequuto, & deindè altero rescissionis transactionis, eiusdemque paritèr immissionis, in quo cum ille fuerit per sententiam condemnatus ad restitutionem fructuum, de quibus fructibus intelligatur, fuit indè quæsitum, & omisso primo iudicio solius immissionis, quoad alterum rescissionis transactionis, cum eadem immissione complicatum, ipsum teneri ad restitutionem omnium fructuum dubitatum non est, quia hæc duo iudicia habentur pro vno, & vnum est consequutiuum alterius.

SVMMARIVM.

1 *Fructuum condemnatio fieri non debet pro iudicio quod non fuit prosequutum, sed eo relicto aliud est introductum.*

2 *Fructus restitui debent à die introductionis iudicij, in quo possessores succubuerunt, non autem antea.*

3 *Iudicium dicitur diuersum, si aliud fuit intentatum prævio monitorio vnius partis, aliud vero per commissionem iactationis obtentæ ab altera parte.*

Amplia licet alius collitigans eadem commissione postea vsus sit ibidem.

4 *Sententia condemnans ad restitutionem fructuum intelligitur de fructibus à tempore iudicij nouiter introducti, non autem à die primæ litis non prosequutæ.*

5 *Sententia ita interpretari, & intelligi debet, ne dicatur nulla ex defectu iurisdictionis.*

6 *Clausula* omni meliori modo *apponi solet in monitorijs, libellis, & in quolibet acta iudiciario.*

7 *Iudicium mediante clausula* omni meliori modo *subsistetur ex eo capite, & remedio, quo actori magis est vtilis.*

8 *Copia monitorij, libelli, aut alterius actus iudiciarij non probat si non exhibeatur originale, quamvis illud deperditum asseratur.*

9 *Iudicium non remanet esse diuersum, quamuis in eo simpliciter sola qualitas hæreditaria enuncietur.*

10 *Enunciatiua emanata inter alias personas, & ad alium effectum non sufficit, vbi principaliter agitur de enunciato.*

11 *Clausula* omni meliori modo *non comprehendit actionem diuersam, & diuerso nomine competentem.*

12 *Fructus qualiter debeantur in iudicio immissionis aut quam fuit opus rescindere transactionem eidem immissioni resistentem.*

13 *Iudicium rescissionis transactionis complicatum cum iudicio immissionis, quamuis duo sint iudicia, adhuc tamen reputantur pro vno, cum ambo sint præordinata ad eundem finem.*

14 *Emptor si cum fideicommissario transegit, eique transactione rescissa, immissio sit concessa condemnatur ad integros fructus à die motæ litis, & num. seq.*

15 *Transactione declarata nulla, & læsiua cessat etiam titulus præcedens emptionis, vel similis.*

16 *Possessor constituitur in mala fide à die introducti iudicij super rescissione transactionis, & ideo fructus restituere tenetur.*

DECISIO CXI.

RESolotum fuit coram me die 5. Ianuarij anni proximè præteriti liquidationem fructuum factam in sententia R. P. D. mei Emerix in scutis 2695. 51. sumpto initio ab anno 1657. quo Lutius egit ad rescissionem transactionis, non fuisse excessiuam, & non esse augendam, neque minuendam; Verùm quia neutra pars prædictæ resolutioni acquiescebat, cum Lutius fructus prætenderet ab anno 1651. Honorati verò contenderent non deberi, nisi ab anno 1662. Ideò proposui dubium: An sit standum, vel recedendum à decisis, & Domini in decisis standum esse censuerunt, non obstantibus hinc inde deductis.

Non enim debentur fructus ab anno 1651. quia tunc Lu-
tius Iudicium immissionis instituit in persona propria, vti
vocatus ad fideicommissum Tiburtij, idque hodie euiden-
tius apparuit ex citatione ad dicendum contra, & produ-
ctione iurium, ex qualitate iurium productorum, nempè
solius testatoris dicti Tiburtij, † ex tenore Concordiæ initæ 1
inter eundem, ac Honoratos, in quibus omnibus enunciatur
Lutium egisse solo nomine fideicommissario, quod Iudi-
cium non fuit prosequutum, sed ex integro institutum fuit
aliud Iudicium de anno 1657. in quo ipse petijt rescissionem
transactionis, & postea immissionem vti hæres Siluiæ ma-
tris; † & in quo Honorati succubuerunt. Vnde à dicto 2
tempore tantum condemnari potuerunt ad fructus, Posth.
de manut. obseruat. 72. *num.* 7. & 10 Rota *coram Merlino decis.*
430. *num.* 7. quod autem Iudicium de anno 1651. fuerit diuer-
sum ab alio intentato de anno 1657. patet etiam ex eo,
quod primum ceptum fuit mediante monitorio † expedito 3
ad instantiam Lutij; secundum verò mediante commissio-
ne iactationis obtenta ab Honoratis, & habente in ventre
clausulam, non tamen iudicialiter illatum, & vsque adhuc
non deductum in Iudicio; † Vnde diuersitas est manifesta, 4
& sententia condemnatus ad restitutionem fructuum intel-
ligi debet de fructibus decursis à tempore quo Lutius vsus
fuit dicta † commissione, quia aliàs fuisset euidenter nul- 5
la ex defectu iurisdictionis, Adden. *ad Afflict. decis.* 354. *nu.*
4. *& sequent.*

Nec subsistit, quod monitorium expeditum fuerit de an-
no 1651. non vti hærede fideicommissario, sed vti hærede Sil-
uiæ matris, idque appareat ex tenore monitorij dati in Sum-
mario in Rota de anno 1653. & ex sententia lata à Reue-
rendissimo Domino meo Decano de anno 1654. vel in om-
nem casum ex clausula † *omni meliori modo*, quoi solita in 6
monitorijs, libellis, & in quolibet actu iudiciario, Iudi-
cium sustinetur ex illo capite, & remedio, quod de iure
Lutio competebat, † & sic ex iure hæreditario; Nam dum 7
monitorium originaliter non exhibetur, immo deperdi-
tum supponitur, eius simplex copia data in Summarijs Ro-
talibus, † nihil probat *cap.* 1. *de fid. instrum. auth. si quis in* 8
aliquo C. de edendo, & sententia Reuerendissimi D. mei
Decani non emanauit in illo Iudicio, † sed in alio intro- 9
ducto per creditores in Saluiano contra Honoratos, vti de-
tentores controuersiæ domus, quare licet ibidem in narra-
tiua Lutius enunciatur filius, & hæres Siluiæ, † semper 10
tamen enunciatiua emanata inter alias personas, & ad
alium effectum non sufficit, quando principaliter quæritur
de enunciato, Aymon. *cons.* 29. *num.* 3. Alexander *cons.* 136.
num. 15. *lib.* 1. Rota *coram Coccino decis.* 227. *num.* 13 clausula
verò *omni meliori modo* † non comprehendit actionem diuer- 11
sam, & diuerso nomine competentem, Barbos. *causul.* 65.
num. 52. *& sequent.*

Minusque debentur fructus ab anno 1662. quia licèt Lu-
tius tunc solum egisset pro immissione † prius tamen opus 12
illi fuit transactionem rescindere, quæ obstabat ad obti-
nendam immissionem, vnde ab inde citra debentur fru-
ctus, cum ista iudicia sint inter se complicata, & tanquam
præordinata ad eundem finem † pro vno Iudicio reputari 13
debent, Cauaier. *de iudic. par.* 4. *lib.* 1. *tit.* 2. *disput.* 5. *per to-
tam*, Rota *coram Bichio decis.* 170. *num.* 12. cum alijs adductis
in mea decisione §. *verum neutra*.

Nec releuat obiectum, quod Honorati non possiderent
domum vigore transactionis, sed titulo emptionis factæ à
Lucillo Petruccio, vnde inferebatur, quod rescissa transa-
ctione, non potuerit condemnari ad fructus, quos alio iu-
re percipiebant. † Quia licèt Honorati domum posside- 14
rent, vt emptores, agnoscentes tamen, quod Lutius su-
per ea ius habebat, concordarunt cum ipso, reportando
cessionem iurium, quorum vigore postea remanserunt in
quie-

quieta, & pacifica possessione, aliosque creditores exclu-
15 serunt; † Verùm quia declarata fuit dicta concordia nul-
la, & læsiua, cessauit etiam titulus emptionis, & à die
16 intentatæ rescissionis, † quo Honorati constituti fuerunt
in mala fide, teneatur fructus restituere, ex adductis in de-
cisione d. §. *verum neutra*.

Quo verò ad diminutionem, quam Honorati prætendebant pro dislocationibus domus, pro pensionibus non exactis, pro expensis factis in iactu in Platea Agonis, in fenestris vitreis, ac expensis litium, Dominis placuerunt responsiones datæ in mea decisione §. *respectu verò*, cum quibus transiuerunt.

Et ita vtraque parte informante resolutum fuit.

Plures decis. sunt in hac causa, omnes remissiuè concordatas in calce decis. 613. præcedentis tomi 2. par. 18. quæ hic confirmata est.

R. P. D. E M E R I X.

Vallisoletana Congruæ.

Veneris 25. Iunij 1677.

A R G V M E N T V M.

Quia in taxatione congruæ, quæ debetur Parochis, attendenda sunt qualitas loci, numerus Parochianorum, redditus Beneficij, illiusque onera, quæ supportanrur, illa ideò in hac decisione taxatur in scutis centum auri monetæ, quæ summa ex prædictis non visa est incongrua præiudicantis arbitrio, cui regularitèr hæc materia committitur.

S V M M A R I V M.

1 *Audientia de facili conceditur, si pars in propositione causæ non informauit.*
2 *Parte non informante plerumque confirmatur decisio.*
3 *Congrua debetur Parochis à Capitulo percipiente omnes decimas spectantes ad Ecclesias Parochiales.*
4 *Congrua Parochorum taxatur in scutis centum auri computatis computandis iuxta consuetudinem loci.*
5 *Congrua taxata Parocho in scut. 100. auri non dicitur excessiua, habita ratione loci, Parochianorum, redditus beneficij, & onerum, quæ subeunda sunt.*
6 *Congruæ taxatio remittitur arbitrio iudicis.*
7 *Congrua Parochi quandoque in maiori quantitate scutorum centum auri taxata est.*

D E C I S I O CXII.

ADuersus decisionem editam sub die vndecima * Ia-
nuarij huius anni fuit in Rota Memorialium habita
die septima Aprilis proximè præteriti benignè concessa
1 Agentibus Capituli Vallisoletani noua Audientia, † non
ex alio motiuo, quàm quia decisio emanauerat Parochis
tantum informantibus, & simul tunc etiam iniunctum,
vt Causa reproponeretur in secunda Rota mensis Maij; Ve-
rùm quia ijdem Agentes, tametsi pluribus citationibus la-
cessiti, & ad abundantiorem cautelam, etiam personali-
ter à me moniti, ad informandum induci non potuerunt,
sub prætextu, quod Capitulum ipsis necessaria non trans-
miserit; Ideò nè contra Iutis debitum, & prouidam Ro-
tæ ordinationem Causæ resolutio vlteriùs protraheretur,
illam solis Parochis hodie iterum informantibus reproposui
2 super ijsdem, † & Domini steterunt in resolutis, quoad
3 congruam, † quàm sine difficultate deberi à Capitulo,
vti percipiente omnes decimas, & primitias pertinentes ad
Ecclesias Parochiales, planum est ex *textu in cap. secundo
§. vbi autem de decimis in sexto*, quàm etiam quoad quanti-
4 tatem † scutorum auri centum computatis omnibus com-
putandis secundum consuetudinem loci, quam non esse
5 excessiuam, immo potiùs moderatam † habita ratione ad
qualitatem loci, numerum Parochianorum, redditus Ec-
clesiarum, & onera subeunda, iuxtà *glos. in capit. extir-
6 pande verbo sufficiens de præbendis*, Domini, † quo-
rum arbitrio hoc remissum est, ad tradita per Rebuf-
fum *de congrua portione*, iterum arbitrati sunt, prout
aliàs illis perpensis responderat coram Vbaldo *decis.* 84.
† & in maiori quantitate *decis.* 420. *par.* 1. *recentiorum*. 7
Et ita decisum fuit &c.

Supra in hac eadem parte adest altera præsentis Causæ Decisio sub die vndecima Ianuarij istius præsentis anni coram eodem R.P.D. Emerix, quæ est ibi in ordine.

R. P. D. E M E R I X.

Foroliuien. Muri.

Veneris 25. Iunij 1677.

A R G V M E N T V M.

Conquærebatur vicinus impertiri non potuisse licentiam suo vicino ædificandi in muro, vel destinato ad fabricandum, vel pro tali insufficienti nō iudicato, sed cum solita cautione demoliendi succurritur, quia talis facultas denegari non poterat, quoties vt hic, non constat de aperto iure in contrarium: Plura ideò deducuntur de qualitate muri ad ædificandum destinati, vel non, prout etiam de commissione Causæ cum clausula, *si quid exequendum*, quatenus, & quæ probationes recipiantur in ea.

S V M M A R I V M.

1 *Iudex quatenus debeat terminare causam non autem concedere reo conuento facultatem ædificandi data cautione de demoliendo, & num. seqq.*
2 *Opus nouum denuncianti si de iure constat, non potest ius concedere licentiam ædificandi, etiam cū cautione demoliēdi.*
3 *Opus nouum nuncians intra quod tempus docere debeat de iure suo, ad hoc vt postea parti concedatur ædificandi licentia.*
4 *Duces in Muro proprio vnusquisque ad sui libitum ædificare potest.*
5 *Murus ex quibus appareat destinatus ad fabricandum.*
6 *Socius vti potest re, vel muro communi ad vsum destinatum, etiam cum præiudicio consocij, dummodo non faciat ad æmulationem.*
7 *Æmulatio non præsumitur, bene tamen quod quis vtatur iure suo, pro sua vtilitate.*
8 *in Ædificio quod fit per socium in solo, vel muro communi non consideratur damnum socij, sed vtilitas & commoditatem ædificantis.*
9 *Damnum, quod quis sua culpa sentit, sibi ipsi, non autem alteri imputare debet.*
10 *Murus si est destinatus ad fabricandum, vicinus non potest redarguere vicinum, quod ex illius ædificio damnum sentiat.*
11 *Murus luteus quatenus dicatur sufficiens, & destinatus ad fabricandum.*
12 *Murus destinatus ad fabricandum si timetur insufficiens ad supportandam eleuationem, debet ab illa parte, quæ timet periculum reficit, & roborari.*
13 *Clausula* si quid exequendum *requirit iustificationem ex iisdem actis, & vide num. seq.*
14 *Probationes, nouæ fieri possunt, etiam si causa sit commissa cum clausula* si quid exequendum *quoties vel tendunt ad iustificationem antiquarum.*
Vel ad elidendum noua iura ab alia parte producta. ibidem.
15 *Nunciationi noui operis occurritur mediante licentia fabricandi, cum cautione de demoliendo, quoties probationes sunt ambiguæ.*
16 *Ædificandi licentia cum cautione de demoliendo, eo magis conceditur, si parata sit materia, & opus ceptum in dies recipit damnum.*

D E C I S I O CXIII.

REsolutum fuit sub die 2. * Aprilis proximi præteriti,
exequendum esse mandatum Auditoris Cameræ,
permittens Fratribus de Paulutijs eleuationem Fabricæ
super muro controuerso, præstita cautione de demoliendo
in casum succumbentiæ, stantibus illius validitate, & iu-
stitia, tunc latè comprobatis in decisione, cuius funda-
menta rursus Dominis placuerunt. Non refragante re-
plicato obiecto, quod A.C. non debebat impartiri licen-
tiam † fabricandi, sed decidere negocium principale, ad 1
Text.

Text. *in cap. penult. de nou. oper. nunciat. ibique gloss.* & tradita
per Ciarlin. *contr.* 30. *num.* 16. *&* 17. Adden. ad Magon. *decis.*
Lucen. 29. quia hoc procedit, vel quando Iudicium inchoa-
tur, & denuncians vult statim docere de Iure suo, quo casu
Iudex debet ipsi præfigere competentem terminum, non
autem velo leuato dare facultatem denunciato fabricandi,
2 præstita vt supra, cautione de demoliendo, † vel quan-
do ex probationibus iam perfectis clarè resultat bonum ius
denunciantis, qui tunc grauaretur ex permissione fabrican-
di etiam præstita dicta cautione, & istis terminis loquun-
tur Text. *&* *DD.* allegati. Secùs verò in præsenti, vbi
probationes factæ per denunciantem sunt irreleuantes,
vel saltem valdè dubiæ, & elapsum erat non solùm tri-
mestre à Iure concessum ad probandum, sed annus, &
3 vltrà à die introducti Iudicij coram A. C. † hoc enim casu
non solum potuit, immo debuit Fratribus denunciatis
Imparriri dictam licentiam ædificandi, iuxtà dispositio-
nem Text. *in l. vnica C. de nou. oper. nunciat.* aliosque Con-
cordantes, & tradita per eosdem *DD.* In contrarium alle-
gatos.

Irreleuantia autem probationum denunciantis benè de-
sumitur ex alia Decisione, in qua relatis Signis hinc indè
adductis, plenè ostensum fuit, plura, meliora, & efficaciora
esse illa, quæ fuerunt allegata per denunciatos ad proban-
dum dominium, quàm alia producta per denunciantem ad
4 probandam communionem, † & propterea ipsos posse
pro eorum libitu murum eleuare, ad Text. *in l. Altius C.*
de seruit. & aqua, & in l. cum duobus vicinis §. item mala scri-
psit ff. pro socio.

Et quatenus etiam aliquo modo dici posset probata com-
munio, attamen quia murus apparet ex omni sui parte de-
5 stinatus ad ædificandum, † tùm ex profunditate funda-
mentorum quinque pedum ad instar aliorum, quæ iaciun-
tur pro ædificijs, tùm ex eius latitudine, altitudine, man-
sionibus, & tignis, quæ Collitigantes habent ex vtroque
latère, tùm demum, quia constructus est absque Piunis,
& Corona, alijsque signis denotantibus simpliciter diuiso-
6 rium, † socius benè potest vti re communi ad vsum destina-
tum, etiam cum præiudicio consocij, dummodo non faciat
7 ad æmulationem, sed vt sibi prospiciat, † sicut præsumi-
tur, & declarando Text. *in l. Sabinus ff. communi diuidundo* tra-
dunt Vegg. *cons.* 58. *num.* 23. *circa fin. au.* 28. *& seqq. ac num.* 33.
& seqq. Felician. *de societ. cap.* 28. *num.* 21. *& seqq.* Rota *decis.*
450. *num.* 1. *& seqq. coram Dunoz.* & alij adducti in præterita
decisione §. *& tamen quando, cum seq.*

Neque prædictis obstet, quod ex tali eleuatione impe-
diantur domui Comitis Fabritij denunciantis ventus, & Sol
8 meridionales, † quia in præsenti non consideratur præiudi-
cium denunciantis, sed potiùs vtilitas, & commoditas ædi-
ficare volentis, Thesaur. *decis.* 24. *num.* 15. *& votum Cameræ*
impræss. inter recent. decis. 253. *num.* 71. *& seq. par.* 7. tanto mi-
nùs, quod alij venti salubriores, quos reciperet illius do-
mus, impediuntur ab alijs ædificijs ab ipsomet nouiter
9 † constructis, ita vt damnum, quod modo sua culpa sentit,
sibi debeat, non vicino imputare, ad reg. Text. *in cap. dam-*
num de regulis iur. in 6. & tradita in his terminis per Felician.
d. cap. 28. *num.* 24. quibus non aduersantur Carpan. *ad Statu.*
Mediolan. tom. 2. *cap.* 342. *num.* 33. *& seqq.* Cyriac. *controuers.*
460. *num.* 4. *& seq.* Burlatt. *consil.* 58. *num.* 17. *& seqq.* quia lo-
quuntur in casu quo murus est simpliciter diuersus, & qui
10 præsumitur constructus pro sola † clausura. Secùs quando,
vt hic, concurrunt alia, ex quibus dignoscitur, quod fuerit
vsque ab initio destinatus pro vlteriori ædificio, vt ijdem ad-
mittunt, & præcipuè Burlatt. *vbi proximè nu.* 19. ac declarat
Thomat. *decis. March.* 119. *num.* 19.

Minus officit, quod sit luteus, & ob id insufficiens ad su-
11 stinendum onus † ædificij, quia non est simpliciter luteus,
sed compositus ex lateribus inter se connexis à luto, quo
Foroliuij, & in alij partibus Romandiolæ quotidie vtun-
tur pro ædificijs altitudinis etiam considerabilis, & ex quo
ijdem lateres conficiuntur, vt de solito testantur Periti
Summario Fratrum de Paulutijs 19. Iunij anni 1676. *num.*
10. & alij Summario eorundem 1. Aprilis præteriti *numer.*
13. Et nihilominus quando aliquo modo dubitari posset,
quòd esset insufficiens ad substinendum onus, quod ijdem
12 Fratres cogitant illi super imponere, † poterit eorum ex-
pensis, & ab eorum latere refici ita crassus, vt illud sine
damno, & periculo vicini sufferre valeat, iuxta tradita per
Thesaur. *decis.* 41. *num.* 12.

Nihil etiam facit, quòd mandatum à quo commissa est
13 causa appellationis cum clausula *Si quid exequendum*, † iu-
stificari debeat ex eisdem actis, Rota *decis.* 193. *num.* 8.
par. 15. *recent.* quia iura nouiter producta pro Fratribus de-
nunciatis non constituunt nouas Probationes, † sed tan- 14
tùm sunt adminiculatiua aliarum iam factarum A. C. &
exclusiua illarum per Comitem aduersarium nouiter addu-
ctarum, quo casu est permissa exhibitio nouorum Iurium
Addeo. ad Greg. *decis.* 272. *sub num.* 9. Add. ad Buratt. *decis.*
231. *numer.* 9. *& dixit* Rota *coram Caualer. decis.* 173. *nu-*
mer. 2.

Denique semper vrget, quòd in omnem casum Proba-
tiones Comites Fabritij vti factæ tantùm ex parte Muri re-
spiciente ipsius domum, & non etiam ex parte respiciente
domum Fratrum denunciatorum remanent multùm am-
biguæ, † & sic semper iorrat dispositio *dictæ l. vnicæ C. de* 15
nou. oper. nunciat. Eo fortiùs, quia ijdem Fratres pluribus
sumptibus præpararunt Cæmenta, aliaque necessaria ad
fabricandum, † & Opus cæptum iniurijs temporum ex- 16
positum damnum in dies recipit ad text. *in l. de pupillo §. si*
quis riuos, versic. præterea generaliter ff. de nou. oper. nunciat. &
tradita in fortioribus per Capyc. latt. *consult.* 64. *num.* 33. *cum*
seqq. Gaill. *obser. cap.* 16. *num.* 17. *lib.* 1. Antonell. *de temp. legal.*
lib. 3. *cap.* 9. *num.* 2. *& seq. &* Rot. *decis.* 685. *num.* 4. *par.* 4. *tom.* 3.
recent.

Et ita partibus iterum acriter informantibus decisum
fuit.

Altera præsentis causæ decisio est impressa supra in hac ea-
dem parte, vbi est in ordine dec. 30.

R. P. D. T A I A.

Posteà S. R. E. Cardinali.

Romana Census.

Lunæ 25. *Iunij* 1677.

A R G V M E N T V M.

De diuisione oneris hæreditarij tractatur, qua-
tenus nempe illud æquis portionibus ab hæ-
redibus subeundus sit, etiam si alioquin ad
alterum tantum ex eis spectare debuisset, vt
quia ageretur de censu proueniente ex fidei-
commisso, ad quod alter solum ex ipsis fue-
rat vocatus, quia si ille iure fideicommissi
non conuenitur, sed simpliciter vti hæres,
non nisi pro hæreditarijs partibus condem-
nari potuit.

S V M M A R I V M.

1 *Hæredes plures pro hæreditarijs portionibus onera hæredi-*
taria subire debent.
2 *Fideicommissum ad, quod vocatur solus primogenitus, totum*
ad ipsum primogenitum spectat.
3 *Extinctio census prouenientis ex fideicommisso ad solum fi-*
deicommissarium spectare debet, limita, vt num. 5. *&*
seq.
4 *Filij si omnes sunt hæredes patris, omnésque participant de*
vtilitate concordiæ ab eo initæ, omnes pariter illius onera
subire debent.
Amplia etiam si in eadem concordia fuerit extinctum debitum
alterius tantum ex illis, & quando ibidem, & sup. num.
anteced. & seqq.
5 *Filius vti vnus ex hæredibus patris, non tenetur nisi pro sua*
rata ad debita per patrem contracta, & vid. sup. num. 4. *vbi*
amplia, & num. seq.
6 *Hæres si conuenitur, vti hæres, non tenetur nisi pro sua ra-*
ta, quamuis ipse alioquin totum debitum subire teneretur,
& sup. nu. anteced.
7 *Ratificatio inducitur ex solidatione computorum alicui facta,*
& num. seqq.
8 *Negotium ab altero suo nomine gestum, si in reuisione compu-*
torum illi bonificatum sit, semper censeatur approba-
tum.
9 *Ratiocinatio facit negotium ratum habentis, & plusquam*
mandatum speciale operatur.

DECISIO CXIV.

REformandam decisionem 3. Iunij * 1676. Domini ho-
die responderunt, quia cum dubitaretur, An Ioseph
Maria teneatur ad solutionem scutorum quingentorum pro
pretio census extincti, seù resoluti, & ad fructus illius lo-
co damnorum, & interesse, vti nunc solus heres Caroli
Patris, dictum fuit teneri, Constito nunc Carolum ha-
buisse superstites alios filios, hæredes institutos, Gasparem
Agnetem, Vrsulam Mariam, vt ex Instrumento tutelæ à
matre susceptæ 16. Decembris 1670. constitit quoque error
facti, & sic reformandam esse decisionem, & Iosephum
Mariam teneri ad dictum pretium census, & fructus pro
1 virili conuenit; siquidem, † vt pro hæreditaria parte
hæredes onera hæreditaria agnoscant ad *l. 2. C. de hæred. act.*
Nihil obstante, quod census extinctus proueniat ex fidei-
2 commisso, † ad quod, vt prætenditur, soli vocati sint
Primogeniti, adeoque sicut vocatus Iosephus Maria, to-
3 tum fideicommissum occupasset, † quodcumque commo-
dum sensisset, ita totum incommodum debeat sentire; quia
hodie non agitur de succedendo in fideicommisso, sed de
succedenda expressim conuentioni factæ à Carolo nomine
proprio, & omnium filiorum, vt legitur in instrumento
4 concordiæ; † Vnde sicut omnes filij tamquam hæredes
participant de sexta parte fructuum in concordia Carolo,
eiusque filijs cessa, ita omnes debent participare in farcien-
do censum à Carolo extinctum.

Quidquid cum obligatio non sit facta à Iosepho Maria,
sed à Carolo Patre, vt dictum est, si Ioseph Maria conue-
5 nitur vti filius, † cuius bona Pater administrauit, & non
tenetur nisi pro sua rata ad Rotam *coram Arguell. decis.* 20.
6 *à num.* 81. si † conuenitur, vt hæres & idem dicendum est,
vt traditur in eadem *decisione* 20. *d. num.* 81. *& decis.* 50. *nu.* 10.
par. 11. cum alijs adductis in voto septimo post *decis. Rembol-*
di num. 5. *& seqq. & num.* 47. *& seqq.*

Nec subsistit, quod Carolus non extinxerit censum,
sed eius assertus Procurator, de cuius mandato procuræ non
7 constat; quoniam dum factis computis, † & solidatione
computorum cum dicto Procuratore in ipsis legitur descri-
8 pta exactio dicti census, inducitur ratificatio Caroli, † vt
in decisione, cum ratiocinatio faciat negocium ratum ha-
bentis *§. item quæritur l.* 6. *ff. de neg. gest.* Rota *decis.* 258. *num.* 9.
9 *par.* 9. *& decis.* 230. *nu.* 3. *par.* 12. & operetur † plusquam man-
datum speciale *cap.* 10. *de reg. iur. in* 6. Rota *decis.* 244. *num.* 10.
par. 15.

Et ita vtraque parte informante resolutum fuit.

Altera huius causæ decisio, quæ hic reformata est, erit infra in appendice decisionum prætermissarum.

REVERENDISS. D. ALBERGATO
Sacræ Rotæ Decano.

Burgen. Beneficij.

Veneris 25. Iunij 1677.

ARGVMENTVM.

Agitur de prælatione concedenda doctiori, & magis idoneo ab Episcopo, & Examinatoribus renunciato, eaque non desumitur a susceptione graduum a beneficiato obtenta, sed ex assiduitate, & continuatione studiorum, quæ adeo excellentiores facit possessores suos, vt etiam simplex clericus magis habilior, veteri beneficiato laudabiliter reputatus sit.

SVMMARIVM.

1 *Beneficiorum in prouisione attenduntur Constitutiones synodales, maiorem idoneitatem requirentes.*
2 *Habilior, & magis idoneus rectè dicitur admissus excluso simpliciter minus habili, & minus idoneo.*
3 *Ordinarij, & Examinatorum iudicio defertur quoad scientiam, & doctrinam examinandorum.*
4 *Qualitates beneficiati plurimum attenduntur ad effectum obtinendi prælationem in beneficijs, & quando.*
5 *Doctor si quis magis fuit renunciatus in examine, an, & quatenus in beneficio præferendus sit.*
6 *Constitutiones synodales attendi debent, tanquam ius particulare*
7 *Constitutiones synodales eo magis attenduntur, si sunt in viridi obseruantia.*
8 *Gradus susceptio non facit quem doctiorum altero, sed assidua, & continua studia ante, & post susceptam lauream doctoratus.*
9 *Doctior ab Ordinario, & ab examinatoribus renunciatus, alijs etiam graduatis præfertur.*
10 *Doctiores ab examinatoribus renunciati dicuntur magis graduati; quam alij.*
11 *in Beneficio quamuis simplici præfertur etiam, qui immediatè ante examen clericus factus est, si cæteris doctior, & habilior ab examinatoribus reputetur.*

DECISIO CXV.

PEr obitum Simonis vacante simplici, sed integro Bene-
ficio in Parochiali Ecclesia de Cornexo, illud ordina-
rius contulit Iusto Ruiz Cotorro filio patrimoniali eiusdem
loci, & cæteris oppositoribus doctiori in examine reperto,
sed interposita per Dominicum Ruiz de Arrendendo coo-
positorem appellatione, causaque mihi commissa, dubi-
taui: An cui esset adiudicandum Beneficium, & adiudi-
candum Iusto Domini dixerunt, quia cum in illis parti-
bus Constitutiones Synodales inter cætera statuant † in 1
prouisione Beneficiorum maiorem idoneitatem esse consi-
derandam respectu scientiæ, vt dixit Rota *decis.* 967.
in princ. coram Dunoz. sequitur rectè exclusum fuisse Domi-
nicum, & admissum † Iustum, quem maiori scientia, 2
& doctrina pollere resultat, ex attestatione ordinarij, &
examinatorum, † quibus in hac materia plurimum esse 3
deferendum per text. *in cap. in præsentia de renunc.* dixit
Rot. *in d. decis.* 967. *num.* 3. *coram Dunoz. & decis.* 5. *num.* 2. *co-*
ram bo. me. Card. Celso, & prius in *decis.* 275. *num.* 1. *coram*
Mantic.

Nec ex allegatis pro Dominico concluditur irrationabi-
litas Iudicij ordinarij, & examinatorum; nam quod ipse
sit actu Sacerdos approbatus ad fidelium confessiones au-
diendas, & seruitio Ecclesiæ olim addictus, ac nobili ge-
nere, natus, in proposito nil operatur, † quia huiusmodi 4
qualitates, licet multum considerabiles, prælatione me-
rentur cæteris paribus, nempè si Dominicus esset in pari-
tate scientiæ cum Iusto, in quibus terminis loquuntur au-
ctoritates, & decisiones pro eodem Dominico allegatæ,
quamobrem cum Iustus in examine fuerit magis idoneus re-
nunciatus respectu scientiæ, † illi venit adiudicandum 5
Beneficium iuxtà dd. Constitutiones Synodales, † quæ 6
in hoc attendi debent tamquam ius particulare Diœcesis,
vt per Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancell. glos.* 9. *§.* 1. *num.* 18. Rot.
decis. 74. *num.* 20. *coram Zarat.* potissimum quando sunt
† in viridi obseruantia, vt patet ex allegata *decis.* 967. *co-* 7
ram Dunoz.

Minus probat maioritatem scientiæ in Dominico gra-
dus Baccalaureatus, quia præter quod Iustus quoque est eo
insignitus, & graduatus, etiam in sacris Canonibus, adhuc
maior scientia potest dari in isto, quam in illo, cum sim-
plex susceptio gradus non faciat quem doctiorem altero,
† sed assidua studia antè, & post susceptam lauream, vt 8
ad propositum referendo *Cinum. Bartol.* & alios pluchra no-
tat Iacob. Bennius *de priuil. iurisconsult. par.* 2. *num.* 2. & docet
experientia, quæ in proposito benè docuit, † dum Iustus 9
fuit ab ordinario, & examinatoribus doctior cunctis opposi-
toribus reputatus, vt post Mandos. *ad reg.* 16. *Cancell. quæst.*
15. aduertit Rot. *in sæpè allegata decis.* 968. *num.* 7. *coram Du-*
noz. vbi quod Doctiores dicuntur magis graduati, † & ideò 10
præferendi.

Quod autem Iustus se opposuerit, & ad examen accesse-
rit purus laicus nullo penitus ordine initiatus, sed Clericali
tonsura suscepta pridiè, quam Beneficium † obtineret, nil 11
refert, quia prædictæ Constitutiones disponunt, quod
etiam non promoti possint concurrere, & se opponere, ac
petere prorogationem termini in edicto præfixi, ad effe-
ctum interim se promouendi, quod non ad alium finem
factum fuisse dignoscitur, nisi, vt ille Beneficium habere
debeat, qui alios scientia excellit.

Et ita vtraque parte informante resolutum fuit.

R.P.D.

R. P. D. RONDININO.

Marsicana Iurisdictionis.

Veneris 25. Iunij 1677.

ARGVMENTVM.

Ius conferendi beneficia Ecclesiarum in solo Lateranensis Basilicæ super ædificatarum illius Capitulo competere declaratur ex priuilegijs Summorum Pontificum, quod ex asserta immemorabili in contrarium tolli non poterat, quia illa cum suis requisitis probata non erat, & excludebatur etiam ex probationibus a Capitulo factis, quæ licet extractæ ex libris suæ Ecclesiæ, illos tamen pro eadem Ecclesia probare fuit decisũ.

SVMMARIVM.

1 *Lateranensis Ecclesia habet ius, & dominium omnium aliarum Ecclesiarum, quæ in suo solo ædificatæ sunt cum omnimoda iurisdictione illarum.*

2 *Præscriptio iuris conferendi beneficia non attenditur, sine scientia, & patientia illius, contra quem præscribitur.*

3 *Immemorabilis non suffragatur, si testes non deponunt cum requisitis necessarij enumeratis à* gloss. In cap. 1. de præscript. in 6.

4 *Testes non probant immemorabilem, si principaliter deficiant in eo, quod nec ipsi, nec eorum maiores vnquam viderint, vel audiuerint contrarium.*

5 *Testes non probant si contrariantur alijs testibus, & instrumentis, ex quibus ipsi conuincuntur de mendacio, & num. 6.*

7 *Immemorabilis tollitur etiam ex vnico actu contrario.*

8 *Scripturæ extractæ ex libris Capituli stantibus coniecturis, & adminiculis plenè probant, & num. 9.*

9 *Libris, & scripturis Capitularibus etiam pro eadem Capitulo creditur, si concurrant coniecturæ, & adminicula, & sup. num. 8.*

DECISIO CXVI.

IN hac eadem causa in qua succubuit in possessorio Lateranensis Basilica, renunciauit eidem possessorio iudicio, atque ordinaria cognitione assumpta, dedi dubium: An ad Capitulum, vel ad Marsicorum Episcopum spectet institutio in controuersa Ecclesia, quam ad Lateranensem Basilicam spectare hodie Domini responderunt.

Ratio decidendi fuit, quia constat Capitulum Lateranense concessisse Rugerio Comiti Celani, & Territorij Aielli in quo sita est Ecclesia Sanctissimæ Trinitatis nuncupata in temporalibus domino, situm ipsum, in quo fundata fuit Ecclesia, reseruato iure instituendi Lateranensi Capitulo in limine fundationis illius, ad cuius limites subsecutæ fueruut institutiones ab eodem Capitulo factæ, tam de Præpositura, quam de Canonicatibus, iunctis solutionibus Canonum, ordinationibus circa gubernium Ecclesiæ, visitationibus eiusdem, recognitionibus præpositorum, deputationibus Vicariorum, & confessione, ac declaratione Vniuersitatis ipsius loci Aielli, in quo sita est Ecclesia, vna cum enunciatiuis antiquissimis, & inscriptionibus, ac signis, vt in Summario Lateranensis Basilicæ 16. * Martij 1676. *nu. 1. & seq. coram me*, ex quibus indubitatum est probari dominium Lateranensis Capituli, cui Bonifacius IX. olim huius Basilicæ Archipresbyter, facultatem hanc concessit, vna cum omnimoda iurisdictione, tam quoad institutionem collatiuam tituli cuius subiectum est beneficium, quam quoad institutionem auctorizabilem, quæ radicatur in ipsa cura, reseruatam solummodo Episcopis iurisdictione iure delegato ad terminos subsecutæ postea Synodi
1 Tridentinæ *sess. 24. de reform cap. 9.* † quæ Bonifatiana constitutio, quamuis reuocata fuerit à Pio Quarto Constit. 57. fuit reintegrata à Sixto Quinto Constit. 19. ac per Rotam semper admissa in *recent. par. 3. decis.* 100. & *par. 9. decis.* 115. 217. 310. & 313. *per tot.* Seraphin. *decis.* 293. *numer.* 3. Bich. *decis.* 100. & 133. & *in Beneuentana Ecclesiæ 20. Febr. 1668. coram R. P. D. meo Taia*, quæ est in *recent. par. 15. decis.* 185. in qua causa scripsit *R. P. D. de Luca discurs. 39. de iurisd. in tract verit. & iust. & in decis. huius causæ 3. Decembris 1674. § hinc autem coram me.*

Non obstant testes examinati per Episcopum, & collationes ab eo factæ de beneficijs huius Ecclesiæ, veluti liberis, quia ex his omnibus prætendi nequit præscriptio ordinaria, † quia non probatur sententia, & acquiescentia 2
Capituli ea vulgari regula, quam deducunt in his terminis Bich. *d. decis.* 100. *num.* 7. & *dicta decis.* 123. *sub num.* 25. & *in recent. par. 9. decis* 217. *num.* 24. & *dicta decis.* 313. *numer.* 13. nec etiam immemorabilis, † cum testes non deponant 3
cum necessariis requisitis à Glos. *in cap. 1. versic. memoria de præscript. in* 6. vt late per informantes, & præsertim deficiant † in eo, quod nec ipsi, nec eorum maiores vn- 4
quam viderint, vel audierint contrarium, † cum de tali 5
contrario constet ex testibus examinatis pro Capitulo deponentibus Ecclesiam eidem subiectam esse, atque ex institutionibus, visitationibus, deputationibus, ordinationibus, & attestatione Vniuersitatis ipsius loci Aielli, alijsque superius recensitis, † ex quibus conuincuntur testes 6
adducti aduersus Capitulum de mendacio, atque excluditur immemorabilis, † quæ tollitur ex vnico actu contra- 7
rio Surd. *cons.* 293. *num.* 23. & 24. Tondut *resol. Benefic.* 104. *nu.* 13. Speret. *dec.* 69. *num.* 28. Rota *coram Cels. decis.* 52. *num.* 8. *cor. Zarat decis.* 211 *nu.* 12. & *seqq* & *in rec. par.* 11. *decis.* 133. *num.* 12. & 13. *par.* 14. *decis.* 77. *num.* 4.

Nec refert, quod probationes Capituli desumantur ex libris eiusdem, quia vltra, quod concessio licentiæ fabricandi Ecclesiam cum successiuis institutionibus Summario Capituli *num.* 123. sunt publica instrumenta inserta in dd. libris per Notarium adhuc tentis concurrunt adminicula desumpta ex antiquitate scripturarum, & ipsius fundationis, quo facta fuit anno 1362. ex legalitate Canonicorum, & administratorum Ecclesiæ Lateranen. defunctorum, qui libro scripserunt, & subscripserunt, ex solutionibus canonum, & alijs actibus iurisdictionalibus subsecutis, atque superius recensitis ex præsentationibus Comitum Celani Dominorum in temporalibus huius loci, quibus innituntur institutiones à Capitulo Lateranen. factæ, ex renouatione Bullarum anno 1582. & 1672. petita, & obtenta per publicum instrumentum à DD. de Sabellis, qui Comitibus Celani successerunt, & ex alijs pluribus cumulatis ab informantibus pro Capitulo, † ex quibus admini- 8
culis limitatur regula in contrarium deducta in decis. huius causæ 3. Decembris 1674. § *neque iuris coram me*, & *in Anconitana Capellæ 5. Decembris 1674. § non obstante coram R. P. D. meo Emerix*, atque ipsis libris, & scripturis capitularibus † pro ipsa Ecclesia fides adhibetur Thomat. *decis.* 41 *nu.* 9
9 Ruta *rec. par. 2. dec.* 513 *num.* 4. & *par.* 4. *decis.* 44. *nu.* 2. & *par.* 10. *decis.* 316. *num.* 4. & *par.* 15. *decis.* 31. *num.* 8. Merlin. *dec.* 154. *num.* 4. & fauore eiusdem Lateranen. Basilicæ in *rec. par.* 3. *d. decis.* 100. *nu.* 1. *in fi ne.*

Reliqua leuioris considerationis tollebantur per informantes pro Capitulo, cum quibus DD. transierunt Episcopo Marsicorum pluries, ac pluries monito, & diu expectato.

R. P. D. RONDININO.

Firmana Censûs.

Veneris 25. Iunij 1677.

ARGVMENTVM.

Ad restitutionem condemnatus est creditor, qui vltra suum creditum ex bonis debitoris aliquid exegit, non autem de eo, quod supra summam a se ipso in cessione soluta, consequutus est, quia illam exigere licitè potuit, cum creditum non fuisset litigiosum, sed clarum, & liquidum, & ideo bene valuit ab ipso, etiam pro minori quantitate comparari.

SVMMARIVM.

1 *Creditor exigens vltra suum creditum restituere tenetur omne id, quod in plus exegit.*

2 *Mandatum relaxatur contra creditorem plus suo credito exigentem, pro summa superiori ab ipso exacta.*
3 *Creditum obligatione Camerali vallatum, non dicitur litigiosum.*
4 *Dispositio textus in* l. per diuersas, & l. ab Anastasio C. mandati *non habet locum in credito claro, & liquido.*
5 *Cessionarius pro minori pretio acquirens creditum clarum, & liquidum, illius integrum pretium exigere potest.*
6 *Exactio à creditore facta ex illius notula iurata probatur.*
7 *Creditor qui ab vno ex debitoribus sibi assignatis suum creditum exegit, ita quoque præsumitur exegisse ab alijs, pariter idoneis, & num. seq. vbi amplia.*
8 *Exactionis præsumptio vrget contra creditorem, nisi doceat de diligentijs, & impedimento.*

DECISIO CXVII.

BEnedictus, & Antonius de Mazzinis possidentes ratam census sc. 600. emptam à Papirio Bartholo, & debita à DD. de Melchiorijs, passi sunt ex remedio Saluiani fructuum eiusdem census auocationem, ad instantiam Ioannis Francisci Verzerij, Cessionarij Caroli de Carolis creditoris dicti Papirij, in qua fructuum exactione Moniales S. Ioannis Ciuitatis Nouæ hæredes prædicti Verzerij, continuarunt vsque ad annum 1676. tunc autem cum per tres sententias, quarum vltima præuijs duabus decisionibus à me lata fuit, reintegrati fuerint ad possessionem, vel quasi exigendi dictam ratam census, prætendentes Moniales vltra debitum exegisse, DD. consului — An Monasterium teneatur ad restitutionem fructuum de quibus agitur, qui affirmatiuè responderunt, & pro summa infrascripta relaxandum mandatum dixerunt.

Ratio resolutionis fuit, quia Moniales, & Verzerius illarum auctor, quem repræsentant quidquid vltra suum creditum exegerunt ideò sic exactum restituere tenentur *l. is cui, §. quæri potest ff. vt in possess. leg. cap. fin. de pignor.* Pacif. *de sal. inspect. 4. cap. 1. nu. 51.* Merlin. *de pignor. lib. 5. quæst. 45. num. 10.* Fontanell. *decis. 208. num. 8.*

Exactio vltra creditum probatur, quia Verzerius fuit
immissus mense Iunij 1641. ipseque, & Moniales illius hæ-
redes possederunt vsque ad mensem Maij 1676. Ideoque
cum census reddat annua scut. 48. & b. 60. qui spatio anno-
rum 35. constant summam scut. 1701. & creditum ob repor-
tatam cessionem duarum societatum officij vna cum fructi-
bus ascenden. ad scut. 1210. istis proinde satisfactis, apparet
2 remanere adbuc scut. 491. supra creditum exacta, † pro
quibus relaxandum esse mandatum DD. dixerunt, non
autem in summa longè maiori prout prætendebatur ab in-
formantibus, ex eo, quod creditum Verzerij non est ap-
proban. nisi in scutorum 830. quæ ipse verè soluit pro repor-
tanda cessione societatum, & earum fructuum ad longè
maiorem summam superius expressam ascendentium,
3 † quia cum societates non essent litigiosæ, sed liquidæ vel
4 vallatæ obligatione † Camerali, non habet proinde lo-
cum textus *in l. per diuersas, & in l. ab Anastasio Cod. man-
dati* prohibens ne per cessionarium exigatur vltra id, quod
cedenti fuit solutum, sed creditor, qui non ad redimen-
5 das lites cessionem habuit, potest † exigere integrum cre-
ditum cessum quamuis minus soluerit, vt post alios Cancer.
var. resol. lib. 3. cap. 1. num. 163. & seq. Olea *de cess. iur. tit. 6. qu.
10. nu. 57.* Rota *recen. par. 1. decis. 303. num. 12 & apud* Cenc. *de
cens. decis. 357. num. 14. & post eundem* Oleam *de cess. iur. decis.
vlt. num. 68 & 69.*

Perceptio autem fructuum in quantitate superius expres-
6 sa † deducebatur ex eo, quod ipsæ Moniales in notula io-
rata factæ sunt Verzerium fuisse immissum mense Ionij
1641. & fructus fuisse exactos à Carolo de Carolis creditore
Verzerij, & ab ipsis Monialibus vna cum quietantijs,
quarum aliquæ hodie, & aliæ olim etiam exhibitæ fuerunt
Summario de Mazzinis *num. 1. & 2.* vt habetur etiam in
decisione huius causæ 13. Ianuarij 1676. §. neque ad tollen. coram
7 *me*, † prout etiam præsumitur factum fuisse cum DD. de
Melchiorijs quibus abbundantes fuerint, & sint idonei de-
8 bitores, atque Verzerius fuerit diligens creditor, † ad-
uersus quem vrget etiam præsumptio exactionis, nisi do-
ceat de diligentijs, & de impedimento ex deductis per Pacif.
de Sal. *inspect. 4. d. cap. 1. num. 15. & seqq.* Rota *coram Gregor.
decis. 50. num. 2. & ibi* Adden. *lit. B.*

Et ita illis de Mazzinis informantibus, & Monialibus pluries mónitis DD. responderunt.

Confirmata fuir hæc decisio sub die 3. Decembris eiusdem anni coram eodem R. P. D. Rondinino, quæ infra suis loco, & tempore apponetur.

R. P. D. TAIA.
Posteà S. R. E. Cardinali.

Hispalen, Decimarum.

Lunæ 28. Iunij 1677.

ARGVMENTVM.

Iudicium manutētionis petebatur simul cum alio super bono iure cognoscendum, vt quandoque Rota facere solet, sed causa super sola manutenrione deciditur, quia testes pro ea deponentes erant plures, & adminiculati, alij vero negatiuam, prout opus erat, non concludebant, iuncta præsertim cum illis transactione diu obseruata, quæ nec Papæ beneplacitũ requirebat, neque remouebarur à lite, quia illa prosequuta non erat.

SVMMARIVM.

1 *Manutentionis in iudicio solet quandoque Rota demandare, vt videatur de bono iure, etiam ad effectum manutentionis, & quando, vide n. seq.*
2 *Testes plures, & adminiculati eo magis probant, etiam in concursum aliorum testium.*
3 *Testes super negatiua deponentes, illam coarctare debent, & quidem de loco, & tempore.*
4 *Testes non probant negatiuam nisi remoueant actum à sensu.*
5 *Decimæ, seu Primitiæ vna simul pertinentes ad Curatos, & Beneficiatos, qualiter diuidantur.*
6 *Concordia facta super decimis, seu Primitijs inter Curatos, & Beneficiatos, an egeat consensu Episcopi, vel Beneplacito Apostolico.*
7 *Concordia obseruata à semiseculo, eo magis non indiget consensu Episcopi, vel confirmatione Apostolica.*
8 *Concordia, à qua postea appellatum, & reclamatum est* 2
appellatione deserta, remanet in suo robore.

DECISIO CXVIII.

AVdito nunc Hieronymo super decisis 26. Iunij 1676.
pro manutentione Iosephi eius Aduersarij, fuerunt
tunc aliqui ex DD qui inclinarent ad videndum de bono
iure, etiam ad effectum manutentionis, stantibus hinc in-
de testimonijs testium de possessione vtriusque nec non va-
tijs † decisionibus Hispalen. Primitiarum apud Posth. *de* 1
manut. decis. 29. & est decis. 309. par. 4. recent. etiam cum rela-
tione duarum antecedentium, *& decis. 385. & 503. par. 4. re-
cent.* conuenerunt tamen nunc vtraque parte informante
standum in decisis.

Quia testes pro Iosepho, & Beneficiatis sunt plures, &
testificantur non sulum de possessione ipsorum, † sed etiam 2
de consuetudine totius Diœcesis, fouenturque concordia
inita 24. Nouembris 1629. cuius, & alias habita fuit ratio in
confirmata hodie decisione §. *addebant informantes.*

Testes autem pro Hieronymo, & Curatis non coarctant
negatiuam, † non participasse Curatos Primitias Benefi- 3
ciatis, nec loco, nec tempore iuxta regulam Bart. *ad l. actor
C. de probat. num. 8. vers. quædam est negatiua substantiæ*, nec
probatur remouendo actum à sensu Farin *qu. 65. num. 228.*
Rota *coram Ludou. decis. 325. præcipue glos. & vidisse vers.
Item, quod negatiua §. fiat igitur inuentorium Auth. de hæred.
& falcid. seu cap. 2. nouell. 1.*

Animaduertendo, quod iuxta dictam concordiam ge-
neralem, Curati etiam deputati ab Illustrissimo D. Archie-
piscopo debent habere, & percipere ratione exercitij, me-
dietatem Primitiarum, † quibus recollectio perceptis, 5
& fideliter exactis à personis illas soluere debentibus, per
æquales portiones diuidantur inter Beneficiatos, & Cura-
tos, ex quibus clarum sit primo Curatos habere, &
perci-

percipere Primitias, & deinde diuidi inter Beneficiatos, & Curatos ipsos.

Concordia vero huiusmodi, & si auctoritate Sedis Apostolicæ munita non sit, sed sola auctoritate Archiepiscopi, vt in fine decisionis, sed etiamsi neuter consensus Pontifi-
6 cius, † & Archiepiscopalis accederet cum non sit necessarius ad *cap. vlt. de pact. in 6. & ibi gloss. antecessori, & ibidem Barb. num. 1.* abunde Rota *in Legionen. decimarum decis. 218. ex num. 3. par. 7.* maxime obseruata concordia à semiseculo,
7 atque ideo confirmata, non † obstante appellatione, & reclamatione ab ea causa commissa bo. me. Motmanno anno 1638. quia cum fuerit deserta causa, remansit in suo
8 robore, † & fundata intentio Beneficiatorum in transactione Dec. *cons. 213. num. 3. vers. & intentio* Rota *coram Coccino decis. 1682. numer. 3. & decis. 86. numer. 3. par. 6. recent.*

Et ita vtraque parte informante resolutum fuit.

REVERENDISS. D. ALBERGATO
Sacræ Rotæ Decano.

Anagnina Castri-Vallis Petrarum.

Lunæ 28. Iunij 1677.

ARGVMENTVM.

Excluditur directum dominium Ecclesiæ, quia illud non probari visum est ex instrumento inuestituræ contra tertium nullam habentem causam ab inuestiente; Rursus, quia plura concurrebant adminicula persuadentia libertatem bonorum, quorum præcipuum erat, quia illa ab alio, quam ab Ecclesia empta sunt, ita ut cœteris paribus contra emphyteusim iudicatum sit.

SVMMARIVM.

1 *Dominus directus agens pro deuolutione contra tertium non habentem causam ab inuestitis, dominium plenè, & concludenter probare tenetur, & num. seqq.*
2 *Re vindicationis iudicium plenissimam exigit probationem dominij.*
3 *Bona de sui natura iuxta primæuum statum omnia præsumuntur libera, & allodialia, & num. 26.*
4 *Res aliena ab alio vendi, & locari potest.*
5 *Inuestitura contra tertium non habentem causam ab inuestitis, dicitur res inter alios acta, & ideò non præiudicat.*
6 *Emphyteutæ successores, vel ab eis causam habentes inuestituram impugnare non possunt.*
7 *Inuestituræ instrumentum cum adminiculis in suo genere perfectis præiudicat etiam tertio, quamuis non habeat causam ab inuestitis.*
8 *Bulla Pontificia plures carens defectibus substantialibus, vt quia est destituta plumbo, & foramine, à quo illa pendere solet, dicitur informis, & non probat.*
9 *Bulla Pontificia emanata ad instantiam partis Ecclesiæ dominium non probat.*
10 *Emphyteutica, vel Feudalia fuisse bona si ad euitandam confiscationem fuit expræssum, non ideo resultat illa realiter esse talia.*
11 *Enunciatiua emissa ad alium effectum non probat feudalitatem.*
12 *Enunciatiua ineffectuata nihil probat.*
13 *Qualitas, & enunciatiua æquiuoca non potest referri ad feudalitatem, & dominium directum Ecclesiæ.*
14 *Enunciatiua continens bona esse alienari prohibita, eo minus probat directum dominium, si in ea exprimitur etiam, numquam de illa fuisse persolutum canonem.*
15 *Bona dicuntur esse libera, si de eis nullus soluitur canon.*
16 *Emphyteutam post acquisitionem factam à Domino directo, non præsumitur bona voluisse acquirere ab alijs persoluto pretio, & quidem notabili.*
17 *Emptio facta ab alio, quam ab Ecclesia, excluditur dominium eiusdem Ecclesiæ, maximè si sit effectum sortita, & num. 23. & seqq.*
18 *Vassallos ab omni seruitute liberare, omnibusque oneribus, in necessarium antecedens denotat liberum, & absolutum dominium.*
19 *Emphyteusim esse transitoriam ad fœminas probatur ex sententia, declarante illam æquè spectare ad masculos, & ad fœminas.*
20 *Masculi non permisissent declarari, quod emphyteusis æquè spectabat ad ipsos, & ad fœminas, si ipsi solum comprehensi fuissent in illa.*
21 *Inuestitura non sortita effectum respectu vnius partis bonorum, ita etiam præsumitur ineffectuata respectu aliorum insimul cum illis in ea comprehensorum.*
22 *Dominum directum ad excludendum à sua intentata caducitate, sufficit sola possibilitas libertatis bonorum.*
24 *Castrum esse liberum, & non feudale probatur ex illius acquisitione facta tanquam de libero, & eius successiua possessione.*
25 *Status vltimus maximè consideratur ad effectum iudicandi bona esse libera, non autem emphyteutica.*
26 *pro Libertate bonorum cæteris paribus semper præsumitur, & supra num. 3.*
27 *Constitutiones Pontificiæ prohibentes distractiones Castrorum sine licentia Papæ, intelliguntur de distractionibus in forenses, per contractum, non autem per vltimam voluntatem.*
28 *Institutionis titulus vniuersalis comprehendit etiam Castra, quamuis inter forenses alienari prohibita sine licentia Papæ.*

DECISIO CXIX.

POstquam Horatius Caietanus Castrum Vallis Petrarum vti liberum, & allodiale emerat, & per 50. annos, & vltrà pacificè possederat, moriens hæredem scripsit Marchionem Tiberium Astallium, contra quem insurrexerunt Ecclesia Anagnina, & Abbas Cęsar, & Fratres de Caietanis, illa vti Domina directa, prætendendo deuolutionem ob lineam finitam, isti contendebant, inuestituram adhuc durare, & se se in ea comprehensos, sed cum A. C. ab impetitis absoluisset Marchionem; causa in gradu appellationis commissa fuit Rotæ, vbi eamdem instantiam renouarunt, & proposito dubio super bono iure resolutionem eodem modo contrariam ambo reportarunt.

Quantùm enim attinet ad Ecclesiam, visum est constare de bono iure Marchionis, quia illa hodiè non agit contra inuestitos, aut illorum successores, vel ab eis causam habentes, † sed iudicium dirigit contra Marchionem ter- 1
tium possessorem, qui nullam dependentiam, nec causam habet ab ea nec ab inuestitis; propterea ipsa tenetur plenè, & concludenter probare dominium, quia Dominus directus intentando deuolutionem dicit, rem esse suam, & agit rei vindicatione, † quæ actio plenissimam exigit do- 2
minij probationem ad text. *in l. officium ff. de rei vindicat.* Alex. *cons. 20. lib. 4.* Rot. *decis. 13. num. 2. coram Eminen. Ottbob. plenè in Romana Castri Orciani in rec. decis. 161. num. 13. & in eadem 24. Ianuarij, & 22. Iunij anni proximi præteriti coram R. P. D. meo Emerix*, & donec dominium concludentissimè probetur † viget ad fauorem possessoris præsumptio, quod bo- 3
na iuxtà primæuum naturæ statum sint libera, & allodialia *Boll.* qui loquitur in feudo *cons. 10. num. 9.* Gabr. *conclus. 3. de feud.* vbi plures congerit, & alios enumerat Menoch. *de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 91. in princ.*

Probationes autem concludentes, & claras Ecclesia non adducit, siquidem instrumentum inuestituræ de anno 1297. non probat dominium, quia etiam res aliena locari, & vendi potest *l. rem alienam ff. de contrab. empt.* & est verior, & magis communis opinio quam tenuit Rota *coram Merlin. decis. 11.* & in alijs cumulatis in omnibus decisionibus editis in *d. Castri Orciani cor. R. P. D. meo Emerix, & coram me*, & in tertio possessore habente, & non habente causam ab inuestiente, benè distinguitur in dicta *Romana Castri Orciani in rec. decis. 161. part. 15.* nàm non habenti causam, nec recognoscenti rem ab inuestiente, † inuestitu- 5
ra tanquam res inter alios acta non præiudicat, secùs est in eo, qui causam habet ab inuestiente, vel ab ijs, qui ab inuestiente causam † habent, nam confessionem, & factum 6
proprium, vel sui auctoris, qui rem ab inuestiente recognouit, impugnare non potest Rot. *dec. 280. num. 6. post Cenc. de censib.* & clariùs *decis. 236. num. 2. apud eumdem, & decis. 150. num. 4. coram Peuting.*

7 Et quamuis Instrumentum Inuestituræ fulcitum † plu-
ribus vrgentibus, & in suo genere perfectis adminiculis
probet dominium ad effectum deuolutionis etiam contra
tertium, qui possidet independenter ab Inuestiente, seu
Inuestitis. Nihilominùs in præsenti adminicula recensita
per informantes visa sunt pauca, leuia, & imperfecta;
nàm Bulla Bonifacij Octaui, cuius vigore asseritur, Ec-
clesiam concessisse inuestituram, præter quod laborat plu-
8 ribus defectibus, † vt quia lacerata in partibus substantia-
libus, caret plumbo, & foramine, à quo illud pendere
solet, vndè dici nequit in forma probanti, vt in specie Rota
in omnibus decisionibus in dicta Romana Castri Orciani, nihil
operatus contra tertium, cum emanauerit ad supplicatio-
9 nem ipsius Ecclesiæ Anagninæ † ibi: præsentatæ nobis ou-
per &c. & infra: Votis vestris sic in parte prouidimus an-
nuen. Rota *in rec. 252. nu. 7. par. 13. & d. decis. 161. numer. 8.
par. 15.* confirmata in eadem *Romana Castri Orciani 15. Iunij
1672. §. Bulla autem, & 24. Ianuarij 1676. §. minus vrget,
& 22. Iunij eiusdem anni §. reliqua coram R. P. D. meo
Emerix.*

Alterum adminiculum desumptum ex assertione Nico-
lai, & fratrum de Caietanis, qui de anno 1371. vt libera-
rent Castra à confiscatione incursa ob resistentiam illatam
tam Officialibus Cameræ Apostolicæ, exposuerunt in sup-
plici libello porrecto Rectori Prouinciarum Campaniæ,
10 & Maritimæ Castra † non potuisse fisco applicari, ex quo
retinebantur in feudum ab Ecclesia Anagnina, nihil sele-
11 uat, † cum talis enunciatiua fuerit emissa ad alium effe-
ctum, nempè euitandi confiscationem non probat feuda-
litatem, vt in simili Surd. *conf. 423. num. 22. vers. non obstant,
& in Veliterna Census 1. Februarij proximi præteriti §. parum
vrget coram me*, præsertim quia non probatur fuisse resti-
tuta Castra, ex quo essent feudalia Ecclesiæ, imò con-
trarium liquet, quia postmodùm Gregorius XI. eosdem Ni-
colaum, & fratres ad gratiam, & bona quæcumque gratio-
12 sè restituit, † propterea talis enunciatiua vti inefectuata
nihil probat, Rot. *coram Coccin. decis. 2242. num. 33. & coram
Cavall. dec. 190. num. 18. & dec. 488. num. 13. coram Bichio*, &
in allegata *Romana Castri Orciani 14. Ianuarij 1676. §. neque
considerari.*

Similitèr visum est parui momenti tertium adminicu-
lum, quod eliciebatur ex quadam commissione, in qua
fuit ab Antonio, & fratribus de Caietanis narratum sum-
mo Pontifici Clementi VII. quod Sciarra Columna se in
possessionem dd. Castrorum intruserat, ex quo illa emerat
ab Antonio, & Rinaldo, qui non in alios, quam condo-
minos, & de eadem linea poterant illa alienare. Quoniam
cum dicta qualitas non alienandi extra condominos, & li-
neam fortassè oriri possit, vel ex particulari fideicommisso,
aut prohibitione alienandi in extraneos, aut ex aliqua
speciali Constitutione, seu Statuto, quod mandaret con-
dominos præferri in emptione, vt hodiè decretum reperitus
13 in Statuto Vrbis *lib. 1. cap. 110.* † proinde tamquam æqui-
uoca non potest referri ad feudalitatem, & dominium dire-
ctum Ecclesiæ, sed potiùs ex ipsa commissione arguitur
allodialitas, dum narratur pro dictis Castris nunquàm
14 fuisse solutum Canonem, † quod manifestè ostendit li-
bertatem bonorum, cum res, pro qua non soluitus canon
15 † dicatur libera, & allodialis. Curt. iun. *conf. 111. Clar. in §.
emphyteusis quæst. 69 num. 1. in addit. Fulgin. de emphyt. tit. de
contract. emphyt. quæst. 25. num. 3.*

Et tantùm abest, quod ex suprà enumeratis adminiculis
probatio dominij insurgat, quod imò ex alijs pluribus, &
fortioribus non recensendis libertas, & allodialitas plenè
concluditur, nàm biennio post assertam inuestituram Pe-
trus Caietanus Comes Casertæ, & Cardinalis Franciscus
eius frater nepotes Bonifacij Octaui, emerunt idem Ca-
strum Vallis Petrarum à Rubeis prætio florenorum 20000.
16 quæ summa inspecto illo tempore, erat valdè † conside-
rabilis; Ideò verisimile non est, quod nepotes Pontificis
regnantis si sealitèr, & cum effectu Castrum fuissent asse-
cuti vigore inuestituræ factæ ab Ecclesia, sine aliqua so-
lutione, illud emere voluissent à Rubeis, & tantum pre-
tium exbursare Summario Marchionis Tiberij *numer. 9.*
17 † quæ emptio excludit dominium Ecclesiæ, & concludit
illud venditoris, dùm constat venditionem fuisse effectum
sortitam, quia Caietani Castrum emptum posteà pleno
iure possederunt, vt apparet ex eo, quod anno 1481. Pe-
trus Caietanus liberauit Benedictum Rubeum de eodem
Castro, & suos hæredes, & successores in perpetuum ab
omni seruitutum, & obsequiorum præstatione, omnique
nexu, redditu, angaria, canone, iure, actione, ac quali-
bet consideratione Summario Marchionis *num. 10.* † Huius- 18
modi enim liberatio supponit in necessarium antecedens
plenum, & liberum dominium Castri ad text. *in l. manu-
missiones ff. de iust. & iur.* Rot. *decis. 402. num. 1. coram san.
mem. Gregor. XV. & decis. 634. num. 2. coram Amato Dune-
zetto.*

Confert etiam antiqua sententia Simonettæ olim huius
Sac. Tribunalis † Auditoris, qua pronunciatum fuit Ca- 19
strum Vallis Petrarum, vna cum alijs spectare, & perti-
nere ad Marcum Antonium Prosperum, Corneliam, &
Pantasileam filios, & hæredes Cæsaris Caietani Summario
Marchionis *num. 11.* Vndè cum hodiè prætendatur inuesti-
turam comprehendere solos masculos, repugnat declaratio
emissa in sententia, quod pertineret etiam ad fœminas,
† quod certè non tolerassent masculi, si verè inuestitura 20
fuisset effectuata, vt ratiocinatus Rota in toties repetita,
*Romana Castri Orciani 14. Ianuarij 1676. §. in hac autem coram
R. P. D. meo Emerix*, & priùs in *eadem impress. in recen. decis.
561. num. 22. par. 15.*

Præterea constat ex publico Instrumento per centum, &
ampliùs annos ante Inuestituram Monasterium Sublacense,
& Vniuersitatem Castri Trebarum de mandato Alexandri
Tertij concordasse, & conuenisse Signoriam, & Recto-
riam Trebij, Feleitini, & Vallis Petrarum, & ipsa Ca-
stra perpetuò non vendere, neque in feudum, aut loca-
tionem concedere absque consensu Abbatis, cum declara-
tione, quod erant Vassalli Monasterij, & quod ab eo tene-
bant in feudum, & deinde anno 1473. Sixtus IV. declara-
uit Castrum Trebarum spectare ad idem Monasterium eo-
dem Summario Marchionis Tiberij *num 16. & 17.* ex quibus
sicuti manifestè deprehenditur Ecclesiam Anagninam, ne-
que ante, neque post Inuestituram fuisse dominam, &
quemadmodum inuestituram non fuisse effectum sortita,
quoad dictum Castrum Trebarum constat ex prædictis;
Ità quoque concurrentibus tot adminiculis dicendum est
de hoc † Vallis petrarum, quod vna cum dicto Trebarum 21
concessum legitur, vt in terminis ratiocinatur Spada *conf.
104. num. 9. vers. Præsertim lib. 3.*

Quod etiam comprobatur, quia spatio quatuor sæculo-
rum, & vltra nullam exhibet Ecclesia probationem præsta-
tionis seruitij, aut solutionis Canonum, pro quibus le-
gitur facta concessio per ipsam Ecclesiam, nec eadem Ec-
clesia ostendit aliquam nouam concessionem, vel reco-
gnitionem, aut alium actum, qui inferat ad dominium, vel
ad effectuationem inuestituræ; Vnde pernecesse sequitur
alterum de duobus, quod vel inuestitura non fuit effectuata,
vel quod Castrum præsumitur legitimè alienatum in Au-
ctores Marchionis, † quæ præsumptio, & possibilitas su- 22
perabundat ad excludendam Ecclesiam actricem, vt latissi-
mè comprobant prædictæ decisiones editæ *in Romana Castri
Orciani coram me, & coram R. P. D. meo Emerix*, Eo magis,
quia in instrumento emptionis Horatius emit, † & respe- 23
ctiuè illi fuit venditum Castrum liberum à quocumque
onere, canone, & seruitute, vt obseruat Rota in toties alle-
gata *Romana Castri Orciani*, & post emptionem semper vti
liberum, & allodiale fuit ab eodem possessum; ex tali enim
acquisitione, & possessione † magis comprobatur Castrum 24
esse liberum, & non feudale, Rosental. *de feud. c. 12. conclus.
54. num. 12.* Menoch. *conf. 395. num. 8.* & considerando † effica- 25
ciam vltimi status in his terminis firmauit Rota *decis. 69. nu.
17. vers. denique par. 8. rec.* & in dubio cæteris paribus semper
† pro libertate bonorum iudican. est, Crauet. *conf. 162. num.* 26
19. Menoch. *d. conf. 395. nu. 20.* Mantic. *de tacit. lib. 23. tit. 7. nu.
8.* referens sic fuisse per Rotam iudicatum.

Non obstant Constitutiones Pontificiæ, prohibentes di-
stractiones Castrorum sine licentia Sedis Apostolicæ, † quia 27
prohibent alienationes in forenses tam per contractum,
quàm per vltimam voluntatem, secùs autem in subditos,
in quos non potest quidem fieri distractio per contractum si-
ne dicta licentia, sed in vltimis voluntatibus conditis fauo-
re subditi † veniunt accessoriè, & consecutiuè etiam Castra 28
sub titulo vniuersali institutionis absque alia licentia, vt do-
cet quotidiana obseruantia, & probat *R. P. D. de Luca de feud.
disc. 68. num. 3. 5. & 6.* quæ Constitutiones multo minus pos-
sunt allegari à Caietanis, qui fundantur in inuestitura, quæ
ex supradictis apparet nullius roboris, & momenti, &
proindè superfluum visum est Dominis discutere, an illi in
ea comprehendantur, nec nè.

Et ita constare de bono iure Marchionis decisum est, Par-
tibus hinc indè informantibus &c.

Infra

Infra in hac eadem parte sub die 3. Iunij 1678. adest altera præsentis causæ decisio, quæ suis loco, & tempore apponetur.

R. P. D. CALATAIV.

Panentina Retractus.

Lunæ 28. Iunij 1677.

ARGVMENTVM.

Cum pecunijs rei emptæ extinxerat emptor census a se accollatos, quorum mediante licèt retractum impedire prætendisset, hoc sibi denegatum est, quia census non fuerunt ab ipso ex cessione acquisiti, sed solum per accollationem extincti, & ideo quia reportare non potuit cessionem translatiuam, sed solum extinctiuam, hanc sibi non suffragari potuisse deciditur.

SVMMARIVM.

1 *Cessionarius census succedit in omnibus iuribus cedentis, & in etiam in iure petendi retractum.*

2 *Retractus competens creditori census est ius cessibile.*

3 *Cessionarius census emens rem censitam potest censuarios posteriores excludere, & rem emptam defendere, eamque pro se retinere.*

4 *Emptor si extinguit census à se accollatos non potest pro illis reportare cessionem translatiuam, sed solum extinctiuam, & n. 6.*

5 *Accollans succedit in locum debitoris, & extinguendo debitum, illud dicitur extinguere tanquam proprium.*

6 *Debitor extinguendo suum debitum, non potest reportare nisi cessionem extinctiuam.*

7 *Retractus licet cedi possit censuario, requiritur tamen cessio ipsius census.*

8 *Census cessus, non autem ab emptore extinctus est causa retractus.*

DECISIO CXX.

BInæ in hac Causa emanarunt decisiones, altera die 7 * Maij 1674. in qua fuit firmatum Domino Equiti Paulo Salecchio Creditori Censuario non competere retractum super fundo censito, empto à Blasio à Pane; Altera sub die 22. * Iunij 1676. in qua facto melius comprobato, dictum retractum competere decisum fuit: hodie autem disputato dubio, An sit standum in primo, vel secundo loco decisis, Domini in secundo decisis standum esse dixerunt.

Fundamentum enim primæ decisionis in eo consistebat,
Blasius alia census anteriores, quæ in se accollauerat,
1 † extinxerat, reportata etiam iurium cessione, qua mediante successerat in omnibus iuribus cedentium, & per
consequens in iure retractus eisdem creditoribus competen-
2 tis, † quod esse cessibile tenuit Rota *post Cenc. de Cens. decis.*
504. *num* 7. & quo mediante poterat censuario posteriores
3 excludere, † & rem emptam defendere, & retinere, *l. si*
potiores C. de ijs, qui in prior. credit. loc. cum alijs ibidem alle-
gatis; sed placuerunt responsiones datæ in secunda decisio-
ne, nempè quod cum Blasius acquisiuisset dictos census an-
4 teriores ex pretio rei emptæ, eosque extinxisset, † tanquam
à se accollatos, non potuit pro eis reportare cessionem iu-
rium translatiuam, quia per dictam accollationem successit
5 in locum principalis debitoris, † & restituendam pecunias
creditoribus, extinxit debitum proprium; Debitor au-
tem non potest nisi cessionem iurium extinctiuam reporta-
6 re, † vt firmat Thomat. *decis.* 202. *num.* 25. *& post Pacific.*
de Saluian. decis. 165. *num.* 7. Gregor. *decis.* 68. *num.* 4. Dunoz.
iun. *decis.* 187. *num.* 2. cum aliis adductis in secunda decisione
7 *§. quamuis*; extinctione igitur census, † cuius vigore tantum
competit creditori prælatio, vt aduertunt Cenc. *de cens. qu.*
64. *num.* 15. *& quæst.* 66. *num.* 23. Ciarlin. *contr.* 121. *num.* 4.
Rota *coram Gregor. decis.* 193. *num.* 6. cessat etiam ius prælationis, Nauarr. *tom.* 1. *tit. de vsur. num.* 127. Duard. *de cens. §.*
4. *quæst.* 9. *num.* 20. Cenc. *eadem tract. quæst.* 65. *num.* 17. *& quæst.*
66. *num.* 2. Rota *decis.* 187. *per tot. coram Dunoz. sen.* & quamuis
tale ius sit cessibile, tamen necesse est, vt cedatur ipsemet
census, † qui est causa retractus, aliàs census non suffraga- 8
tur, Ciarlin. *d. contr.* 121. *num.* 36. *par.* 2. Cenc. *d. quæst.* 66. *num.*
122. *Olea de cess. iurium tit.* 3. *quæst.* 2. *num.* 51.

Obiecto autem, quod etiam censu extincto detur emptori retentio aduersus posteriores creditores latè respondet secunda decisio.

Et ita vna tantùm &c. altera tamen sæpiùs citata, resolutum fuit.

Quæ binæ Decisiones in hac Causa emanarunt ambæ sunt impressæ; Altera par. 17. rec. vbi est in ordine 289. Altera verò in præcedenti tomo primo par. 18. decis. ibi 758.

REVERENDISS. D. ALBERGATO

Sacræ Rotæ Decano.

Nouarien. Canonicatus.

Lunæ 28. Iunij 1677.

ARGVMENTVM.

Duo principaliter complectitur hæc decisio; Alterum, quod ex consuetudine, quæ adhuc rationabilis est, beneficiorum collatio in Ecclesijs Cathedralibus spectet ad solum Capitulum, etiam excluso Episcopo; Alterum verò de intellectu regulæ Cancellariæ reseruatoria mensium, quo tempore scilicet, & sub quibus Pontificibus illa habuerit initium, quodque eadem, sicuti & cæteræ aliæ, omnes expirent cum morte Pontificis, de quibus ideò plura in præsenti decisione deducuntur.

SVMMARIVM.

1 *Collatio Canonicatum in Ecclesijs Cathedralibus simultaneè spectat ad Episcopum, & Capitulum, sed vide numer. seqq.*

2 *Consuetudo spectatur an collatio Canonicatuum in Cathedralibus spectet potius ad Episcopum, quam ad Capitulum, vel è contra.*

3 *Consuetudo non est irrationabilis ad Canonicatus Cathedralium conferantur à solo Episcopo, vel solo Capitulo.*

4 *Innocentius tertius fuit ad summum Pontificatum assumptus anno 1198. & obijt Perusijs anno 1216.*

5 *Capitulum Ecclesiæ Nouariensis vsque & de tempore Innocentij tertij, erat in quasi possessione conferendi Canonicatus in eadem Ecclesia.*

6 *Papa olim mandauit Capitulo, vt aliquem reciperet in Canonicum, donec ei in aliam vacatione de Canonicatu prouideret.*

7 *Collationes beneficiorum factæ à solo Capitulo, in quibus nulla fit mentio Episcopi, ius conferendi eiusdem Capituli benè probant.*

8 *Regulæ Cancellariæ, durante vacatione Sedis Apostolicæ, dicuntur non esse in rerum natura.*

9 *Regulæ Cancellariæ durant viuente Papa, qui illas condidit, & eo moriente expirant.*

10 *Menses omnes, vacante Sede Apostolica, sunt ordinariorum.*

11 *Beneficia vacantia mensibus reseruatis, si aliam reseruationem non habent, Sede Apostolica vacante, spectant ad Episcopum.*

12 *Collatio beneficiorum, quæ vacant, Sede Apostolica vacante, spectat ad Episcopum, si ipse habeat ius conferendi, sin minus ad Capitulum.*

13 *Regula Cancellariæ reseruatoria mensium quo tempore, & sub quibus Pontificibus habuerit initium, & num. 14.*

15 *Status vltimus Beneficij assistens Capitulo, non autem ordinario attendendus est.*

16 *Collatio facta ab Episcopo in mense reseruato Pontifici, neque Datariæ præiudicat, neque Capitulo habenti ius conferendi, amplia vt num. seq.*

17 *Manutentio denegatur prouiso ab Episcopo, non habente ius conferendi.*

18 *Possessionem, quam quis habebat, præsumitur continuasse ex titulo præcedenti, non autem ex posteriori, ad cautelam obtento.*
19 *Iuribus acquisitis nolle vti declarat, qui vigore tituli præcedentis, non autem posterioris aliquid petit, vel facit.*
20 *ex Subsequentibus declaratur animus, & intentio agentis in actibus antecedentibus.*
21 *Confessio Canonici, quod collatio beneficij spectaret ad Episcopum, non præiudicat Capitulo.*
22 *Confessio erronea, detecto errore, non præiudicat confitenti.*

DECISIO CXXI.

APostolica Sede vacante per obitum san. mem. Clementis Decimi, decessit in mense Augusti 1676. Iulius Cæsar, propter cuius mortem vacauit in Cathedrali Nouarien. Canonicatus, quem Capitulum contulit Philippo, Episcopus verò Iacobo Antonio: Vndè orta controuersia, eaque ad Rotam delata, proposui dubium, An, & cui esset adiudicandum Canonicatum, & Philippo Domini dixerunt.

1 Quamuis enim de iure collatio Canonicatuum † in Ca-
thedrali simultaneè spectare præsumatur ad Episcopum,
& Capitulum, vt per *gloss.* communiter recept. *in cap. cum
Ecclesia, Volaterran. de elect.* Rota *decis. 124. num. 1. par. 3. rec.*
consuetudo tamen in contrarium attendi debet, videlicet
quod ad solum Episcopum, sine Capituli interuentu, seù
2 alio illius ministerio spectet prouisio, † vel è conuerso ad
solum Capitulum priuatiuè quoad ipsum Episcopum col-
latio pertineat, ad Text. *in eodem cap. cum Ecclesia Volaterra-
na, vbi* Abb. *nu. 1. & 10. cap. ex parte de concess. præbend.* Cassa-
dor. *dec. 22. nu. 2. de præben.* plenè Barbos. *de Canon. & Dignit.
cap. 14. n. 20.* Rot. *in d. dec. 124. num. 1. & 2. parte 3.* & priùs *dec.*
3 *615. num. 4. par. 2. diuers.* quam consuetudinem † non esse irra-
tionabilem dicit gloss. *in cap. vltimo in verb. rationabilis de con-
suetud.* & notat Barbos. *de potest. Episc. alleg. 127. num. 9. & 10.*
Spad. *cons. 74. num. 7. lib. 2.*

In præsenti autem visum est non posse dubitari de legiti-
ma consuetudine conferendi solius Capituli, nam illud ab
immemorabili consueuit huiusmodi Canonicatus confer-
4 re; nam sub Innocentio Tertio, † qui regimini vniuer-
salis Ecclesiæ præesse cepit anno 1198. & desijt anno 1216.
moriens Perusij, vt ex *Ciaccono in eius vita tom. 2. colum. 3. &
8.* iuxtà nouissimam Romanam impressionem prodijt eius-
dem Pontificis decretalis relata *in cap. Dilectus il secondo de*
5 *præbendis*, † ex qua constat vsque ab eo tempore hos Ca-
nonicatus conferri à solo Capitulo; nam ex lectura præ-
dicti textus habetur, quod Capitulum contulerat Canoni-
catum alteri, non obstante, quod ipse Papa cuidam Cleri-
co conferri mandasset; quamobrem iniungit Ordinario
Vercellen. quod constito sibi Canonicatum adhuc vacare,
6 quando Canonici mandatum Apostolicum † receperunt,
eundem Clericum, quatenus sufficienti beneficio careret
Capitulum cogeret in Canonicum recipere, illique certos
redditus assignare, donec ei alia vacatione de Canonicatu
prouideret, gloss. *ibi in figuratione casus*, Abb. *ibidem num. 1.
& 4.* Spad. *cons. 74. num. 8. tom. 2.* vbi in specie de consuetudine
huius Capituli, & supponit Rot. *in Nouarien. Canonicatus
prima Decembris 1608 coram Iusto, impress. post cons.* Spad. &
penès Posth. *de manutent. decis. 563. & in alia Nouarien. Præpo-
situræ 18. Iunij 1632. coram Cardinali Verospio post* Tamburr.
de iur. Abb. decis. 25.

Hanc autem consuetudinem comprobant ipsi actus colla-
tionum effectum sortiri, nam pro parte Capituli data fue-
runt instrumenta collationum vsque ab annis 1235. 1251.
7 1284. 1361. & seqq. † in quibus cum nulla facta sit mentio
Episcopi, sed enunciatum fuerit collationem spectare ad
Capitulum, censentur facta nomine ipsius Capituli inde-
pendenter ab Episcopo, Lotter. *de re benef. lib. 2. qu. 21. num.
92.* Rot. *rec. decis. 429. parte 4. & 377. num. 13. par. 9. & in d. dec.
615. par. 4. diuers.*

Nec obstat, quod Canonicatus vacauerit in mense Au-
gusti, qui per regulam octauam, hodie nonam Cancella-
8 riæ est reseruatus Papæ, † quia cum tunc vacaret Sedes
Apostolica, regulæ Cancellariæ non erant amplius in re-
rum natura, ex quo durant, durante vita Papæ, qui illas
9 condidit, † & eo expirante, ipsæ quoque expirant, Gonzal.
ad 8. regul. Cancell. §. 5. proœm. num. 46. Paris. *de resignat. lib. 11. qu.
2. num. 31.* Caputaq. *decis. 86. num. 3. lib. 1. & coram Seraph. decis.*
980. num. 12. & coram Merlin. decis. 192. num. 4. Vndè sublato
illarum obstaculo † omnes menses Sede Apostolica va- 10
cante sunt Ordinariorum, qui eo casu ad ius commune re-
uertentes, prouidere possunt de Beneficijs vacantibus in
quolibet mense, † dummodo tamen illa non habeant 11
aliam reseruationem, quàm eam, quæ inducitur ratione
temporis, nempè obitus in mense reseruato, vt magistra-
liter casus distinguendo firmauit Rota *decis. 192. num. 4 co-
ram Merlin.* late Antonell. *de tempore legal. lib. 3. cap. 1. de mens.
nu. 44. & seqq. &* Barbos. *de potest. Episcop. par. 3. allegat. 57.
num. 193.*

In nihilo subsistente Episcopi prætensione, quod per ces-
sationem regularum Cancellariæ ad ipsum, non autem ad
Capitulum spectet collatio beneficiorum vacantium in
octo mensibus, vel saltem in quatuor ex eis, si contingat in
illis Sedem Papalem † vacare, quia id posset procedere, si 12
ipse aliàs haberet ius conferendi, quod non ad ipsum, sed ad
Capitulum totaliter spectare dignoscitur vsque à tempori-
bus Innocentij Tertij, vt liquet ex allegato *cap. dilectus* &
sic prius, quàm regula mensium prodiret in † lucem, 13
illius enim Auctor fuit Nicolaus Quintus, qui Petri Ca-
thedram ascendit anno 1447. & obijt anno 1455. quem po-
stea sequuti fuerunt Alexander Sextus anno 1492. Iulius Se-
cundus anno 1503. Leo Decimus, & alij successiuè, vt te-
statur Bursatt. *cons. 126. num. 101. & seq.* quamuis in tractatu
Lotter. *de re benef. lib. 2. qu. 37. num. 2.* legatur regulam fuisse
editam anno 1447. † de quo tempore erat Pontifex Nicolaus 14
Quintus, non autem Alexander Quintus, qui creatus
Pisis anno 1409. obijt Bononiæ anno 1410. in decimo men-
se sui Pontificatus, *Ciaccon. dicto tom. 2. col. 774.* & auctorem
dictæ regulæ fuisse Nicolaum Quintum refert Franciscus
Bellon. *disquis. 2. num. 20.*

Et remouet omnem dubitationem quasi possessio Capi-
tuli conferendi, etiam in mensibus reseruatis, si in eis inci-
dat vacatio Sedis Apostolicæ; nam vacante Sede per obi-
tum Vrbani Sexti, & deindè per obitum Ioannis Vigesi-
mi tertij Capitulum contulit Canonicatus eodem tempore
vacantes, & nouissimè Sede vacante per obitum san. mem.
Clementis Noni Capitulum de Canonicatu vacato de
mense Ianuarij prouidit Stephanum Mariam Cacciam, † ta- 15
lis autem vltimus status assistens Capitulo, non autem
Ordinario attendendus est, iuxta vulgatum Tex. *in cap. con-
sultationibus de iurepatr. vbi* Abb. cæterique relati per Rotam
Mediolanen. iurispatronat. 12. Iunij 1676. §. assistit coram me.

Minus potest suffragari moderno Episcopo, quod Epis-
copus prædecessor anno 1599. Canonicatum tunc temporis
vacatum in mense Februarij contulerit, † quia huiusmodi 16
collatio tamquam de vacante in mense reseruato non præ-
iudicauit nec Capitulo, nec Dataríæ, itaut nec minus
in possessorio † talis collatio poterit Episcopo suffragari 17
ad acquirendam quasi possessionem, nam ea non obstan-
te, fuit illi denegata manutentio, vt liquet ex allegata
decis. Nouarien. Canonicatus coram Iusto, in qua scripsit Spad.
d. cons. 74. lib. 2.

Neque iuri Capituli præiudicauit, quod Caccia ab eo
prouisus in Sede vacante anno 1670. post adeptam posses-
sionem Canonicatus concordauerit, & cessionem repor-
tauerit à Menatto, qui de eodem Canonicatu prouisus fue-
rat ab Episcopo, quia dum ante Menattum Caccia repe-
riebatur in possessione, & in ea remansit, † præsumitur 18
illa continuasse, vt prius, scilicet ex titulo, cum quo in-
gressus erat collationis à Capitulo, & solùm transegisse ad
maiorem suam cautelam ad effectum effugiendi omnes lites
imaginabiles, & ad redimendas vexationes, Spada *cons. 77. sub
num. 8. vers. neque obstat lib. 2.* Rota *d. decis. 615. num. 4. vers. vt se
eximeret parte 4 diuers. & decis. 257. nu. 13. par. 4. tom. 2. recent.*
& generaliter *in Bonon. fideicommissi de Cæsareis 27. Nouem-
bris prox. præt. §. & ipsa coram R. P. D. meo Bourlemont,* & fa-
cto comprobauit, † dum postea institit admitti ad hebdo- 19
madas, ac distributiones ex collatione, & possessione habita à
Capitulo, & non aliàs, ex quo colligitur vti noluisse iuribus
Menatti proficiscentibus à prouisione Episcopi, nam ex po-
stea gestis † desumitur, qualis fuerit animus, & intentio in 20
præcedentibus, *l. sed iulianus §. proinde ff. ad Maced.* & com-
probat Mascard. *de probat. conclus. 95. num. 7.*

Quod autem Philippus fassus fuerit, quod ante annum
1608. Episcopus soleret conferre Canonicatus vacantes in
mensibus Februarij, Maij, Augusti, & Nouembris nihil
ponit in esse, † tùm quia ille non potest præiudicare Capi- 21
tulo, tum etiam quia est erronea, dum aliter ex supra
firmatis rem se habere dignoscitur; † vnde docto de errore 22
con-

confeſſio erronea nec confitenti præiudicat, *lege ſi per errorem ff. de iuriſdict. omn. iudic.* Rota *deciſio* 16. *parte* 13. *recent.*

Et ita, vtraque Parte informante, reſolutum fuit.

R. P. D. EMERIX.

Bononien. Fideicommiſſi.

Lunæ 28. *Iunij* 1677.

ARGVMENTVM.

Fœminas a fideicommiſſo non fuiſſe excluſas deciditur, quia verba diſpoſitionis illas comprehendebant, non obſtante ſtatuto earum excluſiuo, quia illud non loquebatur de ſucceſſione, de qua agitur, minus etiam inſpecta altera excluſione a Teſtatore facta, quia potiùs ex illa retorquebatur argumentum, quod ſicuti præcedenter eas expreſsè idem Teſtator excluſerat, ſic etiam illas excluſiſſet, ſi verè excludere voluiſſet.

SVMMARIVM.

1 *Immiſſio fideicommiſſario conceditur contra alterum fideicommiſſarium, qui totum fideicommiſſum occupauit.*

2 *Filiorum, & deſcendentium appellatione veniunt etiam fœminæ, amplia vt num. 7.*

3 *Fœminarum excluſio à Teſtatore facta in vna linea, non ideo infert illas etiam in alia linea fuiſſe excluſas. & num. ſeqq.*

4 *Subſtitutio vna non infert ad aliam, maximè quando intercedit diuerſitas perſonarum, & rationis.*

5 *Excluſio fœminarum facta in linea maſculorum, per quos conſeruatur agnatio, non importat excluſionem, in linea fœminarum, quæ agnationem non conſeruant.*

6 *Fœminarum pro excluſione non attenditur ſtatutum excluſiuum ipſarum, ſi illud non loquitur de ſucceſſione, de qua agitur.*

7 *Fœminæ veniunt appellatione filiorum, & deſcendentium, quoties nec ſtatutum, nec voluntas Teſtatoris repugnet. & ſup. num. 2.*

8 *Fœminas, quas Teſtator in vno caſu excluſit, etiam in altero caſu excluſiſſet, ſi voluiſſet.*

9 *Obſeruantia vocationis fideicommiſſi non reſultat, ex quo alter ex fideicommiſſarijs tantum, per longum tempus poſſederit, & quando. & num. ſeqq.*

10 *Fideicommiſſarij longa taciturnitas non præiudicat, ſi ille non habuit ſcientiam fideicommiſſi, & in omnem caſum ei in integrum reſtitutio conceditur.*

11 *Subſtitutio facta per verbum commune, eſt compendioſa, & ideo continet tam vulgarem, quàm, fideicommiſſariam.*

DECISIO CXXII.

HElena, & Monaſterium Sanctiſſimæ Trinitatis Bononiæ ex perſonis Alexandræ, & Hipolytæ in eo proteſſis prætendentes ad eorum fauorem purificatum fuiſſe fideicommiſſum ordinatum à Philippo Sala Auo communi, inſtituerunt iudicium immiſſionis coram Prolegato Bononiæ, aduerſus Lucretiam, & alias Philippi iunioris, detentrices omnium bonorum dicto fideicommiſſo ſuppoſitorum, ſed contrariam ſententiam reportarunt, à qua commiſſa Cauſa in Rota R. P. D. meo Calataiu, prodijt præuia deciſione 31.* Ianuarij 1676. altera prioris reuocatoria, quam hodie Domini vti validam, & iuſtam in gradu nouæ appellationis mihi commiſſæ, confirmandam eſſe cenſuerunt.

Siquidem Iuſtitia, quæ ſola eſt in quæſtione, benè deſumitur ex teſtamento Philippi, qui ſcripto hærede Iacobo Maria filio, eiuſque filijs, & deſcendentibus maſculis legitimis, & naturalibus, & de legitimo matrimonio natis, cum reciproca ſubſtitutione ad inuicem, in ſtirpes, & non in capita, deficiente eodem Iacobo Maria ſine maſculis, & fœminis, vel cum maſculis, qui ſine ſimilibus filijs decederent, ſubſtituit Iſabellam eius filiam, illiuſque filios, & deſcendentes in infinitum; cum enim per mortem
D. Iacobi Mariæ abſq; filijs factus fuerit locus ſubſtitutioni
ad fauorem Iſabellæ, illiuſque filiorum, & deſcendentium,
& ea defuncta, Philippus eius filius ſolus occupauerit omnia
bona fideicommiſſaria in præiudicium dd. Helenæ Alexandræ, & Hipolytæ filiarum eiuſdem Iſabellæ, illaque tranſ-
miſerit ad d. Lucretiam, & alias filias Reas † conuentas, 1
iure meritò contra eas concessa fuit eiſdem immiſsio, vti vo-
catis poſt Iſabellam eorum Matrem, in ſimul cum maſcu-
lis ſub nomine filiorum, & deſcendentium, † quorum ap- 2
pellatione regulariter veniunt etiam fœminæ, vt eſt textus
*in l. ſi ita ſcriptum 46. ff. de legat. 2. & gloſ. in l. filij appellatione
verbo omnes ff. de verb. ſignif.* Honded. *conſ.* 57. *nu.* 23. *lib.* 1. Greg.
deciſ. 514. *num.* 1. ibique Adden. *num.* 16. aliiſque relatis dictum
fuit in alia *deciſione coram R. P. D. meo Calataiu*.

Neque in præſenti admittenda viſa fuit limitatio fun-
data in contraria mente Teſtatoris, deſumpta ex aliquibus
coniecturis, iterum repetitis ab Informantibus pro Reis con-
uentis, quia illæ denuò reputatæ fuerunt inſufficientes. Pri-
ma enim elicita ex eo, quod ſicut Teſtator in linea Iacobi
Mariæ prætulit maſculos fœminis, † ita præſumatur voluiſ- 3
ſe in linea Iſabellæ, non vrget, quia non valet argumentum
de vna ſubſtitutione ad alias, † maximè quando interuenit 4
diuerſitas perſonarum, & rationis, prout in caſu præſenti, in
quo prudens Teſtator ita diſpoſuit circa deſcendẽtes maſcu-
los ex Iacobo Maria filio, quia benè nouit, quod ab illis con-
ſeruaretur eius agnatio, † non enim ſimiliter circa deſcen- 5
dentes Iſabellæ eius filiæ ad id incapaces, ad tradita in his ter-
minis per Cyriac. *contr.* 269. *n.* 58. *& ſeqq. & per* Rotam *d. dec.*
514. *num.* 7. *coram ſa. mem. Greg.*

Secunda verò deducta ex ſtatuto excluſiuo fœminarum
fauore maſculorum, † non applicatur, ex quo agitur de hæ- 6
reditate Aui materni, circa quam ſtatutum nihil diſponit, vt
in terminis huius ſtatuti aduertit Spad. *conſ.* 383. *lib* 2. & fir-
manit Rota *dec.* 80. *per tot. coram Pænia*, & ad quod hic Te-
ſtator qui in deſcendentibus Iſabellæ filiæ non conſiderauit,
nec conſiderare potuit conſeruationem agnationi, non reſ-
pexit, itaut nec ſtatutum, nec voluntas Teſtatoris, quæ po-
tiùs fauet, quàm reſiſtat, † impediant quominus ſub nomine 7
filiorum, & deſcendentium ad fideicommiſſum vocatorum
veniant etiam fœminæ, vt dixit Rota *deciſ.* 630. *num.* 6. & 7.
coram Dunoz. iuniore.

Minoris ponderis eſt tertia deſumpta, ex quo Teſtator ſe
declarando voluit, quod decedente Iacobo Maria cum filijs
fœminis, iſtę æqualiter ſuccederent cum filijs maſculis Iſa-
bellæ, quia contra hanc coniecturam militant eadem ratio
diuerſitatis ſubſtitutionis, & reſponſio, † quod ſi Teſtator vo- 8
luiſſet eoſdem filios maſculos Iſabellæ præferre eius filia-
bus, etiam in caſu qui euenit, vtique hoc exprimere potuiſſet,
& dum non fecit, conſultò cenſetur omiſiſſe, vt ex pluribus
auctoritatibus conſideratur in alia *dec. § ſecunda*, & præter
ibi allegatos Rota *dec.* 471. *nu.* 9. *coram Pænia*, & benè *dicta de-
ciſ.* 630. *nu.* 3. *verſ. quoniam obiectum, & ſeq coram Dunoz. iun.*

Neque eædem coniecturæ conualidantur ex obſeruantia
ſexaginta annorum, quibus Philippus, & illius filiæ Reæ
conuentę bona controuerſa poſſederunt, † quia cum tempore 9
purificati fideicommiſſi Actrices eſſent pupillæ præſumitur
in illis probabilis ignorantia teſtamenti Auiti, itaut ex illa-
rum taciturnitate non benè deducatur obſeruantia, † & in 10
omnem caſum ipſis competeret reſtitutio in integrum ex ca-
pite eiuſdem probabilis ignorantiæ, iuxta doctrinam Bartol.
*in l. prima §. ſi quis propter ſub num. primo ff. de itinere actuque
priuato*, latè *Afflictus*, qui reijcit contrarium tenentes *dec.* 37.
num. 24. *& ſeq. coram Bich.* & reſponſum fuit in *Nepeſina ſuc-
ceſſionis 27. Ianuarij 1676 §. nihil imputari coram me.*

Demum inſubſiſtens viſum fuit obiectum nouiter excita-
tum, quod Iſabella ſolum fuerit ſubſtituta Iacobo Mariæ per
vulgarem, & conſequenter fideicommiſſum ceſſauerit per il-
lius aditionem, quia ſubſtitutio vt facta per verbum com-
mune, & comprehendens in litera non ſolum Iſabellam, ſed
& etiam omnes eius filios, & deſcendentes in infinitum † eſt 11
compendioſa continens tam fideicommiſſariam, quàm vul-
garem, Bart. *in l. centur.* 15. *nu.* 32. *circa med. verſ. intelligas ſic ff.
de vulg. & pupill.* Peregr. *de fideic. art.* 34. *nu.* 8. Fuſar. *de ſubſtit.
qu.* 233. *nu.* 35. *& ſeq.* & alijs adductis, Rota *deciſ.* 1255. *nu.* 1. *&
ſeqq. coram Coccin.* & alibi.

Et ita vtraque parte informante reſolutum fuit.

Altera præſentis Cauſæ deciſio habetur impreſſa ſupra in alio præcedenti tomo 2. decimæ octauæ partis recent. vbi eſt in ordine 638.

R. P. D.

REVERENDISS. D. ALBERGATO.
Sacræ Rotæ DECANO.

Cauallicen. Dominij.

Lunæ 5. Iunij 1677.

ARGVMENTVM.

Contra communem regulam, quod super ijs, quæ fatentur a parte, non admittatur probatio, nec sit opus remissoria, illa fuit in præsenti decisione concessa, ex eo solum, quod cum articulis non controuersis concurrebant etiam alij, qui releuantes visi sunt, vt proindè non fuerit recessum a consueta regula, quod data releuantia aliquorum articulorum, super omnibus remissoria concedatur.

SVMMARIVM.

1 *Remissoria non conceditur, nec ea opus est ad probandum id, quod à parte fatetur.*
Limita, si cum articulis non controuersis concurrat releuantia aliorum articulorum, num. 2.
3 *Articulum vnum sufficit esse releuantem, vt concedatur examen super omnibus.*
4 *Releuantia sola materiæ articulatæ sufficit sine fumo, ad hoc, vt in prophanis remissoria concedatur.*
5 *Fumus materiæ articulatæ ex solis attestationibus probatur.*
6 *Articuli dicuntur facere ad causam, si à probatione eorum illius victoria dependet.*
7 *Remissoriæ pro concessione sufficit quoquomodo articulos facere ad causam, reseruata deinde in meritis rigorosa discussione illorum.*
8 *Facti ea qua sunt melius, & clarius dilucidantur ex probatione facienda cum testibus, licèt etiam à iure, vel à scripturis dependeant.*
9 *Consuetudinem ad probandam conceditur remissoria, quamuis illa etiam per scripturas probari potuisset, vel videatur dependere à iure. sup. num. 8.*

DECISIO CXXIII.

AD coadiuuandum probationes directi dominij vniuersalis omnium bonorum Castri Robionis, de quo Rota coram me sub die vndecima Decembris proximè præteriti non constare censuit; exhibuit Baro eiusdem loco nonnullos articulos, & petijt super materias ibi specificatas concedi remissoriam pro examinandis testibus, & licèt Informantes pro Communitate admitterent ex illis primum, quartum, quintum, sextum, & decimum, &
1 consequentèr dicebant denegari remissoriam, † cum non
sit opus ea, nec conceditur ad probandum id quod Pars
fatetur, Rota *decis. 38. num. 2. coram bo. me. Cardinali Celso & dec. 184. nu. 1. par. 14. rec.* Nihilominus attenta aliorum re-
2 leuantia resolutum fuit dandam esse remissoriam, † quia
3 sufficit vnum ex articulis esse releuantem, † vt cæteri admit-
tantur, Rota *decis. 13. num. 6. coram eodem Cardinali Celso*, &
quotidie in alijs, maximè quando, vt hic, materia est
4 prophana, quo casu sola releuantia sufficit, † etiam sine
fumo, qui in præsenti non deest, dum exhibetur fides Iudicis, & Officialium Reuerendæ Cameræ Apostolicæ Comitatus Venaisini concernens id, quod in articulis conti-
5 netur, † & pro fumo similes attestationes admittit Rota *in Bononien. primitiarum 8. Aprilis 1669. §. quatenus coram me*, & prius *in decis. 163. num. primo coram Gregor. & decis. 824. num. 8. coram Buratto.*

Releuantium articulorum, qui controuertebantur desumebant Domini ex eo, quod in illis articulatur, quod transactio inita inter Baronem, & Communitatem continens inter cætera prohibitionem subditis non dandi ad nouum accapitum bona franca, & libera, nisi pro certa summa, se refert ad statutum Venaisinum, & quod statutum prædictum non attendatur, nisi in locis de dominio directo Cameræ Apostolicæ, vel Baronis, & quod Barones habentes cum Communitatibus suorum Castrorum huiusmodi transactiones, habentur, & reputantur pro Dominis directis vniuersalibus omnium bonorum, & quod illi, qui possident intra fines eorundem Castrorum bona pleno iure exempta, & franca in allodium, tenentur docere de titulo huius libertatis, quæ omnia cum tendant ad probandum
prætensum dominium, à quo pendet victoria causæ, † di- 6
cuntur facere ad eam, & proindè admitti debent, cum satis sit, quod directè, vel indirectè, & quoquo modo arti-
culi faciant ad causam, † ad hoc vt admittantur, & detur 7
remissoria, reseruata deindè in meritis rigorosa discussione releuantiæ, Mantic. *decis. 312. num. 10. cum alijs in dicta Bononien. primitiarum §. non obstat coram me.*

Non obstat, quod huiusmodi articuli plurimum pendeant à iure, vel à scripturis, & actis Tribunalium, quia magis pendent ab obseruantia, stylo, & consuetudine il-
larum partium, † quæ cum sit quid facti, clariùs diluci- 8
dantur, & probantur per testes, vt respondit Rota *decis. 1. numer. 10. parte 11. recent.* & quod ad probandam consue-
tudinem detur remissoria † in terminis illarum partim di- 9
ctum fuit in *Cauallicen. testamenti 23. Ianuarij 1673. & in Auenionen. munerum 16. Nouembris proximi præteriti cor. me.*

Et ita vtraque parte informante resolutum fuit.

Supra in alio præcedenti tomo 2. decimæ octauæ partis recentiorum adest alia præsentis Causæ decisio, quæ ibi est in ordine 797.

R. P. D. CALATAIV.

Corduben. Pensionis.

Lunæ 5. Iulij 1677.

ARGVMENTVM.

Non de quasi possessione exigendi pensionem contra successorem beneficij admodum disputatum est, sed de illius sola probatione, quæ ex pluribus solutionibus resultare visa est, non obstantibus exceptionibus contra eas adductis, cum aliquæ pernecesse concluderent, alias verò non fuit in dubium reuocatum, ad minus deseruire posse pro adminiculo, quod ad hunc effectum reputatur esse sufficiens.

SVMMARIVM.

1 *Quasi possessio exigendi pensionem acquisita contra antecessorem, suffragatur etiam contra successorem.*
2 *Ius exigendi metitur ex parte actoris, & possessoris in illius quasi possessione existentis, & ideo non mutatur ex mutatione personæ successoris.*
3 *Confessio de recepto de stylo aliquarum partium probat etiam numerationem.*
4 *Confessio de recepto adminiculata probat numerationem.*
5 *Solutionis pensionis plura adminicula numerantur, & numer. seqq.*
6 *Bulla reseruationis pensionis plenè probat, & in possessorio nihil contra eam opponi potest.*
7 *Verba* realitèr, & cum effectu *importans veram numerationem.*
8 *Solutiones factæ de mandato Iudicis, licèt solæ non sufficiant ad probationem quasi possessionis soluendi, faciunt tamen adminiculum.*
9 *Index solutionem pensionis contra successorem non demandasset, nisi vidisset antecessorem aliquando soluisse.*
10 *Manutentionis ad effectum in quasi possessione exigendi plura adminicula considerantur, eaque sufficere declarantur. & supra à num. 5.*
11 *Solutione reportatæ à procuratore sine mandato, quatenus constituant Dominum in quasi possessione exigendi. & num. seqq.*
12 *Ratificatio actus à procuratore gesti, resultat, si Dominus in iudicio eo fuerit vsus.*
13 *Ratificatio æquipollet mandato, etiamsi speciale requireretur.*
14 *Mandatum procuratæ præsumitur, si illud in quietantijs enunciatum est.*

15 Man-

15 *Mandatum præsumitur in exigente pensionem ex eo solum , quod non sit verisimile pensionarium post impensam Bullarum exigere neglexisse .*
16 *Manutentionis iudicium super solutione pensionis non admittit exceptionem pensionarium fuisse professum , vel etiam pensionem fuisse nullam .*

D E C I S I O   CXXIV.

CVm Ioannes Ruiz de Quintana Prouisus fuisset de Canonicatu Cathedralis Ecclesiæ Corduben & consensisset reseruationi pensionis ducatorum 150. monetę Hispaniarum ad fauorem Marci Antonij Gonzalez , de istius consensu, necnon etiam Titularis cassata fuit dicta pensio, & reseruata noua similis ad fauorem Ioannis Gonzales , qui etiam consensit , vt pariter cassaretur , & reseruaretur ad fauorem Sebastiani Gonzalez, talis pensio soluta pluries fuit à d. Ioanne Ruiz de Quintana , ac etiam ab eius Executore testamentario de mandato Iudicis , cumque postremo in dicto Canonicatu successisset Franciscus de la Raniaga , renuens pensionem persoluere , proposui dubium . An dicto Pensionario danda sit manutentio, & affirmatiuè responderunt.

Ex pluribus enim quietantijs , necnon etiam ex testibus
docet ipse de sua quasi possessione exigendi pensionem à Ti-
1 tulari Antecessore ,† quæ suffragatur ad obtinendam ma-
nutentionem etiam contra successorem in Canonicatu ,
Tondut. *de pens. cap. 37. num. 15. Gig. eod. tract. qu. 47. nu. 10.*
Rota *apud* Posth. *de manut. decis.* 212. *num.* 2. *& coram Greg.*
decis. 275. *num.* 1. *& coram Burotto decis.* 541. *numer* 1. & ra-
2 tio est , quia ius metiri debet ab Actore, & Possessore , †
quod non mutatur ex mutatione personarum , quæ succe-
dant in beneficio , Grat. *discept.* 310. *numero* 59 Lotter. *de re*
benef. lib. 1. *qu.* 38. *nu.* 109. Guidop. *dec.* 629. *n.* 1. Rota *cor. Dunoz.*
iun. decis. 888. *nu.* 6. *& coram Peutingerio decis.* 59. *num.* 7.

Non obstat, quod quietantiæ contineant simplicem con-
fessionem de recepto , quæ regulariter non probat solutio-
3 nem , nec præiudicat successorem in beneficio, † quia præ-
ter quod de stylo illarum partium solutiones factæ in prom-
pta , & numerata pecunia solent per apocham fieri per mo-
dum confessionis de recepto , vt testatur Rota *penes* Posth.
de manut. decis. 113. *numer.* 7. *& coram Pænia decis.* 780. *num.*
4 5. cessat difficultas , nam quando , vt hic , confessio † de
recepto est adminiculata, probat veram numerationem, Lot-
ter. *de re benef. lib.* 1. *qu.* 38. *num.* 19. Gratian. *discept.* 365. *numer.*
39. Tondut. *de pens. cap.* 50. *nu* 56. Rota *apud* Posth. *de manut.*
dec. 304. *nu.* 3. *& coram Bichio decis.* 19. *num.* 23. Adminicula
5 autem plurima concurrunt , † nam primò constat de obli-
gatione Titularis soluendi dictam pensionem ex Bulla re-
6 seruationis, contra quam in hoc iudicio manutentionis † ni-
hil opponi potest , quidquid sit in petitorio, vt aduertit Rota
post Cenc. de Cens. decis. 241. *n.* 4. *coram Verallo decis.* 321. *par.*
1. Secundò versamur in pluribus quietantijs ,factis manu di-
uersorum Notariorum sub diuersis temporibus , & conti-
nentibus notabilem summam , quarum aliquæ exprimunt
7 pecunias fuisse receptas realiter , & cum effectu, † quæ ver-
ba important veram numerationem, etiamsi pro manuten-
tione agatur contra successorem, vt in specie tenuit Rota *d.*
decis. 113. *numer.* 6. *apud.* Posth. *de manut.* & tradit Tondut. *de*
pens d. cap 10. *num.* 53. Tertiò ex testibus hinc indè exami-
natis , ac demum ex realibus , & effectiuis solutionibus fa-
8 ctis per executorem testamentarium de mandato † iudicis ,
quæ licet solæ non sufficiant ad constituendum Pensiona-
rium in quasi possessione exigendi pensionem contra succes-
sorem, deseruiunt tamen pro adminiculo , cum Iudex non
9 demandasset solutionem , † nisi vidisset titularem defun-
ctum aliquando soluisse Rota *d. decis.* 113. *numer.* 8. *penes*
Posth. *de manut. & coram Gregor. decis.* 275. *numer.* 8. & quod
10 † in hac facti specie dicta adminicula sufficiant firmant Lo-
ter. *de re benef. par.* 1. *qu.* 38. *num.* 119. Posth. *de manut. obserua.*
35. *numer.* 23 Tondut *d. cap.* 10. *numer.* 36. Rota *post Cenc.*
de cens. decis. 241. *numer* 4. *& coram Pænia decis.* 780. *nu-*
mer. 3. *& coram Greg. decis.* 275. *numer.* 4. *& in rec. decis.* 597.
nu. 2. *par.* 2. Eoque minus releuat , quod prædictæ quietan-
11 tiæ reportatæ fuerunt à Martino Martinez , quem † non
constat fuisse Procuratorem Sebastiani , quia dum hodie
12 dem Sebastianus vtitur dd. quietantijs , † easque in iudi-
13 cio produxit , ex inde inducitur eius ratificatio , † quæ
æquipollet mandato , etiam si speciale requireretur *cap. ra-*
tihabitionem vbi DD. de reg. iur. in 6. *Greg. decis.* 295. *num.* 4. Bu-
ratt. *decis.* 301. *numer.* 8. Merlin. *decis.* 878. *numer.* 4. Illudque
præsumitur non solum † ex quo enunciatur in dd. quietan- 14
tijs, vt supra adminiculatis, vt aduertit Rota *coram Greg. d.*
decis. 275. *numer.* 5. sed etiam , quia non est verisimile , † 15
quod Pensionarius post factam impensam Bullarum ne-
glexerit pensionem tam diù exigere, vt ad arguendum man-
datum in exigente considerauit Rota *dec* 591. *nu.* 3. *par.* 2. *rec.*
& coram Dunoz. iun. dec. 888. *num* 8.

Opponebatur denique pensionem fuisse extinctam ob
emissam professionem Marci Antonij in Religione Sancti
Benedicti , nec non etiam fuisse nullam , † vt potè bis an- 16
tecedenter translatam , sed tales exceptiones putarunt DD.
non esse attendendas in hoc summarijssimo iudicio manu-
tentionis, sed esse reijciendas ad petitorium Tondut. *de pens.*
cap. 51. *num* 2. Rota *apud* Posth. *de manut. decis* 142. *num.* 2. *&*
coram Verallo decis. 3 *n. par.* 2. *& coram Greg. dec.* 323. *num.* 2. *&*
coram Caual. decis. 71. *num.* 5.

Et ità vtraque parte informante resolutum fuit.

R. P. D. T A I A.

postea S. R. E. Cardinali.

Romana Attentatorum.

Lunæ 5. Iunij 1677.

A R G V M E N T V M.

Attentata euitari pretendebatur, stante diuersitate causarum , illa tamen fuisse commissa deciditur ex eo , quod fuerit compertum sententiam latam in vna causa parere exceptionem rei iudicatæ in alia , quo in casu propter identitatem earum semper attentata committuntur , quæ eo minus excusari poterant ob inhibitionem specialem , vtrumque iudicium particulariter comprehendentem.

S V M M A R I V M.

1 *Attentata dicuntur commissa , etiam in causis diuersis si sententia lata in vna causa pariat exceptionem rei iudicatæ in alia .*
2 *Causarum identitas resultat , quando vna inducit exceptionem rei iudicatæ quoad aliam .*
3 *Signatura Iustitiæ quando recedendo à suo primo rescripto , sine vlla noua commissione, dicatur abrogasse sua tantum circumscriptiones, non autem alias .*
4 *Auditor Sanctissimi non potest mutare rescriptum Papæ sine eius oraculo, & nouo rescripto .*
5 *Auditor Papæ immutare non valet rescriptum factum in Signatura Gratiæ .*
6 *Inhibitio Rotalis, siue iusta, siue iniusta est timenda .*
7 *Inhibitio emanata in vna causa non inducit attenta in causa diuersa .*
8 *Inhibitio generalis non habet locum in causa diuersa , secus autem si fuerit specialis .*
9 *Inhibitio Rotalis non potest sperni citra vitium attentatorum .*

D E C I S I O   CXXV.

DEcisum fuit 19. Februarij * proximi præteriti . Non constare de attentatis, quæ fuerint commissa à DD. Sororibus in obtinendo relaxationem mandatorum ab Auditore D. Thesaurarij , & in procedendo ad illorum executionem contra Iosephum , licet illis vigore commissionis à Signatura Gratiæ in Rota alterius causæ concursus Generalis creditorum pendentis in Congregatione Baronum fuisset inhibitum , ne aliquid innouarent coram quocunque . Quia d. causa coram Auditore D. Thesaurarij nullam haberet connexionem cum illa Congregationis Baronum , & in prima DD. Sorores essent Actrices petendo pretium herbarum , & mandatum de euacuando contra Iosephum à Tenuta nuncupata *la Cascina* ; in secunda verò essent Reæ conuentæ à creditoribus in concursu Generali.

Hodie autem reuisis illis decisis , informante amplius Iosepho,

Iofepho , receffum eft ab ipfis decifis ; vifa eft enim DD.
manifefta identitas , feu connexio caufarum , itaut vna
alteri præiudicet , & innonatum coram Auditore Thefau-
sarij tanquam attentatum fit reuocandum . Siquidem non
fubfiftunt (vt præcipuus vnus dicebat) ea quæ in fecunda
parte decifionis reuifæ pro exclufione attentatorum dedu-
1 cuntur ; non enim funt duæ caufæ diuerfæ illæ, † quæ inter
has partes agebantur , ex quo Iofephus conuentus coram
Auditore Thef. primo pro euacuatione à Tenuta, & lon-
gè poft pro folutione pretij herbarum , vfque à Principio
coram ipfo excepit DD. Sorores non effe Dominas Tenu-
tæ , neque fe ab eis caufam habere, fed à D. Principe illa-
rum fratre, & ipfius Iofephi debitore in multo maiori fum-
ma , vt ex calculis debiti, & crediti pro d. Tenuta datis in
Congreg. Baronum , & alijs iuribus , ex quibus fuerat ad-
miffus in concurfu , & caufa , & eo fpecialiter inftante
fuerat tranfmiffus Commiffarius ad capiendam poffeffio-
nem nemine Cameræ ad commodum creditorum , & fuit
capta poffeffio huius Tenutæ *della Cafcina*, non amoto ta-
men Iofepho quoquomodo Detentore, imo ipfe Iofephus,
tam coram Auditore Thefaurarij 16. Octobris 1673. quam
in Congregatione Baronum 29. Nouembris 1673. obtinue-
rat præfigi DD. Sororibus terminum ad docendum de eo-
rum Dominio in bonis controuerfis , vt demonftrauit Io-
feph in fuo Summario *num.* 8. *&* 18. Cumque caufa fuper
dominio pendens in Congregatione Baronum , fuerit ad
inftantiam DD. Sororum contra creditores commiffa in
Rota à Signatura Gratiæ caffis recta linea illis verbis: Amo-
to Commiffario , & reiectis attentatis , vigore illius ,
tam DD. Sororibus inftantibus contra creditores 26. No-
1 uembris 1676. fuerit inhibitum , † quam inftante quoque
Iofepho 8 Ianuari 1677. contra ipfas fuerit pariter inhibi-
tum , ne aliquid innouarent coram D. Thefaurario , vel
eius Auditore donec illa caufa terminaretur , non potue-
runt DD. Sorores citra vitium attentatorum innouare fu-
2 per euacuatione , † & multo minus fuper folutione pretij
herbarum, quia per illud iudicium inducitur exceptio rei iu-
dicatæ, quoad præfens. Vnde conftat identitas caufarum,
Adden. ad Buratt. *decif. 644. num. 21. & decif. 78 à nu. 17. vfque
ad 18. par. 10 recent.* maximè ad plures inhibitiones , de qui-
bus in facto.

Non obftat , quod per Signaturam Iuftitiæ fuerint remif-
fa: Omnia ad Rotam , firmis mandatis Thefaurarij tan-
tum etiam quoad executionem . Primo , quia horum de-
cretorum , & actorum Thefaurarij quatuor præcefferunt
circumfcriptiones ; Prima, facta per Auditorem Signatu-
ræ Iuftitiæ inftantibus Sororibus 9. Augufti 1674. Secunda ,
per A. C. met , inftante Iofepho, quinta Nouembris 1674.
Tertia, per Signaturam Plenam in commiffionibus Soro-
rum fub die 24. Ianuarij 1675. quo refcripfit circumfcriptis
omnibus geftis coram Thefaurario poft refcriptum Signa-
turæ ; Omnia ad Rotam . Quarta , ad inftantiam Io-
fephi coram Auditore Signaturæ Iuftitiæ 26. Nouembris
1676. recedendo à fuo primo refcripto : Circumfcriptis om-
nibus geftis coram Thefaurario &c. vt fupra refcripferit poft
3 vigintiduo menfes à primo refcripto , † & fex menfes à
die præfentatæ commiffionis , fine vlla præuia commif-
fione , abrogauit quidem fuam circumfcriptionem , non
autem alias & præcipuè illam A. C. quæ obftabat exequu-
tioni Decretorum Thefaurarij. Ideoque ante exitum appel-
lationis dd. Decreta etiam fi firma remanfiffent, non erant
in ftatu executionis, & appellatione pendente , nihil pote-
rat innouari coram Thefaurario.

Secundo ; Quia fuperuenit refcriptum Signaturæ Gra-
tiæ, quæ omnia remifit ad Rotam nulla facta referuatione,
quoad Decreta Thefaurarij, & ftetit in decifis 13. Februa-
rij proximi præteriti . Non attenta declaratione D. Audi-
toris Sanctiffimi , qui fub die 5. Februarij 1677. mandauit
procedi contra Iofephum coram Thefaurario ad formam
4 refcripti Signaturæ Iuftitiæ , † & inhibitionem Rotalem
non afficere , quia ipfe non potuiffet mutare refcriptum
Papæ, fine eius oraculo, & nouo refcripto *cap. cum acceffif-
fent 8. de conftit* ibi Glof. 2. & multo minus Refcriptum in
5 † Signatura Gratiæ ad tradita à præfente D. Auditore S.
D. N in *relat. Rom. Curiæ difc. 8 num. 10. & tot. difc. 30. num. 15.
quin etiam de dubijs cap. cum veniffent 12. de iudic. cum ibi nota-
tis* . Nec voluit , dum expreffè habuit relationem ad fo-
lum refcriptum Signaturæ Iuftitiæ , quod non obftat , vt
fupra.

Tertio, Quia hoc poftremum refcriptum Signaturæ Iufti-
tiæ fuperuenit in caufa mota coram A. C. & poftquam caufa
ad inftantiam earundem appellantium fuerat commiffa in
Rota à Signatura Iuftitiæ com claufula : circumfcriptis om-
nibus geftis coram Thefaurario poft refcriptum Signaturæ
omnia ad Rotam , prout in commiffione directa, & præ-
fentata R. P. D. meo Vicecomiti, Summario Iofephi *num.*
27. qui pariter inhibuit. Propterea, vbi etiam remanfiffent
firma mandata Thefaurarij vigore d. pofterioris refcripti ,
firmis mandatis Thefaurarij tantum etiam , quoad exe-
cutionem , fi adeffent dd. mandata, quæ non aderant fal-
tem exequibilia , & etiam fi fuiffet Rotæ præfentata hu-
iufmodi fecunda commiffio reformatoria primæ , quæ
requirebatur , & non fuit facta prout opus erat ad refor-
mandam inhibitionem factam in Rota vigore primæ com-
miffionis , non poteft euitari, quod Rota, cui à Signatura
Gratiæ fuerat commiffa omnia com Generali caufa con-
curfus, poffit , & debeat cognofcere de illorum validitate,
& an eorum executioni adhuc obftent decreta , & fenten-
tia A. C. Summario Iofephi *num.* 25. declarans nullum ius
competere dd. Sororibus fuper dicta Tenuta à quibus DD.
Sorores appellauerant, ficuti obftabant tempore interpofitæ
appellationis.

Imò dum fucceffit Rotalis inhibitio fpecifice etiam com-
prehendens omnia acta coram Thefaurario , † debuiffet 6
feruari , propter regula , quod inhibitio Rotalis, fiuè iufta,
fiuè iniufta eft timenda , & caufat attentata , Ridolphin.
prax. iudic. cap. 3. numer. 230. *par. 3. cum alleg.* Non attenta
† refponfione , quod ftante diuerfitate caufæ inhibitio 7
in vna non poffit caufare attentata in alia. Quia hoc poffet
forfan procedere , † fi inhibitio effet generaliter concepta , 8
fecus vbi expreffè fuit inhibitum in hac caufa coram The-
faurario , & pluries videlicet 8 Ianuarij, & 11. occafione
productionis iurium , & 14. occafione concordandi Du-
bium, qua fuit mandatum Confuli Rotam , & interim ni-
hil innouari, & die 16 qua præfentauit Iofephus forma-
lem inhibitionem in actis D. Thefaurarij , quo tempore
nulla aderant mandata coram Auditore † Thefaurarij 9
ftante enim ifta fpeciali enunciatione , & his replicatis in-
hibitionibus abftinendum omnino erat , nec poterat fperni
abfque vitio attentatorum , Rot. *coram Coccin. decif.* 2043.
num. 3. & 4. & Dunoz. iun. *decif.* 464. *num.* 3. *cum alijs* . Vnde
non poterant DD. Sorores die 19. Ianuarij obtinere manda-
ta, & expeditionem illorum merito reuocationem , & cir-
cumfcriptionem actorum coram Thefaurario factorum 23.
Ianuarij poft dd. Inhibitiones , legitimè factam fuiffe ;
DD. refponderunt.

Et hæc eo magis vifa funt DD. inexcufabilia, quo nouis
attentatis, maximè criminaliter agendo contra Iofephum
in Curia D. Gubernatoris, in dies fpreta eft Rota , & Læfa
Pars, vt in Informatione , & Summario Iofephi .

Et ità &c.

*Plures decifiones in hac caufa emanatas concordauimus fupra
in calce decif. 25. in hac eadem parte , infra vero fub diebus 15.
Nouembris 1677. & 6. Iunij 1678. erunt aliæ decifiones in ea-
dem caufa , fuis loco , & tempore apponenda.*

R. P. D. PAVLVCCIO.

Foroliuien. Legati , Doctoratus.

Lunæ 5. Iunij 1677.

ARGVMENTVM.

Agitur de legato ftudiorum ab eo confequen-
do , qui ftuduerat toto tempore à teftatore
præfixo , quod licet moraliter intelligen-
dum fit , hoc tamen in præfenti probatum
remanferat ex principio, medio, & fine, cum
affequutione tandem laureæ doctoratus ,
qui in neceffariam confequentiam omnia
præceffiffe fupponit ; Rurfus, quia ex impe-
tratione beneficij ei legatum impugnaretur,
refpondetur illum potius beneficio , non
autem legato priuari debuiffe.

SVMMARIVM.

1 *Legatum ftudij debetur illi, qui implendo teftatoris volunta-
tem ftuduit per tempus à teftatore ordinatum.*

Teftium

2 *Testium attestationes æquiparantur instrumento publico.*
3 *Studio incubuisse probatur illum, cui legatum studij ind x præstare mandauit.*
4 *Studium si quis non perfecisset, legatum studij ei subministratum non fuisset.*
5 *Doctoratus priuilegium, studij incumbentiam plene probat.*
6 *Studijs assiduè incubuisse dicitur, qui admodum in illis fuit profectus.*
7 *Studiorum profectus remanet probatus, si quis lauream doctoratus obtinuit.*
8 *Doctoratus non confertur nisi præuio examine.*
9 *Pœna in certo casu iniuncta, ad alium quamuis similem non extenditur.*
10 *Continuitas ex principio, medio, & fine probatur.*
11 *Præceptum assiduè incumbendi studiis à testatore iniunctum, moraliter est intelligendum.*
12 *Incompatibilitas non obstat, si quis ad illam fuerit legitimè dispensatus.*
13 *Incompatibilitas, an habeat locum solum in beneficialibus, sed etiam in prophanis, cessat si quis fuerit dispensatus.*
14 *Legatum non amittit, qui etiam beneficium incompatibile obtinuit, cum solum beneficium illi impetrari possit.*
15 *Minor non potest renunciare nisi mediante persona curatoris, & cum solemnitatibus.*
16 *Statutum laicale iuuat etiam clericos in fauorabilibus.*
17 *Legatum non perdit, qui beneficium incompatibile obtinuit, si illi renunciauit.*
18 *Testium oppositiones, seu defectus non attenduntur, si non fuerint de substantialibus, sed solum de accidentalibus.*

DECISIO CXXVI.

COnspirantibus pari voto Francisco, & Antonio de
Torellis ad legatum illi de famiila relictum, qui
post nauatam per septennium iuris studijs operam, ve-
lit Romam pergere, ibique morando curiam sequi, simul-
que instrui ad decennium, dictum fuit 14. * Decembris 1676.
coram me neutri legatum deberi, præsertim Francisco quia
quamuis lauream Doctoratus se adeptam ostenderit, non
tamen probasset integrum septennij spatium in legalibus
studijs impensum iuxta Siluij testatoris præscriptum, An-
tonio vero pariter non deberi legatum ex fundamentis de
quibus in dicta decisione.

Indè Franciscus articulos proposuit, ipsisque præuia di-
scussione admissis die 5. Aprilis proximi præteriti, exami-
natisque pluribus testibus ad illius instantiam proposui ho-
die causam sub dubio: An sit standum, vel recedendum à
decisis, & fuit resolutum recedendum respectu Francisci,
standum verò decisis respectu Antonij.

Mandatum enim relaxatum ad fauorem Francisci pro
1 adeptione legati iustum omninò est visum, † cum ipse con-
cludenter, & abundè probauerit septennij studium in Vni-
uersitate Almæ Vrbis, vndè impleuit testatoris mentem,
ac proindè ipsi debitum legatum *l. sed si ff. de verb. oblig* Bald.
in l. si quidem numer. 5. C. de except. Decius *cons. 585. numer. 1.*
Crass. *in §. legatum quæst. 52. numer. primo & sequen.* Carth.
decis. 68. numer. 2. & sequen. Honded. *cons. 82. numer. 12.
libro 2.*

Scholarem siquidem se esse ostendit per examen nouem
testium formiter examinatorum, de studio per septennium
2 deponentium, & de singulis annis † quorum &c. attesta-
tio instrumento æquiparatur *l. si solemnibus 7. & ibi* Barbos.
in Collect. a de fid. instr. Alex. *cons. 107. num. 2. & seqq.*
Pereir. *de Accad. lib. 6. tit. de Cancell. num.* 879. quorum
dd. duo magis confirmant decretum, scilicet A. C. Areosti
3 † iubendo Siluio Torello, vt Francisco tanquam studenti in
Vrbe annuum legatum præbeat, vt in Summario Fran-
cisci *numer.* 19. & actualis annua legati præstatio, ab eo-
4 dem Siluio facta, † quam sanè non fecisset, nisi Franciscum
verè studentem sciuisset Maur. *de solut. cap. 24. nu. 1.* Rota *co-
ram Buratt. decis. 486. num. 9.*

Quibus cum accesserit gradus Doctoratus, adeptus post
septennium, probatus per exhibitionem priuilegij Docto-
5 ralis, † studij incumbentiæ plenè satisfactum apparuit Pac-
cian. *de probat. lib. 2. cap. 41 num. 6. & 8.* Mascard. *de probat.
conclus. 528. num. 1.*

Assiduitas autem in studio non videtur in dubium reuo-
canda, † cum profectus eam testetur, & profectum † pu- 6
blica approbatio per doctoratum, † qui confertur præuio 7
examine, quam quidem moraliter continuam exegisse 8
videtur testator, ex quo pœnam priuationis legati iniunxit,
quo casu intra septennium studens in Patriam rediret in
ea siquidem verba disposuit, nec vnquam possit redire
Patriam ex quauis causa durante dicto septennio, alias
venientibus ipsis, vel aliquo eorum, tunc dd. in obe-
dientes priuentur dicto commodo præsentis legati &c. Pœ-
na autem in casu præciso iniuncta, † ad alium quamuis 9
similem non extenditur, cum in pœnalibus, vtpotè odio-
sis non admittatur extensio *Cap. odia de reg. iur. in 6. l. fa-
ctum §. in pœnalibus ff. eodem* Bich *decis. 238. num. 23.* Rot. *dec.
231. à numer. 6. parte 13. & decis. 130. numer. 8. parte 14. re-
centior.* vndè non videtur attendendum si quid de assidui-
tate opponeretur, aut dubitaretur, cum continuis † ex 10
principio, medio, & fine satis probatur, & secluso re-
ditu Patriam, † moraliter veniat intelligenda *l. continuus §. 11
cum ita ff. de verb. oblig.*

Quibus omnibus iam non obstare videtur, quod Fran-
ciscus Canonicatum obtinuerit, residentiam requiren-
tem, incompatibilem cum legato causa studij, ac cum
legato Doctoratus, de quo agitur, nam quoad legatum
studij, Franciscus narrato legato Summis Pontificibus
Clementi IX & Clementi X. † præuentiuè fuit dispensa- 12
tus ad Legatum, & Canonicatum retinendum text. *in
l. dudum § nos igitur de elect. & in c. ordinarij de offic. ordin. in
6* notant scribentes communiter *ad cap. de multis de præben-
dis* Rot. *decis. 30. num. 10. & sequen. parte 5. recent & in Var-
nien. Canonicatus 28. Iun. 1673. §. quatenus coram Reuerendis-
simo D. meo Decano.*

Qua stante dispensatione inane omnino fuit disquirere,
an *Clem Gratiæ de rescipt.* obtineat non solum in beneficia-
libus, sed etiam in profanis, † cessat siquidem quodlibet 13
incompatibilitatis impedimentum ex dispensatione ad
vtramque.

Et vtcumque dispensationes non adessent, adhuc ni-
hil dici posset contrà mentem testatoris egisse, propter quod
esset priuatus legato, cum semper Romæ studuerit, † po- 14
tuisset quidem impetrari Canonicatus ob non residentiam,
sed non ipse priuari legato *cap. conquerente, & c. Clericus de
Cleric. non residen.*

Nec eidem renunciasse intelligi potest acceptando Ca-
nonicatum, quia cum Franciscus esset minor 25. annis,
vt ex Summario ipsius *num. 22.* debuisset ei adesse Curator, † 15
qui adhibitis solemnitatibus statutarijs nomine ipsius renun-
ciasset legato, præsertim prophano Gross. *de minor. inspect.
3. qu. 16. numer. 1.* Rot. *decis. 361. numer. 2. parte 13. & decis.
323 numer. 3. parte 14. recens.* cum in fauorabilibus statutum
laicale † iuuet etiam Clericum Grass. *de effect. cleric. effect. 16
numer. 47. vers. & sic est in eorum potest. & numer. 49. vers. &
sic erit conclusio* Paschal. *de patr. potest. par. 2. cap. 6. num. 32.
& 40.* Sperell. *decis. 10. nu. 35.* Rota *decis. 231. num. 12. par.
10. recent. & coram Mill decis. 146. num. 6.*

Quò verò ad legatum decennij euanescit omnis obie-
ctio, ex quo Franciscus post adeptam doctoratus lauream,
mandatum dedit Procuratori die 13. Iunij 1676. qui Canoni-
catum renunciet nomine suo in manibus Ordinarij Foro-
liuien. † vndè liber aditus ad legatum decennij ipsi constitit 17
text. *in d. cap. ordinarij §. fin. in fin. vers. sic ea quæ de offic. or-
din. in 6.*

Quæ autem pro singulari Censura testium, & circà eo-
rum depositiones sunt allata, visa non sunt attendenda,
cum non tangant substantialia † sed tantum accidentalia, 18
quæ nihil releuant Cyriac. *contr. 407. nu. 443. & seqq.* Capic.
Latr. *consult. 4. numer. 36. & seqq.* Rota *coram Bich. decis. 46.
num. 3. & dec 618. num. 8.*

Quò verò ad alteram partem decisionis respicientem An-
tonium Domini standum censuerunt in decisis ex funda-
mentis decisionis, cum Antonius, & pro eo informantes
in exclusione Francisci maximè institerint.

Et ita vtraque parte informante resolutum fuit.

REVERENDISS. D. ALBERGATO.
Sacræ Rotæ DECANO.

Romana Pecuniaria.

Lunæ 5. Iunij 1677.

ARGVMENTVM.

Tractatur materia transportationis actorum, ad hoc, vt de illorum integritate constare dici possit, quæ hic duplici defectu laborare comperitur; Alter, & primo, quia acta præcedentis iudicij transportata non sunt, super quibus cum Iudex appellationis cognoscere debuisset, erant omnino transportanda; Altero etiam, quia eadem transportatio de actis adhuc simpliciter repetitis fieri debuerat.

SVMMARIVM.

1 *Transportatio actorum non dicitur integra si acta à principio causæ producta, transportata non fiat.*
2 *Acta non dicuntur integrè transportata, si Notarius testatur solum de fide infrascriptorum actorum, non autem omnium, & singulorum actorum, vt moris est.*
3 *Notario Sacra Rota valde deferre solet circa integritatem, vel non integritatem actorum transportatorum.*
4 *Transportare quis tenetur solum acta quæ suum iudicium concernunt, non autem alterius, limita vt num. seqq.*
5 *Acta omnia etiam alterius instantiæ transportanda sunt, si super omnibus iudex appellationis cognoscere debet.*
6 *Appellans à sententia contra alium latam facit causam suam, & ita etiam illius acta transportare tenetur.*
7 *Repetitio iurium habet vim nouæ, & realis productionis.*
8 *Transportatio actorum fieri debet etiam de illis, quæ solum repetita sunt.*
9 *Transportationis actorum defectus operatur vt iudex appellationis in causa procedere nequeat, & si procedit, nulliter, & iniustè procedit.*

DECISIO CXXVII.

CReditores Antonij Rapaccioli habita notitia fuisse ab illo venditum Iolio, & Amico de Sinibaldis vnum ex officijs Militiæ Lauretanæ reportatis in computum pretij duabus Cedulis, vulgo nuncupatis *Pagard* soluibilibus Ioanni Baptistæ Quarantæ pro summa scutorum 1060. Iudicium introduxerunt coram Auditore Cameræ super consignatione earundem Cedularum, & obtinuerunt sententiam declarantem super illis nullum ius, nullamq; actionem competere dicto Quarantæ, & deindè duo mandata de consignando, vnum pro scutis 660. remanentibus in Banco eorundem in Sinibaldis, & alterum pro scut. 400. ab eisdem Sinibaldis antecedenter eidem Quarantæ solutis, sed commissa mihi ad vtrumque effectum Causa appellationis per Signaturam, lapsoque termino præfixo ad transportandum acta, institerunt creditores pro moderatione Inhibitionis, quam obtinuerunt præuijs duabus Decisionibus, emanatis coram me sub diebus 4. Iulij 1674. & 13. Maij 1676. & ab hac moderatione iterum Sinibaldis recurrentibus ad Signaturam, rescriptum fuit: Transportatis actis Rota reintegret. Vnde acta fuerunt transportata, sed prætendentibus creditoribus illa non esse integra, dubium subscripsi; An constet de integra transportatione actorum, quod hodie propositum, Domini negatiuè resoluerunt.

Iudicium enim per Creditores intentatum pro consignatione Cedularum, in quo prodierunt sententia, & mandata, inchoatum fuit de anno 1669. & vsque tunc apparent productiones iurium, Summario Creditorum *num.* 1. Acta
1 autem transportata in Rota incipiunt ab anno 1671. † ideoque dici non potest, quod integrè fuerint transportata, dum præcedentia deficiunt, Rota *coram Mantic. decis.* 2. *num.* 3. & *apud* Posthium *de manuten. decis.* 637. *nu.* 3. quod etiam benè cognouit Notarius, qui in extractione eorundem actorum non testatur iuxta stylum, quod extractus sit omnium, & singulorum actorum, † sed tantum 2
ibi: Infrascriptorum actorum, quibus enunciatiuis Notariorum ad hunc effectum valdè deferre solet Rota, vt post *secundum volum. consil. Farinac. dec.* 144. *nu.* 1. *ad med.* Bich. *dec.* 466. *nu.* 7. Adden. *ad* Greg. *dec.* 59. *nu.* 6. & *dec.* 357. *nu.* 5. *coram Dunoz. iun.*

Non obstat, quod Sinibaldi intendunt solum appellationem pro se, quia à secundo mandato de consignando scuta 400. per ipsos soluta Quarantæ antequam aliquod impedimentum superuenisse, non autem a sententia, & mandato de consignando alia scuta 660. de quo agebatur inter Creditores Rapaccioli, & Quarantæ; † Propterea non 4
teneantur transportare alia acta, præter illa concernentia suum peculiare interesse, & causam, non autem ea, quæ pertinent ad iudicium diuersum inter personas diuersas, & super diuersa re agitatum; Duplici enim responsione euitatur obiectum; Primum, quod tam commissio appellationis per Sinibaldos, & Quarantam eorum auctorem laudatum interpositæ, quàm alia commissio executoris pro præfixione termini à Creditoribus impetrata, loquuntur de sententia, & mandatis, ac de integra summa scutorum 1060. † ideoque cum super his omnibus Rota co- 5
gnoscere debeat, pernecesse ad eam transportanda sunt omnia acta & iura præcedentis Instantiæ, ad hoc, vt ex illis iustitia, & validitas sententiæ, & mandatorum appareat, Rota *coram Durano decis.* 7. *num.* 18 *in recent. dec.* 184. *nu.* 7. *par.* 7. & *dec.* 201. *numer.* 10. *par.* 15. præsertim quia Sinibaldi quatenus etiam diuersam causam agerent ab illa, quæ vertebat cum Quaranta, nihilominus appellando à sententia contra ipsum lata, † & ita committendo causam, 6
intelliguntur suam fecisse eandem sententiam, quamuis illa intra alios lata fuerit, vt ad nostrum propositum considerat Rota *coram Mantic. dec.* 2. *num.* 2.

Secundo, quod admissa etiam diuersitate causarum, 3
nihilominus cum in Iudicio particulariter intentato contra Sinibaldos pro consignations scutorum 400. fuerint repetita omnia iura, & acta producta, & gesta inter Creditores, & Quarantam Summmario Creditorum *nu.* 3. † repetitio ista habet vim nouæ, & realis productionis, 7
itaut etiam iura repetita transportari † debeant ad Iudicem 8
appellationis, Rota *apud* Posth. *de manuten. decis.* 637. *nu.* 5. & *decis.* 529. *nu.* 13. & *seq. coram Bichio*, Aliàs semper obstat appellanti defectus integræ † transportationis, qui operatur 9
Iudicem appellationis in causa procedere rectè non posse, etsi de facto procedat, nulliter, sine iurisdictione, & absque causæ cognitione procedere dicitur, *l. eos §. super ijs C. de appellat.* Grat. *discept.* 121. *numer.* 26. & 27. Rota *decis.* 29. *num.* 3 *coram Eminentissimo Ottobobono*, & plenè *in Romana fideicommissi* 10. *Decembris* 1646. *§. fin. coram bon. mem. Ghislerio*, confirmata *secunda Martij* 1668. *§. fundamentum cor. me* in illius locum generaliter suffecto.

Et ita, vtraque Parte audita, conclusum fuit non constare de Integra transportatione actorum.

R. P. D. TAIA.

postea S. R. E. Cardinali.

Romana Attentatorum.

Lunæ 15. Nouembris 1677.

ARGVMENTVM.

Post Causam Rotæ commissam possessor bonorum debitoris, qui iure creditoris possidebat, fuit a bonis possessis eiectus, ac etiam ab eo exactum pretium herbarum, quæ omnia attentata visa sunt, quidquid partes de iure solius possessionis contenderent; cum causa dominij in Rota pendentis parere debuisset exceptionem rei iudicatæ in alia.

SVMMARIVM.

1 *Militibus succurritur si propter simplicitatem armatæ militiæ allegationes competentes omiserint.*
2 *Milites maximam habere imperitiam dixit* Iustinianus.
3 *Creditor possidens iure creditoris, si super re possessa molestatur ab alijs, potest actori opponere, quod doceat de dominio.*

4 *Al-*

4 *Attentata sunt manifesta post inhibitiones hinc inde sequutas.*
5 *Dominij causa quoties est praiudicialis causæ possessionis, vtraque coram vno, eodemque iudice cognoscenda est.*
6 *Sententia super vna causa si parit, vel est paritura exceptione rei iudicatæ in alia, tunc semper intrant attentata.*
7 Lancellottus *Doctor attentatorum nuncupatur.*
8 *Attentata committuntur etiam ratione maioritatis rationis.*
9 *Dominij causa semper maior est causa solius possessionis.*

D E C I S I O CXXVIII.

A Decisis 19. Februarij Domini recesserunt 5. Iulij, & hodie suo dubio de more proposito, in vtris standum esset, steterunt in vltimis, altera Parte contra decisa non informante, nec comparente quidem, & præmente altera alienis mandatis exequutiuis, vsque ad suspicionis fugæ, alteram, ne Domus propria, neque dies aliqua tueretur ad libertatem per se comparendi.

Et quamquam in decisione 5. Iulij prout ad ipsam decisionem per proprias manus Iosephus propter simplicitatem
1 armatæ militiæ † allegationes competentes omiserit, vt
ille in *l. 1. C. de iur. & fact. ignor.* quin etiam propter nimiam
2 imperitiam, † quam superaddidit Militibus Iustinianus
initio *Instit. de milit. testam.* Tamen constitit factum, & vna propemodum causa; nam, vt tunc, nunc quoque visus est Iosephus conuentus à DD. Sororibus Principis coram Auditore Domini Thesaurarij, primo pro electione a Tenuta, & deindé pro exactione pretij herbarum, siue pascuorum, & quoquomodo excepisse, illas non esse Dominas, sed Dominum esse Principem debitorem suum, etiam quantitatis maioris iam deductæ in Congregatione Baronum, aliorumque iurium, ex quibus erat ibi in concursu Creditorum, & ibidem causa concursus, & eo
maximé instante, non ideo amoto Deputatus quoque
3 Commissarius Cameræ nomine possidebat, † & ipse Iose-
phus coram Congregatione Baronum, & coram Auditore Thesaurarij obtinuerat præfigi terminos DD. Aduersarijs ad docendum de dominio prætenso, maximé post quietam dudum suam possessionem iure Creditoris, quocumque non, si vero, si iusto titulo vtantur; & his sic stantibus, instantibus ipsis DD. Sororibus, fuit à Signatura Gratiæ commissa Causa Rotæ simpliciter, deleta prætensa amotione Commissarij, & reiectione attentatorum, &
subsequutæ sunt mutuæ inhibitiones, ne quid innouare-
4 tur † coram D. Thesaurario, vel eius Auditore; vnde
visæ sunt illæ plusquam innouasse, & attentasse in supradictis electione à Tenuta, & exactione pretij herbarum,
quæ plané continentur in causa principali, immo vniuer-
5 sali dominij controuersi, † forte decidenda contra prætensum illarum dominium, adeoque tunc sententia super dd.
6 electione, & exactione paritura † exceptionem rei iudicatæ super iudicanda dominij causa, sicut hac sententia paritura exceptionem rei iudicatæ super iudicanda etiam hac
causa, *ad adnot. coram Buratt. decis. 644. numer. 11. &* Rot.
7 *decis. 178. à num. 1. vsque ad 18. parte* 10. bené deductis, †
& malé descriptis in decisione, & amplius apud Doctorem attentatorum Lancellott. *limit. 2. num. 26. cap. 12 par. 2.* cum
allegatis, & allegandis, & amplius ratione maioritatis,
8 † quanto maior est causa dominij, ad *l. fundum Titianum
16. cum seqq. ff. de except. & præscript. & ibi* Bart. *nu. 5. versic.*
9 *dico quod vtraque*, † & traditur ad §. *præiudiciales actiones instit. de action. & ibi Mysinger numer. 12. vers. aliud exemplum* cum similibus.

Cætera, quæ iam decisa sunt non obstare in *decisione à §. non obstat*, ex ijsdem visa sunt quoque confirmata.

Et ita, altera &c.

Plures decisiones sunt in hac Causa, omnes relatiué concordatæ supra in hac eadem parte, & in calce alterius decisionem. 126.

REVERENDISS. D. ALBERGATO
Sacræ Rotæ Decano.

Pampilonen. duorum quartorum
Beneficij.

Lunæ 15. Nouembris 1677.

A R G V M E N T V M.

Valida declaratur præsẽtatio facta infra bimestre a iure concessum, quæ ideo suum effectum operare debet mediante institutione præsentati; qui si sit idoneus, proculdubio admittendus est, non obstante prætenso defectu patroni, vt asserebatur, excommunicati, quia donec publicé denunciatus non sit, validé pręsentat, prout nec minus altero ex incompatibilitate deducto, quia illa ex sola assecutione alterius beneficij non oritur, sed ex retentione vtriusque.

S V M M A R I V M.

1 *Sententia nulla, & iniusta non obstante quacumque desertione appellationis non transit in iudicatum.*
2 *Sententiæ nullæ, & iniustæ succurritur ex capite restitutionis in integrum.*
3 *Patroni habent semestre ad præsentandum beneficium de iurepatronatus mixto.*
4 *Iuspatronatus competens communiter ad Ecclesiasticos, & laicos dicitur mixtum.*
5 *Beneficium de iurepatronatus non deuoluitur, si patronus à die habitæ notitiæ præsentat infra tempus sibi à iure concessum.*
6 *Præsentatus ad beneficium iurispatronatus, si est idoneus, procul dubio admittendus est.*
7 *Institutio beneficij de iurepatronatus debetur illi, qui habet maiorem partem vocem.*
8 *Ement bona Ecclesiæ sine solemnitatibus incidit in excommunicationem.* Extrauagantis Ambitiosæ de rebus Ecclesiæ non alienandis.
9 *Patronus excommunicatus validé præsentat donec publicé denunciatus non sit.*
10 *Quasi possessio præsentandi etiam sola, & de per se sufficit ad substinendam præsentationem.*
11 *Incompatibilitas opponi non potest illi, qui post adeptum vnum beneficium, aliud pernecesse dimittere debet.*
12 *Incompatibilitas non oritur ab assecutione duorum beneficiorum incompatibilium, sed solum à retentione eorum.*
13 *Parochus potest esse etiam non Sacerdos, si ex constitutione Ecclesiæ alius Sacerdos curam exercere debet, donec illa Sacerdotium assumat.*

D E C I S I O CXXIX.

QVamuis Iuspatronatus duorum quartorum Beneficij vacantium in Ecclesia Oppidi de Guatteria Pampilonen. Diœcesis, per obitum Ioannis Ramos spectet ad Vicarium, & tres Beneficiatos integros eiusdem Ecclesiæ ad Gubernatorem, eiusdem Locumtenentem, & duos Rectores, itaut Patroni octo numerentur, nihilominus quia decessit dictus Ioannes alter ex tribus Beneficiatis, Patroni remanserunt septem, qui deuenientes ad actum præsentationis, quatuor ex eis, nempé alter ex Beneficiatis, alter ex Rectoribus, Gubernator, & Locumtenens præsentarunt Damianum de Echaue, reliqui veró præsentarunt Franciscum de Egagna, sed Ordinarius per sententiam diffinitiuam denegando vtrique Institutionem contulit quartos, de quibus agitur, iure deuoluto eidem Francisco, quam sententiam in secunda Instantia confirmauit Reuerendissimus Nuntius Hispaniarum, at in gradu appellationis à Damiano iterum interpositæ, deuoluta Causa ad Rotam, & propter non transportationem actorum expedita solita commissione executoriali, proposui dubium: An constet de re iudicata, seu potiùs de causis restitutionis in integrum, & negatiué primam partem, affirmatiué veró se-

ro secundam DD. resoluerunt, motieu nullitate, & iniu-
1 stitia, † propter quas sententia non obstante quacumque desertione appellationis, ab ea interiectæ, vel nunquam transit in iudicatum, iuxta vulgatum text. *in l. 4. §. condem-*
2 *natus ff. de re iud.* vel saltem ex læsione iodè resultante † datur restitutio in integrum, ex relatis in *decis. 776. nu. 1. & 2. coram Dunoz. iun.* & passim in alijs.

Nullitas visa fuit resultare, ex quo huiusmodi quarti vacarunt sub die 31. Augusti 1671. & Patroni sub die 17. Septembr. eiusdem anni præsentarunt Damianum, & sic
3 intra legitima tempora, nempè intra semestre, † quod
4 datur ad præsentandum ad iuspatronatus mixtum, † quale est hoc spectans communiter ad Ecclesiasticos, & laicos, *glos. fin. in cap. vnico de iurepatr. in 6.* Viuian. *eodem tract. lib. 7. cap. 5. num. 9.* Barbos. *de potest. Episc. all. 72. num. 531.* propterea
5 non erat locus deuolutioni, † quæ intrat quando Patronus habens notitiam vacationis negligit præsentare, aut non præsentat intra tempus, sibi à iure præfixum, *cap. cum propter, & cap. cum te de iurepatronat. glos. in Clementina prima de supplen. neglig. Prælat.* Viuian. *de iurepatron. lib. 12. cap. 3. nu. 4.* Barbos. *vbi supra alleg. 126. num. 65.*

Iniustitia desumpta fuit ex eo, quod cum Damianus esset idoneus ad hos quartos assequendos, & regendos, ac
6 quatuor ex septem Patronis illum præsentassent † procul
7 dubio citra iniustitiam non poterat ei denegari institutio, † quæ de iure debetur illi, qui habet maiorem partem vocum *cap. 3. vbi glos. de iurepatr.* Garz. *de benef. par. 9. cap. 2. num. 257.* Rota *decis. 246. num. 8. coram Peutinger.*

Neque ab his quatuor vocibus demenda est illa Ioannis Baptistæ Echaue Beneficiati ob prætensum incursum in excommunicationem propter emptionem prædioli Eccle-
8 siæ exigui valoris 36. regalium argenti † non iuxta solemnitatibus præscriptis in extrauag. *ambitiosæ de reb. Eccles. non alien.* quia vltra quod in facto constat non ipsum, sed illius matrem emisse Terrulam, vt in Summario *numer. 3.* Patronus excommunicatus, quando vt hic, adhuc non est de-
9 nunciatus excommunicatus † potest legitimè præsentare, & præsentatio ab eo facta sustinetur Lambertin. *de iurepatr. art. 2. par. 1. quæst. 2. principal. lib. 2. nu. 13. fol. mihi 6.* Rota *decis. 931. num. 11. vers. & satis est coram Dunoz. iun.* & pluta ad materiam colligit modernus *Mozzer iensis lo. Milazo assertion. iur. ass. 4. per tot.* & in proximis terminis Passerin. *de elect. cap. 10. à num. 72.*

Prout minus debet à numero vocum excludi illa Locumtenentis prætextus, quod ipse non sit Gubernator, quia licèt ab initio adessent duo Gubernatores, ambo vocem habentes, tamen quia officium vnius ex illis fuit suppressum, & loco illius fuit suffectus Locumtenens, qui ab inde citra in contingentibus vacationibus præsentanit prin-
10 de hæc quasi possessio Locumtenentis præsentandi † de per se sola sufficit ad substinendam præsentationem, de qua agitur, iuxta notissimum text. *in cap. consultationibus de iurepatr. vbi* Abb. & alij communiter, Rota *in Mediolanen iurispatron. 12. Iunij 1676 §. assistit enim coram me.*

Habilitas autem Damiani non valet redargui, aduertendo, quod ipse possideat duos alios quartos eiusdem Beneficij, quibus est annexum onus Organi, & Sacristiæ Ecclesiæ de Guatteria, quibus si iunguntur hi alij duo, obijcitur incompatibilitas, cum ex Constitutione eiusdem Ecclesiæ habens integrum Beneficium, deputetur ad Curam animarum Ecclesiæ de Asguiua vnitæ dictæ Ecclesiæ de Guatteria, quoniam obiectum cessat ex facto, in quo ab Informantibus pro Damiano, benè fuit iustificatum, quod onus Sacristiæ, & Organi non est annexum inseparabiliter à dictis duobus quartis, itaut impediat assensum ad alios, & generet incompatibilitatem, quoniam eo ipso, quod quis efficitur integer Beneficiatus, assumit Curam Animarum, & munus Custodis, seu Sacristæ, & Organistæ defertur ad alios Beneficiatos moderniores, integrum Beneficium non possidentes, vt constat ex decreto dato in
11 Summario Damiani *numero secundo*; † Vnde liquet incompatibilitatem opponi non posse, dum post assecutionem Curæ Organum, & Sacristia non retinentur ampliùs à Beneficiato, qui exercitium Curæ assumpsit; nam incompati-
12 bilitas non oritur ex assecutione alterius incompatibili, † sed ex retentione, Rota *dec. 324. num. 6. coram Card. Celso, & in Bononien. Canonicatus 4. Aprilis 1672. § neque alter um coram R. P. D. Rondinino, & in eadem 5 Maij prox. prat. §. præterea coram me.*

Præterea nec Damiano poterat denegari institutio propter defectum actualis Presbyteratus, dum agebatur de administratione Curæ Animarum; quia cum in Concordia inita cum Incolis dicti Loci de Asguiua inter cetera conuentum sit, quod casu quo vltimus integer Beneficiatus deputandus ad exercitium dictæ Curæ non sit actu Sacerdos, Curam exerceri debeat per Antecessorem, donec Successor promoueatur: † Vnde cum Damianus interim ad Sacrum Pre- 13
sbyteratus ordinem ascenderit, vtique repelli ex hoc capite non potest, præsertim cum sic seruatum fuerit cum alijs integris Beneficiatis, qui ad dictam Curam fuerunt deputati, & præcipuè cum Antecessore Damiani, vt in eius Summario *num. 17.*

Et ita Damiano tantùm informante, decisum est, Procuratore Francisci pluries intimato.

R. P. D. RONDININO.

Romana Alimentorum.

Veneris 29. Nouembris 1677.

ARGVMENTVM.

Tractatur de taxatione alimentorum, & sumptuum litis, quæ cum a iudicantis arbitrio dependeat, illa in menstruis scutis sex fuerunt assignata minoribus, & pupillis, quia cum hac summa ipsi commodè educari posse visi sunt in aliquo pio loco. Hæc autem iuxta solitam quantitatem scutorum decem, & octo pro qualibet propositione causæ arbitrata est,

SVMMARIVM.

1 *Paupertas est homini connaturalis, quia vnusquisque nascitur nudus.*
2 *Pupillus nullam dicitur habere industriam ad sibi victum quærendum.*
3 *Paupertas probatur etiam ex fide testium, qui ob paupertatem firmiter examinari non potuerunt.*
4 *Nepos æquale ius dicitur habere cum patruo ad effectum consequendi alimenta ex hæreditate aui.*
5 *Iuris boni præsumptio ad effectum alimentorum resultat ex probatione descendentiæ à testatore.*
Amplia, & fortius si etiam de vocatione constat ibidem.
6 *Alimentorum quantitas ex arbitrio iudicantis dependet, inspecta quantitate patrimonij, & qualitate personarum, numer. 11.*
7 *Sumptus litis pro qualibet propositione causæ in Rota taxantur in scutis decem, & octo.*
8 *Alimenta minori, & pupillo taxantur in scutis sex qualibet mense.*
9 *Minor, & pupillus cum solis scutis sex menstruis commode possunt alimentari in aliquo loco pio.*
10 *Alimenta parco modo taxantur, vbi de quantitate patrimonij non plene constat, ob periculum manus repetitionis in casu succumbentiæ.*

DECISIO CXXX.

Fabius Senior de Gratiis, postquam instituit Iacobum Antonium, & Angelum filios in legitima, seu duum hæreditatis administran, reliquit monialibus Sancti Siluestri de Capite, ad effectum multiplicandi, donec prædicti eius filij filios habuerint annorum viginti, quibus hoc casu hæreditatem restitui mandauit, fideicommisso, ad illorum fauorem adiuncto, vt dictum fuit in decisione huius causæ Romana hæreditatis 4. Maij 1671. coram me. Ex fructibus illius hæreditatis præstita fuerunt Alimenta filijs Iacobi Antonij, donec vnus ex el Tiberius Alexander Gratia ad præscriptam ætatem peruentus, obtinuit hæreditatis restitutionem, contra quem ad secundum æqualitatem Fabius Iunior, & Theodora filij Angeli egerunt ad Alimenta, & litis sumptus, debita ex bonis Auitis à Tiberio possessis, quæ in quantitate inferius exprimenda deberi hodie DD. responderunt.

Ratio resolutionis: fuit desumpta ex paupertate, & bono iure, quorum alterum paupertatis extremum, † vltrà 1
qualita-

qualitatem intrinsecam naturalem, qua quis nudus ab vte-
ro matris prodiens pauper nascitur, desumptum fuit à pu-
2 pillari ætate alimenta petentium, † quorum industria nul-
la est ad victum quærendum iuncta fide paupertatis aliquo-
rum, Summario Actorum *numer.* 1. qui in testes formiter
3 † induci non potuerunt ob expressam paupertatem Acto-
rum, Rot. *rec. part.* 12. *decis.* 265. *num.* 7. *& part.* 16. *decis.* 34.
num. 9. 18. *&* 20.
Alterum verò extremum boni iuris desumitur, ex filia-
tione Angeli, qui fuit vnus ex filijs testatoris, vt superiùs
dictum fuit, vt Summario eodem *num.* 2. *& seqq.* & proindè
Actores eius filij, vt nepotes Fabij Sen. fideicommissum ad
4 eorum fauorem instituentis, † non secus, ac Tiberius ex
Iacobo Antonio filius, ipsi quoque ad hæreditatem hanc
ius æquale habent, iuxta deducta in decisione huius causæ
4. Maij 1671. & 27. Iunij 1672. coram me, & consequenter
5 sufficiens boni iuris præsumptio, † exinde emergit, iun-
cta qualitate descendentiæ à testatore, cuius sunt nepotes,
Surd. *de alim. tit.* 1. *quæst.* 103. Rota *coram Greger. decis.* 524.
num. 4. *& in recent. part.* 12. *decis.* 265. *num.* 10. *& part.* 14. *de-
cis.* 87. *& in Firmana fideicommissi prima Iulij* 1676. *§.
quoad bonum ius princ. coram Reuerendiss. Pater D. meo
Vbage.*
6 Quantitatem verò alimentorum, † & litis sumptuum
à Iudicis arbitrio pendentem inspecta quantitate patrimonij
DD. arbitrati sunt in scutis sex menstruis pro quolibet
7 pupillo, † & in scutis 18. pro qualitate propositione cau-
sæ. Hæc enim summa quoad litis sumptus sæpe visa est con-
grua Rotæ, & præsertim in *recen. part.* 16. *decis.* 34. *in fine*,
8 summa autem scutorum sex † menstruorum pro quolibet
pupillo congruè pariter videbatur, quia agitur de minori-
9 bus, † qui cum tali summa, commodè educari possunt in
aliquo pio loco, & patrimonium adhuc non constat, quod
10 sit adeò pingue, vt stante incertitudine litis, † & periculo
inanis repetitionis in casu succumbentiæ maior quantitas
taxanda videatur prudentis Iudicis arbitrio, à quo, vt di-
11 ctum est † totum pendet, iuxtà vires patrimonij, & con-
ditionis personarum, *l.* 2. *&* 3. *ff. vbi pupill. educ. deb. & l.
cum alimenta* 22. *ff. de alim. & cib. legat.* Add. *ad Buratt. decis.*
707. *num.* 8.
Et ita Actoribus informantibus, & Tiberio Alexandro
Patruo pluries monito Domini responderunt.

R. P. D. RONDININO.

Lucana Emphyteusis.

Mercurij 24. *Nouembris* 1677.

A R G V M E N T V M.

Excluditur res iudicata, licet causa prosequuta non sit, quia agebatur de Nuntio Apostolico, absente ratione Reipublicæ, cui proindè restitutio conceditur, cumque principaliter opponeretur lapsus fatalium, ille de per se, nec litem extinguere dicitur, cum super desertione iudicis pronunciatio necessaria fuisset.

S V M M A R I V M.

1 *Dubium super desertione causæ disputari debet ante aliud dubium super negotio principali.*
2 *Nuntius Apostolicus ex causa Reipublicæ, & ex facto Principis dicitur abesse, & per consequens impeditus.*
3 *à Desertione causæ excusatur, qui facto Principis remanet impeditus, vel Republicæ causa.*
4 *Fatalium prorogatio conceditur legitime impedito, & qui talis esse dicatur sup. num. anteced.*
5 *Fatalium lapsum de per se non extinguit litem de stylo Rotæ.*
6 *Super Desertione causæ requiritur pronunciatio, ad hoc vt lis per lapsum fatalium de stylo Rotæ dicatur extincta.*
7 *Rota Romana non exequitur sententias aliorum tribunalium, quamuis in iudicatum transactas nisi constito de illarum validitate, & iustitia.*

D E C I S I O CXXXI.

REuerendissimus Dominus Bonuisius Nuntius Pon-
tificius ad Cæsarem ob quandam permutationem
bonorum Abbatiæ Sancti Saluatoris Cantignani Lucanæ
Diœcesis Domino directo irrequisito factam, & ob non so-
lutos Canones per biennium, & vltra obtinuit ab Ordina-
rio sententiam aduersus Georgios Emphyteutas super di-
missione bonorum Emphyteuticorum, nisi infra sex men-
ses dedissent Abbatiæ permutationem Terrarum iuxta præ-
sentem æstimationem, & soluissent Canones; cum au-
tem Auditor Cameræ Panciatius sententiam hanc infirma-
uerit, causaque per appellationem deuoluta fuerit ad hoc
Sacrum Tribunal, antequam subscriberem dubium super
negotio † principali, obtinuerunt Georgij disputari aliud 1
super desertione causæ, in quo locum esse prorogationi fa-
talium, non verò prætensæ desertioni hodie Domini res-
ponderunt.
Ratio resolutionis fuit, quod Reuerendissimus Dominus
Bonuisius, vtpote Nuntius Coloniæ tempore latæ senten-
tiæ ab Auditore Cameræ Panciatico, & postea apud Cæsa-
rem, † ac consequenter ex publica causa reipublicæ, & 2
ex ipso facto Principis impeditus, † excusatus remansit à 3
desertione causæ, † atque est ei concedenda fatalium pro- 4
rogatio *l. Paulus octaua ff. de legationibus l. secunda §. legatis vbi
Petrus* Barbosa *num.* 49. *& sequentibus ff. de iudic. Doctores in
lege non distinguemus trigesima septima §. item si quis Romæ, ff.
de receptis arbitr.* Abbas *in capitul. ex insinuatione num.* 3. *ver-
ficul. secundo nota de appellationib.* Ridolphin. *in praxi parte
prima cap.* 13. *num.* 563. *& seq.* Rota *coram Verall. decis.* 13. *n.*
1. *parte* 2.
Præterea per lapsum fatalium † ex stylo Rotæ non 5
extinguitur lis, † donec pronuncietur super desertione iuxta 6
doctrinam Bartoli *in l. eos num.* 8. *& ibi* Baldus *sub num.* 5. *C.
de appellat.* Anton. de Marin. *lib.* 2. *resolution. quotidianar.* 79.
num. 5. Marescott. *lib. secundo variar. resolut. cap.* 74. *num.* 8.
Rota *coram Mohedan. decis.* 3. *num.* 3. *vt lite penden.* Caualer.
decis. 317. *num.* 2. *& decis.* 333. *num.* 6. Penia *decis.* 1168. *nu.* 4.
iuxta impressionem Lugdunensem, & Auellina Canonicatus
12. *Iunij* 1651. *coram Eminentiss. Dom. Cardinali Cerro*, neque
Rota solet exequi sententias aliorum iudicium, † quamuis 7
in iudicatum transactas, nisi etiam constet de illarum vali-
ditate, & iustitia, vt in *recent. parte quarta tom.* 2. *decis.*
399. *numer.* 8. *&* 9. *& coram Dunoz. decis.* 71. *numer.* 2. & in
alijs passim.
Et ita vtraque parte informante resolutum fuit.

R. P. D. T A I A.

posteà S. R. E. Cardinali.

Conuersana Iurisdictionis.

Mercurij 26. *Nouembris* 1677.

A R G V M E N T V M.

De iurisdictione contendebat Archipresbyter cum Episcopo, quæ respectu causarum criminalium suorum Clericorum Archipresbytero competere fuit decisum ex transactione cum Episcopo antecessore facta, eaque à Sede Apostolica confirmata, quamuis post mortem Episcopi concedentis, & non vocato successore, quia illa ex certa scientia processerat, cum Papæ fuerit narratus totus tenor eiusdem concordiæ, qui dum per nouam concessionem procedere voluit, non erat necessaria citatio partis.

S V M M A R I V M.

1 *Iurisdictio Archipresbyteri in suos Clericos ex quibus resultet, & num. seqq. ac tota decis.*
2 *Episcopus sine beneplacito Apostolico non potest iurisdictionem à se abdicare.*
3 *Confirmatio Apostolica emanata post mortem Episcopi, qui alteri iurisdictionem concessit, non vocato successore, non sustinetur.*

4 *Papa non censetur Episcopo successori præiudicare voluisse per approbationem facti Episcopi antecessoris in re graui, si illum in eadem approbatione non vocauit.*

5 *Exemptiones à iurisdictione sine rationabili causa concedi non debent, & concessæ non citatis interesse habentibus nullius sunt roboris, & momenti, & vide num. 21.*

6 *Obseruantia semper attenditur, etiam si alius intellectus de iure verior sit.*

7 *Iurisdictio ciuilis, & criminalis ex eo, quod actus iudiciales requirit, si ab inferiore prætenditur, illius acta exhibenda sunt.*

8 *Acta iurisdictionis si non exhibentur rectè infertur, quod desunt, vel quod priuilegium exemptionis defecerit, & vid. num. 18.*

9 *Limitatio iurisdictionis ordinarij in certis casibus, supponit illam in reliquis casibus adesse, & vide num. 17.*

10 *Iudicare munus publicum esse dicitur.*

11 *Iudicare est finem controuersijs imponere mediante iudicis auctoritate.*

12 *Iudicatus si quis dicitur, potiori, & grauiori significatione pro condemnato reputatur.*

13 *Priuilegium alteri nocens, licet strictè interpretandum, non tamen adeo rigorosè, vt à propria verborum significatione recedendum sit.*

14 *Archipresbytero si aliquid in materia iurisdictionis sit concessum, quid censeatur de iure concessum.*

15 *Archipresbyter habet iurisdictionem in sua Ecclesia, & vid. sup. num. 14.*

16 *Archipresbyter habet dignitatem, magnum officium præeminentiam, & iurisdictionem circa spiritualia post Episcopum.*

18 *Acta iurisdictionis Archipresbyteri, quæ non exhibentur supponunt potius violentiam Episcoporum, aut bonitatem suorum Clericorum, quam malam causam eiusdem Archipresbyteri.*

19 *Inobseruantia allegari non potest, quoties intercessit lis, quæ adhuc pendet.*

20 *Iuribus suæ iurisdictionis non præiudicat, qui falsa opinione ductus illam non exercuit.*

21 *Iurisdictionem inferiori concedere quatenus Concilium Lateranense prohibeat, & sup. nu. 5.*

22 *Solemnia omnia interuenisse in concessione iurisdictionis præsumuntur, stante antiquitate temporis, & mandato Papæ ea diligenter perquirentis.*

23 *Papam non est dubium posse alteri iurisdictionem concedere, etiam nemine, vel interessatis non citatis, vbi amplia etiam non obstante Concilio.*

24 *Papa dicitur concessionem facere ex certa scientia, si dicit illam cum causæ cognitione facere.*

25 *Confirmatio facta à Papa, cui fuerit expressus tenor eius, quod confirmatur, dicitur facta ex certa scientia.*

26 *Papa per nouam Constitutionem quando dicatur tollere primam contrariam, quamuis id non exprimat.*

27 *Exemptiones iurisdictionis, eiusque transactiones ab Episcopis factas, & concessas ante Concilium Tridentinum, idem Concilium non tollit.*

28 *Iurisdictionis concessio, ab Episcopo facta fauore Archipresbyteri, solam Clericorum correctionem concernens non comprehendit causas ciuiles.*

DECISIO CXXXII.

VEtus, atque antiqua simultas inter Episcopum Conuersanum, & Archipresbyterum Rutilianum pendens in Rota super iurisdictione, vt ex decisione 166. 266. & 446. apud Duran. *& decis.* 221. apud Royas, sic proposita est hoc anno super dubio, An, & de cuius bono iure constet, quoad causas Ciuiles, & Criminales, nempè 5. Aprilis 25. Iunij, & hodie, quo tandem responsum est, constare de bono iure Archipresbyteri iuxtà modum exprimendum in decisione mihi expressum, quoad Criminales causas, adhuc discordibus Dominis de ciuilibus.

Quia in Bulla Sixti IV. edita 27. Aprilis 1473. narratur, quod alias Saxo Episcopus Conuersanus ex causis expressis, & de Consilio Ecclesiæ Conuersanæ, statuit inter cætera, quod Archipresbyter ipsius Ecclesiæ Rutiliani Curiam de suis Clericis tenere, & Pastorali Virga corrigere possit: Et si contra Episcopum, vti Ordinarium, dicti Clerici aliquid fecerint, coram Archipresbytero dictæ Ecclesiæ iudicentur, quodquè, vt tunc per instrumentum doctum fuit, ità Sixtus instrumentum productum diligenter inspici, & suæ Bullæ adnotari fecit; & exemptiones, libertates, & concessiones huiusmodi, & omnia, & singula in dicto instrumento concessa, & deindè sequuta, quacumque auctoritate Apostolica, tenore suæ Bullæ approbauit, & confirmauit, supplendo omnes, & singulos defectus &c. & nihilominus pleniori suffragio easdem libertates, & immunitates, & concessiones Archipresbytero pro tempore dictæ Ecclesiæ existenti eadem auctoritate denuò concessit, non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, & adiectus est tenor ipse instrumenti prædicti cum catione præcipua; vt Ecclesia tanti nominis libertate gauderet consilio totius sui Capituli hanc libertatem ei perpetuò statuit &c. Et intrà ne præsumat Episcopus alicui diuinum officium interdicere, seù beneficium auferre, nisi de crimine in eodem Capitulo comprobatus fuerit ab eodem Archipresbytero &c. † & nil aliud Episcopus Conuersanus ab 1
illa Ecclesia exigat, nisi quartam decimarum, hanc igitur libertatis concessionem Episcopus per se, suosque successores statuit perpetuò obseruandam, accipiente Vicè Ecclesiæ tunc illo Archipresbytero cum suo Aduocato &c. vt in Bulla, quæ deducta, & considerata fuerunt à Rota coram Duran. *dicta decis. 446. num. 5. vers. quibus non obstat* ad arguendam iurisdictionem in corrigendo Clericos dictæ Ecclesiæ Rutiliani; Et hodie iterum deducta, & examinata visa sunt DD. apertè concludere dictam iurisdictionem in causis Criminalibus.

Fuit tamen vnus, cui videbatur, non obstantibus expressis in Bulla, bonum ius assistere Episcopo, tàm quoad causas Criminales, quàm quoad Ciuiles, quia exemptio concessa à Saxone Episcopo nihil ponit in esse, † cum 2
absque Sedis Apostolicæ Beneplacito non possit Episcopus iurisdictionem à se abdicare, vt alias dixit Rota in simili transactione super iurisdictione inter Ecclesiam Cathedralem, & collegiatam alterius Oppidi apud Bich. *decis. 290. n. 24. & seqq. & coram Eminentissimo Cardinali Ottobono dec. 220. num. 17. & decis. 153. par. 11.* Non sufficiente confirmatione Sixti IV. quæ cum emanauerit longè post mortem Saxonis concedentis, non vocato Episcopo successore, † cui 3
medio tempore fuerat ius quæsitum, ei non præiudicauit, etiam si confirmatio fuisset ex certa scientia, vt visum fuit Rotæ in hac causa coram Duran. *dicta decis. 446. num. 7. & 8. & coram Royas dicta decis.* 221. *num. 5.* Nequè suffragante noua illa concessione Papæ, † quæ videtur potius facta pro 4
forma, & non audito Episcopo, ità vt non sit credendum, quod Summus Pontifex voluerit præiudicium, adeò notabile in re, tàm graui eidem inferri, † & in omnem 5
casum resisteret dispositio Concilij Lateranen. sub Leone X. anno 1515. quod exemptiones de cæterò absque rationabili causa, & quorum interest minimè citatis concessas, nullius roboris, vel momenti esse decreuit apud Grat. *discept. 918. num. 60. à vers. fuit etiam additum*, prius apud ChoKier, *de iurisdict. Episcopi in exempt. quæst. 12. numera tertio parte prima.*

Quinimò ea verba Curiam teneat, legebat ad sensum suum curam teneat pro magis congruo præsertim concurrente obseruantia, † qua semper Episcopi iurisdictionem 6
exercuerunt, prout obseruantia attenditur etiam si alius intellectus de iure verior esset, Rota *decis. 5. num. 17. & decis. 6. num. 7. par. 14.* & cum agatur de exercitio iurisdictionis Ciuilis, & Criminalis, † requirentis iudiciales actus, essent 7
exhibenda acta, & processus, & eo ipso, quod non exhibentur inferendum est, quod aut desunt, † vel saltem de- 8
fecerint priuilegium per annos *40. ad cap. 6. & cap. accedentibus 15. de priuileg.* Rota *coram Cardinali Ottobono decis. 175. n. 7. à versic. verum cum ex parte.*

Vlterius verba ipsa concessionis videbantur illi excludere prætensam omnimodam iurisdictionem, si enim nullus dictæ Ecclesiæ Diuino Officio suspendi, aut beneficijs suis priuari per successores Episcopos potuit, nisi prius de eodem crimine per Capitulum Ecclesiæ Rutilianæ iudicatum foret, quæ sunt ipsa verba, consequens est, vt in reliquis reseruata sit Episcopo libera † iurisdictio, ad quid enim li- 9
mitare in his auctoritatem Episcopi, si tota fuisset Archipresbyteri.

At verò alij DD. adhæserunt verbis in controuersia, quod Archipresbyter ipsius Ecclesiæ Curiam de suis Clericis tenere, & Pastorali virga corrigere possit, & tunc de suis Clericis curiam teneat, & clarius etiam si contra Episcopum, vti Ordinarium dicti Clerici aliquid fecerint coram Archipresbytero Ecclesiæ iudicentur, videlicet coram Capitulò, & Archipresbytero suo in ipsa Ecclesia Rutiliana

liana iudicentur, prout grauior est causa de Episcopo offen-
10 so, grauius quoque non solum coram † Archipresbytero,
sed etiam coram Capitulo iudicanda, & cum agatur de iu-
risdictione, & munere publico, quippè iudicare munus pu-
blicum est, *l. quippe iudicare 78. ff. de iudic.* & quid sit iudi-
care notissimum est ex *Rubric. & l. 1. ff. de re iudicat.* vbi di-
citur, quo finem controuersiarum pronunciatione iudicis
11 accipit, † quod vel condemnatione, vel absolutione con-
12 tingit, ita vt iudicatus potiori, † & grauiori significatione
pro condemnato sit in *l. si pro aliquo 21. ff. ad Senat. Consult.
Velleian. & in §. & si creditor. l. Gregi 13. ff. de pignor. vbi no-
tant Gloss. iudicatum*, Cyriac. *& alij, & Euangelicum est apud
S. Ioannem cap. 3* Quantum qui non credit iam iudicatus est;
Vndè visum est bene legi, & intelligi loquendo Curiam, &
proindè sic intelligendam, & legendo curam. Cura quo-
què sua significatione pro sollicitudine, imperio, & iuris-
dictione intelligitur iuxtà *§. cura carnis l. 1. ff. de offic. Præf.
Vrb. & ibi Salamon. & ex eo Spiegel in Lexic.* atque ita ad ma-
nus iudicandi, & alia considerata in tota Bulla; Præcipuè
quod Episcopus Couuersanus ab Ecclesia Rutiliana, con-
cessa iurisdictione Archipresbytero, etiamsi contra Episco-
pum, vti Ordinarium Clerici aliquid fecerint, vix retinue-
rit quartam decimarum; Ex quibus DD. conueniunt de iu-
risdictione Criminali ad seriem verborum, Curiam de suis
Clericis tenere, & Pastorali virga corrigere possit, siuè le-
gatur Curia, siuè Cura ad iudicium, & ad iudicandum di-
13 recta, vt licet priuilegium alteri nociuum sit strictè † in-
terpretandum, non tamen adeò vt recedamus à propria
verborum significatione *cap. ad audientiam 12. de decimis,
& ad litteram* Abb. *notab. primo.*

Et quærit adhuc Archipresbyter, nisi Episcopus, nisi
Pontifex Curiam, & curam quidem iudiciariam concessis-
14 sent, † quid concesserint vltrà id, quod pridem, & olim
competebat huiusmodi Archipresbyteris de iure communi
iuxtà textum *sub rubr. de offic. Archipresb. & ibi cum alijs*
Barbos. *de iure Eccles. vniu. cap. 25. ex num. 9. lib.* 1. & nun-
15 cupatim de † Archipresbyteris, quod haberent iurisdictio-
nem *specul. de iurisd. omn. iudic. num. 8. versic. alij Archidiaco-
ni, & Archipresbyteri*, & quod hoc nomen Archipresby-
16 teri sonet dignitatem, † magnum officium, Præeminen-
tiam, & iurisdictionem circa spiritualia post Episcopum, vt
legitur in *cap. 1. 2. & 3. de offic. Archipr. inquit. dec. 683. sub
num. 2. par. 3. recent.*

Itaquè ad opposita supra; non obstare visum est, quod
deducebatur à limitatione iurisdictionis Episcopi in vno ca-
17 su, † videlicet non præsumat Episcopus alicui diuinum
Officium interdicere, siuè Beneficium auferre, nisi de cri-
mine in eodem Capitulo comprobatus fuerit ab eodem Ar-
chipresbytero iudicatus, vt in reliquis liberat fuerit eidem
iurisdictio reseruata.

Quia in ijs verbis noluit Episcopus aliquid iurisdictionis
sibi limitara, cum prius limitasset, quando Curiam, seù
curam generaliter transtulit in Archipresbyterum, vt
etiamsi contra Episcopum suum Clerici aliquid fecissent ab
eodem Archipresbytero, & Capitulo suo in ipsa Ecclesia
Rutiliani iudicentur, sed voluit declarare, quod in Cri-
minibus grauioribus, vbi vel suspensionis ab officio, vel
priuationis beneficij, pœna irroganda esset Clerico de-
linquenti, non posset ipse Episcopus concedens, nec eius
successores dictam pœnam irrogare ex præcedenti solo iudi-
cio Archipresbyteri, sed Archipresbyteri, & Capituli si-
mul iudicantur, ideoquè permanente semper iudicio
Archipresbyteri, sed addita comprobatione Capituli, vn-
dè videbatur DD. nihil ex dd. verbis inferri, quod con-
cluderet contra iurisdictionem in causis Criminalibus.

Aliud verò argumentum de deficientibus actis causa-
rum, & processuum Criminalium, ex quò inferebatur,
quod à Confirmatione Sixti Quarti anno 1473. ad litem
motam effluxerint supra 40. anni, & sic vel priuilegium
fuerit amissum, vel obeit inobseruantia; Videbatur enim
DD. in facto contrarium demonstrari; Quia ab anno
1473. confirmationis Sixti ad annum 1504. quo ostenditur
exercitium iurisdictionis in causa Criminali contrà Alto-
bellum ad querelam Marsiliani in Summario Archipresby-
teri numero sexto; non effluxerunt nisi anni 31. & nihilo-
minus dantur testimonia testium examinatorum anno
1561. concludentia Archipresbyterum exercuisse iurisdi-
ctionem Criminalem per annos anteà 80. idemquè audiuis-
se à suis maioribus in eodem Summario numero 4. ex qui-
bus cum ferè attingatur tempus confirmationis Sixti,
deficiunt, & inobseruantia, & præscriptio oppositæ;

Imò defectus actorum Criminalium inferre potiùs vide-
batur, ant vim Episcoporum, quam eorum ius, † quia 18
non obstante concessione iurisdictionis in corrigendis Cle-
ricis attributa Archipresbytero, voluerunt contra eosdem
procedere Criminaliter; Aut magis bonos Clericos, quam
malam causam Archipresbyteri, nec credibilis est tanta
inobseruantia, † cum certè pendeat lis antè annum 1589. 19
quando iam exhibitio processus litigabatur in dicta *decis.
126. & in dicta decis. 446.* quandò fuit data manutentio Epis-
copo in causis Ciuilibus, responsum fuit non obstare di-
ctam concessionem Episcopi; nec Confirmationem Sixti,
quia concessio erat restricta ad correctionem Clericorum,
quæ ideò non erat extendenda ad exemptionem in causis
Ciuilibus, sed de Criminalibus causis nec vllum ver-
bum.

Plus dicebant aliqui DD. quod si Archipresbyter ductus
falsa opinione credens per Concilium, † aut alio modò di- 20
ctæ concessioni, & confirmationi derogatum, non fuisset
vsus iurisdictione concessa per plures annos, tamen iuribus
suis minimè præiudicasset Sanleger. *Benefic. quæst 56. nu. 7.*
ex Gonzalez *ad reg. 8. Gloss. 35. num. 42.* vt per Eminentissi-
mos Cardinales Sac. Concil. interpretes fuisse declaratum
testatus, Barbos. *dicto Conc cap. 20. sess. 24. num.* 88.

Ad Concilium Lateranense, & doctrinam Gratiani *di-
scept. 918. dicto numer. 60. ad vers. fuit etiam additum*, † faci- 21
le responsum est notando Concilium irritare concessiones
de cæterò faciendas, non autem factas; Et tamen non sta-
tuit absolutè nullitatem concessionum huiusmodi, sed in
eum casum tantum, si erit rationabilis causa, & citati non
fuerint ij, quorum interest, qui concessioni præsenti non
applicantur, cum præcessisset à sæculis; Ergò tunc enun-
ciante certas causas, vti rationabiles, & citatio, si forte
in Confirmatione Sixti, certè in concessione Episcopi non
requirebatur, eo ipso concedente, † & omnia ritè, & re- 22
ctè interuenisse præsumendum est, maximè ex mandato Pa-
pæ, instrumento diligenter inspecto, & suæ Bullæ annexo,
& inserto.

Imò, quod Papa non obstante Concilio Constantien. præ-
cedenti an. 1409. dd. Clericos eximere potuerit nemine ci-
tato, † non est quisquam, qui ambigat, inquit CoKier. 23
dicta quæst. 12. num. 4. & quæst. vltima num. 31. & 32. Fran-
cesc. *de Eccles. Cathedr. exempt. cap. 1. num. 99. & cap. 3. num.
34. & 36. & cap. 30. ex num. 34. maximè num. 42. eum allegat &
ipso text. §. aiunt in Concilijs cap. 4. de elect.* & satis est, quod
Papa concedat ex certa scientia, † qua censetur concessisse, 24
quando dicit, se id fecisse cum causæ cognitione CoKier.
dicta qu. vltima num. 3. in fine, & prius tota ferè, *quæst. 1 t.
maximè num.* 10 *præcipuè ex* Ludouic. Pontan. *cons. 388. sub
num. 8.* qui addit, † quod si effectualiter narretur Papæ te- 25
nor ipsius ordinis, quem vult confirmare, censetur, con-
firmare ex certa scientia planè quoad iura, & quæ iuris sint,
cum illa omnia habeat in Scrinio pectoris sui, ideò vt per
nouam Constitutionem tollat primam contrariam, † quam- 26
nis id non exprimat *cap. licet de Constit. in sext. & ibi glos.* 1.
Rota *coram Dunozzett. decision. 748. in fine*; Dicendum est
confirmationem Sixti omnibus derogasse Constitutionibus,
& Ordinationibus, quæ huic gratiæ possent obstare.

Ad Concilium Tridentinum *cap. vltimo in fine sess. penul-
tima de reform.* visum est DD præcipuè responderi per Sac.
Congregationem, quæ alias in vna Lucerina 13. Ianuarij
1629. respondit huiusmodi Concordias, † & exemptiones 27
per Episcopos concessas, & antè Sacrum Concilium Tri-
dentinum ex certa scientia cum inserto tenore à Sede Apo-
stolica confirmatas non esse ab eodem Concilio in dicto cap.
Sublatas, quam declarationem refert Barbos. *ad Conc. dicto
cap. vltimo num. 82.*

Ad oppositas *decis. coram Duran 446. num. 7. & 8. & coram
Royas decis. 211. num. 5 præuenit ipsa decis. 446. num. 5. d vers.
quibus non obstat respondendo*, quod dicta concessio fuit tan-
tum restricta ad correctionem † Clericorum, non exten- 28
denda ad exemptionem in causis Ciuilibus; Non obstante
secunda responsione, quod Confirmatio emanauerit longè
post mortem Saxonis concedentis, non vocato Episcopo;
quia dicta responsio, tunc erat minus opportuna, & minus
trutinata in facto, & in iure ex suprascriptis.

Et ita Vtraque &c.

R. P. D. RONDININO.

Rauennaten. Fideicommissi.

Lunæ 29. Nouembris 1677.

ARGVMENTVM.

Disceptatur conclusio quatenus probare teneatur possessor bonorum fideicommissi in hæreditate non remansisse alia bona, quæ pro detractionibus sufficerent, quam illa ab ipso possessa, & vbi cum non confectione Inuentarij, etiam alienationes concurrunt, ad ipsum spectare onus firmandi statum hæreditatis in hac præsenti decisione concluditur.

SVMMARIVM.

1 *Immissio fideicommissario conceditur docto de fideicommisso, ipsius vocatione, & de identitate bonorum.*

2 *Bona fideicommissi vt potuerint validè alienari, probari debet æs alienum testatoris, & quod pretium in illius extinctionem cesserit.*

3 *Assertio sola hæredis grauati bona fuisse vendita pro soluendo ære alieno testatoris, non validat alienationem.*

4 *Alienare prohibitus, dicitur etiam prohibitus asserere, & confiteri id, per quod alienatio redderetur valida.*

5 *Possessor bonorum fideicommissi non potest se tueri ex capite detractionum, si fideicommissarij non confecerint inuentarium, & rationem non reddant; & num. 7. cum seqq.*

6 *In detractiones imputantur ea omnia, de quibus non redditur ratio.*

7 *Possessor bonorum fideicommissi an probare teneatur in hæreditate non remansisse alia bona, quam ab ipso possessa, & num. seqq.*

8 *Status hæreditarius firmari debet à possessore bonorum fideicommissi, & quando vide num. anteced. & seqq.*

9 *Legitima à fideicommissario non amittitur ex omissa confectione inuentarij, sed quatenus hæc conclusio procedat vide num. anteced. & seqq.*

10 *Inuentarium, & redditio rationis requirantur ad hoc, vt legitima in bonis alienatis non dicatur consumpta.*

DECISIO CXXXIII.

IOanni de Bergigis dixerunt Domini dandam esse immissionem in bona Coriolani Senioris fideicommittentis,
cum nunquam controuersa fuerint extrema illius vocationis, existentiæ ipsius fideicommissi, & identitatis bonorum, vt probatum fuit in propositione Causæ 28. Iunij pro-
1 ximè præteriti, † quibus positis, vulgata est conclusio, vt vocato concedatur immissio ex remedio *leg. fin.* vbi communiter Scribentes *C. de edict. Diu. Adr toll.*

Neque immissioni obstat prætensio detractionum legitimæ, & Trebellianicæ, necnon ex eo, quod ex pretio bonorum fideicommissariorum fuerit solutum æs alienum
2 Testatoris; nam omisso an probetur æs alienum, † & cessio pretij in illius extinctionem, vt copulatiuè requiritur, cùm plures solutiones cesserint in extinctionem debitorum ipsorum hæredum grauatorum, vt ex calculo in præterita propositione causæ ab actore deducto iuxta magistralem decisionem in hac Causa in *recent. par. 5. decis. 541. numero 30 & seqq.* Non enim sola assertio hæredis grauati
3 † sufficit ad hunc effectum, quia quemadmodum illi pro-
4 hibetur alienatio, † ita etiam prohibitum est confiteri id, per quod alienatio valida efficiatur, Gabr. *cons. 118. numer. 8. lib. 1.* Rota *post Merlin. de pignor. decis. 76. num. 9. & in recent. parte quinta dicta decis. 541. numer. 31. & part. 7. decis. 88 numer. 21.* Cardin. Cels. *decis. 402. num. 5.* Zarat. *decis. 12. num. 26. & in Romana Appartamenti 21. Iunij 1674. §. Attamen coram Reuerendissimo Matthæio Apostolici Palatij Præfecto.*

Adhuc tamen, tam quoad istam, quàm quoad alias detractiones vrget responsio, quod cum in hæreditate fideicommittentis remanserint animalia, apotheca, deappariæ, credita, & mobilia eiusdem, vt in præterita propositione
5 ex diuisione, atque ex aliis Actor probauit. † Consequens
est, vt non exhibito Inuentario, quod neque confectum fuit, & ratione non reddita, possessores se ipsos tueri non possint exceptione detractionum hæredibus grauatis competentium, siue ex causa solutionis debitorum, siue ex quacumque alia à iure approbata, quia ea omnia, de quibus
ratio non redditur † cedere debuerunt in ipsarum detra- 6
ctionum satisfactionem, Adden. *ad Gregor. XV. decis. 266. num. 16.* Rota *in recent. par. 5. d. decis. 541. num. 18 & seqq. & par. 7. decis. 126. num. 33.* Bich. *decis. 670. num. 55.* Dunozett. Junior. *dec. 645. nu. 1. & seq & decis. 681. n. 1. & 7. decis. 846. n. 25. & seqq.* Reuerendiss. Ninot. *dec. 37. sub num. 6. & 8.*

Stante enim defectu Inuentarij, & consumptione bono-
rum, de quibus supra, quorum ratio non redditur, † onus 7
probandi non adfuisse alia bona in hæreditate, præter quam hodie detenta à Reis conuentis, ex quibus potuerint hæredes grauati consequi detractiones spectat ad ipsos, atque status hæreditatis in præterita propositione Causæ deman-
datus † ab ipsis firmari debuerat, Couar. *var. resolut. lib. 2.* 8
cap. 6. num 4. Peregrin. *de fideicommiss. art. 39. num. 14.* Sued. *decis. 316. num. 14.* Adden. *ad Gregor. XV. decis. 266. num. 16. versic. prædicta verò,* Rota *in recent. part. 5. dicta decis. 541. nu. 25. & seq.* vbi respondet motiuo, quod ex non confectio-
ne Inuentarij non amittatur legitima, † vt nempè vera sit 9
conclusio, sed non inde tollatur, quin habentes causam à filijs omittentibus Inuentarium, & alienationibus bona,
de illisque rationem non reddentibus, † probare adhuc de- 10
beant legitimam bonis alienatis, & de quibus ratio non redditur, non fuisse consumptam, & *in rec. par. 4. decis. 462. n. 6. & seqq. & in Asculana fideicommissi 20. Nouembris 1666. § fin. coram Eminentiss. Cerro.*

Et ita Ioanne Actore informante, atque possessoribus conuentis pluries monitis Domini responderunt.

Confirmata fuit hæc decisio 18. Martij 1678. coram eodem R. P. D. Rondinino, quæ infra suis loco, & tempore apponetur.

R. P. D. RONDININO.

Firmana Census.

Veneris 3. Decembris 1677.

ARGVMENTVM.

De quasi possessione exigendi tractatur, quæ quia hic dupliciter considerata erat, altera ratione pensionum domus, altera verò pro fructibus census, illa licèt semel probata, non ideo dicitur continuata pro tempore, quo domus dislocata remansit; altera verò præsumenda erat, quia agebatur de fructibus census die, noctuque concurrentibus, & ideò data exigibilitate debitoris, ij semper præsumuntur exacti.

SVMMARIVM.

1 *Conditionis indebiti iudicium requirit claras, & concludentissimas probationes.*

2 *Probatio dicitur clara si ex confessione resultat, & ex quitantijs factis debitoribus.*

3 *Quietantiæ antecedentes, & subsequentes probant etiam solutionem medio tempore factam.*

4 *Extremis probatis media præsumuntur.*

5 *Quasi possessio exigendi semel acquisita, si numquam interuersa probatur, semper præsumitur continuata.*

6 *Pensiones domus super qua aliquis fuit immissus quando probari debeat fuisse exactas, & num. seqq.*

7 *Pensiones domus non percipiuntur, pro illo tempore, quo ille remanet dislocata.*

8 *Domus sæpe remanent dislocatæ, cum vt alibi dicitur in eis adsit vt plurimum L'EST LOCANDA.*

9 *Fructus census super quo aliquis fuit immissus, data exigibilitate debitoris, semper præsumuntur exacti.*

11 *Creditor si non obstante sequestro, in exactione continuauit, illi non dicitur interuersa possessio, vel quasi.*

12 *Quietantiæ vltimæ alias precedentes supponunt.*

13 *Pecunia à posteriore creditore consumpta, non solet auocari ab interiore.*

14 Cre-

14 *Creditor immissus vigore Saluiani, si plus suo credito exegit, quatenus possit bona retinere pro alio credito.*
15 *Retentio non datur pro alio credito, cuius existentia orta est de tempore, quo iam bona de dominio debitoris exierant.*
16 *Decisiones antecedentes iuxta stylum Rotæ supponendæ sunt.*

DECISIO CXXXIV.

MOnasterium Monialium Sancti Ioannis Ciuitatis Nouæ teneri ad restitutionem fructuum Census debiti à Dominis de Melchioris vltra summam illarum crediti indebitè exactorum, iterum Domini dixerunt, approbando rationes deductas in decisione huius Causæ * 25. Iunij proximè præteriti coram me.
1 Non obstat, quod vbi agitur condictione indebiti † pro-
bationes esse debeant concludentissimæ; quia tales videbantur esse in hoc casu stante confessione Monialium in no-
2 tula iurata, † & in quietantijs factis Dominis de Mel-
chiorris Census debitoribus, quæ iterum mihi exhibitæ sunt, adeout defectus aliquarum quietantiarum attendi non
3 debeat, † quia stante confessione Monialium in quietan-
tijs præcedentibus, & subsequentibus intrat vulgata regu-
4 la, † vt intermediæ præsumantur, cum nunquam doceatur interuersa illarum quasi possessio exigendi fructus Cen-
5 sus, † qui ideò posita notissima exigibilitate Dominorum de Melchiorris, illius debitorum semper censentur exacti ex deductis per Pacific. *de Saluiano inspect.4. cap.1. num.15. & seqq.* Rota *coram Gregorio XV. decis.30. num.2. & ibi* Adden.
6 *litera B.* quidquid sit in pensionibus domus, † quarum exa-
ctio ostendi debet, cum pensiones domus non percipian-
7 tur, † quando ipsæ domus, vt sæpè contingit, † sunt
8 dislocatæ, quod non est in fructibus Census, qui semper currunt, & stante idoneitate debitorum, & antecedenti-
9 bus, & subsequentibus exactionibus, † censentur etiam
10 intermedij fructus exacti, † in quibus terminis pensionum domus procedunt, quæ in contrarium adducebantur ex Rota *in recent. par.5. decis.259. num. 23.*
Et quamuis fuerit facta Inhibitio ab ijsdem Mazzinis
11 Actoribus anno 1668. † non inde tamen retardata fuit exa-
ctio Monialibus, quæ non attento sequestro exegerunt, &
12 apparet ex vltimis quietantijs, † quarum postremæ præteritas supponunt, iuxtà Text. *in l. quicumque C. de Apoc. lib. 10.* Cancer. *var. resol.lib.1, cap.14. num.71. & seq.* Rota *coram Buratto dec.582. num.1. & in decisione huius Causæ 13 Ianuarij 1676. §. aeque ad tollendum coram me.*
Non obstat, quod pecunia exacta à Monialibus vltra debitum vtpotè consumpta restituenda non sit, quia non versamur in terminis pecuniæ solutæ Creditori posteriori, vel
13 ab eo hac de causa exactæ, † quo casu non solet auocari à creditore anteriore, sed versamur in terminis pecuniæ solutæ, seù superexactæ à Monialibus ex causa crediti anterioris immissis vigore Saluiani in exactione Census vltra ipsum
14 † creditum, ad quem effectum considerari non potest creditum posterius pro damnis, & interesse ob euictionem passam à Carolo Auctore Francisci Verzerij, à quo ipsæ Moniales causam habent, quia de tempore euictionis sequutæ anno 1629. rata Census, de quo agitur exierat è dominio Papirij debitoris, qui illam anno 1624. cesserat Mazzinis, atque ideo non possunt Moniales pro istis damnis re-
15 tinere fructus Census, † qui iam exierat de dominio debitoris, antequam produceretur in esse sequens euictio noui crediti productiua, Pacific. *de Salu. inspect.4. cap.2. num.224.* & latè probatum fuit in decisionibus huius Causæ 26. Aprilis 1675. *§. Adbuc, & seqq. & 13. Ianuarij 1676. §. non obstat.*
16 *& seqq. coram me,* † quæ iuxta stylum sunt supponendæ.
Et ita vtraque parte informante resolutum fuit.

Altera præsentis Causæ decisio habetur impressa super in hac eadem parte, vbi est in ordine 117.

R. P. D. PAVLVCCIO.

Lucana prætensæ Vnionis.

Veneris 3. Decembris 1677.

ARGVMENTVM.

Opera laicalia prætendebantur Ecclesiæ vnita, quod tamen in præsenti videbatur excludi tam ex eo, quod vnio concludenter non probaretur, prout de iure requiritur, quàm etiam quia contra illam ab ipso Ordinario loci, vt præsumitur informato, pronunciatum erat, quam demum, quia in omnem casum, cùm ageretur de bonis ad laicos spectantibus, consensus Communitatis semper necessarius fuisset.

SVMMARIVM.

1 *Sententia transit in iudicatam si post commissam causam appellationis, illa per plures annos prosequuta non sit, nec fuerint prorogata fatalia.*
2 *Validitas sententiæ resultat ex solitis requisitis vulgatæ decisionis* Caputaquensis.
3 *Vnio ab allegante plenè, & concludenter probari debet.*
4 *Vnio est quid facti, & odiosa, ideoque non præsumitur.*
5 *Vnio quibus modis dicatur concludenter probata.*
6 *Vnio ex diuersitate, & distinctione bonorum excluditur.*
7 *Vnio bonorum, seu operis laicalis ad beneficium Ecclesiasticum fieri nequit, sine Communitatis consensu.*
8 *contra Vnionem Ordinarius non pronunciasset, si in eius Cancellaria de illa aliquid constitisset.*
9 *Vnionem facere spectat ad Episcopum, non autem ad inferiorem.*
10 *Personas duas repræsentans, siquid fecit nomine vnius, non potest illud referre ad nomen alterius.*
11 *Titulus vnius inclusio alium penitus excludit.*

DECISIO CXXXV.

PRætendens Peregrinus Puccius Rector Ecclesiæ Sanctorum Stephani, & Cassiani de Moriano Lucen. Diœcesis bona operæ, seù fabricæ dictæ Ecclesiæ esse vnita bonis Beneficij sui, & ad se tamquam Rectorem Ecclesiæ spectare eorundem bonorum administrationem, in Ius vocauit coram Vicario Generali Lucano Antonium Ioua electum in Operarium dictæ Ecclesiæ à Communitate, & confirmatum ab Ordinario iuxta stylum aliàs semper obseruatum; indeque manauit sententia, Operam dictæ Ecclesiæ de Moriano esse distinctam, & separatam à dicto Rectoratu, & Rectoribus, nec constare de vnione, imò eius administrationem spectare ad Operarios electos, & in futurum eligendos.

Ab hac sententia appellauit Rector, & commissa fuit Causa R.P.D. bo. mem. Priolo die 7. Nouembris 1667. elapso anno, & vltra præfixus fuit terminus in vim commissionis specialis ad transportandum acta 18. Ianuarij 1669. verùm non solum intra terminum præfixum, sed nec intra septennium acta transportata fuere, illis solummodo productis sub die 8. Februarij 1667. Ideò signata executoriali commissione, eaque mihi commissa ad formam eiusdem, dubium proposui: An constet de re iudicata, seù potiùs de causis restitutionis in integrum, & Domini resoluerunt constare de re iudicata.

Cùm enim à commissione Causæ de anno 1667. vsque ad annum 1677. nihil fuerit actum ab appellante, nullaque
appareant prorogata fatalia, † sententia transijt in iudica- 1
tum, *cap. cum sit Romana de appell. Auth. et qui Cod. de temp. & repar. appell.* Rota *coram Baratt. decis.885. num.1. & dec. 156. num.4. par.2. & decis.332. num.1. & 2. part.6. recent. & coram Eminentiss. Ottbob. decis.44. num.4.*

Ac proinde consequens visa est necessario resolutio negatiua ad secundam partem dubij, non constare scilicet de causis restitutionis in integrum.

Sententia enim & valida, & insta est. Validitas resultat
ex actis, † & examinata ad normam *dec. vulgat. 260. par.2.* 2
Caputaq. Iustitia verò resultat ex quo Rector fundans intentionem suam in prætensa vnione bonorum spectantium ad
operam laicalem Rectoratui Ecclesiæ, † hanc ipsam con- 3
cludenter probare debuit, cùm vnio sit quid facti, & odio-
sa, † ideoque non præsumatur, *cap. cum in iure penitus de* 4
offic. & potest. Iud. deleg. l. in bello §. factæ ff. de captiuis. & postlim. reuers. Rot. *coram Caualer. decis.405 num 3. & cor. Dunozetto decis 331. num.5. Eminentiss. Ottbob. decis.179 num.2. Gerunden. Parochialis 15. Februarij 1675. §. nec ad augendam fidem cor. R.P.D. meo Emerix.*

Nihil tamen fuit allatum, quod vnionem probaret; Non diploma vnionis non immemorabilis, non demum

5 faltem quadragenaria cum titulo, † quorum aliquod ad
probationem neceffarium dixeruot Felin *conf.2. num.2. 3. & feqq.* Lotter. *de re benef. lib.primo quæft.28. num 105. & feqq.* Gregor. *decif.51. num.1. & 5. & in d. Geruaden. Parochialis §. nec ad augendam.*

Imò ex oppofito vifa eft apertè nimis excludi vnio, ex diuturna quafi poffeffione Communitatis deputandi Operarios, feu Adminiftratores bonorum operæ vfque ab anno 1481. cui acceffere etiam confirmationes Ordinariorum pro tempore, vt ex Summario Operariorum *num.7.*

Ex pluribus contractibus locationum, conceffionum in emphyteufim, & venditionum eorundem bonorum ad operam fpectan. factarum ab operarijs pro tempore ab anno 1495. vfque ad annum 1658. dicto Summ. *numer. 8.*

Demum ex Teftibus formiter examinatis Senioribus eiufdem loci fuper huiufmodi bonorum diftinctione, & Operariorum electione, concludenter deponentibus, & afferentibus extare adhuc in Ecclefia Vas lapideum, in quo continetur Aqua benedicta, cui legitur inſcriptum, Opera, dicto Summ. *num.9.*

6 Quæ fanè omnia vt diftinctionem probant, † fic vnio-
7 nem excludunt, quæ proindè † nequiuiffet fieri fine Com-
munitatis confenfu, Clem. *prima §. ad hæc, & ibi Scribentes de ftat. Monach.* Concil. Trident. *feff.24. de reformat. cap. 15.* Parif. *de refignat. lib. fecunda quæft.4. num.11.* Garz. *de benef. par.12. cap.2. num.102. & feqq.* Et tamen nullibi de ea conftat, præfertim nec in libris Cancellariæ Epifcopalis, in quibus fi extaret aliquod huiufce vnionis veftigium,
8 † Ordinarius non pronunciaffet non conftare de vnione,
bona operæ effe diftincta, & eorum adminiftrationem fpe-
9 ctare ad Operario, cùm vnire fit folius Epifcopi, † non
item inferiorum, *cap. ficut vnire de exceff. prælat.* Garz. *de benefic. par.12. cap.2. num.71. & 72.*

Neque vnionem indicare poteft, quod Rector dictæ Ecclefiæ bona ad dictam operam fpectantia à pluribus annis adminiftrauerit, eaque partim vendiderit, partim ad liuellum concefferit, vt ex Inftrumentis de anno 1651. & 1658. d. Summ. *num.8.*

Non enim ea præftitit tamquam Rector, fed tamquam
10 Operarius eiufdem † Ecclefiæ, ficque expreffit titulum à
titulo Rectoriæ omninò diuerfum, & vt Operarius, pro obferuantia contractus, obligauit fpecialiter dictam operam, eiufdem bona, & fucceffores in ea, & huius fpecialis
11 tituli inclufio, † concludenter titulum Rectoris excludit,
l. cum Prætor. ff. de iudic.

Et ita altera tantùm parte informante, poft plures, eafque prolixas dilationes indultas, refolutum fuit.

R. P. D. T A I A.

poſteà S. R. E. Cardinalis

Cufentina Abbatiæ.

Veneris 3. Decembris 1677.

A R G V M E N T V M.

Probationem iurifpatronatus, etiam in Magnatibus continet hæc decifio, ac etiam immemorabilis, illa deducta ex pluribus præfentationibus fpatio centum annorum effectum fortitis; hæc autem ex eadem centenaria refultans, cui non præiudicare vifæ funt fententiæ, & decifiones contrariæ, quia illius præfcriptio iam antea fuerat completa, & ideo cum ipfa contineat tempus infinitum, dempto quocumque tempore finito, adhuc remanet infinitum, quod in eadem immemorabili continuatur.

S V M M A R I V M.

1 *Iufpatronatus in perfonis de vfurpatione fufpectis qualiter probari debeat ad* Concil. Trident. cap.9 de reformat. *& a. feqq. ac per tot.*

2 *Refignationes beneficij iurifpatronatus factæ in manibus Papæ cum confenfu patronorum, habent vim præfentationis.*

3 *Iufpatronatus probatur fi prouifus à Papa cum confenfu patroni fuit ab ordinario toleratus, imo ipfemet ordinarius literas Apoftolicas exequutus eft.*

4 *Immemorabilis præfcriptio ea dicitur, cuius contrarij non extat memoria hominum.*

5 *Immemorabilis probatur fpatio centum annorum, quidquid pauci DD. fenferint de tempore maiori, pauciores verò de minori.*

6 *Memoria humana tempus centum annorum attingere, non autem excedere poteft.*

7 *Iurifpatronatus immemorabilis probatio refultat ex præfentationibus centum annorum, omnibus effectum fortitis.*

8 *Iurifpatronatus vfurpationis præfumptio ceffat in magnatibus, & alijs huiufmodi ex præfentationibus fequutis fpatio plufquam centum annorum.*

9 *Decifiones Rotæ quandoque non integræ etiam in voluminibus reperiuntur impreffæ.*

10 *Immemorabilis probatio directa, feu indirecta, quatenus differat à præfcriptione centenaria.*

11 *Immemorabilis probatio iurifpatronatus etiam per fcripturas probatur.*

12 *Probatio facta per fcripturas eft maioris efficaciæ, quam probatio facta per teftes.*

13 *Teftes probant immemorabilem fi deponunt cum omnibus requifitis* gloſs. in cap.1. verſ. memoriæ de præfcript. in 6.

14 *Subditi, feù Vaffalli non probant pro fuo Domino, feù Principe.*

15 *Vaffalli in probatione facti extranei nullatenus, vel difficiliter non benè probant pro Domino fuo.*

16 *Teftes Vaffalli fi fint numero plures, & cum alijs fcripturis concordent faciunt probationem etiam ad fauorem fui Domini.*

17 *Immemorabilis non interrumpitur ex actu momentaneo poffeffionis contrariæ, fi attamen vera poffeffio, quæ fauet immemorabili, femper continuata eft.*

18 *Titulus per tranfactionem non dicitur immutatus, fi antiquus fuit femper retentus, non autem nouus introductus.*

19 *Sententiæ latæ fuper iurepatronatus in iudicatum tranfactæ, firmant illius ftatum, & releuant patronum ab omni ulteriori probatione.*

20 *Sententia lata fuper libertate beneficij non præiudicat patrono, fi non habuit effectum, fed femper præfentatus à patrono in poffeffione continuauit.*

21 *Sententia non inducit malam fidem nec interrumpit præfcriptionem, fi poftea fententiæ fubfequuta fiat.*

22 *Præfentatus à patrono non dicitur ab ordinario reiectus, fi ille appellauit ad Papam, eo quia idem ordinarius differebat eum inftituere.*

23 *Concilij Tridentini in materia iurifpatronatus præfertim Magnatum, & aliarum perfonarum potentum traditur & declaratur num. feqq. & per totam.*

26 *Præfentationes beneficij iurifpatronatus dicuntur factæ fub eo titulo, qui patrono competebat.*

27 *Iufpatronatus, & illius poffeffio, competens ratione Ducatus, per poffeffionem eiufdem Ducatus dicitur acquifitum.*

28 *Vfurpatio iurifpatronatus etiam in Magnatibus excluditur ex fola affertione Ordinarij, vel Notarij*

29 *Vfurpationis iurifpatronatus præfumptio in perfonis potentibus ceffat ex literis Sacr. Congregationis inquifitionis, & fcientia Papæ fuper illius permutatione.*

30 *Iurifpatronatus probatio refultat ex enunciatiuis Pontificum, & Ordinariorum, & ex infignibus patronorum in Ecclefia, & altari.*

31 *Pertinentia iurifpatronatus probatur fi nulla datur prouifio, vti de libero, nifi de perfona præfentata à Patrono.*

32 *Immemorabilis iam completa non tollitur per decifionem, aut fententiam contrariam.*

33 *Immemorabilis continet tempus infinitum, ideo fi dempto quocumque tempore finito adhuc remanet infinitum, remanet etiam immemorabilis quæ conferuatur in eo.*

34 *Immemorabilis numquam interrumpitur nifi per actus, qui venerint ad notitiam præfcribentis.*

35 *Poffeffio beneficij patronatus ab Ordinario proueniens non præiudicat illius patrono.*

36 *Refignatus, feu gratiosè fubrogatus ad beneficium, quod alter habebat, tamquam de iurepatronatus, affumit naturam illius pro conferuatione eiufdem iurifpatronatus.*

37 *Poffeffio beneficij patronati per refignationem, vel acquifita,* con-

conseruat, & coadiuuat possessionem patronorum.
38 *Beneficium, & illius possessionem acquireas vti de libero, inscio, & absente patrono, illi non praeiudicat.*
39 *Iurispatronatus iura titulo onerosa concessa ob augmentum dotis, habent implicitum statum validitatis, sed subijciuntur solum reuisioni Ordinarij, & quando num. seqq.*
41 *Patronus est in sua quasi possessione praesentandi manutenendus, si subsequutae sunt sententiae ordinariorum iuspatronatus approbantes.*
42 *Concursus non habet locum in beneficijs Parochialibus de iurepatronatus laicorum.*
43 *Iuripatronatus probato per immemorabilem non praeiudicat gratia Pontificis, illud concedentis, cum potuerit illa ad maiorem cautelam obtineri.*

DECISIO CXXXVI.

ALtera tantùm Parte informante 20. Iunij 1676. decisum est Literas Apostolicas esse exequendas; informante autem vtraque 8. Februarij interim patiente moram potiùs, quàm faciente Hyacintho Aduersario, dilata fuit; & hodie reproposita Causa, recessum est à decisis.

Quia pro Hyacintho praesentato à Domino Duce visum
est constare Iuspatronatus, etiam ex ea pleniori, & exactio-
ri probatione, quam summo Iure requirit Concilium Tri-
1 dentinum † in ijs, in quibus Ius plerumque vsurpatione
potiùs quaesitum praesumi solet, ac plenè immemorabilis
temporis probatio, & omnia ad eam necessaria constare
visa sunt, sicut etiam praesentationes continuatae non mi-
nori spatio 50. annorum, quae omnes suum effectum sorti-
tae sunt authenticis scripturis probatae fuerunt iuxta Conci-
lium ipsum Tridentinum *cap. 9. de reformatione.*

Praesentationes autem datae fuerunt num. 10. incipien. ab
anno 1533. vsque ad annum 1641. effectum sortitae per pro-
uisiones etiam ex causa resignationis cum consensu Ducis,
2 † quae habent vim praesentationis, inquit Rota *coram Emi-
nentissimo D. meo Cardinali Ottobono decis. 90. num. 6. cum al-
legat. & decis. 224. num. 3. & coram Bich. decis. 118. n. 5.* prae-
sertim cum dictos prouisos Ordinarius tolerauerit, ex quo
inducitur praesumptiua probatio, quod ipsi habuerint legi-
3 timum titulum; † sed etiam, quod plus est, ipsemet Or-
dinarius Literas Apostolicas exequutus fuit, cum essent sibi
directae in forma dignum, vt opportunis comprobationibus
scripsit, Spad. *cons. 12. à vers. praesertim, cum non solùm,
lib. 3.* Grat. *discept. 197. num. 12. & 13.* & vsque ad sententiam
Ordinarij, Rota *coram Bichio d. decis. 113. d. num. 5. à vers.
habuitque.*

4 Porrò vt immemorabilis ea est, † cuius contrarij memo-
ria non existit, *d. ca. 1. de praescriptionibus in 6.* ea videtur
5 probata centum annorum tempore, & vltra, † quidquid
pauci DD. senserint de tempore maiori, & pauciores de mi-
nori, Gabr. *de praescript. conclus. 1. nu. 68.* cui assensit Seraph.
in suo voto pro decis. 583. num. 1. par. 4. diuersorum, cum alijs
apud Barbos. *de off. & potest. Episc. alleg. 72. n. 35.* & ad Conc.
Trident. *d. cap. 9.* hac maximè ratione, quia viuentium me-
6 moria † hoc spatium attingere nedum excedere potest, sub-
dit Seraphin. *ibidem num. 2.*

Atque ita probato, vt supra iurepatronatus per exhibitas
praesentationes, & consensus etiam continuatas plus quam
50. annorum spatio omnes effectum sortitas authenticis scri-
7 pturis, & publicis actis, † videtur probata quoque imme-
morabilis requisita, vt fuit resolutum in vna Caesaraugu-
stana Capellae, vbi in persona, in qua caderet praesumptio
8 vsurpationis, † fuit pronunciatum constare de immemo-
rabili, ex praesentationibus 130. annorum, scripsit Paris. *de
confid. quaest. 28. num. 259. vers. & adducebat*, Garz. *de bene-
fic. cap. 9. num. 106. & 107. par. 5.* vbi refert *decis. 345. part. 1.
9 diuers.* repetitam, † sed non integre *dec. 577. par. 4. diuers. & in
dicto voto pro dicta dec. 583. n. 8. vers. eodem enim pacto*, Seraph.
*dec. 168. n. 37. vers. vel rerum gestarum ferse par. 10. & decis. 91.
nu. 3. par. 16. rec.* & omissa differentia directae, seù indirectae
10 probationis immemorabilis per scripturas † inter praescri-
ptionem 100. annorum, & immorabilem apud Couar. *ad reg.
possessor de regulis iuris in 6. §. 3. ex num. 9. ad finem par. 2.* certè
11 in proposito iurispatronatus † immemorabilis probatur ex
scripturis, Garz. *d. cap. 9. ex nu. 108.* maximè *num. 110.* quae
12 probatio semper est maioris efficaciae, † quàm sit probatio
per testes, Seraph. *d. voto pro dec. 183. nu. 4. & nu. 8. vers. &
hoc casu, & decis. 1141. num. 10.*

Vlterius testes dati per Hyacinthum valdè senes inter se
13 contestes, & examinati formitèr citato Fisco, † deponunt
cum omnibus requisitis *gloss. verbo memoriae in cap. 1. de prae-
script. in 6. cum alijs per* Barbosam *num. 17.* Rota *in simili causa
Praenestina iurispatronatus decis. 444. ab initio, & nu. 12. par.
4. decis. 188. par. 12. rec. coram Peuting. decis. 317.*

Nec vrget exceptio dd. Testibus obiecta, quod sint † Prin- 14
cipis subditi, *in praecit. decis. 444. num. 8. par. 4. rec.* cum alle-
gatis per Farinac. *cons. 169. num. 11. lib. 2. & de Testibus qu. 55.
num. 203. & 204. & dicta decis. 187. nu. 21. & 22. par. 12. rec.*
quia agitur de probatione facti extraneis † nullatenus, vel 15
difficiliùs noti respondent *eadem decis. 444. num. 10. & dec.
587. num. 23. & coram Peuting. d. decis. 417. num. 26.* & nume-
rus illorum cum praesentationibus, & consensibus supra re-
latis, † tollit obiectam exceptionem timoris, vel amoris 16
subdito ingenitam.

Minusque redargui possunt ex quibusdam actibus à Caro-
lo adductis, licèt enim Galeatius dicatur prouisus ab Ordi-
nario de anno 1562. nihilominùs Marcus Antonius praesen-
tatus à D. Duce praeualuit, quia à principio possedit, exer-
cuit, & possidendo decessit; † Vndè actus momentaneus 17
possessionis Galeatij gestus inscio populo, stante continua-
tione, & exercitio Marci Antonij non interrumpit imme-
morabilem, ex Buratt. *decis. 739. num. 2. per totam decis. 568.
num. 4. & seqq. par. 10. & decis. 179. num. 36. vtrobique in rec.*
& concordia cum pensione non mutauit titulum dicti Mar-
ci Antonij praesentati, † sed illum potiùs firmauit, dum 18
continuauit possidere non ex nouo Iure, sed ex primaeuo
praesentationis, Duran. *decis. 210. num. 12.* Grat. *discept. 436.
num. 14.* Tiraquel. *de retract. lignag. §. 1.* Cancer. *var. resol.
lib. 1. cap. 23. num. 35.* Alij verò actus anni 1581. & 1626. eli-
duntur suo loco, vt infra.

Concurrunt etiam pro iurepatronatu tres sententiae, pri-
ma 21. Ianuarij 1581. secunda 16. Maij 1601. & tertia 15. Iu-
nij 1639. ab ipsis Ordinarijs, & Delegatis, praecipuè vlti-
ma à Delegato per Sac. Congregationem S. Officij, quae
specialitèr inuigilabat in hoc pro salute animarum populi,
quae cum fuerint latae causa cognita, & citato Promotore
Fiscali, & quidem post Sac. Concilium, transierint omnes
in iudicatum † firmant statum Iurispatronatus, & rele- 19
uant Patronum ab vlteriori iustificatione, vt distinguendo
inter sententiam latam ante, & post Concil. Barbos. *ad Con-
cil. d. cap. 9. sess. vlt. de reform. num. 29.* Ciarlin. *contro. 5. nu. 5.
& seqq. lib. 1.* Gonz. *ad reg. 8. glossa 18. num. 26.* Rota *decis.
197. num. 58. & seqq. par. 5. rec. R. P. D. de Luca dis. 4. per tot.
tom. 13.*

Indè obstare visa non est contraria sententia 12. Martij
1581. super libertate Beneficij, quia ex deductis pro Hya-
cintho constat nullum habuisse effectum, † & immediatè 20
post annum 1582. Sebastianus dubitans de suo iure, procu-
rauit, & obtinuit praesentationem, cuius vigore possedit,
& per eius obitum successit vacatio, & praesentatus fuit an-
no 1587. Hieronymus, & successiuè alius per obitum eius-
dem, Duran. *decis. 56. num. 6.* Cels. *decis. 45. nu. 7.* Eminen-
tiss. Otthob. *decis. 224. num. 26.* & cum subsequutae fuerint
tres praedictae sententiae contrariae, † vtique non potest dici 21
fuisse introductam aliquam malam fidem, aut interruptio-
nem praescriptionis contra Ducem Patronum, & ex Paulo
Castren. Felin. & alijs decisum fuit *coram Ludouis. decis. 467.
sub initio, cum allegat. in adnotat. num. 15.* Buratt. *decis. 172. nu.
56. & ibidem* Adnotantes *sub nu. 3.*

Praeterea cum ex supra allegatis praesentationibus Duces
essent in quasi possessione praesentandi, adhibita causae cogni-
tione, vtique Hyacinto praesentato à moderno Duce debetur
institutio, † qui non fuit reiectus per sententiam ab Ordi- 22
nario, vt dicebat Carolus, sed appellauit ad Sedem Apo-
stolicam, quia Ordinarius differebat eundem instituere,
prout instituendus veniebat, iuxta Text. *in cap. consultatio-
nibus de iurepatronatus* † cuius effectus non est sublatus per 23
Concil. Rota *in Leodien. Beneficij 22. Aprilis 1630. § quatenus
etiam in fine coram Verosp.* licèt ipsius Concilij dispositio
† procedat etiam in possessorio iuxta resolutiones Sac. Con- 24
gregationis primam, & tertiam inter relatas per Garziam
de beneficijs par. 5. cap. 5. num. 139. prax. Neapol Archiep. *cap.
63. nu. 3.* Viuian. *de iurepatr. lib. 11. num. 4. & 67.* vbi resolu-
tum in Rota refert Corrad. *in praxi benefic. lib. 4. cap. 4. nu. 3.*
Ricc. *in dec. 238. in fine par. 2. & in praxi cap. 63. num. 3.* Ciar-
lin. *controu. 17. num. 11.* Lotter. *de re benef. lib. 2. quaest. 13. nu.
140.* Greg. *decis. 452. n. 20. in fine dec. 234. n. 3. par. 1.* & distin-
guendo inter possessiones † acquisitas cum causae cognitio- 25
ne, vel sine, *decis. 197. nu. 58. par. 5. rec.*

Etiamsi Dux modernus ex propria persona non esset in
quasi possessione, quia cum Iuspatronatus competat ratio-

26 ne † Ducatus, quo titulo præsentationes fuerunt ab An-
tecessoribus factæ, Peuting. *decis.357. num.23* illorum pos-
27 sessio transmittitur † in ipsum, eo ipso quod acquisiuit pos-
sessionem Ducatus, Garz. *de benef. par.5. cap.5. n.37.* Posth.
de manutent. obseruat.55. num.36. Noguerol. *allegat. 28. nu-
mero 39.*

Præmissa omnia DD. existimarunt fortiùs procedere hoc
casu, quo plura concurrunt ad iustificationem iurispatrona-
28 tus, excludentia præsumptam † vsurpationem, contra
quam sola assertio antiqua Ordinarij, & Notarij conside-
ratur, *decis.211. num.3. par.1. rec.* quorum multum mouit
illa deducta ex pluribus literis antiquis tam Ordinarij, quàm
Sacr. Congregationis Inquisitionis in fine sæculi præceden-
tis, & in principio currentis super tractatu permutandi hanc
Abbatiam cum alia dignitate ad effectum erigendi Colle-
gium pro conseruatione orthodoxæ Fidei in populo, tra-
hente originem ab antiquis Vltramontanis, in quibus sup-
29 ponitur, & exprimitur iuspatronatus Ducis, † cum in
his cesset suspicio fraudis, aut metus ratione potentiæ,
stante auctoritate Sac. Congregationis, imò ipsiusmet Pa-
pæ, cui tractatus non semel relatus fuerat, ad tradita per
Rotam *decis.191. num 7. part. 3. rec. Eminentiss. D. Cardin.
Otthob. dec.235. num.16. & 17.*

Vna cum pluribus enunciatiuis antiquis, & modernis,
in prouisionibus Pontificum, & etiam Ordinarij, ac Insi-
30 gnibus Ducis in Ecclesia, & Altari, † quæ valde confe-
runt ad probationem huiusmodi, Spad. *consil.12. num.7. lib.
3.* Pænia *decis.165. num.10. inter rec. decis.144. nu. 18. par. 14.*
quodque à d. anno 1533. nulla datur prouisio de libero in per-
31 sona, † quæ non fuerit etiam præsentata à Duce, Spad.
cons.28. num.18. lib.2. Seraphin. *dec.1025. n.22.* Rota *dec.245.
num.45. par.9. rec.*

Decisio autem 126. par.5. rec. facta super gratia subrogatio-
nis gratiosæ Matthæi, cum sententia subsequuta, visa est
32 impertinens, tùm quia non potuit † tollere immemora-
bilem iam completam, & probatam postea ex Testibus,
Buratt. *decis.739. num.3. & 4.* ex tempore enim infinito in ea
33 contento quacumque portione dempta, † remanet infini-
tum immemorabilem conseruans, vt in nostris aiunt Pæ-
nia *decis.178. num.2.* Celius *decis.110. num.9 & coram R.P.D.
meo Calataia in Taurinen. Decimarum 23. Ianuarij 1669. §. mi-
nusque*; Tùm quia Dux non erat in causa, & ipse Mat-
thæus obtinuerat per resignationem tamquam de iurepatro-
natus accedente consensu Ducis Patroni, & in vim illius
34 immissus fuerat in possessionem, † ideoque quidquid ipse
gesserit ignorante Duce Patrono, præiudicare non potuit ex
supra firmatis; & immemorabilis nunquam interrumpitur
nisi per actus, qui peruenerint ad notitiam præscribentis,
inquit Rota *coram Buratt. decis.739. num.7.* & in simili causa
coram *Durano*, possidendi causa proueniens ex facto Ordi-
35 narij Patronis ignorantibus non nocuit, † sed potiùs ha-
bendus fuisset, ac si Patronus Ordinario conferenti acces-
sisset pro conseruatione sui iuris, Bichius *allegata decis.388.
num.9. vers. tum quia maximè*, dum per ipsam subrogatio-
nem Matthæus fuit subrogatus ad ius, & possessionem Ioan-
nis Baptistæ de Paulo, qui fuerat præsentatus, & institu-
36 tus vti de iure patronatus, & vti talis possederat, † sicque
assumpsit naturam illius pro conseruatione iuris Ducis Pa-
troni, Dunoz. iun. *decis.895. num.6.* nam & prouisio per
37 viam subrogationis † coadiuuat possessionem Patronorum
acquisitam ex antecedenti præsentatione Resignantis, Rot.
*in Praten. Capellaniæ 20. Iunij 1672. & 20. Maij 1673. coram
R.P.D. meo Emerix.*

Ad vltimum statum, & prouisionem Apostolicam in
persona Pauli 9. Nouembris 1642. per cuius obitum præsen-
tatus ex Hyacinthus ex facto patuit præsentatio Ducis hu-
militer etiam supplicantis pro actuali, & corporali posses-
sione Pauli præsentati, qui licèt obtinuerit possessionem
38 † vti de libero, non ideò nocere potuit Patrono inscio, &
in longinquis partibus Hispaniarum commoranti, Rota
*coram Bichio dec.368. num 9. vers. tum quia, & coram Durano
dec.74. num.58. dec.26. num.10. post* Viuian. Vbald. *dec.79. n.7.
dec.n55. num.35. par.9. rec.*

Ad exceptiones ex concessione Leon. X. qui remouet om-
nem difficultatem, vt dicebant Informantes pro Carolo,
eo quia anno 1520. pro parte Ducis, necnon Incolarum sup-
plicatum esset concedi sibi iuspatronatus, & ius præsentan-
di ad dictam Abbatiam, si tertia pars fructuum ab eis
augeretur, & Leo Duci, & successoribus, necnon Sin-
dicis, si, & postquam fructus, vsque ad illorum tertiam
partem aucti essent quouis modo, & quoties etiam apud Se-
dem Apostolicam de cætero vacarent perpetuò reseruauerit,
& concesserit 11. Decembris d. anno 1520. Pontificatus
octauo, ex quibus omnibus tollatur immemorabilis osten-
so tam patenti principio; responsum fuit etiam præcla-
ra verba vnius ex Dominis, referendo, quod si attenden-
dum esset dictum principium, non indigeret Dux alia pro-
batione à Concilio requisita, quia incontinenti constaret de
concessione, non ex mera gratia, & mero priuilegio, sed
propter augmentum dotis ad tertiam partem fructuum, &
sic titulo oneroso, † huiusmodi enim iurepatronatus sic 39
concessa habent statum implicitum validitatis, & solum
subijciuntur examini, & reuisioni Ordinarij, si concessio
est à 40. annis citra *in d. cap.9. §. similiter quoque*. concessio
autem ante annos 40. à confirmatione Concilij † non subia- 40
cet dictæ reuisioni, ex declaratione Sac. Congregationis,
apud Garz. *de benef. d. cap.9. num.124.* Spad. *cons.21. secundo
vers. neque obstat lib.2.* & nihilominus eo ipso, quo sequutæ
sint sententiæ Ordinariorum illud probantes † dicendum 41
est habitum fuisse, habendumque pro valido, ita vt Dux
manutenendus sit, Spad. *cons.21. num.3. d. versic. donec. ita-
que*, Barbos. *ad Conc. d. cap.9. num.86.* Adnotat. *ad Ludouis.
dec.397. num.6. vers. prædicta indubitanter ad fin.*

Eo magis ad excindendam iustificationem gratiæ Aposto-
licæ obtentæ à Carolo, qui impetrauit hanc Parochialem
ob non factum concursum infra sex menses, iuxta dispoi-
tionem Sac. Concilij, † nec dicta Constitutio procedit in 42
Parochialibus iurispatronatus Laicorum, in quibus non
habet locum concursus, Garz. *de benef. par.9. cap.2. nu.258.*
Lotter. *lib.2. quæst.31. num.129.* cum adnotatis ad Ludouis.
decis.454.

Sed visum est cessare omne dubium, cum in dicto Breui
Leonis (à D. Duce tamen non allegato) nullum verbum
sit de statu præcedenti † talis concessio Papæ non videtur 43
incompatibilis cum probatione immemorabilis, cum po-
tuerit obtineri ad maiorem cautelam, Dunoz. sen. *decis.302.
num. vlt. recedendo à decisis 244.* Coccin. *decis.2139. num. n1.*
Bichius *decis.285. num.14. & decis.218. à num.17. ad 20. par.1.
decis.29. nu.52. par.7. rec.*

Et ita vtraque parte informante resolutum fuit.

*Alia præsentis causæ decisio fuit impressa supra in præceden-
ti parte 18. tom.2. vbi est in ordine 683. sub die verò 16. Ianua-
rij 1679. adest altera in eadem causa, quæ est præsentis confir-
matoria.*

R. P. D. RONDININO.

Cracouien. Decimarum super declaratoria.

Veneris 10. Decembris 1677.

ARGVMENTVM.

Ad effectum concedendi declaratoriam limitatur conclusio communiter recepta, quod mandata, etiam sine certa quantitate relaxata, non dicantur illiquida, ad hoc, vt illis parere recusantes, veri contumaces existant, & proindè contra eos declaratoria relaxatur, seruatis tamen de iure seruandis, quoties ipsi nec realiter, nec verbaliter obedientiam præstiterint.

SVMMARIVM.

1 *Mandatum Rotale ad effectum obtinendi declaratoriam debet intimari parti, & num.4.*
2 *Obedire debentes mandatis rotalibus, vel realem obedientiam, aut saltem verbalem præstare tenentur, & n 7*
Obedientia realis dicitur vera solutio, verbalis verò exhibitio, se esse solutioni promptum num.2.
3 *Mandata Rotalia continent comminationem censurarum.*
5 *Mandata Rotalia postquam fuerint partibus intimata, debent in actis reproduci, ad hoc vt possit relaxari declaratoria.*
6 *Declaratoria non conceditur, nisi prius seruatis solitis quatuor terminis ad docendum de paritione.*
8 *Declaratoria relaxatur contra parere recusantes mandatis rotalibus, si nec realiter, nec verbaliter obedire voluerunt.*
9 *Mandatum de manutenendo in quasi possessione exigendi,*
con-

continet etiam solutionem possessori faciendam.

10 *Mandatum de manutenendo in quasi possessione exigendi decimas sustinetur, & dicitur validum, etiam si in eo quantitas expressa non sit.*

11 *Declaratoria conceditur, quamuis mandatum, cui parendum est, quantitatem non contineat, nisi reus offerat se soluturum liquidatione facta, & num seq.*

12 *Declaratoria relaxatur ob contumaciam, & inobedientiam parere debentis.*

DECISIO CXXXVII.

MAndatum de manutenendo in quasi possessione exigendi Decimas in bonis Villarum de inferiori PotoK, Borou, Mierzaua, & Slabosouice, Andreouiensi Monasterio Ordinis Cisterciensis concessum præuijs decisionibus tam in petitorio, quàm in possessorio 26. Iunij 1675. * 22. Iunij 1676. & 2. Aprilis labentis anni 1677. coram me, † intimatum fuit Rectori; seù Præposito
1 Kzzeciceu, alijsque nobilibus possessoribus bonorum Villarum de inferiori PotoK, & Borou. Quibus nullum obedientiæ signum exhibentibus, nec reale soluendo De-
2 cimas, † neque verbale easdem se soluturos exhibendo, prout de iure, dedi dubium: An concedenda esset Declaratoria.
Eam autem concedendam esse Domini responderunt,
3 quia cum in mandato † de manutenendo Censuræ com-
4 minatæ fuerint, illudque personaliter intimatum fuerit † Rectori, seù Præposito Kzzeciceu. alijsque possessoribus
5 bonorum decimabilium, † atque in Actis reproductum
6 fuerit, seruatique fint † quatuor termini soliti ad docendum se paruisse, prout in Summario Monachorum An-
7 dreouiensium, † consequens est, vt non docto de paritio-
8 ne † reali, vel saltem verbali, † declaratoria Censura-
9 rum concedatur, Vestrius *in praxi lib. 8. capit finali num. 19.* Posthius *de manutentione obseruat. 103. ex num. 3.* Rota *coram Cardinali Seraphino decis. 551. num. 4. & in recent part. 6. decis. 254. sub num. 3. & parte 10. decis. 220. num. 1. & decis. 227. num 3. & par. 11. decis. 12. num. 1. & decis. 376. illo eodem num. 1.*
9 Etiamsi in mandato de manutenendo, † & respectiuè
10 de soluendo non fuerit expressa certa summa, † & ideo
11 illiquidum sit id, quod solui debet, † quia nisi condemnati offerant se soluturos facta liquidatione, remanent contumaces, & inobedientes, fitque locus relaxationi
12 declaratoriæ, † quæ ob contumaciam, & inobedientiam etiam hoc casu conceditur, Posthius *de manutent. dicta obseru. 103. nu. 21. & 22.* Addentes ad Burat. *decis. 967. n. 6.* Rot. *in Dertusen. decimarum apud* Marchesan. *de commissionibus par. 1. §. 1 pag. 675.*

Et ita Monasterio tantùm informante, atque Reis contumacibus pluries monitis &c.

Plurimæ decisiones in hac Causa emanarunt, quarum aliæ sunt impressæ supra in præcedenti parte 18. tom. 2. vbi sunt in ordine 407. 574. 575. & decis. 749. Aliæ verò sunt supra in hac eadem parte, & sunt decis. 47. & 48.

REVERENDISS. D. ALBERGATO
Sacræ Rotæ Decano.

Romana Domus.

Veneris 10. Decembris 1677.

ARGVMENTVM.

Exequutiuè, ac etiam in Saluiano, & actione hypothecaria creditorem post transactionē agere potuisse deciditur, quia si hæc omnia intentare poterat ante transactionem sequutam, quanto magis post illam hęc eadem remedia sibi competere debent, adhuc contra bona propria ipsorum hæredum, quia mediante obligatione Camerali defuncti obligata erant, & non obstante exceptione inuentarij, minus legitimè confecti.

SVMMARIVM.

1 *Hæreditatis aditio probatur ex actibus, qui fieri nequeunt citra ius, & nomen hæredis.*

2 *Hæres substitutus non dicitur hæres aliorum grauatorum, sed consideratur vti hæres ipsiusmet fideicommittentis.*

3 *Ratificatio licet amplius non importet, quam ipse actus ratificatus, tamen si aliquid de nouo tribuitur illum extendit, & non destruit.*

4 *Contractus iudicatur non à solo nomine, sed ab illius effectu.*

5 *Creditor si ante transactionem agere poterat executiuè, vel in saluiano, eo magis post illam vtrumque remedium intentare potuisse dicendum est.*

6 *Obligatio cameralis comprehendit etiam bona hæredum.*

7 *Saluianum datur etiam contra bona hæredum, quando illa expressè vel tacitè per clausulas id importantes a debitore defuncto obligata sunt.*

8 *Inuentarium minus legitimùm, ex quo distinctam descriptionem bonorum non continet, perinde habetur ac si factum non fuisset.*

9 *Actio hypothecaria competit contra bona propria hæredis qui non confecit inuentarium, vel si fecit, illud non fuit legitimum.*

10 *Executiuè agitur contra hæredem, qui licet confecerit inuentarium, illud tamen minus legitimè factum est.*

DECISIO CXXXVIII.

AD euertenda fundamenta Decisionis coram me editæ die 26. * Iunij 1676. informantes pro Lucretia potissimum repetebant Domum ad instantiam Margheritæ executatam non esse hæreditariam Francisci Scarlatti debitoris, sed Marci Antonij Iunioris, à quo Lucretia mediante titulo emptionis illam acquisiuerat; controuertebant etiam Marcum Antonium fuisse hæredem Francisci, & quatenus talis fuisse non posse executiuè procedi contra hanc Domum, neque de iure, cum aduersus tertium possessorem executiuè agi non permittatur, neque ex concordia, quia ista talem facultatem concedit solùm contra bona hæreditaria Francisci, & à Marco Antonio donata, neque demum ex ratificatione ipsius Concordiæ, quia de sui natura ratificatio non excludit, sed solum approbat actum ratificatum: Hæ autem exceptiones, licèt resolutionem sub diebus 5. Maij, & 28. Iunij proximè præteriti retardauerint, non potuerunt Dominos à decisis retrahere, in quibus hodie post tertiam Causæ propositionem steterunt.

Qualitas enim hæreditaria Marci Antonij, ad quod tota reducebatur difficultas, ex facto hodie dilucidato apparuit iustificata; siquidem Franciscus Scarlattus in suo testamento quatuor, quos tunc habebat filios hæredes instituit, nempè Marcum Antonium Seniorem, Horatium, Aloysium, & Octauium, quibus, seù eorum altero sine filijs decedentibus vulgariter, & per fideicommissum superuiuentes æquis portionibus substituit, hodierno Summario Margheritæ *numer.* 1. Ex his primus Horatius viuo adhuc Patre decessit, indè vita functo dicto Francisco, obijt Marcus Antonius, relicto ventre prægnante, ex quo prodijt in lucem posthumus, in Patris memoriam Marcus Antonius appellatus, subindè Francisci Testatoris hæreditas diuisa fuit inter Octauium, & Aloysium filios, & Marcum Antonium Iuniorem Nepotem, eodem Summar. *numer.* 2. Decessit postmodum Aloysius sine filijs, eiusque portio ad Octauium fratrem deuenit, dicto Summar. *num.* 4. istoque demum defuncto, Marcus Antonius tamquam hæres fideicommissarius Francisci, possessionem omnium bonorum adeptus fuit, eod. Summario *numer.* 5 Hinc satis probatur, quod Marcus Antonius fuerit solus, & vltimus hæres Francisci in portione sua, scilicet in dicta diuisione cum Patruis facta, & ratificata, ac ex alijs pluribus actibus successiuè factis, & per necesse supponentibus hæreditariam qualitatem, † vtpote quia fieri non poterant citra ius, 1
& nomen hæredis, *l. pro hærede §. Papinianus in fin. ff. de acquir. hæred.* Rota *coram sa. me. Greg. XV. decis. 98. num. 3. & 4.* præsertim cum possessionem portionis Patruorum adeptus sit post mortem † Octauij, vti substitutus in fideicom- 2
misso à Francisco ordinato, propter quod consideratur non vti hæres Octauij, & aliorum grauatorum, sed vti hæres ipsius-

ipsiusmet Francisci Testatoris, per Text. *in l. vnum ex fa-*
milia 69. in principio, & §. primo ff. de legat. 2. Peregr. *de fidei-*
comm. art. 20. num. 2. Menoch. *cons. 357. nu. 5. & cons. 88. nu. 50.*
Fusar. *de substit. q. 274. per tot. q. 484. nu. 6.* & alios refert Rosa
consul. 2. nu. 42. & plurib. seqq. & Rota *coram Celso decis.* 33.
num. 8.

Hoc itaque probato, nihil interest, an Domus contro-
uersa fuerit hæreditaria Francisci, vel Marci Antonij; li-
cèt enim in concordia Margheritæ data fuerit solum facul-
tas executiuè procedendi pro suo credito contra bona hære-
ditaria Francisci, in subsequenti tamen ratificatione per Lu-
cretiam facta extensa fuit dicta facultas ad bona etiam hæ-
3 redum eiusdem Francisci, † non obstante quod natura ra-
tificationis sit solum præterita approbare, non ampliare,
cum non implicet quin post approbationem concordiæ,
aliquid adijciatur, quod illam non destruat, sed extendat,
4 nam contractus non à nomine, † sed ab effectu iudicantur,
l. insulam ff. præscript. verb. Mantic. *de tacit. lib. 2. tit. 2. nu. 20.*
Rota *coram Bich. decis. 20. num. 9.* vbi Concordantes cumo-
lantur.

Et facilius in hanc sententiam inclinarunt DD. reflecten-
tes, quod ideo Margherita maiorem partem sui crediti remi-
sit, & condonauit, quia è contra dabatur ei facultas executi-
5 uè procedendi super omnibus illis bonis, † in quibus cir-
cumscripta transactione; poterat ex Saluiano immitti, ideo-
que si ex tali interdicto potuisset contra hanc Domum age-
re, vt Informantes pro Lucretia admittebant, cum requisi-
ta solita huius interdicti non deessent. Nam possessio anti-
qua Marci Antonij, & moderna Lucretiæ est incontrouerti-
bilis; Creditum autem cum hypotheca apparet ex instru-
mentis cum Francisco celebratis, continentibus obligatio-
6 nem Cameralem, † quæ iuxta suam formulam comprehen-
dit etiam bona hæredum vt testatur Zach. *de oblig. camer.*
quæst. 4. nu. 9. & notat Merlin. *de pignor. lib. 2. tit. 1. quæst. 15. n.*
27. & firmauit Rot. *post Pacific. de Saluian. decis. 136. n. 4. post*
Merlin. *de pignor. decis. 33. n. 20. post* Zach. *de oblig. camer. de-*
cis. 16. nu. 10. & decis. 239. nu. 4. coram Coccin. decis. 1774. *nu.* 3.
coram Dunoz. iun. decis. 576. n. 26. & in par. 16. rec. dec. 97. n. 15.
Indè sequitur, quod Margherita potuisset agere in Saluiano
7 contra bona propria Marci Antonij hæredis, † cum hoc
interdictum competat creditori defuncti contra bona hære-
dum, quando illa à defuncto fuerunt obligata expressè, aut
per clausulas id importantes, plenè Rota *decis.* 343. *num.* 5.
par. 12. recent.

Nec obstat, quod per simplicem reciprocam substitutio-
nem factam à Francisco testatore inter solos primos hæredes
institutos, non resultet fideicommissum ad fauorem filiorum
eorundem in conditione positorum, & quod per consequens
Marcus Antonius Iunior considerari non debeat vti hæres
fideicommissarius Francisci, sed vti hæres Octauij vltimi
reciprocati, cuius hæreditatem adiuit cum beneficio leg. &
inuent. ideoque in omnem casum obligatus solum fuisset ad
solutionem tertiæ partis debitorum d. Francisci pro rata hæ-
reditatis sibi assignatæ in diuisione cum duobus Patruis, &
pro portione Octauij condemnari non possit ad solutionem
debitorum illius, nisi priùs conuentus pro redditione ratio-
nis de illa non doceat.

Quia dilemmate soluitur difficultas, aut enim Octauius
grauatus erat restituere Marco Antonio per fideicommis-
sum, prout iste supposuit in adeptione possessionis, & mili-
tant rationes supra adductæ, aut in d. Octauio expirauerat
8 substitutio, bonaque effecta fuerant libera, † & in hoc casu
inuentarium à Marco Antonio factum absque descriptione
illorum bonorum, quæ supposuit fideicommisso obnoxia,
est nullum, ac perindè habetur ac si factum non fuisset,
Bald. *in l. final. §. cum igitur num. 8. C. de iur. deliber.* Honded.
cons. 34. num. 20. lib. 1. Rota *coram Card. Cels. decis. 142. nu.* 4.
adeout cum etiam Octauius eius Auctor adiuerit sine In-
9 uentario hæreditatem Francisci, † poterat pro istius debi-
to procedi contra Marcum Antonium, eiusque bona propria
non solum actione hypothecaria, vt per text. *in l. fin. C. de iur.*
deliber. Mantic. *de tacit. & ambig. lib. 11. tit. 17. nu. 10. ad med.*
Afflict. *decis. 111. num. 16. in fin. & num.* 17 Merlin. *de pignor.*
& hypothec. lib. 2. quæst. 15. nu. 9. Rot. *post eundem decis. 5. n.* 33.
10 *& coram Dunoz. iun. decis. 576. num.* 25. † sed etiam executiuè
iuxtà praxim deductam per Saluat. Tiber. *lib. 1. cap. 45. num.*
17. Alex. *cons. 18. num. 16. vol.* 5. Rot. *decis. 39. num. 9. par. 6. rec.*
vbi plures cumulantur, *coram Merlin. decis. 722. numer. 3. &*
coram Dunoz. iun. decis. 188. num. 10.

Et ita, vtraque parte informante, resolutum fuit.

Supra in alio præced. tom. 2. par. 18. recent. adest altera præ-
sentis causæ decisio, quæ ibi est in ordine 762.

REVERENDISS. D. ALBERGATO. Sacræ Rotæ DECANO.

Romana Hæreditatis.

Veneris 10. Decembris 1677.

A R G V M E N T V M.

Disceptatur conclusio, an hæredis institutio possit conferri in arbitrium tertij, & sub distinctione resoluitur, aliud esse certum instituere hæredem pro persona ab eo nominanda, aliud verò eandem hæredis institutionem in arbitrium tertij conferre, quia sicuti substinetur prima, ita etiam corruit secunda, ad eum casum, quo Testator instituendo vxorem vsufructuariam, alterum fecit hæredem, licèt pro persona ab eo nominanda, qui tamquam proprietarius, vel ipse remanet hæres, vel quatenus nominatione non facta sua institutio corrueret, adhuc remanebat illa vsufructuariæ, quæ non dato hærede proprietario, remanebat hæres in totum, itaut semper contra hæredem ab intestato iudicandum sit.

S V M M A R I V M.

1 *Institutio facta de certo hærede pro persona ab eo nominanda valet, & substinetur, nu. seqq.*

2 *Hæredis institutio conferri non potest in arbitrium tertij.*

3 *Testamentum non substinetur sine certa institutione hæredis.*

4 *Hæres institutus pro persona ab eo nominanda donec nominatio sequatur, remanet verus hæres.*

5 *Testator remanere non debet pro aliqua tempore intestatus, & pro alio testatus.*

6 *Voluntatem testatoris ad indagandam, totus testamenti contextus inspiciendus est.*

7 *Verba* dando facoltà à dd. miei heredi di pigliare il possesso doppo la mia morte *intelliguntur de hæredibus nominatis, non autem de alijs.*

8 *Dictio* infrascritti, *& dictio* detti *referuntur ad personas, quæ oculis corporeis legi possunt non autem quę per subauditum intellectum interpretantur.*

9 *Prælegatum sibi ipsi ab hærede præstandum non valet, & quando vide n. seqq.*

10 *Exequutor, & administrator potius quam hæres an dicatur ille cui aliquid legatum est, à semetipso præstandum.*

11 *Legatum ab vsufructuario hæredi proprietario præstandum fieri potest, nec implicat illum esse verum hæredem.*

12 *Prælegatum factum hæredi à semetipso sibi præstandum, substinetur quoad retentionem, quando hæreditas venit alteri restituenda.*

13 *Hæres vsufructuarius, nullo sibi dato cohærede, per ius accrescendi remanet etiam proprietarius hæres, & nu. seqq.*

14 *Hæres ab intestato non admittitur post mortem hæredis vsufructuarij, etiam quod illi alter hæres proprietarius datus non sit, & nu. anteced. cum seqq.*

15 *Prohibitio testatoris ne hæres vsufructuarius aliud, quam vsufructum à sua hæreditate petat, intelligitur facta fauore hæredis proprietarij.*

Et ideo non dato ei hærede proprietario, corruit, & tota hæreditas consolidatur in ea. ibidem.

16 *Testator non debet decedere pro parte testatus, & pro parte intestatus.*

17 *Prohibitio, quod hæres vsufructuarius non aliud ab hæreditate petat, fauore cuius hæredis facta sit secundum* Bartolum.

18 *Hæres ab intestato nunquam admittitur, si Testator declarauit se velle decedere testatus, nisi aliunde de eius voluntate legitimè constet.*

19 *Hæres ab intestato censetur à Testatore exclusus propter discordias, & inimicitias inter eos existentes.*

DECISIO CXXXIX.

EX ijsdem rationibus, quibus Domini innixi sub die 1. Iunij 1676. censuerunt non esse locum Statuto de duabus, & infirmandam præcedentem Rotalem Sententiam; Hodie iterum Causa discussa, steterunt in decisis; Nam animaduerterunt subsistere distinctionem inter institutionem de certo hærede factam pro persona ab eo nominanda, & institutionem factam de illo, quem Titius nomi-
1 nauerit, † admittendo nullitatem secundæ vti collatæ in
2 liberum arbitrium tertij † contra expressam dispositionem text. *in l. illa institutio, & in l. si quis Sempronium ff. de acquir.*
3 *hæred.* nec continentis † institutionem certam hæredis, sine qua testamentum esse non potest, §. *ante hæredis instit. de legat.* Non autem primæ, in qua Testator certum hæredem, vt in casu nostro nominauit, non attento quod ipse hæres in-
4 stitutus fuerit pro persona ab eo nominanda, † quia cum nominatio ista differri potuerit per longum tempus, interim institutus necessariò remanebat vetus, & legitimus hæres, ne
5 aliàs dici debeat, † hoc medio tempore inter testamentum, & declarationem, Testatorem decessisse intestatum, & post illam testatum, contra text. *in §. nec autem instit. de hæred. instit. & in l. ius nostrum ff. de reg. iur.* vt latè firmatum fuit in *decis.* quæ reuidetur § *longe enim, & seq.*

Idque faciliùs procedit in præsenti hypothesi, dum talem
6 fuisse Raymundi Testatoris voluntatem, † manifestè colligitur, inspecto, vt fieri debet, toto testamenti contextu, *l. nummis 75. ff. de legat. 3. l. Mænia 44. ff. de manumiss. test.* Mantic. *de coniect. vlt. volunt. lib. 6. tit. 13. num. 1. & seqq.* Rota *coram Dunoz. in decis. 827. num. 10.* Martinellus enim, vti hæres proprietarius grauabatur post mortem Hyppolitæ vsufructuariæ ab illius hæreditate credita Testatoris per illa verba: de' quali l'infrascritto mio erede proprietario contro l'eredità della Signora Ippolita, e suoi eredi se ne possa riba-
7 uere: & facultatem habebat † possessionem bonorum hæreditariorum post mortem Raymundi apprehendere per alia verba: dando facoltà alli detti eredi di pigliar il possesso doppo la morte, di tutta la mia eredità: quæ referri non possunt ad alios hæredes, quàm ad eos, quos Testator specificè nomi-
8 nauit ex natura illarum dictionum, † *infrascritto*, & *detti*, demonstratiuum illas tantum personas, quæ oculis corporeis, non quæ per subauditum intellectum legi possunt, vt de prima Bart. *in l. qui liberis 8. §. hæc verba nu. 7. ff. de vulgar. & papill.* Alex. *cons. 176. nu. 10. lib. 7.* Mart. *de claus. claus. 308. n. 2.* Rot. *coram Coccia. decis. 1362. n. 5. & seq.* & de secunda Bart. mox allegatus, Surd. *de aliment. tit. 5. qu. 6. num. 26. & seq. & cons. 123. num. 13.* Barbos. *dict. 87. num. 5.* Rota *coram Coccin. decis. 1125. nu. 7.*

Nec ad probandam contrariam Testatoris intentionem
9 attendi meretur † legatum ad fauorem Martinelli factum: d'vn paro di Calzette di seta; ex quo Informantes pro Euse-
10 bio arguebant, † quod ipse non esset verus hæres, sed simplex exequutor, & minister ob repugnantiam, quod importaret', si fuisset simul hæres, & legatarius; quoniam Testator, vltra hæredem proprietarium, cum instituisset etiam Hyppolitam in vsufructu, potuit Martinello hæredi pro-
11 prietario absque aliqua violatione tituli hæreditarij † prælegatum ab vsufructuaria præstandum relinquere, per Text. *in l. ab omnibus 107. §. in testamento, vers. si actio, & in l. legatus 119. §. 1. de legat. primo*, & alijs adductis latè probat Bellon. *de iur. accresc. cap. 7. q. 29. n. 6. & seqq.* præsertim quia cum
12 Testator † crederet Martinellum, vt par erat, hæredem alteri hæreditatem restituturum, benè tunc verificari poterat legatum, quod eo casu apud ipsum remansisset. Peregr. *de fideicomm. art. 7. nu. 16.* Surd. *decis. 250. nu. 4. &* Hodiern. *in addit. ad eund. nu. 2.*

Similiter DD. approbarunt secundum decisionis fundamentum, in eo constitutum, quod quando etiam corrueret institutio Martinelli, ideoque hæreditas ad Catherinam deuoluta non fuisset, nihilominus admittendus esset Ioan-
13 nes hæres Hyppolitæ vsufructuariæ, † ad cuius fauorem accreuit, & in quo consolidata fuit tota hæreditas, nullo dato, vel nominato legitimo cohærede, excludendo Eusebium hæredem ab intestato, *ex Theor. Dyn. in l. si quis ita 74. ff. de hæred. instit.* quam vti communiorem, & in praxi receptam
14 † relecta contraria opinione Bartoli, sequuntur Roman. & Salicet. *in l. 1. C. quando non petent. part. petent. accresc.* latè Imol. *in l. 1. §. ex fundo, & num. 56. & seqq. ff. de hæred. instit.* & alij plures pleno calamo cumulati per Altograd. *cons. 77. num. 13. lib. 1. &* Castill. *controu. iur. lib. 3. cap. 17. num. 65. & seqq.*

Absque eo, quod attendi mereatur prohibitio aliud non consequendi præter vsumfructum Hyppolitæ facta, † quia 15
cum adiecta fuerit ad fauorem hæredis proprietarij, illo deficiente, euanescit, & tota hæreditas in vsufructuario consolidatur, ad euitandum absurdum, † quod aliàs Raymun- 16
dus decessisset pro parte testatus, & pro parte intestatus, vt satis comprobatum fuit in *decisione* confirmata § *quinimo, & duab. seqq.*

Nec obstat Bartol. *in l. quoties n. 5. ff. de hæred. instit.* distinguens inter illum cohæredem, qui secundum cogitationem defuncti in omni casu poterat esse hæres, † & illum, qui vno 17
tantum casu poterat esse talis, firmando, quod in hoc vltimo, prohibitio inde amplius non petendo, adiecta fuerit ad fauorem hæredis scripti, quatenus hæres sit; Tùm quia hæc distinctio expressè reijcitur ab Imol. & alijs in præterita *decis. §. nec satisfacit*; tùm quia manifestam implicat contradictionem cum voluntate Testatoris declarantis nolle ab intestatu decedere, † quo stante, non admittuntur hæredes 18
ab intestato, nisi manifestissimè constet, Testatorem ad illos respexisse, per text. *claram in dicta l. quoties §. si duo ff. de hæred. instit.* & benè Rot. *coram Eminentissimo Ottbob. decis. 203. num. 26. & 27.* Quod tantum abest in casu nostro, quin potiùs ex discordijs, † & inimicitia inter Raymun- 19
dum vigente, & Eusebium, comprobata ex actis in præterito Summario adductis, desumitur Testatoris odium.

Attestationem exhibitam ad demonstrandum, quod declaratio facienda erat per Martinellum ad fauorem Eusebij, vti extraiudicialem, & simplicem fidem vnici testis, lite pendente procuratam, Domini neglexerunt; Ea verò, quod de clausula codicillari repetuntur sublata fuerunt in §. *fin.* præcedentis decisionis, quæ hodie confirmationis robur obtinuit.

Vtraque Parte audita &c.

Supra in alio primo tomo par. 18. adest altera in hac causa decisio, quæ ibi est in ordine 368.

R. P. D. EMERIX.

Romana Fideicommissi Io: Podiani de Ferratinis.

Veneris 10. Decembris 1677.

ARGVMENTVM.

Declaratur effectus clausulæ, *quam, & quas*, quatenus ex ea deuoluatur ad iudicem appellationis omne id, quod in prima instantia comprehensum erat, quamuis à sententia super vno tantum fideicommisso appellatum sit, rursus quod ea mediante iudex habeat facultatem procedendi prout in prima, & demum quatenus identitas, & possessio bonorum fideicommissi probetur, eaque etiam vsque ad obitum continuata præsumatur.

SVMMARIVM.

1 *Commissio causæ obtenta super vno tantum fideicommisso, comprehendit etiam alios, si de illis mentionem faciat, & habeat clausulam*, quam, & quas cum omnibus &c.
2 *Iurisdictionem adesse declarat, qui in toto processu citatus, illius defectum numquam allegauit.*
3 *Iudex si vni fideicommissario immissionem denegauit non impeditur eam alteri meliora iura habenti concedere.*
4 *Sententia non afficit non citatum.*
5 *Sententia prior reuocari non debet in secunda, stante commissione causæ cum clausula*, quam, & quas.
6 *Clausula* quam, & quas *concedit facultatem procedendi prout in prima.*
7 *Identitas probatur ex instrumento possessionis testatoris, & instrumento diuisionis hæredum.*
8 *Identitas bonorum fideicommissi probatur si illorum possessor,*

sessor, ea vel fideicommissaria alteri restituere promisit.
9 *Possessio præsumitur continuata vsque ad obitum, nisi probetur interruptio.*
10 *Possessio enunciata, vel probata per testes præsumitur propria pro portione spectante possessori, & pro alia rata iure familiaritatis.*
11 *Filij alicuius in conditione positi non comprehenduntur in reciproca, constituta inter primos hæredes.*
12 *Agnitio fideicommissi resultat ex instantia super eo facta.*
13 *Proximiores admittuntur ad fideicommissum, in quo proximiores vocantur.*

DECISIO CXL.

ADuersus decisionem, editam sub die 4. Iunij proximi
præteriti defensores Io: Baptistæ Landi Possessoris bo-
norum subiectorum fideicommisso Io: Podiani de Ferrati-
nis, quadruplici exceptione nitebantur. Prima scilicet fun-
data in defectu iurisdictionis Rotæ sub prætextu, quod
commissio olim impetrata à Simone Patre Caroli non se
extenderet ad bona subiecta fideicommisso Io: Podiani. Se-
cunda in nullitate sententiæ R. P. D. mei Calataiu, eo quia
ipse sententiauit ad fauorem Caroli, non reuocata prius
sententia à bon. mem. Peutingerio lata contra Ioannem, &
fratres filios Fabritij Ferratini fauore Francisci, & Liuiæ
Parentum, & Auctorum Io: Baptistæ. Tertia in defectu
probationis identitatis bonorum, & possessionis Defuncti
de tempore eius mortis; & quarta demum, quod in omnem
casum non potuerit Carolo adiudicari integra portio vacans
per obitum Fuluij communis Patrui, priuatiuè quoad Ioan-
nem eidem Fuluio, & fideicommittenti in æquali gradu
coniunctum. Quibus minimè tamen obstantibus DD. pro
confirmatione responderunt; replicatus enim defectus iu-
risdictionis iterum tolli visus fuit ex eo quod, dum causa
iàm penderet in Rota per appellationem interpositam à
sententia lata in prima instantia super vtroque fideicommis-
so Bartolomæi Cardinalis, & Io: Podiani per admissionem
ad illam, deuoluta etiam censetur vtriusque fideicommissi
cognitio non obstante, quod in commissione admissionis
1 enunciatur solùm fideicommissum Cardinalis † Bartho-
lomæi, quia in eadem expressa habetur relatio ad litem su-
per ambobus fideicommissis inter alios vertentem cum om-
nibus inciden. emergen. dependen. &c. & clausula quam,
& quas, ac propterea commissio extenditur ad ea omnia,
quæ in præcedentibus sententijs continentur, Rota *coram
Durano decis. 240. numero quarto* & latè firmatus *in decisione*
huius causæ *coram Reu. P. D. meo Taia 24. Ianuarij 1676. §. 1.
& seqq. & 4. Maij eiusdem anni §. penult.* quod eò magis pro-
cèdere dicebatur in hoc casu, quia Ioannes Baptista, qui in
2 toto processu citatus, & acritèr contradicens, † nunquam
allegauit dictæ commissionis defectum, censetur illius in-
sufficientiam agnouisse, adeout per subsequentem obser-
uantiam eiusdem intellectus, si quam dubietatem admitte-
ret, fuerit declaratus, vt in simili Rota *coram Bichio decis.
103. num. 8. & seqq.*

Faciliùs euitatur nullitas sententiæ D. mei Calataiu, quia
ex hoc quod bo. mem. Peutingerius denegauerat immissio-
3 nem Ioanni, & fratribus filijs Fabritij, † non impedieba-
tur ipse illam concedere Carolo filio Simonis diuersa, & pe-
4 nitùs separata iura † habenti, quemque non afficiebat
sententia eo non citato inter alias lata ad text. *in l. 1. & toto
titulo C. res inter alios act.* Rot. *coram Coccin. decis. 1055. num.
5 8. & coram Dunoz. Iun. decis. 362. num. 10.* † adeout necessaria
non esset præcedentis sententiæ reuocatio stante præsertim
dicta clausula, quam, & quas, in eadem commissione in-
6 serta, † quæ tribuit facultatem procedendi, prout in prima
contraria sententia non reuocata ex deductis per Rot. *coram
Dunoz. Iun. 376. num 3. in Leodien. officius 15. Iunij 1674. §. qua
cessante cor. R. Decano, & in dec. 4. Maij 1676. coram R. P. D.
meo Taia, §. nam ordine, & seq.* vbi dicta nullitas sufficien-
tèr confutatur.

7 Identitas autem bonorum concludenter probatur, † non
solùm ex instrumento possessionis apprehensæ per testato-
rem, & diuisionis secutæ inter hæredes grauatos, vt in
*decis. 4. Decemb. 1673. § identitas coram Reu. P. D. meo Ca-
8 lataia,* † sed etiam ex moderna transactione per quam Io:
Baptista reus conuentus sub certis conditionibus dimittere
promisit controuersa bona per ipsum possessa, vti fideicom-
missis subiecta Ioannis Podiani, & Cardinalis Bartholomæi
ex deductis *in decisione, quæ euidetur §. instetia.*

Possessio verò, vt supra apprehensa continuata præsumi-
tur vsque ad obitum nisi probetur interruptio, † vt ad fa- 9
turitatem discusso formiter articulo, firmatum fuit *in præ-
cedentibus decisionibus coram R. P. D. meo Calataia 4. Decembris
1673. §. identitas*, & in fideicommisso Bartholomæi Car-
dinalis 4. Maij 1676. *§. minus obstitit, & per totam coram R. P.
D. meo Taia*, cum quibus Domini transierunt.

Neque contrarium probatur ex testibus Caroli deponen-
tibus bona controuersa fuisse possessa per Cardinalem, si
enim congrue (vt fieri debet) illorum dicta interpretentur,
non repugnat, imò conciliantur cum instrumento adeptæ
possessionis, quia cum vigore sententiæ bon. me. Seraphi-
ni eadem bona pro duabus ex tribus partibus ad Ioannem
Podianum, & pro alia tertia ad Cardinalem Bartholo-
mæum spectarent, † possessio Cardinalis per testes enun- 10
ciata intelligenda est conformis dicto præcedenti titulo, &
sic pro tertia parte iure dominij, & pro duabus partibus iu-
re familiaritatis, & administratorio nomine Ioannis Podia-
ni fratris ab Vrbe absentis, vt firmant *præcedentes decisiones
coram Reu. P. D. meo Calataiu 4. Decembris 1673. §. non ob-
stat, & binæ coram Reu. P. D. meo Taia 4. Maij 1676. vtrobi-
que §. fin.*

Existentia denique Ioannis Iunioris cuius cessionarius est
Ioannes Baptista reus conuentus impedire non potuit Ca-
rolo vti filio Simonis immissionem ad integram portionem
Fuluij Patrui; cum enim Ioannes Podianus in suo testa-
mento ordinauerit reciprocam substitutionem ad fauorem
tantum trium eius filiorum Fabritij scilicet, Fuluij, & Si-
monis, casu quo aliquis ex eis sine filijs decederet, vt ple-
nè firmatum fuit *in decisionibus editis sub diebus 17. Aprilis
1671. & 29. Ianuarij 1672. coram Reu. P. D. meo Bourlemont*,
stante prædecessu Fuluij, sine filijs, superstite solùm Si-
mone, ad cuius fauorem purificata fuit integra substitutio,
nulla habita consideratione Io: Iunioris, & aliorum filio-
rum Fabritij prædefuncti, qui vti solum in conditione posi-
ti, † non comprehenduntur in reciproca inter primos hæ- 11
redes Rot. *coram Coccin. decis. 1294. num. 3. in recent. decis. 100.
num. 1. par. 1. & decis. 124. num. 2. par. 3. recent.* & latiùs *in de-
cis. 4. Decembris 1673. §. fideicommissi, & seqq. coram R. P. D.
meo Calataiu.*

Non obstante, quod Simon fideicommissum non agno-
uerit, ideoque transmittere non potuerit ad Carolum fi-
lium, † siue, quia contrarium apparet ex supradicta ad- 12
missione ad causam super dicto fideicommisso vertentem,
& iudicio prosecuto contra tertios possessores bonorum fi-
deicommissariorum, siue, quia etiam sine illius agnitione
poterat Carolus succedere iure proprio, & vti proximior
eiusdem Simonis vltimi grauati † vigore substitutionis per 13
testatorem ordinatæ ad fauorem proximioris, vt benè firmat
*dicta decis. 4. Decembris 1673. §. cumque ex prædictis coram R.
P. D. meo Calataiu.*

Et ita, vtraque Parte informante, resolutum fuit.

Plurimæ decisiones sunt in hac causa, quarum aliquæ fuerunt impressæ in alia præcedenti parte 18. tom. 2. decis. 631. & 706. vbi cæteræ enunciatur, quæ impressione dignæ visæ sunt, supra vero in hac eadem parte adest etiam altera decisio 82. in ordine.

R. P. D. PAVLVCCIO.

Leodien. Decanatus.

Veneris 10. Decembris 1677.

ARGVMENTVM.

Electio facta erat à maiori parte capituli, aut saltem ab illius medietate, & proinde exequuntur literæ Apostolicæ super illa concessæ, quia in omnibus iustificatæ visæ sunt, nec ad earum retardationem potuerat intrare arbitrium, quod semper regulatur à iure; Validitas autem eiusdem electionis resultabat, quia maior pars Capitularium præsentium consenserat posthabitis absentibus, qui vel ratione infirmitatis affectatæ, vel de longinquis partibus per procuratorem interesse prætendebant, plura igitur de materia electionis, & de procuratoribus ad illam ad-

mit-

mittendis, vel non in præsenti decisione deducuntur.

S V M M A R I V M.

1 *Literæ Apostolicæ dicuntur iustificatæ, quoties apparet verificatio narratorum in illis.*

2 *Arbitrium regulatur à iure, & ideo non intrat pro retardatione exequutionis literarum Apostolicarum, quoties illæ iustificatæ sunt.*

3 *Literæ Apostolicæ iustificatæ semper habent exequutionem paratam.*

4 *Capitulum in solis præsentibus consistit, reiectis iis, qui vti procuratores absentium, maius legitimè interuenire prætendebant.*

5 *Infirmitas affectata non præbet legitimum impedimentum comparendi in capitulo per procuratorem, si principalis audita sui electione statim ad capitulum encurrit.*

6 *Infirmitas debet esse grauis, vt infirmum excuset ab accessu ad Capitulum in materia electionis.*

7 *Mandatum procuræ ad eligendum factum fauore certæ personæ ante vacationem sequutam est nullum.*

8 *Mandatum procuræ ante vacationem fieri non potest, siue illa per obitum, siue per resignationem contingat.*

9 *Mandatum procuræ ad eligendum fieri non potest ante vacationem, etiam si illa de proximo immineat, esset pro certo sequutura.*

10 *Capitulares eligentes, vt possint comparere per procuratorem, debent esse eo loci, vnde vocari debuissent.*

11 *Procurator ad eligendum deputari non potest stante magna distantia loci.*

12 *Impedimentum legitimum, vt eligens possit per procuratorem eligere, probari debet de tempore constitutionis procuratoris, & electionis.*

13 *Impedimentum legitimum in constitutione procuratoris exprimendum est, adhoc, vt illud examinari possit.*

14 *Procurator ad eligendum, an debeat habere facultatem faciendi electionem cum iuramento.*

15 *Iuramentum licet in electione non sit necessarium, tamen instantibus Capitularibus est præstandum.*

16 *Mandatum procuræ ad eligendum debet continere liberam facultatem eligendi procuratori concessam, non autem eligendi tantummodo certam personam.*

17 *Electio certæ personæ si in mandato procuræ ad eligendum permitteretur, electio non esset amplius per vota secreta, sed publica, quod fieri non debet.*

18 *Procurator nulliter constitutus ad eligendum eo magis admittendus non est, si Capitulares de illius non admissione protestati sunt, & de nullitate electionis.*

19 *Eligens si quis erat, ac etiam procurator alterius, cuius nomine electionem fecisse dicatur, & nu. seqq.*

20 *Procurator ad eligendum potest eligere Dominum suum.*

21 *Eligere se ipsum nemo potest, amplia, vt num. seqq.*

22 *Electio facta per viam scrutinij secreti, eo minus fieri potest de semet ipso.*

23 *Eligens per modum accessionis potest sibi votum tradere, illudque computatur in discordia eligentium.*

24 *Ambitionis suspicio non consideratur in eligente, qui in sui fauorem per modum accessionis adhæsit in discordia eligentium.*

25 *Electionem de se factam publicè, & palam quis confirmare potest, illique accedere, & suum votum addere, ad augendum numerum votorum.*

26 *Capitulum consistit solum in præsentibus, non autem in absentibus, quamuis illi per procuratores interesse voluerint.*

27 *Scriptura, & iura in actis producta quando dicantur in forma probanti.*

D E C I S I O CXLI.

SEcuta electione Philippinæ Ernestinæ Barbaræ in Decanissam Capituli vtriusque sexus Oppidi Thoren. nechon decreta executione literarum Apostolicarum, ad eius fauorem per duas decisiones alteram 22. * Iunij, alteram 12. Decembris 1676. coram R. P.D. meo Taia, & lata etiam per eundem sententia, ex parte Mariæ Vrsulæ electionem impugnantis habitus fuit recursus ad plenam Signaturam, quæ rescripsit de appellatione cum clausula, *Parito literis arbitrio Rotæ*.

Ideo ad normam commissionis discutiendum proposui, 1
An intret arbitrium in casu &c.

Et DD. censuerunt non intrare arbitrium, sed insistendum executioni literarum Apostolicarum ad fauorem Philippinæ Ernestinæ Barbaræ.

Electio siquidem eius ita processit, vt iustificatum omninò
apparent quidquid fuit ab ipsa narratum in literis † Apostolicis, 1
adeoque visa est danda ijsdem executio, nec intrare arbitrium pro retardatione, † cum arbitrium sit regulandum 2
à iure Gloss. *ad l. qualem verb. videtur de recept arbitr.* Rota *coram Bich decis. 275. n. 1. & decis. 361 num. 3. & coram Celso decis. 231. nu. 1. & 2. & in recent decis. 296. nu. 1. & 2. par. 16.*
Ius autem exigit, † vt literæ Apostolicæ iustificatæ debitam 3
obtineant executionem, quam paratam semper habent *C. literis de rescript. C. si Capitulo, & ibi* Gloss. *in verb. exequatur de concess. præben. in 6.* Rot. *coram Duran. decis. 98. n. 1. & dec. 377. nu. pariter prime.*

Summa narratorum in literis Apostolicis est, quod Philippina habuerit, vel maiorem partem suffragiorum, vel saltem medietatem in discordia, quod vtrumque ex ipso electionis instrumento concludenter euincitur.

Primo enim vtrumque vniuersum corpus Capituli ex xv. Vocabulis constet; integer tamen hic numerus in hoc casu non venit considerandus, detrahi namque debent quatuor absentes, tres à loco beneficij, duæ scilicet Canonissæ, & Canonicus vnus, pro quibus interuenere Procuratores; & altera Canonissa absens à loco electionis, cuius suffragium sub colore ass. infirmitatis in domo ipsius à scrutatoribus receptum.

Quæ sane vota cum plures paterentur defectus, pluresque exceptiones, visa non sunt admittenda, & de facto à
Capitulo relecta fuere, † Ideoque legitimus remansit reliquorum 4
capitularium numerus, qui iustè suffragium dare possint, & penes ipsos tota eligendi facultas restricta *Cap. cum, & verbis C. dudum de elect.* Miranda *in manuali Prælat. Regul. tom. 2. qu. 23. art. 27. Conc. 2.* Tondut. *Resol. benef. par. 1. cap. 86 num. 4.* Tamburin. *de iur. Abb. tom. 1. disp. 5. q. 3. nu. 23.* Barbos. *iur. Eccles. vniuer. lib. 1. cap. 19. num. 86.* Rota post Tamburin. *decis. 31. coram Ghislerio numer. 3 & dec. 219. numer. 4. par. 5. recent. eadem coram Celso decis 85. num. 9.*

Euidens autem visus est defectus in voto Canonissæ absentis à loco Electionis prætextu infirmitatis à scrutatoribus recepto. Infirmitas enim apparet affectata, & simulata, cum expleto scrutinio auditisque suffragijs ad sui fauorem collatis,
† statim ad Capitulum accesserit pro capienda posses- 5
sione, vel non adeo grauis, † qualis debet esse, vt ab acces- 6
su ad Capitulum excuset *C. si ægrotus 5. qu. 3. cap. quærelam de Procur.* Barbos. *vbi sup. n. 109.* Vnde eius votum tanquam inane non fuit computandum Lauor. *de elect. tit. 4. cap. 18. n. 1.* Tambur. *vbi supra in princip.* Rota *coram Burat. decis. 351. num. 8. & ibi Adden. lit. B.* Et in vtraque decisione fuit conclusum.

Alia tria à Capitulo non fuere admissa, quod satis esset pro eorum exclusione, sed, & meritò fuere reiecta, mandata enim procuratoria facta fuere ante vacationem Decana-
tus, † expressa certa persona eligenda *cap. ne captandæ de* 7
concess. præben. in 6. c. deliberatione §. prohibemus de offic. leg. in 6 Marescott. *var. resol. lib. 2. cap. 33. num. 1. & 3.* Garz. *de benef. par. 10. c. 1. numer. 14. & 15.* Idque nedum si vaca-
tio contingat per obitum, † sed, & per resignationem Tors. 8
de pact. fut. success. lib. 1. c. 20. num. 17 Add. ad Buratt. *decis. 21. numer. 29.* Rota *apud Cassador. decis. 5. de iur. patronat. eadem coram Gregor. decis. 420. num. 3 per tot. vbi Add. numer. 9.* nec minus si vacatio ipsa de proximo imminens esset,
† & certò sequutura Rebuff. *in praxi benef. de reprob benef.* 9
viuen. impet. num. 25. & seqq. Antonell. *de temp. leg. lib. 1. c. 13. num. 20.*

Prætereà mandatis ipsis graues defectus emergunt.

Principales enim Procuratorem substituentes, non eo
loci fuere, † vnde vocari commodè debuissent cum in man- 10
dato Mariæ Theresiæ legatur ipsam per longinquam absentiam inductam ad constituendum Procuratorem; cum imò
magna † distantia tollat facultatem deputandi Procurato- 11
rem *cap. quia propter §. illud de elect. vbi* Barbos. *idem iur. Eccles. vniuer. lib. 1. cap. 19 num. 108* Passerin. *de elect. cap. 10. num. 37. & seqq. cond. 4.* Lotter. *de re benef. lib. 2 qu. 19. num. 22.* Lauor. *cap. 17. numer. 34.* Rota *coram Peutin. decis. 2. numer. 1. & coram Vbaldo in Calaguritana beneficij de Morillo*

apud

apud Lauor. *vbi sup. num.* 67. & admittitur in *decis.* 82 *&* 87. *coram Ninot. & in dec.* 371. *numer.* 4. *&* 374. *num.* 6. *&* 7. *part.* 14. *recent.*

Nec minor est defectus, quod impedimentum legiti-
12 mum, † non solum non iustificatur de tempore depositionis Procuratoris, & Electionis, prout requiri dixit Rota *coram Ninot d. decis.* 87. *num.* 9. *vbi allegantur supracitatæ decisiones par.* 14. *recent.* sed neque fuit expressum prout fieri
13 debebat, † ad hoc vt de eius rationabilitate constare posset, vt post supra allegatos fuit dictum in prima *dec. coram R. P. D. meo Taia, §. quatuor autem.*

Haud impar est defectus, quod iuramentum à Procuratoribus non solum præstitum non fuit, sed nec præstandi
14 facultas in mandato aderat, † quæ saltem adesse debet,
15 quamuis actuale iuramentum non sit necessarium, † sed instan. Capitularibus venit præstandum, vt firmant Doctores omnes iam supra allegati.

Et demum haud absimilis ille, quod mandata procuratoria non largiebantur Procuratoribus liberam eligendi fa-
16 cultatem, † sed præfigebant certam personam eligen. quod planè illicitum, & aduersans est Sacro Concil. Trid. decreto *sess.* 25. *de Regul. cap.* 6. & confirmatum à Sacr. Congregatione refert Garz. *de benef. par.* 5. *cap.* 4. *numer.* 12. Tamburin. *d. disp.* 3. *qu.* 4. *num* 6. Lauor. *d. cap.* 17. *numer.* 57.
17 Expressa enim certa persona eligendi in † mandato, vota secretè non traderentur, imò panderentur ante publicationem scrutinij, quod est omninò illicitum tanquam contra secretum.

Verum omnis tolli visa est difficultas, ex quo Capitula-
18 res protestati † sunt de non admissione Procuratorum, & de nullitate, vt aduertit Rota *coram Peuting. decis.* 242. *num.* 12.

De quindecim igitur rejectis quatuor hisce votis tanquam illegitimis, remanet iustus Capitularium numerus in vndecim, ipsique Capitulum constituunt, ex quibus cum retulerit Philippina septem, vel extrà omnem controuersiam sex, iam iustificata est narratiua gratiæ.

Sed neque Votum illud septimum reijci debet, quamuis
19 sit datum ab Anna Ludouica Amita, † eademque Procuratrice Philippinæ, nam quod dedit proprio nomine argui
20 non potest, † cum receptissimum sit Procuratorem posse eligere Dominum suum Ricc. *in praxi for. Eccles. decis* 192. *num.* 216.

Quod verò dedit pro executione mandati ad fauorem mandantis, quamuis videretur non esse computandum
21 † ad augendum suffragiorum numerum in fauorem mandantis, ne idem seipsum eligat contra legem *in cap. fin. de inst.* præcipuè cum fuerit processum per viam scrutinij secre-
22 ti, † vt distinxit Rot. *coram Buratt decis.* 116. Attamen admitti posse DD. existimarunt, tum quia mandatum procuratorium erat omninò liberum, & sine vlla declaratione, aut restrictione ad certam personam, tum etiam, quia sicut conceditur, vt per modum accessionis possit quis sibi ipsi
23 suum votum tradere, † illudque computatur in discordia
24 eligendi, ex quo tunc † non intrat suspicio ambitus, vt tradit Paris. *de resignat. lib.* 9. *q.* 17 *num.* 108. Tondu. *resol. benef. part.* 2. *cap.* 4 *numer.* 31. Ciarlin. *controu. tom* 1. *controu.* 69. *num.* 9. *&* 10. Rota *coram Buratt decis.* 306. *d. num.* 3 *ad* 13. *& decis.* 229. *num.* 7. *par.* 9. *recent.* Quod, & licuisse debuit Procuratrici mandatum cum libera facultate habenti, eoque magis, quo scrutinium non fuit factum per vota secreta, sed
25 fuit apertum per schedulas palam, & publicè datas, † ideoque Procuratrix perceptis, & auditis reliquorum Votis, vltima post omnes suffragium dedit, vt in *Summario numer.* 3. *lit. C.* & potuit accedere augendo numerum Votorum ad sui fauorem constituendo ex iam supra deductis.

Imò etiamsi subtrahetur hoc Votum, remanebunt decem Capitulares, ex quibus cum Philippina sex retulerit, iustificatæ sunt Literæ Apostolicæ ad eius fauorem quoad vtramque partem, vt, aut maiorem numerum votorum retulerit, aut medietatem in discordia Capitularium.

Quibus omnibus cum post publicatum Scrutinium, accesserit acclamatio vniuersalis ad fauorem Philippinæ,
26 † quæ acclamatio vim habet communis consensus Rota *coram Coccin. decis.* 1326. *numer.* 29. *& decis.* 139. *numer.* 3. *par.* 7. *recentior. & decis.* 210. *numer* 7. *&* 8. *par.* 9 *recent.* legitima omninò apparet electio, & iustificatæ Literæ Apostolicæ.

Nequa admitti potest, quod in computatione Votorum sit habenda ratio omnium Capitularium, qui debuissent esse quindecim, cum spectetur solummodo numerus præsentium, non autem absentium, ad effectum iustificationis
gratiæ, † cum narratiua Electionis à maiori parte, vel 27
saltem à medietate, quia in præsentibus tantum Capitulum consistit post alios à se citatos Tamburin. *disp.* 3. *qu.* 6. *num.* 26.

Sicut nec, quod iura pro Philippina non fuerint producta in forma probante, quia fuerunt extracta per Notarium Capituli, qui de illis rogatus fuerat die 5. Iunij 1676. fuerunt
in actis producta parte citata, † & vigore Literarum Com- 28
pulsorialium S. Rotæ ser. ser. fuere compulsata, & pariter in actis reproducta, adeo vt dubitari nequeat quin sint in forma probanti vulg. iur.

Et ita vtraque parte informante resolutum fuit.

Altera de præsentibus decisionibus est impressa supra in alio præcedenti tom. 2. *par.* 18. *vbi est in ordine* 796. *infra verò sub die* 28. *Februar.* 1678. *erit altera præsentis confirmatoria.*

R. P. D. CALATAIV.

Romana, seu Verulana Fideicommissi.

Lunæ 10. *Ianuarij* 1678.

A R G V M E N T V M.

Plures quæstiones deciduntur in materia fideicommissaria, Prima quod ad effectum renunciandi fideicommisso scientia indiuidua, & specialis requiratur de illo, itaut sola generica non sufficiat; Altera quatenus detractiones dicantur consumptæ Alia demum de fideicommisso conuentionali constituto in contractu, quod si respectu vnius ex fideicommittentibus locum non habeat, quia illius bona alteri fideicommisso, vel oneri sint obnoxia, aliud etiam ipso iure corruat.

S V M M A R I V M.

1 *Immissio ex posteriori fideicommisso non datur contra possidentem ex causa fideicommissi anterioris.*
2 *Identitas bonorum ex instrumento acquisitionis probatur.*
3 *Acquisitio noua facta iam iuribus addendo, aliam, & primam acquisitionem non tollit.*
4 *Acquirens primus non dicitur ille, qui noua solum iura acquisiuit.*
5 *Fideicommissum secundum acceptans non renunciat primo, & quando num. seqq.*
6 *Iuri ignorato nemo renunciasse censetur.*
7 *Scientia generica solum resultat ex mentione generaliter facta.*
8 *Scientia specifica, & indiuidua cum omnibus illius qualitatibus ad effectum renunciationis requiritur.*
9 *Fideicommissarius si sciuisset, quod ex fideicommisso dominus bonorum remansisset, vtique illi non renunciasset.*
10 *Iactare suum nemo præsumitur.*
11 *Trebellianica censetur consumpta ex fructibus perceptis à filijs, nepotibus, & alijs descendentibus.*
12 *Fructus computantur in Trebellianicam.*
13 *Legitima dicitur consumpta, si fuit confiscata in vita patris.*
14 *Legitimam sibi confiscatam filius prætendere non potest, quamuis illa patri condonata sit*
15 *Bannitus in gratiam Principis restitutus, non censetur redintegratus ad bona confiscata, & alteri personæ, etiam proprio patri cessa, & num.* 14.
16 *Aditio non probatur ex possessione bonorum defuncti, quæ potest referri ad alium titulum.*
17 *Legitima præsumitur consumpta, vbi cum alienationibus factis, etiam omissio inuentarij concurrit.*
18 *Fideicommissum conuentionale cessat eo ipso, quod bona alterius fideicommittentis alio fideicommisso, vel oneri sint obnoxia.*

19 Cor-

19 *Correspectiuorum vno cessante, aliud etiam cessat.*
20 *Actio pro consequendo implemento diuersa est ab alia immissionis, & ideo sub petitione immissionis non comprehenditur.*
21 *Contractus correspectiuus resoluitur si adimplementum cuius redditur impossibile, ex defectu bonorum, & causæ finalis.*
22 *Implementum etiam si deficiat in minimo, adhuc operatur resolutionem totius contractus.*
23 *Instrumentum, testamentum, vel scriptura plures habens defectus, si nimis serò fuit producta, non habetur pro legali, & fide digna.*

DECISIO CXLII.

PRoposito dubio sub die 1. Februarij 1675. An Paulo Emilio, & Fratribus de Philonardis esset danda
immissio in bonis fideicommissarijs Siluij decentis à Felice,
& alijs de Columnis hæredibus Marij defuncti, sine filijs,
affirmatiua prodijt resolutio, à qua tamen fuit recessum
die 15. Iunij 1676. Et * decisio super edita fuit etiam confirmata die 14. Iunij proximi præteriti, cum autem hodie
iterum dubitassem, An sit standum in primo, vel secundo
loco decisis, Domini in vltimo decisis persistendum esse
censuerunt.

Bona enim de quibus agitur proueniunt ex antiquiori fi-
1 deicommisso Saturni expirato in persona Marij; † Vnde
contra illorum possessores non datur immissio ex posteriori
fideicommisso ex adductis in dd. postremis decisionibus; Fideicommissum Saturni literale legitur in testamento,
quod esse legale, & authenticum iterum DD. visum fuit,
non obstantibus exceptionibus propositis, vtpote sublatis in
dd. decisionibus; Bona autem ab eis possessa pertinuisse ad
Saturnum ad euidentiam fuit demonstratum ex instrumen-
2 tis acquisitionum datis in præteritis summarijs, † & præsertim Palatium in Terra Babuci, vt firmat etiam decisio
edita 15. Iunij 1676. *§. quoad palatium*; & quamuis hodie
diceretur ad Saturnum non spectasse ius priuatiuum deriuandi aquas à flumine Cosæ, sed Germanicum filium Siluij
d. ius acquisiuisse à R. C. Apostolica, tamen constitit Satur-
3 num eiusque auctores antiquitus habuisse d. ius, † & Germanicum ad remouendas molestias, sibi desuper illatas à
Communitate, & alijs reportasse à R. C. Apostolica denuo
cessionem, cumulando iura iuribus, & cautelas cautelis ad-
4 dendo, quod nihil aliud importat, † quam conseruationem, & confirmationem prioris iuris, quod apud Saturnum
existebat, non autem, quod Germanicus fuisset primus acquirens Cancer. *var. resol. par. 3. cap. 15. numer. 207. & seqq.* Molin. *de primogen. lib. 4. cap. 9. num. 22.* Menoch *cons. 1236. num. 1. & 3.* Olea *de cess. iur. tit. 6. qu. 7 nu. 2.* Grat. *discept. 476. num. 14.* Noguerol *alleg. 37. nu 4.* Rot. *coram Dunozet iun. dec. 836. nu. 11. & coram Caual. decis. 374. nu. 4. & in Romana Castris 28. Iunij 1660. coram Eminentiss. Cerro, & in Romana fideicommissi de Boncompagnis 26. Februarij 1666 cor. R. P. D. meo Beuilaqua.*

Non obstat, quod Marius expressè acceptauerit fideicommissum Siluij factum in contractu, vt legitur in mandato
de immittendo per eum obtento, ideoque fideicommisso
5 Saturni censeatur renunciatle: † quia cum non constet
Marium, tunc temporis habuisse scientiam fideicommissi
Saturni, acceptando vnum, non sibi præiudicauit in alio
Spad. *cons. 50. num. 76. lib. 1.* Solorz. *de iur. Indiar. tom. 2. cap. 18.*
6 *num. 21.* Rot. *decis. 112. nu. 23. par. 13. recent.* Iuri enim, † &
fideicommisso ignorato nunquam dicitur renunciatum *l. de bit de transact.* Surd. *cons. 67. num. 46.* Bardellon. *cons. 11. n 30.* Ciriac. *contr. 323 numer. 31.* Peregr. *de fideic. art. 18. num. 23. & 24.* Merl. Pignatel. *contr. lib. 2. cap. 56. numer. 8.* Redenasch. *cons. 29. numer. 76.* Torres *de pact. futur. success. lib. 2. cap. 40. numer. 32.* Rot. *post eam decis. 141. numer. 13. & coram Peuting. decis. 286. numer. 7. & decis 203. numer. 17. par. 14. recent.*

Neque talis scientia resultat ex eo, quod Marius declarauerit velle possidere illa bona descripta in fideicommisso
conuentionali vigore fideicommissi Siluij, & alia bona vigore fideicommissi, seu fideicommissum suorum antenato-
7 rum, † ac dotium maternarum, nam vt respondent etiam
præcedentes decisiones exindè solum arguitur scientia generica, & vaga, non autem specifica, & indiuidua ipsius fi-
8 deicommissi † Saturni, & omnium eius qualitatum prout
requiritur Rimin. iun. *cons. 343. num. 49. lib. 3.* Spad. *cons. 316. num. 13. lib. 3.* Fusar. *cons. 39. num. 31.* Odd. *de fideic. quæst. 2. num. 60.* Rot. *coram Seraph. decis. 969. num. 4. & coram Burat. decis. 899. num. 2. & seqq. & coram Dunozet sen. decis. 181. nu. 9. & coram Bichio decis. 119. numer. 5.* Et vere Marius si sci-
uisset, † quod vigore fideicommissi Saturni remanebat Do- 9
minus liberè bonorum controuersorum, ea non supposuisset
vinculo fideicommissi Siluij, ad quod alij erant vocati, quia
fuisset iactare suum, † quod non præsumitur *l. cum indebito* 10
ff. de probat.

Minus releuat, quod Siluio in bonis Saturni Patris competerent detractiones Trebellianicæ, legitimæ, ac dotium,
super quibus potuit istud nouum fideicommissum constitue-
re, † vel super alijs proprio nomine acquisitis. Nam Tre- 11
bellianica censetur satisfacta ex fructibus perceptis per filios
primi gradus, à nepotibus, & alijs descendentibus spatio
annorum 50. & † vltra, qui imputantur in Trebellianicam 12
Rot. *coram Comitulo decis. 161. num. 3. & post* Merlin. *de legit. decis. 20. num. 15.* legitima verò fuit Siluio confiscata ad-
huc viuente patre, † eidemque Patri condonata, & quam- 13
uis post eius obitum fuisset in gratiam Principis restitutus,
† non tamen censeretur restitutus ad bona confiscata, 14
† & alijs cessa Natt. *cons. 471. num. 1.* Rolan. *cons. 45. num. 25.* 15
Clar. *lib. 5 §. fin. qu. 39. num. 6.* Farinac. *qu 6. num 33* Rot. *decis. 463. nu. 6. par. 2. & decis. 2̄21. num. 5. & 6. par. 14. recent.* alia legitima Vellij non spectat ad Siluium, qui non fuit illius hæ-
res, & licet possederit aliqua eius corpora, ex sola tamen
possessione, † quæ referri potest ad alium titulum non 16
probatur aditio Bald. *consil. 17. lib. 3.* Gratia *discept. 706. numer. 36.* Ciriac. *controu. 244. num. 2. & coram Buratt. decis. 207. numer. 4.* Vltra, quod præsumitur consumpta stan-
tibus alienationibus, † ab eo factis cum omissione inuen- 17
tarij, vt late fuit firmatum in præcedentibus decisionibus
nempe in prima *in §. deficit, & in secunda in §. minus releuat.* Bona acquisita per Siluium partim sunt posteriora
eius fideicommisso, ea vero, quæ sunt anteriora non possidentur à columnis maximè, quæ supponuntur dotalia
Lucretiæ matris Siluij in Castro Turricis, sed quatenus aliqua adessent, quæ eius fideicommisso supposita
fuissent maiora bona in eo comprehensa proueniunt à
fideicommisso Saturni. Vnde firmum remanet alterum
fundamentum præcedentium decisionum, quod dum Siluius, & Paulus Emilius in contractu constituerunt super
certis bonis fideicommissum conuentionale, † cum suppo- 18
sito, quod omnia bona essent libera, illud euanuit eo ipso,
quod bona Siluij talia non erant, sed obnoxia anteriori fi-
deicommisso Saturni propter † correspectiuitatem Papon. 19
cons. 58. numer. 34. Rot. *decis. 113. num. 12. & seqq. post Zacch. de oblig. Camer.* cum alijs allegatis in præcedentibus decisionibus.

Non obstat, quod versemur in fideicommisso constituto
in contractu super certis bonis, quorum aliquibus deficientibus, contractus in totum non corruit cum agi possit su-
per alijs bonis pro implemento, † quia præterquam actio 20
adimplementi est diuersa ab alia immissionis, quæ fuit intentata, cessat obiectum non constito, quod Siluius haberet tot bona libera sufficientia pro reintegratione fidei-
commissi, † quando autem impossibile redditur imple- 21
mentum ex defectu bonorum, & causæ finalis contractus
omnino resoluitur Rot. *decis. 676. num. 7. par. 2. rec. & coram Bichio decis. 500. num. 23. & 24. & decis. 541. num. 24.* etiam si
implementum deficeret in minimo † Morot. *dicto cons. 27.* 22
num. 13. Surd. *decis. 7. num. 37.* Rot. *in Romana residui dotis 5. Aprilis 1677. coram R. P. D. Bourlemont, §. eadem correspectiuitatis.*

Motiuum autem nouiter excitatum, quod bona Saturni
essent subiecta fideicommisso Cardinalis Ennij expirato in
personam Siluij, nullam habet subsistentia in facto, nam
scriptura asserti testamenti exibita in actis, & oculis DD. subiecta ex pluribus vitia fuit suspecta, Primo, quia asseritur
subscripta sub die prima Martij 1548 à Nicolao Casula olim
C. A. Notario, & tamen in eius protocollo eiusdem anni
non reperitur registrata talis scriptura; Secundo facta confrontatione cum pluribus instrumentis originalibus, cogni-
tum fuit caracterem subscriptionis asserti † testamenti esse 23
ab illis diuersum. Tertio, quia caret signo, quod dictus Notarius in instrumentis exibitis apponere solitus fuit, vndè
ponderatis etiam tarditate illius productionis, alijsque adductis per informantes pro Columnis concludebant DD. talem scripturam asserti testamenti non esse legalem, & fide
dignam, vt alias respondit Rot. *decis. 6. nu. 4. & 5. par. 13. rec. & in Iuuenaten. iurisdictionis 5. Martij 1677. coram R. P. D. Bourlemont, §. nec obstat expressa exceptio.*

Et

Et exinde omnino corruere ea, quæ dicebantur de legato Palatij facto Vellio, & de alijs ex prætenso testamento Cardinalis Ennij resoltantibus.

Et ita vtraque parte informante resolutum fuit.

De pluribus decisionibus in hac causa emanatis primæ duæ sunt impressæ par. 18. tom. 2. vbi sunt in ordine 248. & 735. alia vero habetur supra in hac eadem parte decis. 88.

R. P. D. CALATAIV.

Fauentina Retractus.

Lunæ 10. Ianuarij 1678.

ARGVMENTVM.

Quod non suffragaretur emptori fundi censiti cessio census ab illius creditore facta ad effectum consequendi, vel impediendi retractum, in hac decisione concluditur, ea ratione, quia cum illud competat ratione census formalis, & in suo robore existentis, non procedit quoties census est extinctus, qui cum ex pretio rei emptæ solutus sit, vel ex illius particulari accollatione, vt hic, ex pecunijs debitoris, & ex propria obligatione, dicitur esse solutus.

SVMMARIVM.

1 *Emptor dimittens creditores hypothecarios ex pecunia rei emptæ, dicitur illorum credita extinguere, non autem iurium cessionem acquirere, & quomodo vid. num. seqq.*

2 *Accollatarius subintrat in locum principalis debitoris, & ideo illius debita soluens proprium extinguit debitum, & num. 14.*

3 *Cessia emptori, vel accollatario facta intelligitur solum respectu anterioris hypothecæ, cum qua illa compatibilis est.*

4 *Cessia census facta emptori, seu accollatario non suffragatur ad effectum prælationis consequendi retractum.*

5 *Retractus censuario competit solum ratione census formalis.*

6 *Retractus petendi ius cedi non potest nisi census formalis fuerit etiam cessus.*

7 *Retractus iura competentia ratione census, cessant eo ipso, quod census est extinctus.*

8 *Retractus in materia ad effectum illum acquirendi ex causa census plures DD. declarantur.*

9 *Census creditor licet euadat dominus rei censitæ, habet tamen iura retractus æque ante, ac post acquisitionem eiusdem fundi.*

10 *Census extinctus ratione acquisitionis fundi censiti, eo euicta, dicitur reuiuiscere.*

11 *Emptor rei censitæ per cessionem iurium sibi à censuario factam, non ideo acquirit ius consequendi retractum, & sup. à num. 1.*

12 *Mappa, seu Planta plenam facit probationem.*

13 *Emptor rei censitæ ad effectum consequendi retractum non potest opponere de iure creditoris census ad alium spectantis.*

14 *Accollatarius soluens census accollatas, non potest acquirere cessionem ad effectum consequendi retractum, & sup. à n. 2. & per totam.*

DECISIO CXLIII.

DOmini persliterunt in vltimo loco decisis, quia vnico fundamento resolutionis contrariæ emanatæ die 7. Maij 1674. benè satisfacit decisio 22. Iunij 1676. confirmata 28. Iunij anni proximè elapsi, vbi ex facti serie melius comprobata firmatum fuit Blasium à Pane per solutionem factam creditoribus censuum anteriorum minimè acquisi-
1 uisse eosdem census, sed eos extinxisse, † tum quia creditores prælatos dimisit ex pretio rei emptæ iuxtà *decis. 68. numer. 4. & 5. coram Greg.* quam in terminis census amplexa
est Rot. *post Cens. de Cens. decis. 559. numer. 18. & in recent.*
decis. 280. num. 7. par. 15 Tum, quia † tanquam Accolla- 2
tarius subintrauerat in locum principalis debitoris, proindeque, dum successiuè soluit dicitur extinxisse debitum proprium Rot. *coram Dunoz. Sen. decis. 187. num. 2. & 3. coram Merlin. decis. 543. num. 1. cum duobus seqq. & in Narnien. Pecuniaria 19. Ianuar. 1674. §. similiter coram bo. me. Priolo.*
Et licet in actu solutionis reportauerit cessionem iurium,
hæc dumtaxat verificari potest respectu translationis † an- 3
terioris hipothecæ, cuius cessio compatibilis est cum censu
extincto Rot. *decis. 550. numer. 8. vers. non obstant, & decis. 666. num. 1. vers. quoniam coram Merlin. & coram Cels. decis. 116. num. 9. & coram Dunozett. Iun. decis. 858. sub num. 4. vers. neque obstat cum seq. & in recent. decis. 189. nu. 14. & 15. par.*
12. Non autem respectu prælationis, siuè retractus, † qui 4
cum competat solum ratione census formalis † Olea *de* 5
cess. iur. tit. 3. qu. 2. num. 31. in fin. Cenc. *de Cens. qu. 54. num. 13. & qu. 66. num. 123.* Rot. *post eundem decis. 303. num. 3. & co-*
ram Gregor. decis. 193. num. 6. cedi nequit, † nisi cum ipso- 6
met formali censu, vt latè probat Ciarlio. *controu. forens. cap. 121. num. 38. cum seqq.* vbi reprobat Cyriac. *controu. 254. num. 19.* contrarium sentientem Olea *de cess. iur. d. quæst. 2. num. 31.* Antonell. *de temp. legal. lib. 3. cap. 2. num. 19.* & conse-
quenter extincto censu † cessat etiam ius retractus, Cenc. 7
de cens. quæst. 65. numer. 16. & seqq. Duard. *eodem tract. §. 4. quæst. 9. num. 2.* Boccac. *pariter de cens. par. 2. num. 61.* Rot. *decis. 187. per tot. coram Dunoz. Sen*
Nec contrarium sentiunt Vrceol. *consult. 4. num. 42. cum duobus seqq.* Duard. *de censib. §. 4. quæst. 16. nu. 1. in fin.* Cenc. *eodem tract. quæst. 114. num. 15.* Rota *coram Merlin. decis. 386. num 2. & 3. & coram Dunoz. sen. decis. 173. num. 1. & 2.* Loquuntur enim in terminis longè diuersis à casu præsenti,
† cum in illis emptor fundi censiti ante eiusdem emptio- 8
nem effectus fuisset Dominus census, † & proindè sicuti 9
ante emptionem potuisset præferri, ita & præferri debet post emptionem, quia secuta euictione fundi census, qui
per acquisitionem eiusdem remanserat reuocabiliter † ex- 10
tinctus, reuiuiscit, Rot. *coram Seraph. decis. 872. num. 3. post* Cenc. *de cens. decis. 411. num. 6. vers. nec demum, & coram Bich. decis. 551. num. 5. & coram Dunoz. sen. d. decis. 173. num.* 8. Secus autem est in casu, de quo agitur, in quo Blasius nunquam fuit Dominus censuum, illosque irreuocabiliter extinxit per actum retrosimilem restitutionis sortis, & vi-
gore præcedentis pacti de extinguendo, † qui propterea 11
ad excludendum retractum fauore Equitis Selecchij creditoris censuarij, licèt posterioris, suffragari non possunt, vt præter allegata in specie etiam aduertit Rota *coram Durano decis. 52. nu. 7. vers. non obstat cum sequ.*
Neque releuat repetitum obiectum, quod nempè fundus, super quo census Equitis Salecchij impositus fuit, reperiretur præcedenter grauatus alijs quatuor censibus, totum eiusdem fundi valorem, & redditum absorbentibus, tùm quia hoc non probatur, & contrarium apparet ex calculo dato per Equitem, tùm quia census prætati non omnes fuerunt impositi super petia terræ tornaturarum 22. controuersæ, de cuius corpore extant sex tornaturæ onere census Equitis grauatæ, vt hinc indè admittebatur, sed aliqui super alia petia tornaturarum 54. contigua, vt constat obseruando confinia, & ocularitèr inspicitur ex plan-
ta originali mihi exhibita, † quæ facit probationem per 12
rei euidentiam, Rot. *decis. 52. nu. 1. cum seq. par. 8. & decis. 80. nu. 8. vers. tertio cum duobus seqq. par. 9. recent.*
Minus per Blasium opponi valet retentio controuersarum Terrarum vigore alterius census adhuc vigentis ad fauorem Societatis Mortis Ciuitatis Fauentiæ super illis im-
positi, & anterioris censui D. Equitis, † tùm quia hæc est 13
exceptio de iure tertij eidem Blasio non competens, tùm quia censum prædictum non acquisiuit, nec acquirere potest, sed tantum ex pretio Terrarum extinguere, stantibus
accollatione, & prædicto pacto de illo extinguendo, † fa- 14
ctis in Instrumento emptionis, ex allegatis, & dixit Rot. *coram Celso decis. 116. nu. 3. cum seq. coram Carill. decis. 274. nu. 7. & in rec. decis. 135. nu. 19. par. 6.*

Et ita vtraque parte informante resolutum fuit.

R. P. D. PAVLVCCIO.

Praten. Iuris conferendi.

Lunæ 10. Ianuarij 1678.

ARGVMENTVM.

Capituli nomine etiam Capellanos venire deciditur, quia habebant vocem in Capitulo: ad Capitulares actus ſunt admiſſi, & illa geſſerunt, quæ ab ipſis Canonicis geri conſueta ſunt; ac proindè electionem Vicarij Capitularis, collationem beneficiorum, aliaque cuncta, quæ Canonici facere conſueuerunt, etiam ipſos exercere potuiſse declaratum eſt.

SVMMARIVM.

1 *Manutentio non conceditur attento periurio*

2 *Capituli appellatione veniunt ſolum dignitates, & Canonici priuatiuè quoad alios Beneficiatos, ſed vid. n. ſeqq.*

3 *Capellani, & Beneficiati ſtante conſuetudine, vel ſtatutis Eccleſiæ dicuntur eſſe de Capitulo, & ſub illius nomine veniunt.*

4 *Clauſula* vt hactenus obſeruatum eſt *quatenus conditionem inducat, & n. ſeqq.*

5 *Clauſula, quæ reſpectu vnius rei, vel perſonæ non eſt conditionalis, ita nec etiam conditionalis eſſe poteſt reſpectu alterius.*

6 *Generalitati repugnat limitatio, quia lex generaliter loquens generaliter eſt intelligenda.*

7 *Collationes Beneficiorum dicuntur actus merè iuriſdictionales.*

8 *Capitulares dicuntur omnes illi, qui interuenerunt in condendis ſtatutis, & conſtitutionibus Eccleſiæ.*

9 *Electio Vicarii capitularis eſt præcipuus actus, qui expleri debet à Capitulo, & proinde in ea omnes capitulares interuenire debent.*

10 *Capitulum ſede vacante de quibus perſonis conſiſtat ſecundum diſpoſitionem Concilii, quaſque etiam comprehendere debeat, & n. ſeqq.*

11 *Canonicorum verbum non reſtringit diſpoſitionem ſeù declarat actum ſpectare ad ſolos Canonicos, ſed etiam alios de Capitulo.*

12 *Lex, ſeu diſpoſitio adaptatur ad ea, quæ frequentius, & facilius ſuccedunt, magis quam ad illa, quæ rarò eueniunt.*

13 *Status vltimus, & proximior tempori motæ litis maxime attenditur.*

14 *Status vltimus eo magis ſpectatur, quo ille fuit primus actus ſuper quo diſputatur.*

15 *Iure ſuo, & ex vi tituli ſibi competentis non autem gratioſæ conceſſionis quis actum dicitur feciſſe.*

16 *Aſſiſtentiam iuris ſuper actibus capitularibus, quatenus Capellani, & alii Beneficiati habuiſſe dicantur.*

17 *Ius pluribus competens conſeruatur etiam per actus ab aliis ex illis factos, tamquam de re communi, & num. 21.*

18 *Ius ſibi, & alteri commune ſi quis amiſit, ſtatim recuperauit, etiam per vnicum actum poſteriorem ab eo geſtum.*

19 *Collatio Beneficiorum capitularium ſpectat ad omnes de Capitulo.*

20 *Ius conferendi ſi quis non haberet, illud in alium non potuiſſet transferre.*

21 *Poſſeſſio communis conſeruatur etiam per actus poſſeſſorios ab aliquibus geſtos.*

22 *Dictio* & *de ſui natura eſt ampliatiua.*

23 *Canonicorum conſcientia in certis rebus ſi ſolum onerata ſit, non excluditur, quod iidem actus non ſint etiam communes aliis de capitulo.*

24 *Induſtria perſonæ potius vnius, quam alterius non poteſt dici electa iuris, quæ pluribus competunt, etiamſi vni tantum aliquid iniunctum ſit.*

25 *Canonici acquieſcentes proteſtationi beneficiatorum, eorum ius agnouiſſe dicuntur.*

26 *Mens, & intentio teſtatoris ex obſeruantia declaratur.*

27 *Quaſi poſſeſſio obtenta cum ſcientia, & patientia alterius manuteneri debet.*

DECISIO CXLIV.

SVblata periurij exceptione per ſpeciale Breue ſa. me.
Clem. X. † ob quam cauſam denegaoda viſa fuerat 1
manutentio Cappellanis Cathedralis Eccleſiæ Praten. coram bo. me. Priolo 7. Maij 1674. fuit Cauſa repropoſita coram R. P. D. meo Vbagndie 2. Aprilis anni præteriti, ſed non reſoluta; Vnde ad me delata tamquam ſuffectum in locum præfati bo. me. Prioli, prodijt reſcriptum: Vt videretur de bono Iure etiam ad effectum manutentionis ab omnibus Dominis. Ideo ſub iiſdem terminis prodijt dubium, & Domini reſoluerunt, conſtare de bono iure Capellanorum, ac proindè dandam ipſis manutentionem.

Quamuis enim regulare ſit, quod appellatione Capituli
† veniant ſolæ Dignitates, & Canonici, ipſique ſoli dican- 2
tur de Capitulo priuatiuè quoad alios Beneficiatos, iuxta *vulg. gloſ ad cap. penali. verb. aſſiſios de cleric. non reſid.* Barboſ. *de Canon. & dignit. Eccleſ. cap. 4. numer. 37.* Gonzal *ad reg. 8. Cancel gloſ. 45. nu. 38.* Rot. *dec. 183. n. 1. & ſeqq. par. 1. rec. deciſ. 4. nu. 3. par. 2. & deciſ. 76. nu. 4. par. 6. rec. & deciſ. 237. num. 1. coram Card. Celſo*, & nouiſſimè *in Auenionen Iuris intereſſendi 27. Nouembris 1671. § 1. coram R. P. D. meo Rondinino.*

Ceſſat tamen aſſertio, vtcumque vniuerſalis, vbi ex ſpecialibus Conſtitutionibus alicuius Eccleſiæ, aut inueterata, & approbata conſuetudine obtineret, † vt Capella- 3
ni, aut aliàs Beneficiati eſſent de Capitulo, & Capituli appellatione comprehenderentur, Gemin *ad cap. fin. num. 5.* & ibi *Franc. nu 6. de præbend. in 6.* Barboſ. *vbi ſupra cap. 37. num. 40.* Lotter. *de re benefic. lib. 1. quæſt. 25. num. 66.* Rota *deciſ. 265. num. 5. & 6. par. 1. rec.*

Apertiſſimæ autem ſunt Conſtitutiones Eccleſiæ Praten. ſpecialiter confirmatæ a ſa. me. Clemente Septimo de anno 1532. in quibus ſub titulo, qui veniant appellatione Capituli rubr. 2. hæc leguntur: In primis quidem ſtatuimus, & confirmando ſancimus, vt appellatione Capituli, vel Collegij denominatæ Præpoſituræ, ſolum, & dumtaxat veniant, & connumerentur, & comprehendantur R. D. Præpoſituræ Præpoſitus, omnes Canonici, & Dignitates, qui ſunt in præſentia, & in futurum in eadem Eccleſia pro tempore fuerint ius Canoniæ, vt hactenus obſeruatum eſt, tenentes, & habentes omnes etiam Capellani in Capellanijs proprijs, & perpetuis in dicta Plebe, & Capella Cinguli ſitis, & fundatis canonicè inſtitutis, qui de antiqua, & approbata conſuetudine vocem in Capitulo, Stallum in Choro, & diſtributiones quotidanas habent, & actu percipere conſueuerunt.

Nec turbare debuit clauſula illa: *vt hactenus obſeruatum
eſt:* quaſi conditionem importet; † nam cum ſit inſerta 4
Conſtitutionibus, & Statutis, quorum eſt diſponere non ſtat conditionaliter, ſed diſpoſitiuè, iuxta communiorem ſententiam à Rota approbatam *deciſ. 172. nu. 4. par. 1. & dec. 27. nu. 2. & deciſ 40 nu. 4. & 5. par. 2. rec.* & quidem diſpoſitiuè cum illa non ſit adiecta diſpoſitioni, quæ ſit de Capellanis, ſed diſpoſitioni, quæ ſit de Canonicis, quorum reſpectu ſicuti
illa non poteſt dici appoſita † conditionaliter, ita nec reſpe- 5
ctu Capellanorum, vt in leuioribus terminis arguit Rota *deciſ. 178. num 2. in fin. par. 3. rec.*

Eoque magis, quo exhibiti ſunt hodie plures actus ante eaſdem Conſtitutiones emanati, in quibus Capellani vocantur de Capitulo, & plura ad Capitulum ſpectantia diſponunt, pluresque alij poſt eaſdem Conſtitutiones ante motam litem, & præſertim duo mandata Procuræ ad conferendum, & præſentandum ad beneficia, facta ab eiſdem Canonicis, & Capellanis capitulariter congregatis, in quibus apertè aſſeritur, in eis ita adunatis conſiſtere omnem vim, quæcumque negocia pro prædicto Capitulo vtiliter peragendi vice, & mandato d. Capituli.

Quæ ſanè verba vtpote generalia, ac nimis apta omnem omninò interpretationem excludunt; ſed eam præcipuè, quod Capellani ſint, & habeantur de Capitulo in
his, quæ reſpiciunt intereſſe burſale; † Repugnat enim li- 6
mitatio generalitati, cum lex generaliter loquens generaliter ſit intelligenda, *l. d. pretio ff. de publ. in rem. act.* præterquam quod collatio, præſentatio, & inſtitutio Beneficiorum, ad quos actus interuenire debere Capellanos ſtatuitur, non
tangunt intereſſe burſale, ſed actus merè † iuriſdictionales, 7
quales dicuntur Collationes Beneficiorum, Gonzal. *ad reg. 8. §. 4. Proœm. n. 27.* imò, quod magis eſt, Statuta, & Conſtitutiones ipſæ iuſtæ fuerunt cum interuentu duorum Ca-

pellanorum ad id specialiter cum quatuor Canonicis depu-
tatorum, & subinde Statuta ipsa fuere approbata, & sub-
8 scripta ab omnibus Capellanis, † qui si admissi fuere tam-
quam de Capitulo ad actum condendi Statuta, iam extra
omne dubium esse videtur, quod ipsi sint de Capitulo, &
appellatione Capituli veniant, etiam vltra interesse bur-
sale, Rot. *inter diuers. decis. 638. num. 4. vers. etenim plures
par. 4. & in recent. decis. 269. num. 7. par. 1. decis. 397. num. 2.
vers. sed sic & quod per plura, & decis. 708. vers. quamex
quamplurimis par. 2.* vnde ex prædicto fundamento infertur
consequenter ad resolutionem illarum difficultatum, de
quibus maximè agitur.

Controuersia siquidem inter Canonico, & Capellanos ad
tria capita hodie potissimum redigitur. Ad electionem sci-
licet Vicarij Capitularis, ad collationem Beneficiorum, quæ
sunt de iurepatronatus Capituli, distributionem dotium,
quæ singulis annis fieri debet ex testamento Francisci de Be-
namatis.

Et quoad electionem Vicarij capitularis, dixerunt DD.
constare de bono iure Capellanorum in huiusmodi electio-
9 ne, quæ cum sit ex præcipuis actibus capitularibus † meritò
ab omnibus, qui sunt de Capitulo geri debet, vt tradit Franc.
de potest. Cap. sede vacan. tract. 1. qu. 12. n. 2. Rota *decis. 269. num.
5. & 6. par. 1. & 708. num. 1. & 2. par. 2. rec.*

Hocque non repugnat cum decisio Concilij Tridentini
10 *sess. 24. de reform. cap. 16.* † cum enim generaliter Concilium
statuat Capitulum Sede vacante &c. iam omnes, qui sunt
de Capitulo comprehendit, & neminem excludit, & esto
quod extra illud caput, non vnquam ita loquatur, vt Ca-
11 pitulum ad solos Capellanos restringat, † id tamen facit
respiciens ad id, quod vt plurimum accidit, cum non sit adeo
frequens, vt Capellani Capitulum constituant, sed aut so-
lis particularibus Statutis, aut approbata consuetudine extra
ius commune non habeant ex superius allegatis; nam ad ea
12 potiùs debet aptari eius dispositio, † quæ & frequenter, &
facilè, quamque perraró eueniunt, vt inquit *Iuris cons. in l.
ad ea 5. ff. de legibus.*

Et eo certiùs, quo in vacatione Sedis Episcopalis Praten de
anno 1656. ijdem Capellani interfuere electioni Vicarij Ca-
13 pitularis, † quæ electio vltimum statum inducens, eumque
proximiorem tempori motæ litis est magis attendenda, Rot.
in rec. decis. 257. num. 3. in fine Grat. *discept. 113. num 4.* maximè
cum fuerit prima occasio eligendi Vicarium Capitularem,
14 † ex quo Pratum fuit erectum in Ciuitatem, & Collegiata
in Cathedralem.

Neque id tribui potest gratiosæ conniuentiæ Canonico-
rum, quia cum Statuta, & Constitutiones indefinitè Por-
15 tionarios, seù Capellanos efficiant de Capitulo, † iam iure
suo, & vi sui tituli, non autem gratiosæ conniuentiæ eos
fecisse dicendum, Posth. *de manut. obseru. 53. nu. 18. & 19.* Bich.
decis 522. n. 4. & decis. 542. nu. 6. Adden *ad Greg. decis. 162 sub
num. 20. vers. 5.*

Et licèt afferantur plures electiones à solis Canonicis fa-
ctæ de tempore, quo Ecclesia Praten. erat simplex Col-
legiata, tamen cum Capellani de corpore Capituli existen-
16 tes † habuerint semper iuris assistentiam, Rota *in rec. decis.
456. num. 1. par. 1. & par. 4. diu. decis. 638. nu. 2. in fine, & apud*
Posth. *de manut decis. 607. n 8.* Aut ius suum nunquam ami-
17 serunt, † sed fuit ipsis conseruatum per actus Canonico-
rum tamquam in re communi, Posth. *tract. obseru. 73. num.
40. & seqq.* Rota *coram Peutingerio decis. 480. numer. 3. & 4.*
18 Aut si fortè amisissent, † per vnicum actum ab ipsismet ge-
stum posteriorem recuperatum esset quidquid amissum,
Posth. *d. obseru 73. sub num. 43.* Rota *decis. 268. num. 3. in fine*.
Manzenad. *decis. 472. num. 3.*

Nec minus bonum ius souere visi sunt Capellani quo-
ad prouisionem Beneficiorum, & non solum illorum, quæ
respiciunt massam communem, sed quoad præsentatio-
nem omnium Beneficiorum, quæ sunt de iurepatrona-
tus Capituli, euincunt, id enim apertè verba Constitu-
tionum Capitularium rub 5. ibi: Pro rebus, & negocijs
Capituli pertractandis, præsertim pro Dignitatibus, Ca-
nonicatibus, & Capellaniis nouiter creandis, & erigendis,
Beneficij præsentandis, eligendis, instituendis, & confe-
rendis. Summario Capellanorum 2. Aprilis 1676. *num.* 2.
Cumque negari non possit quin dispositio de Beneficijs Ca-
19 pitularibus, sit actus Capitularis † iam ab eo faciendo
excludi Capellani non possunt, qui sunt de Capitulo;
præcipuè quoad præsentationes ab Beneficia, eo fortius quo
de anno 1574. Capellani cum Dignitatibus, & Canonicis
capitulariter congregati constituerunt Procuratorem cla.
me. D. Card. Mediceum, & id fuit repetitum de anno 1624.
Inane autem esset auctoritatem prouidendi, aut præsen-
tandi in aliud conferre, † quam conferentes non haberent, 20
l. nemo plus ff de reg. iur. & licèt aliquando Canonici soli præ-
sentauerint, cum non præsumatur id eos fecisse animo pri-
uandi Capellanos, † ex eorundem Canonicorum possessio- 21
ne intelligitur conseruata; etiam Capellanorum possessio,
vt præter supra allegatos firmat Rota *diu. decis. 713. num. 6.
par. 1. & in recent. decis. 640. nu. 4. & 5. parte 2. & decis. 268.
num. 3 par. 4.*

Quo verò ad dotes Puellarum distribuendas idem sen-
tiendum, Domini censuerunt constare de bono iure Capel-
lanorum; Franciscus enim de Benamatis post mortem Ia-
cobi de Benamatis, substituit hæredem Capitulum, &
Canonicos Ecclesiæ Praten. ac iniunxit, vt quotannis dos
assignaretur tribus Puellis; Hocque ius noluit competere
solis Canonici, sed Capitulo, & Canonicis, de cuius
Capituli corpore cum sint Capellani, huiusmodi iuris debent
etiam esse participe, maximè quia Testator substituit Iaco-
bo de Benamatis Capitulum, & Canonicos, vnde nulla
fieri potest restrictio, sed bene ampliatio, cum particula † 22
&, de sui natura sit ampliatiua, *l. ea tamen adiectio, & ibi glos.
ff. de leg. 3.* Merlin. *decis. 685. num. 13. & seqq.* Et quamuis
Testatori singulariter Canonicorum conscientiam onerauc-
rit, non per hoc exclusisse censetur Capellanos: † stat enim, 23
quod vigilantia pro recta executione sit iniuncta Canoni-
cis circa actum, qui ipsis, & Capellanis sit communis,
ex quo debeat fieri à Capitulo, † non autem dici potest 24
electa illorum industria, vt post Rotam, & alios tradit
Marches. *de commiss. parte 1. numer. 29. fol. 257.* & conferunt
cumulat. per Sanchez *de matrim. lib. 3. disp. 7. num. 10. & lib. 8.
disp. 27. num. 43. in fin.*

Quod ipsum agnouerunt etiam Caonici; nam conuo-
cato Capitulo pro adeunda hæreditate Benamati, Capel-
lani protestati sunt nolle hæreditatem acceptare, nisi distri-
butio dotium fiat ipsis etiam † commuois, cui protestationi 25
etiam Canonici acquieuerunt, dummodo testamentum Be-
namati non resistat, Summ. Capellanorum *nu* 14.

Accedit etiam obseruantia per spatium annotum viginti,
quo admissi fuerunt Capellaoi ad hanc distributio-
nem. † & ex ea declarata est mens Testatoris, si opus es- 26
set, Gratian. *discept. 666 num. 29.* Ciarlin. *contr. 149 nu. 25.*
Surd. *cons. 270. num. 10* Rot. *decis. 401. cor. Card. Celso & in rec.* 3
decis. 240. nu. 14. & decis. 22. sub num. 4. vers. tanto magis par. 6. &
Capellanis quæsita quasi possessio cum scientia, & patientia
Canonicorum, † in qua meritò manutenendi, Rota *dec.* 27
*206. num. 7. par. 1. recent. decis. 298. numer. 2. par. 2. & decis.
27. num. 2. & 3. par. 3.*

Et ita, vtraque Parte informante, resolutum fuit.

*Infra in hac parte sub die 17. Iunij eiusdem præsentis anni
1678. erit altera præsentis causæ decisio, suis loco, & tempore
apponenda.*

REVERENDISS. D. ALBERGATO
Sacræ Rotæ Decano.

Cauallicen. Decimatum.

Veneris 14. Ianuarij 1678.

A R G V M E N T V M.

Prædia decimari solita in aliam speciem fru-
ctuum fuerant conuersa, cumque ad hoc
probandum remissoria peteretur, illa sine
difficultate conceditur, quia nimium dimi-
nueretur exinde decima Parochis, & ideo
cum de releuantia dubitari non possit, nul-
lus erat necessarius fumus in hac materia
prophana, qualis reputatur causa decima-
rum, maximè quia alia similis remissoria
alteri parti denegata non erat, super sua præ-
tensa immemorabili non soluendi decimas.

S V M M A R I V M.

1 *Probatio vni parti concessa, alteri parti deneganda non est & numer. seqq.*

2 Æqua-

2 *Æqualitas inter collitigantes est seruanda, eamque semper suprema tribunalia seruarunt.*
3 *Probandi facultas de ijs, à quibus partes proprias intentiones, vel exceptiones perpendere arbitrantur, deneganda non est.*
4 *Prædia decimabilia, si in aliam speciem fructuum conuertantur, quatenus ex illis adhuc decima sit soluenda, & num. seqq.*
5 *Decima realis non tollitur per mutationem seminis, vel fructuum, & quando.*
6 *Parochus habet iuris assistentiam, seu causam vniuersalem decimandi bona suæ Parochiæ.*
7 *Decimarum causa ad effectum concessionis remissoriæ reputatur prophana, & ideo data releuantia articulorum, illa etiam sine fumo conceditur.*
8 *Testificata non dicuntur didicita, si processus remissorialis, non fuerit apertus.*
9 *Probatio probationem non excludit, sed solum ea facta, discutitur, quæ nam ex illis magis attendenda sit.*
10 *Remissoria à Rota conceditur mediante clausula cum retardatione, vel sine, ne ab illa disputatio negotij principalis retardari possit.*

DECISIO CXLV.

QVemadmodum sub die 29. Ianuarij anni prox. præt. concessa fuit remissoria Communitati, & Hominibus Castri Robionis ad probandum inter cætera, quod ab immemorabili non consueuerit Parochus exigere decimam foliorum Mororum plantatarum in Prædijs intra limites Parochiæ existentibus? ita quoq; hodie antequam
1 remissorialis processus † iam ad Vrbem peruentus, aperiretur Parocho remissoriam postulanti dandam esse Rota
2 censuit, † tùm ad seruandam æqualitatem deductam, ex text. *in l. non debet actori ff. de reg. iur.* quam semper seruant
3 suprema Tribunalia † indulgendo collitigantibus facultatem probandi ea, a quibus illi proprias intentiones, vel exceptiones pendere arbitrantur, vt inquit Rota *in Fanen compositionis 23. Ianuarii 1671. coram Reuer. Patriarcha Alexandrino, & decis. 93. num. 1. coram Zarat.*
4 Tùm etiam, quia materia articulata est releuans, † cum articuli tendant ad probandum Prædia, in quibus olim serebatur triticum, aut plantatæ erant Vineæ, seu Oli-
5 ueta hodie conuersa fuisse quasi in Syluas Mororum, † vnde antiqua decima, quæ ex Prædiis tunc percipiebatur, valde hodie decreuerit; si enim ex testibus examinandis tale quid iustificetur, huiusmodi probatio multum conferre poterit ad victoriam causæ, cum agatur de decima
6 reali, † in qua per mutationem seminis, aut plantarum non mutari ius decimandi in præiudicium Parochi habentis assistentiam iuris, seu causam vniuersalem decimandi, vt per text. *in cap. commissum de dec. m.* voluerunt Guttierez *con. quæst. lib. 2 cap. 2. nu. 94.* Barbos. *de iur. Eccles. vniuers. lib. 3. cap. 26. §. 2. nu. 61.* & distinguit Rot. *decis. 333. nu. 9. & seqq. par. 5. rec. & in Conchen. Decimarum 17. Aprilis 1676. §. non obstat, & §. quia respondetur coram R. P. D. meo Emerix.*

Hinc igitur euidens est releuantia, quæ in prophanis, qua-
7 lis est causa † decimarum, operatur remissoriam concedi etiam sine fumo, vt in materia decimarum firmat Rot. *in alleg. decis. 93. num. 3. coram Zarat.* & dictum fuit *in d. decis. huius causæ pro Communitate coram me*, & generaliter *in Auximana pecuniaria 3. Decembris proximè præteriti* pariter *coram me*; Nihil releuante fuisse datam Communitati remissoriam ad probandam consuetudinem immemorabilem non soluendi
8 talem decimam, † quia adhuc processus non fuit apertus, & consequenter non fuerunt didicita testificata, vnde cessat quæuis suspicio, & in omnem euentum probatio probatio-
9 nem non excludit, † & ea hinc inde facta cognoscetur, quæ præualeat, & veniat attendenda, vt in dnrioribus præcise dictum fuit *in d. decis. 93. nu. 5. & 6. coram Zarat.* & prius *coram Peuting. dec. 505. nu. 13. & in d. Fanen. compositionis §. non obstat coram Reuerendiss. Alexandrino.*

Verum ad seruandum inter has Partes in omnibus æqualitatem reminiscentes Domini remissoriam dedisse Com-
10 munitati cum clausula † cum retardatione, vel sine arbitrio Rotæ, eodem modo ne Parochus diu immorando in propositionem causæ, eidem remissoriam noonisi cum dicta clausula concedere voluerunt.

Vtraque Parte informante.

R. P. D. TAIA.

postea S. R. E. Cardinali.

Rauennaten. Bonorum.

Veneris 14. Ianuarij 1678.

ARGVMENTVM.

Cum declaratio sententiæ à solis decisionibus desumatur, potuit illa reducere ad speciem ea omnia, quæ in eisdem decisionibus sunt contenta, quæ si in vna sola parte exequuta sit, potest, imò debet, etiam in alij partibus debitæ exequutioni demandari.

SVMMARIVM.

1 *Decisionem cuius fundamenta confirmantur non est opus nouis fulcire rationibus, sed tantum illam vendicare ab aliis obiectis partis.*
2 *Sententia Rotalis semper restringitur ad ea, de quibus loquitur Decisio, & n. seqq.*
3 *in Sententia quid quid vltra decisionem continetur, habetur pro inutiliter scripto.*
4 *Declaratio sententiæ sumitur à decisionibus, si in eo aliquid dubitationis emergat.*
5 *Clausula* quam, & quas *porrigitur ad sola annexa, & connexa.*
6 *Sententia exequuta super rescissione transactionis, & restitutionis bonorum, remanet exequenda super aliis, quæ veniant de natura eiusdem iudicii.*
8 *Verba generalia sententiæ, & indefinito modo concepto operantur, quod iudicia diuidenda non sint.*
9 *Sententia declaratur ex obseruantia in iudicio sequuta.*
10 *Census à grauato impositi super bonis fideicommissi super detractionibus sustinentur.*
11 *Transactionis in iudicio discuti non debent ea, quæ extra transactionem sunt.*
12 *Proximior fideicommittentis præferendo est in dote ad eodem fideicommittente constituto.*

DECISIO CXLVI.

COnstituta à Iacobo in Testamento ventri prægnanti, si filia nasceretur, dote scutorum 1200. nataque Iacoba posthoma, Æneas patruus dotem auxit in scu. 800. & sic in totum ad scut. 2000. contractisque nuptijs cum Ioanne Baptista, defunctis pridem Patre, & Patruo, Hyppolitus Iacobi filius, Patris, & Patrui hæres, pro d. dote tradidit Ioanni Baptistæ Viro certum fundum, sed Hyppolito interea defuncto relictis Francisca, & Petra filiabus infantibus, occasione euictionis passæ à Coniugibus fundi pro dote assignati variæ suscitatæ sunt lites, ad iudicium deductæ inter Infantes, & dd. Coniuges, at verò illis compositis per transactionem prouisum fuit, quod omnia, & singula bona ad dd. Infantes spectantia assignarentur dd. Coniugibus ad computum dotis scutis 2000. & cum obligatione dictarum Coniugum soluendi omnia debita Æneæ, & Hyppoliti, Patrui magni, & Patris respectiuè, illasque suis loco, & tempore dotandi, ac interim alendi.

Sed Francisca nupta Ludouico, nouas mouit lites contra Coniuges de manutentione, siue reintegratione bonorum in transactione assignatorum, & postquam succubuerat in prima, & secunda instantia, obtinuit in tertia coram Reuerendissimo Pater Domino meo Emerix subrogato R. P. D. Beuilaqua Sententiam super nullitate transactionis, & super restitutione bonorum vna cum fructibus à die motæ litis: Refusis tamen receptis ex causa transactionis, & facta deductione fructuum Censuum, & aliorum, quibus bona erant grauata; vt in sententia, cui Parte acquieuerunt.

Deinceps disceptatum est, quid, & quantum esset refundendum, & bonificandum hinc inde, quasi quodam iudicio de rationibus dispungendis, & iam præuijs duabus decisionibus coram Reuerendissimo D. meo Albergato

Decano 4. Maij 1675. & 12. Iunij 1676. per subsequen-
tem Sententiam iudicatum est, *Franciscam* teneri, præ-
uia compensatione suorum Creditorum restituere dd. Con-
iugibus scutis 3157. 77. necnon eisdem competere ius, &
actionem consequendi à dicta Francisca, fructus suis lo-
co, & tempore decurrendos quatuor Censuum in Senten-
tia descriptorum, quæ postmodum in vlteriori Instantia
coram R. P. D. meo Vbago, præcedente alia decisione
21. Iunij 1677. confirmata fuit: Vnde Causa per appel-
lationem mihi commissa, proposui hodie dubium, An
Sententia Rotalis esse confirmanda, vel infirmanda; &
confirmandam Domini vnanimes responderunt.

Placuerunt enim Dominis in omnibus, & per omnia
fundamenta luculentissimarum decisionum coram Reue-
1 rendissimo D. m. Decano, & R. P. D. meo Vbago, † quæ
hodie non est opus fulcire, sed tantum vindicare à quibus-
dam obiectis Informantium pro Francisca.

Obijciebant igitur refusionem, & bonificationem, de-
2 ductionemque demandatam in Sententia D. Emerix † re-
stringendas esse ad ea tantuum capita, de quibus loquitur *deci-
sio 11. Decembris 1673. coram Reuerendiss. Decano*, videlicet
ad alimenta, onera Cameralia, & Communitatiua, &
fructua medietatis census debitos Petro Soræ, adeoque quid-
quid aliud vltra prædicta fuerit demandatum in Sententia
3 refundendum, † aut bonificandum vti extra id, quod fuit
firmatum in decisionibus habendum esse pro inutiliter scri-
4 pto; iuxta regulam, quod sententia declaratur † ex decisio-
nibus, si aliquid dubij sit, ad Buratt. *decis.* 327. *num.* 1. non
5 obstante clausula *quum*, & *quas*, † quæ porrigitur ad alia an-
nexa, & connexa &c. quia ista deduci debebant ad speciem
6 † durante iudicio reintegrationis, per viam reconuentionis,
aut alia salutari actione.

Sed benè responsum est ex ipsamet Sententia D. Emerix
quæ cum duas habeat partes, alteram puram reintegra-
tionis, & restitutionis bonorum in transactione dimisso-
rum, alteram conditionalem restitutionis fructuum ex
bonis restitutis perceptorum, executa iam prima parte
per restitutionem bonorum, nunc remanet exequenda al-
7 tera conditionalis, † sed cum sua conditione refusionis sci-
licet receptorum ex causa transactionis, videlicet alimen-
torum & vestiarij, & facta deductione fructuum censuum,
& aliorum, quibus bona erant grauata, nempè fru-
ctuum omnium censuum, necnon onerum Cameralium,
& Communitatiuorum, & dotis Iacobæ, vna cum fru-
ctibus, & alijs in decisionibus memoratis recensitis, quæ
omnia erant debita hæreditatum Æneæ, & Hyppoliti
accollata in transactione, & vti talia assignata Iugalibus
extinguenda.

Et sine fundamento videbatur Dominis hæc diuisio iu-
diciorum super particularibus quibusdam partitis, relictis
8 alijs in suspenso, † quando deductio verbis generalibus
demandata est, fructuum censuum, & aliorum, qui-
bus bona grauata erant indefinito modo loquendi, quodque
9 declarauit obseruantia ipsa, † quia firmato dubio de manda-
to Rotæ 7. Iulij 1674. post dictam Sententiam, fuit semper
per omnibus prætensionibus prosecuta disputatio, opponen-
te semper Francisca de illiquiditate, postea ad claritatem re-
dacta, vt in dictis tribus decisionibus.

Obijciebant etiam grauari notabiliter Franciscam in
modum calculandi, eo quia ponantur ad illius debitum
vti refundendi, vel deducendi fructus censuum, & dotis
Iacobæ, qui nullatenus veniunt nulla calculandi, vel saltem
non in tanta summa, quia Coniuges receperunt ex tran-
sactione omnia, & singula bona, in quibus erant mobilia
scut. 200. & credita exacta in summa librar. 1827. mone-
tæ Romandiolæ, pro quibus ministerio Iuris; ad ratam dd.
quantitatum fuit facta extinctio creditorum fructiferorum,
siue dotis, siue censuum, & ex hac quoque ratione ob-
seruanda sunt tempora, quibus pecuniæ peruenerant ad
manus dd. Coniugum, si forte pecuniæ receptæ superarent
debita acollata, & sufficerent pro extinguenda aliqua rata
sortis principalis.

Sed placuit Dominis motiuum obiecti, non autem ap-
plicatio, cum ex calculo dato pro Coniugibus constet
tempore transactionis debita accollata, fructusque illorum
decursos longè superasse pretium mobilium, & pecunias
exactas, quæ pecuniæ etiam non iustificantur in dicta sum-
ma, exactæ de tempore transactionis, sed solum per plures
menses postquam fuerat stipulata.

Obijciebatur insuper non esse habendam rationem de
censibus, & fructibus eorum impositis ab Ænea, eo quia
nulla extent bona Æneæ, totumque proueniat ab Equite
Aldobrandino fideicommittente.

Sed præuentum est obiectum, atque solutam in *dd.
decisionibus 4. Maij 1675. §. Præterea inter credita, cum seqq.* &
præcipuè *in §. Quantum verò attinet, & 12. Iunii 1676. §. quar-
to bonificanda, cum pluribus seqq.* & præsertim *in §. Quod ve-
ro excepto coram D. Decano, & in decisione 25. Iunii 1677. §.
respectu autem censuum, & seq. coram D. Vbago*; claræ enim vi-
sæ sunt acquisitiones medietatis bonorum Imolæ, ad quæ
Francisca fuit reintegrata, factæ ab Ænea, atque liquidæ
detractiones eidem in bonis fideicommittentis competentes,
de quibus *in d. decisione 12. Iunii §. Siquidem coram D. Deca-
no*, † super quibus census substinentur, & his etiam præ- 10
cisis, cum census, & alia debita fuerint in transactione expres-
sè assignata extinguenda, non potest hodie Francisca obij-
cere illorum insubsistentiam, aut deficientiam bonorum.

Obijciebatur vltimò, quod tam debita erat dos constitu-
ta à fideicommittente fœminis suis descendentibus scut. 2200.
Franciscæ, quam Iacobæ, adeoque pro hac summa in his bo-
nis competere retentionem.

Sed hæc quoque obiectio, vltra quod est extra dubium,
† vti non dependens à transactione, & præuenta est *in* 11
vltima decisione § Nec obstat cum seqq. coram D. Vbago, vbi
ostensum fuit ante natiuitatem Franciscæ fuisse assigna-
tum legatum dotale, & solutum Iacobæ, † & meritò 12
quia vti proximior fideicommittenti erat, & est præferen-
da, *vt ex iuribus in eadem decisione allegatis*, in qua etiam
bene firmatum est, prætextu huiusmodi legati non posse à
Francisca iugalibus impediri super bonis controuersis alio-
rum creditorum consecutionem.

Et ità, vtraque parte informante resolutum fuit.

*Plures decisiones in hac Causa emanarunt, quarum binæ sunt
impressæ supra in alia præcedenti par. 17. vbi sunt in ordine. Al-
tera verò bo. m. Vbagi, quia illius decisiones iam sunt sub prælo,
ideo fuit omissa.*

R. P. D. RONDININO.

Bononien. Fideicommissi Caroli de Pepulis.

Veneris 14. Ianuarij 1678.

ARGVMENTVM.

Duæ conclusiones principaliter in hac Decisione declarantur; Altera, & prima quatenus intelligantur verba *dell'agnatione di esso Testatore*, ea nempè non excludere proximitatem desumendam esse à grauato, non autem à grauante, cum dicantur apposita ad cõtradistinctionem suæ numerosæ agnationis, & recipiant ordinem succedendi, non sanguinis; Secunda verò, quod æqualitas hæredum substitutorum, aut etiam legatariorum à Testatore considerata, non debeat ad inæqualitatem reduci.

SVMMARIVM.

1 *Casus substitutionis eueniente, admittitur substitutus.*
2 *Proximitas grauanti, & non grauantis in fideicommissis atten-
ditur, & vide num. seqq.*
3 *Repræsentatio datur etiam in fideicommisso transuersali vl-
tra secundum gradum.*
4 *Verba* dell'agnatione di esso Testatore, *non impediunt,
quod in fideicommissis non attendatur proximitas grauati,
& non grauantis.*
5 *Agnatio sua à testatore expressa intelligitur ad contradistin-
guendum ab alia numerosa agnatione eiusdem familiæ.*
6 *Verba* proximioris sui *respicit ordinem succedendi, non san-
guinis.*
7 *Repræsentatio, & æqualis successio datur etiam in fideicom-
misso particulari ex voluntate testatoris à prædilectione de-
sumpta.*
8 *Dilectio æqualis resultat in ijs, qui æqualiter æquiparan-
tur.*
9 *ab Institutione ad substitutionem arguitur.*
10 *Æqualitas inter plures vocatos à testatore considerata ex-
cludit.*

cluderetur , si plus consequeretur vnus , quam alter.

11 *Substitutus non potest meliorem conditionem habere , quam habuisset primus institutus, vel prælegatarius.*

DECISIO CXLVII.

IMmissionem Marchioni Goldoni de Pepulis iustè concessam fuisse in medietate controuersi Palatij , quod Carolus Testator legauit Francisco Nepoti , & post eius obitum proximioribus suæ agnationis iterum Domini dixerunt permanendo *in decisis 16. Iunij 1677. coram me.*

Cum enim casus prioris substitutionis euenerit ob mor-
1 tem Francisci sine filijs masculis , † Palatium deuolutum
fuit ad proximiores vocatos, quales sunt Marchio Camil-
lus , ex Fratre Nepos Caroli Testatoris, & Marchio Gui-
do Pronepos , quamuis iste sit vno gradu remotior , quia
cum in successionibus fideicommissarijs attendi debeat
2 proximitas grauati , & non grauantis , & sequitur , vt
attenta proximitate Francisci vocati sine filijs masculis de-
functi , fiat æqualis Marchioni Camillo mediante Paterni
3 gradus repræsentatione , † quæ datur etiam si agatur de fi-
deicommisso instituto à Transuersali vltrà secundum gra-
dum , vt firmatum fuit in *Eugubina fideicommissorum 23. Februarij & 28. Iunij 1674. & 4. Maij 1675. coram R. P. D. meo Bourlemont*, & in alijs *dec. huius Causæ*, præsertim in illa 27.
Aprilis 1676. ex §. verum quia coram R. P. D. meo Emerix.

Neq; contraria Testatoris voluntas , vt eius proximitas
attenderetur , probata videbatur ex verbis Testamenti: *So-*
4 *stituisce li più prossimi dell'agnatione di esso Testatore* , † quia
quidquid dicant auctoritates adductæ pro Marchione Ca-
millo procedentes cum principio à Rota relecto, quod atten-
denda sit proximitas grauantis,& non grauati, adhuc Domi-
ni dicebant verba illa , quibus Testator substituit proximio-
rem , & magis propinquum tempore prælegati restituendi ,
5 qui originem traheret à sua agnatione , † hocque ideo fecis-
se , vt suam familiam contradistingueret à numerosa agna-
6 tione de Pepulis , & sic verbum illud *proximoris sui* † respi-
cit ordinem succedendi , non sanguinis, Gamma *decis. Lusitan. 7. sub n. 3. & 4.* Mierez *de maiorat. quæst. 2. par. 2.* Vasqu.
de success. progress. par. 1. lib. 3. §. 16. num. 10. in fine, Peregrin.
de fideicommiss. art. 21. nu. 9. Portius *cons. 121. sub nu. 12. & seq.*
Antonin. de Amat. *var. resol. 10. nu. 37. & in decisionibus huius causæ prima Iulij 1672. §. his tamen coram bo. me. Priolo 28 Maij 1675. §. talis autem cor. R. P. D. meo Calataiu 27. Aprilis 1676. §. nec visum coram R. P. meo Emerix, & 16. Iunij 1677. §. final. coram me.*

Neq; pariter vocationi Marchionis Guidonis visa est
repugnare qualitas dispositionis , in qua controuersum Pa-
latium non sub vniuersali fideicommisso contentum , sed
particulariter prælegatum fuit , quasi in prælegato , vt-
pote particularibus fideicommissis non detur repræsentatio;
7 † Quia attenta voluntate Testatoris in hoc Palatij præle-
gato Camillum Nepotem , & Guidonem Pronepotem
æqualiter diligentis , omnis dicebatur sublata difficultas,
vt etiam in particularibus fideicommissis admittatur repræ-
sentatio , fiatque æqualis successio pro æquali dilectione
Testatoris , ex deductis per Menoch. *cons. 124. num 26. & 37. & cons. 200 num. 72. Robles de representat. lib. 2. cap. 5. nu. 16. & cap. 13. nu. 12. & seqq.* atque in proprijs terminis Molin. de
primogen. lib. 3. cap. 19. num 214. circa med. cum alijs decisionibus huius causæ 18. Martij 1675. coram R. P. D. meo Emerix, & 16. Iunij 1677. §. constat enim in fine coram me.

Æqualis verò Testatoris dilectio erga Camillum Ne-
potem , & Guidonem Pronepotem in huius Palatij præ-
legato desumebatur non solum ex institutione vniuersali
æqualiter facta de Camillo , & Francisco Nepotibus ,
ac de Guidone Pronepote , sed etiam ex ipso legato Pala-
tij , in quo Testator voluit , vt Franciscus legatarius tene-
retur retribuere Camillo vltimo Nepoti , & Guidoni Pro-
nepoti tertiam partem pro quolibet alterius Domus , cum
declaratione , quod id volebat: *In cambio della parte , che à
ciascheduno di quelli douerebbe toccare nella Casa , che hà la-*
8 *sciata d. Testatore al Conte Francesco se non l'hauesse lasciata:* †
vnde patet æqualiter eos dilexisse , cum illos æquipara-
9 uit , tam in institutione , † à qua arguitur ad substitutio-
nem, quàm in ipso prælegato, vt in priori casu Decian. *cons.
9. nu. 50. vol. 1. post Imol. cons. 55. sub num. 72.* Altograd. *cons. 67. n.
27. & 28. vol. 1.* atque in altero casu propter supradictos Me-
noch. *cons. 657. n. 12. & in tract. de præsumpt li. 4. præsumpt. 95.
n. 37.* Altograd. *d. cons. 67. num. 15. & 17. vol. 1.* Fusar. *de substit.
quæst. 485. num 3. & in decis. huius causæ 1. Iulij 1672. §. sed*
tollitur coram bonæ memoriæ Priolo , & in alijs.

Nihil autem refert , quod Testator deficiente linea legitima , & illegitima Francisci , non vocauit specificè Guidonem , & Camillum , sed sub complexu verborum proximiorem , nempè de familia ipsius Testatoris , cum vis non consistat in hoc , quia si Testator vocasset specifice Guidonem, & Camillum , nulla adesset prætensa controuersia , sed vis consistit in hoc, quod Testator , qui in cæteris omnibus , & præcipuè in dispositione huius Palatij
prælegati Francisco æqualiter dilexit Guidonem, & Camil-
lum , grauando Franciscum , vt vtrique daret æqualem
habitationem , censetur etiam voluisse , vt deficiente li-
nea Francisci , vterque æqualitèr succedat in Palatio ; † 10
Etiamsi Palatium plus valeat , quàm Domus, in qua vtri-
que mandauit per Franciscum æqualem commoditatem ,
quia indè non potest inferri ad inæqualitatem inter ipsos,sed
potius argui , quod sicuti quoad Domum voluit illos esse æ-
quales inter se ; ita etiam voluerit esse æquales , quoad
Palatium, quando deficiente linea Francisci contigerit ip-
sos esse superstites ; adeout Marchio Camillus substitutus
excludendo in totum Marchionem Guidonem ad hoc Pa-
latio non possit meliorum conditionem habere , † quam 11
habuerit Franciscus prior prælegatarius, ex ratione ,de qua
Bart. *in l. 4. ff. de aliment. & cibar. legat.* Grat. *respons. 5. num. 52. vol 2.* Valasc. *consult. 132. num. 26.* & ad inducendam repræsentationem Altograd. *d. cons. 67. num. 35. vol. 1.* Fusar. *de substit. d. quæst. 485. num. 110.*

Et ita, vtraque parte acritèr informante, resolutum fuit.

Supra in hac eadem parte adest altera præsentis causæ decisio quæ est ibi in ordine 94.

REVERENDISS. D. ALBERGATO
Sacræ Rotæ Decano.

Frisingen. Induiti.

Veneris 19. Ianuarij 1678.

ARGVMENTVM.

Executorem literarum Apostolicarum nullitèr processisse declaratur , quia debuerat assumere partes Iudicis , non autem vti merus Executor procedere , eo magis quia earum verificatio non apparuit , imò illæ subreptitiæ,& obreptitiæ sunt detectæ , ex eo , quod Papæ non fuerit sufficientèr narratus tenor Constitutionum , quibus derogari debuerat,& vlterius alia etiam erant de necessitate exprimenda , & maximè quia nulla mentio facta fuit de alijs Constitutionibus Apostolicis, quæ vltrà dictas Constitutiones extabant.

SVMMARIVM.

1 *Arbitrium regulatur à iure*
2 *Literæ Apostolicæ iustificatæ celeriter sunt exequendæ.*
3 *Arbitrium intrat pro retardatione exequationis sententiæ latæ fauore literarum Apostolicarum si illa vitio nullitatis , aut iniustitiæ laboret.*
4 *Sententia nulla, & iniusta exequutioni demandari non debet.*
5 *ad Capitulum spectat defensio Constitutionum, & Statutorum suæ Ecclesiæ.*
6 *Capitulum est legitimus contradictor, vbi agitur de derogatione Constitutionum, & statutorum Ecclesiæ, & proinde est de necessitate citandum.*
7 *Clausula* verificatis narratis *reddit gratiam conditionalem, & æquiparatur clausulæ* si ita est, *aut* si tibi constiterit.
8 *Clausulæ* si ita est, *aut* si tibi constiterit *reddunt exequutorum mixtum.*
9 *Exequutor mixtus non potest extraiudicialiter procedere , sed tenetur assumere partes iudicis.*
10 *Episcopi, etiam exequutoris apostolici attestatio procurata lite pendente, non suffragatur quia debuerat iudicialiter procedere.*
11 *Narratorum veritas verificari debet ex actis, & quando vid. num anteced.*

12 *Literæ Apostolicæ subreptitiæ, & obreptitiæ tamquam nullæ non sunt exequendæ.*

13 *Residentia rigorosè à statuto Ecclesiæ demandata cum obligatione de non impetrando dispensationem, specialiter debet narrari Pontifici dispensanti.*

14 *Papa non censetur derogare voluisse Constitutionibus Apostolicis, aliquid præcisè demandantibus.*

15 *Papa non præsumitur derogare voluisse contra duplex iuramentum de non impetrando, & de non vtendo dispensatione impetrata.*

16 *Gratiæ præcedenter obtentæ exprimendæ sunt Pontifici nouam gratiam concedenti.*

17 *Specialia, & gratiæ in fauorem eiusdem personæ multiplicari non solent.*

18 *Dispensatio Pontificis super pluribus impedimentis difficilius obtinetur.*

19 *Clausula* quorum tenores *non extenditur ad ea, quæ non fuerunt expressa Pontifici, & num. 20. & 21.*

20 *Papam colligitur non fuisse informatum, si apposuit clausulam* vt asseritur, *vel* de præmissis notitiam non habentes.

21 *Gratia restringitur ad ea, quæ sunt literaliter expressa, amplia vt ibidem, & num. 19.*

22 *Generalis derogatio non sufficit, vbi speciali derogatione opus est.*

23 *Cultus diuinus patitur detrimentum si minuitur numerus ministrorum Ecclesiæ, & præcipuè dignitatem habentium.*

24 *Honor Ecclesiæ augetur, & diuina officia honorificentius celebrantur ob interessentiam plurium personarum, & præcipuè illorum, qui sunt in dignitate constituti.*

DECISIO CXLVIII.

CONTVLIT san. mem. Clemens X. Batuui Sigismundo de Koller Præposituram Ecclesiæ Frisingen. disponendo cum eo super retentione alterius incompatibilis Canonicatus, quem obtinebat in Ecclesia Ratisbonen. ac etiam eidem speciale indultum concessit, quod tempore Residentiæ apud Ecclesiam Ratisbonen. esset immunis à residentia apud Frisingen, & nihilominus lucrari posset quoscumque fructus eiusdem Præposituræ, perinde ac si personaliter interfuisset, quamobrem super hoc expedito Breui, eoque directo pro executione Reuerendissimo Frisingen. hic ad illam processit; sed appellante Capitulo, Signaturæ Iustitiæ causam commisit cum clausula. *partio breui arbitrio Rotæ*; Ideo dubitaui, An intret arbitrium pro retardatione, seu potius Breue ex integro esset exequendum; & vtraque pars dubij fuit ad fauorem Capituli decisa.

1 Quo enim ad arbitrium † hoc regulatur à iure, iuxtà
glos. in l. qualem verbo videtur ff. de recept. arbitr. cum aliis
in Leodien. Rectoratus 10. *Decembris proximè preteritis §. electio*
coram R. P. D. meo Pauluccio; Ideo sicuti in terminis dictæ
2 clausulæ † Ius mandat literas Apostolicas iustificatas celeriter exequi, vt inquit *Rota decis. 323. num. 3. par. 16. rec.* ita quoque talis rigor per d. clausulam remittitur, quando sen-
3 tentia pro earundem executione lata apparet nulla, † aut
4 iniusta, quia tunc talis sententia † de iure exequi non debet
vt præcisè dixit Rot. *decis. 186. num. 2. coram Bichio*, Gonzal. *ad 8. regul. Cancel. glos. 9. §. 1. n. 286.* plenè Carili. *decis. 143. nu. 1. & seq. & decis. 425. num. 3. coram Cardinali Seraph.*

Nullitas in præsenti visa est resultare ex defectu citationis Capituli, quæ omitti non poterat, tum quia Breue in pluribus derogabat Constitutionibus, & Statutis Eccle-
5 siæ, † quorum defensio spectat ad ipsum Capitulum, †
6 quod hac de causa tamquam legitimus contradictor erat citandus, vt optimè distinguit Argel. *de legit. contrad. quæst. 17. art. 5. num. 47.* Rota *coram Manzaned. decis. 155. num. 10. & coram Caril. decis. 211. num. 9. & decis. 24. num. 1. coram Bich.* tùm etiam quia intercætera Papa declarauit in Breui, se de præmissis notitiam non habere, & apposuit clausulam
7 *verificatis narratis*, † quæ reddit gratiam conditionalem, perinde ac si commissa esse executio cum clausula, *si ita*
8 *est, aut sibi constiterit*, † quæ clausulæ efficiunt Executo-
9 rem mixtum, † qui non potest extraiudicialiter procedere, sed tenetur assumere partes Iudicis, Mart. *de claus. par. 1. claus. 190. per tot.* Barbos. *eodem tract. claus. 146. num. 1. & claus. 754. num. 8. & 9.* Vbert. *de citat. tom. 1. cap. 2. num. 38.* benè Rota *dec. 989. num. 1. coram Seraph. & decis. 33. num. 11. coram Arguell.*

Iniustitia ob quàm Rota non solum, censuit esse supersedendum in executione Breuis, verum etiam denegandam ex integro eiusdem executionem, desumpta fuit tam ex eo, quod non verificantur narrata in Breui, nisi per
simplicem, & extraiudicialem attestationem † pendente 10
lite in hoc Sacro Tribunali ab eodem Reuerendiss. Executore factam, quæ proinde nihil releuat, cum ipse de-
buisset iudicialiter † procedere, & sic veritas narratorum 11
ex actis debuisset iustificari, vt dixit Rota *coram Dunoz Iun. decis. 731. num. 3.* & quam etiam, ex qua fuit compertum Bre-
ue laborare vitio † subreptionis. Vnde intrat conclusio, 12
quòd literæ Apostolicæ subreptitiæ, & obreptitiæ, tamquam nullæ non suffragantur impetranti, & non sunt executioni demandandæ, Felin. *in cap. ad aures sub num. 4. de rescript.* Rot. *decis. 295. numer. 1. & 6. par. 6. rec. & decis. 153. num. 7. coram Eminentiss. Ottbob.*

Subreptio liquet, dum non fuit Papæ narratum, quod in Ecclesia Frisingen. vltra particulare illius Statutum, vigent tres Constitutiones Summorum Pontificum Gregorij XI. Sixti IV. & B. Pij. V. in quibus iniungitur Præpositis perpetua residentia, hac eisdem mandatur, quod in eorum ingressu iurare debeant de continuanda residentia, ac etiam de non impetranda aduersus illam dispensa-
tione, & obtenta nullo modo † vti, quæ omnia erant singil- 13
latim exprimenda, cum † non censeatur, quod Papa dero- 14
gare voluerat his Constitutionibus Apostolicis, benè *Roman. cons. 327. per tot.* & dispensare contra duplex iuramen-
tum † de non impetrando, & de non vtendo, impetrata di- 15
spensatione in specie Felin. *in cap. constitut. numer. 14. de rescript.* Rot. *coram Mantic. decis. 297. numer. 8.* & plenè coram *Duran. dec. 5. numer. 8. & seq.*

Nec minus facta fuit mentio, quod Præposituræ erat annexa cura animarum, nec de aliis gratiis antecedenter obtentis; fuerat enim à Sanctiss. Sigismundus dispensatus super retentione Canonicatus incompatibilis super defectu
ætatis super non residentia per triennium causa † studio- 16
rum, quæ gratiæ erant pariter exprimendæ, quia forsan Papa nouas gratias non concessisset, aut saltem diffici-
lius concessisset, cum non ita facile multiplicari soleant † 17
specialia, & gratiæ in fauorem eiusdem personæ ad *text. in cap. ex literis il secondo vers. verum de dol. & contum.* Paris. *cons. 74. numer. 36. lib. 4.* Guttier. *Can. qu. lib. 2. cap. 15. numer. 90. & 91.* Rot. *decis. 115. numer. 3. coram Eminentissimo Ottbob.*
nec super pluribus impedimentis facilè dispensatur † Rip. *in* 18
cap. ad aures nu. 37. de rescript. Grat. *discept. 827. numer. 19.* Rot. *decis. 115. numer. 12. coram Ottbob.*

Nec huiusmodi vitium subreptionis euitatur per generalem derogationem Statutis Ecclesiæ, & Constitutionibus Apostolicis appositam in indulto cum clausula *Quorum tenores*, quia cum de prædictis tribus Constitutionibus
Apostolicis nihil dictum fuerit, † virtus huius clausulæ 19
non extenditur ad ea, quæ non fuerunt expressa Spad. *cons. 33. numer. 14. lib. 1.* Rota *in Valentina Decimarum 28. Nouembris 1603. coram Lancellot.* apud *Marches. de commiss. par. 1 fol. 639. num. 8. & 10.* Attenta potissimum qualitate indulti ad supplicationem partis concessi cum clausula, *vt asseritur*
de præmissis notitiam non habentes † ex quibus sicuti collegi- 20
tur Papam non fuisse informatum, ita quoque gratia re-
stringitur ad ea, quæ sunt literaliter expressa, † absque eo, 21
quod clausula, *quorum tenores* possit aliquid operari Rot. *in rec. decis. 233. num. 6. par. 12. & in dicta Valentina Decimarum*
num. 9. & 12. nec in aliquo suffragari derogatoria † generalis 22
Roman. *d. cons. 372. per tot.*

Laborat vlterius indultum vitio obreptionis, quia fuit expositum fructus Præposituræ esse insufficientes ad congruam ipsius Præpositi substentationem, quod non subsistit, prout non subsistit, quod per absentiam eiusdem Præpositi Ecclesiæ, & Diuinus cultus detrimentum non
patiebatur, † Diuinus cultus detrimentum patiatur eo 23
ipso, quod minuitur numerus Ministrorum, ex quorum interessentia, & præcipue habentium Dignitatem
† decor Ecclesiæ augetur, & diuina officia honorificen- 2
tius celebrantur Rota *in Calagurritana Præeminentiarum 13. Aprilis 1674. §. reliqui coram R. P. D. meo Emerix*, & prius in eadem causa *decis. 261. nu. 1. coram Penia.*

Et ita decisum fuit non intrare arbitrium pro retardatione, & Breue non esse ex integro exequendum, vtraque Parte informante &c.

R. P. D. T A I A.
posteà S. R. E. Cardinali.

Vrbenetana Releuationis Indemnitatis.

Mercurij 19. Ianuarij 1678.

A R G V M E N T V M.

Ob euictionem à cohærede passam alter cohæres pro medietate condemnatus est ad resarciendos fructus, non obstante præscriptione opposita, quæ non currebat, donec cum deliberatario prosequeretur lis, eo magis, quia illa erat etiam per monitorium interrupta, quod licet deperditum, tamen apparuit factum in eadem causa, & amplius quia post tres conformes, imo in quarta instantia, adeoque post rem iudicatam fuerat opposita, de cuius quæstione plura ideo præsenti decisione deducuntur.

S V M M A R I V M.

1 *Præscriptio legitimè completa non interrumpitur per monitorium nimis generale, de cuius tenore non constat.*
2 *Monitorium generale non sufficit, sed adhuc exhibenda sunt iura, ex quibus possit quis, se esse debitorem, agnoscere, & num. seqq. & num. 13. pariter cum seqq.*
3 *Fructuum ad restitutionem condemnari non potest, qui nullam habuit notitiam, se esse debitorem illorum.*
4 *Monitorium satis resultat, quod in eadem causa factum sit, si est in actis illius Notarij, in quibus alia non aderat causa.*
6 *Præscriptionis exceptio quatenus opponatur post tres conformes, & num. seqq. ac num. 15. pariter cum seqq.*
7 *Sententia, quæ seclusa præscriptione erat iniusta, si postea præscriptio deducatur, non potest per eam substineri, & num. 17. & 18.*
8 *Hæredum vnus non nisi pro sua portione tenetur.*
11 *Hæres si passus est subhastationem pro toto credito, sibi imputet si medietatem non euincendam defendere omisit.*
12 *Præscriptio etiam longissimi temporis non liberat debitorem, dum creditor litigat cum alio debitore putatiuo.*
13 *Causarum data multiplicitate, illarum iura exhibenda sunt, vt detegatur ad quā illa referantur.*
14 *Monitorium identificatur ex productione iurium immediatè, vel paulo postea sequuta.*
16 *Præscriptio non perimit actiones ipso iure, sed ope exceptionis.*
17 *Præscriptio non opposita in prima instantia potest opponi in secunda, & quando vid. sup. d. nu. 6. cum seqq.*
18 *Res iudicata pro veritate accipienda est.*
19 *Possessor, vel hæres citatus, vel si alias de lite notitiam habebat, debuit defendere rem possessam, vt possit postea de euictione agere.*
20 *Cohæres, cui ab alio cohærede intimatæ sunt molestiæ, aut partem suam tueri tenetur, aut releuare cohæredem in toto grauatum, & sup. num. 19. & 21.*
21 *Euictionis in iudicio veniunt etiam fructus, quos quis percepisset si euictionem passus non esset.*
22 *Interpellatio non requiritur pro obtinenda refectione damni emergentis, etiam non probatis requisitis* Pauli de Castro.

D E C I S I O C X L I X.

VNo adhuc dissentiente alij DD. steterunt in decisis * 56. Iunij proximè præteriti.

Dicebat enim acquiescere non posse decisioni, cùm non subsistat interruptio præscriptionis legalis completæ, per
1 monitorium executum anno 1656. † quia illud sit nimis generale; neque constet adhuc de tenore illius, adeò vt si ho-
2 die † exhiberetur, essent etiam exhibenda iura, ex quibus Constantia, seù Iulius illius filius, & hæres cognosce-
3 rent se fuisse debitores † præcipuè ad hoc, vt possent condemnari ad fructuum restitutionem, ex latè allegatis *in Romana fideicommissi de Coffettis 24. Iunij 1674 §. Et quamuis* cum seqq. coram Reuerendissimo D. Matthæio nunc Sacri Palatij Præfecto.

Non subsistente adeò, nec releuante, quod ex facto conuincatur prædictum monitorium in hac causa processisse,
† eo ipso, quod in actis illius Notarij nulla alia aderat cau- 4
sa executiua, vt in *decisione §. non obstante etiam.*

Quia præter quam, quod in facto contrarium demonstratur, quod vigeret alia causa executiua inter has parte coram eodem Notario, adhuc obstet qualitas incerta ipsius
monitorij, † adeò vt nulla habeatur notitia de contentis in 5
eo ex prædictis.

Neque nimis serò dici debet opposita exceptio præscri-
ptionis † post tres conformes ex *decis. 173. num. 1. vsque ad* 6
4. coram Bichio, vt in decisione sub §. ab anno autem. Quia hæc decisio hoc non dicat, sed solùm firmet, quod sententia,
quæ seclusa præscriptione erat iniusta, † si posteà præscriptio 7
deducatur non posse per eam substineri, quia debet iustificari ex actis ante deductis, quod est valdè diuersum ab
inspectione, † an præscriptio post tres sententias opposita 8
possit illatum executionem impedire, ostendendo ex hoc capite illarum iniustitiam, qua stante exequi non debeant.

Vlteriùs placebat illi nouum motiuum in præsenti deductum, quod Ascanius creditor Petri Iacobi Patris Deiani-
ræ, & Constantiæ egerit contra Deianiram solam, † quæ 9
non tenebatur nisi pro suo semisse *l. 2. C. de hæred. action.* cum alijs cumulatis. Et ideo quamuis passa fuerit subhastatio-
nem Prædij pro toto credito, † sibi imputet si non defendit 10
medietatem non euincendam, & locus non possit euictioni *ad l. si per imprudentiam 51. ff. de euict.* cum alijs apud Mangil. *de euict. qu. 15. num. 2.* Et quamuis possit repetere partem
Constantiæ, † hoc tamen sit merum creditum sine fru- 11
ctibus, vt sine requisitis Pauli Castren. *ad §. vltimum l. 3. ff. de eo, quod certo loco num. 3. versic. limita tamen*, cuius opinionem Rota sequitur, inquit Rota *coram Coccin. decis. 6. num. 5.*

Alii steterunt in decisis non esse præscriptam actionem pro releuatione indemnitatis, & obiectam præscriptionem intercisam, & interruptam fuisse per monitorium executum, & reproductum anno 1616. instante Deianira contra Iulium filium, & hæredem Constantiæ pro sarcienda medietate Prædij euicti ab Ascanio creditore hæreditario, & quæcumque præscriptio etiam longissimi temporis cucurris-
set, non liberaret verum debitorem, † dum creditor liti- 12
garet cum debitore putatiuo, prout in casu, dum Deianira litigabat cum deliberatario, ex Rota *coram Bichio decis. 50. num. 4.*

Nec visa est subsistere opposita exceptio aduersus monitorium, quod sit incertum, an fuerit factum pro hac causa, non viso illius sensu, imò quod potuerit fieri in alia causa, quæ eodem tempore in eisdem actis agebatur à Deianira contra eundem Iulium, pro contributione medietatis legati soluti in summa scutorum 1350. Martianæ legata-
riæ, à qua cessionem reportauerat, † vndè data multipli- 13
citate causarum tantò magis videatur necessariò exhibendum monitorium ab Actore, qui asserit ad vnam causam referri, & non ad aliam.

Nam vltrà deducta in decisione hodie confirmata in §. *obiectum tollitur ex facto*, quia Deianira longe post monitorium anni 1616. egit pro consequtione legati ex iuribus sibi cessis coram A. C. actione executiua, proindeque magis videtur confirmari illud processisse in hac causa non
executiua, sed ordinaria, † maxime dum eodem fere con- 14
textu fuerunt à Deianira producta iura, & acta deliberationis Prædij, ex quorum vicinitate monitorium identificatus.

Institerunt quoque DD. quod nimis serò proposita sit
præscriptio † post tres conformes ex dicta *decisione 173. num. 15*
1. vsque ad 4. coram Bichio, cùm præscriptio hæc non perimit
actionem ipso iure, † sed ope exceptionis, vt præter alle- 16
gatos *in prima decisione quæ est decis. 131. num. 16. d. versic. & sufficit coram eodem Bichio*, tradit Magon. *& alij in d. decis. 173. d. num. 1.*

Et quamuis, vt prosequitur ipsa *decisio* 173. non opposita
in prima instantia, possit opponi in secunda, † non autem 17
ad effectum, vt prima sententia, quæ seclusa præscriptione iniusta esset, transire potuerit in iudicatum, quia tunc sententia debet iustificari ex ante deductis &c. non est visum diuersum, & incongruum à præsenti inspectione, vel
† quod non post primam, neque post secundam, sed post 18
tertiam, adeoque post rem iudicatam, pro veritate acci-

piendam *l. eos iudicata 207. ff. de regul. iur.* propoſita, & oppoſita fuerit.

Nihil profuit reo oppoſita diuiſio facta 12. Nouembris 1616. ex qua argui poſſit compenſatio huius crediti Deianiræ, quia potius profuit Actori, dum in ea conſtat partes fuiſſe pares, & tunc lis duraſſet adhuc cum deliberatario Prædij, nec creditum Deianiræ adhuc liquidum fuiſſe, & ſic nondum tempus faciendæ compenſationi.

Demùm nec viſum eſt aliquid imputandum Deianiræ, ſi conuenta à creditore hæreditario pro tota ſumma, ipſa non exceperit ſe teneri tantùm pro virili.

Quia creditor non tàm agebat actione perſonali, quàm
reali vigore hypothecæ bonis debitoris hypotecatis, & non
iam contra Deianiram vti hæredem pro medietate, quam
contra hæreditatem debitoris, vt indiuiſam, diuiſione adhuc
non apparente, imò impugnata à Conſtantia, ità vt opportuerit ad eam probandam inducere teſtes, qui fuerant præ-
ſentes diuiſioni, adeòque fruſtranea erat Deianiræ defenſio
partis propriæ. Sed vlteriùs exhibita ſunt acta publica ſub-
haſtationis, & deliberationis, Prædij citatis ad inſtantiam
creditoris, non ſolùm Conſtantia, & Deianira vti filiabus, &
hæredibus Petri Iacobi debitoris, ſed etiam poſt obitum Con-
ſtantiæ Ioanne Baptiſta eius viro, Patre, & legitimo admini-
ſtratore filiorum infantium, & ideò primum Conſtantia, &
poſteà filij debebant tueri rem hæreditariam, ſi defenſioni iu-
19 ſtæ locus † fuiſſet, dum de venditione Prædij obuenti in diui-
ſione Deianiræ habebant indiuiduam ſcientiam, nec permit-
tere, quod ſubhaſtationi ſubſequeretur deliberatio, & delibe-
rationi inſtrumentum emptionis, & venditionis ad inſtan-
tiam creditoris 9. Decembris 1594. præcipuè, quod ſciebat ex
pacto diuiſionis; *Che ogni parte non poſſi eſſer grauata, ſe non
per la metà, e parte ſua, ſiè talmente, che ne venga liberata, e che
20 mai per alcun tempo ne patì danno, ò intereſſe alcuno*, † quo
aſtringebatur; aut rem defendere, aut Deianiram in toto,
grauatam pro medietate releuare.

Ideòque cum Deianira ab initio iudicialitèr interpellauerit Conſtantiam, eiuſque filios ad contribuendum alias ad
21 omnia damna, † iuſtè fuerant condemnati ad fructuum re-
ſtitutionem, quos Deianira percepiſſet ex dimidio fundi euicti, ſi euictum non fuiſſet, Rota *decis. 383. num. 1. par. 15.* vbi
quod nomine damnorum veniunt dicti fructus Coccin. *decis.*
21 *422. nu. 9.* & dum agitur de damno emergenti, † ſatis eſt in-
terpellatio, etiam non probatis requiſitis Paul. Caſtr. Rota
decis. 250. n. 5. & dicta decis. 393. in princ. par. 15.

Et ità vtraque parte informante reſolutum fuit.

Aliæ plures deciſiones ſunt in hac cauſa, ſed earum altera adeſt ſupra in hac eadem parte, vbi eſt in ordine 63. cuius in calce etiam alias concordantes notauimus, infra verò ſub die prima Iulij præſentis anni erit altera in eadem cauſa deciſio ſuis loco, & tempore apponenda.

R. P. D. C A L A T A I V.

Bononien. Pecuniaria.

Mercurij 19. Ianuarij 1678.

A R G V M E N T V M.

Creditor pro ſuo credito a debitore receperat cedulam, vulgo *Pagberò*, cumque poſtea egiſſet contra ſuum debitorem pro liberatione a moleſtijs, pro quibus ille etiam ad eius fauorem fideiuſſerat, hic, & pro eo, ſui creditores, excipiebant de ſatisfactione illarum in cedula conſequuta; Contrarium verò ex pluribus fuit deciſum, & ſignanter ex eo, quod cum creditum moleſtiarum eſſet incertum, & forſan aduenire non potuerit, impoſſibile ſit ante illius aduentum fuiſſe ſolutum, & proinde traditionem cedulæ in aliam cauſam ceſſiſſe, nempe crediti certi, quod ille aduerſus ſuum debitorem habebat manifeſtum eſt.

S V M M A R I V M.

1 *Aſſociatio conceditur in vim pacti precarij attento Statuto* Bononiæ *præbente viam exequutiuam, etiam contra tertium.*

2 *Creditor recipiens à ſuo debitore ſchedulam vulgo* Pagharò *vel ſimilem, remanet de ſuo credito ſatisfactus.*

3 *Creditor nullam habet actionem ad petendum id, de quo ſemel ſatisfactus eſt, cum illi rectè obijcitur, dolo petis, quod intus habes.*

4 *Solutio refertur ad debitum maturatum, non autem ad illud, cuius nondum ceſſerat dies, vel tanquam conditionale forſan euenire non poterat, & numero 9. & 11.*

5 *Fideiuſſio de euictione eſt conditionalis incertitudinem diei, quo euictio ſuccedere debeat.*

6 *Fideiuſſor de euictione non habet regreſſum contra principalem, niſi moleſtetur.*

7 *Soluere nemo præſumitur ante diem.*

8 *Debitores à communiter accidentibus vix ſoluunt poſt quam ceſſit, & venit dies.*

9 *Solutio cenſetur facta in cauſam debiti maturati, non autem maturandi, & ſupra num. 4.*

10 *Debitor releuationis indemnitatis, & inueſtimenti pro illius ſecuritate promiſſi, non præſumitur voluiſſe dare pecunias creditori liberas antè moleſtias ſequutas.*

11 *Solutio, ſeu conſignatio cedulæ non poteſt referri ad titulum, cui nullatenus adaptatur, neque cenſeri ex eo facta.*

12 *Solutionem non fuiſſe factam declarat, qui pro illa pulſatus, de ea tamen numquam oppoſuit.*

13 *Debitor ſi ſolutionem fuiſſet, de ea veriſimiliter oppoſuiſſet, nec ſequeſtrum ſuorum bonorum ſupportaſſe.*

14 *Creditum non petitum in vita debitoris, ſed ſolum eo mortuo contra illius hæredes non informatos, non præſumitur verum.*

15 *Taciturnitas, & obſeruantia in non petendo debitum in vita debitoris informati plurimum iuuat hæredes ignaros.*

16 *Creditum principaliter deductum non ad effectum illud exigendi, ſed ſolum per modum cauſæ, probatur præſumptionibus, & coniecturis.*

17 *Scriptura manu creditoris conſcripta, ſi eſt adminiculata, habet præſumptionem veritatis, etiam pro ſcribente.*

18 *Procuratori, & Aduocato regulariter veritas non celatur.*

19 *Scriptura probat etiam pro ſcribente, ſi ille deceſſit, nulla de ea reuocatione facta.*

20 *Amiſſio ſcripturæ redditur veriſimilis, ſtante combuſtione domus illius, qui eam retinere debuerat.*

21 *Creditum probatur ex dicto creditoris adminiculato ſtante combuſtione ſuæ domus, quia præſumitur amiſſa iuſtificatio crediti.*

22 *Creditum ad effectum excipiendi, non autem agendi leuioribus probationibus probatur, & ſupra num. 16.*

D E C I S I O C L.

EX pretio domus venditæ anno 1628. Ludouico Viggiano à Franciſco Maria Amorino, Seraphinus de Seraphinis creditor Amorino recepit pro ſuo credito ſchedulam vulgo: *Pagherò*: librarum 6000. præcedenter ab Emptore in computum pretij traditam venditori; Verum, quia Seraphinus ad facilitandam venditionem, vt indè ſuum creditum conſequeretur, ipſe ad fauorem Viggiani pro dictis libris 6000. fideiuſſit de euictione, & Franciſcus Maria promiſit eum conſeruare indemnem, & pro maiori cauthela eiuſdem, tàm ille, quàm Virgilius frater ſe ſe obligarunt per ſexennium ex certis eorum redditibus conficere inueſtimentum librarum mille quolibet anno, quod ſtare deberet vinculatum ad fauorem Seraphini, caſu, quo moleſtias occaſione fideiuſſionis pateretur.

Pluries inſtetit Seraphinus pro confectione promiſſi inueſtimenti, donec à Viggiano euictionem domus paſſo, fuit moleſtatus; vndè anno 1639. mandatum pro liberatione à moleſtijs obtinuit, eoque mortuo eius filij, & hæredes vigore præcarij appoſiti in inſtrumento obligationis faciendi inueſtimentum obtinuerunt mandatum de aſſociando ad poſſeſſionem Prædij Riccardinæ venditi à Virgilio poſt obligationem Hieronymo Gandulpho, ad effectum tamen de ponendi fructus pro liberatione à moleſtijs, quod mandatum iam per adeptam poſſeſſionem exequutum, cum A. C. reuocaſſet ad inſtantiam creditorum Gandulphi, concedens vlteriùs illis mandatum de manutenendo, Seraphini à Signatura Iuſti-

ra Iustitiæ committi obtinuerunt causam in Rota, cum
clausula si quid exequendum, & disputato dubio commis-
sioni conforme, resolutum fuit, hoc vltimum mandatum
non esse exequendum.

Cùm enim A. C. præcedenter relaxasset mandatum de
associando ad fauorem hæredum Seraphini, illud tanquam
validum, & iustum, citrà iniustitiam reuocare non pote-
rat, minusque hoc vltimum de manutenendo contrà eos
relaxari, cum illi habeant intentionem fundatam, tàm in
primo instrumento promissæ indemnitatis à Francisco
Maria, quàm à secundo promissi inuestimenti insolidum
cum Virgilio fratre, quorum alterum habet obligationem
Cameralem, & Vltimum eorum continet pactum præcarij,
cuius vigore ritè, & rectè A. C. concesserat associationem
1 iuxtà formam Statuti † Bononiæ præbentis in vim dicti
pacti viam executiuam in possessorio, etiam contra ter-
tium, vt non controuertebant informantes pró credito-
bus, vt dixerunt Grat. *cons.* 57. *num.* 12. *lib.* 1. Bero. *cons.* 42.
lib. 3. Rota *decis.* 273. *num.* 1. *coram Caual.* & 795. *num.* 7. *coram*
Dunozetto.

Non obstat vnica exceptio, quæ à creditoribus oppone-
batur, nempè, quod Seraphinus recipiens dictam schedu-
2 lam: *Pagherò*, librarum 6000. † plenè sibi, suæque in-
demnitati consuluerit; vndè contra ipsum, eiusque hæ-
3 redes excipi possit dolo petis, † quod intus habes, oulla-
què ampliùs eis competat actio iuxtà text. *in l. dolo facit ff.*
de dol. Bald. *cons.* 100. *numer. vnic. lib.* 4. Coccin. *dec.* 1464.
num. 2.

Quoniam plura Domini ponderabant, ex quibus resul-
tare existimarunt, huiusmodi schedulam non fuisse tardi-
tam Seraphino in locum promissæ releuationis à futuris
molestijs, sed in aliam causam cessisse, nimirùm in satis-
factionem alterius crediti, quod ille antecedenter habebat
cum fratribus de Amorinis, & primo desumebatur ex eo,
quod longè à verisimili distat, quòd Franciscus Maria ven-
ditor voluerit hanc ingentem summam tradere in satisfa-
ctionem promissæ indemnitatis, dum adbuc non aduene-
rat casus molestiarum, qui forsàn, nec euenire poterat;
4 † vndè potiùs hæc traditio referenda est ad solutionem alte-
rius debiti, cuius dies venerat, & cesserat, quàm ad
satisfactionem promissæ indemnitatis, pro qua Seraphinus
actionem non habebat, cum fideiussio de euictionem sit
5 conditionalis † ob incertitudinem diei, qua casus euictio-
nis contingere possit Mangil. *de euict. quæst.* 36. *num.* 1. nec
6 talis fideiussor nisi molestetur pro fideiussione † potest con-
tra principalem habere regressum *l. si pro ea C. mand. l.* 1. *C. de*
fideiuss. min. Hering. *de fideiuss. cap.* 25. *numer.* 10. Fen-
zon. *ad Stat. Vrbis* 2. *lib. cap.* 157. *numer.* 4. plenè Rota
decis. 27. *num.* 5. & *decis.* 50. & 75. *vtrobique num.* 15. & *decis.*
209. *num.* 6. & 11. *coram Duran.* Quapropter intrant duæ
conclusiones, nempè quod non præsumitur quis soluere
7 antè † diem contra communem hominum morem à com-
8 muniter accidentibus vix soluendi, † quandò cessit, &
venit dies Mandel. *cons.* 789. *num.* 4. Rota *coram Pen. decis.*
721. *num.* 18. Buratt. *decis.* 108. *num.* 10. Altera, quod solu-
9 tio censetur facta in causam debiti maturati, † non autem
maturandi per text. *in l.* 3. *ff. de solut.* Rota *decis.* 341. *num.* 1.
par. 11. *recent. Et in Romana dotis* 3. *Iulij* 1673. §. *nec minùs*
coram R. P. D. meo Taia, & *in eadem secunda Decembris* 1676.
§. *cum igitur coram R. P. D. meo Vicecomite*.

Secundo idem conferebatur, ex quo Franciscus Maria
primò se obligauit pro releuatione, & deinde vna cum fra-
tre promisit inuestire libras mille quolibet anno per sexen-
10 nium, non autem tradere pecunias Seraphino; † Ideò
non est præsumendum, quòd hi fratres recedentes à pri-
mæuis obligationibus voluerint in eorum damnum dare
pecunias Seraphino, tanquàm suas liberas, dùm nullam
actionem ipse tunc habebat contra illos, quia molestiæ non
venerat, & donec incertus illarum casus accideret, carere
inuestimento, eiusque fructibus, qui, donec molesta-
tus esset fideiussor, ad ipsos spectabant, vna cum capita-
li, quod dumtaxat vinculum fauore Seraphini habebat:
11 & in reliquis ad ipsos Amorinos pertinebat. † Vndè solu-
tio, seù consignatio schedulæ ad titulum hodiè prætensum
non potest congruè referri, & consequenter non debet ex eo
facta censeri Rota *decis.* 262. *num.* 1. *par.* 2. *diuers.* & *decis.* 29.
num. 58. *par.* 9. *recent.* & *decis.* 842. *num.* 6. *coram Dunozetto iun.*

Tertio conuincitur idipsum, animaduertendo, quod
pluries contra eosdem Amorinos Seraphinus egit, & seque-
stra obtinuit ad hoc, vt ad formam propriæ obligationis in-
uestimentum conficerent, qui licèt iudicialiter tamen pul-
sati, cum nunquam opposuerint de solutione facta per viam
dictæ schedulæ, † signum euidens, quod dictæ schedu- 12
læ traditio præcesserat ex alia causa, & cesserat in extin-
ctionem alterius debiti, nàm aliàs de ea excepissent, &
compensationem petijssent, † non expectantes sequestra- 13
tionem suorum bonorum Ancharan. *cons.* 432. *num.* 2. Berta-
zol. *cons. cri.* 118. *num.* 17. Menoch *cons.* 457. *num.* 14. Honded.
cons. 47. *num.* 34. *lib.* 1. Rota *coram Gregor. decis.* 439. *num.* 8. Et
eò magis, quia nihil fuit petitum per plures annos, qui-
bus Seraphinus vixit, sed hodie solùm deducitur contra il-
lius hæredes non informatos; † vndè sumitur argumen- 14
tum, ideò non fuisse oppositum ei, quia ille sciebat quo-
modò se intellexerat cum Amorinis circa huiusmodi *pagbe-*
rò, quæ taciturnitas, & obseruantia multum prodest hæ-
redi ignato † ad præsumendum, rem verè se habere, prout 15
obseruantia, auctore suo viuente, demonstrauit, Alex.
cons. 123. *num.* 17. *ad med. lib.* 6. Paris. *cons.* 137. *num.* 12. *lib.* 4. Se-
raph *decis.* 684. *num.* 6. Merlin. *decis.* 124. *num.* 23. & *in recen.*
decis. 225. *num.* 17. & 18. *par.* 10. & *decis.* 692. *num.* 5. *coram Bi-*
cb. in Romana census 23. *Iunij* 1656. §. *omitten. coram bo. me.*
Melzio.

Nec facit, quod ad hoc, vt solutio, seù dicta traditio
schedulæ cedere debuisset in causam debiti, non autem re-
leuationis indemnitatis, plenè constare deberet de credito
Seraphini, in cuius satisfactionem dici posset, dictam
schedulam cessisse, quia vltrà superiùs recensita, inferentia
schedulam: *Pagherò*, non fuisse datam nisi in extinctionem
alterius debiti diuersi à releuatione, responsum fuit, ho-
die creditum Seraphini, pro quo dicitur data schedula, non
deduci principaliter in iudicio, ad effectum illud exigen-
di, sed incidenter per modum causæ dictæ solutionis, seù
traditionis schedulæ: *Pagherò*, quinquaginta, & vltra
annis iàm † factæ, quo casu non exigitur plena, & con- 16
cludens probatio, sed præsumptiones, & coniecturæ suffi-
ciunt Rota *decis.* 34. *nu.* 18. *par.* 2. *diuers.*

Accedit etiam instructio ab eodem Seraphino scripta, &
transmissa Curiali in Vrbe eius Procuratori, cui mandat
litem agere pro releuatione, eundem sic admonens: Del-
l'anno 1628. Essendo io creditore del Signor Francesco Ma-
ria Amorini, per esser pagato io m'indussi à far sicurtà per
esso per parte d'vna casa, che vendette al Signor Lodouico
Viggiani per la somma di lire sei milla, doppo detta sicur-
tà per mia maggior sicurezza il Signor Francesco Maria,
& insieme con esso lui ci obligò il Signor Virgilio suo fratel-
lo, tutti due insolidum: Quæ instructio tanquam pro-
prio Seraphini caractere exarata, & recognita per testes
habentes notam manum, † habet magnam præsumptio- 17
nem veritatis, etiam pro scribente, maximè quandò con-
currunt (vt hic) adminicula superiùs recensita illius ve-
ritatem suadentia Greg. *decis.* 273. *num.* 7. & *decis.* 64. *num.* 3.
par. 4. *tom.* 2. *recent.* præsertim, quia est directa Procuratori,
† cui sicuti, & Aduocato regulariter veritas non celatur, 18
vt ad rem tradit erudite Matien. *in tract. de referend. Aduo-*
cat. & *Iudic. dignit.* & *eminen. p.* 1. *cap.* 7. *num.* 1.

Quod etiam comprobatur, tùm quia Seraphinus scri-
bens decessit, nulla facta reuocatione assertionis emana-
tæ in dicta instructione, † vnde oritur alterum adminicu- 19
lum, quod veritatem scripserit Crauett. *cons.* 275. *nu.* 5. Ro-
ta *decis.* 321. *num.* 2. *par.* 3. *recent.* Tum, quia domus solitæ ha-
bitationis eiusdem Seraphini incendium passa est, quapro-
pter redditur admodùm verisimilis amissio scripturæ, † qua 20
suum creditum probare posset; † Ideò faciliùs statur hoc ca- 21
su dicto creditoris adminiculis fulcito Mandel. *cons.* 34. *nu.* 12.
Afflict. *decis.* 23. *num.* 10. Maxime, dum creditor non agit ad
crediti exactionem, † sed de eo tantùm excipit, seu repli- 22
cat Marescott. *var. resol. lib.* 2. *cap.* 10.

Et ita vtraque parte informante resolutum fuit.

REVERENDISS. D. ALBERGATO

Sacræ Rotæ Decano.

Rauennaten. Saluiani.

Mercurij 19. *Ianuarij* 1677.

A R G V M E N T V M.

Possessio, & bonorum possessorum identitas
in hac decisione deciditur, vtraque resultan-
tam

tam ex fide Catastri, quam ex pluribus demonstrationibus, quæ eisdem bonis conueniebant, in nihilo penitus releuantibus diuersitatibus, quæ obijciebantur illius, quia, aut nulla poterat considerari varietas ex sola mutatione vocabulorum inter se conuenientium, aut illa temporis antiquitate processerat ob mutationem nominis personarum, quæ in eisdem bonis successerant.

S V M M A R I V M.

1 *Ius variatur ex variatione facti.*
2 *Catastrum non probat contra tertium, qui catastrationi non consensit.*
3 *Catastrum concurrentibus adminiculis probat etiam contra tertium, & quæ illa sint, vide num. seqq.*
4 *Catastrum antiquum, & publica auctoritate confectum plenè probat, & num. 5.*
6 *Enunciatiuæ antiquæ faciunt non leue argumentum veritatis enunciati.*
7 *Confine differt à confinato, sicuti differunt terminus, & terminatum.*
8 *Census impositio cum non fiat nisi à Domino fundi iuncta cum alijs coniecturis probat possessionem imponentis.*
9 *Testes de possessione deponentes de solo auditu, & fama in antiquis multum attenduntur.*
10 *Possessionis, & identitatis argumentum resultat ex fide Catastri, saltim donec contrarium probetur.*
11 *Alienationes & transitus bonorum de vno in alium in Catastro enunciatæ, ex publicis instrumentis remanent coadiuuatæ.*
12 *Identitas non excluditur ex promiscua denominatione locorum inter se vicinorum.*
13 *Identitas non excluditur ex diuersitate nominis vicinorum, si illi habuerunt causam à vicinis antiquis.*
14 *Identitas excluditur si pro confinibus, fundi diuersi enunciantur.*
15 *Diuersi non dicuntur fundi, quorum vnus comprehenditur sub alio, & est illius membrum, & locus loci appellatur.*
16 *Diuisio prædij non excludit identitatem si concurrit illius quantitas, & numerus tornaturarum.*
17 *Diuisio vnius rei in plures, seu denominatio vnius vocabuli in aliud, facta per destinatione patris familias non præiudicat identitati.*
18 *Qualitas accidentalis, & superficialis non potest tollere identitatem.*
19 *Indemnitas præstari debet à venditore non autem ab eo, qui nec vendidit, nec se de euictione obligauit.*
20 *Creditum extinctum non reuiuiscit ex sola immissione passa in Saluiano.*
21 *Euictio non sequitur per simplicem immissionem in Saluiano.*
22 *Saluianum aufert possessori simplicem detentationem temporaliter, donec creditor de fructibus satisfiat.*
23 *Creditum emptoris remanet extinctum mediante excomputatione, per quam fingitur totum pretium solutum, & deinde pro rata crediti, creditori restitutum.*
24 *Retentio creditori anteriori conceditur non super toto fundo, sed ad ratam sui crediti, & pro residuo conceditur posteriori immissio.*

D E C I S I O C L I.

1 QVemadmodum ex facti variatione † variari ius inquit *I. C. in l. si ex plagis § in clino ff ad l. Aquil.* ità melius hodie comprobata, & dilucidata per Informantes pro Pompilijs antiqua possessione prædij controuersi apud Franciscum Scappucinum suum debitorem, & moderna apud Marchionem, & fratres de Spadis, recesserunt DD. à decisione coram me edita *sub die 7. Aprilis 1676.* in qua propter non iustificationem extremorum denegata fuerat immissio ab ijsdem Pompilijs in iudicio Saluiani petita.

Possessio enim Francisci debitoris de tempore contractus hypothecæ apparet ex partitis Catastri, vbi legitur descri-
ptum hoc prædium Tornaturarum centum sub nomine
eiusdem, licet enim Catastrum † regulariter non pro- 2
bet contra tertium, qui Catastrationi non consensit, vt
firmatur in *præcedenti decisione § non obstat*; † Hoc tamen 3
limitatur concurrentibus adminiculis, quia tunc etiam
contra tertium probat. Ruin. *cons. 40. numer. 8. lib. 4.* Rota
*coram Seraph. decis. 1077. num. 3. coram Coccin. decis. 2090.
num. 5. recent. decis. 227. num. 13. par. 8. & decis. 520. num. 17.
par. 14.* præsertim quando illud † est antiquum Soccin. sen. 4
cons. 205. num. 4. lib. 2. Peregrin. *de fideic. art. 44. num. 12. ad
med.* Menoch. *de retinen. remed. 3. num. 570. pariter ad med.*
Posth. *de manut. obseru. 27. num. 1. in fin.* Rot. *decis. 479. num.
11. part. 9. recent.* & publica auctoritate † confectum, & 5
à publico Ministro conseruatum Soccin. Sen. *d. cons. 205. num.
2. lib. 2.* Gen. *de script. priuat. lib. 5. tit. de lib. æstimi quæst. 1.
num. 9. & seqq* Rota *coram Seraph. decis. 1077. num. 5. in rec.
decis. 215. num. 6. part. 8. & decis. 229. num. 15 par. 14. & in
Anconitana Bonorum 27. Aprilis 1676. § probatur, & § sequenti coram me.*

Adminicula in proposito non desunt; Primùm enim desumitur ex enunciatiuis emissis in instrumentis inuestiturarum factarum Francisco de 28. Tornaturis hujus. Prędij,
† quæ cum sint antiquæ, non leue argumentum faciunt 6
veritati enunciati gloss. *in cap. cum olim verb. instrumentis de
censibus*, Dec. *cons. 26. num. 7.* Rota *coram Coccin. dec. 1715.
numer. 17. & coram Dunoz. iun. decis. 644. num. 3.* & possessionem Francisci ostendunt non solùm pro 28. illis tornaturis,
etiam pro maiori quantitate descripta in Catastro, dum
tornaturæ emphyteuticæ dicuntur cohærere alijs bonis eiusdem inuestiti, † nam confine differt à confinato, sicuti 7
differunt inter se terminus terminans, & terminus terminatus *l. cum seruo in fine ff. de contr. empt.* Bald. *cons. 422. post
princ.* Hier. à Monte *de fin. regun. cap. 107. num 4.* Decian.
cons. 40. num. 27. lib. 4. Rota *coram Merlin. decis. 600. numer.
7. & 8. decis. 635. numer. 3. & 4 & coram Peuting. decis. 370.
num. 7.*

Secundum Adminiculum deducitur ex impositione census facta à Francisco super 30. tornaturis cum simili enunciatiua cohærentiæ cum alijs bonis, quæ cum regulariter
non fiat, nisi à Domino, & possessore fundi, iuncta
cum alijs † aliquid facit ad ostendendam possessionem im- 8
ponentis, tam earundem tornaturarum 30. censitarum
Rot. *decis. 539. numer. 2. in med. parte 4. recent.* quàm aliorum bonorum adiacentium enunciatorum iuxta præallegata.

Tertium Adminiculum consurgit ex depositione testium
deponentium de possessione d. Francisci, qui licet nec de
actibus possessorijs, nec de visu, † sed solùm de auditu, 9
& fama deponat, tamen in hoc facto antiquo multum attendi debent Angel. *in l. et qui natura §. cum me absente num.
2. ff. de negot. gest.* Mascard *de probat. conclus. 778. numer. 3.
& seqq.* Fusar. *de substit. quæst. 618. num. 21. & seqq.* Rota
coram Coccin. decis. 325. numer. 15. & in Montis falisci cambij 21. Iunij 1675. § constat coram R. P. D. meo Emerix.

Possessio vero eorundem bonorum apud Marchionem, & Fratres reos Conuentos, seu identitas, ad quam hodie maior reducebatur difficultas, concludenter iustificatur ex ijsdem publicis Catastris Ciuitatis Rauennæ, in quibus Prædium prius descriptum sub nomine Francisci Scappucini debitoris reperitur postea translatum, siue adnotatum inter bona Siluij filij cum expressione, quod erat idem antea relatum in partita Francisci, & cum simili declaratione, quod esset idem prius possessum à Siluio legitur subinde in partita Guazzimanni eiusdem Siluij mediati Successoris, & demum in æstimo Pauli Spadæ Auctoris Marchionis,
& fratrum enunciatur, quod hoc prædium descriptum
antea erat inter bona † Guazzimanni, vnde donec con- 10
trarium probetur, validum resultat identitatis argumentum Gen. *de script. priuat. lib. 5. tit. de lib. æstimi quæst. 1.
numer. 27. & seq.* Cirocc. *disc. 25. numer. 28.* Add ad Buratt.
decis. 317. numer. 9. Scappuc. de Saluian. *lib. 1. quæst. 29. numer. 5.* Rota *coram Card. Cels. decis. 295. num. 2. & in rec.
decis. 203. num 5. par. 14.*

Idque magis comprobatur, tum ex instrumenti venditionis eiusdem prædij factæ primo à Præposito Lotto Tutore filiorum Siluij Hieronymo Guazzimanno, & ab ipso quondam Paulo Spadæ, vbi specificatur eadem quantitas Tornaturarum relata in Catastris, tum etiam ex quo 28. illæ tornaturæ huius Prædij, de quibus inuestitus aliàs fuerat Franciscus Scappucinus, concessę apparent per Domi-

num

num directum Silaio filio in locum eius Patris, & successiuè
Guazzimaono, & Paulo Spadæ cum eadem enunciatiua
11 cohærentiæ aliis bonis † inuestitorum, ex quo adminicu-
lantur, & coadiuuantur alienationes, & transitus eiusdem
Prædij in Catastro enunciati *ad trad. per* Mascard. *de probat.*
conclus. 873. *nu.* 11. Rot. *decis.* 63. *nu.* 10. *coram Carillo & in Rom.*
fideicommissi de Cribellis 30. *Martij* 1673. §. *nec deficit cor. me.*

Concordant confines, & demonstrationes expressæ in
Catastro Francisci Scappucini, & in instrumentis inuestitu-
ræ, & impositionis census per ipsum factæ, io illis enim
eounciatur, quod bona posita erant io Territorio Rauen-
næ io Burgo S. Mammi, seu Adrianæ in fundo Vadi Ron-
dini in loco Canalis noui Molendinorum veterum, quibus
cohærebat flumen Montonis, via publica mediante à ca-
pite ab vno latere d. Canale, seù Hieronymus Zambel-
lettus mediante eodem Canale ab alio latere, & ipse Fran-
ciscus Scappucinus, flumen nouum, & Petrus Grassus;
Prædium autem à Spadis possessum ex descriptione Cata-
stri apparet similiter positus in Burgo S. Mammi, & ex in-
strumento emptionis factæ à Guazzimanno eorum Autore
in suburbio Portæ Adrianæ, ideòque attendi non mæretur
allegata diuersitas Portæ S. Mammi, & Adrianæ ad de-
monstrandam diuersitatem bonorum, quia cum dd. Su-
burbia, & Portæ sint contiguæ, & bona controuersa in
12 illorum extremitate posita; † promiscua denominatio S.
Mammi, & Adrianæ non excludit identitatem Rota *rec.*
dec. 118. *num.* 10. *par.* 5. *coram Coccin. dec.* 120. *num.* 6. *vers. non*
subsistit, & coram Dunoz Iun. decis. 609. *num.* 11. *& decis.* 663.
num. 10. *in fin.*

Verificantur etiam, tam duo illa immutabilia confinia
Fluminis Montonis, & Fluminis noui, quàm alij confines
Hieronymi Lupatelli, Hieronymi Zambelletti, & alio-
rum, qui licet hodie post cursum tanti temporis mutati fue-
rint, verificantur tamen omnes, vno excepto, & con-
ueniunt bonis controuersis, dum ex Catastris, & testibus
13 constat, † quòd moderni possessores vicinorum prædiorum
causam habent ab illis, qui enunciantur pro confinantibus
in Catastro, & instrumentis inuestituræ, & census suprà
relatis Rot. *decis.* 75. *num.* 20. *coram Carillo, & decis.* 635. *num.* 1.
coram Merlin.

His positis non obstant ea, quæ ab ioformantibus pro
Marchione, eiusque fratribus adducuntur ad ostendendam
diuersitatem, nempe quod in inuestituris, & censu Fran-
14 cisci exprimatur Prædium in fundo Vadi Rondini, † illud
verò quod controuertitur situm sit in Fundo Ariani, quod
pro excludenda identitate consideratum fuit in decisione,
quæ reuidetur § 1. quia ex hodie deductis apparet, fundum
15 Vadi Rondini non esse diuersum, † sed comprehendi sub
fundo Ariani, esseque illius membrum, & locum loci
Rota *coram Coccin. decis.* 520. *num.* 6. §. *non subsistit in fine*, &
coram Dunoz Iun. dec. 663. *vtrobique nu.* 51. *nil faciente*, quod
hodie numerus petiarum Terreni sub dicto prædio inclusa-
rum discordet ab antiquo, quia in adeò longa annorum se-
rie, vltrà quod euenire potuit ex facto Dominorum, &
possessorum plures petias in vnam, vel vnam in plures re-
16 ducentium, † attendenda non est talis diuersitas, dum
verificatur eadem quantitas tornaturarum centum circiter,
& alij confines, vt supra comprobati, vt benè ad proposi-
tum firmant Cephal *cons.* 98. *num.* 22. Marescot. *var. resol. lib.*
5. *cap.* 12. *num.* 28. *& seq.* Rota *coram Coccin. dec.* 5066. *num.* 2. *&*
coram Merlin. dec. 316. *num.* 8. *&* 9.

Nec releuat, quod in partita Francisci descriptum appa-
reat in Catastro prædium cum domo, & Capannis, io ven-
ditione vero facta per filios Siluij Guazzimanno dicatur
17 cum domibus io numero plurali, omisso † enim, quod
hoc prouenire potuit ex destinatione Patris familias appel-
lantis Capannas domunculas rurales, vel vnam Domum
in plures diuidentis text. *in l. si quis duas §. si quis partem in fin.*
ff. commun. Prædiorum, *& in l. qua in rerum* 24. §. *si quis post*
testamentum ff. de legat. primo Rota *recent. decis.* 183. *num.* 12. *&*
13. *& decis.* 278. *par.* 13. *& decis.* 399 *num.* 5. *par.* 15. hæc est qua-
litas accidentalis, & superficialis in bonis controuersis,
18 † quæ proindè tollere non potest identitatem, quæ ex con-
finibus, & demonstrationibus certis apparet Cephal. *d. cons.*
98. *num.* 23. *& duobus seqq.* Soccin. sen. *cons.* 89. *num.* 9. *in fin. &*
seq. lib. 1. Decian. *cons.* 17. *num.* 8. *&* 9. *lib.* 2. Rota *coram Merlin.*
decis. 316. *num.* 8. *& seq.*

Insubsistens quoque visum fuit, quod Pompilij teneān-
tur de euictione, vel saltem Marchioni, & fratribus
competat retentio, ex quo Paulos eorum auctor emendo
prædium, de quo agitur, excomputauerit in pretio scut.
2000. Societatis Officij, in qua fideiusserat Camillus Pom-
pilius, † quia cùm dictus Camillus, nec prædium ven- 19
diderit, nec de euictione se obligauerit, non tenentur il-
lius hæredes, sed venditor indemnes fratres de Spadis con-
seruare Thomat. *decis. Maceraten.* 206. *num.* 83. Bich. *decis.* 380.
num. 26. Allegata verò retentio pro societare officij, quam
reuiuiscere prætendebat propter euictionem resultantem ex
immissione concessa Pompilijs non competit, † tum quia 20
per simplicem immissionem in Saluiano † verè, & pro- 21
priè res non euincitur, sed solùm aufertur detentatio † tem- 22
poraliter, donec immissus ex fructibus satisfiat Pacific. *de*
Saluian. inspect. 4. *c.* 1. *num.* 146. Thomat *d. decis.* 206. *ex num.* 77.
Burart. *decis.* 325 Merlin. *decis.* 696. *vtrobique nu.* 1. tum etiam,
quia huiusmodi creditum remansit extinctum mediante d.
ex computatione, † per quam fingitur ab emptore solutum 23
totum pretium venditori, & deindè ab ipso restitutum ad
mensuram crediti per emptorem excomputari *l. singularia*
ff. si cert. pet. Rot. *coram Bichio decis.* 380. *num.* 23. *& seqq. decis.*
406. *num.* 26. *& sequen. & decis.* 531. *num.* 13. *coram eodem.*

Quinimò admisso etiam, competere retentionem pro-
indè, ac si vera euictio secuta fuisset, adhuc cum prædium
sit maioris quantitatis, denegari non potest immissio pro
indiuiso, parum refragante, retentionem prætendi pro
quantitate, non autem pro quota, proindè concedi ne-
queat immissio pro indiuiso, sed competat retentio pro to-
to, quia communiter recepta est in hac quæstione distin-
ctio, quod aut creditor retinet rem de sui natura diuiduam
iure pignoris, & hypothecæ ad effectum se satisfaciendi de
fructibus illius, & tunc non potest compelli ad dimitten-
dum, nec quidem minimam partem, sed totam potest
retinere, donec satisfactus fuerit, aut illam possidet iure
Dominij acquisiti datione io solutum, aut alio legitimo ti-
tulo, prout io casu præsenti, & tunc si possessor molesta-
tus à creditore hypotecario posteriore velit istum repellere,
& rem tueri sub prætextu crediti † anterioris, non potest 24
totam rem occupare, sed dumtaxat ad mensuram sui cre-
diti anterioris competit retentio, & in residuo conceditur
immissio creditori posteriori *per text. in l. quid debitore C. qui*
pot. in pign. hab. Merlin. *de pign. lib.* 4. *quæst.* 44. *num.* 16. *& seqq.*
Thomat *dicta decis.* 206. *num.* 47. *& pluribus seqq. plenè* Rota
decis. 233. *num.* 7. *& seqq part* 6. *recent. & decis.* 33. *à numer.* 14.
apud Rodriquez de concurs. Est enim compatibilis possessio
plurium pro indiuiso diuersis respectibus possidentium *l.* 3. §.
si ex pluribus ff. de acquir. possess. Rot. *dicta decis.* 135. *num.* 12.
Merlin. *vbi prox. num.* 17.

Et ita decisum Partibus hinc inde in binis propositionibus
auditis &c.

R. P. D. PAVLVCCIO.

Hispalen. Decimarum.

Lunæ 25. *Ianuarij* 1678.

ARGVMENTVM.

Quasi possessio decimandi dicitur sufficienter probata tam ex libris Ecclesiæ, quàm ex testibus super ea deponentibus, quæ cum fuerit centenaria, & penè immemorabilis, etiam aduersus Parochum suffragari deciditur, licèt alioquin iuris assistentiam habentem, & eo magis contra laicum ab eadē consecutione decimarum, propter iuris resistentiam exclusum, maximè quia concurrebat etiam obseruantia plurimorum mandatorum de manutenendo, quæ etiam solet vtrumque concludi.

SVMMARIVM.

1 *Validitas sententiarum resultat ex illius solitis requisitus iuxta satis vulgatam* dec. Caputaq.

2 *Centenaria, & immemorabilis afferunt meliorem titulum de mundo, amplia vt num. seq.*

3 *Iuris assistentia decimandi, quæ militat fauore Parochi non procedit contra habentes pro se centenariam, & immemorabilem.*

4 *Laicus*

4 *Laicus nedum habet iuris assistentiam, sed expressam resistentiam super exactione decimarum.*
5 *Quasi possessio decimandi etiam sola decennalis sufficit contra laicum.*
8 *Libris Ecclesiæ plenè creditur etiam ad fauorem eiusdem Ecclesiæ.*
9 *Quasi possessio decimandi probatur ex libris Ecclesiæ, & num. 7.*
10 *Testes formiter examinati plenè probant exactionem decimarum, & quasi possessionem decimandi.*
11 *Testes deponentes de facto proprio, & ex certa scientia plenè probant.*
12 *Quasi possessio decimandi probatur ex mandato de manutenendo in exactione decimarum obtento.*
13 *Obseruantia resultat ex relaxatione plurium mandatorum de manutenendo.*

DECISIO CLII.

APpellatione interposita à sententia lata per R. P. D. meum Taiam, de anno 1676. ad fauorem Archipresbyteri Decani, & Capituli Hispalen. commissaque mihi Causa in gradu appellationis, disquirendum proposui, num Sententia Rotalis sit confirmanda, vel infirmanda, & Domini confirmandam responderunt.

Validitas enim, & iustitia æqualiter assistunt, de vali-
1 ditate non est † ambigendum concurrentibus omnibus ad
normam vulgatæ *decis. Caputaquea.*

Iustitia verò fundari est visa in assistentia iuris firmata in alia decisione R. P. D. mei Taiæ.

Eaque iuris assistentia robur assumere validissimè videtur ex quasi possessione percipiendi decimas controuersas, in qua reperitur Archiepiscopus, & Capitulum, eaque
2 centenaria, † & planè immemorabilis, quæ meliorem
quemcumque titulum de mundo secum affert, *cap. super quibusdam de verb. signif. l. 1. §. ductus aquæ ff. de aqu. quot. & æstiu.* Rota *coram Bich. decis. 98. num. 3. & decis. 53. num. 10. & 11. coram Zarat. & in Bononien. bonorum 13. Maij 1676. §.*
3 *et talo subsistenti coram me*, etiam ad exclusionem † Parochi
habentis iuris assistentiam, Duran. *decis. 46. num. 4.* Cels.
4 *decis. 18. num. 2.* multoque fortiùs ad exclusionem laici, † ne-
dum non habentis in decimarum exactione iuris assisten-
5 tiam, sed imò expressam resistentiam, † contra quem
proindè sufficit decennalis, ad tradita per Barbos. in puncto litis vertentis inter duas *de iur. Eccles. vniu. d. lib. 3. cap. 26. §. 2. num. 35.* Rot. *decis. 333. num. 5. par. 5. rec.*

Nam autem quasi possessionem comprobant libri reddi-
6 tuum decimalium Ecclesiæ Hispalen. † ex quibus constat
eas ab anno 1561. vsque ad annum 1670. semper fuisse loca-
7 tas, † Huiusmodi verò libris standum esse firmat Dec. *cons.*
146. *num. 14 vers. ita conclusio* Lotter. *de re benef. lib. 2 quæst. 33.*
8 *num. 32.* Rot. *decis. 290. num. 5. par. 1. rec.* & in his terminis † de-
cimarum *decis. 673. num. 7. par. 7. decis. 44. num. 2. part. 4. tom. 1. decis. 316. num. 4. & 5. par. 10 rec. & in Hispalen. decimarum 15. Ianuarij 1663. in princ. vers. iuncta longissima coram R. P. D. meo Taia.*

Comprobant etiam depositiones testium inter easdem
9 partes † formiter examinatorum, quibus innititur *d. de-*
cisio penès Posthins aliæque depositiones, vt in Summario
10 *num. 4.* † cum alijs examinatis anno 1663. deponentibus de
facto proprio, & certa scientia circa solutionem decima-
11 rum † facta Capitulo, quique optimè probant *d. decis. 21. apud* Posth. *de manut. & coram Zarat. decis. 53. num. 20.*

Quibus omnibus cum accesserint plura mandata de ma-
12 nutenendo concessa Capitulo à Vicario Hispalen, † &
Nuntio Apostolico Hispaniarum, nedum est probata quasi
possessio, Mantic. *decis. 292. num. 2.* Caual. *decis. 217. num. 2.*
13 † sed etiam obseruantia, vt sentit Rota *decis. 17. num. 2. par. 15. rec.*

Hisque stantibus, Sententiam Rotalem Domini confirmandam censuerunt, Archiepiscopo, & Capitulo tantum informantibus.

R. P. D. EMERIX.

Bononien. Renunciationis.

Lunæ 24. Ianuarij 1678.

ARGVMENTVM.

Promiserat Pater dotem suæ filiæ Moniali, & annuam præstationem simul, sua naturali vita durante, dummodo tamen illa generalem renunciationem faceret; Cum autem filia renunciare renuisset, attamen cogitur Pater ad dotem, & annuam præstationem soluendam, quia hæc omnia de iure præstare tenetur, cum respectu pensionis vitalitiæ, illa reputetur de appendicibus ipsius dotis, & hoc non obstante ass. promissione Monialium; quod filia renunciare deberet, quia erat nulla, vtpote non seruata forma præscripta.

SVMMARIVM.

1 *Instrumentum promissum ad formam pacti celebrari debet.*
2 *Instrumenti stipulatione promissa, si non impleatur, iudex illud stipulari mandat, & si non celebretur, declarat illud haberi pro facto.*
3 *Monasterium non tenetur obseruare promissa, si illius obligatio fuit sequuta non seruata forma rescripti.*
4 *Forma sub pœna nullitatis demandata, si fuit omissa, contractus remanet nullus.*
5 *Officialium monasterio vno defuncto, licet alter extera negotia expediat, non tamen potest inire contractus, qui amborum interessentiam requirit.*
6 *Causa nulla etiam iustissima excusat ab obseruantia formæ, & pęna nullitatis præscriptæ.*
7 *Forma si ob impossibilitatem obseruari non possit, recurrendum est ad superiorem, vel pro moderatione, vel commutatione illius.*
8 *Pater tenetur subministrare filiæ moniali aliquid annuum, vel menstruum iuxta consuetudinem communiter obseruatam, & num. 19.*
9 *Monasteria plerumque non occurrunt omnibus solemnitatibus monialium.*
10 *Pater sicuti filias tenetur dotare, ita eidem moniali annuam præstationem assignare tenetur, & num. 8.*
11 *Annua præstatio quæ monialibus assignatur, reputatur vei de appendicibus dotis, & ita de ea iudicatur, sicuti de ipsa dote.*

DECISIO CLIII.

CVm Angela Dorothea filia vnica Francisci commorans in educatione in Venerabili Monasterio Monialium Sancti Gulielmi Bononiæ, cuperet assumere habitum per easdem Moniales gestari solitum, & in eo suis loco, & tempore solemnem emittere professionem; Franciscus Pater promisit per Instrumentum publicum Monialibus, quod de tempore emittendæ professionis in causam, & computum dotis, seu eleemosynæ dotalis consequerentur lib. 3700. in tribus apochis legatorum, seu relictorum piorum existen. penès Vicarium; quodque pro residuo d. dotis, quod est lib. 300. ac apparatibus dari solitis, & concordatis in lib. mille infra triennium à die emittendæ professionis ipse solueret alias libr. 1300. & interim fructus ad rationem quinque pro centenario; Promisit etiam subministrare alimenta in anno Nouitiatus, & denique sequuta professione d. Angelæ sese obligauit, cum hoc tamen (sunt verba Instrumenti) quod ante professionem renunciauerit omnibus, & quibuscumque bonis paternis, maternis, auitis, transuersalibus tam de præsenti illi debitis, quàm in futurum debendis, etiam ratione legitimæ, aut illius supplementi ad fauorem eiusdem Francisci, & illius hæredum, & non alias &c. soluere eidem Angelæ menstruatim

tim lib. sex pro suis prouisionibus vita sua durante, & eo defuncto, voluit illam quoad vixerit consequi posse in eius bonis, & hæreditate annua scuta centum in lib. quatuor bonon., quibus stantibus, eædem moniales capitulariter congregatæ ad crates ferreas, præuia licentia R. D. Vicarij in ventre continentis duas expressas conditiones: Che vi sij il consenso Capitolare delle Monache, e l'interuento personale almeno di due Assunti del Monastero, senza le quali circostanze sarà il contratto nullo; cum interuentu vnius tantum Assumpti se obligarunt d. Angelam recipere, & ad habitum, ac professionem admittere, eique toto eius vitæ tempore tam in statu sanitatis, quàm infirmitatis de omnibus necessarijs prouidere, vt latiùs continetur in Instrumento Summ. Monialium *num.* 1.

Quia verò Angela ante professionem à Patre interpellata, supradictis bonis renunciare renuit; ideo orta inter eandem, & Monasterium, ac Franciscum Patrem controuersia super adimplemento hinc indè promisso, eaque post plures sententias, & persolutum earum vigore residuum dotis, ac apparatum, ad Rotam deuoluta, contigit dubitari, An sit stipulandum Instrumentum renunciationis, vel potiùs sit relaxandum mandatum, & pro qua summa, & hodie in secunda Causæ propositione prodijt resolutio, non esse stipulandum instrumentum, sed Patrem teneri subministrare libr. sex menstruas.

Licèt enim in eodem Instrumento conuentum fuerit,
quod Angela validè, & solemniter ante emissionem pro-
fessionis, vt supra renunciare deberet, & sub ista lege, &
aliàs Pater eidem promiserit soluere lib. sex menstruas pro
1 suis prouisionibus, † & proindè ad formam pacti iustè vi-
deatur petere stipulationem Instrumenti, illudque qua-
2 tenus non stipuletur, † haberi pro facto ex officio Iudicis,
ad tradita per Fulgin. *de iure emphyt. in prælud. quæst.* 14. *num.*
a 80. Rota *decis.* 421. *num.* 4. *coram Durano*.

Nihilominus Domini existimarunt, Moniales ad hoc
3 non teneri, † quia eorum obligatio vti facta non seruata
forma rescripti Vicarij, requirentis inter alia sub pœna nul-
litatis interuentum duorum Assumptorum Monasterij,
4 † fuit nulla, ad text. *in cap. cum dilecta* 22. *circa finem, ibiq.
glos. verb. irritum, & DD. de rescript.* Dunoz. sen. *decis.* 52.
num. 1. alijsque relatis Dunoz. iun. *decis.* 604. *num.* 11. Gregor.
decis. 1. & 2.

Non suffragante, quod de tempore stipulationis Instru-
5 menti alter ex Assumptis Monasterij esset mortuus, † quod-
que propterea alia negotia ab vno tantùm expedita fuerint,
6 quia nulla causa † etiam iustissima excusat ab obseruatio-
ne formæ præscriptæ sub pœna nullitatis, vt firmauit Ro-
ta *d. decis.* 52. *num.* 2. *coram Dunoz. sen.* & stante impossibili-
tate saltem recurrendum esset ad Vicarium, ad hoc, vt
7 loco Assumpti præmortui alium deputaret, † vel aliter
pro validitate actus disponeret, vt in his terminis firma-
tum fuit *coram Dunoz. sen. decis.* 63. *num.* 6. quæ est confirma-
toria *decis.* 52. mox citatæ.

Et tamen Franciscum teneri subministrare Angelæ filiæ
8 lib. sex menstruas pro subleuandis eius necessitatibus † iux-
ta consuetudinem communiter receptam, dum Monaste-
9 ria † illis vt plurimum non occurrunt ea scilicet ratione,
10 quod sicut Pater filias tenetur, † ita quoque eisdem sub-
ministrare compellitur huiusmodi necessarias, & solitas
11 præstationes, † de quibus vti dotis appendice iudicatur,
sicut de ipsa dote Grat. *discept.* 498. *num.* 58. Rota *decis.* 671.
num. 27. *coram Merlino*.

Et ita, vtraque parte informante, resolutum fuit.

R. P. D. CALATAIV.

Bononien. hæreditatis de Pepulis.

Lunæ 24. *Ianuarij* 1678.

ARGVMENTVM.

Suas filias spurias pater in testamento hæredes instituerat, quæ licet insuccessibiles iudicatæ sint, eis tamen de dote congrua fuit prouisum, quæ iuxtà conditionem familiæ pro quantitate bonorum patris, & secundum consuetudinem loci, ad metam legitimæ arbitrata est, eo magis, quia pater nullos alios filios legitimos, & naturales reliquerat.

SVMMARIVM.

1 *Filij incestuosi excluduntur ab hæreditate sui patris.*
2 *Filiabus incestuosis assignari debet dos in hæreditate sui parentis.*
3 *Status hæreditatis paternæ firmari debet, ad effectum constituendi dotem filiabus incestuosis.*
4 *Dote in constituenda in iure non reperitur assignata certa quantitas, sed tota remittitur arbitrio iudicis.*
5 *Iudex in constituenda dote considerare debet valorem hæreditatis, seu bonorum, qualitatem personarum, & consuetudinem loci.*
6 *Dos arbitranda per iudicem constitui potest, vel infra, vel etiam vltra legitimam.*
7 *Dos etiam filiæ spuriæ debetur secundum nobilitatem sui patris, & vid. num. seqq.*
8 *Dos dicitur congrua si correspondet portioni legitimæ.*
9 *Filiæ spuriæ non ita dotari debent, vt filiabus legitimis, & naturalibus æquiparentur, & num. antecedd. & seqq.*
10 *Dos filiæ spuriæ non ita extenuari debet, vt illa viro condigno nubere nequeat.*
11 *Dos filiæ spuriæ eo magis, congruè tamen augeri debet, si pater nullos alios reliquit filios legitimos, & naturales, & num.* 13.
12 *Hæres, qui successit ab intestato, præuia irritatione testamenti, in quo pater filios spurios instituit, contra illius voluntatem succedere dicitur.*
13 *Dos filiæ spuriæ taxari debet potius cum aliquo augumento, non autem diminutione, si pater illam in testamento hæredem instituit.*

DECISIO CLIV.

ANtonia, & Margarita de Pepulis exclusæ per tres
conformes ab hæreditate Com. Alexandri Mariæ de
Pepulis earum Patris, tanquam genitæ ex incestuoso con-
cubitu, † reportarunt à R. P. D. meo Matthæio manda- 1
tum executiuum pro dote in summa scutor. 3000. pro quali-
bet, quod fuit approbatum à Signatura Iustitiæ pro sum-
ma scutorum 3000. dumtaxat, † quæ pro remanenti sum- 2
ma appellationis causam mihi commisit cum clausula. Si
quid exequendum; vnde datu dubio: An, & pro qua
summa mandatum sit exequendum, censerunt Domini
esse exequendum pro alijs scutis mille dumtaxat, consti-
tuentibus dotem in summa scutorum bis mille pro quali-
bet.

Moti sunt ex eo, quod Patrimonium Comitis Alexan-
dri Mariæ non excedit summam scutorum 12000 vt videre
est ex statu hereditario firmato coram Eminentissimo Cer-
ro, † olim nostræ Rotæ Decano, quem esse attenden- 3
dum existimarunt, dum in pluribus Congregationibus ha-
bitis coram me, nihil contra eundem iustificatum fuit,
† vnde cum in constituenda congruitate dotis in iure non 4
reperiatur assignata certa quantitas, sed tota sit remissa ar-
bitrio † Iudicis, qui consideratis locorum consuetudine, 5
qualitate personarum, ac hæreditatis valore potest arbi-
trari, † quod sit etiam, vel infra, vel vltra legitimam, 6
vt aduertunt Menoch. *de arbitr. lib.* 2. *cas.* 149. *numer.* 36.
Mantic. *de tacit. & ambig. tom.* 1. *quæst.* 13. *num.* 22. Rota *co-
ram Reuerendissimo Royas decis.* 193. *num* 3. *seqq. & decis.* 48.
numer. 22. *par.* 12. *recent.* Ideo in proposito, habito respe-
ctu ad Patrimonium, & quod Antonia, & Margherita
licet non sint filiæ legitimæ, & naturales Comitis Ale-
xandri Mariæ, † tamen ortum habent ex nobili Patre, 7
à quo etiam fuerunt in Testamento hæredes institutæ, di-
xerunt dotem congruam esse summam scutorum † duo- 8
rum millium pro qualibet correspondentem legitimæ, vt
sensit Rot. *coram Vbald. decis.* 421. *num.* 4. & *coram Cardina-
li Cerro decis.* 371. *num.* 8. & *in rec. decis.* 192. *num* 29. & *decis.*
331. *num.* 7. *par.* 10. & *decis.* 111. & *decis.* 376 *vtrobique num.* 1.
par. 15.

Nec fuit approbata taxatio facta coram R. P. D. meo
Matthæio in scutis 3000. pro qualibet, quia non sunt ita
dotandæ, † vt filiabus legitimis, & naturalibus æquipa- 9
rantur, vt inquit Lup. *de illegitim. comment.* 2. §. 1. *num.* 46.
Surd. *de aliment. par.* 1. *quæst.* 10. *num.* 15. *in fine de* Luca ad

Franch.

Franch. *decis. 686. num. 7.* minusque adeo earum dotes ex-
10 tenuandæ, † vt viro condigno nubere nequeant, præsertim, quia Comes Alexander Pater nullos alios reliquit fi-
11 lios legitimos, † & naturales, sed eius hæreditatem detinet Comitissa Elisabet, quæ preuia irritatione eius te-
12 stamenti, † successit contra voluntatem testatoris, excludendo proprias filias in dicto testamento vocatas, quapropter dum nullum præiudicium infertur alijs filijs, qui
13 non adsunt, † & voluntas Patris fuit, vt istæ filiæ illegitimæ totum haberent patrimonium, dos congrua visa fuit summa scutorum duorum millium pro qualibet vtraque parte informante.

R. P. D. CALATAIV.

Bononien. Immissionis.

Lunæ 24. Ianuarij 1678.

ARGVMENTVM.

Hæc decisio denegat immissionem vxori super bonis viri à tertio possessis, ex quo probatum non erat creditum administrationis bonorum extra dotalium, nec ratione temporis, nec respectu quantitatis, nec minus mediante consensu eiusdem vxoris, sine quibus cum nulla fuerit contracta hypotheca, saluianum non intrabat, maximè contra possidentem ex credito anteriori; & vlterius quia plura etiam de simulatione opponebantur, quæ omnia ex sequenti Summario, & decisione videnda sunt.

SVMMARIVM.

1 *Creditum certum, & liquidum requiritur in Saluiano, vt possessor deliberet an bona velit dimittere, vel pretium soluere.*

2 *Exactorem probari debet non solum administrasse, sed etiam exegisse, pecunias administratas, & quando nu. seqq.*

3 *Administrator particularis tenetur solum de exactis, quidquid in vniuersali dici possit.*

4 *Exactio contra tertium probari debet plenè, & concludenter, non autem præsumptiuè.*

5 *Administratio probari debet de tempore præciso, ad effectum ex ea obtinendi immissionem contra tertium.*

6 *Hypotheca resultans ex administratione, & exactione, comprehendit bona, quæ erant administratoris de tempore contractæ hypothecæ, non autem præcedenter distracta.*

7 *Exactio certæ quantitatis pecuniarum probari debet pro obtinenda ex illa immissionem in Saluianu.*

8 *Ordines simplices inter virum, & vxorem nihil probant, quia præsumuntur antidati, & in fraudem creditorum confecti.*

9 *Sententia super canonizzatione crediti extradotalis mulieris lata contra filios hæredes patris, ex quibus collusiua detegatur, & seqq. & num. 19.*

10 *Iudicium agitatum à matre contra pupillos, eis deputato curatore ab eodem matre petito, qui nihil opposuit, non sustinetur.*

11 *Sententia, à qua non fuit appellatum cùm appellari potuisset, collusiua dici debet.*

12 *Causa simulandi resultat, si agitur de repellendo creditores.*

13 *Collusio probatur præsumptionibus, & coniecturis, vbi constat de causa simulandi.*

14 *Hypotheca pro bonis extradotalibus non contrahitur contra virum, nisi constet illum administrasse de voluntate vxoris.*

15 *Voluntas vxoris super administratione bonorum extradotalium à marito facta excluditur, si ipsa affirmet maritum omnia sine sui participatione fecisse.*

16 *Confessio propria magis attendenda est, quam testes de contrario deponentes.*

17 *Creditum vxoris ex retentione bonorum viri vel remanet extinctum, vel saltem redditur illiquidum.*

18 *Saluianum non competit antequam creditum liquidatum sit.*

19 *Datio in solutum est nulla, si facta fuit nullo præcedente edicto, aut subhastatione sequuta.*

20 *Pupillorum bona sine præcedenti subhastatione creditori adiudicanda non sunt.*

21 *Titulus vbi reducitur ad non titulum, possessor non facit fructus suos.*

22 *Saluianum posteriori creditor non datur contra possidentem ex titulo anteriori.*

23 *Iuribus primæuis in casu euictionis vtitur creditor, & ab eo causam habentes si bona in solutum fiat recepta sub conditione tamen, quatenus datio in solutum suum haberet effectum.*

DECISIO CLV.

SVb prætextu, quod Hieronymus Drogus administrasset ab anno 1648. bona extradotalia Lauræ Bonfadinæ eius vxoris, egit ista in partibus pro immissione ad prædium nuncupatum *della Bassa*, quod anno 1652. d. Hieronymus insolutum assignauerat Carolo Catalano suo creditori, sed succubuit tàm in prima, quàm in secunda instantia; Cum autem Iudex tertiæ instantiæ, reuocando dictas sententias, petitam immissionem concesserit pro libris 20. m. creditores Catallani possessores prædij causam appellationis mihi committi obtinuerunt, vndè proposui dubium: An, & pro qua summa sit danda immissio, & negatiuè resolutum fuit.

Quia deficit principale requisitum actionis intentatæ, nempe creditum, quod debet esse certum, & liquidum, ad hoc vt tertius possessor possit deliberare, an sibi expediat, vel fundum dimittere, † vel pretium soluere Grat. 1
discept. 22. num. 1. Pacific. de Salu. *inspect. 1. cap. 5. num. 2.* Rota *post eundem dec. 203. num. 1. & seq. & coram Millino decis.* 328. *num. 1.*

In proposito autem solùm constat Hieronymum procuratorio nomine Lauræ confecisse inuentarium bonorum extradotalium prouenientium ab hæreditate Bernardini eius Patris defuncti anno 1648. locasse domos, & apothecas, sed non constat, quod ante annum 1652. aliquid exegerit, † prout probari debet, quando, vt hic, agitur contra 2
administratorem particularem, † qui tenetur de exactis 3
tantùm, quidquid sit contra administratorem vniuersalem *l. Tutoris 20. C. de neg. gest.* Corn. *cons. 81. num. 6. lib. 4.* Roman. *cons. 113. num. 4.* Rota *coram Gregor. decis. 220. num. 3. & decis. 274. nu. 2. & cor. Millino decis. 150. nu. 1. & 2. & cor. Peutingerio dec. 203. n. 13. & in Fulginaten. administrationis 26. Iunij 1676. coram R. P. D. meo Bourlemont*, eoque magis, quia modo agitur contra tertium, contra quem exactio probari debet plene, † concludenter, non autem præsumptiuè *l. fin. §. fin. au-* 4
tem ibi ex quo pecunias exegit C. de pact. conuent. Rota *coram Seraphin. decis. 149. num. 3. & coram Buratto decis. 264. num. 8. & seq.*

Nec releuant testes inducti ad probandam administrationem, & exactionem, quia loquuntur in genere, † & non 5
deponunt de exactione ante annum 1652. quo Hieronymus prædium distraxit, prout concludere deberent, cum hypotheca, quæ oritur ex administratione, † & exactione, 6
afficiat tantùm bona, quæ sunt mariti tempore contractæ hypothecæ, non autem præcedenter alienata, *vt in d. l. fin §. fin autem* ibi *contra res mariti C. de pact. conuent.* Rota *in Meleuitana pecuniaria 30. Ianuarij 1651. coram Eminentiss. Cerro*, minusque testes specificant quid, & quantum fuerit exactum, † vndè eo minus sunt attendendi, cum ad 7
hunc effectum constare debeat de exactione in quantitate præcisa, nec sufficiat generalis, quæ verificari potest etiam in minimo *l. triticum, & l. ita stipulatus ff. de verb. stipulat. l. 2. §. si quis insulam ff. quod cert. loco*, Molin. *de contract. tract. 2. disput. 268. num. 1.*

Pari modo non suffragantur ordines de soluendo diuersis personis facti à Hieronymo, & directi Margaritæ existenti in Apotheca ad vium Ferraminum, quia præter quod non constat habuisse effectum mediante solutione, & quietantia, quæ vtique fuisset per Margaritam procurata à recipientibus pecunias pro cautela Hieronymi, † vt 8
fieri solet, aduertebant Domini istos ordines potuisse confingi inter maritum debitis inuolutum, & vxorem etiam cum antidata, ad effectum eludendi creditores, & per

per consequens dicebant non esse attendendos, vtpotè nullo adminiculo suffultos Bart. *in l. scripturas num. 4. C. qui pot. in pign. habean.* Gabr. *de probat. conclus.* 10. *num.* 2. Rota *cor. Merlino decis.* 143. *num.* 15.

Minusque habita fuit in consideratione sententia obten-
9 ta à Laura de anno 1665. in qua præuia † liquidatione facta
per Peritos, fuit ista declarata creditrix libr. 27. m. pro suis
bonis extradotalibus à Hieronymo administratis, & pro
quibus adiudicata sibi fuerunt tot bona, quia illa quoque
non caret suspicione collusionis, vt patet ex eo, quod to-
tum iudicium fuit agitatum inter Matrem, & Filios pu-
pillos, quibus deputatus fuit Actor ad lites illemet peti-
10 tus † à Matre, electi fuerunt Periti eius domestici, &
istorum vnus æstimauit bona, non considerata eorum qua-
litate, nil in causa fuit oppositum ex parte Actoris ad lites
11 deputati, minusque fuit à d. sententia † appellatum,
quamuis esset de sui natura appellabilis, quæ omnia exu-
berant ad arguendam collusionem Rot. *cor. Merlino dec.* 13.
num. 6. *& 7. & in rec. decis.* 68 *num.* 14. *par.* 10. *decis.* 263. *num.* 5.
12 *par.* 13. *& decis.* 264. *num.* 16. *par.* 14. & concurrente, † vt
hic, causa colludendi ad effectum scilicet repellendi credi-
tores Hieronymi, collusio probatur etiam ex præsumptioni-
bus, & coniecturis Rota *coram Bichio decis.* 383. *nu.* 9. *& dec.*
394. *num.* 19. *& in rec. decis.* 525. *num.* 7 *par.* 13.

Deficit etiam hypotheca in Saluiano pariter requisita;
nam ad effectum, vt illa competat vxori pro bonis extrado-
13 talibus viro obuentis post matrimonium, † constare debet,
quod vir de consensu expresso, vel tacito vxoris ea admini-
strauerit, vt dixit Rota *coram Coccino decis.* 2. *num.* 2. *& 4.*
Talis autem consensus nullo modo probatur, Imò constat
de contrario ex confessione eiusdem Lauræ emissa in re-
sponsionibus ad positiones ibi — *Sò che amministraua, e faceua*
14 *ogni cosa senza mia saputa*, † quæ magis attendenda est, quàm
15 testes, † qui contrarium deponerent *l. generaliter C. de non num. pecun.* Surd. *cons.* 263. *num.* 30. Vermigliol. *cons.* 408. *num.* 7.
Caputaquen. *decis.* 283. *num.* 6. *par.* 3.

Sed quatenus Hieronymus administrasset, & in aliquo
remansisset debitor vxoris, tamen cum ista retineat ab anno
1665. omnia istius bona mobilia, & stabilia, eius credi-
16 tum, † vel præsumitur satisfactum ex fructibus perceptis,
17 vel euasit adeò illiquidum, vt ante † liquidationem non
competat Saluianum, vt respondit Rota *decis.* 162. *num.* 27.
par 6. *rec.*

Non obstat, quod dicta bona fuerint sibi mediante sen-
tentia iudicis adiudicata pro suo credito dotali; nam, vt su-
pra dictum est, dicta sententia fuit merè collusiua ad repel-
18 lendum creditores, † ac fuit etiam nulla, quia non præ-
cessit, nec edictum de subhastando, nec subhastatio, vt
opus est, antequam deueniatur ad actum adiudicationis
Mangil. *de subhast. quæst.* 6. *num.* 4. *quæst.* 154. *num.* 16. *& quæst.* 195. *num.* 1. Niger. *de subhast. cap.* 10. *num.* 1. *cum alijs cumulatis in Romana fideicommissi de Albertinis* 23. *Iunij* 1662. *cor. R. P. D. meo Beuilaqua*, clariùs dum actum fuit contra Pupillos,
19 † quorum bona nequeunt adiudicari, nisi præuia subhasta-
tione. Roland. *cons.* 33. *num.* 14. *lib.* 1. Surd. *cons.* 49. *num.* 15. Ro-
ta *dec.* 406. *nu.* 5. *par.* 4. *rec. & in Perusina Spolij* 4. *Aprilis* 1636.
20 *& 18. Iunij* 1642. *coram Reuerendiss. Royas*, vndè, † cum titulus
adiudicationis reducatur ad non titulum, non potuit Lau-
ra facere fructus suos Rota *apud* Posth. *de subhast. decis.* 100.
num. 15. *& seqq.*

Præterea Catallanus habuit insolutum prædium contro-
uersum loco capitalis, & pro credito, ad quo Hieronymus
erat in forma Cameræ obligatus ex causa Societatis inter
21 eos † contractæ vsque de an. 1644. vndè contra possiden-
tem ex credito anteriori, non datur immissio posteriori cre-
ditori *l.* 2. *ff. qui pot. in pign. hab.* Grat. *discept.* 269. *n.* 28. Mantic. *decis.* 69. *num.* 1. Buratt. *decis.* 844. *num.* 1.

Nec de credito sociali dubitarunt Domini, quamuis re-
sultaret ex apocha priuata, quia illa inserta reperitur de ver-
bo ad verbum in instrumento dictæ dationis insolutum, à
Laura non impugnatum, continens iuramentum partium,
omnia, & singula ibidem expressa fuisse vera, ac referens
creditum ex causa societatis anni 1644. & vlterius quia d.
apocha fuit antecedenter exhibita Compromissarijs electis à
Catallano, & Drogo vna cum libris socialibus ad solidan-
dum computa, qui laudarunt Catallanum remansisse cre-
ditorem, vt in facto.

Nec subsistit, quod tale creditum per dationem insolu-
tum prædij controuersi remanserit penitus extinctum, itaut
non possit amplius reuiuiscere, quia Catallanus non recepit
prædium simpliciter, sed cum expressa conditione ibi —
*quatenus datio insolutum habeat suum debitum finem, & effe-
ctum, & non aliter, nec alio modo*, sub qua forma stipulan-
di cum contineatur reseruatio prioris hypothecæ, & iu-
rium in casu euictionis, † nulli dubium est, quin credi- 22
tores Catallani possint nunc in casu euictionis vti primæuis
iuribus Thes. *quæst. for. lib.* 2. *quæst.* 88. *numer.* 9. Capic. Ga-
leott. *contr.* 32. *num.* 7. *& 8. lib.* 1. Andreol. *contr.* 373. *num.* 22. Rota *post* Cenc. *de Censib. decis.* 289. *& post* Mangil. *de subhast. decis.* 86. *& post* Pacific. de Salu. *decisione* 146. *numer.* 4.

Et ita vtraque &c.

R. P. D. EMERIX.

Romana Pecuniaria.

Veneris 28. Ianuarij 1678.

ARGVMENTVM.

De redditione rationis tractatur, eamque licèt semel redditam, denuò iterum reddendam esse deciditur, quia in primo iudicio quis proprio nomine absolutus erat, & proindè non impediebat, quod nouiter sibi reuiderentur computa, de ijs quæ gesserat tanquam administrator alterius, non solum ex regula generali, quod quilibet gerens aliena negotia, de illis rationem reddere debetur, verum etiam quia ad illam reddendam se particulariter obligauerat.

SVMMARIVM.

1 *Sententia confirmari debet stante illius validitate, & iustitia.*
2 *Validitas, & iustitia sententiæ resultant ex reuolutione actorum, & decisione in causa facta.*
3 *Ratione semel reddita, quis amplius condemnari non debet ad nouam rationem reddendam.*
4 *Sententia lata super noua redditione rationis, non reuocata prima sententia contraria remanet nulla.*
Limita, & declara vt num. sequentibus.
5 *Sententia propria nomine reportata non impedit quod quis condemnari possit tamquam procurator, etiam ad fauorem eiusdem personæ.*
6 *Administrator quilibet rationem reddere tenetur, & ad illam reddendam rectè condemnatur.*
7 *Administrator eo magis tenetur reddere rationem, si se ad illam reddendam obligauit.*
8 *Rationem sibi reddere petens, & ipse etiam vicissim illam reddere tenetur.*

DECISIO CLVI.

Commissa mihi Causa appellationis à Sententia Rota-
li, qua pronunciatum fuit, Iacobum teneri reddere
rationem de diuersis cedulis bancharijs, & varijs pecunia-
rum summis à Gabriele receptis, dedi dubium: An ea-
dem Sententia esset confirmanda, vel infirmanda, eoque
hodie proposito, prodijt resolutio pro confirmatione,
† attenta illius validitate, & iustitia, quæ respectiuè re- 1
sultant † ex reuolutione actorum, & decisione in præce- 2
denti instantia sub die 30. Aprilis anni proximè præteriti
emanata coram Reuerendo Patre Domino meo Vicecomite.

Neque validitas, aut iustitia obumbrari visa fuerunt ex
eo, quod Iacobus conuentus à Gabriele pro solutione scu-
tor. 1060. tamquam procurator Iosephi Gorgot Merca-
toria Barchinonensis, † de eisdem rationem reddiderit, 3
& sententiam absolutoriam obtinuerit, ideoque ea non
reuocata, † nullitèr, & iniustè ad reddendam nouam ratio- 4
nem condemnatus fuerit, contra textum *in cap. inter monasterium, ibique gloss. in verb. confirmantes de sententia, & re iudicata, & in l. semel. C. de Apoc. publ. lib.* 10. ac latè tradita per *Franciscum Muñoz de Escobar. in tractatu de ratiocin. cap.* 41.

Quia responsum fuit Iacobum duplex gessisse negocium, & duplicem repræsentasse personam, vnum nempè

procu-

procuratorio nomine dicti Iosephi, & in ea qualitate conuentus ad soluendum dicta scuta 1060. reportasse sententiam absolutoriam, vt in eius Summario *numer. 4. & 5.*

Et alterum diuersum nomine proprio recipiendo diuersas cedulas bancharias, & pecuniarum summas, vt in Summario responsionis Gabrielis *num. vnica*, & in hac qualitate secundò conuentum, fuisse condemnatum ad reddendam rationem, vt in Summario Iacobi *num. 6. & 7.*

Ac propterea stante diuersitate Causarum, & negocio-
5 rum † nihil obstare sententiam absolutoriam proprio no-
mine reportatam quominus ritè, & iustè condemnari po-
tuerit ad reddendam rationem de gestis, & exactis procu-
6 ratorio nomine, tùm ex regula generali, † quod quilibet
administrator tenetur reddere rationem, de qua *in l secunda*
ff. de negoc. gest. & in l. qui proprio §. procurator ff de procurat.
7 tùm fortiùs ex speciali obligatione, † qua ipse se adstrinxit
8 in apocha, eius Summario *num. 3.* ibi: † Io deuo dare con-
to delle cedule bancharie, In Giacomo Clemente; Ex
qua quia etiam apparet ad manus Gabrielis peruenisse scu-
8 ta 720. † debet ipse vicissim per eadem iura, de his, & alijs
forsan ab eo exactis reddere rationem.

Et in hunc modum conclusum fuit confirmandam esse Sententiam Rotalem, vtraque Parte informante.

R. P. D. EMERIX.

Bononien. Fideicommissi de Amorinis.

Lunæ 31. Ianuarij 1678.

ARGVMENTVM.

De Laudi recognitione, seù publicatione non constabat, verùm quia illud fuerat in transactione approbatum, in eaque etiam insertum, & repertum inter alias scripturas Notarij de dicta transactione rogati, ideò de illius validitate dubitatum non est, non obstante pluralitate de eo opposita, quę & probata non fuit, & de iure præsumenda nõ est.

SVMMARIVM.

1 *Existentia, seu veritas laudi, benè resultat ex actibus antecedentibus, & subsequentibus, & num. seqq.*
2 *Laudum in transactione approbatum quamuis sit minus solemne, vel informe, adhuc præiudicat transigentibus.*
3 *Approbatio ab auctore facta nocet etiam illi, qui ab ea causam habet.*
4 *Instrumentum informe à partibus approbatum plenè probat.*
5 *Laudi legalitas resultat si illud sit repertum inter instrumenta Notarij, qui de eo dicebatur rogatus.*
6 *Recognitio, & publicatio laudi præsumuntur si illud sit in transactione relatum, & inuentum inter alias scripturas Notarij rogati, & num. 11.*
7 *Recognitio manus, & publicatio Notarij non requiruntur in scripturis antiquis adminiculatis, vel ab oseruantia comprobatis.*
8 *Declaratio, & laudum vnum, & idem esse reputantur, maximè si inter se concordant.*
9 *Declaratio enunciata necessario refertur ad laudum, si factis diligentijs, de alia declaratione, vel laudo non constat.*
10 *Pluralitas scripturarum numquam præsumitur.*
11 *Laudum licet careat die, anno, subscriptione, & signo Notarij rogati, adhuc plenè probat.*
Si fuit in transactione approbatum, & repertum inter alios rogitus Notarij rogati ibidem, & num. seqq.
12 *Instrumentum præsumitur à Notario rogatum si in alio instrumento publico de verbo ad verbum fuit expressum.*
13 *Instrumentum in aliqua deficiens, assumit robur ab Archiuio, & obseruantia.*

DECISIO CLVII.

EX vnico fundamento, quod non constet de existentia, & legalitate laudi, cui innititur decisio coram me edita die 30. * Aprilis proximè præteriti, sed tantùm exhibeatur quædam scriptura informis, carens die, anno, subscriptione, rogitu, & publicatione Notarij, subscripta solum per Vincentium Bancium, & Borninum Blancum assertos Arbitros, informantes pro Marchione Hieronymo vrgebant hodie recessum à decisis; Verum quia ex infra deducendis de illis sufficienter constare visum fuit, Domini pro confirmatione responderunt.

Existentia enim, seù veritas eiusdem laudi, † quæ be- 1
nè ex actibus præcedentibus, & subsequentibus colligitur,
Surd. *consil. 153. num. 55.* Cassador. *dec. 3. de procurat.* cum alijs
adductis per Rotam *in Praten. Coadiutoriæ 25. Iunij anni præ-*
teriti coram me; abundè probatur ex eo, quod Vincentius
Bancius, & Borninus Blancus, qui illud protulerunt, & sub-
scripserunt, fuerunt antecedenter per Executores Testa-
mentarios q. Matthæi fideicommittentis ad instantiam Ale-
xandri, & Iulij Cæsaris hæredum electi, & deputati in Arbi-
tros, prout liquet ex memoriali, & deputatione relata in
Instrumento transactionis impresso §. 58. & 61. Quodque
successiuè in transactione paulò post inita cum præsentia,
& interuentu eorundem Vincentij, & Bornini, Alexan-
der assignauit suis creditoribus bona contenta in laudo cum
expressa illius relatione, & approbatione, ibi: In omni-
bus, & per omnia, prout in declaratione per eos, hoc est Vin-
centium, & Borninum supradictos facta, de qua rogatus
fuit Ser Pirrus Belliosus; sicuti enim ista incontrouertibile
ponunt existentiam, & veritatem laudi contra Alexan-
drum † etiamsi illud aliàs dici posset informe, vel minus 2
solemne, vt post Bartol. & Crauett. firmat Rota *coram Caual.*
decis. 122. num. 4. & decis. 640 num. 9. cum seq. ita pariter illa
probant † contra D. Marchionem ab eo causam habentem, 3
ad tradita per Fusar. *de subst. qu. 618. num. 5.* Rota *decis. 184.*
num. 9. par. 6. rec. & in his præcisis terminis Instrumenti
† informis reperti in Protocollo *coram Bichio decis. 643.* 4
num. 6.

Legalitas autem resultat ex eo, quod idem laudum sub-
scriptum fuit ab eisdem Arbitris, vel supra deputatis, te-
stantibus se ita laudasse, negocio maturè discusso, † ac re- 5
pertum inter publicos, & authenticos rogitus Pirri Biliosi,
qui in dicta transactione dicitur de eo fuisse rogatus, Rot.
decis. 250. num. 3. par. 1. diuers. & decis. 714. num. 1. post med. par.
1. & decis. 123. num. 11 par. 4. tom. 2. recen. etiamsi non accesse-
rit recognitio manuum Arbitrorum, nec appareat de publi-
catione Notarij, † quia hæc præsumitur eo ipso, quo 6
laudum fuit relatum in transactione, & inuentum inter
pulicos ipsius rogitus, ex *decis.* mox allegatis; Et ista non
requiritur in scripturis antiquis adminiculatis, † vel per 7
obseruantiam comprobatis, Rota *cor. Seraph. decis. 1481. nu.*
2. cor. Bich. decis. 641. num. 19. cum seqq. & Adden. ad Buratt.
decis. 667. num. 8. & seqq.

Neque legitimè controuerti posse videbatur, quod de-
claratio in transactione enunciata non intelligatur de hoc
laudo, † tum quia concordant bona, & creditores vtrobi- 8
que descripti, & nomen, ac rogitus eiusdem Notarij; Tùm
etiam quia fraternizant laudum, & declaratio controuer-
siarum vertentium inter partes facta per Arbitros vtrim-
que electos, itaut idem fuerit dicere in declaratione per eos
facta, ac in laudo per eos lato, vt per Text. *in l. fin. C. de con-*
trahen. empt. & in l. si merces ff. locati, ferè in his terminis
ratiocinantur Bartol. *cons. 159. num 4. ad med.* Gratian. *di-*
scept. for. cap. 557. num. 26. Tum denique, quia dum factis dili-
gentijs in Archiuio d. Notarij, non inuenitur alia declara-
tio per eos facta, † talis enunciatiua necessario refertur ad 9
laudum, ad excludendam pluralitatem scripturarum, † quę 10
nunquam præsumitur, Bald. *in l. vlt. in fine nu. 8. vers. respondeo*
C. de rebus cred. Crauett. *cons. 193. nu. 1.* Gratian. *discept. 93. nu.*
12. Rota *coram Carill decis. 225. num. 7.*

Nec obstat etiam, quod laudum non contineat subscri-
ptionem, vel signum Notarij Biliosi neque diem, aut annum.
† quia attento quod illud fuit in solemni transactione enun- 11
ciatum, & ratificatum, ac inter publicos, & anthenticos il-
lius rogitus repertum, atque vt supra ab Alexandro, & dein-
dè rursus ab eius filijs in alia transactione cum DD. de Mal-
uasia approbatum, & in eodem de verbo ad verbum rela-
tum, † intrat præsumptio certa de illius rogitu, itaut in eo 12
quod deficit, † assumat robur ex Archiuio, & obseruantia, 13

iuxta

Iuxta auctoritates superius allegatas *in §. legalitas, & in præcedenti decis. §. vltimo*.

Minus facit ad destruendum laudum, quod in eadem prima transactione fiat expressa mentio, & approbatio sententiæ Magonij, quia illa nullam habet repugnantiam, vel contrarietatem cum laudo, dum in vtroque continetur eadem bona, & debita, vt in facto concordato coram me §. 1. & in laudo solum augetur debitum Testatoris, & assignantur pro illius satisfactione alia bona in sententia non comprehensa.

Et ita omissa vlteriori dispunctione partitarum, quæ stante veritate, & legalitate laudi videbantur Dominis benè discussæ in præcedenti decisione conclusum fuit, vtraque Parte informante.

Alia præsentis Causæ decisio est impressa supra in hac eadem parte, vbi est in ordine 57.

R. P. D. RONDININO.

Nouarien. Beneficij.

Lunæ 31. Ianuarij 1678.

ARGVMENTVM.

Quomodo probari debeat valor beneficij in hac decisione concluditur, in eaque firmatur non solum computandos esse illius fructus, etiam incertos, sed adhuc fore deducendas expensas, quæ non referuntur in illo; Rursùs de donatione tractatur quatenus altera inter viuos non solum reuocet præcedentem donationem causa mortis, sed vigore clausulæ annullatiuæ aliarum dispositionum declaret, donatorem voluisse decedere intestatum.

SVMMARIVM.

1 *Valor beneficij expressus; sufficienter iustificatur ex attestatione Ordinarij, & deductis oneribus.*
2 *Valoris sexta pars à Rota deducitur ad saluandam malam expressionem illius.*
3 *Valor expressus cum dictione*, forsan, *tanquam æquiuocus non attenditur.*
4 *Testes probantes valorem beneficij debent excludere incertos, ac etiam expensas referre.*
5 *in Valore beneficij probando debet haberi ratio tam expensarum, quæ illum minuunt, quam emolumentorum, quæ illum augent.*
6 *Donatio causa mortis remanet reuocata per donationem inter viuos.*
7 *Donatio omnium bonorum, & iurium comprehendit iuspatronatus, etiamsi consensus Ordinarij non interuenerit.*
8 *Legatum, vel donatio particularis quatenus differant ab vniuersali ad effectum comprehensionis iurispatronatus.*
9 *Donatio vltima habens clausulam annullatiuam omnium præcedentium dispositionum, non solum illas reuocat, sed ostendit donatorem intestatum decedere voluisse.*

DECISIO CLVIII.

ADhuc Domini dixerunt non intrare arbitrium pro retardanda executione Literarum Apostolicarum, quas cum derogatione medietatis vocum Patronorum obtinuit Ioannes Andreas Torniellus, habens vt expressit, alteram medietatem, ex præsentatione de seipso, facta ab Octauia eius Matre legitima Patrona, quia iterum visum est omnia narrata iustificata fuisse ex fundamentis deductis in decisione Causæ 2. Iunij 1677. coram me, quam hodie renouata disputatione Domini confirmarunt.

Neque in contrariam sententiam Dominos adducere potuit defectus valoris à Scribentibus contra decisionem obiectus, quia cum Ioannes Andreas valorem expresserit in ducat. 24. & vna cum incertis in centum pariter ducatis per
non excessum, † valor iste abundè iustificatus remanet ex 1
attestatione Ordinarij, deductisque oneribus Missæ quotidianæ, quo grauatum est beneficium, Summario responsionis eiusdem Ioannis Andreæ *num. vnico*, habitaque ratione conseruationis Ecclesiæ, illiusque ornamentorum,
& festiuitatum, ac insuper detracta sexta parte, † quam 2
Rota solet concedere ad saluandum malam expressionem valoris, valor ipse satis probatus apparet ex deductis in his terminis per Lotter. *de re benef. lib. 3. quæst. 20. num. 65.* Rot. *coram Bich. decis. 420. num. 15. & 16. & in recent. par. 11. decis. 288. num. 11.*

Non attenta expressione facta in antecedenti prouisione, quia illa non est specificè confecta in tot ducatis certis, sed
cum dictione, *forsan*, † ac ideo vti æquiuoca non valet at- 3
tendi, Rot. *recent. par. 4. tom. 2 decis. 173. num. 9.* quemadmodum non repugnant testes iudicis Ordinarij, quia licèt loquantur de fructibus beneficij, non excludunt tamen in-
certos, † prout opus esset ad probandum verum valorem, 4
in quo statuendo habenda est ratio tam expensarum, quæ
illum minuunt, † quàm emolumentorum omnium, quæ 5
illum augent, ad text. *in l. fructus 7. vbi DD ff. solut. matrim.* Felin. *in cap. ad aures sub num. 13. de rescript.* Gomez. *in regul. de valor. quæstion. vlt.* Adden. *ad Ludouis. decis. 293. num. 12.* & reiecta opinione *Ripæ* dixit Rota *in decisionibus* cumulatis *in Maioricen. Pensionis 8. Iunij 1674. § final. coram me.*

Quo verò ad pertinentiam Iurispatronatus respectu Octauiæ Matris Ioannem Andream filium præsentantis, placuerunt fundamenta deducta in præterita decisione, & videtur Dominis vana prætensio Morbij computare volentis vocem Ioannis Baptistæ Gratioli ei donatam à Comite Manfredo, altero ex tribus Compatronis, quæ cum alia dimidia voce Com. Caroli ex præsentatione Com. Henrici filij eiusdem Caroli, constitueret maiorem partem, cum
Ioannes Andreas habeat solam vocem Octauiæ; † quia 6
idem Manfredus per donationem omnium bonorum postea subsecutam inter viuos, Summario præteritæ positionis eiusdem Ioannis Andreæ *num. 12.* dicitur præcedentem donationem causa mortis reuocasse, Gratian. *discept. 25. num. 32. Modern. Lucen. de pact. futur. success. lib. 3. cap. 13. nu. 126. & 131.* & Rot. *post eum decis. 184. num. 8.*

Dubio autem procul Iuspatronatus comprehensum fuit in hac donatione inter viuos vxori factæ, comprehendente
omnia bona, & iura, † etiamsi Ordinarij consensus non 7
exhibeatur ad differentiam particularis legati, † vel dona- 8
tionis, ex benè deductis per Modern. Lucen. *de pact. futur. success. lib. 2. cap. 39. num. 35. & 36.* Rota *post eundem decis. 121. n. 9. dec. 122. n. 8. 25. 40. & 45. ad decis. 123. n. 3.* Quæ posterior vniuersalis donatio reuocauit antecedentem causa mortis, non solum ex natura rei, sed ex declaratione expressa donantis, qui cum in hac vltima donatione apponi voluerit clausulam annullatiuam omnium præcedentium
dispositionum, † dicitur ex amplitudine verborum voluis- 9
se quamlibet præcedentem dispositionem reuocare, atque intestatum decedere, Rot. *coram Gregor. XV. decis. 446. numer. 8 & 9.* cum quo sensu intelligebant Domini *decis. 305. numer. 3. coram Card. Celso*, cum alijs in contrarium adductis.

Et ita vtraque parte informante resolutum fuit.

R. P. D. TAIA.

postea S. R. E. Cardinali.

Romana Census.

Lunæ 31. Ianuarij 1678.

ARGVMENTVM.

Pro exclusione attentatorum, & executione mandati deciditur, illa quia à tertio, vel altero concreditore sunt commissa, & ideo non præiudicabant agenti causam in Rota, hæc autem quia constabat de credito ex publicis instrumentis, etiam in decisione approbato, quod non remanebat diminutum à relatione Periti facta cum supposito non subsistente, quia stante illius comprobatione in ead. decis. facta, hæc in noua disputa-

tione iuxta ſtylum ſupponenda erat, non autem incidentèr reuocanda.

S V M M A R I V M.

1 *Ratificationi æquipollet ſcientia cum taciturnitate, vbi agitur de commodo, & vtilitate ratificare debentis.*

2 *Attentatis à procuratore commiſſis principalis renunciare tenetur, alias ea dicitur ratificare.*

3 *Attentata committuntur, ſi cauſa in Rota pendente coram alio iudice ſit petitum mandatum, etiam nomine illius, qui agitabat in Rota.*

4 *Perito iudicialiter electo ſtari debet.*

5 *Relatio periti facta cum ſuppoſito quod non ſubſiſtit non attenditur, & num. ſeqq. vbi ampl.*

6 *Crediti quantitas approbata in decis. cauſæ in noua diſputatione ſupponenda eſt, non obſtante relatione periti facta cum ſuppoſito inſubſiſtente.*

7 *Deciſiones antecedenter factæ ſemper in noua diſputatione ſupponuntur, nec incidenter reuocari debent.*

8 *Attentata vnius alteri nocere non debent.*

9 *Attentata commiſſa à tertio non per viam attentatorum, ſed via ordinaria coram iudice ordinario reuocari debent.*

10 *Attentatis ab alio commiſſis ne illa dicantur colluſiua cum parte, ad omnem ſuſpicionem purgandam quiſquis cogitur renunciare.*

D E C I S I O CLIX.

IMpoſuit Hieronymus Palatio ſuo cenſum ſcutorum 2000. illumque vendidit Marco Lepido, à quo medietas, & rata cenſus deuenit in Iulium, & Fuluium ſucceſſores Marci Lepidi, & alia medietas in Marcum; recentèr autem inſtantibus Iulio, & Fuluio, fuit à Rota expeditum mandatum executiuum pro ſcut. 506. contra Ioannem Dominicum ſucceſſorem Hieronymi debitoris, vti poſſeſſorem Palatij, dictumque creditum, & iura mandati Iulius, & Fuluius debitores Marchionis Martij dederunt in ſolutum creditori; Vnde Marchio ceſſionarius, inſtabat pro Palatij locati penſionibus, ad ſibi ſatisfaciendum; ſed Ioannes Dominicus prætendens ſe non eſſe propoſitæ ſummæ debitorem, obtinuit à Rota ſuperſederi in executione mandati, donec à Perito rationes explicitæ exhiberentur, prout exhibitæ fuerunt 20. Iunij 1676. in quibus fructus cenſus debiti Iulio, & Fuluio, aſcendunt ad dicta ſcuta 506. vt in mandato executiuo.

Inſtabat itaque Marchio Martius pro reuocatione ſuperſeſſoriæ vti liquido iam credito ſibi ceſſo, ſed opponebat Ioannes Dominicus, pendente iudicio in Rota Marcum nomine proprio, & aliorum egiſſe coram A. C. pro fructibus cenſuatijs ad ſe ipſos ſpectantibus, & executionem conſumaſſe ſuper quadam Apotheca ſub Palatium, atque adeo attentaſſe; Vnde propoſitum eſt hodie de more dubium duplex: An ſit reuocanda ſuperſeſſoria, & An purganda ſint attentata.

Videbatur alicui attentata ſatis patere, quia pendente
Cauſa in Rota non poterant cenſuarij Creditores adire A.
C. & multo minus proſequi vt ſupra, nihilo obſtante, quod
mandatum non fuerit expeditum à Iulio, & Fuluio cedentibus,
quorum Ceſſionarius eſt Marchio Martius, quia
Marcus egit nomine proprio, & aliorum, & pro ſumma
debita Iulio, & Fuluio, vt conſtat ex tenore mandati, &
ſumma in eo expreſſa, & cum Iulius, & Fuluius, & proindè
Marchio Ceſſionarius non renunciauerit mandato
executiuo A. C. ratificare præſumuntur; nam quando agitur
de commodo, & vtilitate eius, qui ratificare debuit,
1 ſcientia cum taciturnitate † æquipollet ratificationi, Me-
2 noch. *præſ. 39. num. 9. lib. 2.* & in puncto attentatorum, † ſi
Dominus habuit notitiam eorum, quæ fuerunt attentata
per Procuratorem, & illis non renunciauerit, debet enim
3 renunciare, † aliàs cenſetur ratificare; ſcripſit, Lancellot. *de
attent. cap. 1. num. 50. verſ. debet enim, & num. 59 par. 1.* &
præcipuè agente Marco pro conſortibus, & coniunctis, Lan-
cell. cap. 3. numer. 39. & ex nu. 46. d. par. 1. Et ille huius ſen-
tentiæ ſingularis in ea magis ſtabat, quod etiam in meritis
Cauſæ deſiderabat examinari inſtrumenta ſolutionum, tam
4 pro ſorte, quàm pro fructibus † deducta in Summario Ioan-
nis Dominici, ex quibus non ſatis firmatus videbatur cen-
ſus in ſumma ſcut. 1000.

Alij verò DD. relectis, neglectiſque attentatis, vti non
adſcribendis Marchioni Martio, nec illis auctoribus, reuo-
candam eſſe ſuperſeſſoriam reſponderunt; Eatenus enim
fuit conceſſa, quatenus controuertebatur quantitas crediti
ceſſi Marchioni, quos hodie per relationem Periti pro rata
ſpectante ad Iulium, & Fuluium cedentes dilucidè conſtat
fuiſſe ſcut. 506. & dum agitur de huiuſmodi Perito, † ſtan- 5
dum eſt, inquit Rot. *deciſ. 178. nu. 5. par. 14.*

Non obſtante, quod Peritus in alia calculatione reducat
ſummam debitam Iulio, & Fuluio ex fructibus cenſus ad
ſcut. 210. 44. quia calculatio præſupponit cenſum reductum
in ſorte ad ſcuta 800. ex prætenſione Ioannis Dominici im-
pugnata à Iulio, & Fuluio, & ideò ab initio appoſuit: Pre-
tenſioni del Signor Gio: Domenico, & ſubdit: Pretende il
Signor Gio. Domenico, che il cenſo, del quale ſi tratta ſia
ſolo in ſorte principale di ſcudi 800. moneta, il che s'impugna
da' Signori Giulio, e Fuluio, ſenza pregiuditio dell'vna, e
dell'altra parte, per ſodisfare al Signor Gio: Domenico col
ſuppoſto, che ſia il detto cenſo ſolo di ſcudi 800. in ſorte fò la
tal relatione ſeguente, e dico, & vti ad verba Periti: per ſo-
disfare al Signor Gio Domenico col ſuppoſto &c. nullum re-
latio firmat ſtatum, † cui ſuppoſito obſtat, non tantum in- 6
ſtrumentum anno 1622. in quo dicitur cenſus in capitali
ſcut. 2000. & reducitur ad ſcut. 1000. ſed etiam aliud anni
1626. in quo fit ſolidatio vniuerſalis omnium fructuum
cenſualium maturatorum vſque ad illum annum, † ſup- 7
poſito cenſu ſcutorum 2000. & talem ſummam confir-
mat deciſio edita inter has eaſdem Partes 9. Iunij 1673. de
ſtylo ſtatuenda, nec reuocanda incidenter, & hic DD. quie-
uerunt.

Itaque firmato credito in ſcutis 506. non eſt viſus locus vl-
li purgationi attentatorum, quia mandatum A. C. non fuit
petitum à Iulio, & Fuluio, à quibus habet cauſam Mar-
chio Martius, ſed à Marco; qui nihil commune habet cum
illis, † & proindè eius attentata non debent Marchioni 8
nocere, vti facta, & commiſſa à tertio, pro quorum reuo-
catione non proceditur via attentatorum, † ſed via or- 9
dinaria coram Iudice ordinario ad §. *Iudicium quoque cap. 3.
de appellat. in ſexto*, Lancell. *de attent. d. cap. 3. numer. 5. ad-
not. ad* Buratt. *deciſ. 258. in fine*, & placuit DD. ad purgan-
dam † omnem ſuſpicionem colluſionis, quod Marchio 10
Martius renunciat dicto Mandato A. C. & exequutioni con-
ſumatæ, vt ad id eſſe facilem, & promptum dicebant infor-
mantes pro Ipſo.

Et ita vtraque &c.

R. P. D. T A I A
poſteà S. R. E. Cardinali.

Rauennaten. Emphyteuſis.

Veneris 4. Februarij 1678.

A R G V M E N T V M.

Filiatio, & nobilitas in eo caſu, quo filius dicebatur ſuſceptus ex muliere nobili, cuius ventris cuſtodia non requiritur, ex coniecturis, & præſumptionibus probari deciditur, maximè in antiquis, quæ hic ex publica atteſtatione verificata eſt, & ex deſcriptione facta in libris Confraternitatum tamquam de perſona nobili, non obſtante atteſtatione muliercula vilis, & mecanicæ, ſe illius ſororis appellantis, cum potuerit ipſa vel nobilitatem amittere, vel altera mediantibus diuitijs illam acquirere, de quibus ideo plura in præſenti deciſione deducuntur.

S V M M A R I V M.

1 *Filiatio eſt difficilis, niſi etiam quaſi impoſſibilis probationis.*

2 *Filiationis probatio inter arbitraria iudicum reputatur.*

3 *Filiatio an ſit potius bonæ fidei, quàm ſtricti iuris iudicium.*

4 *Filius*

4 *Filius natus ex coniugibus carceratis & custoditis quatenus, & cuius filius esse reputetur.*
5 *Filius an per aereos dæmones possit esse procreatus.*
6 *Custodes ipsos qui custodiat.*
7 *Suitas potius vera, & certa esse potest, quam filiatio.*
8 *Filiatio reputatur difficilis probationis, maximè in antiquis.*
9 *Filiatia in antiquis eo magis verificatur indicijs, coniecturis, & rationibus.*
10 *Nobilis ex quibus aliquis dici possit, & esse reputetur, num. seqq.*
11 *Filiatio apud Venetos probatur ex publica voce, & fama, nec requiritur alia probatio, quod mater fuerit retenta in schemate concubinatus.*
12 *Filiatione probata, succedit legitimas filij si matrimonium subsequutum sit.*
13 *Matris retentæ in schematæ concubinatus non requiritur probatio custodiæ, quoties illa erat nobilis.*
14 *Nobilitati, non detrahit dictum personæ vilis, & mechanicæ, appellantis se fratrem, vel sororem alicuius personæ nobilis.*
15 *Nobilitas antiqua à persona postea vili, & mechanica dicitur amissa cum de facili amittatur, & deseratur.*
16 *Diuitiæ nobilitant possessorem suum.*
17 *Diues clarus erit, fortis, iustus, & sapiens, ac etiam Rex secundum Horatium.*
18 *Nobilitas quatenus ex diuitijs siue virtutibus acquiratur.*
19 *Nobilis non dicitur ille, cui nobilitas sola est atque vnica virtus.*
20 *Paupertas ignobilitat, & nobilitas perditur ob paupertatem.*
21 *Nobilitas in paupertate est contemptui, ac ludibrio.*
Nobilitas per artes, & sordes amittitur nu. 21.

DECISIO CLX.

IN decisis 29. * Martij 1677. hodie Domini vnanimes steterunt pro immissione Francisci Actoris, nihil nouum opponentibus mulieribus Reis pro recesso à decisis, nec parum proponente Actore Francisco ad confirmationem, & roborationem decisionis.

Quoniam filiatio Aloysij ex Francisco, (vt dicebant Do-
1 mini) est per se difficilis probationis, † & difficilis quidem
2 quasi pro impossibili, itaut inter arbitraria iudicum † illam
notauerit Menoch. *cas. 89.* quidquid scripserit bonæ fidei
3 potiùs, † quam stricti iuris Bart. *ad l. primam C. quorum*
4 *bonorum num.* 2. de viro, & vxore carceraris, † & custoditis,
ex bonæ fidei quoque magistro suo Iacobo Butrig, quos redarguit Paleot. *de noth. & spur. cap.* 21. *num* 7. per aereos dę-
5 mones, † & testes, vti probationes indirectas *nu.* 8. & melius
Alciat. *parerg. cap.* 2. *lib.* 10. & potior Iuuenalis, nam quis
6 custodiat † ipsos custodes? solo excepto casu veræ, certæ-
7 que suitatis † potiùs quàm filiationis apud Paleott. *d. cap.* 21. *num. vltimo.*
8 Et quia difficilis est probationis, † præsertim huiusmodi
filiatio post tantum tempus tot annorum à natiuitate Aloy-
9 sij 28. Ianuarij 1584 more Veneto remanet, † quantum potest verificata indicijs, & coniecturis, & rationibus ad *cap.* 10. *de probat. &* Rot. *coram Dunoz. inn. decis.* 981. *num.* 2. *cum alleg. & cum pluribus decis.* 309. *nu* 1. *par.* 10.

Ex facto, nouoque Summario Francisci Actoris Cassandra etiam cum suo cognomine à Magistratibus Venetis appellatur nobilis, filia Clarissimi Domini Marci, sicut & ab alijs Nobilibus etiam eius Aduersarijs, & talis descripta est in libris Confraternitatis Nobilium personarum, in quibus
10 soli Nobiles describuntur, † idque confirmant testes de conuersatione Cassandræ cum mulieribus Nobilibus, & sic descripta est Clarissima Domina Cassandra, quondam Clarissimi D. Marci, & apud ipsam eius filius, & in Literis Ducalibus, & Magistratuum Aloysius dicitur filius Nobilis Francisci, adeoque ad publicam vocem, famamque descriptam, & literis commendatam.

Et præclarum est testimonium Aduocatorum Veneto-
11 rum publicam vocem & famam apud Venetos † facere plenam probationem filiationis, nec requiri aliam probationem, quod mater retenta fuerit in schemate concubinatus.
12 Probata, immo constante visa filiatione, † visa est quoque probata legitimitas, vti probato matrimonio per testes, & alia in decisione à §. *de legitimitate.*

Nec obstitit non probata custodia matris oppositæ igno-
bilis, † quia veriùs, & clariùs nobilitas probata est, vt 13
supra etiam communi existimatione, quidquid occasione testamenti conficiendi quædam fœmina ignobilis vidua me-
chanici Artificis † dixerit, contulisse se ad domum Cas- 14
sandræ Sororis, ibique vocasse Notarium pro recipienda, & scribenda sua voluntate, & Bartholomæus filius, & hæres huius Testatricis in suo testamento legando Aloysio filio Cassandræ illum appellauerit sobrinum suum, quia si fuerat sobrinus, poterat esse naturalis, & vtcumque fœminam illam vel amisisse, vel neglexisse nobilitatem, maximè cum illa dixerit, *l'Illustrissima Signora Cassandra*
mia sorella, & sine titulo, *Bartolomeo mio figliuolo.* † Vt 15
facilè nobilitas deteritur, & deseritur, & in primis cum di-
uitiæ † nobilitent apud Tiraq. *de nobil. cap.* 3. & quidem 16
primariæ, *vbi num.* 6. ex Horatio, *Diues clarus erit, fortis,*
iustus, sapiens, etiam Rex; † Præ virtute quoque apud ip- 17
sum Tiraq. fortè ex opinione nimis communi de virtute agentem *seq. cap.* 4. quidquid ibi *sub nu.* 4. contra communem
senserit Iuuenalis, cui *nobilitas sola est*, † *atque vnica vir-* 18
tus; Atque ita ignobiliter paupertas, † & nobilitas per- 19
datur ob paupertatem *ca.* 25. † & quod durius est nobilitas est 20
contemptui, † ac ludibrio, vbi est paupertas *num.* 9. & 10. 21
& genus, & virtus, nisi cum re, vilior alga est, ex Horatio *ibidem nu.* 10. & amplius de artibus, & sordibus etiam Tiraquell. *cap.* 34. & 35.

Cætera DD. habuere pro repetitis ex decisis, proindè non repetenda in præsenti confirmatione decisionis.

Et ita vtraque parte informante resolutum fuit.

Supra in hac eadem parte adest alia præsentis causæ decisio 44.

R. P. D. RONDININO.

Bononien. Transactionis.

Veneris 4. Februarij 1678.

ARGVMENTVM.

Per transactionem fuerat à lite recessum cum obligatione soluendi annuam præstationem alteri ex transigentibus, qui pro soluente in certum casum inseruire teneretur; Cumque hic amplius sine sui culpa seruitium præstare non posset, recusabat alius summam conuentam persoluere, sed ad solutionem condemnatur, nedum quia de quasi possessione exigendi constabat, verum etiam quia obligatio præstandi seruitium erat modalis, quamuis per viam conditionis à partibus sit expressa, & ideo ea cessante, cessare non debuerat transactio.

SVMMARIVM.

1 *Transactio facit probationem probatam.*
2 *Manutentio in quasi possessione exigendi datur illi, qui in ea vigore transactionis existit.*
3 *Conditio in transactione apposita si amplius adimpleri non potest, quatenus faciat cessare ipsam transactionem, & num. seqq.*
4 *Causa finalis transactionis dicitur illa propter, quam ad transactionem est deuentum, non autem quod solum consequutiuè, & cohærenter eius vigore fuit promissum.*
5 *Annua præstatio transactioni correspectiua, cessare non debet, licet adimpleri non possit quod solum consequutiuè, & cohærenter ad illam est promissum.*
6 *Conditionem non inducit solum verbum* conditio *in instrumento appositum, & quare.*
7 *Contractus conditionalis deficiente conditione corruit, limita vt num. anteced. & seqq.*
8 *Contractus, seu dispositionis substantia, ac mens contrahentium magis inspicitur, quam cortex verborum.*
9 *Transactionis finis reputatur solus recessus à lite, pax transigentium, & acquisitio iuris cessi.*
10 *Medus non conditio dicitur illud, quod adimpleri debet*

poſt emolumentum quæſitum , quamuis conditio nuncupata ſit.

11 *Seruitium pro alio ad formam tranſactionis præſtare obligatus eueniente caſu debet ſupplicare ſuperiori, vt ſibi facultatem inſeruiendi concedat.*

12 *Obligatus aliquid implere, ſi quoquomodo hoc facere non poſſit, ad damna, & intereſſe tenetur.*

13 *Manutentio etiam in gradu appellationis petitur, & conceditur, ac etiam in qualibet inſtantia.*

D E C I S I O CLXI.

FRanciſcus Mateſilanus, & Bartholomæus Comellus Bidelli extra numerum Archigymnaſij Iuriſtarum Bononiæ, cum per obitum Franciſci Druſij Bidellij numerarij in eius locum ſubrogari, inuicem contenderint, ad componendam diſcordiam conuenerunt, vt Mateſilanus effectum controuerſum obtineret, illique poſtea fortaſſe prædefuncto, Comellus in officio ſuccederet, quibuſdam adiectis pactis, inter quæ aderat promiſſio annuæ penſionis lib. 120. eidem Comello à Mateſilano ſoluenda: cum verò in ſolutione prædictæ penſionis vigore cuiuſdam decreti ab Vniuerſitate Bononiæ obtenti, Mateſilanus ceſſaſſet, introducta lite ſuper tranſactionis obſeruantia, illam nullam Eminentiſſimus Legatus Bononiæ declarauit, ſed cum A. C. in altera inſtantia mandatum de manutenendo in quaſi poſſeſſione exigendi hanc penſionem conceſſerit, atque per cedulam infirmauerit decretum Eminentiſſimi Legati, Signatura mihi reſcripſit cum clauſula, ſi quid exequendum. Dato itaque dubio, An, & de cuius bono iure conſtet, etiam ad effectum manutentionis, de illo fauore Comelli conſtare reſponſum fuit.

Ius enim Comelli fundatur in Inſtrumento concordiæ ſu-
1 perius enunciato, † quod, vt notiſſimum eſt, facit probationem probatam, vigore cuius cum ipſe probet plures exactiones controuerſiæ penſionis, hinc etiam ſequitur, quod eidem ſit danda manutentio vulgato *§. retinendæ inſtitution. titulo de interdict.* cum concordan.

Neque aduerſatur, quod in tranſactione fuerit dictum, quod Mateſilanus ſolueret Comelio annuas libras 120. cum conditione, quod iſte inſeruiret Vniuerſitati, quando Mateſilanus eſſet infirmus, vel abſens ratione itineris, quæ conditio non poteſt amplius hodie adimpleri à Comello, ob decretum editum ab Vniuerſitate Bononienſi, in quo mandatur, vt Mateſilanus non poſſit inſeruire per ſubſtitu-
3 tum, † quia Cauſa finalis deueniendi ad prædictam concordiam fuit renunciatio, quam fecit Comellus fauore Ma-
4 teſilani ſuper lite, quæ inter ipſos vertebatur † ratione Bidellatus; Hinc ceſſante etiam ſeruitio, quod conſideratum fuit, non tamquam finis tranſactionis, ſed tamquam quid promiſſum ad ipſam cohærens, ceſſare non debet annua
5 præſtatio ad eandem tranſactionem † correſpectiua per modum finis, vt in his, & in fortioribus terminis, & ratione Textus *in §. affinitatis inſtit. de nupt.* Tiraqueil. *in tract. ceſſante cauſa limitat. 22. num. 1. & 2.* Rota *coram Eminentiſſimo Ottbobono deciſ. 25 num. 10. & in rec. par. 4. tom. 1. deciſ. 348 ſub num. 2.*

Non enim ad inducendam conditionem ſat eſt, quod di-
6 catur, † *con conditione*, quaſi exinde inferatur, vt contra-
7 ctus conditionalis † deficiente conditione corruat, quia magis inſpicitur ſubſtantia diſpoſitionis, & mens diſponen-
8 tium, † quam cortex verborum, itaut cum nemo negare poſſit, finem præſtationis annuæ fuiſſe receſſum à lite,
9 † pacem tranſigentium, & iuris ceſſi acquiſitionem, ſeruitium verò debitum fuiſſe in caſu euenientis neceſſitatis, &
10 ſic poſt emolumentum quæſitum, † hinc fit, vt referatur potiùs ad modum adiectum contractui in eſſe deducto, quàm ad conditionem illius effectum ſuſpendentem, antequam in eſſe producatur, iuxtà Theoricam Bartoli communiter receptam in *l. quibus diebus §. Termilius num. primo 5. & 6. ff. de condit. & demonſtrat. & conſil. 4. num. 1. & ſecundo vol. primo,* benè Cyriac. *controuerſ. 247 num. 29.* Altograd. *conſil. 84. numer. 6. volum. primo,* Rota *coram Coccino deciſ. 240. numer. 5. & in recent. parte 8. deciſ. 217. illo eodem numero, & in Ferrarien. fideicommiſſi quinta Martij 1667. §. Defuncto coram Cardinali Vicecomite, & in Neapolitana hæreditatis 13. Martij, & 29. Iunij 1673. in princip. coram me.*

Quando itaque veniret caſus, quod Comellus inſeruire
11 debeat † pro Mateſilano, poterit ille ſupplicare Vniuerſitati, vt ſibi facultatem concedat inſeruiendi pro iſto, quæ deindè ſi negetur, † erit ſolùm adſtrictus ad ſoluendum Ma- 12
teſilano quanti intereſt Comellum pro ipſo inſeruiſſe, *l. ſi pro fundo 33. & ibi gloſſ. C. de tranſact.* Surd. *deciſ. 266. num. 12.* Ioſeph. Ludouic. *deciſ. Peruſ. 101. nu. 16.* Mangil. *de euict. quæſt. 142. numer. 18. & ſequentib.* Rota *recent. par. 3. deciſ. 131. num. 4.*

Neque ad impediendam manutentionem Comello viſum eſt obſtare decretum contra eum latum ab Eminentiſſimo Legato, quia cum illud reſpiciat petitorium tantum, & nedum fuerit per appellationem ſuſpenſum, ſed ab Auditore Cameræ reuocatum, non poteſt eidem negari manutentio, † quæ datur poſſidenti pendente lite in qua- 13
cumque inſtantia petatur, Neuizan. *conſil. 81. numer. 17.* Roland. à Valle *conſil. 8. numer. 24. & ſeqq. volum. 4.* Rota *coram Bichio deciſ. 585. numer. 8. & ſeqq.* Gregor. XV. *deciſ. 275. & num. 9. & apud* Polthium *de manutent. deciſ. 163. nu. 2. & in Romana annuæ præſtationis 12. Decembr. 1672. §. Concluſio coram me.*

Et ita vtraque parte informante reſolutum fuit.

R. P. D. C A L A T A I V.

Romana Saluiani.

Veneris 4. Februarij 1678.

A R G V M E N T V M.

De Priuilegio dotis tractatur ad vulgatam *Auth. res quæ C. communia de legatis*, illudq; duplici prærogatiua notatur, Primo, quod ſuam anterioritatem deſumat à die obitus fideicommittentis, & ideo cuicumq; intermedio creditori præferatur, Secundo, quod habeat locum etiam ſi dos fuerit tradita vltimo fideicommiſſario, in quo fideicommiſſum expirauit, & demum quod d. priuilegiũ in ſingularem ſucceſſorem non tranſeat.

S V M M A R I V M.

1 *Sententia ſi eſt valida, & iuſta confirmari debet.*

2 *Creditum dotale regulariter ſuam ſumit anterioritatem à die contractus matrimonij, limita, vt num. ſeq.*

3 *Mulier agens pro reſtitutione dotis vigore* auth. res, *quæ anterioritatem, & potioritatem deſumit à die obitus teſtatoris.*

4 *Mulier pro reſtitutione ſuæ dotis in bonis fideicommiſſi, cuicumque intermedio creditori præfertur.*

5 *Fideicommiſſo expirato, bona in fideicommiſſario remanent libera, & ipſius proprium patrimonium efficiuntur.*

6 *Priuilegium* Auth. res quæ C. comm. de legatis *habet locum etiam ſi dos fuerit conſignata fideicommiſſario, in quo fideicommiſſum expirauit.*

7 *Hypotheca dotis adeo remanet infixa bonis fideicommiſſi, vt tranſeat in quemcumque poſſeſſorem, ad quem bona fideicommiſſaria peruenmant.*

8 *Priuilegiam* Auth. res, *quæ in ſingularem ſucceſſorem non tranſit.*

D E C I S I O CLXII.

DOmini exiſtimantes validam, & iuſtam ſententiam, qua per Reuerendum Patrem Dominum meum Vbagum præuijs deciſionibus 13. Maij 1676. & 11 Ianuarij 1677. conceſſa fuit Hortenſiæ immiſſio ad domum, de qua agitur, † pro illius confirmatione reſpon- 1
derunt.

Licèt enim creditum Archiconfraternitatis Confalonis deſumat hypothecam vſque ab annis 1602. 1605. & 1606. illud verò Hortenſiæ contractum fuerit tantum de anno 1611. † quo nupſit Franciſco Cribellio, & dos ſoluta fue- 2
rit, attamen cum iſta agat pro reſtitutione ſuæ dotis contra
† domum ſubiectam fideicommiſſo per quondam Ioan- 3
nem Angelum Cribellium eiuſdem Franciſci Auum ordinato vigore *Auth. res quæ C. communia de legat.* ſuam anterioritatem, & potioritatem metitur † à die obitus teſtato- 4
ris longè ante creditum Archiconfraternitatis ſecuti, &

præfer-

præfertur cuicumque intermedio creditori. Rot. *decis.* 199. *nu.1. & per tot. par.8. rec. & firmatam fuit recensitis decisionibus 6. Maij 1676. §. iniustitia, & 11. Ianuarij 1677. §. penult. coram R.P.D. meo Vbago.*

Non obstat, quod fideicommissum expirauerit in Ioanne
5 Baptista Patre † Francisci, & proindecum penès istum dumus controuersia, aliaque bona remanserint libera, & effecta eiusdem proprium Patrimonium per text. *in l. cum Pater §. libertis ff de legat.* 2. Rot *decis.* 228. *num.* 7. *par.* 15. *rec.* non possit esse locus dispositioni d. Authenticæ ad quem effectum attenditur tempus restitutionis dotis Rot. *coram Seraph. decis.* 693. *num.* 5. *& in Romana bonorum 29. Nouembris 1666. §. neque aduersatur cum seqq. coram Reuerendiss. D. Albergato Decano.*

Quoniam cum non solum Francisco, sed etiam Ioanni Baptistæ Patri soluta fuerit dos Hortensiæ, & pro illius restitutione se obligauerit Summario responsionis eiusdem *n.*
6 1. obiectum cessat ex facto, † & quæsitum fuit ius Horten-
7 siæ super bonis fideicommissarijs, † ac hypotheca illius fauore contracta infixa remansit in ipsis bonis penès quemcumque transierunt, & modo extant, Rot. *decis.* 312. *nu.* 2. *& seqq par.6. & decis.* 30. *num.* 12. *par.* 7. *recent.* & firmatum fuit in decisionibus causæ 10. Maij 1675. §. *quoad primam coram R.P.D. Tata, & 13. Maij 1676. §. iniustitia, & 11. Ianuarij 1677. §. quo verò ad secundam coram R.P.D Vbago,* in quibus etiam sublatum fuit repetitum obiectum, quod scilicet Archiconfraternitas euadere possit anterior Horten-
8 sia ex credito dotali Portiæ Matris Francisci, † quia nempè priuilegium *Authenticæ res, quæ* non transit in singularem successorem, & creditum prædictum consumptum remansit per plures alienationes ab eodem Francisco factas, ex ibidem deductis.

Et ita vtraque parte informante resolutum fuit.

Plures decisiones in hac causa emanatas adnotauimus supra in alio præcedenti tomo 2. partis 18. recent. ad decis. 710. infra verò sub die 13. Iunij eiusd. anni 1678. erit altera decisio præsentis confirmatoria coram Reuerendiss. D. Damasceno.

REVERENDISS. D. ALBERGATO
Sacræ Rotæ Decano.

Romana, seu Albanen. Bonorum.

Lunæ 7. Februarij 1678.

ARGVMENTVM.

Initus erat contractus pro persona nominanda, sed verè, & realiter contrahens illum pro seipso acquisiuerat, quem licet postea nominatio cesserit, seu personam declarauerit, hoc tamen non in executionem præcedentis contractus, sed nouiter nouisque conuentionibus factum est; Vnde ipsum euictionem præstare debere in præsenti decisione resoluitur, vbi hæc materia latissimè declaratur.

SVMMARIVM.

1 *Iuris censuram alterat mutatio terminorum.*
2 *Coniecturæ ponderandæ sunt ad disponendum intentionem contrahentium.*
3 *Emere non præsumitur, qui caret pecunijs, cum ad hunc effectum qualitas personæ ponderanda sit.*
4 *Emptor præsumendum non est emere voluisse pro persona sibi penitus ignota.*
5 *Mandatum ad emendum, quis non præsumitur habuisse à persona, sibi prorsus incognita.*
6 *Emptor si verè emptionem fecisset non pro se, sed pro persona nominanda, pecunias ad hunc effectum sub vsuris non recepisset, nec lites defendisset.*
Sed hæc omnia personæ nominandæ reliquisset ibidem.
6 *Nominatio personæ, pro qua fuit celebratus contractus, fieri debet infra annum.*
8 *Contractum non fuisse factum pro persona nominanda ex obseruantia resultat, & actibus proprio nomine gestis.*
9 *Contractus, quod fuerit initus pro persona nominanda, & quod emptor ideo emit, ne bona suorum maiorum vadant ad extraneos, inuicem pugnant inter se.*
10 *Contractus verbaliter tantum dicitur initus pro persona nominanda, si effectus, & actus subsequuti contrarium demonstrant, & sup. & infra num. seqq.*
11 *Bona propriæ familiæ, & à maioribus acquisita ratio naturalis non patitur in alienam potestatem videre.*
12 *Maiorum imagines proprijs laribus non videre fixas, aut videre reuulsas lugubre admodum est.*
13 *Testis fides ab eo in lecto iacente facta, si morte præueatus ille amplius examinari non potuit, pleaè probat.*
14 *Morte proximus non præsumitur mentiri in præiudicium proximi, & damnationem animæ suæ.*
15 *Emptio si verè facta fuisset pro persona nominanda, nouo tractatu opus non esset, sed nominatio simpliciter successisset.*
16 *Mediatores non adhibentur in contractu iam concluso, sed solum ad concludendam ea, quæ in fieri consistunt.*
17 *Contractus, in quo pretium alteratum est, vera nominatio dici nequit, & nu. 20.*
18 *Contractus secundus si fuisset simpliciter nominatio sequi debuisset cum iisdem pactis, & conditionibus, quibus primus contractus stipulatus est.*
19 *Emens pro persona nominanda gerit vices meri, & nudi executoris.*
20 *Pretium si alteratum est, contractus secundus factus dici nequit in executionem alterius præcedentis.*
Contrahens, & emens pro persona nominanda nihil sibi reseruare posset, sed omnia personæ nominatæ tradere debet num. 20.
21 *Emptio facta pro persona nominanda tota transit in nominatum cum omnibus honoribus, & oneribus, nihilo remanente penes nominantem.*
22 *Nominans de consensu nominati etiam circa alterationem naturæ contractus, potest noua adijcere pacta, & num. seq. vbi vid.*
23 *Contractus initus pro persona nominanda si noua continet pacta, non remanet amplius in terminis puræ nominationis.*
24 *Contractus in naturalibus, & accidentalibus à conuentione partium legem accipiunt.*
25 *Pretium, eiusque alteratio dicitur de substantialibus contractus.*
26 *Contractus substantialia quotiescumque mutantur, vel ille remanet nouatus, aut corruit, aut transit in aliam speciem.*
27 *Denominatio contrahentium non alterat naturam, aut substantiam contractus, quando constat illum non esse talem, qualis à partibus nuncupatus est.*
28 *Gabbella, seu Laudemium quatenus debeatur ex secundo contractu celebrato, vel non celebrato, in exequutionem primi, vel potius alterius, & num. seqq.*
29 *Substantia primi contractus, an dicatur mutata ex augmento maioris pretij facto in secundo.*
30 *Contractus fuerint ne plures, vel vnus inspicitur ad effectum dignoscendi, an debeatur noua gabella, vel non.*
31 *Gabbella, & Laudemium sunt onera consequutiua, & sequelæ contractus.*
32 *Venditor de natura contractus, etiam si nihil dictum sit, adhuc tenetur de euictione.*
33 *Euictio dicitur esse de naturalibus contractus venditionis.*
34 *Emptor habens scientiam oneris rei venditæ agere nequit de euictione.*
35 *Scientia emptoris de onere rei venditæ, seu euictionis tam sequutæ, probari debet, ad hoc, vt ille pro eadem euictione agere non possit.*
36 *de Euictione si sibi cauit emptor, licet illam, vel onera sciuerit, adhuc tamen eadem sibi præstari debet.*
37 *Venditorem ex quibus deducatur de euictione teneri voluisse.*
38 *Venditor si non expressit emptori euictionem sequutam, dicitur in dolo, & num. seqq.*
39 *Tacens negari non potest, quod non sit in dolo, & consequenter teneatur ad interesse, & num. seqq.*
40 *Venditor sciens onera rei venditæ si ea taceat præsumitur fecisse animo circumueniendi emptorem, & sup. à num. 38.*

DECISIO CLXIII.

DEcisum fuerat coram me sub die 21. Iunij 1675. con-
stare de bono iure Magdalenæ, & propterea ipsam
non teneri erga Aloysium de euictione bonorum, de quibus
agitur, hodie tamen integra facti series cum suis circum-
stantijs enarrata ab informantibus pro illo, ac nouæ proba-
tiones exhibitæ demonstrarunt contractum inter hos colli-
tigantes celebratum sub die 28. Octobris 1667. non fuisse
simplicem nominationem, sed veram, & realem venditio-
1 nem. Vndè DD. recesserunt à resolutis † memores, quod
mutatio terminorum alterat, & mutat censuram iuris, vt
sequendo Text *in l. si ex plagis §. in cliuo ff. ad l. Aquil.* inquit
Angel. *cons. 391. in princ.*

Etenim coniecturæ in hodierna propositione ponderatæ,
2 † & in huiusmodi materia ponderandæ ad dignoscendam
intentionem contrahentium, vt admonet Rota in hac ea-
dem causa in decisionibus æditis coram me super admissio-
ne positionum sub diebus 5. Iunij, & 4. Decembris 1676.
indicant, quod Magdalena licet professa fuerit hæc bona
emere pretio scut. 8608. à fratribus pro persona nominanda,
nihilominus verè, & realiter habuit animum acquirendi
pro se, non autem pro Aloysio, quem posteà nominauit,
nàm de eo tempore Aloysius duntaxat ex bonis, quæ possi-
debat, scuta centum recipiebat ad sui substentationem,
cum reliqua inuestirentur pro complendo multiplico ab
eius Patruo ordinato, vt liquet ex depositione testium, &
præcipuè Alphonsi Giani, qui ad multiplicandum Præposi-
tus fuerat à Cardinali Antonio Barberino Executore Te-
stamentario, & quod plus est, Aloysius erat pænitus inco-
3 gnitus † Magdalenæ, vndè redditur nimis inuerisimile,
quod ille carens pecunijs voluerit emere, & præcisè ponde-
rando qualitatem personæ notat Niger. *de Laudem. q. 22. art.*
4 *1. n. 75. vers. quorum tom. 2.* † & quod illa habuerit animum
acquirendi pro persona penitus ignota, à qua verisimiliter
5 mandatum ad emendum habere non potuerat, † vt arguit
Merend. *contr. Iur. lib. 21. cap. 3. vers. dico autem* vt plenè no-
tat Niger. *d. nu. 75.* Hodiern. *ad* Surd. *decis. 226. nu. 4.*

Excluditur etiam animus Magdalenæ emendi pro perso-
na nominanda ex eo, quod loco pretij fratribus persoluendi,
in se accollauit quamplura debita, quorum partem proprio
nomine etiam pecunia sub vsuris ad hunc effectum accepta
persoluit, lites super istis bonis excitatas proprio ære defen-
6 di curauit, † quod certè non fecisset, sed certæ personæ
nominandæ reliquisset si re vera alteri, quàm sibi acquisi-
uisset Surd. *decis. 325. sub num. 9.* præcipuè etiam quia nomi-
7 natio non fuit facta infra annum, † intra quod regulari-
ter fieri debet, vt sentiunt Bald. *cons. 470. sub num. 1. lib. 5.*
Cenc. *de Cens. qu. 67. sub num. 14.* Duard. *eod. tract. §. 3. q. 13. nu.*
16. Salgad. *labyr. credit. par. 2. cap. 13. num. 47. & 48.* Gratian.
decis. Marcb. 125. nu. 5. Antonell. *de tempor. legal. lib. 2. cap. 30.*
nu. 2. & seqq. sed contra omnem verisimilitudinem protra-
cta est per septem, & vltra annos, quibus durantibus Mag-
dalena proprijs sumptibus vineas coluit, & fructus percepit,
eosque sibi appropriauit, aliosque actus dominium inferen-
8 tes exercuit, † quam obseruantiam ad effectum excluden-
di animum acquirendi pro persona nominanda obseruant
Merend. *vbi supra num. 3. vers. dicamus, & num. 7. vers. & si.*
tandiù Hermosill. ad Lopez. *glos. 1. l. 48. par. 5. tit. 5. nu. 5. vers.*
simulatio tom. 2. fol. mihi 323. num. 12. & in decis. edita in hac
causa super responsiones ad positiones 14. Decembris §. quo
verò coram me.

Id ipsum comprobat declaratio emissa in instrumento
emptionis eadem Magdalena profitente emere ne bona
suorum genitorum in alienas manus distraherentur, pugna-
uit enim ad inuicem animus emendi pro Aloysio penitus
9 extraneo, † & declaratio, quod ipsa emebat, ne bona ad
extraneos transirent ad tradita per Hodiern. ad Surd. *decis.*
226. num. 5. Ideò ad euitandam huiusmodi contrarietatem
magis credi debet, quod Magdalena licet verbaliter pro per-
10 sona nominanda dixerit emere, † tamen realiter sibi dun-
taxat acquirere voluerit, mota ex illa naturali affectione
11 expressa in † instrumento, quæ non ita facile patitur bona
propriæ familiæ à maioribus acquisita in alienam potesta-
tem videre, cum sit valdè lugubre in illis sic alienatis ipso-
12 rum maiorum imagines amplius non videre fixas, † aut
videre reuulsas, vt inquit Imperator Constantinus in *l. lex,*
quæ tutores §. nec verò C. de admin. tutor. & aduertit Rota *in*
Interamnen. fideicommissi 15. Februar. 1677. §. quod etiam
vers. Patrij lares coram me.

Clariora redduntur prædicta ex depositione duorum te-
stium formiter examinatorum, qui vnanimiter affirmant
Angelum Sardinum communem amicum istorum colliti-
gantium de anno 1667. pertractasse, & conclusisse cum
Magdalena venditionem cum Aloysio, quod ità testatus
fuit etiam Emilius eiusdem Angeli filius, qui licet non fue-
rit formiter examinatus, nihilominus, quia in lecto iacens
pauloante † obitum medio iuramento recognouit attesta- 13
tionem à se factam, & cum non potuerit formiter examina-
ri propter mortem superuentam credendum est, quod veri-
tatem dixerit, maximè, quia, vt euentus docuit erat iàm mo-
riturus, † vndè nullo modo præsumendum est, quod vo- 14
luerit mentiri in præiudicium Magdalenæ, & damnatio-
nem propriæ animæ, quæ de proximo tremendum Dei iu-
dicium erat subitura *can. sancimus 1. qu. 5.* Menoch. *præs.*
5. lib. 5. num. 7. Rota *decis. 351. num. 10. coram Rembold. &*
in Eugubina Pecuniaria 3. Iunij 1672. §. Præterea coram
me, vndè patet, quod ab initio Magdalena non emit pro
Aloysio, si enim pro isto emisset, vtique opus non fuisset
nouo tractatu, † sed simpliciter facta fuisset nominatio 15
absque interuentu mediatorum, qui non adhibentur in
rebus iàm inter partes conclusis, † sed duntaxat ad conclu- 16
dendum, eaque in fieri consistunt Gloss. *in cap. 1. in verb.*
mediatores de testibus in 6. & in l. 1. in verbo proxenetica
ff. de proxenet. Paris. *de resignat. lib. 12. qu. 11. num. 34.*
cum alijs relatis per Modern. Roman. *de salar. quæst. 83.*
num. 2. & 3.

Demum Magdalena pro se voluisse acquirere, & contra-
ctum posteà gestum inter illam, & Aloysium non fuisse no-
minationem, sed nouam venditionem prorsus independen-
tem à prima emptione, manifestè conuincitur ex alteratio-
ne pretij exbursati per Aloysium, nàm Magdalena emit à
fratribus pro se, & persona nominanda hæc bona pro pre-
tio scut. 8608. & posteà nominans Aloysium auxit pretium
vsque ad scuta 12000. si enim † iste secundus contractus 17
fuisset vera nominatio debuisset sequi cum ijsdem pactis, &
conditionibus quibus fuit stipulatus primus, † cum emens 18
pro persona nominanda gerat vices nudi executoris Dec.
cons. 543. num. 7. Rota *decis. 377. num. 7. coram Cardinali Cel-*
so, propterea cum pretium fuerit alteratum, † sequitur, 19
quod iste vltimus contractus nequeat dici factus in execu-
tionem alterius antecedentis, vt probat Text *in l. pacta con-*
uenta vers. si omnibus ibique gloss. in l. verb. noua emptio ff.
de contrahend. empt. punctualiter Hermosill. *gloss. 1. l. 48. tit.*
5. par. 5. num. 10. in fine vers. quando non sit fol. mihi 215. tom. 2.
Dec. *vbi supra num. 5.* Bertazzol. *de claus. claus. 30. gloss. 12. sub*
n. 10. Faber *in C. lib. 4. tit. 34. defin. 1. nu. 8.* Baron. *de citat. tom. 3.*
singul. 134. num. 5.

Nec subsistit, quod huiusmodi augumentum pretij pro-
cesserit ex additamento mobilium, aut fructuum penden-
tium, quia licet ex facto Magdalenam sibi reseruasse plu-
res cados vini, ac tabulas pictas, aliaque mobilia, quæ
reseruatio nedum diluit obiectum, verùm conuincit hunc
nouissimum contractum, fuisse nouam † venditionem, 20
quæ si fuisset nominatio, Magdalena nihil potuisset sibi
reseruare, sed omnia tradere tenebatur Aloysio, cùm bo-
na empta pro persona nominanda facta † nominatione 21
transeat integrè cum honoribus, & honeribus in nomina-
tum, nihilo pænitus remanente penes nominantem Salgad.
in labyr. credit. quæst. 2. cap. 13. numer. 22. Cenc. *de Cens. qu. 67.*
num. 21. Mangil. *de subst. qu. 95. num. 8. & 9.* fructus verò pen-
dentes iam erant in prima venditione fauore Magdalenę in-
clusi, adeout frustra modo opponat de noua causa illius au-
gumenti.

Nec vrget replicatio, quod de consensu nominati posset
nominans † citra alterationem naturæ contractus noua 22
pacta adijcere ex Palm. *cons. 38. per tot.* & alijs allegatis,
quia huiusmodi auctoritates, vltra quod loquuntur in ter-
minis nominationis ad emphyteusim, eorum opinio ad sum-
mum procedere posset ad hoc, † vt nominans teneatur 23
ad implementum onerum adiectorum, non autem ad effe-
ctum, vt contractus remaneat in terminis nominationis,
& ratio esse videtur, quia in naturalibus, † & accidenta- 24
libus contractus à partibus legem accipiunt Mantic. *de ta-*
cit. lib. 1. tit. 13. nu. 30. & tit. 14. num. 5. Leotard. *de vsur. qu.*
71. num. 18. non autem in substantialibus, † qualis est alte- 25
ratio pretij, & similia, quia tunc si de eisdem partes aliquid
mutant, vel nouant contractus, † aut corruit, aut transit 26
in aliam speciem Cenc. *de Cens. qu. 53. numer. 9.* Leotard.
de vsur. qu. 16. numer. 21. & qu. 62. num. 11. & ideo nihil re-
fert, quod contrahentes in præsenti casu contractum postea
gestum

gestum appellauerint nominationem, quia denominatio
27 contrahentium non alterat naturam, † & substantiam contractus, quando constat contractum in sui realitate, & essentia non esse talem, qualem contrahentes nuncuparunt Mantic. *de tacit. lib. 1. tit. 12. num. 17.* Guttier. *de Gabell. qu. 21. num* 8. Cenc. *de Cens. qu. 49. num. 8.* Rota *decis. 313. num. 3. coram Seraph.*

Atque hæc pariformiter militant quoad Gabellarium, &
28 Dominum directum, † quibus ideò debetur noua Gabella, seù Laudemium, quia ex augumento maioris pretij
29 mutata substantia primi contractus, † nouus omnino, & diuersus resultet, prout ad dignoscendum, an sit unus, an
30 plures contractus, ac noua debita sit Gabella, † & alia similia admonet Bart. *in l. mrisgentium §. adeo sub num. 1. vers. & est ista quæstio*, *ac* Alex. & Ias. *in quæst. ff. de pact.* Gabel-
31 la enim, & Laudemium est onus consecutiuum, † & sequela contractus teste Bald. *in l. 1. an. 8. C. de contrahen. empt.* Cephal. *cons. 553. nu. 7. & seqq.* Guttier. *de Gabello qu. 49. sub num. 3. vers. 3. quia licet*, Niger. *de Laudem. tom. 2. quæst. 18. num. 4. & seqq*

Constito igitur Magdalenam à principio non potuisse habere animum acquirendi, nisi pro se, non autem pro persona incerta, & incognita, & hunc secundum contractum non esse propriè nominationem, sed venditionem, sequi-
32 tur pernecesse venditricem teneri de euictione, † ad quam etiam si nihil fuisset dictum semper tenetur venditor, cum
33 † euictio sit de naturalibus contractus venditionis, vt per Bald. *in l. pacta conuenta ff. de contrahen. empt.* Cenc. *de Cens. qu. 53. num. 19.* dixit Rota *in Romana cambiorum 22. Mart. proximi præteriti §. cum enim coram me.*

Non obstat, quod emptor habeat scientiam oneris rei
34 venditæ agere † nequeat de euictione iuxta text. *in l. si fundum sciens C. de euict.* quia præter quod non probatur speci-
35 fica scientia † Aloisij de euictione de tempore nominationis iam secutæ dixit Rota *in Romana scutor. 24000. 18. Ian. 1630. §. nec etiam mouit coram Cardinali Hieronymo Verelspio*,
36 cessat † difficultas, tùm quia Aloysius expressè sibi cauit de euictione, quo casu dispositio text. *in l. si fundum non procedit*, vt ibidem aduertit Cyn. & dixit Rot. *in dicta Romana scutorum* 24000. Imò ipsa Magdalena id agnouit, dum post contractum initum cum Aloysio concordauit cum Sauo Porcario, accipiendo in locationem vineas ab illo euictas promittendo pro releuatione suæ indemnitatis, & euictio-
37 nis agere contra releuatores, † pecuniasque, & bona recuperanda eidem Sauo in satisfactionem sui crediti assignare, ex quo benè arguitur eius intentio, quod de euictione dictorum bonorum tenebatur Mart. *cons. 143. nu. 21. & seqq.* Rot. *in Bonon. seu Iauuen. cambij 22. Iunij 1672. §. non obstat coram R. P. D. meo Vicecomite*, tùm etiam quia Magdalena expressit in secundo contractu tradere Aloysio omnia bona sibi præcedenter à fratribus vendita, tacens partem illorum
38 nempè vineas à Porcario, † & aquas defluentes ad domum magnam, & viridaria à Plattis fuisse euictas, quamuis hoc illi optimè ex vtriusque litis substentatione innotesceret,
39 † vndè per hanc taciturnitatem dicitur in dolo, & consequenter ad interesse tenetur *l. planè ff. de pericul. & commod. rei vend. l. rectissimè vbi gloss. in verb. decepit ff. de liber. ob*
40 *caus.* nàm eo ipso, † quod venditor scit onera, & tacet præsumitur fecisse animo circumueniendi Emptorem Alex. *cons. 14. per tot. lib. 5.* Cald. *de empt. & vendit. lib. 18. tit. 5. parte quinta numer. 2. in fine tomo terzo fol. mihi 95.*

Et ita recessum fuit à decisis vtraque parte informante.

R. P. D. T A I A.

posteà S. R. E. Cardinali.

Romana, seu Anconitana dotis.

Veneris 11. Februarij 1678.

A R G V M E N T V M.

Perbellis est decisio, tam in materia executionis instrumentorum dotalium vig. Statuti Vrbis *lib. 1. cap.* 85. quod illis tribuit viam executiuam etiam contra tertium, quam etiam, An, & quatenus, teneantur forenses seruare Statuta aliorum locorum, quod in ijs, quæ procedunt ex post facto, propter negligentiam, vel moram debitoris, hic affirmatiuè deciditur, modò tamen solutio simpliciter facta sit, non autem in certo loco promissa.

S V M M A R I V M.

1 *Statutum Vrbis* lib. 1. cap. 85. *tribuit viam exequutiuam instrumentis dotalibus, etiam contra tertium, & plura de eo num. seqq.*
2 *Regula, quod potui nolui, quod volui seruare nequiui quatenus procedat.*
3 *Statutum Vrbis* lib. 1. cap. 85. *de executione instrumentorum dotalium est decisorium, & num. seqq.*
4 *Statutum Vrbis* lib. 1. cap. 85. *seruatur in omnibus Tribunalibus Vrbis inter Ciues Incolas, & districtuales, non autem inter forenses.*
5 *Forensis seruat legem fori, vbi litigat.*
6 *Forensis seruat Statuta loci vbi, & in quo contrahit, vel quasi contrahit num. seq.*
8 *in Iudicio quasi contrahitur.*
9 *à Contractibus ad iudicia valet argumentum.*
10 *Forensis non ligatur Statutis &c.*
11 *Statutum non ligat forenses in his, quæ oriuntur à principio, & ex natura contractus.*
Secus autem in ijs, quæ oriuntur ex post facto, & post ipsum contractum, ibidem, & num. seqq.
12 *Forensis in ijs, quæ à negligentia, vel mora debitoris procedunt ligatur Statutis loci, in quo litigat.*
13 *Solutio si est simpliciter promissa, non autem collata in certum locum, attenditur Statutum loci, in quo est facta petitio.*
14 *Contractus si est celebratus in certo loco, de quo, & in quo etiam sunt partes, & bona, quale Statutum pro illius executione attendatur, & supra sub nu. 4.*
15 *Statutum Vrbis* lib. 1. cap. 85. *de executione instrumentorum dotalium non disponit de bonis, aut personis, sed dirigitur in iudicem exequentem.*
16 *Iudex, cui à Statuto executio actus demandatur, sufficit, vt subsit Statuto, ad hoc, vt illud sit seruandum, quamuis partes fuerint forenses.*
17 *Forum si quis sortitur quoad iudicium, ita etiam illius Statutis ligatur.*

D E C I S I O C L X I V.

PRocedendum ad vlteriora, adeòque ad subhastationem bonorum hodie DD. responderunt confirmando vltima decisa * 26. Martij 1677. vno tamen ex DD. discrepante in modo procedendi † executiuo vigore Statut. Vrbis 1
cap. 85. de executione instrument. dot. de quo excipiebant informantes pro rea conuenta, quia coniuges Actores ab initio hanc viam statuti contra tertios non intentauerint, sed mandatum obtinuerint contra hæreditatem, & bona hæreditaria Antonij, vt ex tenore libelli, & mandati, vndè sit locus regulæ, quod potui nolui, † quod volui adim- 2
plere nequiui, vt inquit Rota *coram Penia*, *vt in edit.* Lugdun. *decis. 1251. num. 4.*

Nec etiam suffragatur Statuto *dict. cap. 85.* quia cum illud
sit decisorium, † vt adnotauit ibi Fenzon. *num. 1. &* Rota 3
post eum decis. 51. in fine, seruandum est in omnibus Tribu-
nalibus Vrbis inter Ciues, † Incolas, & districtuales; non 4
autem inter forenses. Rot. *coram Verall. decis. 207. par. 3.* præcipuè, quod & personæ sunt Anconitanæ, & bona sunt in Territorio Anconæ.

Contrarium tamen placuit alijs DD. quibus visum est
congruè actum fuisse, † & vt dixerunt, quia etiam foren- 5
sis seruat legem fori vbi litigat &c. vt sicut forensis seruat
Statuta loci, † vbi, & in quo contrahit ad Bart. *in l. cun-* 6
ctos populos num. 14. C. de Summa Trinit. & fide Cathol. &c. ita
dicendum est de Statutis loci, † abi quasi contrahit, cum 7
per iudicia † quasi contrahitur *l. 1. §. item scribit ff. de pecul.* 8
& valeat argumentum à contractibus † ad iudicia inquit 9
Surd. *decis. 131. num. 5. 6. & 7.*

Quinimò addebant, quod licet forenses non † ligentur 10
statutis iuxt. notat per DD. *in l. fin. ff. de iurisdict. omnium iu-
dic.* tamen id procedit in his, † quæ oriuntur à prin- 11
cipio, & ex natura contractus, secus ex his, quæ oriuntur
ex post facto, & post ipsum contractum scilicet propter
negligentiam, vel moram, † quia tunc si solutio non est, 12

13 collata in certum locum, † sed ex facta simpliciter pro-
missin, attenditur Statutum loci, vbi est facta petitio in-
quit Rota *post Fenzon. decis.145. §.quod verò, quæ est decisio
764.numer.2.eod.vers. At in tali casu par.4 diuers.* quam ad
verbum referunt Grat.*discept.42.num.41.&* Marchesi.*par.3.
de Com.nullit.sanat.§.3. num.116. & 117.* Rot.*decis.158. post
Fenzon.*

Non obstant, vt dixerunt DD. quod partes, & bona sint
14 Anconæ, † & inibi celebratus contractus.

Quia *Statutum d. cap. 85.* non disponit de bonis, aut de
15 personis, † sed mandat iudicem exequi instrumentum do-
tale statim, vt exhibitum fuerit per iudicem executioni
mandentur &c.& ideò sufficit, vt lis agatur Romæ, & iu-
16 dex subsit dispositioni Statuti, nam qui forum quo ad iudi-
17 cium sortitur, similiter in eius ligatur Statutis, † vt præter
supra allegatos probauit Barthol. alijque cumulati apud
Larreani Granatens. *decis.62.nu.16.*

Et ita vtraque parte informante resolutum fuit.

Supra in hac eadem parte adest altera in hac causa facta decis. coram eadem Eminentiss. D. Cardinali Taia sub dicta die 26. Martij 1677. vbi est in ordine 37. sed istum non tangit articulum.

R. P. D. CALATAIV.

Fanen. Successionis.

Veneris 11. Februarij 1678.

ARGVMENTVM.

Super exclusione matris à luctuosa hæreditate sui filij afferrebatur Statutum Ciuitatis, fani, illam propter certas personas excludentis, sed quia inter eas non exprimebatur auus, qui ad successionem aspirabat, matrem non aliter fuisse exclusam deciditur, cum in hac materia correctoria iuris communis, statutum tantum disponat, quantum loquitur, nec aliquam extentionem admittat, etiam ex maioritate rationis, plura igitur de huiusmodi statutis, eorumque intellectu, in præsenti decisione deducuntur.

SVMMARIVM.

1 *Mater vti proximior suo filio succedit excluso auo remotiore, & nu.11.ac per totam.*
2 *Statutum Fani de successionibus plurimum declaratur, & num.17. ac per totam.*
3 *Casus à Statuto omissus remanet in dispositione iuris communis.*
4 *in Successionib.s proximior remotiori præfertur.*
5 *Statutum mandans, vt in casibus ab eo non expressis seruetur ius commune, nullam recipit extentionem, vel interpretationem admittit, & num.14.*
6 *Mater an censeatur à Statuto exclusa per auum, si excludi debeat à personis descendentibus ab auo.*
7 *Statutum excludens matrem à successione sui filij propter personas ab eo enumeratas non extenditur, ad alias personas literaliter non expressas, & num.16.*
8 *Statutum tantum disponit, quantum loquitur, & quod ipsum non dicit, neque nos dicere debemus.*
9 *Statutum ad correctionem iuris communis ampliari non debet.*
10 *Statutum exclusiuum matris licet non faciat mentionem de patre, quatenus ille etiam eam excludere debeat,*
11 *Auus tanquam remotior in concursu matris filio non succedit, & sup.à nu.1.& per totam.*
12 *Ratio eadem vbi non militat, non habet locum eadem iuris, vel Statuti dispositio.*
13 *Matrem ad excludendam à luctuosa hæreditate sui filij argumenta regulariter non attenduntur.*
14 *Interpretatio non admittitur quando in casibus omissis debet ius commune seruari, & nu.5.*
15 *Statutum excludens matrem propter ascendentes, descendentes, agnatos, & similes personas quatenus procedat, & nu. seqq.*
16 *Statutum exclusiuum matris propter personas ab eo enumeratas, non comprehendit Auum ab eo non expressum, & sup.num.7.*
17 *Statutum excludens fœminas propter dotem, sufficit, quod illæ fuerint dotatæ ob vna ex personis, quæ eas excludere debent.*
18 *Statutum admittens in aliquo casu fœminas ab ipso præcedenter exclusas quatenus procedat.*
19 *Statutum de vno casu, non extenditur ad alium.*

DECISIO CLXV.

TRibus sententijs, præcedentibus septem decisionibus declaratum fuit, hæreditatem Ioannis Andreæ spectare ad Annam eius matrem, non autem ad Franciscum eius Auum paternum, & quamuis mihi deuoluta causa appellationis, Domini die 20. Aprilis 1676. rescripsissent sententiam Rotalem esse infirmandam, à d. tamen resolutione recesserunt die 10. Maij proximi præteriti, & hodie in vltimo decisis standum esse censuerunt ex eisdem rationibus, tàm in antecedentibus, quàm in postrema decisione deductis.

Mater enim de iure communi tanquam proximior succe-
dit filio, † non autem Auus, qui est vno gradu remotior, 1
vulgat Auth. defuncto C. ad Sen.cons. Tertyll. §. si quis igitur
Auth. *de hæred. ab intest. venien.* & Statutum Fanni *cap.66.
de success. ab intest. & intest.* excludens matrem † à succes- 2
sione filiorum, si remanserit filius, frater, vel soror personæ
defunctæ, aut filius fratris, vel sororis, aut Patruus, vel
frater Patruelis, non nominat Auum; † vnde tanquam 3
casus omissus remanet sub dispositione iuris communis, se-
cundum quam in successionibus proximior præfertur remo-
tiori, † *d. Auth. defuncto C. ad Senat. consult. Tertyllian* for- 4
tius dum idem Statutum ordinat, † vt in casibus in eo non 5
expressis seruetur Ius commune, vt aduertunt omnes præce-
dentes decisiones.

Hinc non intrat illatio toties repetita, quod dum personæ
in statuto nominatæ excludunt matrem, multo magis Auus,
à quo dictæ personæ descendunt, debeat illam excludere,
† ne melioris conditionis sit causatum, quàm causa, quia 6
vt aduertit vltima decisio, quando Statutum enumerat cer-
tas personas matrem excludentes, † non extenditur ad alias, 7
literaliter non expressas, illud enim tantum disponit, † quan- 8
tum loquitur, & quod non dicit, nec nos dicere debemus,
minusque ampliare de correctionem iuris communis, † vt 9
præter adductos in postrema decisione *§. non obstat* pluri-
bus exornat Ciriac. *contr.385. num. 14. & seq. & numer. 48.*
Rota *coram Millino decis. 63. numer. 5* & in specie dicti Sta-
tuti respondit Negul. *in silua respons. qu. 87. num. 10. &
quæst. 306. numer. 12.*

Aliud argumentum, quod Statutum non faciat mentio-
nem Patris, & quemadmodum si ille existeret, matrem ex-
cluderet, † ità etiam Auus, nullam habet subsistentiam 10
quia Pater non excluderet matrem totaliter, sed ambo vti
pares in gradu æqualiter concurrerent de iure communi ad
successionem filij, † non sic Auus, qui tanquam 11
vno gradu remotior non succederet in concursu matris pro-
ximioris *d. Auth. defuncto C. ad sen. Consult. Tertyll. §. si
igitur Auth. de hæred. ab intest. venien.* Et sic quando etiam
dici posset, quod attento Statuto, Pater excluderet totali-
ter matrem, quod tamen firmatum non fuit, non inde in-
ferri † valeret, idem dicendum esse de Auo, dùm non mi- 12
litat eadem ratio, Roman.*cons.179.num.22.* cum alijs relatis
per Barbos. *in suis locis argument. loc. 6. num. 3.* maximè in
subiecta materia excludendi matrem † à luctuosa hæredi- 13
tate filij, in qua argumenta regulariter non admittuntur
Bald. *cons. 258. numer. 2. in fine libro tertio*, Ang. *consil.
282.numer. 6.* Rota *coram Gregor. decis.495. num. 5. & in re-
cent.decis.43. num.17. par.7.* & resistente dicto præcepto sta-
tuentium, † quod in casibus non expressis seruetur Ius 14
commune, ex quo censetur interdicta quæcunque statu-
ti interpretatio, vt in præcedentibus causæ decisionibus
fuit consideratum, & signanter in *decis. 46. num.9. par. 14.
recent.*

Ad *cons. Abbat. & Castr. in contrarium adduct.* respondent
omnes decisiones, quod loquuntur de Statuto excluden-
te † matrem propter ascendentes, descendentes, agnatos, 15
& similes, & sic verbis vniuersalibus, aptis comprehende-
re personas in statuto nominatim non expressas, & quam-
uis hodie replicaretur ascendentes, & descendentes non
fuisse ibidem vocatos, sed tantum positos in conditione,

tamen

tamen sufficit; quod statuentes eos saltem in genere considerauerint; *Abbas enim, & Castr. & signanter respectu primi sub num.5. vers. nec purè admittit, & num.6. ad finem, & quad secundum num.5. ad med.* totam vim faciunt in eo, quod ascendentes fuerint positi in conditione, & istorum nomine comprehendi etiam auum, vt apparet ex eorum lectura, in statuto autem de quo agitur non leguntur verba vniuer-
16 salia, † sed numerantur certæ personæ, quarum appellatione nullo modo venit auus, vt prædictæ decisiones aduertunt.

Admotiuum, quod hæreditas Io: Andreæ, consistens in dote Lauiniæ reducatur ad tertiam partem, cùm ista reliquerit alias duas filias fœminas, respondent etiam præ-
7 cedentes decisiones, † & optima ratione quia Statutum fani, *d. cap.66.* mandat, quod filiæ fœminæ, & descendentes ab eis non possint ab intestato succedere Patri, Auo, Proauo, Matri, Auiæ, vel Proauiæ, si remanserint filij masculi, vnus, vel plures, aut nepotes masculi, vnus, vel plures nati ex filio, seu filijs personæ mortuæ descendẽtes ab ipsa matre Auia, vel Proauia, sed in quolibet casuum prædictorũ mulieres illæ si dotatæ nõ essent debeant congruè dotari &c.

Non obstat, quod pro exclusione fœminarum requiratur dotatio ab eo, à cuius hæreditate excludi prætenditur,
18 † quia cum statutum enumeret plures personas, nempè Patrem Auum, Proauum Matrem, Auiam, Proauiam, à quarum successione vult fœminas perpetuò excludi, existentibus masculis, sufficit, quod ab vno ex istis fuerint dotatæ, adhoc vt excludantur à successione omnium, vt in terminis eiusdem Statuti tradit Negus. Iun. *qu.140. num.15. & qu.493. nu.7.* qui reprobat Baldum contrarium tenentem Ciroch. *discept.23. num.20.* Thomat. *decis.187. num.3.* Rota *coram Puteo decis.277. num.1. & coram Seraph. decis.1291. n.1. & in recent. decis.115. num.11. part.8. & decis.329. num.8. par.10.*

Nec releuat, quod statutum in aliquibus casibus admit-
19 tat fœminas dotatas ad successionem eorum, † à quibus dotatæ non fuerunt, quia cum non versemur in illis casibus, statutum non debet ad alios extendi Paris. *cons.40. num.23. lib.3.* Soccin. sen. *cons.81. num.2. lib.5.* Rota *decis.247. numero secundo decis.321. num.13. par.5. & decis.264. num.18. part.6. recentior.*

Reliquis obiectis repudiationis hæreditatis, & relaxationis mandati satisfacit postrema decisio cuius fundamenta iterum Dominis placuerunt.

Et ita vtraque &c.

R. P. D. PAVLVCCIO.

Compostellana Iuris examinandi.

Lunæ 14. Februarij 1678.

ARGVMENTVM.

Suos Parochos iterum examinare prætendebat Episcopus quamuis ab Antecessore approbatos, sed hoc illi denegatur, quia de superuenta inhabilitate non constabat, eaque excludebatur etiam ex effrænata quantitate eorum, qui examinari prætendebantur ad numerum penè sexcentum ascendente, inter quos impossibile erat, omnes effectos fuisse inhabiles, & vlterius quia ex nouo examine Superioris eorum habilitas comprobata erat.

SVMMARIVM.

1 *Episcopus iuxta dispositionem S. Concilij Tridentini habet facultatem examinandi Rectores Ecclesiarum suarum Parochialium.*
2 *S. Rota reuerenter recipit resolutiones Sac. Congregationis Concilij Tridentini.*
3 *Episcopus, vt possit examinare Curatos sibi subditos, requiritur vehemens suspicio superuenientis inhabilitatis ad curam. & num.8. & 18.*
4 *Inhabilitas Parochorum ad nouum examen subijciendorum excluditur, si illi ad numerum effrænatum ab Episcopo examinari velint.*
5 *Inhabilitas in suis Curatis prætensa ab Episcopo cessat, si illi ab alio Superiore examinati, idonei sunt reperti.*
6 *Examen est modus probandi, vel improbandi habilitatem.*
7 *Episcopus nouus potest iterum examinare Parochos, quamuis à suo Antecessore approbatos.*
8 *Inhabilitatis suspicio, vt per eam possit Episcopus denuò examinare Parochos, semel approbatos qualis esse debeat, & num.18.*
9 *Assertiones Episcopi vagæ non sufficiunt super inhabilitate suorum Parochorum.*
10 *Episcopi in arbitrio esse debet Parochorum famam grauare, illos nouo subijciendo examini.*
11 *ab Examine nouo facto ab Episcopo de suis Parochis, datur appellatio.*
12 *Extraiudicialis probatio requisita pro nouo examine Parochorum, & in scriptis tamen redigenda, ipsa etiam ad Iudicem appellationis transportanda est.*
13 *Parochorum habilitas resultat ex eo, quod ipsi parochiale beneficium per concursum sunt adepti.*
14 *Archiepiscopus ex Constitutione Synodali Compostellana qualiter possit denuò examinare, vel interrogare Curatos.*
15 *Libertas, & arbitrium alicui competens semper reducitur ad arbitrium boni viri.*
16 *Verbum*, videbitur, *importat arbitrium boni viri.*
17 *Arbitrij, seu libertatis concessæ non alia tutior regula constitui potest, quàm illa, quæ à Superiore declarata est.*
18 *Episcopus ad hoc, vt prætextu imperitiæ possit denuò examinare Parochos, legitima, & rationabilis causa adesse debet.*
19 *Zelus, & sollicitudo pastoralis licèt laudari debeat, quandoque perniciosè sentiur, & ideo à charitate moderari debet.*
20 *Discretio est mater omnium virtutum, eisque etiam ordinem ponit.*

DECISIO CLXVI.

CONsulta Sac. Congregatione Cardinalium Concilij Tridentini Interpretum per Episcopum Pampilonen. hodie Archiepiscopum Compostellanum circa facultatem † examinandi ad libitum Rectores Ecclesiarum Parochia- 1
lium sibi subiectarum iuxtà dispositionem eiusdem Sac. Concilij *sess.21. cap.6. de reformat.* die 15. Ianuarij 1667. rescripsit Episcopum posse tam in actu visitationis, quàm extra illam examinare Parochos semel approbatos ad Curam Animarum exercendam, quando ex rationabili, & legitima causa vrgeret vehemens suspicio illorum imperitiæ, & ad huiusmodi examen faciendum non esse necessarias probationes iudiciales; Cumque ab eodem Episcopo iterum die 22. Septemb. 1668. quæsitum fuisset, an in actu visitationis Ordinario liceret examinare Parochos, quamuis contra illos suspicio imperitiæ non vrgeret, Sacra Congregatio absolutè respondit negatiuè.

Hinc super huiusmodi decretorum executione emergentibus in dies nouis difficultatibus, fuit tandem deuentum ad concordiam, per quam erigendo conferentias bis in mense habendas in singulis Archipresbyteratibus totius Diœcesis Pampilonen. circa casus Sacramentorum administrationem, & curam Animarum concernentes, remansit probè consultum sollicitudini Episcopi, & Parochorum existimationi, eandemque concordiam laudauit Sac. Congregatio Episcoporum, & successiuè confirmauit S. Sedes Apostolica.

Translatus idem Episcopus à Pampilonensi ad Compostellanam Ecclesiam, Parochorum examen aggrediendo, eandem quæstionem denuo suscitauit, & cum Parochi assererent non esse fidendum secretis denunciationibus, & attestationibus de ipsorum imperitia, quibus Ordinarius nitebatur, ex hac responsione idem Archiepiscopus contumaciam, & maiorem incapacitatis suspicionem arguens, Vicecuratos in eorum Ecclesijs præfecit, declarando eosdem Parochos ad Animarum curam inhabiles, atque ab Ordinum exercitio, & Sacramentorum administratione suspensos, quinimò aduersus nonnullos processit ad suspensionem à celebratione Missarum, iniungendo, vt in aliquo præciso Oppido literarum studijs incumberent, quæ omnia habentur extensa in Summario Rectorum num. 3.

Inter-

Interposita per Rectores appellatione; Reuerendissimus
Nuntius Apostolicus Hispaniarum decreuit remouendos
Viceeuratos, necnon suspendendas censuras, & pœnas ab
Archiepiscopo inflictas; simulque mandanit Parochos ap-
pellantes per Examinatorem Tribunalis Nuntiaturæ de
Collegio Imperiali Curiæ Matriti iterum examinati, qui
illos retulit idoneos ad curam Animarum.

Deuoluta tandem per appellationem Causa in Rota,
mihique commissa, discutiendum proposui: An licuerit
Archiepiscopo, Parochos, seù Rectores ab Antecessore ap-
probatos, iterum examinare, & repertos inhabiles, ab of-
ficio suspendere, & Domini censuerunt non licuisse; quia
ad normam Decretorum Sac. Congregationis Eminentissi-
2 morum Concilij Tridentini † Interpretum, quæ nostrum
Tribunal semper reuerentèr recipit, vt in *decis. 5. num. 12.*
3 *& decis. 60. num. 4. coram bo. me. Cardinali Celso*, † requiri-
tur ad hunc effectum, vt vigeat suspicio vehemens imperi-
tiæ, & superuenientis inhabilitatis ad Curam.

Quæ quidem imperitia in nostro casu longius abesse visa
4 est, † etenim cum Archiepiscopus ad sexcentum ferè Pa-
rochos Diœcesis Compostellanæ examinare voluerit, sicu-
ti ingenuè admiserunt informantes pro illo, & habetur ex
scriptura impressa relata in Summario Rectorum *num. 13.* se-
quitur non forè credibile, quod in ambitu vnicæ Diœcesis
esset adeò ingens numerus inhabilium, in quos de facto vr-
geret vehemens imperitiæ suspicio; idque comprobatum
fuit ab effectu, non solum quia inter sexcentos neminem
reperit, quem potuerit declarare inhabilem, & minus ido-
neum, ijs exceptis; qui noluerunt se nouo examini sub-
5 mittere, d. Summ. eodem *num. 13.* † sed etiam quia isti præ-
textu contumaciæ in non subeundo nouo examine suspensi,
iussu Nuntij Apostolici deindè examinati, fuerunt reperti
6 idonei, & Animarum curæ capaces, † qui quidem est mo-
dus legitimus probandi peritiam, Rota *coram Tænia decis.
444. num. 1.*

7 Et quamuis Ordinario † liceat iterum examinare Paro-
chos ab Antecessore approbatos, *cap. accepimus, & ibi gloss.
in verb. examinari de ætat. qualit. & ord. præfic.* iuncta ead.
*gloss. ad cap. cum secundum in verb. liceat de præb. & dignit. &
d. cap. 6. sess. 21.* Concil. Trid. necnon *Constit. 133. B. Pij V. §.*
8 *insuper in fine.* † Hæc tamen locum obtinent, vbi vehe-
mens vigeat suspicio superuentæ imperitiæ, de qua ad men-
tem Sacræ Congregationis saltem ex probationibus extraiu-
9 dicialibus constare debet in scripturis, † non sufficiente so-
la, atque vaga assertione Episcopi, ne sit in eius arbitrio
10 Parochorum famam grauare, † illos nouo examini subij-
ciendo, Pignatell. *consult. 132. num. 19. lib 1.*

Vnde notauit Barbos. *ad Concil. Tridentin. d. sess. 21. cap. 6.*
11 *num. 9.* † ab huiusmodi examine dari appellationem ad ef-
12 fectum deuolutiuum, ac proindè acta sunt redigenda † in
scriptis, vt possint transportari ad Iudicem ad quem, qui va-
leat ex illorum reuolutione cognoscere validitatem decreti
contra Parochos, ad Rotam *d. decis 444. coram Pierna.*

Imò hæc ipsa suspicio debet esse eo magis fundata, quo in
fauorem Parochorum militat vehemens præsumptio habili-
13 tatis, † ex quo Parochiale Beneficium sunt adepti præuio
examine in concursu iuxta præscriptum Sac. Concil. Tri-
dent. *sess. 24. de reformat. cap. 18.* Oldrad. *cons. 18. post princ.*
Felin. *in cap. ex literis num. 6. de Constit.* Dec. *in cap. cum ve-
nerabilis num. 150. & num. 154. de except.* Pign. *d. consult. 132.
num. 5. tom. 1.*

Nec magis iuuare potest Archiepiscopum Constitutio Sy-
nodalis Ecclesiæ Compostellanæ; Per eam enim non datur
facultas denuò examinandi Parochos semel approbatos,
14 † sed tantùm interrogandi, quomodo se gerant in Sacra-
mentorum administratione, & Animarum cura; & esto
quod libertatem tribuat Archiepiscopo examinandi, quan-
15 do sibi videtur expedire, † attamen exinde dicta libertas
non elargitur aliud arbitrium, quàm boni viri, *cap. 2. in fi-*
16 *ne de iuram. calumn. in 6.* idemque importat † verbum *vide-
bitur*, Bartol *ad l. si sic in princip. ff. de legat. primo, & ad
extrauag. ad regimen. in verb. videbitur*, & huius arbitrij non
17 alia tutior regula constitui valet, † quàm responsum Sa-
cræ Congregationis Concilij requirens vehementem suspi-
cionem imperitiæ, ex legitima, & rationabili causa, quam-
uis ex probationibus extraiudicialibus, in scriptis tamen
18 redactis, † stant laudanda quidem sit pastoralis sollicitu-
19 do, † & commendandus zelus; sed & plerumque (inquit
Bernardus) perniciosus valdè sentitur. Quo igitur zelus
feruidior, vehementior spiritus, profusior charitas, eò
vigilantior opus scientia est, quæ zelum supprimat, spiri-
tum temperet, ordinet Charitatem: † Discretio siquidem 20
omni virtuti ordinem ponit Diu. Bernard. apposité *cap. 49.
in Cantic.*

Et ita, vtraque Parte informante, resolutum fuit.

*Decisiones plures, quæ habentur in hac Causa concordatæ
sunt in calce alterius decis. immediatè sequentis, ipsius etiam in
eadem Causa emanatæ.*

R. P. D. PAVLVCCIO.

Compostellana Iuris examinandi.

Lunæ 14. Februarij 1678.

ARGVMENTVM.

Excommunicati erant Parochi, eo quia recu-
sare prætendebant se subijcere nouo exami-
ni, sed facilitèr absoluti sunt, quia non po-
test Episcopus sine vehementi suspicione
inhabilitatis, & imperitiæ, de qua sibi con-
stare debet in scriptis, illos ad nouum exa-
men compellere: Plura ideò de causis excu-
sationis censurarum in præcedenti decisione
deducuntur.

SVMMARIVM.

1 *Episcopus non potest examinare Rectores Ecclesiarum paro-
chialium, nisi ad normam decretorum Sac. Congregationis
Concilij Tridentini.*
2 *Parochus vt possit denuò examinari ab Episcopo, requiri-
tur vehemens suspicio inhabilitatis, & imperitiæ, de qua
constare debet in scripis.*
3 *Rector excommunicatus ab Episcopo ad hoc, vt se subijciat
nouo examini, absoluendus est, & quando, vide num an-
teced. & seqq.*
4 *Absolutio à censuris datur etiam illi, qui eas non incurrisse
prætendit, saltem ad cautelam, vt tutò possit se ingerere,
aut interesse diuinis.*
5 *Absolutio à censuris eo magis conceditur, si contumacia non
subsistit.*
6 *Excommunicationis fundamentum est contumacia in contem-
ptum clauium.*
7 *Censuras non incurrit qui probabiliter credit, se non posse
compelli.*
8 *Habilis semel iudicatus ad beneficium, ille semper præsumi-
tur habilis.*
9 *Parochus ad curam iam receptus non dicitur contempsisse
Episcopum, eique restitisse, si sine causa ipsum ad nouum
examen volit compellere.*
10 *Obedire non recusat, qui se exhibet promptum obseruare
concordiam.*
11 *Absolutio à censuris latis extra Curiam, etiam sine causæ
cognitione passim conceditur.*

DECISIO CLXVII.

CONsequenter ad resoluta in hac Causa super negocio
principali, in quo dictum fuit, Non licuisset Archie-
piscopo examinare Rectores parochialium Ecclesiarum,
† nisi ad normam decretorum Sacræ Congregationis Con- 1
cilij Tridentini Interpretum, quatenus scilicet præcedat
vehemens suspicio inhabilitatis, & imperitiæ, † de qua 2
constet ex probationibus extraiudicialibus in scriptis, Do-
mini super altero dubio responderunt, eosdem Rectores es-
se absoluendos † à suspensione, & censuris, quibus ab 3
Archiepiscopo fuere innodati, vt eos compelleret ad su-
beundum nouum examen, † saltem ad cautelam, vt tutò 4
Diuinis se ingerere possint, *cap. 2. cap. 7. §. porrò de sententia
excommunicationis in sexto*, & eo magis in proposito casu,
† in quo non subsistit contumacia in contemptum Cla- 5
uium, † quæ est fundamentum excommunicationis, Sa- 6
crum Concilium Tridentinum *sess. 25. de reform. cap. 3.* Co-
narruu. *ad capit. Alma Mater parte prima §. 9. num. 3. & seqq.*
Suarez *de censur. disput. 18. sect. 3.* Sayr. *de censur. libro primo
cap. 9. num. 32.* Sperell. *decis. 39. num. 30. & 33.* † Cum Paro- 7
chi ex rationabili causa crediderint non posse compelli ad
nouum examen, ex quo semel † iudicatus habilis ad be- 8
ne-

9 neficium, semper ad idem præsumatur habilis, † ac proin-
dè dici non potest contempsisse eos auctoritatem Archiepis-
copi, & proterue restitisse, Decian. *consil.54.num.9.& seqq.*
10 *lib.3.* Capic. Latr. *consult. prima num.* 58. præsertim † cum
se exhibuerint seruate laudabilem concordiam, super hoc eo-
dem examine aliàs intima inter Archiepiscopus, tunc Epi-
scopum Pampilonen. & Rectorem Parochialium à sanctæ
memoriæ Clemente Decimo præuia approbatione Sacræ
Congregationis Episcoporum, & Regularium confirma-
tam, Summario Rectorum *num.* 2.
11 Cùm itaque agatur de Censuris extra Curiam latis, †, à
quibus passim consueuit à Rota absolutio concedi sine cau-
sæ cognitione, Put. *decis.39. lib. primi in Nouis*, Rojas *de-
cis.249. num. primo, & secundo, & decis. 195. num. 3. parte
16. Recentiorum, & in Colonien. Parochialis prima Iulij 1669.
coram Reuerendo Patre Domino meo Calasaiu*, eandem conce-
dendam Parochis Domini censuerunt, vtraque Parte in-
formante &c.

Super negocio principali plures decisiones sunt in hac
Causa; Altera, quæ immediatè præcedit, aliæ verò duæ,
quæ apponentur infra sub die 20. Iunij præsentis anni, om-
nes tamen coram eod. R.P. Domino Paulutio.

REVERENDISS. D. ALBERGATO
Sacræ Rotæ Decano.

Imolen. Bonorum.

Lunæ 14. Februarij 1678.

ARGVMENTVM.

Prætendebatur deuolutio propter alienationes factas irrequisito Domino, sed quia dominium fuerat solum ex transactione probatum, illa denegata est, cum satis sit dominum directum ex d. transactione habere ius percipiendi canonem, non tamen petendi deuolutionem; eo magis quia plura etiam concurrebant d. deuolutionem impedientia, & vlterius in omnem casum denegari non poterat restitutio in integrum ad euitandam caducitatis pœnam, de quibus ideo plura in præsenti decisione deducuntur.

SVMMARIVM.

1 *Dominium directum probatum per simplicem transactionem inter Dominum, & Emphyteutam sequutam, non sufficit ad effectum caducitatis.*
2 *Dominus directus non potest petere caducitatem, si per lapsum quinquennij tacuerit.*
3 *Actio petendi rem incidisse in commissum, quinquennio præscribitur.*
4 *Bona Communitatis non alienantur, nisi præuijs edictis, & alijs seruatis solemnitatibus.*
5 *Caducitas non declarata ab auctore, censetur remissa, nec potest amplius à successore prætendi.*
6 *Caducitas non incurritur ex petitione licentiæ alienandi, licèt ab alio, quàm Domino directo obtentæ.*
7 *Credulitas sola sufficit ad euitandam caducitatem.*
8 *Causa quælibet etiam minus iusta, & irrationabilis excusat à caducitate, & pœna.*
9 *Dubietas quælibet sufficit, vt contra deuolutionem iudicandum sit.*
10 *Caducitati locum non esse semper inclinare debemus.*
11 *Rota Romana summoperè studet euitare caducitatem.*
12 *Caducitas excluditur ex nominatione, & reseruatione facta dominij directi.*
13 *Alienatio rei emphyteuticæ, vt dicatur facta irrequisito Domino, requiritur spretus, seu contemptus.*
14 *Alienatio rei emphyteuticæ, vt ex ea inducatur caducitas, requiritur, quod sit facta de re tamquam libera, & pleno iure ad alienantem spectante.*
15 *Dominus directus non dicitur ex alienatione spretus, seu contemptus, si in ea ipso pluries nominatus sit, eique canonem solui declaratur.*
16 *Dominij directi iura confirmantur per alienationem factam cum præseruatione illorum, & declaratione solutionis canonum, & supra num. anteced.*
17 *Caducitas est pœna, & ideo non datur sine dolo.*
18 *Canonis acceptatio facta ab emptore rei emphyteuticæ non præiudicat Domino directo.*
19 *Caducitas non incurritur, si per alienationem ius Ecclesiæ Dominæ directæ non fuit effectum deterius.*
20 *Ecclesia est Mater æquitatis, & ideo non debet esse tenax pœnæ.*
21 *Ecclesia cum aliena iactura locupletari non debet.*
22 *Emphyteutæ aduersus caducitatem incursam ob alienationem factam irrequisito Domino, datur restitutio in integrum.*

DECISIO CLXVIII.

TEnutam nuncupatam le Spezzate, de qua anno 1540.
inuestita fuerat Communitas Imolæ à Cardinali Ro-
dulpho tunc Episcopo, prætendebat Reuerendissimus Mo-
dernus Episcopus incidisse in commissum, suæque Cathe-
drali fuisse deuolutam ob alienationem, irrequisito ipso
Domino directo, factam ab eadem Communitate in Saxa-
tellum, & Codrunchos; quamobrem moto Iudicio super
deuolutione, Causaque Rotæ commissa, proposui dubium:
An Episcopo esset danda associatio ad Tenutam, & nega-
tiuè Domini responderunt.

Quidquid enim sit de concludenti probatione dominij,
quam Informantes pro Communitate prætendebant plenè
non resultare ad effectum deuolutionis ex Instrumento In-
uestituræ concessæ per viam transactionis ad tollendas lites
tunc super ipso dominio directo vertentes, † quo casu cum 1
non possit Ecclesia probare bona ad se aliundè pertinere, suf-
ficit, quod senserit commodum recognitionis, absque eo
quod bona effici possint caduca per alienationem irrequisito
Domino, vt tradunt *Clar. in §. Emphyt. q.18. num.18.* Gratian.
consil.55. num.29. lib.1. cum alijs per Fulgin. *de Emphyt. tit. de
alienat. quæst. 1. nu. 334.* certum est in facto à die alienatio-
nis sequutæ anno 1671. vsque ad diem motæ litis effluxisse
quinque annos, † quorum lapsu sublata fuit Domino di- 2
recto actio ad deuolutionem, cum ius petendi rem, quæ
incidit in commissum † duret per quinquennium, & eo 3
elapso præscribatur, *l. 2. C. de vectigal. & commiss.* & singu-
lariter notat Roman. *singul.479.* Alex. *in addit. ad Bartol. in
l. forma §. si quis veniam ff. de Cens.* Cald. *de Emphyt. extinct.
lib.4. cap 18. num.11.* Mell. *obser. 88. nu.1.* Rota *decis.419. n.29.
coram Dunoz. iun.*

Idque magis, quia de tempore alienationis præerat Eccle-
siæ bonæ memoriæ Episcopus Ghislerius immediatus An-
tecessor Reuerendissimi Episcopi Actoris, qui huiusmodi
alienationem sciuit, aut saltem sciuisse præsumitur, dum
fuit multo tempore pertractata, & ad effectum, vt cunctis
emere volentibus innotesceret, fuerunt affixa edicta, † & 4
seruatæ aliæ solemnitates seruandæ in distractione bono-
rum Ciuitatum, de quibus *in l. vlt. C. de venditione rer. Ci-
uit. lib. 11.* & tradit Choel. *ad Bull. bon. regiminis, cap.32. à
num.8.* & præcessit licentia Sacræ Congregationis bonis Re-
giminis, ac etiam intercessit approbatio Cardinal. Legati
Romandiolæ, & Instrumentum venditionis publicè, &
palàm fuit stipulatum, † ideo dum bon. memor. Episco- 5
pus Ghislerius ex prædictis tamquam notorijs de alienatio-
ne conscius, tacuit, nec caducitatem declarauit, non po-
test modò eius successor illam declarare, quia censetur re-
missa ab Antecessore, Bartol. *in l. 2. num. 2. C. de iur. emphyt.*
quem DD. communiter sequuntur, vt affirmant Paris. *consil.
108. num.33. lib.2.* Fulgin. *de emphyt. tit. de var. caduc. quæst.
9. num.3.* dicens esse magis commune, & æquiorem Rot. *co-
ram Cassador. decis.3. num. 1. & seqq. de locat. & dec.419. num.
8. & seqq. coram Dunoz.*

Quinimò cum instrumento Inuestituræ non fuerit appo-
situm pactum non alienandi sine consensu Domini, licèt
hoc de iure tacitè inesse censeatur, nihilominus cum non sit
literale, & Communitas impetrasset licentiam alienandi
à Sacra Congregatione Boni Regiminis, potuit forsan cre-
dere opus non habere alia licentia, † quæ credulitas satis 6
est ad euitandam pœnam † caducitatis, à qua quælibet 7
causa etiam minus iusta, & irrationabilis excusat, vt post
text. *in l. igitur ff. de liberal. caus.* dixit Rota *in Romana Domus
20. Iunij 1661. §. fin. cor. Reuerendiss. Beuilaqua, & decis.261.
num.5. par.1. recent.* & cum materia caducitatis sit odiosa,
† omnis benigna interpretatio capi debet pro illius exclusio- 8
ne, vt dixit Rota *in eadem Romanæ Domus 5. Iunij 1662. § nec
vrget coram eodem*, & sufficit quælibet dubietatis † ad hoc, 9
vt

vt contra deuolutionem sit iudicandum, Clar. *in §. emphyt. quæst. 8. vers. sed quid*, vbi quod semper est inclinandum in
10 ea parte, † vt caducitati locus non sit, Fulgin. *de emphyt.*
11 *tit. de alienat. num. 303.* vbi testatur de stylo † huius Sacri
Tribunalis, Rota *decis. 199. num. 7. coram Carillo.*

Sed tollitur omnis ambiguitas ex ipsa lectura Instrumenti venditionis, in eo enim expressè enunciatur Tenutam esse de dominio directo Cathedralis Imolen. & illius iura
12 reseruantur, † ex qua reseruatione euitatur omnis prætensa caducitas; nam ad illam incurrendam propter aliena-
13 tionem rei emphyteuticæ factam irrequisito Domino, † requiritur spretus; seu contemptus ipsius Domini directi, iuxta text. *in l. fin. C. de iur. emphyt. cap. potuit de locat.* Rota
14 *decis. 63. nu. 4. coram Andrea*, † & quod alienatio facta sit tamquam de re prorsus libera, & spectante ad alienantem pleno iure, Salicet. *in d. l. fin. num. 8. C. de iur. emphyt.* Bald. *in authen. quas actiones num. 18. C. de Sacr. Eccles.* Rota *decis. 261. nu. 6. versic. vltra quod par. 1. recent.* Amic. *de iur. emphyt. qu. 1. nu. 13.* propterea cum in præsenti pluries in eodem Instrumento asseratur rem esse de dominio Ecclesiæ, illique
15 Canonem pro ea solui, † non potest dici, quod Dominus fuerit spretus, vel contemptus, sed potiùs, quod illius iu-
16 ra † fuerint confirmata, vnde cessat dolus, & malus animus interuertendi dominium, & fraudandi Dominum iure suo, vt punctualiter obseruat Amic. *vbi supra vers. proinde*, Rota *decis. 63. num. 9. versic. & cum, coram Andrea*, & consequen-
17 ter cessat caducitas, † quæ tamquam pœna sine dolo non debet infligi, Mantic. *de tacit. lib. 22. tit. 29. num. 23.* Altograd. *consil. 15. num. 1. & seqq. lib. 2.* Ciarlin. *contr. 17.* Rota *d. decis. 261. sub num. 3. par. 1. rec.*

Non obstat, quod in Instrumento venditionis Emptores promiserint soluere Canonem in manibus Depositarij Communitatis, quæ deindè post venditionem illos iugiter persoluit, quia cum in eodem Instrumento fuerint præseruata iura Ecclesiæ, potuerunt partes inter se conuenire, quod alter eorum Canonem solueret, illumque se accollaret, quia sic commoditas esse poterat illi, qui in se onus sol-
18 uendi † suscepit, quod non præiudicat Proprietario, cuius ius per huiusmodi pactum non læditur, Rota *decis. 579. coram Coccino*, & clarius *decis. 94. numer. 20. parte 13. recentior.*

Prædictis accedit, quod per istam alienationem ius Eccle-
19 siæ in nihilo fuit effectum deteriùs, † ideo ipsa, quæ est
20 Mater æquitatis † non debet esse tenax in pœnis, ne cum
21 aliena † iactura locupletetur, Butr. *consil. 34 num. 2.* Grat. *discept. 43. num. 36.* Amic. *vbi supra num. 13.* Mantic. *de tacit. lib. 22. tit. 28. sub num. 3.* Seraph. *decis. 794. nu. 24.* & in omnem euentum dato etiam per possibile, quod Communitas per hanc alienationem incurrisset caducitatem (quod tamen ex supra relatis non subsistit) adhuc deuolutioni tali casu locus
22 esse non posset, † sed illi veniret succurrendum per viam restitutionis in integrum, vt relato Corbul. & alias aduertit Fulgin. *de emphyt. tit. de solution. can. qu. 1. nu. 171. & seqq.*

Et ita, vtraque parte informante resolutum fuit.

R. P. D. PAVLVCCIO.

Leodien. Decanatus.

Lunæ 28. Februarij 1678.

ARGVMENTVM.

De Electione tractatur quatenus nempè, & quorum voces computari debeant in illa, quique possint per Procuratorem comparere, vel non, an aliquis valeat eligere seipsum, quando etiam infirmitas ad hunc effectum nimis affectata dicatur, & quatenus demum error in hac materia consideretur.

SVMMARIVM.

1 *Capitularium omnium non est habenda ratio, sed eorum solum, qui cæteris vocatis, & non venientibus interfuerunt.*

2 *Capitali auctoritas remanet tantummodo super præsentibus.*

3 *Maior pars præsentium, & interessentium constituit eorum Capitulum, & Collegium, & ab eo factum, dicitur factum à toto Capitulo.*

4 *Electio facta per Procuratorem, etiam non probato impedimento, nec præstito iuramento, si fuit admissa, non potest de nullitate redargui.*

5 *Approbatum semel, non potest amplius reprobari, aut in dubium reuocari. & num. 10.*

6 *Eligentis votum, seu mandatum procuræ factum ante acceptatam renunciationem, & sic ante vacationem, non sustinetur.*

7 *Eligentis votum datum per Procuratorem extra locum Capituli, & sub colore infirmitatis, non attenditur.*

8 *Electio quatenus per Procuratorem fieri possit, vid. num. anteced. & seqq.*

9 *Infirmitatis impedimentum non dicitur legitimum, si quis audita sui electione, statim conualuit ad Capitulum, electioni consensit, & possessionem accepit.*

10 *Approbatio facta ex falsa causa, & per errorem approbantis, non nocet, & num. seqq.*

11 *Error excludit consensum*

12 *Electio facta per errorem, eo detecto, corruit, & annullatur.*

53 *Eligere debens, quatenus possit eligere seipsum.*

DECISIO CLXIX.

Resolutionem emanatam coram me sub die * 10. Decembris prox. præteriti confirmandam Domini censuerunt, ratamque habendam electionem Philippinæ Hernestinæ in Decanissam Capituli vtriusque sexus Oppidi Thoren. & ex ijsdem fundamentis literas Apostolicas ad eius fauorem executioni mandans.

Vera siquidem semper apparuerunt narrata ab eadem Philippina, & supposita in literis Apostolicis prouisionis suæ, ipsam scilicet electam fuisse à minori parte, aut saltem à medietate Eligentium.

Vtcumque enim totum Corpus Capitularium quindecim
votis constet, non tamen omnium habenda est ratio † sed 1
eorum, qui cæteris legitimè vocatis, & non venientibus
interfuerunt, cum tota Capituli † auctoritas tunc penès 2
præsentes resideat, & quod maior pars facit, † omnes fe- 3
cisse videantur, *cap. cum nobis, cap. dudum il primo de electione*, fusiùs in antiqua decretali apud Anton. Aug. *collect. 3. tit. 6. cap. 4.* Cabasut. *in theor. & prax. iur. can. lib. 2. cap. 22. num. primo* Rot. *coram Buratt. decis. 809. num. primo*, cum latè congestis in t. *decis. num. 1.*

Ex quindecim duodecim interfuere, & ex ijs Philippinam sex elegerunt, iamque de legitima electione à medietate Capituli constat.

Neque ex eo numero visum est demendum votum Comitissæ de Leuestein, tamquam datum per Procuratorem,
non expresso legitimo impedimento, & non addito iuramen-
to; † quia cum fuerit ab omnibus Capitularibus, nemine 4
contra dicente, admissum, † de eius validitate non est dis- 5
putandum, nec potest amplius in dubium reuocari, Panormit. *ad cap. quia propter §. illud numer. 4. de election.* Barbos. *de iur. Eccles. lib. 1. ca. 19. num. 110.* Passerin. *de election. cap. 10. num 41.*

Sicut ex opposito ad augendum numerum visum non est computandum votum Annæ Salonæ, quod pluribus de causis fuit relictum à Capitulo, sed præcipuè, quia mãdatum
procuræ non continet impedimentum specificum, & præci-
sum immo neque iuramentum, † & quia fuit factum non- 6
dum admissa, aut acceptata renunciatione, ideoque ante vacationem, Butr. *ad cap. quod indubijs sub num. 9. vbi* Abb. *numer. 8. de renunciat.* Paris. *de resignat. lib. 7. quæst. 1. nu. 28.* Rota *coram Bich. decis. 351. n. 17. & seqq.*

Quo verò ad votum datum per Annam Catherinam,
quæ prætendebatur electa, ad fauorem Iulianæ, quod sub-
stinendum asserebatur ad augendum numerum, insubsi-
stens adhuc fuit visum, † tamquam datum extra locum 7
Capitularem, sub colore grauis infirmitatis, quæ impedi-
ret accessum; cum tamen reuera non esset infirma, saltem
infirmitate adeo graui, quæ præberet impedimentum, ex
quo audita sui ipsius electione † conualuerit statim ad au- 8
lam Capitularem, vbi electioni consensit, & personaliter
possessionem cæpit, † idque indicat impedimentum non 9
fuisse legitimum; Et gratis asseritur præ lætitia ipsam sta-
tim conualuisse, cum nec de præcedenti morbo constiterit.

Nec attendi debet, quod Capitulum semel hoc votum
approbauerit † & semel admissum improbari non debeat, 10
cap. quod semel de reg. iur. in sexto. Cum enim approbatio
sit facta super falsa causa, † & per errorem, qui exclu- 11
dit

dit consensum, *l. si per errorem ff. de iurisdict. omn. iudic.*
12 † errore detecto, gestum corruit, & votum remanet nullum, Iul. Lauor *d. tit. 4. cap. 18. in princ* Tamburr. *de iur. Abbat tit. primo disp. 5. quæst. 3. in princ.* Adden. *ad Buratt. decis. 351. litera B.* Rot. *coram Peutinger. decis. 240. num. 11. & decis. 273. num. 21 & coram Dunoz. iun. decis. 805. num. 6.*

Quæ autem denuò rescribantur de Procuratrice, quæ dederit votum ad fauorem Philippinæ, à qua mandatum
13 procuræ receperat, † quasi eademmet electa videretur elegisse seipsam, quod videtur repugnans, *cap. fin. de instit.* Domini non curanda censuerunt, sed transeundum cum solutionibus iam datis; quibus denuò subscripserunt.

Et ita vtraque parte informante resolutum fuit.

Supra in hac eadem parte adest altera præsentis Causæ decisio, quæ ibi est in ordine 141.

R. P. D. PAVLVCCIO.

Baren. Iurisdictionis.

Lunæ 28. Februarij 1678.

ARGVMENTVM.

Quamuis sola relaxatio mandati, prout etiam sententia, seu decretum possessorem sua possessione non priuent, nisi etiam exequutionis factum interueniat, hoc tamen communiter limitatur in mandato de manutenendo, quod nulla indiget exequutione, quia mediante continuatione possessionis, satis exequutum esse reputatur, imò illius simplex, & sola relaxatio tollit quamlibet detentationem, seù prætensam possessionem alterius.

SVMMARIVM.

1 *Mandati sola relaxatio non priuat possessorem sua possessione. declaratur vt num. 12. cum seqq.*
2 *Sententia, seù decretum est actus merè ciuilis.*
3 *Decretum, & sententia non sufficiunt ad tollendam possessionem, nisi etiam fuerint exequuta. & nu 5. sed vid. nu. 12. cum seqq.*
4 *Possessio est quid facti.*
5 *Exequutionis factum requiritur, vt possessor potuerit sua possessione priuari.*
6 *Actus subsequentes facti in executionem antecedentium, attentati dici nequeunt.*
7 *Qui continuat non attentat.*
8 *Attentare est delinquere.*
9 *in Delictis probationes debent esse concludentes.*
10 *Mandati fines excessisse probari debet, qui prætenditur attentasse.*
11 *Attentata si quis euitare prætendit, in actis declarare debet de non remouendo, aut impediendo cursum mandatorum rotalium.*
& ita obtinere disputationem dubij super bono iure etiam ad effectum attentatorum ibidem.
12 *Mandatum de manutenendo exequutionem non indiget, & quando, sup. num. 1. & seqq. & num. 13. cum seqq.*
13 *in Possessione si quis est, magis possidere non potest.*
14 *Mandatum de manutenendo habet executionem mediante continuatione possessionis, etiam absq; noua apprehensione. & sup. num. 12.*
15 *Manutentio non tradit possessionem, sed traditam declarat, atque confirmat.*
16 *Mandati de manutenendo sola relaxatio reuocat quamlibet detentationem, & possessionem alterius.*

DECISIO CLXX.

CONcessa noua audientia Archipresbytero Terræ Aquauiuæ, redacta fuit ad examen decisio, quæ emanauit die * 10. Maij 1677. coram me, in qua dictum fuit standum in decisis 26. Ianuar. coram bon. mem. Priolo, & pro recessu suadendo plura ex parte Archipresbyteri asserebantur, & præcipuè;

Quidquid sit de mandato de manutenendo, quod asseritur relaxatum ad fauorem Reuerendissimi Archiepiscopi Baren. à bonæ memoriæ Coccino, admissa etiam eius relaxatione, tamen non iustificato ipsum fuisse exequutum, &
exequutione † non probata, sola relaxatio mandati non 1
priuat possessorem sua possessione, Oldrad. *cons. 227. num. 5. vers. sed ad istud*; sententia enim, seù † decretum est 2
actus merè ciuilis, † isque non sufficiens ad tollendam pos- 3
sessionem, † quæ est quid facti, *l. possessionem 29. ff. de acquir.* 4
vel amitt. possession. † nisi accesserit tactum executionis, 5
Rota *coram sanctæ memoriæ Gregor. decis. 546. num. 8. & 9. & decis. 17. num. 4. par. 10. recent.*

Vnde cum decisio, quæ reuidetur in § *finali* admittat actus aliquos particulares fuisse gestos à prædecessoribus moderni Archipresbyteri ante Decisiones Rotales, & ante relaxa-
tionem, & executionem mandati de manutenendo, † iam 6
subsequentes actus Archipresbyteri, & moderni præsertim, tamquam attentati argui non possunt vtpote gestis conti-
nuando, † qui enim continuat non attentat, *gloss. ad cap.* 7
non solum. de appellat. in sexto, & ad Clement. 2. vt lite pendente, Rota *coram sanctæ memoriæ Gregor. decis. 557. num. 2. & 3. & coram Bichio decis. 276. num 15. & decis. 331. numer. 19. & 20.*

Addebatur non probari concludenter Archipresbyterum fecisse actus illos, quos Decisio damnat tamquam atten-
tatos, † cum tamen attentare sit delinquere, Lancellott. 8
de attentat. in præfatione num. 83. & in † delictis probationes 9
debent esse concludentes, *l. fin. C. de hæred.* & quatenus pro-
barentur, † adhuc non constaret Archipresbyterum per 10
eosdem actus excessisse fines mandati Rotalis, cum alijs etiam per Informantes congestis.

Quibus perpensis, Domini standum in decisis censuerunt; Placuerunt siquidem decisionum fundamenta, sed
etiam modum adijciendum, † vt videlicet facta declara- 11
tione in actis per Archipresbyterum de non remouendo, aut impediendo cursum mandati, quoad illos actus, in quibus vigore eiusdem mandati manutenendus est Archiepiscopus, sine præiudicio iurium eiusdem Archipresbyteri in petitorio, videatur de bono iure, etiam ad effectum vlterioris reuocationis attentatorum, idque vt causæ peruetustæ, in qua antiquissimæ sententiæ vigent, altera de anno 1221. & altera de anno 1432. finis cum plena cognitione imponatur.

Eoque adhibito moderamine, de existentia mandati visum non est ambigendum, vel super eius exequutione insistendum, mandatum enim de manutenendo executione
† non indiget, & quando quis est † in possessione, non po- 12
test magis possidere, † & possidendo mandatum habet exe- 13
cutionem, manutentio siquidem non tradit possessionem, 14
† sed traditam declarat, atque confirmat absque aliqua 15
exequutione; Imo per solam relaxationem mandati de ma-
nutenendo † intelligitur reuocata quælibet detentatio, & 16
possessio alterius, Menoch. *de retinend. possess. remed. vltim. num. 57.* Posth. *de manut. obseruat. 106. num. 21* Rota *post eundem decis. 414. num. 7. & seqq. & decis. 647. nu. 34. & 37.*

Nec ad singularia visum est descendendum.

Et ita, vtraque parte informante, resolutum fuit.

Altera præsentis Causæ Decisio est impressa supra in hac eadem parte, vbi est in ordine 69.

R. P. D. CALATAIV.

Leodien. Receptoriæ.

Lunæ 28. Februarij 1678.

ARGVMENTVM.

De sola electione tractatur, quæ ideo annullari prætendebatur, quia non à saniori, sed à sola maiori parte facta erat; sed pro illius validitate deciditur, tùm quia & probatum non fuit minorem partem fuisse saniorem, proindèque maiorem talem præsumendam fore, tùm etiam quia non agebatur de dignitate Ecclesiastica, vel parochiali, sed de simplici officio laicali administratoris, & exactoris, in quo ideò sola maior pars, non autem senior spectatur.

SVM-

S V M M A R I V M.

1 *Electus à maiori parte in concursu, præferendus est electo à minori parte.*

2 *Electio in concursu illa magis attenditur, in qua sanior, non autem in qua maior pars consenserit.*

3 *Electio facta à maiori parte annullari non potest nisi constet minorem partem saniorem fuisse, adeoque præferendam.*

4 *Maior pars de iure præsumitur sanior, nisi contrarium probetur. & sup. n. 3. cum seqq.*

5 *de Incapacitate electionis notoriè constare debet, ad hoc, vt electus à maiori parte non dicatur legitimè electus.*

6 *in Officij prophani collatione, administratoris, exactoris vel similis, sola maior pars eligentium, non autem sanior spectatur.*

7 *Capituli maior pars attenditur in actibus vtilibus, & necessarijs Ecclesiæ, non autem illa, quæ sanior dicitur.*

8 *Actus factus per modum prouisionis, & vsquequo durauerit lis, non præiudicat.*

9 *Clausula*, sine præiudicio iurium partium, *vtriusque litigantis, vel interesse habentis iura præseruat.*

D E C I S I O CLXXI.

VAcante Receptoria in Ecclesia Beatæ Mariæ Virginis Aquisgranen. nouem ex Canonicis elegerunt Iacobum Henran, & alij quinque Matthiam Fleron; Orta autem controuersia super istarum electionum validitate, & Causa mihi commissa, dubitaui: An constet de valida electione Iacobi, itaut ei sit danda immissio, & Domini affirmatiuè responderunt, quia cum ipse fuerit electus à ma-
1 iori parte Capituli, † proculdubio præferendus est in concursu Matthiæ, in quem minor pars suffragiorum conuenit, *cap. quia propter, capit. in Genesi, & cap. Ecclesia vestra il secondo de electione.* Rota *coram Coccin. decis. 899. num. 13. & 1431. num. 8. & 9. & 1464. num. primo, ibique* Addentes *num. 9. & coram bonæ memor. Cardinali Celso decis. 85. num. 9. & decis. 400. num. 1. par. 16. recentior.*

Non obstat, quod in concursu, illa potiùs electio sit at-
2 tendenda, † vbi sanior, quam vbi maior pars concurrit, quia non constat, quod pars minor, quæ Matthiam elegit
3 sit sanior, † prout constare debet ad effectum annullandi electionem factam à maiori parte, vt respondit Rota *coram Coccin. decis. 2088. num. 37. & decis. 2341. num. 38. & 39.* aliàs
4 præsumptio stat, quo etiam maior pars † sit sanior reputanda, vt aduertunt Felin. *in capit. cum omnes n. 19. de Constitut. ibi*: Et caue, quia in Ecclesia maior pars in dubio præsumi-
5 tur sanior, † donec notoriè non constat de incapacitate electionis, Ancharan. *in capit. cum in cunctis nu. primo de elect.* Lauor. *de electione. tit. 4. cap. 19. num. 85. versic. & sic valida* Miranda *in manuale Prælatorum parte prima qu. 23. art. 37. conclus. prima per totam*, Rota *coram Dunozetto iuniore decis. 43. numero octauo & nono.*

Verùm quidquid sit in electionibus ad dignitates Ecclesiasticas, vel Parochiales, cessat in proposito difficultas, dum agitur de collatione officij merè prophani administratoris reddituum Capituli, eorumque fidelis exactionis, &
6 repartitionis, † in quo non attenditur sanior pars, sed maiori parti omnino deferendum est, vt singulariter declarat Felin. *in dicto Capitulo cum omnes num. 19. versic. modo ad intellectum de Constitutionib.* & in fortioribus terminis dixit Rota *coram Dunozetto iuniore decis. 214. num. secundo, & tertio*, eoque magis, quia in Collegiata de qua agitur, ema-
7 nauit sententia Episcopi Leodiensis, † declarans, quod in actibus vtilibus, & necessarijs attenditur maior pars Capituli Rota *coram Dunozetto seniore decis. 74. n. 4.*

Minus releuat, quod deinde Mattheus fuerit confirma-
8 tus in exercitio Receptoriæ ab alijs Capitularibus, † quia hæc confirmatio emanauit per modum prouisionis vsque ad finem litis indecisæ pendentis in hoc Sacro Tribunali, & sine partium litigantium præiudicio, hodierno Summario
9 *numer. 7.* † cuius clausulæ vigore ius vtriusque partis dicitur præseruatum Marta *de clausul. clausul. 157. num. 2.*

Et ita Iacobo tantum informante resolutum fuit.

R. P. D. T A I A.

posteà S. R. E. Cardinali.

Mediolanen. Pensionis.

Lunæ 28. Februarij 1678.

A R G V M E N T V M.

Pensio dicebatur amissa ob officium Consiliarij Regis Mediolanen. à Pensionario exercitum, quod videbatur habere admixtam criminalitatem; Contrarium verò fuit decisum ex amplissima dispensatione Pontificis, etiam quod ille sequeretur Castra, & Miles Lauretanus efficeretur, qui ex Statutis suæ Religionis possunt sese Criminalitatibus immiscere, Rursus, quia d. officium solum per modum condendi leges in delinquentes iudicium exercebat, quod in Consilijs Principium, Clericis non est prohibitum, & demum quia ille potius irregularitatem incurrisset, quam pensionem amisisset.

S V M M A R I V M.

1 *Dispensatus in certis tantummodo casibus retinendi pensionem, extra illos casus illam retinere non potest.*

2 *Clericus amittit pensionem, si exerceat officium, habens admixtam criminalitatem.*

3 *Clericus exercens officium sanguinis, ab officio deponitur.*

4 *Clerici non possunt tenere vices Principum in iurisdictione sæculari exercenda, licet non infligant pœnam mortis, vel detruncationem membrorum.*

5 *Prælatus potest esse Consiliarius Principis sæcularis, sed non debet esse Officialis iustitiæ exercendæ.*

6 *Clericus ex sola assumptione officij sæcularis clericatu priuatur, etiam si casus particulares illi repugnantes probati non sint.*

7 *Criminalitas de directo Statui clericali opponitur, & sup. à num. 2. & num. 11.*

8 *Equites Hierosolymitani ex Statutis suæ Religionis possunt sese immiscere in Criminalibus.*

9 *Habilitatus ad cognoscendas causas Criminales, vt pote est in Religione Hierosolymitana, censetur dispensatus, tam in Religione, quam extra.*

10 *Dispensatio licet de vno casu non trahatur ad alium, suffragari tamen potest, tam in vno statu, vel loco, quam altero.*

11 *Clericus dicitur renunciare clericatui, eo ipso, quo se immiscet officijs, & muneribus sæcularibus suo statui omnino contrarijs.*

12 *Clericus sine trina monitione non priuatur clericatu, etiam si exerceat ea, quæ sibi, saltem in habitu non repugnant.*

13 *Consiliarius Regius Mediolani non prohibetur esse Clericus, & huiusmodi officium exercens clericatum non amittit, & num. 19.*

14 *Regibus, & Principibus à Sacris Canonibus permittitur facultas exercendi iustitiam, consultis Episcopis, Archiepiscopis, & Clericis.*

15 *Fridericus Imperator fuit à Papa Innocentio Quarto Imperio priuatus.*

16 *Imperator habet in suo Consilio non solum laicos, sed etiam Clericos, quorum consilio leges promulgat.*

17 *Pensionarius licet interueniat in Consilijs laicorum, in quibus causæ Criminales tractantur, ad summum irregularis efficitur, non autem pensionem amittit.*

18 *Clericus, vt per interuentum Consilio sæculari pensionem, vel clericatum amittat, probari debet, criminalitatem in eo fuisse tractatam.*

Ipsamque huiusmodi negotio consensisse, vel tacuisse, aut tunc temporis ab eodem Consilio non recessisse ibidem.

19 *in Consilio Regio Mediolani secreto admissi sunt etiam Prælati, & Abbates, quamuis in eo quandoque de causis Criminalibus tractaretur.*

20 *Clerici Consiliarij Principis non efficiuntur irregulares, licet*

licet cum eodem Principe interueniant in legibus condendis ad puniendos malefactores.

21 *Legum Conditores, quamuis sint Clerici non fiunt irregulares, quamuis iudicantes, & pœnam mortis secundum dd. leges infligentes, & quare.*

22 *Leges non intendunt homines occidere, sed eos abstinere à malo, timore pœnarum.*

DECISIO CLXXII.

MArchio Franciscus Maria Senior Præposituram, & Abbatiam S. Abundij Cremonen. Diœcesis resignauit, necnon Commendam, seu Prioratum D. Mariæ de Campo Mortuo Mediolanen. Diœcesis cessit in manus Vrbani s.m., & Summus Pontifex eidem Marchioni Francisco Mariæ habitum, & Crucem S. Ioannis Hierosolymitani suscepturo, & professinnem emissuro, ne ex resignatione, & cessione nimium dispendium pateretur, pensionem annuam ab omni onere ordinario, & extraordioario immunem ducatorum 2257. auri de Camera, videlicet 1612. super Præpositura, & 645. super Prioratu reseruauit, etiam cum regressu ad Beneficia in defectu solutionum, si habitom non recepisset, & professionem, non emisisset. Sed in habitu, & tonsura clericali remaneret, & non alias &c. in literis Apostolicis 29. Aprilis 1637. „Deinde Alexander VII. s. me. particulari induito 16. Augusti 1666. dispensauit pensiones prædictas retinere posse quoad viueret, etiam si matrimonium contraxisset, & coniugatus esset, & Bigamos, & etiam si sæcularis in habitu, & tonsura clericalibus non incederet, & Castra sequeretur pro seruitio Principis &c. in dicto induito.

Postmodum Marchioni Francisco Mariæ: La Maestà Regia fece mercede della Piazza di Consigliero del Consiglio secreto dello Stato: Possessionemque accepit die 10. Martij 1663., præstito consueto iuramento, vnde Abbas modernus Prior, & debitor pensionis vt supra, pensionem prædictam prætendit extinctam. Sed Marchio creditor obtinuit ab A. C. mandatum de manutenendo, ideoque causa ad Rotam deducta, dubitatum est, An pensio sit extincta, & DD. non esse extinctam vnanimes, nec difficiles hodie responderunt.

Dicebant quidem informantes pro Priore debitore Pensionatij, Consilium secretum Mediolani nedum in modicis votum consultiuum habere, Gubernatore status actu Regente, & Gubernante, sed eo defuncto habere Gubernium, cum omnimoda auctoritate, & dominio Gubernatoris, vt in Regijs Reformationibus, & sic defuncto Gubernatore 26. Decembris 1668. Consilium assumpsisse Guberniom, illudque produxisse vsque ad 11. Februarij 1669. & omnia gessisse præsente Marchione Francisco, & præcipuè ordinasse: Che restino confermate le Grida. Bandi, & Ordini fatti publicare da S. E. sì come da qualsiuoglia altro de suoi antecessori, e che li Giudici, & ogn'altro Ministro, à chi tocca puntualmente l'eseguischino con la douta, e retta amministratione per Giustitia &c. è rinuouino tutte le Grida. Bandi, Prouisioni, Ordini &c. publicata 1. Ianuarij 1669. & proinde Marchionem Franciscum Mariam, neque Clericum, neque Equitem, neque Coniugatum, neque Militem, status permissos in ipsius literis Pontificijs,
1 amisisse pensionem, † vt qui extra dd. Status non fuerit
2 dispensatus, ab habitum, & tonsuram, † & minus ad capessendam criminalem, & capitalem iurisdictionem, vel Officium, quod aliquid admixtum Criminalitatis habeat Rot. *decis.274. num.4. & 5. par.16. ad cap.3. ne Cleric. vel Monac.*
3 *sæcul. negot.* vbi summat *Abbas*, quod Clericus † exercens iudicium sanguinis, ab officio deponitur, & prosequitur
4 ibidem *num.5.* † Clericos non posse tenere Vices Principis in iurisdictione sæculari exercenda, licet non infligant pœnam mortis, vel membrorum detruncationem, & *num.10.*
5 declarando etiam, quod Prælatus potest esse † Consiliarius Principis sæcularis, sed non debet esse Officialis iustitiæ exercendæ Bonacin. *de cens. disp.2. qu.4. tot punct. 5. num.3. vers. obijcies in Hispania*, vbi respondet consuetudini Hispaniæ Rot. *apud Torr. de pact. futur. success. decis.17. nu.1.*

6 Necesse necesse probare veros casus, † quia ex ipsa assumptione Officij videtur inducta priuatio ex supradictis, & abunde *d. decis. 17. num.6. d. vers. parum obstante* Rota *coram Cels. decis.69. ex num.16. confirmata in decis.216. numer.2.* præcipue, quod non controuertebatur alijs temporibus à Consiliarijs post capitalem condamnationem, cum confiscatione bonorum, fuisse commutatum suspendium in decapitationem, & particulari ordinatione alias fuisse promissum præmium scutorum 500. cum liberatione duorum banditorum, casu quo, aut viuum, aut mortuum traderet iustitiæ quemdam Iulium Cæsarem; ex quibus pateat officium
habere admixtam Criminalitatem † de directo oppositam 7
statui Clericali ex allegatis.

Domini autem, his non obstantibus, ex varijs rationibus in vnam sententiam, vt supra conuenerunt, pensiones non esse extinctas, & fuit cui placuit, quod cum in actu reseruationis dd. pensionum concessum fuerit Marchioni induitum eas retinendi, non obstante, quod solemnem professionem emitteret in dicta Religione Hierosolymita-
na; † Equites autem Professi huius Religionis possint se 8
immiscere in Criminalibus ex Statutis Religionis tit.17. vnde fit, vt sit dispensatus, & habilitatus ad cognoscen. cau-
sas Criminales, † talis enim habilitatio, & dispensatio, 9
vti respiciens personam Marchionis, operatur suum effectum ratione exercitij, tam in Religione, quam extra, cum hic agatur de non extendenda dispensatione, de casu ad
casum; † sed de dispensationes, conferente facultatem co- 10
gnoscendi de Criminalibus, ac suffragetur in Religione, & alibi D. de Luca *de pens. disc.46. num.18. lib.8.* Sanleg. *de pens. cap.17. num.10.*

Ex alia quoque ratione moti sunt Domini, quoniam, aut agitur de Officijs, & muneribus sæcularibus, Clericatui omnino contrarijs, veluti Criminale admixtum, aut quid simile habentibus, & super quo priuatio inflicta est,
eoque casu firmum esse, † quod Clericus eo momento, quo 11
se illis ingerit præsumatur renunciasse Clericatui, aut agitur de Officijs, & muneribus, sæcularibus non omnino contrarijs Clericatui, neque incompatibilibus, saltem in habitu, super quibus priuatio ipso iure non reperiatur sancita,
† hoc quæ casu Clericus trina monitione, seu interdicto 12
Superioris est exhortandus antequam priuetur &c. *in decis. 278. num.4. & seqq. cum alleg. part.16. recent.* Marchio autem Pensionarius, quamuis fuerit constitutus Consiliarius Re-
gius Regij Consilij Mediolani, & munus, † honoremque 13
obtinuerit, & substinuerit, cum tamen non sit contrarium statui Clericali, non potest præsumi eidem renunciasse, & hoc munus non repugnare statui Clericali, patet eo ipso, quod non docetur quo iure cautum contrarium sit, & ex abundanti etiam ostenditur per Sacros Canones non reprobatum, sed approbatum, & permissum, adeoque Regi-
bus, & Principibus faciendæ iustitiæ facultatem, † consultis 14
Episcopis, & Archiepiscopis non esse negatam *ad cap. pessimam quidem 23. qu.8. ca.3. de voto, & vot. redempt* & de facto
constitutio Friderici &c. dudum Præpositi, † deindeque de- 15
positi Imperatoris, vt in *cap.2. de feud. & re iudic. in 6.* publicata fuit habita diligenti Inquisitione Episcoporum Abbatum Ducum, & omnium iudicum &c. *in auth. habita qui-
dem C. ne fil. pro Patr.* vbi paucis notatur, † quod Impera- 16
tor habet in suo Consilio non solum Laicos, sed etiam Clericos, quorum Consilio leges promulgat &c. & ibi Bald. *n. 4. cum adnot. d. Barbat. & cum ijsdem verbis, & adnot.* Salicet. *n.1. vers. item nota* Rebuff. *ad d. auth. & verb. Episcoporum.*

Nihilo repugnante, quod aliquando, videlicet vacante Gubernio, d. supremum Consilium succedat in omnimoda potestate gladij, & sanguinis; Ita, vt in eodem Consilio tractentur aliquando causæ Criminales, & fuerint latæ sententiæ mortis, quia dato non autem concesso, quod interuenisset Marchio Franciscus Maria creditor Pensionarius,
& suum dedisset suffragium in causa capitali, † ad sum- 17
mum dici posset incurrisse irregularitatem, non autem amisisse pensionem ob præsumptam renunciationem statui Clericali.

Et nihilominus, vt subiciebant DD., nullus casus deducitur, quo Marchio Franciscus Maria adfuerit Consilijs,
in quibus Capitalis pœna fuerit iniuncta, † & ipse, vel con- 18
senserit, vel tacuerit, nec recesserit, *iuxta l. Pomponius 36. & l. seq & l. si duo ex tribus 39. ff. de re iudic.* cum tamen potuisset recedere, & abstinere, remanente in alijs Consiliarijs congregatis iure Senatus, & facultate iudicandi, & in illa modica temporis assumptione Gubernij, capitalia negocia pertractata non fuisse, testatur Secretarius Regij Consilij, vt ex fide in Summario Marchionis *num 2.*

De illis verò casibus in Summario debitoris Pensionarij commutationis suspendij in decapitationem, & publicationis Gridæ contra Iulium Cæsarem supra oppositis vti antiquissimos, & factos ante Reformationem Regiam anno 1622 DD. responderunt nihilo faciendos, & quamuis, hoc Regium Consilium secretum aliquando tra-

ctet

19 ctet de causis capitalibus; † tamen ex facto obseruatum
est, in hoc ipso secreto Consilio admissos fuisse Prælatos, &
Abbates, vt ex attestatione Secretarij in Summario Mar-
chionis *num.4.* prout in alijs multorum Consilijs Regijs in-
tersunt etiam Episcupi Archiepiscopi, & Cardinales inte-
resse possint ex suprascriptis.

Ex quibus visum fuit DD. sublatum obiectum, quod vacante Gubernio, Coosilium Status cum interuentu Marchionis confirmauerit, aut renouauerit Edicta Gubernatorum Antecessorum imponentium pœnam sanguinis.

20 Nam neque irregularitas incurritor per Clericos, † qoi
tamquam Consiliarij interueniunt cum Principe legibus
condendis, io quibus statuitur pæna mortis malefactoribus,
vt inquit Bellet. *disq. Clerical. part. 1. de discipl. Cleric. §. 5.*
num. 24. vers nam neque subdens *seq. nu. 25.* quod neque Con-
ditores legum, quamnis sint Clerici, habentes iurisdictio-
nem temporalem, qui statuunt pænam mortis malefacto-
21 ribus, sunt irregulares, quamuis † iudicantes, & pænam
mortis secundum dd. leges infligentes; tum quia id est re-
mota causa, tom verò quia huiusmodi condentes leges non
22 intendunt bomines occidere, † sed arcete eos à malo, ti-
more pænarum &c. cum pluribus ibi allegatis.

Et ita, vtraque parte informante, resolutum fuit.

R. P. D. CALATAIV.

Romana, seu Balneoregien. Fideicommissi.

Veneris 4. Martij 1678.

ARGVMENTVM.

Quia sub vocatione filiorum legitimorum, & naturalium, etiam legitimati continentur, ideo ad fideicommissum admissi sunt filij legitimi, & naturales ex patre legitimato procedentes, quia legitimatio erat amplissime facta à Pontifice cum clausulis prægnantissimis, addito etiam quod de subreptione, vel obreptione illa redargui non posset.

SVMMARIVM.

1 *Sententiæ validæ, & iustæ sunt exequendæ.*
2 *Iustitia sententiarum resultat ex decisionibus in causa factis.*
3 *Fideicommissum, in quo vocati sunt descendentes legitimi, & naturales, comprehendit etiam filios legitimos, natos ex filio naturali legitimato.*
4 *Legitimati amplissimè à Papa veniunt appellatione legitimorum, & naturalium.*
5 *Legitimatus à Principe habetur, ac si legitimè natus fuisset.*
6 *Legitimatus nihil à filijs verè legitimis differt.*
7 *Spuriorum appellatione ex præsumpta voluntate testantis, veniunt omnes extra matrimonium procreati, & quando non vide infra, & num. seqq.*
8 *Legitimatio ex quibus dicatur amplissima, & numer. 9.*
10 *Legitimatio Principis impugnari non potest ex clausulis prægnantissimis in ea appositis, addito etiam, quod de subreptione, vel obreptione dari non possit.*
11 *Decisio Rotæ Romanæ extra ordinem Rotæ emanauit de mense Augusti 1583. coram Robusterio.*
12 *Legitimationis in materia plures decisiones declarantur, & plures etiam casus explicantur.*
13 *Fœmina ad fideicommissum vocata post masculos legitimos, & naturales, non admittitur donec adsint filij legitimi, descendentes à filio naturali legitimato.*

DECISIO CLXXIII.

PEr sententiam R. P. D. Taiæ præuijs dnabus decisionibus 31. Ianuarij, * & 19. Iunij 1676. contessa fuit immissio Corradino, & Io. Corrado Fratribus de Vrsinis, vti vocatis ad fideicommissum Io. Corradi Senioris in bonis eidem fideicommisso suppositis, & detentis ab Excellentiss. D. Duce Bracciani hærede testamentario Marchionis Martij vltimi grauati, à qua sententia commissa fuit per Signaturam appellatio R. P. D. meo Emerix cum clausula *consilio, quod esset locus Ægidianæ*, & præuijs alijs duabus decisio 29. Martij, * & 14. Iunij 1677. etiam contra D. Portiam sororem dicti Marchionis Martij, interim ad causam admissam, pronunciatum fuit dictam sententiam esse exequendam; sed iterum adita per eosdem Dominos Ducem, & Portiam Signatura, per eam fuit mihi commissa causa, cum clausula ad legitimam, vnde ad distinctè procedendum, dedi dubium bipartitum: An esset procedendum ad legitimam executionem, vel potiùs esset danda immissio D. Portiæ; quo hodie proposito, Domini responderunt, esse procedendum ad legitimam, & D. Portiæ esse denegandam immissionem.

Ratio resolutionis quoad primam partem fuit, quia sen-
tentiæ Rotales validæ, & iusta, † ideoque exequendæ iu- 1
ribus vulgatis. Validitas enim vti indubitabilis nun fuit con-
trouersa, † & iustitia resultat ex recensitis decisionibus in 2
causa emanatis, vt respondit Rota *in Praten. Coadiutoriæ*
31. Ianuarij 1678. §. & non de causis coram R. P. D. meo Vicecomite, & sæpè alibi.

Cum enim fideicommittens vocauerit omnes eius descen-
dentes masculos legitimos, & naturales, † proculdubio in 3
huiusmodi vocatione comprehenduntur Ioannes Corradus
Iunior, & Corradinus Actores tanquam descendentes à
Leonida filio naturali Vicini filij Testatoris per fa. mem.
Gregorium XIII. amplissimè legitimato, † qui venit ap- 4
pellatione legitimorum, & naturalium, Fusar. *de substit.*
quæst. 408. num. 1. & seqq. Rota *decis. 600. numer. 1. & seqq.*
parte 3. diuers. & decis. 217. num. 21. part. 15. recent. cum alijs
in eisdem causæ decisionibus allegatis, † perinde ac si legi- 5
timè natus fuisset, *l. qui in prouincia 57. ff. de rit. nupt. in fi-*
ne, itaut nihil à legitimis † filijs differat *§. sit igitur licentia* 6
auth. quib. mod. nat. efficiantur sui, Fusar. *dicta quæst. 408.*
num. 2. Barbos. *verb. in vi appell. 185. num. 6.* Lucidor. *de illegitim. Cleric. & Regular. cap. 25. num. 2.*

Nec etiam hodie visum est releuare obiectum in præce-
dentibus Instantijs semper deductum, scilicet, quod non
probetur Leonidam fuisse filium naturalem Vicini, vel sal-
tem, quod legitimatus non fuerit, & minus eius descen-
dentes ad fideicommissum vocatos, sed perpetuo exclusos
per illa verba in fine testamenti adiecta: Cum hoc quod fi-
lij spurij ex Presbyteris forte, seu Laicis, etiam legitima-
ti in perpetuum non succedant, neque ex testamento, ne-
que ab intestato, &c. † Appellatione verò spuriorum se- 7
cundum testatoris præsumptam voluntatem veniant om-
nes extra matrimonium procreati.

Siquidem præter solidas responsiones in decisionibus R R.
PP. DD. Taiæ, & Emerix datas, quas hic repetere super-
uacaneum Domini duxerunt, animaduersum etiam fuit re-
moueri quamcumque difficultatem, ex litera Breuis legi-
timationis Leonidæ, hodie per extensum exhibiti, & qui-
dem quoad filiationem, † ibi: Eundem Leonidam, siue 8
vt præfertur, siue alias quouis etiam supradicto modo gra-
uiore, & magis prohibito illegitimè natum existat, Apo-
stolica auctoritate tenore præsentium legitimamus, & ad
primæua legitimitatis iura, ac quoscumque legitimos actus,
veramque ingenuitatem, &c. plenariè restituimus, & rein-
tegramus, &c. ac prædictum Leonidam ad natiuitatem,
vel originem suam huiusmodi, aliaque præmissa verifican-
da, aut probanda teneri, sed præsentes literas ad eorum, om-
nium probationem, & verificationem sufficere, illisque
tam in iudicio, quàm extra omninò stari, nec ad id alicuius
alterius probationis, seu verificationis remedium, & admini-
culum requiri, &c.

Quo verò ad vocationem, & quidem nominatim ad fideicommissa, ac si verem constante matrimonio procreatus fuisset, ibi: Necnon rerum, & bonorum successionem, itaut quibusuis, & bonis mobilibus, & immobilibus, ac semouentibus etiam feudalibus emphyteuticis, liuellarijs, non tamen Ecclesiasticis, Vsualibus, Censualibus, Precarijs, conductitijs, proprijs, allodialibus, etiam fideicommisso subiectis, etiamsi Dominia, Iurisdictiones, Castra, Oppida, Comitatus, Vicariatus, Marchionatus, seu etiam Principales, & aliæ maiores Dignitates fuerint, ac in contractibus, seu inuestituris desuper celebratis ad illa legitimi, & filij naturales, ac de legitimo matrimonio ex eorum corpore, etiam mero, & non ficto procreati, & nati dumtaxat admittantur, necnon iuribus, & actionibus sæcularibus, ciuilibus, prætorijs, & mixtis, tam genitoris, & genetricis, quàm aliorum quorumcumque ascendentium, descendentium, &c. vndecumque habitis, & cuiuscumque qualitatis, speciei, naturæ, & valoris existentibus, &c. ac tam in Vrbe, & illius etiam districto, vniuersoque Statu Ecclesiastico, quam aliorum vbicumque locorum consistentibus

bus, tam ex quocumque testamento dictorum ascendentium, & aliorum quorumcumque, & fideicommissorum in eis quolibet contentorum, & continendorum, quàm ab intestato, vel aliàs, &c. succedere, & ad illa hæreditatis, fideicommissi, substitutionis, &c. aut quouis alio titulo deuenire, eademque apprehendere, adire, prosequi, possidere, & retinere, ac in eorum executione omnes, & singulos, quos etiam cuiusuis Legis, Canonis, Statuti municipali, etiam Almæ Vrbis testamenti, substitutionis, fideicommissi, aut alterius cuiuscumque dispositionis, vigore excluderet si legitimo constante matrimonio procreatus, & natus esset excludere, & eis præferri, ac de eisdem bonis, &c. disponere, &c. necnon ad honores, dignitates, gradus, munera, & officia quæcumque, tam sæcularia, quàm Ecclesiastica, publica, & priuata, etiam si ex eorum institutione, vel natura illegitimi, etiam legitimati illa obtinere, vel exercere, seu ad illa assumi, recipi, & admitti, &c. necnon arma, & insignia domus, & Familiæ tuæ deferre, & gestare, illisque pro libito voluntatis vti, ac quibus placuerit donare, seque tam quoad præmissa, quàm cæteras humanæ vitæ actiones pro legitimè genito, ac tuo legitimo, & naturali filio, ex legitimo matrimonio nato, & procreato dicere, nominare, habere, tenere, & vti talis haberi, & reputari, ac substatutis, decreto, vsu, & inuestitura feudi comprehendi debeat in omnibus, & per omnia absque vlla prorsus differentia, & omni fictione, pro isque legitimæ obiectione cessante, ac quocumque iuris canonici, municipalis, aut consuetudinarij, & hominum opinionis obstaculo penitùs, & in totum remoto, perinde, ac si tuus legitimus, & naturalis ex vxore legitima susceptus, & procreatus esset, & itaut à filijs naturalibus nihil differat, &c. omnemque ab eo geniture maculam, seu notham penitùs, & omninò abstergimus, & abolemus, &c. & tamen huiusmodi de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio notari, seu impugnari possint, sed valida, & efficacia existant, ipsique Leonidæ suffragentur in omnibus, & per omnia, perinde, ac si in illis de natalium defectu, & præsentibus huiusmodi expressa mentio facta, & ac si ad hoc sufficienter dispensatum fuisset, ipseque Leonidas de legitimo matrimonio à suæ natiuitatis primordio natus, & procreatus esset indulgemus, secumque per præmissis omnibus, & singulis dispensamus, necnon easdem præsentes literas nullo vmquam tempore, etiam ex eo quod ad hanc legitimationem faciendam, qui ex ea lædi, aut interesse habere possent vocati non fuerunt, nec consensum super præstiterunt, neque solemnitates, & alia de iure, statuto, vel priuilegio, aut alias quomodolibet requisita in præmissis interuenerunt, aut enormis, vel enormissimæ læsionis, seu alio quouis prætextu, & quantumcumque notabili, & iuridica de subreptionis, vel obreptionis vitio, aut intentionis nostræ, vel alio quouis defectu impugnari, &c. aut ad terminos iuris reduci, &c. vel gratiæ remedium impetrari posse, &c. sed semper ab illis exceptas, & quoties illæ manabunt, toties in pristinum statum restitutas, &c. ac denuò concessas fora, & esse, ac prædictum Leonidam ad natiuitatem, vel originem suam huiusmodi, aliaque præmissa verificanda, aut probanda teneri, sed præsentes literas ad illorum omnium plenam probationem, & verificationem sufficere, illisque, tam in iudicio, quàm extra omninò stari, nec ad id alicuius alterius probationis, seu verificationis remedium, seu adminiculum requiri, sicque per quoscumque iudices, &c. etiam causarum Palatij Apostolici Auditores, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales sublata eis, & eorum cuilibet, quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, vbique iudicari, ac definiri debere, necnon irritum, & inane decernimus, si secus à quocumque quauis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, non obstantibus præmissis, ac felic. record. Pij Papæ Quinti, &c. Pij Papæ Quarti etiam Prædecessoris nostri, &c. Concilijs, &c. & alijs decretis etiam motu proprio, ex certa scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, etiam consistorialiter, &c. concessis, &c. quibus omnibus, &c.

9 Ex his itaque clarè patet, † Leonidam fuisse amplissimè ad iura legitimitatis, & veram ingenuitatem restitutum, perinde ac si de legitimo matrimonio natus fuisset, quodque vti talis succederet in bonis fideicommisso subiectis, etiamsi ad illa solum legitimi, & naturales de legitimo matrimonio nati admitti deberent, & quod liberatus fuit à probatione, & verificatione eius natiuitatis, siue filiationis, & naturalitatis, itaut hodie, quo non adsunt descendentes masculi ex Corradino, vel Martio filijs legitimis, & naturalibus testatoris, sine quorum tantum præiudicio concessa fuit legitimatio, ibi: Sine tamen in omnibus, & singulis supradictis Corradini, & Martij prædictorum, & ab illis in infinitum descendentium masculorum legitimorum, & naturalium natorum, & nasciturorum, dumtaxat præiudicio; Inutiliter opponatur contra descendentes eiusdem
Leonidæ probatio filiationis, vel naturalitatis; † maxi- 10
mè cum sublata fuerit omnibus facultas contradicendi, & aliter iudicandi ex prædictis clausulis, addita etiam alia, quod de subreptione, vel obreptione dari non possit Rota *coram Buratt. decisione 335. numer. 8. & 9.* & alijs vulgaribus.

Nec supradictis aduersatur decisio in Ciuitatis Castelli
Bonorum † extraordinariè edita 7. Augusti 1583. coram 11
Robust. quia valdè distat casus illius à præsenti; ibi enim inter cætera legitimatus fuerat expresse nominatus, & exclusus à testatore; † in præsenti autem exclusio solum eli- 12
citur ex coniecturis, quo casu ipsamet decisio admittit legitimationem attendendam, & vlterius in casu decisionis ad consulendum indemnitati supplicantium, quod legitimatio reduceretur iuxta Constitutionem Pij IV. cui derogatum non fuerat; Vel saltem declararetur non fuisse mentis, & intentionis concedentis comprehendere testamentum, & substitutionem ex speciali gratia fuerat circumscripta de ordine ipsius concedentis, clausula sublata facultate aliter iudicandi in illa legitimatione comprehensa, sicut legitur in eadem decisione §. D. Lucretia, *& §. seqq.* In præsenti verò casu Gregorius XIII. qui etiam illam legitimationem concesserat post eam, ac decisionem desuper emanatam amplissimè de anno 1584 legitimauit Leonidam, & in legitimatione derogauit Bullæ Pij Quarti Sublata, etc. quauis aliter iudicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate, etc. quæ posterior legitimatio huiusmodi derogationibus, et clausulis munita, aliaque superius dicta maximam important diuersitatem circa casum, et modum à supradicta decisione, quæ propterea nullo modo applicari visa fuit.

Hinc clara resultat ratio resolutionis exclusionis D. Portiæ ab immissione, quia illa fuit tantum vocata post omnes
descendentes masculos legitimos, et naturales, † qui adhuc 13
supersunt, dum adsunt prædicti Actores descendentes à Leonida comprehenso sub nomine legitimorum, et naturalium ex prædictis.

Et ita omnibus acerrimè informantibus decisum fuit.

Plures decisiones in hac causa emanarunt, quarum duæ sunt impressæ in præcedenti par. 18. tom. 2. ibi 642. & 738. alia verò ibi supra in hac eadem parte 89. in ordine.

R. P. D. PAVLVCCIO.

Romana Census.

Veneris 4. Martij 1678.

ARGVMENTVM.

Associationem pro fructibus census euitare nitebantur coniuges, qui bona censita possidebant pro dote, vt asserebatur anteriore, sed eorum creditum apparuit illiquidum, & remouebatur etiam, quia bona censita acquisita erant propria industria hæredis debitoris dotis, & ideo ad ipsum liberè spectabant, nec poterant ad titulum hæreditatis referri, eo magis, quia in assignatione dotis de eodem censu expressa mentio facta est.

SVMMARIVM.

1 *Creditum probatur ex mandato, pro illo seruatis seruandis relaxato.*

2 *Retentionis ad effectum sufficit habere mandatum pro credito anteriore relaxatum.*

3 *Donatio facta cum onere dotandi, doti postea illius vigore constitutæ præbet anterioritatem ab ipsa die donationis, amplia, vt ibidem.*

4 *Associatio conceditur pro credito, obligatione Camerali vallato, habente clausulam constituti, & facultatem capiendi possessionem propria auctoritate.*

5 *Exceptiones turbidæ, & requirentes altiorem indaginem non admittuntur in iudicio associationis.*

6 *Dos in fundo dotali constituta restitui debet in eodem fundo dotali, maximè si à viro alienata non probetur.*

7 *Dotis restitutio consistentis in credito per socerum exigere promisso, non debet restitui à viro, qui illud exigere non tenebatur.*

8 *Creditum dotis sine culpa mariti deperditum, ob eo restituendum non est.*

9 *ex Transactione si hæres sua propria industria aliquid acquisiuit, illud spectare debet ad ipsum, non autem ad eius auctorem.*

10 *Transactio facta nomine proprio, & in qua propria iura sunt remissa, non spectat ad hæreditatem, vel donationem transigenti factam.*

11 *Creditum illiquidum, donec liquidetur non parat beneficium retentionis.*

12 *Census super bonis dotalibus impositus, & de quo in ipsa constitutione dotis mentio facta est, non potest deinde à coniugibus impugnari.*

DECISIO CLXXIV.

COnstituit qu. Honorius Sabellus die 29. Maij 1655. censum scut. 2000. in sorte ad fauorem Helenæ Saminiatæ super domo posita in Vrbe ad quatuor fontes, quam subindè anno 1666. dedit in dotem Portiæ eius filiæ, habita etiam mentione expressa eiusdem census pridem impositi, huic censuali contractui additum fuit pactum, vt in casu retardationis fructuum, liceret Helenæ creditrici capere possessionem domus propria auctoritate, cum clausula constituti &c. Hæc igitur mandatum de associando impetrauit ab A. C. super domo censita pro scutis 195. iàm excursis, & non solutis, & in futurum decurrendis, eoque per sententiam confirmato, habitus fuit recursus ad Signaturam, quæ causam commisit, manauitque Dubium à me propositum: An mandatum de associando sit exequendum.

Pro excludenda exequutione mandati per Portiam, & Io: Antonium Barellam virum duo potissimum afferebantur, per quæ debitam sibi ipsis eiusdem domus retentionem asserebant contra Helenam creditricem census.

Primo ex aduerso afferebatur creditum dotis Fælicis Touagliæ matris Portiæ anterioris censui Helenæ, cùm Honorius vsque de anno 1642. ad illius restitutionem sub obligatione Camerali se adstrinxit, & Portia subindè contra illius hæreditatem mandatum executiuum reportauit à
1 Locumtenente Eminentissimi Cardinalis † Vicarij, quod mandatum per se sufficiens dicebatur non solum ad creditum huiusmodi comprobandum ad tradita per Rot. *coram*
2 *Danoz. decis.* 380. *num.* 13. sed etiam in vim exceptionis † ad parendum beneficium retentionis Bald. *in l. post mortem num.* 3. *in fine ff. de adopt.* Rota *decis.* 153. *numer.* 6. *parte* 2. *diuersor.*

Secundo illud maximè vrgebatur, quod domus subiecta censui, fuit empta ab Honorio ex pecunijs Baroniæ Collis Alti, comprehensæ in donatione facta an. 1613. per Marcum Antonium Auum Principi Paulo Sabello, ea lege adiecta donationi, vt extincta linea masculina ipsius Marci Antonij, si feminę superessent, deberent à Principe donatario dotari, quę sanè donatio prębens funda-
3 mentum dotationi † Portię est longè anterior Constitutioni census, ac proindè, & tempore, & causa eius creditum est prius, maximè ad effectum prędictum retinendi ad text. *in l.* 2. *ff. qui potior. in pign. hab.* cum alijs plenè deductis *in dec.* 69. Card. Mantic. *& decis.* 170. Eminentissimi Cardinalis Otthob. *num.* 25.

His tamen oil morantibus, DD. mandatum de associando exequendum responderunt; creditum enim nititur publico instrumento obligatione Camerali vallato iuncta clausula Constituti &c. & insuper facultate capiendi possessionem propria auctoritate, vt in Summario Helenę *num.* 1.
4 † quibus concurrentibus negari non potest associatio *l. pignoris* 10. *& ibi scriben. C. de pignorat. act.* Rip. *add. l.* 1. *§. si hæres num.* 21. *ff. ad senat. Trebell.* Gabr. *tit. de acq. poss. concl.* 8. *num.* 8. Menoch. *de adipisc. poss. remed.* 3. *numer.* 183. Rota *coram Card. Cels. decis.* 99. *numer.* 2. *& in rec. decis.* 185. *numer.* 2. *par.* 16.

Nec impediri associationem, aut excludi p[...] t suprà opposita fuit visum, † quando ea ipsa, & turbida s[...] nt, & altio- 5
rem requirentia indaginem Rota *decis.* 386. *num.* 13. *par.* 15. *rec. & in Narnien. Pecuniaria* 11. *Martij* 1670. *§. fi*[...]*n. coram me*, quæque satis per informatores pro Helena diluu[...] ntur.

Quod enim attinet ad creditum dotale Fæ[...]licis matris Portiæ retentio nullo modo concedi potest, cum dos Fælicis constituta fuerit in certis corporibus, eo expre[...]sso, vt essent
fundi dotales, † igitur ad hæc ipsa corpora dirige[...]nda est actio 6
pro dotis restitutione, maximè cum corpora p[...]rædicta non probentur ab Honorio alienata *l. in rebus, & ibi DD. C. de iur. dot. iuncta l. seq. & l. res quæ ff. eod. l. etiam, & ibi* Bald. *ff. de fund. dot.* Rot. *coram Caualer. decis.* 574. *num.* 2. *& coram Merlin. decis.* 792. *num.* 12. *& decis.* 441. *num.* 11. *par.* 14. *recent & decis.* 83. *num.* 3. *& decis.* 190. *par*[...] 2. 3. *par.* 15. *recent.*

Minùs retentioni suffragari potest, quod por[...]tio aliqua d. dotis Fælicis consisteret in credito scut. 2000. exigendo à Guicciardinis, quia cum Pater Fælicis dotis pr[...]omissor eiusdem Crediti exactionem sibi reseruauerit, ea que non facta fructus dotales Honorio genero solnere pr[...]omiserit, si in-
tra decennium non exigeretur, † non potest hodiè vxor, 7
vel Portia illius hæres maritum conuenire, [...]ui nec potest imputari, quod non exegerit, cum ad ipsum exactio non
spectaret, † nec culpa eius probetur creditum deperditum 8
text. *in l. Mæuia marito ff. solut. matr.* Olea *de cess. iur. tit.* 5. *par.* 11. *num.* 23. *& plenè* Rota *in decis.* 83. *num.* 10. *& seq. & decis.* 190. *num.* 10. *par.* 15. *recent.*

Quo verò ad secundum, quod domus fic em[...]pta cum scutis 2000. prouenientibus ex Baronia Collis Alt[...]i, nec minus competere visa fuit retentio, cum Honori[...]us dicta scuta 2000. sibi acquisierit ex transactione propria i[...]ndustria inita
cum Eminentissimo Cardinali Barberino, † i[...] deoque ad ip- 9
sum transigentem, non ad hæreditatem Marci Antonij spectare ad text. *in l.* 3. *in fin. & ibi glos. in verb. dec*[...]*s. ff. ad l. falcid. l. debitor sub pignore §. fin. in fin. & ibi glos.* [...] *ff. ad sen. Trebell. l. venditor ex hæreditate ff. de hæred. vel act. vend. l. eo tempore in fin. ff. de pecul.* Grat. *disc. for. cap.* 733. *num.* 7. Rota *decis.* 55. *num.* 16. *par.* 9. *rec. Romana fideicommissi de* [...]*affarellis* 26. *Februarij* 1674. *coram bo. me. Priolo.* Addito, qu[...]od Honorius transegit nomine proprio, stipulando pro se, & suis hæ-
redibus, † ac iura propria, nec non materna[...], & aliorum 10
fratrum in transactione remisit Noguerol. *all.* [...]*g.* 20. *numer.* 130. Rota *decis.* 46. *num.* 13. *par.* 11. *recent.* & sat est, quod in transactione fuerint remissa alia iura, adhuc, vt quæsita ex transactione non cadant sub donatione Marci Antonij, sed facienda erit liquidatio omnium iurium remissorum,
† & interim creditum non liquidum non proficere ad re- 11
tentionem *l. fin. C. de compens.* Grat. *disc. for. cap.* 734. *num.* 13. Bich. *decis.* 136. *num.* 28. *& in recent. decis.* 71. *numer.* 13. *par.* 13. *recent. & decis.* 22. *num.* 12. *par.* 14. *recent. & in Romano Fornacis* 14. *Decembris* 1676. *§. neque admitti coram me.*

Sed omnem adimit difficultatem, quod domus, de qua agitur, fuit in dotem data, expressionere huius census assignationis, etiam excomputatis alijs creditis, quæ Honorius Pater habebat cum Principe Sabellio, vnde nequeunt
coniuges solutiones huius census declinare, † cuius existen- 12
tia ab ipsis cognita fuit *l. si fundum sciens C. de euict.* Giurb. *decis.* 62. *numer.* 32. Seraph. *decis.* 785. *numer.* 8. Rot. *decis.* 136. *numer.* 7. *par.* 12. *recent. & decis.* 141. *num.* 13. *& seq. par.* 15. *recent.* ac proinde, nec retentionis beneficio se possint tueri.

Et ita vtraque parte informante resolutum fuit.

REVERENDISS. D. ALBERGATO.
Sacræ Rotæ DECANO.

Bononien. Concursus Creditorum.

Veneris 4. *Martij* 1678.

ARGVMENTVM.

Socius in societatem, seu magis ad nouum negotium admissus, pro pecunijs per eum societati, non autem consocio creditis, parem fortunam cum cæteris creditoribus habere dicebatur, sed quia cum illis, vel negotium est adauctum, vel creditores potiores

sunt

sunt dimissi; ipsum ideo cæteris præferendum esse deciditur, cum nulla ratio patiatur, quod de suis pecunijs creditores consocij cum illius damno lucrum consequi debeant.

S V M M A R I V M.

1 *in Societatem admissus, ex pecunijs per eum contributis, remanet condominus negotij, cui assumitur.*

2 *Hypotheca anterior restringitur vsque ad concurrentem quantitatem sui crediti.*

3 *Creditores posteriores in eo, quod superest, dimisso, vel aliter satisfacto creditore anteriore, non prohibentur suas exercere actiones.*

4 *Socius, seu condominus redimens merces alijs obligatas, ipso dicitur illas in societate posuisse, & num. 5.*

5 *Soluens debita propria, vel consocij, suum, vel consocij capitale auget, & supra num. 4.*

6 *Socius assumens sibi socium, quatenus totum negotium creditori hypothecatum, ad medietatem reduxisse dicatur, vel ne vid. num. seqq.*

7 *Negotium nouum, nouaque societas si fuerit cum alio contracta, & antiquus fundacus auctus, an hoc mediante creditoribus primi negotij præiudicetur, vel non.*

8 *Creditores vnius ex socijs, vel illius fundaci, super portione consocij, etiam nouiter assumpti, nullum ius habent.*

9 *Creditores licet sint posteriores in tempore si tamen sunt potiores in iure, anterioribus præferantur.*

10 *Creditores dicuntur esse potiores, si crediderunt ipsi negotio, non autem domino negotij.*

11 *Creditores pannì serici, & aliarum rerum, ex quibus fabricantur merces, super illis, earumque taberna, cæteris creditoribus sunt potiores,*

12 *Socius soluens debita societatis, non dicitur credidisse consocio, sed vt dominium societatis acquireret, & acquisitum sibi conseruaret.*

D E C I S I O CLXXV.

Libratis hodie resolutionibus captis in hac causa sub diebus 8. Iunij 1676. & 16. * Iunij 1677. ad fauorem Comitissæ Angelæ, cum illa, quæ die 16. Iunij eiusdem anni pro Senatore Capraria, & alijs creditoribus negocij Co: Morandi prodierat præponderare visa sunt fundamenta, & rationes, quibus hæc postrema innititur, Ideoque in vltimo loco decisis Domini standum esse responderunt.

Non enim controuertebatur societas inter Senatorem Caprariam, & Co: Nestorem Morandum inita; cuius vigore vnusquisque tenebatur pro nouo fundaco, seù negocio contribuere lib. 64000. admittebatur etiam; quod idem Se-
1 nator suam portionem persoluerit, † quodque ex pecunijs per ipsum contributis emptæ fuerint merces pro pretio lib. 27865. & quod pro ista rata effectus fuit Condominus noui negocij, vt latè firmatur in præterita decisione, verum pro residualibus libris 36134. quæ erogatæ non fuerunt in emptionem mercium, sed solutæ creditoribus Morandi, prætendebat Comitissa Angela Senatorem non acquisiuisse Condominium fundaci sibi antecedenter hypothecati, & tunc æstimati in libris 118000. sed tantum simplex, & particulare creditum contra eundem Morandum eius virum.

Pro remotione autem huius obiecti animaduersum fuit, quod licet de tempore initæ Societatis antiquum mercimonium Morandi contineret merces æstimatas librarum 118000. vt ex bilancio tunc facto, illud tamen non erat grauatum debitis anterioribus Comitissæ Angelæ Lallatæ, & Florentiolæ nisi pro rata libr. 76000. circiter, vt ex calculo, vndè in reliquis libris 42000. vsque ad integram summam librarum 118000. poterant iura sua experiri creditores posteriores ex communi regula, quod hypotheca anterio-
2 rum † restringitur vsque ad concurrentem quantitatem
3 debiti, † nec impedit, quin posteriores agere possint ad id, quod superest, & super eo suam satisfactionem consequi ad text. & ibi notat per DD. in *l. qui à debitore ff. qui potior. in pign. habean.* Rota *decis. 451. num. 1. & seqq. post* Cenc. *de cens. & decis. 259. num 8. & 9. par. 14. recent. & decis. 33. num. 59. post* Rodriquez *de concurs. credit. & in Veliternn immissionis 4. Iulij 1674. & prima Februarij 1675. vtrobique in princ. coram R. P. D. meo Vicecomite.*

Dùm itaque Senator Capraria ex pecunijs per ipsum contributis in simili quantitate librarum 64000. pro rata librar. 27865. emit negocium Certani, & alias similes merces à diuersis mercatoribus emptas pro summa librarum 27865. & pro alia rata librarum 36134. extinsit, & soluit debita, quibus erant affectæ dictæ aliæ merces Morandi excedentes credita anteriora Aduersariorum, † negari 4
non potest quin posuisse dicatur in Societate illas easdem merces à debitis redemptas, ità reddendo ditiorem, & prætiosiorem communem fundacum iuxta illud vulgatum adagium, † quod qui soluit debita, auget capitale, vt re- 5
spondit Iurisconsultus in *l. si cum mulier ad med. ff. de donat. inter vir. & vxor. l. si quis oblig. ff. de reg. iur.* Rota in *Romana Pecuniarum 5. Decembris 1672. § tenebatur etiam ante finem, & 5. Iulij 1673. § & huiusmodi in fine coram me.*

Neque in hoc considerari potest, aliquod præiudicium Comitissæ creditricis; Aut enim illud deducitur ex eo, quod Morandus debitor communicauerit Senatori Caprariæ fundacum illi præcedenter hypothecatum, † & per 6
talem communionem restrinxerit ad medietatem mercium hypothecam, quam ipsa præcedenter habebat super omnibus, & hoc non subsistit, dum Morandus non assumpsit simpliciter Senatorem Caprariam in Socium super negotio hypothecato ad fauorem Comitissæ, sed eum eo contraxit nouum negocium, nouamque Societatem iniuit independentem à prima, per † quam antiquus fundacus, 7
qui deductis debitis erat solùm valoris librar. 64000. auctus fuit mediante pecunia Caprariæ ad librarum 128000. & post annum ad librarum 159000. vt ex Bilancio, & sic nullum intulit præiudicium Comitissæ cui idem erat habere hypothecatum totum antiquum fundacum valoris librarum 64000. ac medietatem noui valoris librar. 128000. † cum 8
in portione, & augumento Senatoris Consocij nullum ius, nullamque obligationem prætendere posset, vt firmant Fontanell. *de pact. nupt. d. claus. 4. glos. 9. par. 2. num. 61.* Rota *coram Remboldo d. decis. 280. num. 9.* & alij relati in antecedenti *decisione §. secus autem.*

Aut deducitur ex eo, quod Senator soluendo debita Co: Morandi posteriora non potuerit liberare ab anteriori hypotheca Comitissæ merces in antiquo fundaco existentes vltra summam librarum 64000. vsque ad summam librarum 118000. nec ideò super illis acquirere liberum Condominium, & facilior est responsio; omisso enim, quod creditores dimissi cum pecunia Senatoris, licet essent posteriores in tempore, † erant in iure potiores Comitissæ su- 9
per fundaco ex causa Serici, & aliarum rerum, † ex quibus 10
merces fabricatæ fuerant, † & quas potius Mercimonio, 11
& Tabernæ, quam Morando ijdem creditores credidisse dicuntur ad text. *in l. Procuratoris §. si plures ff. de tribut. act.* Castren. *cons. 285. num. 3. ad med. vers. cum ergo lib. 1.* Magonius *decis. Lucen. 1. num. 5.* ad huc seclusa potioritate, dum demptis creditis anterioribus, supererant tot merces, ex quibus posteriores poterant satisfieri, Senator Capraria pecuniam propriam exbursando, vt illi satisfactionem consequerentur, non dicitur eam credidisse Comiti Morando, vt ipsius fieret, † sed illam posuisse in Societate, vt dominium 12
mercium pro sua portione sibi acquisitum conseruaret, & commune negocium augeret, vt ratiocinatur Hermosilla ad Lopez *glos. 6. leg. 49. tit. 5. par. 5. num. 9. §. sed in illis fol. mihi* 687.

Et ità omissis alijs in vltima decisione abundè firmatis, & hodie iterum approbatis, resolutum fuit. Vtraque Parte &c.

De pluribus decisionibus in hac causa emanatis aliæ duæ sunt impressæ in præcedenti parte 18. tomo 2. vbi sunt in ordine 484. & 726. alia verò est supra in hac eadem parte decis. 92.

R. P. D. RONDININO.

Ciuitatis Castelli Bonorum.

Veneris 4. Martij 1678.

A R G V M E N T V M.

Hypotheca prætendebat filius contra patrem pro bonis per eum administratis, sed cum

dd. bona non fuerint ab ipso patre possessa tamquam bona filij, sed tamquam hærede grauato, eam non intrare deciditur, quamuis pater fructus eorumdem bonorum, aut dissipauerit, aut indebitè perceperit, quia præter quod non reperitur iure cautum, aliquam hypothecam pro fructibus contrahi, satis esse dicitur patrem habuisse iustam causam credendi eosdem fructus percipere potuisse.

S V M M A R I V M.

1 *Datio in solutum non sumit robur nisi ab ipsa die, qua illa sequuta est, & quando vide numer seqq.*
2 *Datio in solutum facta pro credito, quod nullam habebat hypothecam, an illam aliqualiter importet.*
3 *Creditum carens hypotheca non potest concurrere cum credito hypothecario, & illius fructibus.*
4 *Filius, an habeat hypotheca contra patrem pro administratione ab eo malè exercita, & numer. seqq.*
5 *Pater aliud est, quod administrauerit bona filij, aliud verò, quod illa possederit tanquam hæres grauatus.*
6 *Hypotheca tacita non inducitur, nisi in casibus à lege expressis.*
7 *Hypotheca tacita non datur pro fructibus ab hærede grauato dissipatis, vel ab eo indebitè perceptis.*
8 *Hypotheca tacita in bonis hæredis grauati non datur, nisi concurrente fraude, & dolo.*
9 *Fraudis, & doli pro exclusione semper facienda est interpretatio.*
10 *Hæres grauatus restituere fructus perceptos, nisi prius aliqua bona fideicommisso supponat, quatenus illos restituere teneatur.*
11 *Hæres grauatus restituere fructus, vt ab illorum dolosa perceptione excludatur, sufficit ipsum credere potuisse illos esse suos.*
12 *à Fructuum dolosa restitutione excusat quælibet causa, & opinio, etiam fatua.*

D E C I S I O CLXXVI.

PRæuia informatione sententiæ Rotalis à R. P. D. meo Boutlemont latæ, prætendebant DD. de Aptis immissionem super bonis liberis Caroli Gratiani pro fructibus cuiusdam census, etiamsi bona ab ipso Carolo tradita fuissent in solutum Ioanni Baptistæ Gratiano filio reo conuento. Verum in præterita causæ propositione restricta fuit difficultas, vt scriberetur strictè super hypotheca competente Ioanni Baptistæ in bonis Caroli Patris sub die 27. Nouembris 1676. coram me, iuxta quem ordinem assumpta hodie disputatione Rotalem sententiam infirmandam esse Domini responderunt

Datio enim in solutum, quam quatenus validam, fecit
Carolus Gratianus fauore Ioannis Baptistæ filij pro fructi-
bus prædiorum donatorum ab ipso Patre filio, vt prætende-
batur debitis, in qua fundatur sententia R. P. D. Boutle-
1 mont, † non sumit suum robur, nisi ab ipsa die, qua ipsa
met datio in solutum emanauit, nec proinde valet impedi-
re immissionem Dominis de Aptis pro fructibus census an-
terioris; etenim ante ipsam dationem in solutum nulla alia
actio hypothecaria, quæ valeat concurrere cum Dominis
2 de Aptis aderat, † quia nulla extabat hypotheca, nec
ab homine, nec à lege inducta, sicque, nec tacita, nec ex-
pressa, sed nudum creditum, fructuum, quos Ioannes Ba-
3 ptista Gratianus à Carolo Patre prætendebat, † quod
vtpote carens hypotheca, non potest concurrere cum credi-
to census, & illius fructuum hypothecario *l. eos 19. C. qui potiores in pignore habeantur l. creditor 12. §. si primus ff. illo eod. tit. cum concordantibus.*

4 Non aderat tacita hypotheca † iure administrationis
malè exercitæ ab ipso Patre ex dispositione text. *in l. cum
oportet § finali C. de bonis, quæ liberis*, quia etiamsi ista prædia
data in solutum filio, fuissent illi debita, adhuc tamen bona
illa non fuerunt à Carolo Patre administrata, tanquam bo-
na filij, sed vsque ad diem dationis in solutum ab eodem pos-
sessa, tanquam propria, sicque illa detinuit, tanquam hæ-
res grauatus, non tanquam Pater Summ. præterito *nu. 5. &*
5 6. † Adeout filius ipsum iudicialiter conuenerit, & ex-
pulerit ab hæreditate, vtpote non implentem conditiones à testatore præscriptas, & consequenter non intrat dispositio dicti textus Surd. *decis. 271 num. 12.* Boss. *de dote cap. 3. numer. 96.* Negusan. *de pignor. membr. 2. par. 2. sub num. 16.* Gutier. *de tutel par. 2. cap. 16. num. 27.* Noguerol. *allegat. 1. numer. 41. lib. 1.* & retorquetur decisio huius causæ 27. *Aprilis* 1663. *sub §. minus coram Reuerendiss. Beuilaqua.*

Neque alia hypotheca competit pro fructibus fideicom-
missarijs indebitè à Patre perceptis, quia legalis tacita hy-
potheca non inducitur † nisi in casibus à lege expressis, in- 6
ter quos non est dissipatio † fructuum facta ab hærede gra- 7
uato, vt in præcisis terminis Peregr. *de fideicom. art. 45. sub
num. 49. vers.* in proposito cum nec quidem secundum sen-
tentiam Rotæ ipsa hypotheca detur pro ipsismet bonis
alienatis, & dissipatis, † nisi concurrente fraude, & do- 8
lo Dunoz. iun. *decis. 869. num. 22. & seqq. & decis. 998. num 7. &
8.* Zarat *decis. 39. num. 29. & decis. 54. nu. 7. & par. 13. decis. 385.
illo eodem num.*

Fraus, & dolus † pro cuius exclusione semper facien- 9
da est interpretatio, non adsunt, tam, etsi Carolus Gra-
tianus Pater fuisset à testatore prohibitus adire suam hære-
ditatem, atque damnatus restituere fructus perceptos, nisi
prius supposuisset fideicommisso prædium Celalbæ; † Ete- 10
nim cum prædia Peschleræ, & Pochaiæ fuerint ipsi inter vi-
uos donata, cum subsecuta possessione, ipseque non fue-
rit expressè damnatus restituere fructus illorum prædiorum,
etiamsi donatorum cum onere fideicommissi in testamento
apponendi, sed tantum hæreditariorum, vt ex contradi-
stincta, & discretiua dispositione de vtrisque, † negari 11
proinde non potest, quin saltem credere potuerit se ad ho-
rum fructuum restitutionem non teneri, atque ipsam ac-
ceptationem hæreditatis, eiusque aditionem citrà benefi-
cium legis, & inuentarij satis fuisse pro implemento om-
nium à testatore præceptorum, ad effectum saltem excu-
sandi à dolosa fructuum perceptione, † ad quem effectum 12
sufficit quælibet causa, & opinio etiam fatua Rot. *coram
Peutinger. decis. 55. num. 5. & 6. & in recent. par. 13. decis. 14. nu.
8. cum similibus.*

Et ita, vtraque parte informante, resolutum fuit.

R. P. D. C A L A T A I V.

Romana Primogenituræ de Bubalo.

Veneris 11. Martij 1678.

A R G V M E N T V M.

Executiuè, & per viam inhibitionis conueniebarur possessor immissus à Iudice, ne ad locationem bonorum procederet, verum quia nec condominium, nec possessionis consortium fuerat probatum, via exequutiua concessa non est, & ideo ordinariè agendum esse decidirur; Rursus declararur etiam conclusio quatenus ædificium cedat solo, vel potiùs solum ab ædificio superetur, itaut illius pretium tantummodo restituendum sit.

S V M M A R I V M.

1 *Executiuè non agitur contra immissum à Iudice, sed via ordinaria agendum est.*
2 *ad Locandum vt quis admittatur, probari debet condominium, vel possessionis consortium.*
3 *Locatio, & pensionum exactio sunt effectus dominij, & possessionis.*
4 *Sententiæ declarantur à Decisionibus in Causa factis.*
5 *Verba in dubio accipienda sunt demonstratiuè, non autem taxatiuè.*
6 *Cessio comprehendit omnia bona, & iura, quæ specificantur in ea.*
7 *Ædificium cedit solo, sed vid. num. seq.*
8 *Fabrica, si ita in aliquo solo ædificata est, vt illa fideicommisso subiaceat, eo in casu solum cedit ædificio, non autem ædificium solo.*
9 *Pretium soli quando solui debeat à Domino ædificij, qui super-*

superædificauit in illo. & n. 7. & seq.

10 *Creditum hæredis grauati compensari debet cum fructibus perceptis à die motæ litis.*

DECISIO CLXXVII.

POstquam D. Octauius Hyacinthus de Bubalo reportauit tres conformes concedentes eidem immissionem in omnibus bonis subiectis primogenituræ Marchionis Octauij Senioris de Bubalo, inter alia corpora adeptus fuit possessionem Palatij existentis in Platea Columna, cumque illud proprio nomine locare intenderet, se opposuerint Dominæ Contissa, & Victoria Sorores, allegantes ad primogenituram non spectare, nisi nouam fabricam d. Palatii pro rata valoris scutorum 28128. & partem Fabricæ veteris, reliquum verò tamquam liberum ad ipsas pertinere. Quare dedi dubium: An illæ sint admittendæ ad locandum, & exigendum, & sit inhibendum eidem Domino Hyacintho; sed Domini negatiuè in omnibus responderunt.

Siquidem ille possidet dictum Palatium in vim rei iudicatæ resultantis ex tribus conformibus obtentis contradicentibus ipsis Dominis Contissa, & Victoria, & executioni demandatis; Vnde ad illum priuandum sua possessione ade-
1 pta Auctore Prætore, † agendum esset via ordinaria, non autem inchoandum ab inhibitione, Posth. *de manut. obseruat. prima num. 40.* Rota *coram Ninot. decis. 5. nu. 1.* & ad effectum, vt admittantur ad locandum, & pensiones exigendum pro
2 sua parte † debent concludenter probare condominium,
3 vel possessionis consortium, † cuius effectus, sunt locatio, & pensionum exactio, idem Posth. *de manuteut. obseru. 24. nu. 17.* Rota *post eum decis. 24. nu. 2. & in rec. decis. 161. num. 26. par. 15. & decis. 326. num. 7. par. 16.*

Non obstat, quod Sententiæ Rotales reformantes aliam A. C. concesserint immissionem ad Fabricam nouam dicti Palatij, factam cum impensa scutorum 28128. & ad iura D. Flaminiæ Maffeæ cessa Octauio Testatori pro scutis 12500. & à D. Octauio Hyacintho iuxta dictas Sententias capta fuerit possessio tam super Fabrica noua, quàm super veteri proportionabiliter, & pro intranti quantitate dd. scut. 12500. ideoque in eo quod pluris valeat dictum Palatium, tam nouum, quàm vetus remanserit in dominio prædictarum Contissæ, & Victoriæ; Nam quod
4 Fabrica noua spectet in totum ad primogenituram † firmarunt omnes præcedentes decisiones, à quibus sententiæ declarantur., Scacc. *de sent. & re iudic. gloss. 14. qu. 17. num. 72.* Rota *coram Buratt. decis. 327. nu 1. & coram Dunozett. iuniore decis. 630. num. 1. & coram Bich. decis. 370. num. 4. & decis. 399. num. 2. par. 12. rec.* & ea verba cum impensa scutorum 28128. non stant taxatiuè, sed demonstratiuè ad de-
5 clarandum, † quid impenderat Marchio Paulus, qui ex præcepto Testatoris tenebatus eius pecunias inuestire, prout in dubio accipienda sunt. *l. quidam testamento 99. ff. de legat. secundo*, Bart. *in l. cum pater §. mense ff. eodem, & in l. Centurio nu. 39. ff. de vulg. & pupill. ibique* Ias. *num. 51.* Bero. *cons. 17. num. 17. lib. 1.* Altograd. *consil. 49. num. 18. lib. 1.* Rota *in Eugubina donationis 5. Iunij 1671. §. nec repugnant coram bonæ memor. Priolo.*; Quo verò ad vetus ædificium, cum illud spectaret ad Flaminiam Maffeam, & ipsa iura cesserit Octauio Testa-
6 tori, sub dicta cessione comprehenduntur † dictum ædificium, aliaque bona in cessione specificata, vt responsum fuit in decisione coram me die prima Aprilis 1675. & quamuis in executione fuerit declaratum possessionem apprehendi proportionabiliter, & pro intranti quantitate scutorum 12500. ista tamen expressio facta fuit ad effectum, vt per acceptationem solius Fabricæ, sibi non præiudicaret quoad alia in iuribus cessis comprehensæ, vt clarè legitur in Instrumento adeptæ possessionis.

Minus releuat obiectum, quam noua Fabrica cedere de-
7 beat solo † spectante ad Marchionem Paulum auctorem dictarum Contissæ, & Victoriæ, ad text. *in l. si supra §. sed Proculus ff. de acquir. rer. domin. §. in diuersis, instit. de rer. diuis.* Quia nunquam probatum fuit solum spectasse ad Marchionem Paulum, sed quatenus probaretur, dum Paulus ædificauit ad effectum, vt Fabrica subiaceret primogeni-
8 turæ, † isto casu solum cedit ædificio, Aret. *in §. certè nu. 8. vers. aut impedit instit. de rer. diuis.* Surd. *consil. 74. numer. 21.* Cyriac. *controu. 671. num. 16.* vel ad summum deberetur pre-
9 tium ipsius soli, † quod compensari poterit cum fructibus
10 debitis à die motæ litis, † vt responsum fuit *in decisione edita coram me die prima Aprilis 1675. §. fuit etiam*, quæ

in hac instantia venit omninò supponenda.

Et ita vtraque parte informante resolutum fuit.

Decis. quæ hic immediatè subsequitur est in eadem Causa, cuius in calce etiam aliæ plurimæ concordantes adnotatæ sunt.

R. P. D. CALATAIV.

Romana Primogenituræ de Bubalo,

Veneris 21. Martij 1678.

ARGVMENTVM.

Restitutionem fructuum à die motæ litis continet hæc decisio, non solum naturalium, sed industrialium simul, quo verò ad ciuiles pro rata temporis diuidendos; litem autem respectu rei conuenti à die reproducti monitorij initium sumere declaratur; quia ab eo tempore ille cæpit esse in mala fide; ex eius tamen, quæ deducenda sint, vel non, ex sequenti Summario, & Decisione videbis.

SVMMARIVM.

1 *Peritus eligendus est à Iudice cum assignatione formulæ, iuxta quam ille postea relationem facere debeat.*
2 *Fructus debentur à die reproductæ citationis, seù monitorij.*
3 *Lis respectu rei conuenti dicitur mota ab ea die, quo citatio, seù monitorium reproducta sunt.*
4 *Fructus à die motæ litis restituuntur, siue anticipatè, siue posticipatè fuerint exacti, & quomodo.*
5 *Fructus merè ciuiles dietim currunt, & ideò sunt diuidendi pro rata temporis.*
6 *Fructus donec constet cui, & pro qua quantitate debeantur, veniunt deponendi.*
7 *Fructus à die motæ litis sunt restituendi, siue naturales, siue industriales fiat.*
8 *ex Fructibus locorum montium detrahenda sunt regalia dari solita.*
9 *Salarium Exactoris, & Computistæ detrahendum est ex fructibus, qui alteri restitui debent.*
10 *Reaptationes domorum reficiendæ sunt iuxta quantitatem, quæ in eis probatur impensa.*
11 *Dislocationes domorum quatenus computandæ, vel non computandæ sint.*
12 *Domus semel locata, sic præsumitur continuata, stante pacto, quod non facta disdicta, illa denuo intelligatur relocata.*

DECISIO CLXXVIII.

IMmissus post tres conformes Dominus Octauius Hyacintus de Bubalo in possessionem omnium bonorum spectantium ad primogenituram Octauij Senioris, petijt hodie fructus, ad quos in eisdem sententijs fuerunt condemnatæ Dominæ Contissa, & Victoria Sorores pariter de Bubalo, bonorum detentrices: Vnde dato particulari dubio super illorum liquidatione, dixerunt Domini deputandum esse Peritum, † qui dictos fructus liquidet iuxta mo- 1
dum inferius exprimendum.

Quo enim ad fructus locorum montium, censuum, ac pensiones domorum † veniunt à Perito calculandi à die de- 2
cima sexta Aprilis anni 1665. quo fuit reproductum monitorium, quia respectu rei conuenti † à dicto tempore dicitur 3
mota lis, Rota *cor. Buratto decis. 652. num. 2. & coram Dunoz. Iun. decis. 686. numer. 2. & in Romana, seù Vercellen. Fideicommissi quinta Iunij 1673. coram bonæ memoriæ Priolo*, non attento † tempore, quo illi fuerunt exacti, scilicet an- 4
ticipatè, vel posticipatè, quia cum agatur de fructibus
merè ciuilibus dietim † maturantibus sunt diuidendi pro 5
rata temporis, Gabriel. *consil. 191. num. 5. lib. 2.* Gratian *disceptat. 20. nu. 45.* Rota *coram Mohedano decis. 6. alias 237. in fine de locato, & conducto, & post* Cencium *de Censibus decis. 177. num. 15. & coram Burat. decis. 445. num. 21. & coram Cardinali Caualerio decis. 104. per totam.*

Item omnes pensiones Palatij in Platea Columnæ po-
nendæ sunt in Calculo ad fauorem Domini Octauij Hya-
cinthi, quia, vt firmat alia decisio in eadem Causa emana-
ta hac eadem die, Dominæ Sorores non probant se esse
Condominas, & quoad alias Palatij ad Cloacam Bubali ve-
6 niunt † deponendæ, donec fuerit declaratum, quæ portio
debita sit vtrique parti iuxtà decretum aliàs factum.

Rursùs ponendi sunt in Calculo ad fauorem Domini
7 Octauij Hyacinthi † omnes fructus tam naturales, quàm
industriales à dicta die decimasexta Aprilis 1665.

Deducenda autem sunt ex fructibus locorum montium
8 † regalia dari solita, & ex fructibus Casalium expensæ,
9 quæ factæ iustificabuntur, † necnon salarium Exactoris,
& Computistæ: Ex pensionibus denique domorum sunt
10 bonificandæ † reaptationes, quæ paritèr factæ iustificabun-
11 tur, non autem dislocationes, † quia cum constet domos
fuisse locatas cum expresso pacto, quod nisi fieret disdicta,
illæ censeantur relocatæ, vt ex pluribus instrumentis datis
12 in Summario *numero sexto*, † præsumitur continuatio ea-
rundem locationum, nisi contrarium probetur, vt dixit
Rota *in Romana deuolutionis domus 30. Maij 1659. coram Reue-
rendissimo Domino meo Decano*.

Et ita vtraque parte informante resolutum fuit.

Plures decisiones in hac Causa factæ sunt, altera, quæ hic immediatè præcedit, aliæ verò, quæ in alijs antecedentibus partibus sunt impressæ, concordauimus supra in alia decisione 496. parte 18. tom. 2. ex cuius relatione alias etiam concordantes inuenies.

REVERENDISS. D. ALBERGATO.
Sacræ Rotæ DECANO.

Romana Pecuniaria super exequutione mandati.

Veneris 11. Martij 1678.

A R G V M E N T V M.

Inter duos creditores ille præferri declaratur, qui habebat instrumentum publicum, obligatione Camerali vallatum, vbi verò creditum alterius deducebatur solùm ex peritia facta, non super omnibus libris negotij, sed tantummodò super libro *Mastro*, omisso, vel non existente *Giornali*: & vlterius suum creditum adhuc sub iudice erat, quia ille aperuerat arcam sui debitoris Capserij sine testibus, sine inuentario, & de facto, absque Iudicis auctoritate, cumque etiam de simulatione opponeretur, illa non probari visa est.

S V M M A R I V M.

1 *Creditor habens ad sui fauorem obligationem cameralem, potest exercere omnes actiones, & iura competentia suo debitori.*
2 *Creditum non probatur ex peritia, quæ non emanauit super omnibus libris negocij.*
3 *Peritia facta super solo libro magistrali, non autem giornali, in nihilo suffragatur.*
4 *Liber* Magistralis, *sine giornali non probat.*
5 *Liber* Giornalis *est necessarius ad rationem banchariam.*
6 *Creditum, quod adhuc est sub iudice, dicitur turbidum, & requirens altiorem indaginem.*
7 *Creditum turbidum non potest concurrere cum credito claro, & liquido.*
8 *Creditum turbidum non impedit effectum obligationis cameralis alterius crediti clari, & liquidi.*
9 *Capserij arcam si quis aperuit sine testibus, nullo facto inuentario, vel absque licentia iudicis, præsumitur de suo credito satisfactus.*
10 *Confessione propria nulla datur magis probatio.*
11 *Simulationis coniecturæ plures referuntur, & reijciuntur.*
12 *Sacerdos non præsumitur in fraudem aliorum creditorum voluisse colludere, & simulare.*
13 *Simulatio est concludenter probanda.*
14 *Simulatio non plenè probata, non retardat effectum obligationis cameralis.*

D E C I S I O CLXXIX.

SVper pecunijs spectantibus ad Christophorum Zuccarinum sequestratis penès Fratres de Rotis illius debitores, concurrebant Michael Angelus hæres Bartholomæi & Franciscus Concreditores eiusdem Zuccarini, & cum diu altercassent coram A. C. super prælatione in consignatione pecuniarum sequestratarum, tandem Franciscus obtinuit mandatum de consignando, à quo interposita per Michaelem Angelum appellatione, fuit causa commissa per Signaturam Iustitiæ huic Sacro Auditorio cum clausula, *si quid exequendum*, ad cuius rescripti formam dubitaui super executione mandati, & affirmatiuè prodijt resolutio.

Constat enim de credito liquido Francisci, nedum ex
Apocha, manu Zuccarini conscripta, & obligatione Ca-
merali vallata, vbi ille die 15. Iunij 1665. se constituit de-
bitorem Francisci ex causa mutui in summa scutorum 900.
verum etiam ex publico instrumento eadem obligatione
munito, & stipulato sub die 27. Septembris eiusdem anni:
Propterea potuit ille ritè, & rectè agere contra debitores,
sui debitoris cameraliter obligatos eodem modo, quo po-
terat Zuccarinus suus debitor simili obligatione adstrictus,
† quia Creditor habens ad sui fauorem obligationem Ca- 1
meralem, potest exercere omnes actiones, & iura com-
petentia suo debitori, vti comprehensa in dicta obligatio-
ne, *l. nomen C. quæ res pign. oblig. poss.* Merlin. *de pign. lib. 2. tit. 1. quæst. 29. num. 5. & seqq.* Zacch. *de obligat. camer. qu. 5. num. 35.* Rota *post eum decis. 184. num. 37.* Cels. *decis. 205. num. 3.* Dunoz. Iun. *decis. 894. num. 1.*

Nec ad impediendam, & respectiuè obtinendam consi-
gnationem suffragatur Michaeli Angelo creditum Bartho-
lomæi, sui Auctoris, quia non probatur ex peritia, super
qua fundatur, † cum non emanauerit dispunctis omnibus 2
libris negocij, Buratt. *decis. 14 num. 28* & signanter † libro 3
giornali, Rota *Ianuen. decis. 173. num. 21.* vbi quod non sta-
tur libro Magistrali, nisi contineat partitas libri giornalis;
† Eoque minus in hoc casu attendenda est huiusmodi peri- 4
tia facta sine dicto libro giornali, quia Zuccarinus morbo
apopletico correptus die 5. Aprilis, non potuit librum ma-
gistralem perficere, neque in ipsum reportare partitas ex
giornali, quod etiam conuincebatur ex Summario respon-
sionis eiusdem Michaelis Angeli præscribente, quod in
libro magistrali non fuerint reportatæ partitæ, nisi vsque
ad diem 28. Martij, & tamen Zuccarinus officium capsæ
exercuit vsque ad diem 5. Aprilis, nec benè controuertitur
retentio d. libri giornalis † quia illum esse necessarium ad 5
rationem banchariam testantur plures Mercatores Vrbis,
& tradit Turr. *de camb. disputat. 2. qu. 17. num. 89.* Cumque
supposito credito lis adhuc sub Iudice sit, † dicitur turbi- 6
dum, & requirens altiorem indaginem Mangil. *de euict. qu. 57. num. 14.* Zacch. *de oblig. cam. qu. 17. nu. 95.* præcipuè Rota *decis. 1427. num. 3. coram Coccin.* & consequenter tale creditum
ineptum reputatur † ad concurrendum cum illo Francisci 7
claro, & liquido, & ad impediendum effectum † obliga- 8
tionis cameralis ad illius fauorem vigentis, Zacch. *vbi proximè num. 94.* Rota *penès ipsum decis. 26. & decis. 48. vtrobique num. 2. & decis. 166. num. 5. & coram Celso decis. 350. num. 12 & decis. 999. num. 14. coram Dunoz. Iuniore, & decis. 45. num. 13. & decis. 292. nu. 1. par. 16. rec.*

Angetur turbiditas, quia Zuccarino apopletico acciden-
te correpto, Bartholomæus de facto acceptis clauibus, ape-
ruit Capsam nummulariam, nullo adhibito testes, vel fa-
cto Inuentario, aut Iudicis obtenta † licentia: Vnde donec 9
Michael Angelus docuerit quid, & quantum in Capsa fue-
rit inuentum, oritur præsumptio, quod ex pecunijs ibi-
dem repertis Bartholomæus sibi satisfecerit, *ad text. in l. cum Domini horreorum ff. locat.* vbi Bart. *num. 1. l. 1. § si pecunia ff. deposit.* Ancharan. *cons. 286. num. 2.* Paris. *cons. 83. nu. 1. & 24. lib. 1.* Menoch. *cons. 457. num. 3 & 4.* Afflict. *dec. 13. nu. 16.* Rota *decis. 522. num. 6. par. 1. rec.* concurrentibus maximè coniectu-
ris, quod in Capsa adesset considerabilis quantitas pecunia-
rum, & conuincitur ex propria confessione eiusdem Bartho-
lomæi data in Summario Francisci *numer. 13.* qua nulla
maior † probatio, *cap. per tuas de probat. l. cum tela 2. C.* 10
de transact.

Non

Non obstant coniecturæ adductæ ad ostendendum creditum Francisci esse simulatum, quia propter quod deficit
11 causa simulandi, probatio simulationis ex illis † non resultat: Non enim concludit illa, quæ desumitur ex inuerisimilitudine, nimirum, quod Franciscus mutuauerit summam scutorum 900. gratis, quia cum Zuccarinus promisisset mutuum restituere intra paucos menses, ideo mirum non est, quod Amicus gratis, & amore pecunias mutuas alteri Amico dederit, prout non potest fieri vis in alia elicita ex eo, quod non sit credendum, quod idem Franciscus crediderit istam summam Zuccarino, tunc debitis inuoluto, quia tale quid nullibi probatur: quinimò cum Franciscus esset
12 Sacerdos, † non præsumitur, quod in fraudem aliorum voluerit colludere, & simulare cum Zuccarino, vt aduertit Rota *decis. 94. num. 24. & 25. par. 13. rec.* & in omnem euen-
13 tum exceptio † simulationis debet esse concludenter pro-
14 bata, aliàs † non retardat executionem obligationis cameralis, plenè Zacch. *de oblig. camer. qu. 18. num. 1. & seqq.* Rota *decis. 472. num. 7 par. 4. tom. 2. rec. & decis. 195. in fine cor. Papa Gregorio.*

Et ita mandatum de consignando exequendum esse decisum est, vtraque parte audita.

Alia subsequens decisio, ipsa etiam in eadem Causa facta est.

REVERENDISS. D. ALBERGATO
Sacræ Rotæ Decano.

Romana Pecuniaria super consignatione mobilium.

Veneris 11. Martij 1678.

A R G V M E N T V M.

Creditoribus inter se concertantibus, mobilia communis debitoris illi consignata fuere, qui habebat pro se instrumentum clarum, & illiquidum, vtpote resultans ex Apocha, & instrumento publico cum obligatione camerali, itaut creditum alterius turbidum, & illiquidum, nec potuisset cum illo concurrere, nec impedire effectum eiusdem obligationis, quæ non admittit exceptiones requirentes altiorem indaginem.

S V M M A R I V M.

1 *Mobilia debitoris defuncti suo creditori consignanda sunt in satisfactionem sui crediti.*
2 *Depositum recipiens, vel in forma depositi, cum obligatione restituendi prioribus, & potioribus ad omne mandatum Iudicis, eo præcipiente, illud restituere tenetur.*
3 *in Hæredem transeunt omnia iura defuncti, tam actiuè, quàm passiuè.*
4 *Creditum clarum, & liquidum præfertur credito turbido, & illiquido. & num. 6.*
5 *Creditum dicitur clarum, & liquidum, si resultat ex Apocha, & instrumento obligatione camerali vallato.*
7 *Creditum turbidum, & illiquidum est ineptum ad impediendum effectum obligationis cameralis.*
8 *Obligatio cameralis reijcit omnes exceptiones requirentes altiorem indaginem.*

D E C I S I O CLXXX.

Ex ijsdem rationibus, & motiuis, quibus hodie Sacra Rota ad fauorem Francisci, excluso Michaele Angelo hærede Bartholomæi, censuit exequendum esse mandatum ab Auditore Cameræ relaxatum de consignando pecunias Zuccarini, sequestratas penes Fratres de Rotis il-
1 lius debitores, † ita quoque respondit eidem Francisco consignanda esse mobilia ad eundem Zuccarinum spectantia, & relaxata apud Bartholomæum sub obligatione de illa habendo in forma depositi, & restituendo prioribus, & potioribus creditoribus ad omne mandatum
2 Domini. † Quamobrem ad formam huius obligationis

illa Francisco creditori Zuccarini dimittere tenetur Michael Angelus, Rota *decisione 130. numero primo parte 16. recentiorum*: nam in eum tamquam hæredem Bartholomæi † omnia iura defuncti tam actiuè, quàm passiuè 3
transierunt, *leg. si pactum ff. de probationib. leg. vnica C. vt actiones ab hæredibus, & contra hæredes incipiant.*

Nec ad illa retinenda suffragari potest Michaeli Angelo creditum, quod habere prætendit ex persona sui Auctoris pro redditione rationis administrationis Capsæ nummulariæ à Zuccarino administratæ, † quia cum ex deductis in 4
alia decisione sub hac eadem die extensa, creditum Francisci sit clarum, & liquidum, † vtpotè resultans ex Apo- 5
cha, & Instrumento obligatione camerali vallato, † præ- 6
ferendum venit credito Michaelis Angeli turbido, & † illi- 7
quido, & consequenter inepto ad impediendum effectum obligationis cameralis, † quæ reijcit omnes, & quascum- 8
que exceptiones, requirentes altiorem indaginem vt plenè firmat alia supradicta decisio, vbi referuntur Zacchias *de obligatione camerali quæstione 17. num. 9. & 93.* Rota *decisione 48. num. 2. post eundem, & decisione 350. num. 12. coram bonæ memoriæ Cardinali Celso, & decisione 292. num. 5. par. 16. recent.*

Et ita, vtraque Parte informante, resolutum fuit.

Decisio, quæ immediatè præcedit emanauit in eadem causa, & coram eodem Reuerendiss. D. Decano.

R. P. D. RONDININO.

Bononien. Iurispatronatus.

Veneris 11. Martij 1678.

A R G V M E N T V M.

Denegatur exequutio Literis Apostolicis, quia iustificatæ non erant, & ideo pro illarum retardatione arbitrium intrare deciditur: Hinc de materia iurispatronatus tractatur, An illud fuerit hæreditarium, vel gentilitium, & an comprehendatur sub donatione vniuersali, cuius natura explicatur; Ipsum autem fuisse hæreditarium deciditur, quia de instrumento fundationis non constaba, atque ita præsentato suffragabatur iure, se fuisse nominatum, & electum ab existente in quasi possessione præsentandi.

S V M M A R I V M.

1 *Arbitrium regulatur à iure.*
2 *Literæ Apostolicæ, si non sunt iustificatæ, non veniunt exequendæ, sed intrat arbitrium pro retardatione earum.*
3 *Iuspatronatus venit sub donatione omnium iurium.*
4 *Iuspatronatus transit cum vniuersitate bonorum.*
5 *Ordinarij consensus requiritur in donatione particulari facta de iurepatronatus, secùs verò in vniuersali.*
6 *Donatio dicitur vniuersalis, si donator declarauit voluisse facere donationem vniuersalem omnium bonorum, & iurium.*
7 *Bona, & species enunciatæ in donatione vniuersali dicuntur stare demonstratiuè, non autem taxatiuè.*
8 *Donator si sibi aliquid reseruauit ad effectum testandi, eo non testante, illud cadit sub donatione, & quando.*
9 *Iuspatronatus præsumitur hæreditarium, non gentilitium, si non exhibetur instrumentum fundationis.*
10 *Iuspatronatus dicitur hæreditarium, si fuerit donatum extra familiam.*
11 *Iuspatronatus dicitur hæreditarium, si in donatione exprimitur, illud hæreditario iure spectare ad donantem.*
12 *Iuspatronatus in præsentatione expressum sub qualitate gentilitia, quatenus demonstratiuè, non autem taxatiuè sic dicatur expressum. & supra num. antecedentib.*
13 *Probatio æquiuoca non suffragatur in materia iurispatronatus.*
14 *Fœminæ quod non præsentauerint in iurepatronatus hæreditario, nihil facit, vbi adest statutum*

 exclu-

exclusum fœminarum.
15 *Verba, vt asseritur, nihil probant.*
16 *Assertiones, & enunciatiuæ Ordinariorum super iurepatronatus gentilitij, dicuntur stare demonstratiuè.*
17 *Præsentatio iurispatronatus facta titulo hæreditario, probat vltimum statum, qui attendendus est.*
18 *Status vltimus in materia iurispatronatus, eo magis attenditur, si quæstio sit inter præsentatos, non autem inter præsentantes super pertinentia iurispatronatus.*
19 *Præsentato sufficit fuisse præsentatum ab existente in quasi possessione præsentandi.*
20 *Præsentatio à compatrono facta, in dubio pro sua portione facta dicitur, & ideo portionem compatroni præseruat.*
21 *Derogatio iurispatronatus, illius existentiam supponit.*
22 *Priuatio semper præsupponit habitum.*

DECISIO CLXXXI.

Resignauit Parochialem Ecclesiam Sancti Laurentij de Prunario Rector, fauore Matthæi Gratioli, qui consensum, seù præsentationem à Marchione Magnano Patrono obtinuit, suasque Literas Apostolicas Vicario Generali Bononiensi directas exequendas præsentauit; Cum autem Iacobus Ferrarius à Senatore Gozzadino præsentatus, Apostolicas pariter Literas eidem Vicario directas obtinuisset, & ab eodem immissionem in controuersiam Ecclesiam reportasset; Hinc commissa mihi Causa, cum clausula, *parito literis arbitrio*, illi locum esse DD. responderunt.

1 Præmissis enim vulgatis regulis, quod arbitrium † regulatur à iure iuxta dictum Bartoli *in extrauag. ad reprimendum*, quodque Literæ Apostolicæ quando non sunt iustificatæ non debent ex iuris dispositione executioni de-
2 mandari; † interque arbitrium pro illarum retardatione, Rota *coram Rembold. decis. 373 num. 7. & coram Vbald. decis. 371. num. 6.* Constat Iacobi Ferrarij Literas iustificatas non esse, quia in illis narratur Gratiolum primò prouisum non habere medietatem vocum, quod in facto non subsistit, etenim Gratiolus fuit præsentatus à Marchione Magnano, ad quem pro medietate spectat hoc iuspatronatus in vim donationis vniuersalis habitæ à Scipione filio Ludouici, donatarij pariter vniuersalis Vincentij, iuxta natu-
3 ram iurispatronatus, † quod sub omnium iurium dona-
4 tione continetur, † sub vniuersitate bonorum transiens, Viuian. *de iurepatr. lib. 4. cap. 4. num. 16.* Palma Iunior *consult. prim. num. 28.* Salgad. *labyrint. credit. par. 3. cap. 5. num. 25.* Rot. *coram Seraph. decis. 725. per totam, & coram Vbald. decis. 412. num. 8 & coram Ninot. decis. 12. num. 7. & decis. 25. nu. 6 & seqq. & in recent. par. 6 decis. 202. num. 4.* etiamsi defecisset Ordina-
5 rij consensus, † quia ille requiritur tamen in donatione particulari, non autem in vniuersali, Modern. Lucensis *de pact. futur. success. lib. 2. cap. 9. numer. 73. & cap. 39. num. 49.* Palma Iunior *d. consult. 1. num. 29. add. ad* Rot. *par. 9. decis. 46. num. 118.* Rot. *rec. par. 6 d. decis. 207. num. 15 & 16 & par. 11. decis. 73. num. 20.* Ninot. *d. decis. 12. sub num. 7. & 8. & decis. 25. num. 21 & in Nouarien. Iurispatronatus 25. Ianuarij 1678. §. fin. coram me.*

Quod autem vniuersalis fuerit donatio; altera, quam Scipio de Gozzadinis filius Ludouici legitimati fecit Marchioni Seniori Magnano eius Consobrino, Domini non
6 dubitabant: † Etenim licèt expressa fuerint certa corpora, quia tamen donator voluit facere vniuersalem omnium bonorum, & iurium suorum donationem, vt in donatio-
7 ne expressit, † dicitur proindè enunciatio specierum stare demonstratiuè, non autem taxatiuè ad coarctandum genus omnium bonorum donatorum, etiam futurorum, quæ donator ipsi donatario acquiri voluit, etiam cum sum-
8 ma scutorum 200. † quam sibi reseruauerat ad effectum testandi, quatenus de ea testatus non fuisset, ex quibus omnibus ampla donationis generalitas conuincitur per ea, quæ ad hunc effectum præcisè considerant Ciarlin. *controu. 1. & num. 76.* Viuian. *de iurepatr. lib. 4. cap. 4. num. 1. & per tot.* Modern. Lucens. *de pact. futur. success. lib 2 cap. 39 & num. 35.* Rota *coram Seraph. decis. 725 per tot. & coram Eminentiss. Ottbobono decis. 234. ex num. 9. & coram Reuerend. Ninot. decis. 4. per totum, & decis. 12. & num. 5.*

9 Neque iuspatronatus Gentilium prætendi potest, † quia non exhibito Instrumento fundationis, præsumitur hæredi-
10 tarium, & probatur etiam tale; † ex eo quod sustolim donatum per Martinum Scipioni Seniori Gozzadino de extranea familia, qui illud acquisiuit pro se, & suis hæredibus, & in ipsa donatione facta à Gozzadinis exprimitur,
† quod ad Scipionem donantem iure hæreditario spectabat, 11
ex deductis per Ciarlin. *d. contr. prima ex nu. 19. &* Reuerendiss. de Luca *dist. 22. num. 7. de iurepatronat.* Rota *coram Merlin. decis. 94. num. 4. & rec. par. 6. decis. 207. num. 7. & par. 12. dec. 70. num. 6.* Præsentationes autem factæ per illos de Gozzadinis, non designant iuspatronatus Gentilitij; etenim sunt confusæ, sine expressione portionum patronatus spectantium ad præsentantes, atque præsentatio pro eorum satis, cum referri valeat tam ad voces in capita, quàm in stirpes, in hunc seorsum recipiendæ veniunt, quemadmodum recipienda venit expressio qualitatis Gentilitiæ in præsentationibus, † cum censeatur stare demonstratiuè, non ta- 12
xatiuè, quod sufficit, vt æquiuoca probatio † non at- 13
tendatur, vt post alias Rot. *coram Merlino decis. 870. num. 5. & 6. & coram Eminentiss. Ottbob. decis. 3. num. 13. & decis. 26. num. 25. & in rec. par. 13. decis. 73. ex num. 17.* & verè æquiuoca etiam est illatio, deducta ex eo, quod fœminæ ex
Familia Gozzadina non præsentauerint, † quia eatenus 14
non præsentasse censentur, quatenus adest statutum Bononien. excludens fœminas in concursu masculorum, Mar. Antonin. *var. resol. lib. 1. cap. 9. nu. 3.* Tondut. *resol. Canonic. par. 3. cap. 157. num. 36.* Rot. *coram Reuerendiss. Ninot. decis. 27. num. 12. & 13. & in Nouarien. iurispatronatus 4. Iunij 1677. §. non attentis coram me:* eædemque assertiones Ordinariorum sunt
per verba, vt asseritur, † nec habent taxatiuam pro Fa- 15
milia † Gozzadina, & ideo illæ etiam censentur stare de- 16
monstratiuè, Cassad. *decis. 4. & num. 1, ac probat.* Merlin. *decis. 198 num. 10. & 15.* Ninot. *d. decis. 27 sub num. 7 & 18. & in rec. par. 5. dec. 288. num. 8. & par. 13. d. decis. 73. nu. 20. & par. 15. decis. 331 sub num. 8. & 9. & in d. Nouarien. iurispatronatus 4. Iunij 1677. §. enunciatiuæ coram me.*

Et quod tollit omnem difficultatem est vltimus status ex
præsentatione facta titulo hæreditario, † qui attenden- 17
dus omninò venit, Palma Iun. *consult. 59. num. 9.* Rota *coram Ninot. d. decis. 27. num. 4. & in rec. par. 7. decis. 247. num. 17. & par. 12. d. decis. 70. num. 8.* qui vltimus status suffragatur, omninò ad hunc effectum, quia cum quæstio non sit principaliter inter Patronos super pertinentia iurispatronatus, sed agatur inter præsentatos super executione Literarum Apostolicarum, atque incidenter solum eiusdem patrona-
tus pertinentia deducatur, † sufficit Gratiolo præsenta- 18
tum fuisse à Marchione Magnano vniuersali successore Marchionis Magnani Senioris donatarij vniuersalis Scipionis Iunioris Gozzadini filij legitimati, & hæredis Ludouici
pariter † de Gozzadinis, quorum vterque in anteactis vaca- 19
tionibus ad hanc Parochialem Ecclesiam præsentauit, Viuian. *de iurepatronat. lib 5. cap. 4. num. 69.* Rota *rec. par. 12. dec. 25. num. 16. & par. 15. decis. 148. num. 13. & in Prat. Capellaniæ 5. Decembris 1646. quam etiam coram me;* Ad quem effectum ineffectuatio præsentationis Marchionis Magnani anno 1636. multum confert, id enim processit ex eo, quod Cataneus præsentatus à Bonifacio de Gozzadinis, obtinuit ab Vrbano VIII. derogationem medietatis vocum Patronalium, quam certe non obtinuisset, si Marchio Magnanus pro medietate compatronus non fuisset, neque Gozzadinus præsentasset pro sua portione, quæ verba præseruant
ius Marchionis Magnani Compatroni, † vt in dubio etiam 20
præsumitur Rota *coram Eminentiss. Ottbobono d. decis. 26. ex*
num. 21. quemadmodum derogatio † supponit patronatum, 21
ea ratione, qua † priuatio supponit habitum, ex optimè de- 22
ductis per Mand. *consil. 7. num. 15. & seqq.* Paril. *de resignat. lib. 2. quæst. 4. & num. 55.* Rota *coram Eminentiss. Ottbob. decis. 224. n. 18. & seqq. & par. 14. rec. dec. 309. num. 39.*

Reliquis satisfaciebant Informantes pro Gratiolo, cum quibus Domini transieruot ipso sufum informante, & Iacobo Ferrario pluries monito &c.

R. P. D. RONDININO.

Calaritana Pensionis.

Veneris 12. Martij 1677.

ARGVMENTVM.

Redditio rationis impugnari prætendebatur, siue quia pro maiori tempore facienda foret, siue etiam quia diceretur erronea; sed cum neutrum probatum sit, illi standum esse

decidi-

deciditur : non enim ex administratione vnius temporis inferrebatur ad aliud tempus præcedens , prout nec minus de errore constabat ex confusa relatione Periti , dum altera pars ad illum informandum citata , non comparuerat, ipsumque informare recusauerat.

S V M M A R I V M.

1 *Mandatum validum , & iustum exequutioni demandari debet.*
2 *de Administratione temporis posterioris , non infertur ad aliam temporis anteriorem , nisi illa plenè , & concludentèr probetur.*
3 *Peritus quod fuerit electus non solum pro adæquatione monetæ , sed etiam ad calculandum partitas dati , & recepti resultat ex decisionibus causæ.*
4 *Peritum confusè descripsisse partitos allegare non potest, qui citatus ad informandum non comparuit, nec illum informare curauit.*
5 *Relatio Periti impugnari non potest , donec de errore plenè , & concludentèr probatum non sit.*
6 *Administratio pro alio tempore , quam fuerit à perito relatum , non resultat ex partitis , quæ de solo tempore relationis loquuntur.*
7 *Redditio rationis dicitur apta repellere quemcumq; contrarium asserentem.*
8 *Error redditionis rationis est clarè , & concludenter probandus.*

D E C I S I O CLXXXII.

MAndatum Rotale tamquam validum , & iustum † præuijs decisionibus huius * Causæ 11. Decem-
1 bris 1673. cor. bonæ memoriæ Priolo , & 27. Ianuarij 1676. coram R. P. D. meo Bourlemont exequendum esse hodie Domini responderunt.

Neque obstat repetita exceptio redditionis rationi fructuum perceptorum per Ambrosium Machinum ab anno
2 1636. vsque ad annum 1661. † quia de administratione à tali tempore concludenter non docetur: Post illud verò tempus Ambrosius reddidit rationem, vt ex relatione Periti, qui non fuit tantum electus ad reducendam monetam Sardicensem
3 ad aureos de Camera , † sed etiam ad calculandum partitas dati, & recepti, vt iustificatum fuit in Summario Ambrosij , & comprobant decisiones huius Causæ 11. Decemb 1673. §. *non attento* coram bo. me. Priolo, & 27. Ianuarij 1676. §. *sicuti non subsistit, & seqq.* coram R. P. D. meo Bourlemont.

Neque pariter releuat, quod Ambrosius nimis confusè descripserit tam partitas fructuum perceptorum, quàm expen-
4 sarum ex illorum causa factarum, † quia dum Gregorius citatus coram Perito electo; vt informaret illum, & referri videret , nunquam comparuit, quinimò & istas earundem partitarum, super quibus Peritus fundauit propriam relationem produxit, & iuxta eas residuum, quod debebat Ambro-
5 sius soluit, non rectè igitur illas hodie impugnat † non docto, & quidem claré de errore, ex vulgata conclusione , de qua in decisione huius Causæ 27. *Ianuarij* 1676. *§. & quidem coram R. P. D. meo Bourlemont.*

Minusque visum fuit Dominis attendi posse sumptum assertatum liberationum in hodierno Summario Gregorij adductarum; Etenim præter alias responsiones pro parte Am-
6 brosij , cum quibus Domini transierunt † adhuc semper ex tenore earundem liberationum apparet eas loqui de peruentis ad manus dicti Ambrosij ab anno 1661. & consequenter comprehensis in prænarrata redditione rationis iam secuta ,
7 † quæ importat exceptionem aptam ad repellendum quem-
8 cumque contrarium asserentem, † quousque illud claré probetur , *l. vnica,* & ibi *Doctores C. de error. Calcul. l. semel C. de apocb. public. lib. 10. Canonistæ in cap. vnic. de Cleric. ægrotant. in 6.* Rota *coram Emmentiss. Ottbob. decis. 5. nu. 1. & in rec. par. 12. decis. 17. nu. 9.* & in adducta decisione huius Causæ.

Et ità vtraque Parte informante , resolutum fuit.

. Altera ex supradictis decisionibus coram bo. me. Priolo est impressa inter suas decis. 450. Altera verò Reuerendiss. Domini Bourlemont Episcopi Burdigalensis fuit in imprimendo omissa , quia illius decisiones Typis demandari debent.

R. P. D. T A I A.

postea S. R. E. Cardinali.

Bononien. Appartamenti.

Veneris 11. Martij 1678.

A R G V M E N T V M.

Manutentio locatori, non conductori conceditur , quia de sui possessione ex locatione constabat , cum conductor non sibi , sed pro domino locatore possideat ; & hoc maximè locatione finita , & restitutis clauibus , per quarum traditionem, dicitur etiam tradita possessio omnium rerum , quæ sub dd. clauibus continentur; itaut exceptione erroris à partibus non probati , illa retardanda non sit.

S V M M A R I V M.

1 *Fideiussor propriè dicitur debitor, non alia differentia, quam non suo nomine debendi.*
2 *Venditor non sibi præiudicat, si falsum modum dixerit fraudatus à mensore.*
3 *Errans rem suam non amittit.*
4 *Errans non dicitur consentire.*
5 *Clausula* constituti *probat possessionem constituentis , & facit possessionem constituarij.*
6 *Possideri potest alieno nomine, etiam illud, quod proprio nomine possidetur.*
7 *Possessor potest alium facere possessorem nomine suo.*
8 *Conductor non possidet sibi, sed locatore domino, & numer. 11. vbi vide.*
9 *Conductori non datur manutentio contra locatorem , & dominum, sed datur ipsi domino amplia , vt numer. seqq. vbi vid.*
10 *Possessio eorum, quæ continentur sub clauibus dicitur tradita ex traditione clauium.*
11 *Manutentio etiam conductori conceditur in sua detentatione, & ad statum, non solum contra tertium, sed etiam contra dominum, & locatorem.*
12 *Possessorium innixum clausulæ* constituti *recipit omnes exceptiones , quæ competunt aduersus contractum principalem.*
13 *Clausula* constituti *famulatur in omnibus naturam principalis contractus, & eum sequitur.*
14 *Translatio possessionis alia est iuris, alia verò facti.*
15 *Manutentio retardari non potest per exceptionem erroris , à partibus non probati.*

D E C I S I O CLXXXIII.

FIdeiusserat Hercules pro Ioanne Thoma , & Antonio in cambio libratum 8000. Cesari Iosepho , † at- 1
que vt fideiussor proprie dicitur debitor , non alia differentia , quam non suo nomine debendi in *l. 4. ff. de solut.* pro debitore Conuentus , vt debitor , rogauit creditorem, vt acciperet partem domus insolutum ad congruam debiti , & pactisummam præcedentibus peritorum mensurationibus , & æstimationibus 15. Octobris 1668. sed creditor vigore instrumenti 6. Nouembris eiusdem anni recepit totam partem inferiorem habitabilem cum pacto resolutiuo , quod Bononiæ dicunt francandi , & successiuè locatione, conductione ad septennium.

Locatione , & conductione finita in traditione clauium conductoris Locatori , orta est controuersia , quid comprehendatur in huiusmodi venditione , & quomodo sint apponenda confinia , nàm venditor prætendebat venditionem fuisse factam ad formam peritiarum, emptor vero formam instrumenti stipulati, quod dubium hodie propositum est , & resolutio dilata, vt testes formiter examinentur, sed, & alium possessorium propositum est; An , & cui sit danda manutentio , & Domini dandam Cesari Iosepho responderunt, vnico tantum discrepante.

Nàm quamuis instrumentum cantet , (inquit ille) datum

tum fuit insolutum totum appartamentum, tamen doce-
2 tur de † errore, & planè si venditor falsum modium dixerit
fraudatus à mensore §. *si venditor l. 3. ff. si mensor falsum*,
3 † & nemo errans rem suam amittit *l. si Procurator 35. ff. de*
4 *acquir. rer. domin.* neque consentiunt, † qui errant *l. si per*
errorem 15. ff. de iurisd. omn. iud. & error probatur illi varijs
rationibus attinentibus respicientibus ad dubium principale
dilatum.

Alij autem pro manutentione Cesaris Iosephi ex possesso-
5 rijs rationibus, vt supra responderunt, & primo ex clausula †
Constituti, quæ sola contra constituentem probat, quin
etiam facit constitutarij possessionem, prout quod meo no-
6 mine possideo, possum † alieno nomine possidere, & alium
7 possessorem nomine meo facio clàriunt ex fonte *l. quod meo*
18. ff. de acquir. poss.

Deinde ex ipsa locatione emptoris, & conductione ven-
ditoris, & ex effectiua, & continuata septennali solutione an-
nuæ pensionis librarum 320. cum conductor non possideat si-
8 bi, † sed locatori, & domino, itaut ciuilis possessio Domini
nitatur naturali, quæ mediante Conductore tenetur ex pos-
sessione Conductoris, nomine Locatoris, possessio Locatoris,
non Conductoris probetur; Vndè non datur Conductori ma-
9 nutentio contra Locatorem, † & dominum, sed datur ipsi
domino, & Locatori contra Conductorem apud Posth. *de*
manut. obser. 52. ex num. 13. cum alleg:

Maximè finita Locatione, conductione, & traditione
10 clauium resoluta, † vt clauibus traditis videtur tradita pos-
sessio eorum quæ sunt sub clauibus *l. clauibus traditis 74. ff. de*
contrahend. empt. & ibi notat Bart. & alij apud Alex. *in ad-*
dit. cùm daretur tamen mandatum de manutenendo Con-
11 ductori in sua detentatione, † & ad statum, tàm contra ter-
tium, quam contra dominum, & Locatorem, licet nullo mo-
do pro se possideatur apud Posth. *obser. 52. num. 17 cum alleg.*

Non obstitit, quod aduersus possessorium, quod innititur
12 clausulæ Constituti, † iure admittantur exceptiones, quæ
contra ipsum Principalem contractum competunt abundè
Tiraquell. *de iur. constit. poss. limit. 7. par. 3.* cum alijs per
Rot. *apud* Posth. *de manut. decis. 68. nume. 3.* prout clausula
13 Constituti admittit omnes exceptiones, † quas contractus
Principalis, vt ex dicta decisione inquit Rota apud ipsum
Posth. *decis. 152. n. 5.* & amplius Tiraquell *d. limit. 7. nu. 16. &*
28. Quia contractui dationis insolutum successit locatio acci-
pientis, dantisquè conductio, & illa finita, & clauibus restitu-
tis, successit alia ipsius accipientis, cum descriptione conti-
nente partem controuersam 18. Octobris 1676. Vndè inhi-
14 bitiones, & denunciationes, † & aliæ processerunt, ad quæ
præclarè distinguendo, & declarando translationem iuris, &
facti Tiraquell. *d. limit. 7. numer. 14. cum allegat.* ex quibus
15 cum possessio Cæsaris visa fuerit clara, † retardari non po-
tuit manutentio ob exceptionem erroris hucusque non pro-
bati ad Posth. *de manus. obser. 64. numer. 12.*

Et ita, vtraque Parte informante, resolutum fuit.

R. P. D. EMERIX.

Romana Dotis, & Fructuum.

Lunæ 11. Martij 1678.

ARGVMENTVM.

Causa diu in Rota agitata super consequutione fructuum dotalium in Binuba, quæ tēpore viduitatis interpellauerat hæredes primi viri pro restitutione suæ dotis, adhuc illius fauore deciditur, siue ex nostro *Statuto libro primo cap.* 137. quod licet in corpore loquatur de vidua, in rubro tamen generaliter loquitur, & ita etiam Binubam comprehendit, siue etiam ex dispositione iuris communis, quia concurrente interpellatione, & indigentia mulieris, nulla ratio patitur, quod hæredes primi viri, si sunt morosi in restitutione dotis, illius fructus soluere non teneantur.

SVMMARIVM.

1 *Fructus dotis ex Statuto Vrbis debebantur olim ad rationem scutorum septem cum dimidio pro centenario.*

2 *Statutum Vrbis est confirmatum auctoritate Pontificis.*

3 *Statutum Vrbis* lib. 1. cap. 137. *de fructibus dotis mulieri non restitutæ, licet loquatur in vidua, procedit etiam in Binuba, & num. seqq.*

4 *Statutum in Rubro generaliter loquens, non restringitur à Nigro specialiter disponente.*

5 *Fructus non restitutæ dotis plerumque petuntur à Vidua,*

6 *Statutum de fructibus dotis non dicitur respicere ad qualitatem personæ, sed ad priuilegium dotis.*

Et ideo loquens de vidua habet etiam locum in Binuba, & sup. à num. 2. & seqq.

7 *Dotis causa semper præcipua, & priuilegiata est.*

8 *Maritus non tenetur alere de proprio mulierem, quæ nupsit sine dote, vel eam non soluerit.*

9 *Binuba si tempore viduitatis interpellauit hæredes primi viri pro restitutione dotis, consequitur ab eis fructus etiam tempore binubatus decurrentes, & numer. 21. ac per totam decis.*

10 *Fructus non restitutæ dotis eo magis debentur binubæ, si mandata relaxata sunt, & hæredes primi viri illorum debitum agnouerunt.*

11 *Actio durante viduitate in iudicio proposita, perpetuatur, & durat etiam tempore binubatus.*

12 *Mora propria nemini suffragari debet.*

13 *Hæredes primi viri si post interpellationem factam à vidua sunt morosi in restitutione dotis.*

Tenentur ei etiam binubæ persoluere fructus.

14 *pro Fructibus dotis non competit actio mulieri, sed viro, qui si non interpellauit hæredes primi mariti illos consequi non potest.*

15 *Mulier secundo nubens dicitur sibi constituisse eandem dotem, quam tradidit primo.*

16 *Dotis actio remanet penes binubam, quæ reaupsit nulla sibi constituta dote.*

17 *Exceptio rerum amotarum illiquida non admittitur in iudicio restitutionis dotis.*

18 *Derogatio* Sixtinæ Constitutionis *super modo de ratione dotium obtenta in primis nuptijs suffragatur etiam secundis.*

19 *Fructuum dotis in materia Doctore, & decisiones plures declarantur.*

20 *Fructus non restitutæ dotis sine interpellatione non debentur, secus verò si interpellatio concurrit, & indigentia mulieris.*

21 *Fructus dotis non restitutæ semper debeatur binubæ, quæ interpellauit hæredes primi viri, siue ex statuto, siue ratione interesse damni emergentis.*

DECISIO CLXXXIV.

ROta censuit procedendum ad vlteriorem legitimam
executionem mandatorum relaxatorum pro fructibus
dotis debitis D. Annæ Mariæ Aldobrandinæ ab hæredi-
bus bo. mem. Francisci Mariæ Ducis Ceræ eius primi viri
ad rationem scutis 7. cum dimidio † iuxta dispositionem 1
Statuti Vrbis lib. 1. cap. 137. Quia illorum validitas est incon-
trouersa, & iustitia liquidò resultat ex dispositione eius-
dem Statuti † auctoritate Pontificia confirmati, vt pleno ca- 2
lamo notat Fenzon. *ibid. num. 1. cum seqq.*

Non obstante exceptione alias adducta, & hodie denuo re-
petita, quod Statutum loquatur de fructibus dotis post iu-
dicialem interpellationem per viduam factam illi non
restitutæ, & proinde suffragari non possit D. Mariæ,
quæ conuolauit ad secundas nuptias, † quia vt bene ponde- 3
ratum fuit in tribus decisionibus præcedentis Instantiæ co-
ram R. P. D. meo Calataiu, ista exceptio multifariè repel-
litur. Ex primo, quia Statutum taxat generaliter fru-
ctus dotis pro alimentis ad supradictam rationem, & licet
in nigro loquatur in specie de viduis † tamen quia Rubri- 4
ca generaliter loquitur de fructu dotis pro alimentis, &
nigrum non disponit taxatiuè de vidua ad differentiam bi-
nubæ, sed demonstratiuè, seu relatiuè ad primum virum,
ex quo plerumque contingit viduas agere ad eiusmodi fru-
ctus, † dispositio non restringitur ad viduas, sed comprehen- 5
dit æquè binubas, tum ex generalitate Rubricæ, vt firmat
Rot. *coram Greg. decis. 5. numer. 3. coram Reyes decis. 339. num.*
14. &

14. *& coram Eminentissimo Otthobon. decis. 260. num. 17.* cum alijs allegatis in decisionibus * coram R. P. D. meo Calataiu.

Tum ex generalitate verborum subsequentium ibi: Do-
6 nec dos à quocumque debita restituta sit, † quæ ostendunt, statuentes non tàm respexisse ad qualitatem, & statum mulieris, quàm ad moram debitoris, & reale, ac speciale priuilegium dotis, vt in his terminis ratiocinatur, Paris. *cons. 64. num. 5. lib. 4. &* Spadaffa *in theatr. viduil. disquis. 14. nu. 67. cum seqq.*

Secundo, quia ratio Statuti, & fauor, ac causa dotis,
7 † quæ semper, & vbique præcipua est, vt inquit tex. *in l. 1. ff. solut. matrim. ibique gloss.* & communiter scribentes, fortius vrgent in Binuba procreationi Sobolis iàm proxima, quam in vidua, præsertim in hoc casu, vbi secundo nupsit, nulla dote promissa, vel soluta; tunc enim, quia secundus
8 † vir eam non tenetur alere de proprio iuxta gloss. *in auth. de non eligen. secundo nuben. §. final. verb. onera* cum alijs alleg. per Rot. *decis. 570. num. 4. par. 5. rec.* Adden. ad Gregor. *decis. 534. numer. 4. decis. 50. numer. 15. par. 9. & coram Peuting. decis. 234. numer.* 14. Ipsaque necessitate præmitur ex mora, & tergiuersatione hæredum primi viri in restituen-
9 do dote, † omnis æquitas, & iustitia clamitant, vt ratione damni emergentis teneantur ad alimenta loco interesse, & sic ad fructus iuxta taxam Statutariam. Paris. *dicto cons. numer. 3. & 4.* Fenson. *ad hoc Statut. numer. 33. cum seqq. &* Thesaur. *decis. Pedemont. 43. num. 2. & 3* vbi plures.

Tertiò, quia D. Maria adhuc existens in viduitate non solùm egit pro restitutione dotis, & solutione fructuum,
10 sed etiam plura mandata obtinuit, † & hæredes fatendo debitum susceperunt terminum ad soluendum, & realiter
11 soluere cæperunt eosdem fructus, † itaut actio durante viduitate iudicio inclusa, fuerit perpetuata ad text. *in l. omnes actiones 182. ff. de reg. iur.* Ipsique vsque in præsens consti-
12 tuti fuerint in mora, quæ nullatenus eis † suffragari debet contra expressam dispositionem tex. *in cap. mora de reg. iur. in 6. & in l. si quis solutioni §. item ff. de vsur. l. seruum §. sequitur de verb. oblig. & in l. in condemnatione 137. §. vnicuique de reg. iur.* Quin potius omni iure compellendi sunt ad so-
13 lutionem fructuum, † prout in specie mulieris Binubæ firmauit Rota *coram Seraphin. decis. 1406. numer. 3. decis. 1423. numer. 2. & decis. 736. numer. 3. par. 4. tom. 2. recentior.*

Non obstat, quod actio petendi fructus dotis, non com-
14 petat mulieri, sed viro, † qui eos consequi non potest, cum numquàm hæredes interpellauerit, quia licet mulier
15 regulariter † censeatur constituisse secundo viro eamdem dotem, quam primo tradidit per tex. *in l. dotem quæ ff. de iure dot.* tamen, quia in viduitate ipsa agere cæpit, & nomen
16 debitoris secundo viro non † cessit, extrà dubium est, actionem remanere pænes mulierem ad notata per DD. *in l. nominibus C. de action. & oblig.* Alex. *cons. 152. num. 10. cum seq. lib. 7.* Gratian. *discept. 252. num. 49. & seq.* Rot *coram Coccin. decis. 60. num. 6.* cum alijs adductis per Cæsarem Manent. *decis. 77. num. 2. & 3.*

Minus refragatur prætensa exceptio rerum amotarum, quia illa hactenus remanet illiquida, tàm in substantia,
17 quàm in qualitate, † & propterea non est admittenda in hoc iudicio Gratian. *discept. 515. num. 4. & seq.* Seraphin. *dec. 1455. num. 4. & 5.* cum cæteris allegat. *in decis. 4. Decembris 1673. & 2. Martij 1674. cor. Reuerendissimo D. Decano*, & in alijs huius causæ coram *R. P. D. meo Taia.*

Nec quidquam releuat noua exceptio, quod saltem fructus non debeantur pro quantitate dotis excedentis scutor. 5500. propter resistentiam Bullæ Sixtinæ, quia cum in pri-
18 mis nuptijs fuerit obtenta † derogatio, illa amplius non obstat, vt sæpius respondit Rota, & signanter *decis. 567. nu. 14. par. 5 recent. & in Romana dotis 3. Iulij 1673. §. hoc posito coram R. P. D. meo Taia confirmata 5. Decembris 1676. coram R. P. D. meo Vicecomite.*

Denique nihil in contrarium faciunt iterùm obiectæ *dec. 1781 coram Coccin. & 72. post* Gilian. *ad Statut. Perusin.* neque consil. Bart. 128. *lib. 1.* vel supradicta *decis. 77. Cæsaris*
19 *Manentis*, cæterique alias † allegati, quia non percutiunt casum nostrum. Duæ enim priores decisiones loquuntur in casu mulieris, quæ à viro diuerterat denegantes illi fructus ad rationem septem cum dimidio ad formam nostri Statuti, quia idem Statutum in huiusmodi casu particulariter prouiderat; Et in casu *consil. Bartol.* deficiebat interpelatio, & sic necessarium requisitum ad constituendum
debitores in mora, sine qua fructus † dotis non debentur; 20
Et in eisdem terminis loquuntur reliqui, contra quos stat communis opinio, quando concurrit interpellatio, & indigentia mulieris à iure, vel Statuto requisita, vt latè probant Fenson. *ad nostrum Statutum* Paris. *d. cons. 64. lib. 4. &* Thesaur. *d. decis. 43. per tot.* cæterique per istos contestati, *decis. verò 77. Cæsar. Manent.* potiùs retorquetur, quia
num. 4. & 5. apertè admittit, † quod si binuba hæredes pri- 21
mi viri interpellauerit, prout D. Maria fecit, tunc iustè poterit ab illis consequi fructus, seu interesse ratione damni emergentis.

Et ita vtraque parte informante resolutum fuit.

Plures decisiones in hac causa factæ sunt, quas notauimus supra in calce alterias decis. 5. in hac eadem parte, ex qua etiam poteris alias colligere concordantes.

REVERENDISS. D. ALBERGATO

Sacræ Rotæ Decano.

Alatrina Saluiani.

Lunæ 14. Martij 1678.

ARGVMENTVM.

Excluditur res iudicata, nedum quia fatalia lapsa non sunt durante vacatione Sedis Apostolicæ, quo tempore illa non currunt, ac etiam quia sufficiens diligentia facta erat pro commissione causæ, & demum ex iniustitia sententiæ, resultante ab immissione creditori concessa, quæ minimè concedi poterat, quia possessor retinebat bona ex creditis anterioribus ab ipso solutis, super quibus quia plura super solutione, recognitione manus, & alia in præsenti decisione deducuntur, ea omnia non pigeat à sequenti Summario, & decisione colligere.

SVMMARIVM.

1 *Fatalia non currunt durante tempore Sedis Apostolicæ vacantis, & num. seqq. vbi de ratione.*
2 *Tempus ad appellandum non computatur, si interim successerit vacatio Sedis Apostolicæ.*
3 *Sede Apostolica vacante ius non redditur.*
4 *Fatalia dicuntur prorogata eo ipso, quod fuit institum à Signatura pro commissione causæ, & numer. seqq.*
5 *Rem iudicatam ad excludendum sufficit, quod aliquid infra annum fuerit pro commissione causæ.*
6 *Sententia iniusta non transit in iudicatum, sed aduersus illam restitutio in integrum semper conceditur.*
7 *Immissio in Saluiano non conceditur contra possidentem ex creditis anterioribus.*
8 *Retentio possessori datur pro creditis anterioribus ab eo persolutis.*
9 *Dictio circiter aliquam incertitudinem denotat. iudicantis arbitrio determinandam.*
10 *in Claris non attenduntur argumenta, & coniecturæ.*
11 *Obseruantia declarat quamcumque dubietatem, & ambiguitatem.*
12 *Falsitas non præsumitur, sed concludentissimè probari debet, & contrarijs coniecturis, & præsumptionibus tollitur.*
13 *Decreti iudicis defectus ex laceratione foliorum libri actorum contingere potuit.*
14 *Apochæ priuatæ etiam illæ quæ in calce mandatorum notantur, fieri solent per verba* hò hauto, hò riceuto, *& similia.*
15 *Recognitio manus satis facta dicitur per testes illam habere notam deponentes.*
16 *Recognitio manus resultat etiam ex quittantia facta in calce mandati iudicialis.*
17 *Quittantia à creditore non impugnata de recognitione manus amplius redargui non potest.*

18 *Iacta-*

18 *Iactare summa emo præsumitur.*
19 *Testes non cognoscentes personam, illius manum recognoscere nequeunt, limita, vt nam. seq.*
20 *Consanguineus potest recognoscere manum sui consanguinei, etiam quod illum non cognouerit.*
21 *Nepos, & hæres præsumuntur habere notam manum suorum auctorum, & possunt ad illam recognoscendam compelli.*
22 *Solutionem de certis pecunijs sibi factam declarare potest creditor, & etiam illius hæres.*
23 *Testis vnicus, iunctis tamen adminiculis, & coniecturis plenè probat.*
24 *Creditor suum creditum potius præsumitur consequutum fuisse à depositario, penes quem illud fuerat depositatum, quam à suo debitore.*
25 *Solutionis subsequutus actus à sua præcedenti causa, veluti à primordio tituli declaratur.*
26 *Solutio in quam causam cesserit probatur etiam ex declaratione creditoris.*
27 *Solutio ambigua semper interpretatur à iure, quod in causam creditorum anteriorum facta sit.*
28 *Creditor quatenus possit vti persona alterius ad faciendum debitori quietantiam sub nomine ipsius creditoris.*
29 *Consuetudo omnem falsitatem excludit.*
30 *Monialium de integritate dubitari non debet.*
31 *Solemnitatum, seu beneplaciti defectus opponi non potest, nisi ab Ecclesia, non autem à tertio, Amplia, vt numer. seq.*
33 *Emens cum expressa obligatione mulieris, illius iuribus etiam dotalibus vti potest ad repellendos creditores posteriores vendentis.*
34 *Saluianum creditori denegatur, si ipse possideat bona debitoris, ad quæ possessori daretur regressus, quatenus illi spoliati remanerent.*
35 *Circuitus inutile cauandi sunt.*

DECISIO CLXXXV.

PRo consecutione fructuum ratæ census scutorum centum de anno 1607. impositi à q. Androgeo Nicolio cum fideiussione q. Horatij Turij, iudicium ex interdicto Saluiani instituerunt Dominus Aduocatus Carolus, & fratres de Comitibus, Cessionarij illorum de Turritianis contra Valerium, & fratres de Molellis, possessores vnius Prædij in Vocabulo *la Pezza*, per Iulium eorum Patrem empti à Cæsare, & alijs de Turiis, hæredibus d. Horatij. Cumque A. C. sententiam absolutoriam ad fauorem fratrum de Molellis protulerit, reuocata fuit à Iudice appellationi, qui immissionem concessit in sex ex tresdecim Partibus Prædij controuersi; sed appellantibus Molellis, iterùm commissa fuit causa R. P. D Paraciano, sed quia intra annale spatium primi fatalis prosecuta non fuit appellatio, nec commissio facta communis per solitam citationem ad dicendum contra, hinc superuenta noua Commissione Sanctissimi, vt idem Iudex *procedat de voto Rotæ*, cum facultate cognoscendi etiam super re iudicata, quatenus adesset, & proposito hodiè dubio, commissioni conformi, Domini non constare de re iudicata responderunt.

Quamuis enim appellatio interposita fuerit die 19. Decembris 1675. & sic annus primi fatalis terminare videre-
1 tur die 20. Decembris 1676. † nihilominus, quia intra annum accidit Vacatio Sedis Apostolicæ per obitum s. m. Clementis X. quæ cum durasset per duos menses, isti demendi sunt, nec computantur in tempore dato ad pro-
2 sequendam appellationem, † cùm fatalia de tempore Se-
3 dis Vacantis non currant, quia tunc Ius non redditur, † vt ex Constitutione Iulij Tertij relata per Paris. *de resignat. lib. 11. qu. 13. num.* 127 Ridolphin. *in prax par. 2 cap. 13. nu. 562.* Rota *coram Seraph. decis.* 352. *num.* 2. *& in rec. decis.* 381 *n.* 3. *par.* 16 *& coram Merlino decis.* 157. *num.* 7 Ideò primus annus extendebatur vsque ad diem 20. Febr. 1677 & cum sub die 18. eiusdem mensis Februarij executa fuerit ad instantiam illorum de Molellis citatio coram R. P. D. Auditore
4 Sanctissimi pro obtinenda † commissione, vt procederetur de voto Rotæ; ex hoc enim prorogatus fuit terminus fatalium, & impeditus transitus sententiæ in rem iudicatam,
5 cum ad hunc effectum de stylo nostri Tribunalis sufficiat, † quod aliquid intra annum post commissam causam factum fuerit. Vestr. *in prax. lib.* 3. *cap.* 5. *numer.* 2. *vers. verùm in Palatio*. Cassador. *decis.* 6. *num.* 8. *part. princ. de appellat.* Rota *diuer.* 181. *num.* 3. *par.* 3. *lib.* 2. *& in rec. decis.* 82. *num.* 1. *& 2. par.* 10. Idquè facilius stante iniustitia præcedentis sen-
tentiæ, † quæ impedit transitum in iudicatum, & iustam 6
præbet causam restitutionis in integrum, vt communiter tradunt DD. in *l. 4. § condemnatum, ff. de re iudic.* Rot. *cor. Emmentissimo Ottbob. decis.* 161. *numer.* 2. *& in rec. decis.* 219. *num.* 1. *par.* 16.

Iniustitia autem apparet, quia Iulius Molella emptor maiorem partem pretij erogauit in extinctionem creditorum
anteriorum eo, † pro quo agunt fratres de Comitibus, 7
ideoque cum pro illa quantitate prædium remanserit libe-
rum, & immune ab hypotheca posteriorem, † non pote- 8
rat concedi immissio in Saluiano, sed Molellis competebat retentio pro intranti quantitate dd. creditorum, vt per tex. *in l.* 2. *ff. qui pot. in pign. hab.* pluries resoluit Rota *cor Mantic. decis.* 69. *num.* 1. *post* Merl. *de pign. decis.* 69. *numer.* 13. *coram Ninot. decis.* 45. *num.* 5. *& in rec. decis.* 75. *numer.* 9. *parte* 15. *& in Rauennaten Saluiani* 19. *Ianuarij proximè præteriti* §. *fin. coram me*.

Excomputauit enim primò, seu sibi met ipsi soluit Iulius emptor proprium creditum sortis, & fructuum anterioris census, de anno 1602. impositi, pro quo retentionem non controuertebant fratres de Comitibus, sed solùm impugnabant calculum super eo factum à Molellis; Isti enim coaceruando partitam scutorum 140. sortis cum alia scutorum 260. fructuum, constituunt summam scutorum 400. Illi autem sub partita scutorum 260. comprehendentes sortem, & fructus, hanc solum quantitatem bonificare prætendebant. Domini tamen, consideratis verbis instrumenti relati in Summario vtriusque Partis dato super alio dubio mandati hodiè proposito *numer.* 1. non dubitarunt d. creditum esse scutorum 400. cùm facta fuerit distincta retrouenditio sortis principalis pretio scutorum 140. & quietantia pro fructibus vsque tunc decursis, & non solutis, ascendentibus ad scuta 260. circiter. Ex qua literali distinctione vnius Partitæ sortis ab altera fructuum, manifestè colligitur, quod ambo non comprehendebantur sub quantitate scutorum 260.

Nihil releuantibus argumentis, & coniecturis ad id probandum adductis, quod scilicet de tempore extinctionis non essent decursi tot fructus æquipollentes summæ scutorum 260. sed deficerent scuta 18. quia in Instrumento non fuit
taxatiuè enunciata dicta quantitas, sed cum dictione, † 9
circiter, quæ aliquam incertitudinem denotat, & diminutionem admittit, arbitrio Iudicis determinandam, iuxtà qualitatem præsumptionum, & verisimilitudinum in subiecta materia concurrentium. Add. *ad* Buratt. *decis.* 722. *num.* 3. Rot. *decis.* 95. *num.* 14. *par* 16. *rec. & in Bononien. Prædij, seu fideicommissi super attentatis* 9. *Iunij* 1671. §. *hinc Domini, coram me*.

Inuerisimilitudines autem desumptæ ex adeò magna quantitate fructuum, sortem reduplicantium, ex diligentia
Molellæ creditoris, & ex diuitijs debitorum, † aliæque debi- 10
liores coniecturæ, vltrà quod confutantur ex claro tenore instrumenti, quo stante, recurrendum non est ad argumenta & coniecturas, *l. ille, aut ille, § cùm in verbis, ff. de leg.* 1. Dunoz. iun. *decis.* 676 *nu.* 26 penitùs eliduntur per subsecutam obseruantiam; Dum enim pro residuo scutorum mille Iulius emptor, interpellatis venditoribus, depositauit scuta 600. quæ mediantibus iudicialibus mandatis, soluta fuerunt creditoribus accollatis, vt latiùs in decisione hodiè edita super alio Dubio §. *accedit quartò*, pernecessè dicendum est, quod summa in censu bonificata, erat scutorum 400. cùm ex obseruantia benè declaretur quæcunque dubietas, & ambiguitas, tex. *in l. cum de in rem verso.* 6. *ff. de vsur.* & alijs iuribus vulgatis.

Secundo ex pretio dicti Prædij, vt supra depositato, soluta fuerunt Sixto Matthiæ Vallettæ scuta 150. pro fructibus census anno 1605. impositi, vt constat ex iudiciali mandato de consignando, Depositario directo, & recepta à tergo illius, d. Summario fratrum de Molellis super alio Dubio *nu.* 3. Quod frustrà allegatur suspectum, eò quia mandatum fuerit relaxatum sine præcedente decreto, recepta concepta sit per confessionem de recepto, nec sit sufficienter recognita. Præterquàm; quod enim falsitas,
quæ nunquam præsumitur, † concludentissimis probationi- 11
bus conuinci debet, & contrarijs coniecturis, veritatem indicantibus, excluditur, ex adductis in alia hodierna Decisione §. *quatenus tamen*.

Nam defectus Decreti procedere potest ex laceratione li-
bri actorum, vbi continebatur, † vt latius in dicta alia Deci- 13
sione.

fione. Recepuca verò concepta per confeffionem de rece-
pto, nullam præfefert vmbram fimulationis, cùm tales
14 receptæ, † & fchedulæ priuatæ femper concipi foleant
per verba: *hò hauuto*, *hò riceuuto*, & fimilia, vt eft no-
torium. Recognitio autem manus dicti Vallettæ fatis ap-
15 paret ex depofitione duorum teftium, † illam notam ha-
bentium. Gen. *de fcript. priuat. lib. 1. qu. 14. num.* 10. Scacc.
de iudic. lib. 2. cap. 15. num 933. Rot. *decif.* 88. *num.* 14. *& de-
cif. 96. num. 10. cor. Arguell. & decif 73. num. 15. cor. Zara-
to, & in rec. decif* 328. *nu.* 4. *& 5. par.* 15. Præfertim quan-
do, vt hic, concurrunt adminicula pro veritare fcriptu-
16 ræ; † Recepuca enim fcripta eft in calce mandati iudicia-
lis, obtenti ab ipfo Valletta, qui viuens nunquam folu-
17 tionem impugnauit, † nec, eo defuncto, eius hæredes
illam controuerterunt: Vnde refultat validum argumen-
tum veritatis d. receptæ; nàm aliàs fuum creditum petijf-
18 fet, fi recepuca non fuiffet vera, † cùm nemo præfuma-
tur iactare fuum, *ad tex. in l. cum de indebito*, *ff. de pro-
bat.*

Nec attendi merentur plures inuerifimilitudines, & ex-
ceptiones contra eofdem teftes notatæ, præfertim contra
19 primum, qui dum nunquam cognouit d. Sixtum † Mat-
thiam, eò minùs eius manum recognofcere potuit, ex *de-
cif.* 619. *per tot. cor. Rembold.* Hoc enim obftare poteft tefti-
bus omninò extraneis, de quibus loquitur dicta Decifio
20 Remboldi, † non autem ifti, qui cùm fit nepos, &
21 hæres dicti Sixti Matthiæ, præfumitur † habere notam
manum fui Auctoris, ideòque illam etiam inuitus reco-
gnofcere compellitur, vt alijs adductis firmant Burfatt. *conf.*
39. *num.* 23 Borgnin. Caualc. *decif.* 27. *num.* 55. *par.* 2. Capic.
latr. *decif.* 55. *num.* 6. plenè Pofth. *de manut. obfer.* 98. *numer.* 9.
in fin.

Tertiò eidem Vallettæ, feu Paulo Badiffo illius Ceffio-
nario, foluta fuerunt alia fcuta 577. pro fructibus, & forte
22 principali dicti cenfus, † quas pecunias prouenire ex de-
pofito priùs facto penès Mafium de pretio huius Prædij,
probatur ex iurata atteftatione Marci Badiffi, filij, &
23 hæredis eiufdem Pauli *d. Summario nu.* 4. qui, † licet vni-
cus, iunctis tamen adminiculis, & coniecturis plenè pro-
bat. Bart. *in l. 1. § ijdem* Cornelio, *num.* 2. *verf. vt video hic*,
& feqq. ff. de quæft. Bald. *conf.* 136. *num.* 5. *verf. perfuadentes igi-
tur*, *lib* 2. Rota *decif.* 247. *num.* 6. *& 7. cor. fa. mem. Greg. XV. &
cor. Bich. decif.* 160. *num.* 3. Apparet enim, quod Tutij ven-
ditionem Prædij fecerunt ad effectum ex pretio extinguendi
hunc cenfum, quod Molella emptor illum in fe accolla-
uit, quòdque ad effectum fe liberandi, depofuit penès Ma-
fium pecunias. Cùmque idem Paulus Badiffus in inftru-
mento poftea celebrato de anno 1634. cum vxore d. Mafij
enunciet, fcuta centum inibi contenta prouenire ab hoc
24 cenfu, præcedenter extincto, † verifimile eft, quod il-
la potiùs habuerit à Mafio depofitario, quàm à Tutijs de-
25 bitoribus propter titulum, & caufam præcedentem, † à
qua declaratur actus fubfequens folutionis, Glof. *in l. quæ-
dam mulier*, *verb. fufficiebat*, *ff. de rei vindic* Rot. *decif.* 172.
num. 12. *par.* 4. *tom.* 2. *recent.*

Quartò configuata fuerunt Monialibus S. Stephani Ala-
tri fcuta 73. pro fructibus alterius cenfus, de anno 1597. im-
pofiti à qu. Horatio Tutio fauore Ruggerij Victorij, &
poftea ceffi dicto Monafterio, vt ex duabus receputis folu-
tionum in fumma fcutorum 88. 50. dicto Summario *num.* 6.
Non attento, quod cùm dictæ Moniales alterum pofterio-
rem cenfum haberent contra dd. Tutios, & accollatum à
Molella, in computum fructuum iftius ceffiffe folutio-
nem præfumendum fit, dum in actu folutionis non fuit
26 fpecificatum; † Contrarium enim probatur, tum ex fub-
fecuta declaratione Monialium, tum etiam ex difpofitio-
27 ne legali, quæ † folutiones ambiguas femper imputat in
caufam debitorum anteriorum, *l. in ij verò*, *ff. de folut.* Corn.
conf. 328. *num.* 1. *lib.* 4. Rot. *decif.* 153. *in fin. par.* 1. *diuerf. & dec.*
364. *num.* 2. *par.* 11. *recent*

Sicut etiam non releuat falfitatis exceptio oppofita
etiam contra dictas receptas Monialium, & defumpta ex
eo, quod illæ fubfcriptæ appareant à Scholaftica Turritia-
na Abbatiffa, literarum prorsùs ignara; Ex depofitione
enim aliarum Monialium formiter examinatarum iuftifi-
catur, quod licet dicta fubfcriptio cantet de Scholaftica
Turritiana, fcripta tamen verè non fuit per eandem Scho-
lafticam, fed per Mariam Fælicem Sororem nomine d.
28 Scholafticæ, † de cuius opera ipfa in hoc munere vteba-
tur, ex qua confuetudine falfitatem excludi, probatum
fuit in d. alia hodierna Decifione §. *minùs concludunt*, *in fin.*

Et remouetur quælibet fufpicio ex confeffione denuò emif-
fa à Monialibus in inftrumento. Summario *num.* 13. & ex
iudiciali recognitione, & Proceffu facto per Reuerendiffi-
mum Alatrinum vigore Commiffionis Sac. Congregationis
Concilij, vt in dicto Summario alterius Pofitionis *numer.*
6. & 9. † adeò vt nefas fit dubitare de fide, & integritate 29
tot Sanctimonialium, & de diligentia Epifcopi, † cùm 30
tamen certum fit, quod ex qualitate, & quantitate per-
fonarum falfitatis fufpicio purgetur Rot. *decif.* 135. *num.* 7. *in
fin. verf. quibus accedit*, *& num.* 8 *cor. Merlino*, *& in Romana
cenfus* 18 *Maij* 1671. §. *fin. verf. prætereà*, *coram bo. me. Priolo*,
& in Perufina executionis 26. *Nouembris* 1672. §. *abfque eo*,
in fin. coram eodem.

Competit quoque retentio Molellis pro alij fcutis 207. 50.
fructuum decurforum in d. cenfu anni 1597. ipfis ceffi ab eif-
dem Monialibus S. Stephani; quæ ceffio fruftrà redargui-
tur de nullitate ob defectum Beneplaciti Apoftolici, in alie-
natione rerum Ecclefiæ neceffarij, quia præter quod ex
fubfecuta licentia, & approbatione Reuerendiffimi Epi-
fcopi, qui vigore commiffionis, vel fpecialiter depu-
tatus à Sac. Congregatione Concilij, præuio maturo exa-
mine iudicialis Proceffus, conftat contractum ceffionis
fuiffe euidenter vtilem Monafterio, † in omnem ca- 31
fum talis exceptio opponi folùm poffet à Monafterio,
non à fratribus de Comitibus, dum numquam fuit à
Monialibus declarata, ex pluribus cumulatis dictum fuit
in *decif.* 219. *num.* 5. *coram Merlino*, *& in Beneuentana affi-
ctus*, 2. *Martij*, 1663 §. *nullitas locationis*, *coram me*, vbi dici-
tur, † hoc procedere, etiam fi nullitas effet exclufiua 32
iuris agentis.

Vlteriùs retinere poterant Molellæ Prædium controuer-
fum ex iuribus dotalibus, Iulio ceffis à Flaminia vxore
Horatij venditoris, quæ non folùm interuenit inftrumen-
to venditionis, ad effectum renunciandi hypothecæ dotali,
& confentiendi alienationi, vt prætendunt illi de Comiti-
bus, fed exprefsè, & realiter vnà cum filijs vendidit, ceffit
iura dotalia, & fe obligauit pro euictione ad fauorem em-
ptoris, vt literaliter legitur in Summario alterius hodiernæ
Pofitionis *num.* 1. † quo cafu certum eft, quòd tranfeunt in 33
emptorem iura dotalia, eifque vti poteft ad repellendum
pofteriores creditores, vt relatum Morot. Miuad. & alijs
plenè diftinguit, & firmat Rota *in Imolen. fructuum cen-
fus* 4. *Martij* 1672. *per tot.* & præcipuè §. *cum igitur co-
ram me.*

Demum Molelli redduntur tuti nedum ex dd. creditis
anterioribus, quæ longè fuperant valorem Prædij, verum
etiam ex alio capite concedi non poterat immiffio fratri-
bus de Comitibus, quia fcilicet poffident plura alia bona
venditorum, ipfis in folutum data, & refpectiuè fubhafta-
ta pro creditis pofterioribus cuidam cenfui fcut. 200. in for-
te de anno 1609. impofito per prædictum Horatium Tu-
tium ad fauorem Cæfaris Ceccarelli, hodie fpectan. ad
Molellos vigore ceffionum, de quibus in præfenti Summa-
rio *num.* 15. pro cuius fructibus, ficuti ipfi cafu quo amoue-
rentur à poffeffione controuerfi Prędij, agere poffent pro eo-
rum releuatione contra fratres de Comitibus, poffeffores
ex caufa creditorum † pofteriorum; Ita, iftis agentibus de- 34
negari debet immiffio ad euitan. inutiles circuitus, † vt pro- 35
bant Specul. *in tit. de ceff. act. §. 1. n.* 27. à Ponte *conf.* 82. *n.* 28. *&
plur. feq.* benè Merlin. *de pign. lib* 4. *q.* 69. *n.* 11. *& duob. feqq.* &
admittit Rot. *dec.* 576. *n.* 4. *& 5. par.* 5. *rec.*

Et ita vtraque &c.

REVERENDISS. D. ALBERGATO
Sacræ Rotæ Decano.

Alatrina Pecuniaria.

Lunæ 14. Martij 1678.

ARGVMENTVM.

Validum declaratum eft depofitum factum de ordine Iudicis, quamuis ex pluribus caufis impugnatum, quia plura concurrebant illius validitatē demonftrantia, ac etiam quia creditores pecuniam depofitatam con fecuti funt, & demum quia concurrebat obferuantia, quę remouebat obftaculum obiectæ non integritatis illius, itaut in omnem cafum

pro

pro illius implemento, non autem pro nullitate agitari debuisset.

S V M M A R I V M.

1 *Solutione eius, quod debetur, omnis tollitur obligatio.*
2 *Depositum probatur non solum ex cedula bancharia, sed etiam præsumptionibus, coniecturis, & verisimilitudinibus. & numer. 14. ac per tot.*
3 *Decretum de deponendo non potest intelligi de deposito ficto, & conuentionali, sed solum de actuali, & reali. & num. 6.*
4 *Congrua congruis semper referenda sunt.*
5 *Depositum probatur ex verbis Notarij de eo mentionem facientis.*
6 *Depositum factum in executionem, & ad formam decreti deponendo dicitur verum, reale, & actuale. & num. 3.*
7 *Dictio,* conforme, *denotat qualitatem, & formam expressam in actu, ad quem illa se refert.*
8 *Depositarius pro solutione conueniri non potuisset, nisi contra eum præcedenter verum, & reale depositum factum esset.*
9 *Obseruantia declarat ambiguam qualitatem, & naturam præcedentis depositi.*
10 *Veritas, & realitas actus deducitur, si per spatium longi temporis ille nunquam fuit impugnatus ab interesse habentibus.*
11 *Depositum non fuisse à debitore factum, quatenus resultet ex eo, quod idem debitor postea soluerit.*
12 *Debitor licèt suum deposuerit debitum, potuit mutare consilium, illud postea soluendo, & pecuniam depositatam repetendo.*
13 *Obseruantia longo tempore subsequuta facit præsumere, & rectè declarat omnes solemnitates necessarias interuenisse.*
14 *Laceratio, & subtractio scripturarum præsumitur facta ab ea parte, cuius interest illam non reperiri. & numer 15.*
16 *Cedula, & obligatio depositarij licèt non appareant, non inde excluditur depositum verè, & realiter non fuisse factum. & num. seq.*
17 *Cessatio, seu deturpatio alicuius scripturæ, vel illius folij non concludit falsitatem, cum potuerint ex aliquo accidenti procedere.*
18 *Scriptura, seu additio facta in margine, quatenus nullam falsitatem importet.*
19 *Folia alba solent Notarij, actuarij in eorum libris relinquere, & quare. & num. 20.*
20 *Cancellarij, & Actuarij fides attenditur, & quando.*
21 *Solitum, & consuetum quamcumque falsitatis remouent vmbram, & penitus tollunt.*
22 *Probationes, & coniecturæ, semper præferuntur illæ, quæ inferunt veritatem actus, quàm aliæ eiusdem falsitatem comprobantes.*
23 *Scriptura de falsitate suspecta etiam in ciuilibus plenè probat, si illius veritas ex obseruantia, & ex alijs actibus deducatur.*
24 *Depositum vti non integrum non impugnatur, si fuit obseruatum, & etiam à creditoribus acceptatum.*
25 *Depositum minus integrum, quatenus remaneat sola actio ad petendum residuum, non autem ad illud impugnandum.*

D E C I S I O CLXXXVI.

PRædium in Territorio Alatrino positum sub vocabulo, la Pezza, emit vsque de anno 1627. qu. Iulius Molella à fratribus de Tutijs pro pretio scutorum 1300. ad quorum computum soluit scuta 300. in contanti scuta 400. excomputauit, seu bonificauit in sorte, & fructibus vnius census, accollati ab Horatio patre venditorum, & pro reliquis scut. 600. in se accollauit tres alios census eorundem venditorum, quos vnà cum fructibus vsque tunc decursis soluere promisit, dummodo in totum vnà cum supradictis scutis 400. non excederent summam scutorum mille. Post semisæculi lapsum nouissimè D. Aduocatus Carolus de Comitibus, vti Cessionarius illorum de Turritianis creditorum d. Horatij Tutij ex caosa census anno 1607. creati, prætendens pretium Prædij non fuisse ab emptore integrè
solutum, pro fructibus dicti census executiuè institit coram
A. C. contra Valerium, & fratres de Molellis, filios; &
hæredes eiusdem emptoris; Cumque vigore Pontificiæ Commissionis
nostri Tribunalis votum expetitum fuerit, dedi
de more Dubium: An, & pro qua summa sit relaxandum
mandatum, quod hodie propositum, fuit per DD. negatiuè
resolutum, quia satis visum fuit constare de integra satisfactione
dicti pretij, dum pro quantitate scutorum 700. solutorum,
& respectiuè bonificatorum non controuertitur;
reliqua verò scuta 600. præuia interpellatione venditorum,
& iudiciali decreto, depositata fuerunt in manibus Antonij
Masij, & ab isto vigore mandatorum soluta creditoribus accollatis,
vt in Summario Reorum *à numer.* 2. *vsque ad*
6. † ideoque D. Carolo Actori obstat vulgata nimis, & trita 1
regula, quod solutione eius, quod debetur, extinguitur
omnis obligatio, de qua in *§. primo instit. quibus mod. solu. oblig.*

Nec potest impugnari veritas, & realitas dicti depositi,
quia sicuti non controuertitur in iure, quod illa probari
possit non solum ex Instrumentis, † & Cedula bancharia 2
Depositarij, sed etiam præsumptionibus, coniecturis, &
verisimilitudinibus, vt firmant Cenc. *de Cens. qu.* 111. *nu.* 37.
in fin. Duard. *eod. tract. §. 6. de disdict. qu.* 7. *num.* 6. Rot. *in Romana Census* 21. *Maij* 1590. *coram Bubalo, impress. post Cenc. decis.* 228. & repetit post Duard. *decis.* 430. *& dec.* 128. *num.*
9. *cor. Dunozo.* Ita verum est in facto, quod demonstrationes,
& coniecturæ ab Informantibus pro Molellis adductæ, tales
sunt, & tantæ, vt in eis iudicantis animus sufficienter
instruatur. Primo enim apparet, quod Iulius emptor de extinctione
debitorum accollatorum, & sui liberatione sollicitus,
interpellauit venditores ad calculandum cum creditoribus,
& illis negligentibus, reportauit à Iudice decretum
tum de deponendo summam residualem, Summario fratrum
de Molellis *numer.* 2. † quod decretum, quia intel- 3
ligi non potest de deposito ficto, & conuentionali, ideo reale,
actuale dicendum est illud, † quod postea factum fuit vigo- 4
re eiusdem decreti, congrua congruis, vt fieri debet referendo,
Rot. *coram fe. me. Gregor. XV. dec.* 297. *num.* 9. *& cor. Dunoz. Iun. dec.* 564. *nu.* 15.

Secundò, concurrit expressa mentio, & relaxatio depositi,
& rogitus illius facta in libro credentiarum Episcopalis
Cancellariæ Alatri in his verbis: Il Sig. Giulio Molella
deue per dichiaratione fatta da Antonio Masi del deposito
fatto conforme al decreto, dicto Summ *num.* 7. † Ex qui- 5
bus verbis a Cancellario emissis, non solum probatur depositum,
per ea, quæ tradunt Cenc. *de cens. d. qu.* 111. *num.*
37. *vers. depositum autem*, Duard. *dicto §. 6. qu.* 7. *num.* 6. similiter
depositum autem Rota *coram Millin. dec.* 7. *nu.* 1. *& seq.* sed
etiam quod depositum fuerit verum, † reale, & actuale, 6
vti factum ad formam præcedentis decreti, stante dictione
illa, *conforme*, quæ denotat qualitatem, formam expressam
in decreto, ad quod Cancellarius se retulit, ad tradita per
Barbos. *dict.* 269. *nu.* 4. & 5.

Comprobatur tertiò ex repetitis ordinibus, & mandatis
de consignando successiuè expeditis, tam à D. Episcopo,
quàm ab Auditore contra eundem Masium, vti Depositarium
scutorum 600. ibi: Antonio Masi Depositario
di 600. scudi depositati dal Sig. Giulio Molella, consegnarete
&c. eod. Summario *numer.* 3. *&* 6. Imò, & quod
magis est, in casu quo Masius renuisset soluere, & mandatis
gratiosis non paruisset, relaxabatur etiam rigorosum, cum facultate
procedendi contra ipsum ad executionem realem, &
personalem, ibi: In caso renitentiæ exequatur realiter, &
personaliter: Cuius vigore fuisse etiam actualiter carceratum
Masium, aliqualiter iustificatur ex relatione Molellæ,
Summario *num.* 8 † Quæ omnia nullatenus fieri poterant, 8
nisi prius Iudici legitimè constitisset de reali, & actuali deposito,
vt sequendo Mierez *de deposit. cap.* 3. *collat.* 4. *par.* 1.
num. 3. consuluisse, & obtinuisse refert Cancer. *var. resol.*
3. *cap* 8. *de deposit. num.* 44.

Accedit quartò obseruantia subsequuta, dum Masius
vigore mandatorum, & vti Depositarius soluit creditoribus
venditorum pecunias depositata, † vt apparet ex recep- 9
tis in calce eorundem mandatorum; Ex qua executione,
& obseruantia bene declaratur ambigua qualitas, ac natura
præcedentis depositi, Rota *coram Merl. decis.* 802. *num.* 5. *&* 6.
Eminentiss. Ottbob. dec. 265. *num.* 58. & alibi passim. Concurrente
potissimum diuturnitate temporis, quinquaginta
annorum, in quibus creditores venditoris, & interessati nunquam
controuerterunt, † nec in dubium reuocarunt rea- 10
litatem, & veritatem d. depositi, vnde validum, & efficax
argu-

argumentum deducit ex doctrina Castren. Rot. *coram Millinum. d. dec. 7. numer. 2.*

Neque realitas dicti depositi offoscatur, ex quo Cæsar
Ceccarellus Creditor accollatus fassus fuerit in testamento
se recepisse scuta 140. à Tutijs per manus D. Iulij Molellæ;
vnde inferebat D. Carolus, quod si Iulius verè deposuisset
11 scuta 600. non soluisset postea alia scuta 140. † Etenim re-
sponsum fuit; non exindè excludi, imo esse valdè verisi-
mile, quod solutio expleta fuerit de pecunijs paolò ante
penès Masium depositatis, eatenus verò à Testatore expres-
sum nomen Iulij, quia ipse erat debitor ratione accollatio-
12 nis, ideoq; satis erat declaratio solutionis fauore Iulij † vti
necessariò implicans liberationem ipsius Depositarij: Vltra
quod benè potuisset Iulius soluere de proprio dicta scuta 180.
eandemque summam, licèt depositatam, mutando vo-
luntatem à Depositario repetere, Rota *decis.* 102. *num.* 7. *&
dec.* 109. *numer.* 18. *apud* Merlin. *de pignor.*

Quibus stantibus, non suffragantur nullitates, & de-
fectus contra depositum adductis; generaliter enim respon-
13 dere sufficit, quod istę soluantur ex tanti temporis lapsu, †
qui cum obseruantia facit præsumere actum ritè, & rectè
celebratum, ac omnes solemnitates ad illius validitatem
necessarias interuenisse, Dec. *cons.* 409. *num.* 2. Grat. *discept.
forens. cap.* 375. *num.* 7. Rota *coram Coccin. dec.* 470. *nu.* 4. *coram
Eminentiss. Ottbob. decis.* 112. *num.* 4. *& in rec. dec.* 243. *numer.
9. par.* 15.

Particolaritèr verò non obstat defectus cedulæ, & obli-
14 gationis Depositarij, † quia cum ex libro actorum anni
1627. lacerata appareat pagina inter diem 19. & diem 26.
Octobris dicti anni, in quibus factum fuit depositum,
15 prout quoque aliæ tres paginæ libri actorum anni 1628. †
continentes comparitiones, & decreta mandatorum de con-
signando pecunias depositatas, vt testatur Reuerendiss.
Episcopus, & Cancellarius Summario *num.* 9. *&* 10. hinc
propterea magis incalescit præsumptio, quod tam cedula, &
16 obligatio depositarij, quam dd. decreta † interuenerint,
quodq; inibi continerentur, sed laceratæ, & subtractæ fuerint
ab illis, quorum interest, dicta acta non reperiri, Bart. *in l. vlt.
nu.* 3. *vers. item quod illa res, ff. de quæst.* Mascar. *de prob. concl.*
831. *num.* 12. Rot. *coram Zarate decis.* 73. *num.* 37. *& in Theatina
præeminentiarum* 4. *Iunij.* 1674. *§. itaut, & § seqq. &* 4. *Maij
1675. § quintum deducebatur, cor. R. P. D. meo Rondinino.*

Minus concluduntur ea, quæ ad ostendendam falsitatem
decreti emanati pro faciendo deposito deducuntur, quod
scilicet partim sit descriptum in margine folij, & subscri-
ptum à Iudice inter duas lineas, & quod folium, & li-
17 neæ intermediæ † deturpatæ existant; Deturpatio enim ac-
18 cidere potuit ex aliquo inopinato casu; † Scriptura autem
in margine folij nullam præsefert suspicionem, cum id sæ-
pè sæpiùs accidat ex stylo illius Curiæ, in qua post scri-
ptam in libro Actorum comparitionem, & instantiam
19 Actoris, † relinquitur pro oppositione partis, & decreto
Iudicis spatium album, quod cum aliquando vtriusque pro-
lixitatem non capiat, consueuit Actuarius residuum scri-
20 bere in margine, vt testatur † Cancellarius, cuius fides
in huiusmodi materia probare solet, Rota *dec.* 310. *nu.* 9. *par.
10. rec. & in Fanen. Dotis super executione mandati* 10. *Ianuar.
proximè præteriti § quia fuit coram R. P. D. meo Bourlemont.* Et
comprobatur ex eodem libro, ita pluries fuisse practicatum.
Similiter interlineatis subscriptio Iudicis, vltra quod eue-
nisse potuit ob deficientiam spatij, saluatur ex eo, quod
21 similes subscriptiones leguntur in eodem libro, † quæ osten-
dunt solitum talis subscriptionis, & remouent quamlibet
vmbram falsitatis, Ias. *in l. singularia num.* 48 *post med. vers.
limita singulariter ff. si cert. pet.* Bertaz. *cons. crim.* 33. *num.* 19.
& seqq. Farin. *consil. crim.* 12. *num.* 23. *ibique* Add. *lit. G. lib.
1.* Magon. *decis. Lucen.* 43. *num.* 29.

Quatenus tamen aliquam falsitatis suspicionem præse-
22 ferrent prædictæ, & aliæ leuiores coniecturæ, † ab informan-
tibus pro Carolo cumulatæ, illa tamen penitùs tollitur
ex alijs demonstrationibus, & vrgentioribus coniecturis pro
veritate dicti decreti, & realitate depositi supra deductis,
quæque non solum pondere, sed assistentia iuris præuale-
re debent, cum etiam in paritate probationum semper at-
23 tendatur, † potiùs illæ, quæ veritatem, quam quæ falsi-
tatem scripturæ concludunt, ad tradit. per Bart. *in l.* 1. *§. si quis
neget num.* 12. *ad med. ff. quemadm. test. aper* Surd. *cons.* 173. *n.*
53. *vers. his verò omnibus*, Add. *ad* Buratt. *dec.* 611. *n.* 15. *in fin.*
Rota *dec.* 279. *numer.* 40. *& seq. par.* 9. in quibus respondetur
conclusioni, quod suspicio falsitatis in ciuilibus habetur
24 pro falsitate, † quod procedit, etiamsi scriptura contineat
vitium visibile abrasionis, incisionis, seu cancellationis in
parte substantiali, quia nihilominus fidem facit, dum-
modo eius veritas ex obseruantia, & actibus subsecuti
adminiculetur, *gloss. fin. in cap. cum venerabilis de relig. dom.*
Baldus *in l. fin. num.* 17. *vers. attende hic, C. de edict.* Diu. Adr.
coll. Paris. *cons.* 28. *num.* 46. *lib.* 2. Rot. *d. dec.* 279. *nu.* 40. *& seq.
par.* 9. *rec. coram Merlin. dec.* 53. *num.* 11.

Firmata ex his veritate, & realitate depositi, parum re-
leuat illius defectus, seu non integritas, deducta ex eo,
quod vltra scut. 600. tenerentur Iulius emptor deponere etiam
fructus à die accollationis decursos, quia cum dictum de-
positum factum fuerit præuia interpellatione venditorum,
& Iudicis decreto executum, & obseruatum cum specifi-
ca scientia, † & acceptatione tam dictorum venditorum, 25
vt in dicto Summario *numer.* 6. *lit. B.* quam creditorum,
quia fuerunt a Depositario satisfacti, mediantibus manda-
tis, enonciantibus depositum scutorum 600. impugnari ho-
die amplius non potest, sed remanet solum actio pro residuo,
Crauett. *consil.* 106. *num.* 4. Add *ad san. me Greg. XV decis.* 480.
num. 7. Præsertim in casu nostro, dum per defectuosum depo-
situm nullum illatum fuit præiudicium creditoribus, † qui- 26
bus remanebant viui census, & illæsa iura, tam pro sor-
te, quàm pro fructibus contra Tutios venditores.

Et ita non esse relaxandum mandatum resolutum fuit,
vtraque &c.

R. P. D. RONDININO.

Papien. Bonorum.

Lunæ 14. Martij 1678.

ARGVMENTVM.

De possessione simul, & bono iure emptoris constare visum est, vt proindè vtrumque ad sui fauorem sit decisum, quia ille habebat obligatam vxorem vendentis, non per simplicem consensum, sed vti principalem, principalitèr, & in solidum, & ita eius iuribus vti poterat, ad expellendum cæteros creditores mariti: Possessio verò quamuis à Iudice ablata, adhuc animo conseruata erat, cum Iudex iniustè processisset.

SVMMARIVM.

1 *R. P. D. Vallati decretum à Sacra Rota approbatur.*
2 *Mulier si in venditione facta à viro se obligauit nomine proprio, & in solidum, eius obligatio non reducitur ad solum consensum, sed veram obligationem importat.*
3 *Emptor vigore obligationis mulieris, vtitur illius iuribus, cum quibus potest cæteros viri creditores expellere.*
4 *Obligatio mulieris remanet valida, si in ea interuenit decretum Iudicis à Sereniss. Duce Sabaudiæ specialiter delegato.*
5 *Verba delegationis Iudicis*, se così vi parerà, costandoui delle cose sopplicare, *verificata præsumuntur, stante interpositione decreti à Delegato facti.*
6 *Iudex ad perfectionem actus non deuenisset, si narrata verificata non fuissent.*
7 *Nullitas contractus mulieris ab ea tantum potest adduci, nec potest à tertio allegari.*
8 *Vergentia viri ad inopiam est concludenter probanda.*
9 *Dotis restitutio constante matrimonio fieri non debet.*
10 *Dotis restitutionem in bonis fideicommissi non impedit primogenitura ab ascendente facta.*
11 *Possessor bonorum fideicommissi mediante obligatione mulieris habentis priuileg. auth. res quæ potest se tueri aduersus fideicommissarios.*
12 *Manutentio datur contra factum Iudicis iniustè procedentis.*
13 *Possessor, licèt priuatus à Iudice, qui iniustè procedit, adhuc dicitur animo conseruare, & retinere suam ciuilem possessionem.*

DECISIO CLXXXVII.

COnstare de bono iure Co: Hieronymi Hiacinthi de Ruere etiam ad effectum manutentionis hodie Domini responderunt, prout R. P. D. Vallato ab A. C. de-
1 putato placuerat, † qui per decretum manutentionem concesserat eidem Comiti, & per sententiam reuocauerat illam Internuntij Taurinen. aduersus eundem Comitem latam.

Ratio resolutionis desumpta fuit ex instrumento venditionis Tenutæ, de qua agitur, quam fecit D. Co. Gaspar Tapparellus cum fideiussione, et obligatione in solidum Eleonoræ suæ vxoris, quo casu, cùm non accessoriè, ne-
2 que per simplicem consensum, † sed principaliter nomine proprio in solidum vna cum viro vendiderit, atque de euictione se obligauerit, cedendo iura Com. de Ruere emptori pro medietate suæ dotis, dicitur proindè principalitèr obligata, neque amplius solæ hypothecæ dotali renunciasse censetur quoad corpus venditum, sed dicitur transtulisse
3 sua iura dotalia in emptorem, † qui in mulieris ius successit, excludendo omnes creditores, quos mulier ipsa excludebat, vt declarando concludunt Giurb. *obser.* 80. *num.* 20. Posth. *resolut.* 133. *per tot.* Modern. Asculan. *de confiscat qu.* 31. *ex n.* 76. *vsque ad n.* 136. Minad. *dec.* 29. Cancer *var. resol. par.* 3. *cap.* 15. *num* 119. *& seqq.* Franc. *dec.* 478. *num* 3. Rot. *apud Posth. de manut. dec.* 219. *num* 9. *& in rec. par.* 9. *dec.* 178. *ex nu.* 14. *& in* Imolen. *fructuum census* 4. *Martij* 1672. *§. nec dicatur, & seqq. cor. Reuerendiss. D. meo Albergato Decano, & in Bononien bonorum* 30. *Maij* 1672. *§. contrarium in fine, &* 14. *Aprilis* 1673. *§. difficultas cor. R. P. D. meo Taia, &* 9. *Maij* 1674. *§. non releuante obiecto, & seqq. cor. R. P. D. meo Emerix.*

Iura autem dotalia Comitissæ Eleonoræ vxoris obligata Comiti de Ruere Emptori pro medietate, sunt longè anteriora dote Comitissæ Christinæ, pro cuius assecuratione ipsa egit ob vergentiam ad inopiam Comitis Benedicti pariter de Tapparellis venditoris filij, quia dos Comitissæ Eleonoræ fuit constituta in scutis 14. mil. anno 1622. atque etiam soluta, et dos Comitissæ Christinæ longè post constituta fuit anno 1659. vt ex Summar. Co. de Ruere in propositione Causæ 28. Februarij proximè præteriti, itaut ex interpositione decreti vnius ex Senatoribus ex mandato
4 Serenissimi Ducis Sabaudiæ, † dubitari nequeat de valida obligatione Comitissæ Eleonoræ, ipsiusque iurium dotalium anteriorum transfusione in Comitem de Ruere em-
5 ptorem, quamuis Princeps ea verba addiderit: † *Interporrete la vostra autorità, se così vi parerà ragioneuole, constando-*
6 *ui della verità delle cose supplicate*; † quia ad perfectionem actus Iudex non deuenisset, nisi exposita verificata fuissent, Pic. *ad Statut. Vrb. lib.* 1. *cap.* 151. *gloss.* 21. *nu.* 23. Rota *apud Pacific. de Salaian. dec.* 36. *num.* 21. *& in rec. par.* 5. *dec.* 11. *num.* 2. *& par.* 10. *dec.* 128. *& par.* 11. *decis.* 151. *pariter num.* 2. *& parte* 14. *decis.* 125. *num.* 9

Et quatenus adesset nullitas, non posset adduci à Comi-
7 te de Tapparellis, † non declarante nullitatem ipsa muliere, à qua solum potest adduci, non autem à tertio, Cachoran. *dec.* 94. *num.* 22. *& seqq.* Gratian. *discep.* 27. *nu.* 49. Rot. *cor. Coccin. decis.* 939. *num.* 6. *& in rec. par.* 14. *decis.* 224. *num.* 8. *&* 9.

Altera ratio decidendi fuit ex versione maioris partis pretij Tenutæ venditæ, erogati in redemptione bonorum præcedenter distractorum ante dotem constitutam Comitissæ Christinæ; atque etiam ex defectu vergentiæ viri ad ino-
8 piam, † quæ concludentèr esset probanda, † ne detur
9 restitutio dotis constante matrimonio, contra textum *in l. prima ff. de iure dot. & in l. vnic. C. si dos const. matrim.* Antonin. de Amat. *resol.* 83. *num.* 10. Olea *de cessione iur. tit.* 3. *quæst.* 7. *num.* 19. *in fine*, Gratian *discept.* 194. *cum alijs per* Rot. *in Romana, seu Narnien. censuum* 6. *Februar.* 1668. *sub §. non obstat cor. bo. me. Prialo.*

Neque bonum ius Comitis de Ruere tollitur ex prætenso supplemento primogenituræ, quod Comes Benedictus prætendit ex bonis Comitis Gasparis Patris controuersæ Tenutæ venditoris, quia Comitissa Eleonora Vxor vendentis, & Mater Actoris, quam Comes de Ruere emptor repræ-
10 sentat, est creditrix occasione dotis, † cuius restitutionem in bonis ascendentium, qualia sunt ista, non valet primogenitura ipsa impedire, iuxta vulgatum text. *in Auth.*
11 *res quæ C. com. de legat.* & in his terminis † ad tuendum possessorem considerauit Rota *in Imolen. fructuum census* 4. *Martij* 1672. *§. cum igitur coram Reuerendiss. D. Decano.*

Constito autem de bono iure Comitis de Ruere, eidem
est concedenda † manutentio, dum Internuntius Tauri- 12
nensis associationem concedendo Comitissæ Christinæ pro assecuratione dotis ob vergentiam viri ad inopiam, atque ipsi Comiti Benedicto Tapparello viro immissionem paritèr in hac Tenuta pro supplemento primogenituræ conce-
dens, euidentèr iniustè † processerit, atque Comes de 13
Ruere animo retinuerit ciuilem possessionem à Coniugibus de Tapparellis occupatam, Posth *de manut. obseru.* 12. *numer.* 36. *& seqq.* Rota *coram Bich. decisione* 218. *numer.* 2. *&* 3.

Et ita, Comite de Ruere informante, et Comitibus de Tapparellis pluries monitis, diuque expectatis, resolutum fuit etc.

Confirmata fuit hæc decisio sub die 8. *Iunij* 1678. *quæ infra suis loco, & tempore apponetur.*

R. P. D. TAIA.

Posteà S. R. E. Cardinali.

Auximana Prædij.

Lunæ 14. *Martij* 1678.

ARGVMENTVM.

Duo fideicommissa dicebantur distincta, vniuersale vnum, & particulare alterum, vt ideo illo cessante, hoc ipsum minimè cessasse videretur; contrarium tamen deciditur, quia secundum visum est consequutū, ad primum, & ab illo dependens, vt pote constitutum per viam exceptionis, quæ semper est de regula, eo magis, quia per verba connexionem indicantia, fuit expressum.

SVMMARIVM.

1 *Fideicommissum particulare non expirat, quamuis expirauerit fideicommissum vniuersale, sed adhuc durat in vocatis, & in familia, sed vide num. seqq.*
2 *Testamenta subtiliter considerari debent, & particulariter sunt inspicienda.*
3 *Testamenta sæpe decipiunt magistros, & scholares.*
4 *Verbum etiam minimum quandoque continet magnum effectum.*
5 *Verba ipsa sunt propria forma intrinseca, & essentialis dispositionis.*
6 *Voluntas testatoris sæpe ex coniecturis euidentiùs colligitur, & probatur.*
7 *Filiorum appellatione veniunt etiam fœminæ.*
8 *Fideicommisso finito, euanescunt sequentes substitutiones dependentes ab eo.*
9 *Exceptio facta cum ablatiuo absoluto, dicitur cohærere, & inhærere principali dispositioni.*
10 *Fideicommissum factum per viam exceptionis, regulatur, regitur, & cessat cum ipsa principali dispositione.*
11 *Dispositio, seu substitutio sequens à prima dispositione dependens, ea deficiente, & ipsam quoque deficere necesse est.*
12 *Verba ita vt nullo vmquam tempore indicant connexionem cum præcedentibus, & secundum præcedentia intelligantur.*
13 *Dicens aliud, quam vult, neque id dicit, quod vox significat, quia non vult, neque id, quod vult, quia id non loquitur.*

DECISIO CLXXXVIII.

EX facto relato primum *coram Merlino decis.* 447. *deinde coram Cardinali Celso decis.* 341. *nu.* 4. *vers. testator enim*, & recensito *coram Reuerendissimo D. Matthæio Archiepiscopo Damasceno Sacri Palatij Præfecto* 25. *Iunij* 1674. ab initio decisionis, testator instituit hæredes Ioannem Baptistam filium, & alios nascituros, & quandocumque, sine liberis decesserint, substituit Prosperum fratrem; & Victoriam sororem, dum viuerent, & post eorum mortem hæreditas, sine

fine deductione Trebellianicæ deuoluatur ad filias ipsius Testatoris, seu ad filios filiarum in Matrum defectu, excepta possessione Cauaticci, quam vult semper pertinere ad lineam, & Familiam de Campanis ordinatim, vt quisque proximior erit &c. Ita vt nullo vnquam tempore possit ex aliqua causa alienari, & maneat durante huiusmodi Familia Masculina de Campanis inalienabilis, & si aliter; tactum fuerit, possit ab alijs de Campanis, & à primo vendicari, & casu quo omnes alienationi consentiant, deuoluatur ad Monasterium.

Post conditum Testamentum suscepit duos alios filios Henricum, & Antonium Mariam, & deinde mortuo testatore, & post eum Ioanne Baptista; & Henrico sine filijs masculis, nouissimè decessit Antonius Maria, cum filiabus Maria, & Honesta, nunc actricibus, in causa, sed contra eas vti fœminas admissi fuerunt ad possessionem Cauaticci, vti de linea, & Familia masculorum de Campanis descendentes, ex Fabritio altero fratre testatoris, & vltimo loco frater Alphonsus Religiosus Augustinianus, exclusis Mutio, & Scipione nono gradu agnatis testatoris, vt in *dicta decis. 341. coram Cardinali Celso*.

Mortuo deinde fratre Alphonso, & causa renouata inter ipsos Scipionem, & Mutium alteram partem, & Hieronymam, Olimpiam, & Annam filias Fabritij Iunioris proneptes Fabritij Senioris fratris testatoris, & nomine etiam Cessionario conuentus Sancti Augustini Auximi alteram partem, & Mariam, & Honestam filias Antonij Mariæ vltimi filij testatoris alteram, & tertiam partem Rota bis respondit pro Maria, & Honesta reuocando *decis. coram Cardinali Celso, vt in decis. coram Reuerendissimo D. Matthæio dicta die 23. Iunij 1674. & alia 9. Maij 1675.* quam sententia subsecuta est.

Per appellationem verò causa reuersa ad Rotam, proposui ego dubium à Signatura præscriptum: An sit locus Ægidianæ, seu sententia Rotalis sit confirmanda, vel infirmanda, & bis dilata dubij resolutione, hodie ex octo DD. suffragantibus quinque pro confirmatione sententiæ responderunt, tribus alijs repugnantibus, & pro informatione respondentibus.

Mouebantur ij ad sententiæ infirmationem, quia duo videbantur illis distincta fideicommissa, alterum vniuersale, super quo nec hodie disputatio est, aliud particulare super prædio, vt alias dicebat Rota *tota dicta decis 341.* diuersum, ac distinctum strictiori prohibitione; Ita vt nullo vnquam tempore possit alienari, sed permaneat durante huiusmodi Familia de Campanis in alienabilis &c. & non ob-
1 stante † dispositione Apostolica &c. & quantum vis vniuersale fideicommissum expirauerit in filijs, aut filiabus illorum particulare tamen super prædio in familiam processerit.

Sed alij quinque DD. testamentum subtilius considerantes,
2 † vt inquit aliquando Iustinian. *§. nos igitur vers. vnde subtilius authentica de restit. fideic. seu cap. 1. nouell.* 139. vt ver-
3 ba testamenti sunt inspicienda, † & subtiliter consideranda; Sæpè enim decipiuntur Magistri, & Scholares, nam
4 etiam in minimo verbo consistit magnus effectus; † siqui-
5 dem sunt propria ipsa forma intrinseca, & † essentialis dispositionis, vt inquit Mantic. *de coniect. vlt. vol. tit. 4. num. 1. & 2. & 16. lib. 3. cum alijs, & iuxta dd. decis. coram Reuerendissimo Matthæio*, & ex ipsis verbis obseruarunt testato-
6 rem instituisse filios, & saltem ex coniecturis, † ex quibus euidens voluntas colligitur, vt in *l. licet Imperator 74. ff. de legat. primo*, Mantic. *de coniect. tit. 1. num. 8. lib. 6.* substituisse eorum filios, sub quorum nomine veniunt etiam filiæ,
7 & vocasse ad vniuersale fideicommissum, † quod cum voluerit protrahere nominatim substituendo Prosperum fratrem, & Victoriam Sororem, & post hos etiam ad filias testatoris, sed sub sua expressa conditione, quandocunque filij instituti, sine liberis decesserint stantibus iam filiabus fi-
8 liorum, † euanuerunt cum ipso vniuersali fideicommisso, etiam sequentes substitutiones, dependentes ab ea conditione, & exceptio possessionis Cauaticci suum locum habitura in suo casu, post substitutiones dependentes Prosperi, & Victoriæ, nec non filiarum testatoris, & filiorum earundem.

Animaduertendo quoque verba dispositionis, secundum suos gradus, cum suis verbis nominauit, substituit, deuoluatur, quæ regunt distinctas dispositiones, distinctasque conditiones; Exceptio verò de possessione Cauaticci est, sine aliquo verbo, & cum solo simplici ablatiuo absoluto ex-
9 cepta possessione &c. † ex quo dignoscitur cohærentia, & inhærentia huius dispositionis vltimæ substitutioni, si hæreditas deuolueretur ad filias fœminas ipsius testatoris, siue ad filios filiarum &c. iisque deficientibus, excipienda erat possessio pro illis de familia proximioribus, † adeo- 10
que cum hæc nouissima substitutio filiarum testatoris incipere non potuerit, deficiente fideicommisso vniuersali in filiabus filiorum testatoris; † vtique nec etiam dis- 11
positio de possessione Cauaticci, ab hac substitutione dependens ex abunde allegatis in dicta prima decisione 23. Iunij 1674. *§. secuto vero*, & sequenti, & in dicta secunda 11. Martij 1675. *§. & quamuis coram Reuerendissimo Matthæio*.

Conferre quoque visa sunt verba illa; Ita vt nullo vnquam tempore &c. in † testamento, quæ indicant conne- 12
xionem, cum præcedentibus, & secundum præcedentia intelliguntur Barbos. *dict. 136. numer. 8.* Rota *coram Bichio decis. 581. num. 9.* & sic cum nullus locus fuerit, aut esse potuerit substitutioni filiarum testatoris, ita neque vllus locus dispositioni cum ea.

Viderit fortè miser testator visuris, & alijs quantum, qui aliud dicit quam vult, † neque id dicit, quod vox signifi- 13
cat, quia non vult, neque id quod vult, quia id non loquitur *l. 3. ff. de reb. dub.*

Et ita triplici parte informante.

R. P. D. RONDININO.

Romana Casalis veteris.

Lunæ 14. Martij 1678.

ARGVMENTVM.

Generatio emphyteusis, quod incipere debeat à filijs, non autem à nepotibus in hac decisione declaratur, quia sic partes in capitulis expressè conuenerant, de quibus licèt postea instrumentum celebrari debuisset, in quo huiusmodi qualitas forsan alterata, aut immutata est, itaut videretur generationem sumere initium à nepotibus, capitula tamen, non instrumentum attendenda esse deciditur, maximè quia in illo aderat pactum de nihilo substantialiter superaddendo.

SVMMARIVM.

1 *Generatio emphyteusis expressim conuenta, quod incipere debeat à filijs, non potest sumere initium à nepotibus. & num. seqq. & per totam.*

2 *Emphyteusis ad tertiam generationem concessa, si altera superadderetur generatio, illæ quatuor essent generationes, & contractus alteraretur in substantialibus.*

3 *Instrumentum non potest fieri diuersum à capitulis stante declaratione partium, quod nihil in eo superaddi debuisset.*

4 *Emphyteusis ecclesiastica non potest in instrumento alterari à capitulis, si Papa illius confirmationem fecit solum iuxta formam capitulorum.*

5 *Contractus bonorum Ecclesiæ sine beneplacito Apostolico remaneret, si capitula confirmata à Papa, in instrumento innouata fuissent.*

6 *Emphyteusis ecclesiastica ad tertiam generationem, non autem ad quartam de iure concedi potest.*

7 *Instrumentum post capitula celebratum, non potest in substantialibus alterari, maximè stantibus verbis*, senza mutar parola.

8 *Emphyteusis concessa pro solis masculis, in substantialibus immutatur, si in ea superaddantur fœminæ, & descendentes ab illis. & num. 9.*

10 *Fœmina lineam fœmininam constituit, cuius illa dicitur esse principium.*

11 *Masculinitatis qualitas adiecta generationi emphyteusis, verificatur etiam in filijs, pro quibus illa simpliciter sti-*

12 *Masculinitatis qualitas æquè requiritur in emphyteusi, & locatione simul, quoties illa venit non ex natura, sed ex verbis contractus.*

DECISIO CLXXXIX.

ADhuc omnibus Dominis placuerunt fundamenta De-
cisionis 10. * Maij 1677. coram me, quam hodie re-
nouata disputatione confirmarunt.
Visum est enim subsistere, quod Partes in capitulis vo-
5 luerint generationem incipere à filijs, ibi: † A terza gene-
ratione masculina legitima, cominciando da tutti li suoi fi-
gli, Adeout si attendendum esse subsequens instrumentum
inuestiturae controuersi Casalis à Patribus S. Petri in Vin-
cula illis de Robertis concessæ, in quo contrarium dictum
fuisse videtur, sequeretur vt si generatio incipere deberet à
2 filijs filiorum, † vna generatio adderetur, & contractus
3 alteraretur in substantialibus, quòd fieri non poterat † non
te expressa partium declaratione, quia voluerint, vt nihil
adderetur, Rota *rec. parte 8. decis. 39. num. 54. & parte 12.
dec. 34. n. 33. & seqq.*
Quodque re vera talis fuerat voluntas partium claré patet
non solum ex ipso instrumento, in quo literaliter dictum
fuit, dictam capitulationem, & concessionem ad tertiam
generationem, prout in ipsis Capitulis continetur, ac om-
nia, & singula in eis contenta confirmarunt, & innoua-
runt: Quod certé incongrué dixissent, si declarare voluis-
sent, quod concessio, quæ in capitulis, aut claré, aut etiam
dubié iuxta sensum scribentium contra decisionem facta
fuerit Ioanni Baptistæ, non fieret amplius ipsi, sed etiam
filijs: Verùm etiam id ipsum colligitur ex supplicatione Pon-
tifici porrecta, & ex sententia Iudicis Commissarij, ibi: *Ad
tertiam generationem d. D. Io. Baptistæ pro se, suisque fi-
lijs natis, & nascituris vsque ad tertiam generationem, in-
cipien. à suis filijs*: Vnde patet, quod non solum partes non
4 voluerint à capitulis recedere, sed nec potuerunt, † quia
facultas à Pontifice impetrata restringebatur ad hanc for-
mam, qua alterata contractus remansisset sine beneplacito,
5 † & sic nullus, atque repugnans iuris dispositioni, quæ
6 vsque ad tertiam generationem, † non verò ad quartam
emphyteuticas concessiones protrahit, *in §. emphyteusis*,
Auth. *de alienan. aut permutan.* Rota *coram Merlin. decis. 420.
nu. 9. & coram Coccin. decis. 2144. num. 5. & 6.* & in his termi-
nis obseruauit *in rec. par. 12. decis. 34. num. 47 & seqq.*
Præterea nimis substantialis esset mutatio instrumenti à
capitulis, in quibus fuit dictum esse stipulatum instrumen-
7 tum: Senza mutar parola sostantiale: † si admitteretur
litera instrumenti prout sonat. Etenim in ipso nulla fit men-
tio qualitatis masculinitatis, sed iuxta sensum scribentium
contra Decisionem admitti potuit clar. me. Cardinalis Ro-
bertus descendens à Victoria filia d. Ioannis Baptistæ stipu-
lantis mediante persona Octauij Patris eiusdem Cardinalis,
8 & respectu filiæ Victoriæ; † Hoc autem inducit substan-
tialem mutationem addendo fœminas, & descendentes ab
eis, contra tenorem capitulorum, in quibus Io. Baptista
Victorius stipulatus est, pro generatione masculina à qua
9 excluditur † Victoria cum suis descendentibus, lineam
10 fœmininam † constituens cuius ipsa est principium, Ca-
strens. *cons. 300. visis quod processu col. 2. par. 2.* Gratian. *disc.
195. num. 3. & 4.* Mantic. *de tacit. lib. 22. tit. 15. num. 15.* Rota
*coram Cardinali Celso decis. 34. num. 5. & decis. 341. num 6. &
in rec. par. 8. dec. 39. num. 54. & seqq. & dec. 415. nu. 12. & 13.*
11 Etiamsi à principio fuerint nominati filij † simpliciter,
quia cum qualitas masculinitatis fuerit adiecta generationi
immediaté appositæ, dicitur etiam inesse filijs, in quibus
proindé requiritur, siue agatur de emphyteusi, siue de lo-
12 catione, † quia id non elicitur ex natura, sed ex verbis
contractus, Rota *rec. par. 12. dicta dec. 34. n. 62. & 64. & in
decisione huius Causæ coram me*, cum qua in reliquis Domini
transierunt.
Et ità vtraque parte informante resolutum fuit.

*Supra in hac eadem parte adest altera præsentis Causæ Deci-
sio, quæ ibi est in ordine 66.*

REVERENDISS. D. ALBERGATO
Sacræ Rotæ Decano.

Neapolitana, seù Ianuen. Laudi.

Lunæ 14. Martij 1678.

A R G V M E N T V M.

Fructus legati paterni controuertebantur filio, qui tamen ei deberi deciduntur, quia legatum factum erat etiam pro portione legitimæ, quæ debetur vna cum fructibus à die mortis patris. Rursus quia eidem filio exemplaris substitutio dicebatur facta, illa non resultare visa est ex solis verbis a patre prolatis, *perche pare non sia per riuscire habile, è perfetto huomo*, de cuius itaque requisitis plura in præsenti decisione deducuntur, & tandem concluditur, quod non exinde potuerit auferri legitima.

S V M M A R I V M.

1 *Legatum factum à patre filio pro sua legitima debetur vna cum fructibus.*
2 *Legitima debetur cum fructibus à die obitus patris, maximè si hæreditas consistit in stabilibus, alijsque bonis fructiferibus.*
3 *Laudum remanet iniustum, si non tribuit parti, id quod illi de iure tribuendum erat.*
4 *Fratres de iure succedunt fratri ab intestato defuncto.*
5 *Substitutio exemplaris non dicitur facta filio per sola verba*, perche pare non sia per riuscire habile, è perfetto huomo.
6 *Substitutio exemplaris tempus mortis filij respicere debet, nempè si ille in furore decesserit.*
7 *Furoris mentio sine mentione mortis, non efficit substitutionem exemplarem.*
8 *Substitutio exemplaris cessat, si filius in furore non decedat, aut si morbus illum non effecerit imbecillem.*
9 *Substitutio exemplaris fuit inducta ad exemplum, & similitudinem pupillaris.*
10 *Substitutio pupillaris sicuti expirat adueniente pubertate, ita etiam cessat exemplaris per resipiscentiam, & assequutionem sanitatis.*
11 *Substitutio exemplaris fieri nequit habenti solum iudicium imperfectum.*
12 *Declaratio facta in primo testamento tollitur per secundum.*
13 *Posteriora derogant prioribus.*
14 *Legitima etiam integra debetur filijs, licèt fuerint mente capti.*

DECISIO CXC.

IN duabus decisionibus editis coram me sub diebus 10. Iunij 1675. * 16. Martij 1676. conclusum fuit, decretum Rotale R. P. D. mei Ronanini esse infirmandum propter iniustitiam laudi, de quo agitur denegantis inter cætera Carolo successionem in legato, seu portione relicta Iosepho, & Augustino fratribus ante annum trigesimum defunctis; & repropòsita bis causa super eisdem, nulla capta fuit resolutio, sed vltima vice dictum fuit, quod scriberetur dumtaxat super alijs capitibus laudi, quamobrem deueniendo hodie ad examen reliquorum, DD. pro nunc censuerunt, laudum esse iniustum, nedum in ea parte, de qua in præteritis decisionibus, verum etiam in nonnullis capitulis mox recensendis, reseruata tamen discussione aliorum, disputationi particulariter subeundæ.
Iniustum enim visum est laudum in primo capitulo etiam in parte, ubi decernit non deberi Carolo, siue illius hæredibus fructus prædictæ portionis fratrum defunctorum, nisi à die captæ solutionis dicti legati, vel à die interpellationis, quatenus ista præcesserit, nam iniustitia ex hac parte resultat ex eo, quod prædictum legatum scutor. 25000. fuit relictum à Marchione Patre vnicuique ex suis secundogenitis non absoluté, & simpliciter, sed pro legitima, vita, militia, & pro omni, & toto eo, quod quisque eorum prætendere posset ex paterna substantia sibi de iure debita,
† propterea illi fructus absque mora, aut interpellatione 1
hæredis post ætatem annorum 30. Cùm autem ex dispositione testamenti loco eorum successerint alimenta filijs præstita, debentur tanquam fructus legitimæ; quæ vna cum
fructibus debetur filijs à die obitus † Patris, præcipuè quan- 2
do vt hic, hæreditas affluit stabilibus, alijsque bonis fructiferis, *l. Papinianus ff. de inoffic. testam. gloss.* communiter recepta in *l. post contractum ff. de donat. in fine versic. in quarta ff. ad Trebell.* Molin. *de iust. libro secundo tit. 2. quæst. 2. num. 8.*

Rota

Rota *post eum decis. 29. num. 3.* & plenè *in decis. 39. num. 10. & sequen. pars. 10. recent. & in Bononien. legitimæ 18. Martij 1661. ferè per tot coram bon. mem. Emerix seniore.*

Præterea laudum grauat etiam in secundo capitulo, in quo Carolus excluditur pro eius rata à scutis 1200. ad quæ Marchionissa communis mater, vtens facultate sibi à Te-
3 statore tributa, † reduxit portionem Francisci fratris, & filij respectiuè; non poterat enim mortuo Francisco sine filijs, & absque testamento citra iniustitiam Carolus priuari rata ipsum tangente ex his ducatis 12000 cum de iure fratri
4 ab intestato † decedente, fratres succedant. Authent. *defuncta C. ad Tertyll.*

Nec subsistit, quod Pater eidem Francisco exemplariter substituerit hæredem, cui proindè illius portio debeatur, quia ex lectura testamenti liquet, Patrem dedisse facultatem vxori taxandi portionem Francisci ex solo motiuo:
5 † perche pase (sunt verba testamenti) non sia per riuscire habile, e perfetto huomo, non autem apparet, quod ipse Pater tacitè, aut expressè ordinauerit substitutionem exemplarem, maximè quia non respexit ad tempus mortis filij,
6 quod respiciendum esse insinuant illa verba, † quibus talis substitutio concipi solet, nempè si in furore decesserit, vt obseruant Oinotom. *in §. qua ratione instit. de pupill. substit.* Intrigliol. *de substitut. cent. 2. qu. 12. n. 2. & 5.* vbi relato Ruino *cons. 103. num. 21. lib. 2.* dicit, quod mentio furoris sine
7 mentione mortis † non efficit substitutionem exemplarem, & clarius *num. 9. Trentacinq. nod. tractat. par. 3. cap. 2. num. 1.* Menoch. *præsumpt. 49. num. 6. lib. 4. & cons. 303. num. 36.* nam si filius non decedat in furore, aut in morbo, vel defectu efficiente illum intestabilem, vt quia compos mentis eua-
8 dat, aut sanetur † cessat hæc substitutio iuxta textum *literalem in d. §. qua ratione versic. sin autem*, Intrigliol. *de substit. centur. 2. quæst. 36. & sequen. per totam*, *Trentacinq. vbi supra cap. 6. num. 1.* Odd. *eod. tract. par. 4. quæst. 10. num. 1.* cum
9 fuerit introducta ad exemplum pupillaris, † vt inquit textus *in d. §. qua ratione*, ideò sicuti pupillaris expirat per aduentum pubertatis, sic finitur exemplaris per resipiscen-
10 tiam, & assecutionem sanitatis, † vt disponit textus supra relatus, & præter Odd Oinot, Intrigliol. & alios proximè allegatos dicit Fusar. *de substitut. qu. 199. per totam*, & plura ad materiam tradit Rota *in Romana successionis 23. Februarij 1654. coram me.*

Vlterius cum Franciscus non esset totaliter mentecaptus, aut furiosus, substitutio exemplaris, etiamsi expressè ordinata fuisset, non sustineretur, nam ex verbis testamenti non arguitur, nisi quod ille videbatur non futurus perfectus homo, quod non concludit furorem, aut dementiam pro facienda substitutione, ad cuius essentiam non sufficit, aliquem esse crassæ tantum rationis, vulgò simplicem,
11 aut leuem, † vt fuisse Franciscum indicant paterna verba, proindè eidem, vti habenti iudicium imperfectum, exemplariter substitui non poterat, vt punctualiter de habente iudicium imperfectum tradit Intrigliol *de substitut.* plures cumulans, & testans de communi *d. centur. 2. quæst. 20. num. 5. Trentacinq. vbi supra cap. 4. num. 9.* Fusar. *de substitut. quæst. 185. num. 14.* Vasquez *de substitut. exemplar. lib. 2. §. 17. numero 110.* Odd. *de substitut. par. 4. quæst. 7. in fine.*

Non obstat, quod Mater prius declarauerit, Francisco deberi dumtaxat alimenta, quia cum talis declaratio euanuerit per reuocationem testamenti, in quo facta fuerat,
12 nihil ponit in esse, † sed venit attendendum vltimum testamentum, vbi portio Francisci taxata fuit in ducatis 12000. tum quia posteriora derogant prioribus, *vulg. §. posteriore quoque instiut. quibus modis testam. infirm.* tùm etiam quia talis declaratio est magis conformis iuri communi,
13 † secundum quod liberis etiam totaliter † mentecaptis de-
14 betur legitima, Intrigliol. *vbi supr. qu. 9. num. 10.* plenè Rota *in d. decis. Romana successionis §. minus suffragatur.*

Et ita, vtraque parte informante, resolutum fuit.

Vtraque hic enunciata decisio præsentis Causæ est impressa in alio præcedenti tomo 2. parte 18. in ordine 534. & 677. nescio an Typographorum incuria, vel alia de causa sub titulo Romana, seu Ianuen. fuerit expressa.

R. P. D. CALATAIV.

Barchinonen. Iurisdictionis.

Veneris 18. Martij 1678.

ARGVMENTVM.

Petebat Episcopus executionem Concordiæ super iurisdictione inter ipsum, & Regulares celebratæ, cui licèt opponeretur sententia illi denegans iurisdictionem, ea non obstante, concedi visa est, quia intelligenda erat ad limites eiusdem Concordiæ, in qua eadem iurisdictio in solis certis actibus erat Religiosis attributa, itaut in reliquis eidem Episcopo reseruata diceretur, prout nec minus præiudicabant clausulæ in confirmatione appositæ, aut quod ipsi oris aperitio denegata sit, quia hæc omnia non impediebant quominus potuisset ille petere executionem eiusdem Concordiæ.

SVMMARIVM.

1 *Sententiam Rotalem de more præcedunt decisiones in causa factæ.*
2 *Concordia facta inter Episcopum, & Regulares in materia iurisdictionis, à Sede Apostolica confirmata inuiolabiliter obseruari debet, & executioni demandari.*
3 *Transactio noua approbans concordiam antiquam, iuxta eam, & non aliter intelligenda est.*
4 *Sententia mandans concordiam esse exequendam, intelligitur, declaratur, & interpretatur ad terminos eiusdem concordiæ.*
5 *Iurisdictionis plures actus referuntur Monialibus ab Episcopo in transactione concessit.*
6 *Iurisdictio in solis certis casibus Regularibus concessa, in ijs solum suffragari debet, nec ad alios casus extendi in præiudicium Episcopi, & num. 10.*
7 *Episcopus habet fundatam intentionem, in dispositione iuris communis, & causam vniuersalem iurisdictionis suæ Diœcesis.*
8 *Iurisdictio alteri quàm Ordinario concessa, strictè interpretari debet.*
9 *Iurisdictio in ijs casibus, in quibus concessa non est, quoad illos censetur Episcopo reseruata.*
11 *Sententia declarans non licere Episcopo exercere iurisdictionem, intelligitur respectu aliorum casuum, quibus illa alteri fuit concessa.*
12 *Sententia se referens ad concordiam, ad illius terminos declaratur, ac etiam restringitur.*
13 *Clausulæ præiudiciales appositæ in concordia, ei suffragantur potiùs quàm præiudicent, si illa non impugnatur, sed exequutioni demandari petatur.*
14 *Oris aperitio denegata pro impugnatione concordiæ non impedit quominus illius exequutio peti possit.*

DECISIO CXCI.

DOmini responderunt pro confirmatione Sententiæ Rotalis declarantis concordiam initam anno 1660. inter Abbatissam Monasterij Sancti Petri Puellarum, & Episcopum Ciuitatis Barchinonis, omniaque, & singula in eadem concordia contenta, & expressa esse inuiolabiliter obseruanda, quia eius validitas non fuit in dubium reuocata, † & iustitia resultat ex decisionibus de more illam 2
præcedentibus, editis 15. Ianuarij, & 27. Iunij 1674. coram R.P.D. meo Taia.

Cum enim partes per huiusmodi concordiam recesserint ab antiquis litibus, & controuersijs pendentibus super veteri transactione inita anno 1401. de quibus *in decisione 504. coram bon. mem. Dunoz. iun. & in decisionibus 194. 267. 295. & 297. coram bon. mem. Bichio*, hancque antiquam in eadem noua laudauerint, approbauerint, & ratificauerint, necnon inuiolabiliter obseruari conuenerint, secundum quod in ea continetur, vt legitur in primo, & secundo capitulo eiusdem nouæ concordiæ, auctoritate Apostolica etiam

2 confirmatæ, † debet absque dubio obseruari, debitæque
executioni demandari, etiam per successores transigentium,
Rota *dec.218. num.6. par.7. rec. coram Bich. dicta decis.267. n.
5. & dicta decis.295. num.3. & coram Cels. decis. 68. num.2.*
& sæpè alibi.

Verùm quia in eadem sententia R. P. D. mei Taiæ quo-
que firmatum fuit, præfatam concordiam anni 1660. in om-
nibus obstare Episcopo, tribuendo Abbatissæ omnimodam
iurisdictionem, vt scilicet hæc (exceptis dumtaxat ijs, quæ
curam animarum concernunt) non competeret Episcopo,
præsertim super Beneficiatis d. Ecclesiæ.

Ideo Domini ad remouenda omnia, quæ possunt esse
contraria sensui Sacræ Rotæ, & literæ ipsi eiusdem concor-
3 diæ, siue veriùs antiquæ, † secundum quam noua eam sim-
pliciter approbans, & confirmans, intelligi debet, ad text.
in l. Aurelius §. Testamentum ff. de liber. legat. Peregrin. *cons.
67. n.10. versic. nec approbatio lib.1.* Rot. *dec.228. n.7. & 8. par.
8. rec. & decis.259. num.15. coram Celso*, declararunt intelle-
4 ctum sententiæ esse, † vt concordia obstet Episcopo in om-
nibus ijs tantum, quæ fauore Abbatissæ in ea particulariter
5 conuenta, & stabilita fuerunt, † videlicet, quod Mona-
sterium, & Moniales sint exemptæ à iurisdictione Episco-
pi, vt in primo, & secundo illius capitulis, & deinde in tertio,
septimo, nono, decimoquarto, decimoquinto, ac in alijs ca-
pitulis, quod Abbatissa habebat ius conferendi Hebdoma-
darias, & alia Beneficia, & exigendi ab Hebdomadarijs,
& Beneficiatis solitam obedientiam, necnon faciendi inqui-
sitionem contra Hebdomadarios, ac Beneficiatos non in-
seruientes Ecclesiæ, & non satisfacientes proprio muneri,
ac absentes sine sua licentia, & iusta causa priuandi Portio-
nibus, Hebdomadarijs, ac Beneficijs, adeout nec Episco-
pus Visitator, nec Visitatores ab eo deputati vllam inqui-
sitionem facere valeant, ratione seruitij Ecclesiæ, nec visi-
tare illius Altaria, nisi solum Parochiale, & alia forsan de
nouo erigenda, quibus Moniales non subministrant neces-
saria, quorum visitatio fuit reseruata Episcopo, & si occa-
sione dictæ Visitationis, vel aliàs in dicta Ecclesia Missam
celebrauerit præfatus Episcopus, vel eius nomine Visitator
aliquem actum, vel actus fecerint in dicta Ecclesia, etiam
in Moniales dicti Monasterij, non censeatur aliquo modo
præiudicare exemptioni competenti Abbatissæ, & Mona-
libus, neq; per eos aliquam subiectionem acquirere: quod-
que D. Abbatissa etiam habet ius exigendi ab Hebdomada-
rijs obedientiam in temporalibus contradistinctis à spiritua-
libus, & ab animarum cura, in quibus debetur obedientia
Episcopo. Item etiam ius cognoscendi de causis, seù in eis
deputandi Iudicem non suspectum, in quibus scilicet Heb-
domadarij, & Beneficiati fuerint actores contra Abbatis-
sam, & quamlibet Monialem, necnon compellendi Heb-
domadarios, & Beneficiatos ad solitas processiones: In
quibus omnibus concernentibus seruitium, & gubernium
Ecclesiæ, alijsq; fauore Abbatissæ contentis in præfata con-
cordia cum eis annexis, & connexis, sine quibus iurisdi-
ctio in talibus actibus exequi, & exerceri non valeat, obstat
dicto Episcopo, & Beneficiatis præfata concordia de anno
1401. non tamen in alijs eidem Episcopo reseruatis in capi-
tulo vndecimo ipsiusmet concordiæ, ibi: Item quod
Dominus Episcopus habeat in omnes, & singulos Hebdo-
madarios, aliosque Beneficiatos prædictæ Ecclesiæ, &
Monasterij omnimodam iurisdictionem, tam crimina-
lem, quàm ciuilem, non solùm circa ea, quæ fierent,
& committerentur extra dictum Monasterium, & Ec-
clesiam, sed etiam intus &c. Cum enim iurisdictio conces-
sa fuerit Abbatissæ quoad certos particulares actus supra re-
censitos, in quibus Episcopus non debet se ingerere (etiam-
si in dicto capitulo vndecimo hat mentio de omnimoda iu-
risdictione, & subiectione in Hebdomadarijs, & Benefi-
ciatis dictæ Ecclesiæ, cum hæc solùm intelligatur extra
6 actus Abbatissæ concessos) † vltra illos extendi non potest
7 in præiudicium eiusdem Episcopi † habentis fundatam in-
tentionem in iure, & cautam vniuersalem, *cap. si Papa
vers. His enim de priuileg. in sexto*, Abb. *in cap.* ?. G. *num. 15.
vers. venio ad sextam de offic. delegat.* Bald. *in cap. de causis
num.8. eod. tit.* Rota *coram Bich. dec.126. num.6. & decis.197.
8 num.5.* In hac namque materia † strictè interpretanda, id,
quod expressè non legitur in concordia Abbatissæ conces-
9 sum, † censetur Episcopo reseruatum, Ancharan. *in cap.
postulasti, vers. quidquid per exemptionem de foro compet. & in
cap.2. sub num.50. de Constitutionib. in 6. ibique* Francus *pariter
n.10.* Cochier. *de iurisdict. ordin. par.2. qu.45. n.12.* Rota *coram
Buratt. dec.121. n.15. & dec.70. n.31. & seqq. par.13. rec.*

Cui declarationi non obstat, quod in sententia bon. me.
Bichij in iudicatum transacta, lata super eadem antiqua
concordia, in recenti, vt supra euulgata, dictum fuerit:
Abbatissæ competere (sunt enim verba eiusdem sententiæ)
ius exercendi omnes actus iurisdictionales contentos in di-
cta concordia anni 1401. & Episcopo non licere vllam iuris-
dictionem exercere, sed posse dumtaxat ratione curæ ani-
marum personarum sæcularium visitare solum Altare pa-
rochiale dictæ Ecclesiæ, ac ipsam Ecclesiam, in quantum
est necessarium pro receptione Parochianorum, & attinet
ad eorum seruitium, aliosque actus iurisdictionales quoad
huiusmodi curam exercere ordine, & forma determinatis
in concordia prædicta.

Quia ius competens Abbatissæ circa exercitium iurisdi-
ctionis, etiam tunc fuit restrictum ad actus in concordia
eidem concessos, vt patet ex supradictis verbis ipsius sen-
tentiæ, † non autem extensum ad omnes, & quoscum- 10
que actus, siue ad omnimodam iurisdictionem; quatenus
verò subditur: Et Episcopo non licere vllam iurisdictionem
exercere &c. † Intelligi debet in supradictis casibus, in qui- 11
bus iurisdictio concessa fuit Abbatissæ, iuxtà tenorem con-
cordium: Cum enim ad eam sententia se referat, † ad illius 12
terminos est restringenda, & secundum ipsam intelligi, *l.
asse toto ff. de hered. instit.* Adden. *ad Gregor. decis.168. in fin.
Sesse decis. Aragon. 125. num.41.* Rota *decis.405. num. primo
parte 3. recentior.*

Minus obstant clausulæ præiudiciales adiectæ in Confir-
matione Apostolica, qua roborata fuit Concordia, † quod- 13
que aduersus eandem Signatura Sanctissimi denegauerit
Episcopo aperitionem oris, † quia dum Episcopus amplius 14
Concordiam non impugnat, imò hodie illius obseruan-
tiam, & executionem petit iuxtà eiusdem germanum intel-
lectum, prædictę clausulæ potiùs fauent, Marth. *de clauf.
par.1. clauf.176. num.60.* Marescott. *var. resol. lib. 2. cap. 73.
num.29.* Rubeus *singul. par.4. clauf.798. num.32.* Barbos. *clauf.
175. numer. 12. & seq.* Rota *decis.597. numer. 8. parte 3. re-
centior.*

Et ita resolutum fuit pro confirmatione Sententiæ Ro-
talis, vt supra intellectæ, vtraque Parte informante &c.

R. P. D. E M E R I X.

Vibeuetana Iurispatronatus.

Veneris 18. Martij 1678.

A R G V M E N T V M.

Quia præsentatio facta à Patrono existente in
quasi possessione præsentandi non eget alia
iustificatione sui tituli, valida igitur ea de-
clarata est, non obstante, quod facta dice-
retur vigore mandati procuræ, emanauit
ante vacationem sequutam, quia illud erat
simpliciter generale, non autem speciale,
fauore certæ personæ, quod solũ ob votũ ca-
ptandæ mortis reperitur à iure prohibitum.

S V M M A R I V M.

1 *Pertinentia iurispatronatus probatur ex pluribus præsenta-
tionibus effectum sortitis, & numeris seq.*

2 *Patronus vt aliquis dicatur, sufficit quod fuerit in quasi pos-
sessione præsentandi.*

3 *Patronus si est in quasi possessione præsentandi, non eget alia
iustificatione pertinentiæ sui iuris.*

4 *Patronos plures olim fuisse, non infert exclusionem, hodie
vnum tantum patronum adesse.*

5 *ex Præterito non infertur ad præsens.*

6 *Patrono, vel Proximiori sufficit dicere non alios extare pa-
tronos, vel proximiores de familia, ad hoc vt asserenti con-
trarium incumbat onus probandi.*

7 *Iuspatronatus probatur gentilitium, non autem hæredita-
rium ex sententia declarante illud esse de aliqua familia, &
etiam ex alijs.*

8 *Qualitatem necessariam, & à iure requisitam habere dicun-
tur patroni, qui per quinquaginta, & amplius annos præ-
sentarunt.*

9 *Mandatum procuræ ad præsentandum factum ante va-
cationem sequutam, est ipso iure nullum. declarat vt nu-
mer. seqq.*

10 *Mandatum procuræ, ad præsentandum certam personam*

fert

fieri prohibetur ante vacationem sequutam, quia continet votum captandæ mortis.

11 *Præsentatio facta vigore manduti procuræ generalis ad præsentandum, etiamsi illud emanuuerit ante vacationem sequutam, remanet valida, & substinetur.*

DECISIO CXCII.

VErificato ad omnem difficultatem per Felicem Antonium (citatis Procuratore Fiscali, & Vgolino Aduersario) denuò Iurepatronatus coram Ordinario ex dotatione, vel fundatione, prout constat ex sententia eiusdem Ordinarij in hodierno Summario *num. vnico*, atque ita radicitùs sublato motiuo, quod solùm præbuerat causam dubitandi de viribus primæ decisionis, Domini censuerunt ad illam esse redeundum; Pertinentia etiam Iurispatronatus pro medietate ad Catharinam, & Hieronymum, quę sola re-
1 manet in controuersia, concludenter probatur, † eo ipso quo quatuor tantum fuerunt præsentantes, Catharina nimirùm, & Hieronyma, à quibus præsentatus fuit Felix Antonius, & Francisca, & Maria Theresia, à quibus præsentatus fuit Vgolinus Aduersarius, ac iustificatur in actis, quod eadem Catharina, Hieronyma præsentarunt anno 1644. Georgium Vaschiensem, & anno 1650. consensum præstiterunt resignationi per dictum Georgium factæ ad fauorem Pompei vltimi possessoris, & amplius Franciscus eorum Pater præsentauit anno 1624. Vincentiuum suum filium, qui præuia sententia Ordinarij in contradictorio Iudicio alterius præsentati possessionem adeptus fuit, vt liquet in Summario 24. Aprilis 1676 *num. 4. & seqq.* cum ad
2 hunc effectum sufficiat, † quod quis sit constitutus in quasi possessione præsentandi, *cap. consultationibus*, ibique Scribentes *de iurepatron. cap. quærelam de elect.* Rota *decis. 224. & decis. 347. vtrobique num. 1. par. 1. recent.* & post Viuian.
3 *de iurepatronat. decis. 76. numer. 3.* vbi quod possessor † non egat alia iustificatione pertinentiæ sui iuris, & in *Mediolanen. Prioratus 13. Maij 1676. §. & nihilominus coram R. P. D. meo Vbago*, cum alijs adductis in decisione in hac Causa emanata 24. *Aprilis 1676. coram me.*

4 Non obstat, quod de anno 1644. † decem existerent Pa-
5 troni, quoniam non benè infertur † à dicto tempore ad præsens, sed satis est Felici Antonio dicere non extare allos
6 de Familia, † vt Aduersarius, qui contrarium prætendit probare debeat, per ea, quæ latè tradit Rota *decis. 364. n. 2. & seqq. par. 2. coram Verallo.*

Minus officit altera oppositio, quod huiusmodi iuspatro-
7 natus † sit hæreditarium tùm quia contrarium apparet ex ipsamet instantia Vgolini, & antiquis sententijs ab eo productis pro obtinenda institutione, in quibus, & signantèr in illa anni 1367. tunc Ordinarius Vrbeuetanus declarauit controuersum Beneficium esse de iurepatronatus Familiæ Vaschiensis, absque eo, quod vnquam facta fuerit mentio de qualitate hæreditaria, sed tantum de gentilitia, dicto præterito Summario *num. 2. & 3.* tùm etiam, quia eadem quasi possessio præsentandi, in qua existunt Catharina, & Hieronyma, illarumque Pater à quinquaginta an-
8 nis, & vltra, † facit præsumere in illis concurrere qualitatem de iure requisitam, iuxtà textum *in d. cap. consultationibus*, ibique tradita per Doctores, & Rota *dicta decis. 347. num. primo parte prima recent. & decis. 110 num. 13. post* Viuian. cum alijs allegatis *in Praten. Capellaniæ 29. Martij 1666. §. pertinentia coram recolendæ memoriæ Assunculonco.*

Denique non vrget repetitum oblectum nullitatis præsentationis Catharinæ, ex eo, quod mandatum ad præsentandum fuerit ab ea factum nullitèr ante vacationem,
9 † quia cum fuerit generale, non autem speciale ad præsentandum certam personam, quod solum est prohibitum,
10 † ex quo continere dicitur votum captandæ mortis, man-
11 datum, & præsentatio † illius vigore facta sunt valida, vt distinguendo pluribus adductis tradit Adden *ad Gregor. decis. 420. num 9.* & obseruat alia decisio huius Causæ 24. *Aprilis 1676. in fine.*

Et ita vtraque Parte informante, resolutum fuit.

Supra in alio præcedenti tomo 2. alterius partis 18. adest altera in hac Causa facta decisio, quæ ibi est in ordine 697.

R. P. D. RONDININO.

Rauennaten. Fideicommissi.

Veneris 18. Martij 1678.

ARGVMENTVM.

Detractiones non fuisse consumptas prætendebat possessor bonorum fideicommissi, & ideo ex earum capite dd. bona retinere volebat; ille tamen onere probandi negatiuam adstringitur, quia cum non confectione inuentarij, & alienationibus factis concurrisset præsumptio, testatorem alia bona reliquisse, ipse, non autem fideicommissarius probare tenetur sufficientiam, vel insufficientiam earundem detractionum.

SVMMARIVM.

1 *Immissio fideicommissario conceditur ex remedio* l. fin. C. de edict. Diu. Adr. tollen. *quoties illius requisita concurrunt, quæ qualia sint ibidem.*

2 *Detractiones præsumuntur consumptæ, vbi cum non confectione inuentarij, etiam alienationes concurrunt.*

3 *Detractiones non fuisse consumptas possessor bonorum fideicommissi probare tenetur, & quando vid. num. anteced. & seqq.*

4 *Alienata sicuti probantur bona, de quibus constat, ita præsumuntur alienata alia, de quibus non constat.*

5 *Detractiones per primam alienationem non fuisse consumptas quatenus probetur ex diuisione postea ab hæredibus facta.*

6 *Diuisio inter hæredes facta longe post obitum testatoris, continens descriptionem confusam, vel genericam non firmat statum hæreditatis.*

7 *Alienationes intermedias fieri potuisse sufficit, ad hoc vt ex diuisione bonorum non resultet probatio negatiua.*

8 *Apothecæ, seu negotij sola expressio, vel descriptio non sufficit, siue indiuidua mentione mercium in ea existentium.*

9 *Inuentarij omissio, vt non noceat, & illud ex diuisione suppleatur requiritur descriptio distincta mercium in Apotheca testatoris existentium.*

Amplia, quia non sufficit simpliciter descripsisse Apothecam, vel negotium ibidem, & supra nu. anteced.

10 *Diuisio facta inter hæredes iunctis coniecturis, & adminiculis probat statum hæreditatis, etiam sine inuentario.*

11 *Inuentarium tutelare quando suffragetur pro inuentario hæreditario.*

12 *Detractionum consumptio eo magis ex non confectione inuentarij resultat, si vltra alienationes concurrit præsumptio testatorem alia bona reliquisse.*

13 *Possessor bonorum fideicommissi probare tenetur detractiones non fuisse consumptas, vbi cum alienationibus, & omissione inuentarij concurrit præsumptio testatorem alia bona reliquisse.*

DECISIO CXCIII.

CVm nec in ista Propositione controuerterentur extrema ad immissionem requisita, vocatis nempè Ioannis de Bergis ad fideicommissum Coriolani Senioris, identitas prædiorum fideicommissariorum, quæ illis de Ginannis, & de Rotis rei conuenti possident, illorumque antiqua possessio testatoris, † immissionem proindè concedendam esse ex remedio *l. fin. C. de edict. Diu. Adrian. tollen.* iterum Domini dixerunt permanendo in decisis * 29. *Nouembris 1677.* coram me. 1

Neque possessores immissionem effugere valent ex eo, quod venditores vti filij fideicommittentis essent creditores suarum detractionum, in quarum diminutionem ista prædia censentur electa, & cum soluerint æs alienum testatoris, possint pro eo se tueri possessores. Nàm dicti hæredes grauati cum alienarint primo loco quandam possessionem pro scutis auri 3240. Cardinali Sfortiæ, & ex eis receperint liberè scut. 1740. & non confecerint inuentarium, † intrat legalis præsumptio consumptionis omnium 2
detractionum; sicque, vt anteà alienationem bonorum,

de quibus agitur hæredes fuerint integrè satisfacti de omni-
3 bus detractionibus, & alijs bonis, † adeout possessoribus
contrarium asserentibus, incumbat onus concludenter pro-
bandi negatiuam existentiæ, & alienationis aliorum bono-
rum *R. P. D. de Luca de detraction. disc. 35. num. 59. & seq.* Rota *in Romana fideicommissi de Stephanellis apud* Giouagn. *cons. 50. num. 45. vol. 2. & coram Dunoz. iun. decis. 645. num. 1. & seqq. & apud* Merlin. *de legit. decis. 109. num. 4. & recen. par. 8. decis. 93. num. 8. & in Bonon. fideicommissi 22. Iunij 1671. §. legitima coram Illustrissimo Calatanu*; Sicut enim hæredes
4 alienarunt bona de quibus constat, † ità, & præsumen-
dum est alienasse alia plura, de quibus non constat Rota *rec. par. 11. decis. 31. num. 19. & 20. & par. 12. decis. 96. pariter num. 20. & in Romana Appalti 21. Iunij 1674. §. quarta in fine, & 16. Nouembris eiusdem anni §. finali coram Illustrissimo Matthæio Apostolici Palatij Præfecto*, & in Decisione, quæ re-
uidetur.

Et licet ex parte possessorum deduceretur, quod Apo-
theca, animalia, nomina debitorum, & mobilia extite-
rint, etiam post factam alienationem in ipsos, iuxtà diui-
5 sionem anno 1599. † adeout cum prima alienatio, de qua
suprà in Cardinalem Sfortiam, non adæquet detractiones
in quota, & in quantitate, quæ competunt ex hæredum
persona, ex hac ipsa suppletio fieri debeat, vt hæc pro pri-
ma alienatione in detractiones imputanda reputetur;
6 Adhùc tamen hæc diuisio † cum fuerit facta post octo an-
nos à morte testatoris, neque contineat descriptas merces,
nec pecunias, quamuis de Apotheca mentio fiat, non me-
7 retur attendi tanquam mutila, & præpostera, † quia po-
tuerunt fieri intermediæ alienationes Carena *resolut. 32. num. 3.* Cyriac. *controu. 294. num. 10.* Cyroc. *discept. 7. ex num. 69.* Conciol. *alleg. ciuil. 51. num. 31.* Rota *recen. par. 13. decis. 31. num. 1. & seqq. & in Nonantulana Emphyteusis 24. Ianuarij 1674. §. primo, quia coram Reuerendissimo Alberg. Decano, & in Senogallien. fideicommissi 10. Ianuarij 1676. §. nec subsistit coram Reu. P. D. meo Vbaga.* Cùm potiùs ex hac diuisione
appareat præcedens existentia aliorum bonorum præter
alienata, adeout etiamsi omnium ratio habita fuisset in di-
uisione, non tamen releuaret, quia cum merces, & Apo-
8 thecæ in dies varientur in quantitate, † non fuisset satis in
diuisione exprimere Apothecam, & merces, quia ex hac
expressione non probatur, vt maior quantitas non adfuerit
tempore obitus testatoris, prout perneccesse est probandum,
9 † vt non noceat omissio inuentarij iuncta cum alienationi-
bus Peregr. *de fideicomm. art. 39. num. 14.* Surd *decis. 316. illo eodem num.* Add. *ad Gregor. XV. decis. 266. num. 16.* Rota *rec. par. 8. decis. 93. numer. 11. & 12. & part. 16. decis. 106. numer. 9.*

Contraria autem procedunt in diuersis facti circumstan-
10 tijs, † quando nempè cum diuisione concurrunt alia indi-
cantia verum statum hæreditatis tempore obitus testatoris,
11 † quemadmodum ex inuentario tutelari, & similibus desum-
ptus fuit in *decis. Peutingerij 186. num. 5.* cum alijs in contra-
rium adductis; *Decisio autem 123. num. 19. & seqq. par. 16. recent.* non procedit quando vltrà omissionem inuentarij,
12 & alienationes bonorum concurrit præsumptio, † ex qua
constet testatorem reliquisse alia bona præter alienata;
13 tunc enim est adeò fortis præsumptio consumptionis † de-
tractionum, vt concludenter probari debeat negatiua alio-
rum bonorum ab illo, qui retinere intendit ex causa earum-
dem detractionum, vt dixit Rota *decis. 645. nu. 9. coram Dunoz. iun.* & declarauit eadem *decis. 123. num. 14. vers. quod si fideicommissarios par. 16. rec.*

Et ex his Domini censuerunt nullam esse habendam ra-
tionem de calculo exhibito à scribentibus contrà Decisio-
nem, quoniam vltrà, quod partitæ in eo appositæ validè
impugnabantur ab informantibus pro Bergleis, placuit re-
sponsio, quod stante supradicta omissione inuentarij, iuncta
cum alienationibus, omnes detractiones, si quæ compete-
rent consumptæ remanerent ex allegatis.

Et ita vtraque parte informante resolutum fuit.

R. P. D. EMERIX.

Leodien. Testamentorum.

Lunæ 28. Martij 1678.

ARGVMENTVM.

Solemne reputatur testamentum factum à Canonico Leodiensi vigore consuetudinis testandi per schedulam ad instar militum, illudque primo præualere deciditur, non obstante clausula derogatoria in eo apposita, quia per decennium præsumebatur oblita, & adhuc sufficienter reuocata per reuocationem cuiuslibet alterius testamenti, quod per necesse verificabatur in illo, tamquam vnicè confecto, quod autem in eo etiam medicus proprius potuerit institui ex sequenti Summario, & Decisione videbis.

SVMMARIVM.

1 *Læsio excluditur ex validitate, & iustitia sententiarum.*

2 *Restitutionem in integrum aduersus tres conformes habere prætendens, tenetur plenè, & concludenter probare læsionem.*

3 *Testamentum primum reuocatur per secundum.*

4 *Testamentum, vt valeat debet habere testes, aliaque requisita legis.*

5 *Canonici Collegiatarum Ecclesiarum Diœcesis, & Ciuitatis Leodiensis testari possunt per simplicem schedulam more militum.*

6 *Consuetudo Leodiensis concedens Ciuibus, & Canonicis facultatem testandi per schedulam ex quibus remaneat probata, & num. seq.*

7 Carolus de Mean *celebris Doctor Leodiensis nuncupatur.*

8 *Testamentum ad pias causas continet tacitam clausam derogatoriam.*

9 *Clausula derogatoria tacitè subintellecta, tacitè etiam reuocatur.*

10 *Clausula* reuocato quolibet alio testamento, *pernecesse intelligitur de primo, vnicè condito.*

11 *Obliuio clausulæ derogatoriæ præsumitur per decennium.*

12 *Derogatoriæ clausulæ specialis mentio non requiritur post lapsum decennium.*

13 *Testamentum ad pias causas reuocatur per secundum, non obstante clausula derogatoria, si lapsum est decennium.*

14 *Testamentum, etiam in parte, aliena manuscriptum, per subscriptionem à testatore factam, censetur approbatum in totum.*

15 *Testamentum, in quo, hæres est institutus proprius medicus, remanet irritum.*

16 *Medicus hæres institui non potest, vel aliter cum infirmo contrahere, si dolosè se gessit, secus verò si candidè, & bona fide ambulauit nu. seqq.*

17 *Medicus conductus à publico, si aliquid ab infirmo extorsit, vel procurauit cum illo contrahere, vel ab illo hæres instituì quatenus prohibeatur.*

18 *Medicus proprius ex causa beneuolentiæ, & amicitiæ hæres institui non prohibetur.*

19 *Contractus cum medico, & infirmo, procuratore, & aduocato cum cliente, quatenus prohibeantur, vel permittantur, & supra num. anteced.*

DECISIO CXCIV.

DElegata mihi per Signaturam Iustitiæ, cum clausula, sine præiudicio rei iudicatæ, causa restitutionis in integrum aduersus tres sententias conformes approbantes secundum testamentum quondam Ogerij Boulougne Canonici Collegiatæ Ecclesiæ Molhanien. In quo reuocato priore, condito pro vna ex quinque partibus hæreditatis fauore Vener. Hospitalis Misericordiæ, Domus Bauariæ vulgò nuncupatæ, per simplicem schedulam hæredes suos vniuersales scripsit nobilem D. Gerardum de Luxembourg Dominum Temporalem de Hollogne, & expertissimum, ac probatissimum Medicum D. Ioannem Gaindedi dubium ad formam rescripti: An constet de re iudicata, seu potius de causis restitutionis in integrum, quo ad primam partem affirmatiuè, & quo ad secundam negatiuè in hodierna audientia resolutum, stante validitate, & iustitia earundem sententiarum, quæ excludunt
læsionem, † plenè, & concludenter probandam ab eo, 1
† qui contra tres conformes restitutionem prætendit iuxta 2
Innoc. *in cap. ex literis de rest. in integrum*, quem ibi se-

quun-

quuntur Butr. & Abbas alijque allegati in his terminis per
Rot. *coram Baratt. decis. 323. num. 1. cum seqq.*
Præmissa enim rursus pro indubitato regula, quod prius
3 testamentum † reuocatur per posterius §. *posteriore instit. quibus modis testamenta infirmentur, & l. si quis priore ff. ad Trebell.* Non releuant, quæ ad redarguendum de nullitate
posterius testamentum in hodierna audientia iterum repetebantur ab informantibus pro Venerabili Hospitali. Primo
4 siquidem obiecto, † quod illud careat testibus alijsque requisitis à *l. hac consultissima C. de testam.* Sufficienter occurrit
particularis consuetudo permittens Canonicis Collegiatarum Ecclesiarum, tam Diœcesis, quàm Ciuitatis Leo-
5 diensis † testati more militari per simplicem schedulam
6 manu sua scriptam, vel subscriptam, quam † esse in viridi obseruantia resultat ex statuto dd. Ecclesiarum relato
7 in Summario Ioannis *num. 4.* & testantur † *Carolus de Mean* celebris Doctor illarum partium *ad ius Ciuil.* Leodien. *obseru. 90. numer. 2. & 11. & seqq.* & Consules Leodien. dicto
Summario *num. 5.* ac testes eodem Summario *numer. 6. & 7.* quamquam etiam pluries comprobauit nostra Rota, vt in
decis. 22. parte quarta recent. & coram Duran. decis. 304. numero quarto.
Non obstat, quod primum testamentum vti factum ad
8 pias causas † contineat tacitam clausulam derogatoriam
futurarum dispositionum, & propterea illud non intelligatur per subsequentes reuocatum, absque speciali mentio-
9 ne, † tum quia clausula derogatoria tacitè subintellecta,
tacitè etiam reuocatur, plenè Mart. *de success. part. 4. qu. 4. art. 7. num. 28. & seqq.* Et cum in secundo testamento adsit
10 clausula *reuocato quolibet alio testamento*, † quæ pernecesse
solum verificatur in primo, aliàs vnicè condito per nostrum
testatorem, & sufficit pro illius reuocatione Giouagnon. *cons. 6. numer. 23. vers. primo quoniam lib. 2. d. cons. 89. numer. 75. & seqq.* alijque relati *in decis. 328. numer. 11. part. 15. recentior.* in hac causa emanata, tum etiam, quia secundum
11 testamentum conditum fuit decennio post primum, † ex
quo lapsu temporis præsumitur obliuio clausulæ derogato-
12 riæ contentæ in primo, † Ideoque in hoc casu non requiritur aliqua specialis derogatoria in secundo Spad. *cons. 336. n. 7. lib. 3.* Giouagn. *cons. 7. num. 23.* Bich *decis. 438. num. 32. &*
13 *seqq.* Vbi in specie † de reuocatione testamenti ad pias causas, & fuit admissum in *Cauallicen. hæreditatis 20. Nouembris 1676. §. & ideo coram R.P.D. meo Paluccio.*
Minus refragatur, quod superior pars testamenti, in
qua continetur clausula derogatoria, fuerit scripta aliena
manu, & propterea dicta clausula non sit attendenda,
14 Quia † vltra, quod remanent firmæ aliæ rationes, testator subscribendo censetur omnia approbasse ad text. in *l. si quis ex argentarijs §. 1. ibique Apostilla marginalis ff. de eden.* cum alijs adductis per Buratt. *decis. 750. num. primo.*
Denique non subsistit, quod hoc secundum testamen-
15 tum sit irritum † ex quo in eo institutus fuit hæres prædictus Ioannes medicus per text. *in l. medicus ff. de var. & extraord. cognit.* quia quidquid sit, An idem Ioannes assisteret testatori vti medicus, Placuit, inter alias, respon-
16 sio, quod dictæ legis dispositio solùm procedit, † quando medicus dolosè se gessit, & excruciantibus medicamentis adhibitis intulit infirmo periculum amissionis vitæ,
propter quod illum sub spe liberationis impulit ad vendendum, seu donandum, vel aliàs ad eius fauorem dis-
17 ponendum, † aut quando conductus à Publico aliud
quid ab infirmo pro salario sibi dari conuenit ex tradit
per Cagnol. *in l. 2. C. de rescind. vendit. num. 102.* Afflict. *decis. 123. per tot. &* Magon. *decis. Florentin. 15. num. 10.*
18 Non autem in contractibus, & dispositionibus, † in quibus candor, & bona fides superabundant prout in præsenti, in quo testator spontè, & liberè instituit hæredes dictos
Ioannem, & Gerardum ex causa antiquæ amicitiæ, si-
19 cut in simili de contractibus † inter Clientem, & Aduocatum, vel Procuratorem aliàs prohibitis post Oleam *de cess. iur. tit. 3. quæst. 11. num. 39.* admissum fuit *in Romana Donationis multiplicis 28. Februarij 1676. §. denique in fin. coram me.*
Et ita, vtraque parte informante, resolutum fuit.

R. P. D. EMERIX.

Spoletana Testamenti.

Veneris 22. Aprilis 1678.

ARGVMENTVM.

Substinetur testamentum mulieris factum cum solemnitatibus iuris communis, non obstante Statuto, requirente præsentiam consanguineorum, quia quidquid sit de validitate illius, quod Sac. Rota decidere noluit, ei semper satisfactum remanebat ex citatione eorumdem consanguineorum, & ex laudabili dispositione testatricis, facta fauore neptis teneræ ætatis, & prædilectæ, quo in casu cum nulla intercesserit fraus, non procedebat eadem dispositio Statuti.

SVMMARIVM.

1 *Statutum Spoletanum prohibet mulieres contrahere, vel testari, sine præsentia viri, vel patris, aut interuentu proximiorum.*
2 *Testamentum dicitur validum, si nullum continet vitium visibile, & adhibitæ sunt omnes solemnitates à iure requisitæ.*
3 *Statutum requirens solemnitates in testamento mulieris, an valeat Sac. Rota indecisum reliquit.*
4 *Statuto requirenti interuentum consanguineorum in testamento mulieris, remanet satisfactum per cautionem illorum.*
5 *Testes examinati lite pendente, sine citatione partis nullum faciunt probationis gradum.*
6 *Citatio consanguineorum ad interessendum in contractu, vel testamento mulieris, an debeat subscribi à iudice.*
7 *Fides Curialium in his, quæ sunt styli à Sac. Rota semper attendi consueuit.*
8 *in Contractu mulieris si certi consanguinei admitti consueuerunt, non attenditur, quod alter magis proximior interim maior factus sit.*
9 *Contractus, vel testamentum mulieris ignorantis magis proximiorem fuisse effectam maiorem, non exinde annullatur, sed remanet validum, & substinetur.*
10 *Statutum requirens interuentum proximiorum in testamento mulieris, non procedit, vbi nulla intercesserit fraus.*

DECISIO CXCV.

DEcessit die 17. Ianuarij 1660. Lelia Luparina cum
Testamento, in quo hæredem scripsit Victoriam
eius ex qu. Decio fratre neptem, & quia Cecilia, Vincentia, ac Francisca eiusdem Victoriæ sorores germanæ prætendebant testamentum præfatum esse nullum, ac inualidum ob defectum solemnitatum Statuti Spoleti † prohi- 1
bentis mulieres contrahere, vel testari, sine præsentia viri,
& Patris, vel saltem duorum consanguineorum, fuit in
partibus compromissum in arbitros, à quibus lato laudo
pro validitate testamenti, eoque deinde reuocato ab A. C.
dedi in gradu appellationis mihi commissa, dubium: An
testamentum substineatur, quod Domini hodie affirmatiuè resoluerunt, † quia illud nullum continet vitium visi- 2
bile, & adhibitæ fuerunt omnes solemnitates à iure requisitæ, vt in simili respondit Rota *decis. 271. num. 4. & 5. par. 11. & decis. 304. num. 2 par. 15. recent.*
Non obstat vnicum fundamentum exaduerso constitutum in defectu solemnitatum Statuti, † quia quidquid sit 3
validitate, & subsistentia similium Statutorum, quam
Rota alias etiam indecisam reliquit *par. 9. decis. 9. num. 5. cum seq. & coram Bich. decis. 165. num. 5. & 6.* Responsum fuit dispositioni eiusdem Statuti † satisfactum fuisse mediante ci- 4
tatione Ioannis Baptistæ, & Petri consanguineorum ad interessendum, vt in Summario *num. 1. & 4.*
Parum releuante, quod de tempore executæ citationis,
& facti testamenti abesset Prætor, seu Potestas Spoleti,
qui proinde illam subscribere nequiuerit, & extaret Alexander proximior consanguineus, qui commode citari, &
interuenire potuisset; quoniam omisso, quod absentia

Prætoris, & præsentia, ac commoditas interessendi Alexandri non aliunde iustificantur, quam ex depositione testium, lite pendente, & sine citatione partis examinato-
5 rum, † qui nullum probationis gradum constituunt Rota *decis. 389. num. 5. par. 13. rec.*

Respectu defectus subscriptionis citationis cessat difficultas, quia Statutum non disponit, quod istæ citationes sub-
6 scribi debeant à Prætore, † & de stylo illæ, aliæque similes, super quibus Iudex non solet interponere decretum, fiunt etiam in absentia Iudicis, & postea ab eo, vbi commodum fuerit subscribuntur, vt testantur Curiales Ciuita-
7 tis Spoleti, † quibus Rota in his, quæ sunt styli, deferre consueuit ex deductis per Eminentissimn Otthobon. *decis. 176. num. 3.*

Respectu verò omissæ interpellationis Alexandri alterius proximioris consanguinei, placuit consideratio; quod ipse
8 paulo ante effectus fuerat maior, † & proindè cum in alijs Contractibus Leliæ, & contemporaneis testamento semper citati, & adhibiti fuerint vti proximiores Io: Baptista, & Petrus, æquum non est, vt propter hoc vltima eiusdem Leliæ voluntas, quæ diuinare non poterat Alexandrum
9 effectum fuisse maiorem, † præiudicium patiatur contra prouidam dispositionem text. *in l. 1. C. de Sacros. Eccles.*

Attento præsertim, quod prudenter, ac laudabiliter
10 disposuit ad fauorem neptis, teneræ ætatis prædilectæ, † & in domo propria educatæ; itaut cesset omnis suspicio fraudis, & deceptionis, ad quam euitandam Statutum requirit interuentum proximiorum, vt in puncto benè considerat *R.P. D. de Luca de testam. discurs. 29. num 13. & decis. 30. numer. 18. &* Rota *decis. 9. & num. 16. & decis. 193. numer. 17. part. 9. recent.*

Et ita, vtraque parte informante, resolutum fuit.

REVERENDISS. D. ALBERGATO

Sacræ Rotæ Decano.

Cassinen. Præeminentiarum.

Veneris 22. Aprilis 1678.

A R G V M E N T V M.

Cathedralitas à duobus Ecclesijs prætensa, illi deberi declaratur, cui etiam olim competijsse comprobatum est, ad eum casum quo Monachi Cassinenses cum Ecclesia S. Germani inuicem de illa contenderent, hinc plura non solum de hac materia deducuntur, verum etiam alia cumulantur de euersione earundem Ecclesiarum facta per Barbaros, de aduentu in illas, & fœlici obdormitione S. Patris Benedicti, & alia quoque ex sequenti Summario, & decisione videnda.

S V M M A R I V M.

1 *Ecclesia, & Ciuitas Montis Cassini de quo tempore fuerit à Barbaris euersa, & destructa, & num. seqq.*
2 S. Benedictus *Abbas, & Monachus Cassinensis ad Cassinensem Ecclesiam expiandam accessit anno 529.*
3 Saraceni *euerterunt, & destruxerunt veterem Cassinum de anno 866.*
4 *Historicis probatis, & totæ fidei creditur, præsertim in antiquit.*
5 *Ciuitas Cassini de tempore aduentus* S. Benedicti *Episcopali sede gaudebat.*
6 *Cathedralitas, eiusque status semel impressus, non tollitur per auctoritatem Summi Pontificis.*
7 *Episcopali Cathedra in aliqua Ciuitate existente, implicat aliam intra eandem Diœcesim constitui.*
8 *Ecclesia, & Monasterium Montis Cassini paucis annis post obitum S. Benedicti fuerunt à Longobardis expilata, & penitus subuersa.*
9 *Cassinenses Monachi post euersionem eorum Monasterij factam à Longobardis sedem obtinuerunt iuxta Patriarchium Lateranense.*
10 *Cassinense Monasterium post destructionem Longobardorum tempore Gregorij Secundi, & Tertij, ac Zachariæ Primi Pontificum restitutum est.*
11 *Episcopalis Cathedra post excidium antiqui Cassini, quo in loco fuerit translata.*
12 *Ciues Cassinenses sequuta euersione eorum Ciuitatis, facta à Barbaris, conuolarunt ad Oppidum S. Germani.*
13 *Subrogatio vnius Ciuitatis, Oppidi, vel loci in locum alterius ex vicinitate loci subrogati resultat.*
14 *S. Germani Oppidum propriè Cassinum nouum appellatur.*
15 *Subrogatione vnius Ciuitatis, vel loci in alterum facta, omnia iura, & priuilegia etiam in locum subrogatum dicuntur translata.*
16 *Cathedralitas sicuti etiam cætera priuilegia Ciuitatis destructæ transferuntur in aliam Ciuitatem eius loco subrogatam.*
17 *Beneplacitum Apostolicum non requiritur in translatione vnius Ecclesiæ ad alteram, sequuta ob illius destructionem à Barbaris factam.*
18 *Beneplacitum Apostolicum præsumitur interuenisse ex lapsu longissimi temporis cum obseruantia.*
19 *Ecclesia S. Germani per plura sæcula, tam ab ipsis Abbatibus Cassinensibus, quam in Bullis Summorum Pontificum Cathedralis enunciata fuit.*
20 *Enunciatiuæ antiquæ sæpius repetitæ, & emissæ à personis informatis, ac pluribus actibus adminiculatæ plenè probant Cathedralitatem.*
21 *S. Germanum olim Oppidum, ab antiquissimo tempore Ciuitas nuncupata est.*
22 *Ciuitatis nomen secundum Italiæ consuetudinem non tribuitur, nisi locis habentibus proprium Episcopum.*
23 *Cathedrali Ecclesiæ, solum conuenit, quod Processiones solemnitatis Corporis Christi, & Rogationum ab illius Ecclesia incipiant, & in ea terminentur.*
24 *Cathedralitatis Ecclesiæ præcipuum signum est Sedes Episcopalis in illa.*
25 *Cathedralis Ecclesia est illa, in qua Episcopi possessionem solemniter capiunt.*
26 *Episcopi suam possessionem capere debent in Ecclesia Cathedrali.*
27 *Possessio dominij temporalis non in Ecclesia, sed in Palatio publico accipi solet.*
28 *Palatium Episcopale constitui debet iuxta Ecclesiam Cathedralem.*
29 *Cathedralitas resultat ex celebratione festi dedicationis Ecclesiæ, cum illius octaua.*
30 *Cathedrali Ecclesiæ solum competit ius pulsandi campanas in Sabbato Sancto ante omnes alias Ecclesias.*
31 *Prohibitio, & inuonatio Episcopi, vel Abbatis super denegata Ecclesiæ Cathedrali primaria pulsatione campanæ in Sabbato Sancto, quid operetur.*
32 *Iurisdictionis actus, vel prohibitio facta ad eam conseruandam sublimere nequit.*
33 *Cathedralitatis signum est cura animarum totius Ciuitatis, administratio Sacramentorum, & alia etiam de quibus sup. & infra num. anteced. & seqq.*
34 *Fons Baptismalis, & Oleum Sanctum existens in Ecclesia, & toti Ciuitati deseruiens illius Cathedralitatem concludunt.*
35 *Cassinensis Ecclesia hodie nuncupatur Cathedralis, sed quid valeuet vid. num. seqq.*
36 *Cassinensis Ecclesia, & Ecclesia montis Cassini, quatenus sint eædem Ecclesiæ, vel diuersæ.*
37 *Enunciatiuæ recentes, & quæ dederunt causam liti non attenduntur.*
38 *Episcopus simul, & Monachus quatenus in suo Monasterio potius quam in Ecclesia Episcopali sepeliendus sit.*
39 *Monachi in propria Monasterio, non autem alibi commorari debent.*
40 *Decimarum exactio an, & quando Cathedralitatem inducat, vel intelligatur potius de canonibus, & liuellis, non autem de veris decimis.*
41 *Excommunicatio lata ab Episcopo Regulari ob non solutionem decimarum, probat quidem illas eidem Episcopo, non autem suo Monasterio deberi.*
42 *Ecclesia Montis Cassini olim in Cathedralem erecta, fuit deinde Cathedralitate suppressa, & ad suum statum abbatialem restituta.*
43 *Cathedralitas Ecclesiæ semel suppressa, absque noui Pontificis erectione amplius allegari, vel nominari non potest.*
44 *Papa solus potest prærogatiuam Cathedralitatis Ecclesijs sibi benè visis concedere.*

DECISIO CXCVI.

SVblatis hodie æquiuocis, meliusque dilucidato hoc
antiquissimo facto, recesserunt Domini à decisis die
30. * Aprilis anni præteriti existimantes constare de quasi
Cathedralitate Ecclesiæ S Germani.

Non controuertitur enim Cassinensem Ecclesiam in ip-
so nascentis vniuersalis Ecclesiæ principio ab Apostolorum
Principe Christiana Religione, & Cathedrali Sede fuisse
decoratam, successiuis etiam temporibus talem Præemi-
nentiam, & Dignitatem retinuisse, vsquequo à Barbaris
euersa, & Solo penitus æquata remansit, vt ex Antiquo-
rum Historicorum, & Patrum traditionibus late firmatur
1 in præterita decisione; † At æquiuocum, in quo illa fun-
datur, versatur circa tempus huius euersionis, & destru-
ctionis; ibi enim supponitur processisse ex efferata Theo-
dorici Gothorum Regis Barbarie ante annum 529 & ad-
uentum Sancti Benedicti, quodque ideo ipse Sanctus vi-
duatam hanc Diœcesim extructo Monasterio, & Abbatia-
li Cathedra fixa excolendam, instruendam, & regendam
susceperit; Et tamen ex hodie deductis constitit, quod
tempore Diui Benedicti, & longè post eius gloriosam ob-
dormitionem per spatium trium sæculorum, & vltra, ste-
tit eadem Ciuitas Cassini, vt apparet ex Bulla Zachariæ Pri-
mi, data de anno 741. & impressa in Bullariu Casinen. la
terza, in ordine & apud Tamburin. *de iur. Abbat. tom. 1. di-
sput. 3. quæst. 4.* vbi inter alia bona Monasterij, enumera-
tur Casinum.

2 Et probatur, quia aduentus Sancti Patris Benedicti † ad
Cassinensem Ecclesiam expiandam fuit de anno 529 vt
tradunt Cardinalis Baronius *tom 7 pag. 147.* Gordian. *ex
actis Sancti Placidi, & supponit decisio 264. num. 13. coram
Merlino,* Euersio autem, & destructio veteris Cassini sub
3 armis Saracenis euenit, vel de anno 866. † vt referunt Mar-
cus Antonius Scipio Cassinensis Monacus in Elogijs Abba-
tum Cassinensium Abb. 19. ante fin. Pater Vghell. *in Italia
Sacra tom. 2 fol. 1027. in appendic. &* Leo. Hostien. *in Cronic.
Cassinen. vel de anno 884. vt scribit* Sigon. *de Regn. Italiæ lib.
5. in historijs prædicti anni,* quibus tanquam Historicis pro-
4 batis, † & notæ famæ fides adhiberi solet, præsertim in
antiquis per text. *in l. 1. ff. de offic. Præfect. Prætor.* Bald. *in l.
ea quidem col. 4 & in fin. C. de indic.* Mascard. *de prob. conclus.
287. nu. 1* Rota *coram Merlin. decis. 807. nu. 4. & coram Cocci-
no decis. 1867. num. 19.*

Ex prædictis sicut apparet, quod antiqua Ciuitas Cassini
de tempore aduentus Sancti Benedicti Episcopali Sede gau-
5 debat, † ita pernecesse concluditur, quod talis etiam per-
manserit vsque ad eius euersionem, dum contrarium non
6 probatur; & certum est, statum Cathedralitatis semel † im-
pressum, non tolli, nisi per auctoritatem Summi Pontifi-
cis, ad text. *in cap. nisi specialis de offic. Legat. cap 1 & 2. de
translat. Episc. glos. in cap. cum inferior, verb. Cathedralem de
maiorit & obed.* Rebuff *in prax tit. de erect. Ecclef. Cathedr.
num. 1* Erectio autem, seu translatio Episcopalis Cathedræ,
quam ab eodem Diuo Benedicto ad Montis Cassini Mona-
sterium factam fuisse, supponit antecedens decisio, § *quod
etiam in fine,* nec probatur, nec probari posse videtur, quia
cum ex supra deductis appareat de eo tempore adesse Ca-
7 thedram in Ciuitate Cassini, † implicat, quod alia consti-
tui posset in Monte Cassino, & intra eandem Diœcesim,
Hostien. *in cap cum contingat, num. 1. de foro compet.* Rota
*coram sanct. mem. Greg XV. decis. 490. num. 1. & decis. 352. nu.
19. par. 5. rec.*

Idque conuincitur etiam ex eo, quod Ecclesia, & Mo-
nasterium Montis Cassini paucis annis post eiusdem Sancti
8 Patris transitum, † expilatum, & pœnitus subuersum fuit
à Zotone Beneuentano Longobardorum Duce, vt testan-
tur Cardinalis Hostien. *in Cron. Cassin lib. 1. cap. 2* Sigon. *de
Regn. Ital. lib. 1. in historijs anni 589* Marcus Antonius Scipio
in Elogijs Abbatum Cassinen. Abb. 14. ad fin. & habetur in
9 dicta Bulla Zachariæ alijsque Historicis illius æui, † Vnde
Monachi superstites ad Pelagium secundum Pontificem re-
currentes, iuxta Lateranense Patriarchium Sedem obti-
nuerunt, vbi per spatium sæculi, & vltra, commorati
fuerunt, donec tempore Gregorij Secundi, & Tertij, &
10 Zachariæ Primi Pontificum, † Cassinense Monasterium
restitutum, restauratum, & solemni Pompa ab eodem Zac-
charia Dedicatum, repetierunt, vt vltra Historicos mox
allegatos refertur in præfata Antiquissima Bulla dicti Zac-
chariæ, sub datum Aquini de anno 741. quæ habetur
impressa in Bullar. Cassinen. la terza in ordine, & apud
Tamburin. *de iur. Abbat. tomo 1. disputat. 3. num 4.* Ideoque,
si verum esset, quod Ecclesia Montis Cassini à tempore Di-
ui Benedicti effecta fuisset Cathedralis; sequeretur, quod
hæc insignis, & Ampla Diœcesis per spatium 130. vel 140.
annorum, quo dicta Ecclesia in ruinis iacuit, Episcopali Se-
de, & correctione caruisset, quod ab omni verisimilitudi-
ne distat.

Quod autem post antiqui Cassini excidium Episcopalis
Cathedra ad Sanctum Germanum, non autem ad Montis
Cassini Ecclesiam translata fuerit, † satis iustificari visum 11
fuit, quia cum incolæ, & superstites Ciues euersæ Vrbis † 12
migrauerint ad dictum Oppidum Sancti Germani, tunc de
recenti ædificatum, & minimo interuallo distans; vt tra-
dunt dictus Scipio in *Elogijs Abb. Cassin. Abb. 14.* Pater
Vghell. *in Italia Sacra, tomo secundo, fol. 1027. in appendice*
Angel. de Nuce *Monacus Cassinen. in Cron. Cassinen. in vita S.
Benedict. nu. 19. fol. 21.* illud censetur subrogatum in locum
antiqui Cassini, tùm ob vicinitatem eiusdem Oppidi, † ex 13
quo talem subrogationem arguit post Boerium Gabriel. *de
regulis iuris conclus 2. num. 27.* Tum ex eadem denomina-
tione Sancti Germani, † quod propriè Cassinum nouum 14
appellatur, Calepinus *impressus anno 1675. verbo Sancto
Germano, & apud* Card Hostien *in lib. 3. Cron. Cassinen. cap.
71. & lib 2. cap. 64. &* Petr. Diacon. *lib 4. Cronic. Cassinens.
cap 105.* Et hac subrogatione stante, † translata fuerunt in 15
Oppido Sancti Germani omnia iura, priuilegia, ipsamet
Cathedra Episcopalis, † sicut etiam omnia alia iura, & pri- 16
uilegia destructæ Ciuitatis, *Gloss. in cap. priuilegium, lit. E.
circa med. vers. quod dic verum de regulis iur. in 6.* Innoc. *in
cap. 2. num. 2. ibique* Fagnan. *num. 10. & seqq. de nou. oper.
nunciat. & ibi* Boich. *num. 9.* Decian. *consil 43. num. 17. lib. 3.*
Gaill *pract. obseru. lib. 2. obseru. 61. numer. 5. & sequen.* Rota
*coram Penia decis. 117. numer. 6. & decis. 163. num. 3. coram
san. memoriæ Gregor. XV. & coram Eichio decis. 665. num. 7.
& seqq.*

Auctoritas autem, & Beneplacitum Pontificium circa
huiusmodi † translationem, præter quod in hoc casu non 17
requiri tenet *Frances de Eccles. Cathedr. cap. 4. numer. 32.
cum seqq* interuenisse præsumitur ex lapsu tot sæculorum,
† cum obseruantia, ex infra dicendis, resultante, vt in simili 18
Turricell. *de vnion. cap. 6. nu. 32. & duobus seqq.* Rota *decis.
222. nu 4. & decis. 698. nu. 3. par. 2. recent. & decis. 433. num. 1.
par. 9. & decis. 251. numer. 8. par. 10.* Nam constat Ecclesiam
Sancti Germani † per plura sæcula, diuersis, & reiteratis 19
vicibus enunciatam fuisse Cathedralem, tam ab ipsismet
Abbatibus Cassinensibus in Bullis prouisionum Canonica-
tuum, in Visitationibus Apostolicis, Decretis Synodalibus,
& alijs actibus serio, & accuratè emissis, ac relatis per
informantes pro Capitulo Sancti Germani, in Summa-
rio *num. 1. & seqq.* quam in Antiquissimis Bullis Pontificis
Clementis Tertij, Gregorij Decimitertij, & Pauli Quinti,
eodem Summario *numer. 9.* † quæ solæ enunciatiuæ toties 20
repetitæ à personis bene informatis, & adminiculatæ ex
pluribus argumentis, & coniecturis in hoc antiquissimo fa-
cto, plenè probant controuersam Cathedralitatem Aretin.
in cap causam numer. 9. & 10. ibique Felin. *num. 4. de probat.
Frances de Eccles. Cathedr. cap. 8. num. 192. & seqq.* Lotter. *de
re benef. lib. 1. qu. 28. num. 106. cum seqq* Rota *recens. decis.
141. num. 1. par. 5. decis. 160. num. 6. par. 15. & decis. 244. num. 8.
par 16.*

Concurrit insuper exercitium, & vsus multarum præemi-
nentiarum, & signorum soli Cathedrali Ecclesiæ † conue- 21
nientium. Nam Sanctum Germanum ab antiquissimo tem-
pore semper retinuit, & retinet nomen Ciuitatis, † quod 22
secundum Italiæ consuetudinem, non tribuitur nisi locis
habentibus proprium Episcopum, Bartol. *in extrauag. qui
sint rebelles verb. Lombardiæ num. 3. vers. Ciuitat. vero,* Abb.
in cap. 1. in 1. notab. ibique Soccin. Ien *nu. 3.* Dec. *num. 15.* Fa-
gnan. *num. 14. cum seqq. de priuileg.* Hieronym. à Mont. *de fin.
regan. cap. 5. numer. 2. Frances de Eccles. Cathedr. num. 97* Vl-
terius in Ecclesia Sancti Germani incipiunt, & terminantur
omnes publicæ Processiones solemnitatis Corporis Christi,
& Rogationum, † quod Cathedrali solum Ecclesiæ conue- 23
nit, *cap. quoniam, distinct. 38.* Sanduual. *de offic. Eccles cap.
29. vol. 2.* Valenzuel. *consil. 184. num. 69. tom. 3.* Barbos *de po-
testat. Episcopi par. 3. alleg. 78. num 6.* Rota *coram Seraph. de-
cis. 15. per tot.*

Præterea Tronus, seu Sedes Episcopalis ab antiquo per-
manet in Ecclesia Sancti Germani, † quem pro præci- 24
puo signo Cathedralitatis considerant Lotter. *de re benef.*

lib. 1.

lib. 1. quæst. 13. num. 37. Frances de Eccl. Cathedr. cap. 5. numer. 191. Rota *coram Coccin. decis. 142. num. 3. vers. non obstat.*

Similiter Abbates Montis Cassini, qui iurisdictionem
quasi Episcopalem habent, possessionem solemniter ca-
25 piunt in Ecclesia Sancti Germani, † vnde illius Cathedra-
26 litatem supponunt, † dum talis possessio capi debet in Ca-
thedrali, ad text. *in extrauag. iniunctæ de elect. inter extra-
uag. communes, Frances de Eccles. Cathedr cap. 8. nu. 118. cum
seqq.* Rota *coram Pen. decis. 699. num. 6. & coram Manzanedo
decis. 865. num. 8.* absque eo, quod talis actus referri posset ad
possessionem captam iure Baroniæ, & Dominij temporalis,
27 quod dicti Abbates habent in Ciuitate S. Germani, † quia
illa non in Ecclesia, sed in Palatio publico accipi deberet.
Prout etiam in eadem Ciuitate Sancti Germani, & prope
illius Ecclesiam adest antiquum Episcopale Palatium,
28 † quod constitui debet, iuxta Ecclesiam Cathedralem, *cap.
Episcopus 41. dist. in cap. Episcopus de consecr. dist. 3. & ibi
gloss.* Innoc. *in cap. ex ore de priuileg.* Oldrad. *cons. 55. Frances
de Eccles. Cathedr. cap. 29. nu. 4. & seqq.* Rota *decis. 353. n. 53.
par 5 recent.* Idemque arguitur ex eo, quod in Ciuitate San-
cti Germani ab omnibus celebratur Festum Dedicationis
29 illius Ecclesiæ, cum Octaua, † vnde Cathedralitatem ar-
guunt Barbosa *de iure Eccles. vniuers. lib. 2. cap. 5. numer. 5.
Frances. de Eccles. Cathedr. cap. 34. num. 5. & 57. cum seqq. &
81 & 83. cum seqq* Rota *coram Coccin. decis. 1867. nu. 73. cum
seqq. & coram Bich. decis 665 sub nu. 29 & in recent. decis. 17.
nu. 5. par. 6.*

Vlterius Ecclesia S. Germani ab immemorabili tempore
extitit in quasi possessione pulsandi Campannas in Sabba-
to Sancto ante omnes alias Ecclesias, etiam Montis Cassi-
30 ni, † quod Cathedrali solum Ecclesiæ competere probant
Doctores adducti in antecedenti decisione, *§. concurrit
etiam, in fine;* adeovt moderna innouatio, & prohibitio per
Abbates facta, & allegata in eadem decisione concludat po-
31 tius necessariam obedientiam subditi Capituli, † quam
bonum ius prohibentis, vt alias considerauit Rota *in Con-
uersana iurisdictionis 29. Nouembris 1677. §. aliud vero, post
med coram R. P. D. meo Taia:* Immo, cum dicta prohibitio
emissa fuerit ad præseruandam iurisdictionem prohibentis,
32 † sustineri nequit ex adductis per Rotam *coram Bichio de-
cis. 474. num. 3.*

Tandem Cathedralitas Ecclesiæ Sancti Germani com-
probatur, quia in illa residet habitualis cura Animarum to-
33 tius † Ciuitatis, & administrantur indistinctè, tam Sa-
cramentum Confessionis, quam omnia alia, quod non fit
in Ecclesia Montis Cassini, Barbosa *de iure Eccles. vniuers.
lib. 2. cap. 5 num. 7. vers. indistinctam,* Rota *coram Coccino de-
cis. 1857 num. 56. versic. indistincta, coram Bichio, decis 665. nu.
30. & 31. & decis 177. num. 6 par. 6. recent.* Inibi existit vni-
34 cus † Fons Baptismalis toti Ciuitati deseruiens, *Frances
de Eccles. Cathedr. cap. 19. num. 22. & pluribus seqq.* Et asser-
uatur Oleum Sanctum, Barbosa *de iure Eccles. vniuers. lib.
2. cap. 5. sub nu. 8. vers. vbi etiam, quod Oleum,* Rota *coram Pu-
teo, decis. 343. in princ. lib. 2.*

Quibus suppositis non obstant argumenta, & coniecturæ
ad probandam quasi Cathedralitatem Ecclesiæ Montis
35 Cassini. Quod enim Modernis etiam temporibus † Eccle-
sia Cassinensis nuncupatur Cathedralis, nihil concludit,
immo retorquetur; aduertendo, quod non est eadem Eccle-
36 sia Cassinensis, & Ecclesia Montis Cassini. † Ecclesia
enim Montis Cassini est illa, quæ in cacumine Montis si-
ta adhæret Monasterio Abbatiali, & de hac non intelligun-
tur enunciatiuæ, & Auctores allegati in præterita decisio-
ne, quorum maior pars cum solum nominet Ecclesiam
Cassinensem sine addito, Montis, intelligi debet de illa
Antiquissima Cassinensi Ecclesia, quæ olim in Cassino ve-
teri, & destructo, hodie autem in Sancti Germani in Ciui-
tate, seu Cassino nouo reperitur, & nonnullæ enunciatiuæ
emissæ cum dicta specificatione, Montis Cassini, vti re-
37 centes, & quæ dederunt causam liti † extendi minime me-
rentur ad destituendas supradictas antiquas, & vrgentes
probationes.

Minus concludit Sepulchrum Sancti Patris Benedicti in
Ecclesia Montis Cassini positum, quia cum ille non solum
esset Episcopus Cassini, sed etiam Monachus, & Abbas
38 Montis Cassini, † potuit ibidem sepeliri ex obligatione,
quam habent Monachi, & Abbates se tumulandi in pro-
prio Monasterio, & Abbatia, de qua *in cap. fin. de sepul.
in 6.* Sanchez *ad præcept. Decalog. lib. 6. cap. 14. numer. 1. & 7.*
Mier *de sepul. tom. 1. tract. .... disp. 8. §. 2. num. 1.* Prout leuior
est coniectura desumpta ex habitatione Abbatum in Mona-
sterio Montis Cassini cum certum sit Monachos † in pro- 39
prio Monasterio, non alibi commorari debere; Nibilo-
minus Abbates pro maiori anni parte degunt in Palatio
Episcopali S. Germani, quod alias ab ipsismet Abbatibus
nuncupatum fuit propria residentia, *Summario Canonicorum
num. 1.*

Exactio Decimatum facta à Monasterio Cassinensi
etiam in Territorio S. Germani non probatur ex vnico in-
strumento rogato de anno 1273. In quo nec effectiua solutio,
nec obligatio soluendi, sed aliqua tantum enunciatiua con-
tinetur, & talem Decimam ad dictum Monasterium spe-
ctare, valde inuerisimile est, dum spatio quatuor sæculorum
ab inde effluxorum nulla alia probatio affertur, † adeout 40
credibile sit, Decimas, de quibus mentio habetur in præfa-
to instrumento, intelligendas esse de Canonibus, & Liuel-
lis, quos Abbates vti Domini temporales huius Ciuitatis
exigunt etiam ab Ecclesiasticis in recognitionem Dominij,
vt habetur in pluribus instrumentis concessionum earun-
dem obuentionum, quas Decimas appellant, *relatis in di-
cto Summario Capituli Sancti Germani, num. 24.* Ideoque
applicari non possunt auctoritates adductæ in eadem *deci-
sione*, quæ reuidetur, *§. comprobatur*, loquentes de De-
cimis spiritualibus: & excommunicatio lata contra Germa-
nenses à Raymundo Episcopo Cassinati, ob non solutio-
nem Decimarum relata in præterita *decisione §. comproba-
tur*, † non concludit, quod Decimæ debentur Monaste- 41
rio Montis Cassini, sed potius Episcopo Cassinati; ideo ex
hoc non infertur ad Cathedralitatem fauore Ecclesiæ Mon-
tis Cassini.

Aliæ demum coniecturæ ad demonstrandam Cathedra-
litatem Montis Cassini cumulatæ in alia decisione eliduntur,
tur, & penitus destruuntur ex eo, quod eadem Ecclesia
Montis Cassini † fuit à san. mem. Ioanne Vigesimosecun- 42
do de anno 1322. in Cathedralem erecta, & deinde ab Vr-
bano V. suppressa Cathedralitate ad præcedentem statum
Abbatialem redacta de anno 1361 vt in Bulla eiusdem Pon-
tificis relata *in hodierno Summario Canonicorum, num. 22.* ex
quo sicuti manifestè apparet, quod eadem Ecclesia Cathe-
dralitatem retinuit solum à dicto anno 1322. vsque ad an-
num 1361. ita ineuitabile insurgit dilemma, quod aut enun-
ciatiuæ argumenta, & coniecturæ pro Ecclesia Montis
Cassini deductæ percutiunt tempus ante annum 1322. &
obstat erectio in Cathedralem facta à Ioanne Vigesimo-
secundo, quæ supponit eandem Ecclesiam prius non fuisse
talem; Aut percutiunt tempus post dictum annum 1361.
& obstat suppressio Vrbani Quinti, quæ cum præceden-
tem Cathedralitatem sustulerit, † allegari amplius non 43
meretur absque alia Pontificia erectione, † cum ad eius 44
auctoritatem solum spectet talem præeminentiam, & præ-
rogatiuam Cathedralitatis Ecclesijs sibi bene visis concede-
re, *cap. 1. & secundo de translat. Episc. gloss. in cap. cum in-
ferior, verbo Cathedralem, de maioritate, & obedient. cap.
nisi specialis, & cap. sequen. de offic. legat.* Rebuff. *in prax. par.
1. tit. de erect. in Cathedralem in Princip* Lotter. *de re benefic.
lib. 1. quæst. 51. num. 1. & seqq.* Adden. ad Buratt. *decis. 912.
num. 11.*

Et ita decisum Partibus hinc inde auditis &c.

*Altera præsentis causæ decisio supra in hac parte 56. in or-
dine, quamuis hic reuocata, fuit tamen deinde confirmata
sub diebus 14. Aprilis 1679. & 27. Ianuarij 1681. quæ ambæ
decisiones, quia materia est exemplaris, & notatu digna, in-
fra ideo in hac eadem parte apponentur.*

R. P. D. RONDININO.

Pampilonen. Duorum Quartorum
Beneficij.

Veneris 22. Aprilis 1678.

A R G V M E N T V M.

Iniusta declaratur collatio Beneficij de iurepa-
tronatus facta ab Ordinario, tamquam sibi
deuoluti, quia verè deuolutum non erat,
stante legitima præsentatione Patronorum;
cui non derogabat, quod alter excommu-
nicatus diceretur, si excommunicatio non

fuerat

fuerat detecta, prout nec minus, quod ad eam non debuisset admitti Locumtenens Gubernatoris, si ille in locum eiusdem Gubernatoris fuerat subrogatus, & adhuc extabat in quasi possessione præsentandi.

S V M M A R I V M.

1 *Sententia, quæ apparet valida ex reuolatione actorum iuxta vulgat.dec.* Verall. 260 par. 2. *accipit robur confirmationis.*

2 *Præsentatus à legitimis patronis, vel ab eorum maiori parte venit instituendus.*

3 *Ordinarius conferens beneficia patronata, tamquam deuoluta, quæ verè deuoluta non sint, dicitur nulliter, & iniustè conferre.*

4 *Patronus si prætenditur excommunicatus, & tamen ad votandum fuit admissus, quatenus illius votum attendatur.*

5 *Emptio bonorum Ecclesiæ si est parui momenti non est prohibita, nec facit ementem in excommunicationem, incidere.*

6 *Præsentatio facta à patrono vt prætenditur excommunicato, ante detectam excommunicationem, sustinetur.*

7 *Locumtenens in locum Gubernatoris subrogatus potest præsentare, sicuti præsentabat Gubernator.*

8 *Præsentare, seu votare potest subrogatus in locum patroni vel compatroni si est in quasi possessione præsentandi, suaque præsentatio semper sit admissa.*

D E C I S I O CXCVII.

Dissidentibus Gubernatore, Locumtenente, Rectoribus, & Beneficiatis integris Ecclesiæ Parochialis Oppidi de Guatteria Pampilonen. Diœcesis circa præsentationem ad duo Quarta Beneficij controuersi, quod est de iurepatronatus illius Vniuersitatis, ex septem vocum habentibus Gubernator Locumtenens, vnus ex Rectoribus, & vnus Beneficiatus integer præsentarunt Damianum de Eselaue, Rector autem alius, seù Locumtenens, & duo Beneficiati integri præsentarunt Franciscum de Eganna; Ordinarius verò tamquam ad sui dispositionem deuoluta contulit Quarta eiusdem Beneficij Francisco, tulitque super hoc sententiam, quam Reuerendissimus Nuntius Hispaniarum confirmauit; sed Causa ad Rotam deuoluta, stante commissione exequutoriali eidem directa pronunciatum fuit constare de causis restitutionis in integrum aduersus sententiam Ordinarij tamquam nullam, & iniustam, præuia decisione 15. * Nouembris 1677. coram Reuerendiss. D. Albergato Decano.

Hanc autem Rotalem Sententiam tamquam validam
1 † ex reuolutione actorum, iuxtà vulgatam *decisionem Veralli 260. par. 2.* & tamquam iustam ex rationibus, de quibus in decisione Reuerendissimi Decani hodie Domini confirmarunt.

Et quidem neque vacatio Beneficiorum, de quibus agitur controuertitur per obitum Ioannis Ramos, nec minus iuspatronatus mixtum, quatuor nempè Patronorum Laicorum, & trium Beneficiatorum integrorum remanentium, ex quibus cum quatuor, vt supra dictum est præsentauerint Damianum legitimo tempore coram Ordinario,
2 † ipse proindè erat instituendus tamquam præsentatus in
tempore, & à maiori parte Patronorum, sicque iniusta fuit,
3 & nulla sententia Ordinarij, † beneficia hæc tamquam
ad ipsum deuoluta sibi adiudicantis, ex ratione Textus *in canon. decernimus & canon. Monasterium. vbi gloss. final. 16. qu. 7. & in cap. Bertoldus de sentent. & re iudic.* Rota *coram Coccin. decis. 1289. nu. 1.* cum similibus, *& in decis. huius causæ 15. Nouemb. 1677. ex §. nullitas coram Reuerendiss. Domino Decano.*

Neque votum Ioannis Baptistæ de Escaue demendum est tamquam excommunicati, ex eo quod emit Prædium ab Ecclesia; Etenim præmisso quod non ipse, sed eius Ma-
4 teremit, † atque post emptionem ad votandum admissus
5 fuit, † quodque agebatur de re parui momenti, ex ratione
textus *in canon. terrulas 12. qu. 2 vbi* Barbos. dat concordantes Guttierez *cons. 15. num. 10.* Quaranta *in summa Bullarum verb. alienatio rerum Ecclesiæ nu. 41.* Adden. *ad recent. par. 4. tom. 2. decis. 444. num. 49 & seqq.* Turricell. *de reb. Eccles. non alienan. cap. 15. ex nu. 51.* Rota *coram Seraph. dec. 401. nu. 3. & in dec. huius causæ*, placuit iterum responsio, quod non facta
denunciatione excommunicationis incursæ † potuit præ- 6
sentare, & præsentatio ab eo facta sustinetur, Lambertin. *de iurepatronat. art. 1. par. 1. quæst. 2. princip. lib. 2. nu. 13.* Passerin. *de elect. cap. 10. ex num. 72.* Rota *cor. Dunozetto Iun. decis. 931 sub num. 11. & in decisione huius causæ 15. Nouembr. 1677. §. neque ex his coram Reuerendiss. D. Decano*, quemadmodum & votum alterius Locumtenentis admittendum
fuerat, † cum esset subrogatus in locum antiqui Guberna- 7
toris, qui votum habebat ab ipsa Vniuersitate, quæ est Patrona, fuitque semper admissus ad votandum, eiusque vo-
tum effectum habuit, † quo casu est numerandum attenta 8
quasi possessione votandi, *cap. consultationibus, & cap. querelam de iurepatron.* Rota *coram Coccino decis. 1797. num. 1. & seqq. & coram Dunozett. Iun. decis. 79. numer. 5. & decis. 114. numer. 2. & in decisione huius causæ 15. Nouembris 1677. §. prout minus coram Reuerendiss. Domino Albergato Decano.*

Quo verò ad habilitatem Damiani, tam quoad ordinem Presbyteratus, quàm quoad scientiam, & quoad alia, satisfaciebat decisio dicti Reuerendissimi Decani, cum quo Domini transierunt, Damiano informante, & Francisco pluries monito.

In hac eadem parte aliæ duæ decisiones sunt in hac Causa, altera supra sub die 15. Nouembris anni proximè præteriti coram Reuerendissimo D. Decano, quæ est decis. ibi 129. infra verò sub die 14. Nouembris præsentis anni erit alia coram Eminentissimo D. Cardinali Taia ambarum confirmatoria, quæ suis loco, & tempore apponetur.

R. P. D. R O N D I N I N O.

Romana Quindenniorum.

Veneris 22. Aprilis 1678.

A R G V M E N T V M.

Pro euitanda solutione quindennij prætendebat Ecclesia donataria contractum puram locationem esse, qui tamen emphyteuticus apparuit, tùm quia, & sic fuerat à donatore appellatus, tùm etiam quia ipsa laudemium persoluerat, & tandem quia æquè ex denominatione canonis, & pacto caducitatis apposito, huiusmodi qualitas remanebat omninò probata.

S V M M A R I V M.

1 *Quindennia introducta sunt ad reparandam damnum Domini directi, quando bona transeunt ad manus mortuas.*

2 *Ecclesiæ, & vniuersitates nunquam moriuntur.*

3 *Alienatio bonorum emphyteuticorum non ita de facili contingit fieri ab Ecclesia, vel ab altera manu mortua.*

4 *Quindennia successerant loco laudemij, & ab interuallo temporis, quo soluuntur de quindecim, in quindecim annos dicta sunt.*

5 *Emphyteusis dicitur postrema concessio, etiam si in alijs præcedentibus inuestituris illa emphyteusis dicta sit, amplia vt nu. seqq.*

6 *Locationis nomen generale est, & æquè locationem, ac emphyteusim comprehendit.*

7 *Contractus posterior declarationem recipit à præcedentibus scripturis, in quibus illius qualitas explicata sit.*

8 *Identitas rei emphyteuticæ probatur, si dominus directus concessiones adducat, neque alia bona in eo loco possidere conuincatur.*

9 *Confessio emphyteutæ bona esse emphyteutica, illi præiudicat, & habentibus causam ab eo.*

10 *Emphyteusim non potest denegare Ecclesia quæ in illius acquisitione obtinuit consensum à domino directo, eique laudemium persoluit.*

Amplia licet hoc fecerit sine solemnitatibus ibid. & n. seqq.

11 In

11 *in Solutione à Monasterio facta, quæ illi præiudicialis esse possit, quatenus requirantur solemnitates.*

12 *Venditio, seu donatio bonorum emphyteuticorum non subsistit ante obtentum beneplacitum, & traditam possessionem.*

13 *Ecclesia, seu Monasterium potest sine solemnitatibus soluere laudemium bonorum sibi donatorum.*

14 *Solemnitates non sunt necessariæ in acquisitione bonorum, quæ fit ab Ecclesia.*

15 *Ecclesia, & Monasterium describendo donationem emphyteusis sibi factam in suis libris, & soluendo canones, approbat factum Monachi laudemium soluentis.*

16 *Emphyteusis dicitur, non locatio, si pensio quæ pro illis soluitur, non correspondet fructibus, ac etiam ex alijs, vt nu. seqq.*

17 *Contractus emphyteuticus ex quantitate canonis, seu pensionis à locatione distinguitur.*

18 *Deuolutionis pactum vna cum melioramentis denotat contractum esse emphyteusim, non autem simplicem locationem.*

19 *Conductor in casu locationis finitæ, seu etiam deuolutæ melioramentis priuari non potest.*

DECISIO CXCVIII.

MArcus Antonius de Incoronatis tamquam Dominus
directus nonnullarum Domuncularum cum situ
contiguo, seù Horto, quæ per Ioannem Baptistam Porri-
num perpetuum conductorem de anno 1615. donatæ fue-
runt PP. Sancti Honuphrij de Vrbe, egit coram R.P.D. Ve-
bis Vicesgerente, contra dd. Patres pro consecutione Quin-
denniorum, & sententiam fauorabilem reportauit, à qua in-
terposita appellatione, & Causa per Signaturam simpliciter
mihi commissa, dedi dubium: An Quindennia debeantur,
atque illa deberi DD. responderunt.

Non controuertebant scribentes pro PP. S. Honuphrij qui-
dennia deberi præsupposita obligatione soluendi laudemia,
1 † cum quindennia introducta fuerint ad reparandum dam-
num, quod pateretur Dominus directus, permittens bona
2 emphyteutica transire ad Ecclesiam, & ad similes † Vni-
uersitates, quæ cum nunquam moriantur, & per Admini-
stratores, qui in dies succedunt semper permaneant, ces-
sat Domini directi spe deuolutionis ob lineam finitam at-
que ob alienationem, quæ non ita facilè contingit ob cau-
3 sam, & solemnitates requisitas, † & consequenter cessat
spes laudemiorum; Hinc ne nimium dispendium patia-
tur ad similitudinem quindenniorum Cancellariæ de quin-
4 decim in quindecim annos soluuntur laudemia, † quæ ab
interuallo temporum quindennia appellantur, vt articu-
lo ad partes discusso dixit Rota *coram Coccin. decis. 2314. ex
num. 1. & decis. 2357. ex num. 6. & in rec. par. 9. decis. 474. sub
num. 14. & pluribus seqq. & dec. 494. nu. 7. & seqq. & in Caie-
tana bonorum 14. Decemb. 1676. §. & subinde coram R. P. D.
meo Bourlemont.*

Itaque redacta quæstione ad naturam bonorum, de qui-
bus agitur, dixerunt Domini concessionem factam Porrino,
à quo PP. S. Honuphrij causam habent fuisse emphyteuti-
5 cam, † cum in alijs instrumentis prius anno 1523. contra-
ctus fuerit denominatus emphyteusis, adeout quamuis in
concessione facta Porrino anno 1538. illam appellauerint
6 locationem, † tamen cum hoc nomen sit genericum aptum
nempè comprehendere, & locationem, & emphyteusim,
debet declarationem recipere ab antecedentibus scripturis,
7 in quibus contractus qualitas clarius fuit explicata, ex dedu-
ctis in proposito per Menoch. *consil. 372. num. 12.* Carocc. *de lo-
cat. & conduct. in princ. tit. locationis diuisio nu. 1.* Modernus
Pistur. *de locat. cap. 3. nu. 2. & 15.* Rota *rec. par. 16. dec. 155. nu.
24.* neque dubium est, quin de ijsdem bonis agatur, quia In-
8 coronati exhibent concessiones, † & ostendunt alia bona
non habere in eo loco, iuxta distinctionem, de qua Eminen-
tiss. Otthob. *decis. 62. nu. 11. & seqq.*

Secundo deducebatur emphyteusis qualitas ex confessio-
ne Porrini, qui cum in ipso instrumento donationis fassus
fuerit laudemium deberi, atque ad illius solutionem PP. S.
9 Honuphrij donatarios obligauerit, † confessiones illæ non
solum ipsi confitenti, sed ipsis donatarijs ab eo causam ha-
bentibus præiudicarunt, ex ratione text. *in l. generaliter C. de
non numer. pec.* quam in his terminis deduxit Rot. *in rec. par.
9. dec. 466. num. 8. & 9. & coram Dunoz iun. dec. 28. num. 8. & in
Fesulana bonorum 30. Aprilis 1668. §. dominium verò coram
Reuerendiss. Beuilaqua;* Quinimo ipsi RR. PP. S. Honuphrij
requisiuerunt Incoronatum Dominum directum pro obti-
nendo consensu, prout ab ipso obtinuerunt, per valida trans-
latione, & acquisitione dominij vtilis istorum bonorum, &
ipsis laudemium † persoluerunt, etiamsi adhibitæ non fue- 10
rint solemnitates in hac, vt ipsi dicebant erronea solutione
laudemij † facta per Monachum ipsi Monasterio damno- 11
sa, cui dicebatur Monachum præiudicare non posse; Cum
enim non fuisset perfecta bonorum acquisitio, † quia bo- 12
norum emphyteuticorum donatio non consistit ante obten-
tum consensum Domini directi, & traditam possessionem,
vt notant Scribentes *in l. fin. C. de iur. emphyteut.* Clar *in §.
emphyteusis qu. 15.* Rota *coram Gregor. XV. decis. 320.
numer. 2.* cùm alijs per Adden. *ad rec. ad Rotam par. 8. decis.
131. num. 390.* † potuit proinde Monasterium soluere lau- 13
demium sine solemnitatibus, † quæ non requiruntur in ac- 14
quirendis, vt post alios Bellett. *disquis. clerical. par. 1. tit. de
cler. debit. §. 5. nu. 10. 14. & seqq.* Rota *coram Seraph. dec. 1198.
num. 2.* Erronea autem solutio non probatur, quinimò ex di-
ctis, & ex inferius dicendis apparuit debita pro rebus em-
phyteuticis, quamque etiam Monasterium ipsum approba-
uit, solutionem describendo in suis libris, atque soluendo
postea per tot annos canones ipsi † Incoronato, sicque solu- 15
tum laudemium, & contractum emphyteuticum, & factum
Monachi approbando, & ratum habendo, vt in præcisis ter-
minis Rota *coram Vbaldo dec. 343. nu. 9. & decis. 487. nu 6.* &
passim in alijs.

Tertio emphyteutica qualitas vltra naturam bonorum,
& partium confessionem, ac obseruantiam, deducebatur ex
eo, quod pensio non correspondet fructibus, † locantur ete- 16
nim hæc bona pro scutis annuis 60. vt ex confessione Co-
loni, & tamen annuus canon est scutorum 13. circiter, quæ
modicitas pensionis, seu canonis non coæqualis fructibus
multum confert ad ostendendam qualitatem contractus em-
phyteutici potiùs, quàm locationis, † cum ex hac circum- 17
stantia vnus contractus ab alio potissimum discernatur,
Mantic. *de tacit. conuent. lib. 22. tit. 2. num. 2. in fin.* Rolan. *cons.
96. num. 43. & 44. vol. 1.* Fulgin. *de iur. emphyt. qu. 15. numer.
21.* Modern. Pist. *de locat. cap. 3. numer. 18. & 19.* Rota *coram
Seraph. decis. 286. num. 9. & coram Buratt. decis. 344. per tot.
& in Caietana bonorum 14. Decembris 1676. §. ex pactis cor.
Bourlemont.*

Quarto denique præter naturam bonorum, confessione,
& obseruantia partium ex solutione etiam laudemij, & ca-
nonum, & vltra exiguam pensionem fructibus non corres-
pondentem, † adest pactum deuolutionis quatenus cessa- 18
retur à solutione per triennium, vna cum melioramentis,
† quibus non priuatur conductor, ad text. *in l. Colonus 63. in 19
princ. ff. locat.* Natt. *cons. 49. sub nu. 32.* Grat. *discept. 810. nu. 7.*
Mantic *de tac. lib. 2. tit. 2. nu. 54.* Ludouis. *dec. Perus. 117. n. 34.*
Fulgin. *de iur. emphyt. tit. de melior. qu. 1. nu. 1.* Rota *coram Se-
raph. dec. 286. n. 13. & in recent. par. 13. dec. 319. nu. 11. confirm.
in dec 481 in princ & in d. Caietana bonor. 14. Decemb. 1676.
§ amplius cor. Bourlemont.*

Et ita vtraque Parte informante, resolutum fuit.

R. P. D. EMERIX.

Auenionen. Fideicommissi.

Veneris 22. Aprilis 1678.

ARGVMENTVM.

Ad fideicommissum, in quo post obitum masculorum, eorumque filiorum, vocatæ erant filiæ Testatoris, & earum liberi, succedere prætendebant filij earundem filiarum, ac etiam filij fœminarum descendentium à primo vocatis; sed pro filijs filiarum Testatoris deciditur, quia post omnes masculos, vocatæ sunt filiæ fœmine, earumque liberi, quorum appellatione dicuntur venire nepotes, & pronepotes, quod non ita est in filijs filiarum fœminarum priorum institutorum, quia in eorum substitutione solum masculi ex masculis fuerunt vocati.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Substitutione prima finita, fit locus secundæ postea à testatore vocatæ.*

2 Liberorum *nomine veniunt etiam nepotes.*

3 *Verbum* liberi *verificatur non solum in filijs primi gradus, sed protenditur etiam ad nepotes, & vlteriores descendentes.*

4 *Filios primi gradus testatorem non solum vocasse dicitur, sed etiam alios descendentes, si plures substitutiones fecit vsque ad vltimum eorum.*

5 *Filiorum masculorum appellatione veniunt etiam masculi ex fæminis, vbi testator nec habuit rationem conseruandi agnationem, nec de concursu masculorum tractatur.*

6 *Masculi ex fœminis non veniunt sub fideicommisso, in quo vocantur solum masculi ex masculis.*

7 *Masculi ex masculis vt ipsi tantum dicantur vocati, vel etiam masculi, ex fœminis, recurritur ad coniecturas, quoties mens testatoris est dubia, secus si fuerit clara.*

8 *Voluntatis quæstio non admittitur, nec est opus coniecturis, si expressa est Testatoris dispositio.*

9 *Filiarum nomine veniunt etiam neptes, cæterique descendentes, & quando, ibidem, & numeris sequentibus.*

10 *Substitutio facta de filiabus collata in remotissimum tempus, eis deficientibus, non admittit masculos fæminarum primorum institutorum.*

Si *filiæ Testatoris, earumque liberi substituti sint. ibidem.*

11 *Filiorum appellatione non veniunt nepotes, & multo minus pronepotes;*

12 *Coniecturæ fortiores vincunt minores, maximè si illæ innixæ sunt regulæ.*

13 *Discretiuus modus loquendi apprimè in fideicommissis attenditur.*

14 *Verbum* filiæ, & *verbum* liberi *non dicuntur synonima si primo filiæ, postea verò earum liberi vocati sint.*

15 *Filiorum appellatione non veniunt nepotes, si Testator vocauit primo loco filias, postea verò eorum liberos.*

16 *Filijs vocatis cum expressione nominis eorum patris, non possunt venire nepotes.*

17 *Filiarum substitutio, si illæ iam natæ erant tempore testamenti, & ideo Testatori cognitæ, non porrigitur ad neptes, vel pronepotes.*

18 *Substitutio facta de filijs filiarum Testatoris, non continet absurdum, ex quo admitteret remotiores, & excluderet proximiores descendentes à fœminis masculorum, si ita Testator disposuit.*

19 *Proximior Testatori, vel grauatus contra illius voluntatem volentis remotiorem admitti, non potest ad fideicommissum succedere.*

DECISIO CXCIX.

DEcessit Dionysius Senior de Gouse cum testamento, in quo hæredes vniuersales pro virili instituit Antonettam filiam, & Dionysium ex eadem Antonetta nepotem, & Antonettæ Dionysium, aliosq; illius liberos, liberorumq; liberos, ac Dionysio similiter eius filios, cæterosque descendentes, & illis non extantibus Antonettam, eiusq; liberos substituit. In defectum autem Antonettæ, & Dionysij, illorumque liberorum, & descendentium vocauit Gabrielem fratrem germanum: & post eum (sunt verba præcisa testamenti) eius liberos masculos, & masculos masculorum successiuè, & per ordinem, præferendo illos primi gradus illi secundi, & in defectum dd. masculorum d. Gabrielis, & eorum masculorum, & masculorum eorum masculorum substituit filios d. Gabrielis, & liberos illarum filiarum successiuè pariter, & per ordinem, præferendo masculos filiabus, & illos primi gradus illis secundi, quamdiu aderit de illis vsque ad vltimum.

Cumque primò decesserit Antonetta, superstite Dionysio vnico filio, & subindè etiam Dionysius sine filijs, ac demum quoq; Gabriel, Stephanus vltimus masculus ex masculis d. Gabrielis, orta est controuersia inter Clementiam vnicam filiam Gabrielis Stephani, & Iosephum, ac alios eiusdem Clementiæ filios, & possessores bonorum ex vna, & inter Bartholomæum nepotem ex Anna, & Cæsarem, ac fratres nepotes ex Isabella filiabus d. Gabrielis fratris Testatoris ex altera, prætendentes per mortem d. Gabrielis Stephani sine filijs masculis ad eorum fauorem purificatum fuisse fideicommissum Dionysij Senioris, eisque dandam esse immissionem, qua post duas sententias inter se contrarias ad Rotam delata, responsum fuit constare de fideicommisso, & dandam esse immissionem.

Etenim fideicommissum est literale in verbis testamenti
supra relatis; Purificatio autem ad fauorem dd. Bartholo-
mæi, & Cæsaris, eiusque fratrum est clara, quia cum de-
fecerint omnes descendentes masculi Gabrielis primo loco
sustituti, post extinctos omnes descendentes heredum † in- 1
stitutorum, factus est locus vlteriori substitutioni, in qua
vocantur filij d. Gabrielis, earumque liberi, † quorum 2
nomine veniunt Actores nepotes filiarum eiusdem Gabrie-
lis ex vi illius verbi *liberos*, † quod verificatur non solum 3
in filijs primi gradus, sed etiam protenditur ad nepotes, &
vlteriores descendentes, *l. cognoscere 56. & l. liberorum* 220.
ff. de verb. significat. Peregr. *de fideicomm. art.* 22. *numer.* 43.
Rota *coram Card. Celso decis.* 229. *num.* 5. Præsertim vbi, vt
hic, assilit mens, & dispositio Testatoris, † qui dum vo- 4
luit, quod liberi filiarum Gabrielis succederent per ordinem
præferendo illos primi gradus illi secundi, & protendendo
instititutionem vsque ad vltimum ipsorum, ostendit, quod
non solum filios primi gradus, sed etiam nepotes, & pro-
nepotes vocauerit.

Nec purificationem huiusmodi substitutionis impedire
potest existentia Iosephi, & Consortium reorum, qui vti
filij masculi Clementiæ proneptis d. Gabrielis, † venire 5
prætendunt sub nomine filiorum masculorum Gabrielis in
hoc fideicommisso, in quo Testator nullam habuit ratio-
nem conseruandæ agnationis, nec agitur in concursu ma-
sculorum ex masculis, ad tradita per Molin. *de primog. Hispan. lib.* 3. *cap.* 5. *num.* 48. & 49. & Rota *coram Bich. decis.* 703. *num.* 15.

Quia ipsis obstant clara, & aperta verba testamenti, quę
dum expressè ponunt in conditione solum masculos ex
† masculis, applicari non possunt masculis ex fœmina, 6
DD. in l. Gallus §. nunc de lege ff. de liber. & posthum, Peregrin.
de fideic. art. 26. *num.* 20. Fusar. *de substitut. qu.* 404. *nu.* 20. Rot.
rec. decis. 84. *nu.* 21. & 22. *par.* 5. & *dec.* 34. *n.* 9. *par.* 8. Etiam-
si non fuerit contemplata agnatio, & deficiat concursus ma-
sculorum ex masculis, † quia ista tunc solum attendi me- 7
rerentur, quando Testator vocasset simpliciter filios ma-
sculos, vel recurrendum esset ad coniecturas pro interpre-
tanda voluntate, & dubia mente Testatoris, † non autem 8
quando expressa illius dispositio tales quæstiones ambigui-
tatis non admittit, vt respondendo ad prædictas circun-
stantias distinguit Rota *d. decis.* 84. *numer.* 21. & 22. *part.* 5.
recentior.

Exclusi autem à parte conditionali, frustrà recurrunt
ijdem Consortes ad dispositiuam substitutionis, vbi vocan-
tur filiæ fœminæ d. Gabrielis, earumque liberi, sub qua
comprehendi prętendunt Clementiam eorum Matrem, li-
cèt proneptem eiusdem Gabrielis ex fundamento, † quod 9
sub nomine filiarum veniant etiam neptes, cæteræque de-
scendentes, concurrentibus coniecturis, & verisimili men-
te Testatoris.

Quia coniecturæ ad hunc effectum ab ipsis adductæ nul-
lius sunt ponderis, vel momenti; nam quod substitutio fi-
liarum concepta sit in tempus remotissimum, quo incre-
dibile est, Testatorem supposuisse posse superuiuere filias
Gabrielis, † remouetur ex lectura ipsius testamenti, in 10
quo non solum leguntur substitutę filię Gabrielis, sed etiam
illarum liberi, vnde apparet; quod Testator cogitans
casum pręmorientię filiarum substitutarum, voluit, ip-
sis non extantibus, succedere illarum descendentes, po-
tiùs quàm filias fœminas masculorum antecedenter vo-
catorum.

Alię autem leuiores non merentur attendi ad destruen-
dam vulgatam, non minus quam communiter receptam
regulam, † quod nomine filiorum non veniunt nepotes, eo- 11
que minus pronepotes, de qua *in l. quod si nepotes sexta ff. de testam. tutel. §. vltim. instit. qui testam tutor. dar. poss.* Alex.
cons. 17. *n.* 4. *lib.* 5. Rot. *dec.* 307. *nu.* 2. *par.* 2. *recent* & *coram Dunoz. iun. decis.* 648. *n.* 17. & conquassantur ab alijs coniecturis,
& argumentis contrapositis ab informantibus pro Actori-
bus, † quę vti plura vrgentiora, & innixa regulę sunt pre- 12
ferendę alijs in contrarium adductis, ad text. *in l. cum de indebito cum principio ff. de probat.* & *in l. diuus ff. de in integr. restitut.* Menoch. *de præsumpt. libro primo quæst.* 30. *per tot.*

Cas-

Caſſador. *decif. 1. num. 9. de teſtam.* Rot. *coram Coccino decif. 25. num. 7.*

Et quarum prima deſumitur ex diſcretiuo modo loquen-
13 di, † quo Teſtator vſus fuit in hac eadem ſubſtitutione, in qua primò vocauit filias Gabrielis, & deindè ipſarum libe-
14 ros, † ex quo manifeſtè colligitur, ipſum non habuiſſe pro
15 ſynonimis hos terminos *filiæ*, & *liberi*, † nec ideo voluiſſe appellatione filiorum venire nepotes, Corn. *conſ. 90. nu. 6. lib. 3.* Decian. *conſ. 47. nu. 16. lib. 3.* Simon de Pret. *de interpret. vlt. volunt fol. 326. num. 43.* Fuſar. *de ſubſtit. quæſt. 391. nu. 59.* Rot. *coram Dunoz. iun. decif. 454. num. 4.* cum alijs concordantibus cumulatis *in Bononien. fideicomm. 18. Iunij 1666. coram bo. me. Auunculo meo.*

Secunda reſultat ex deſignatione, & expreſſione nomine
16 patris, ibi: *filias dicti Gabrielis*, † ex quo incluſionem ſolarum filiarum, & excluſionem nepotum deſumunt, Soccin. ſen. *in l. Gallus §. instituens num. 5. ff. de liber. & poſthum* Paul. de Montepic. *conſ. 74. nu. 2.* Fuſar. *conſ. 95. n. 9.* alijque adducti per Cyriac. *contr. foren. cap. 8 num. 71. & in d. decif. Bononien. fideicommiſſi coram bo. me. Auunculo meo.*

Tertia colligitur ex eo, quod filiæ Gabrielis de tempore conditi teſtamenti erant iam natæ, ac Teſtatori cognitæ, & dilectæ, prout apparet ex legato ipſis facto, neptes vero, & proneptes vti nondum natæ incognitæ; vnde oritur præ-
17 ſumptio, † quod quando in teſtamento fit mentio de filiabus, intelligitur ſolum de filiabus primi gradus, non de neptibus, & proneptibus Pariſ. *conſ. 20. num. 58. lib. 3.* Gozzadin. *conſ. 36. nu. 7.* Gabr. *de verb. ſignific. concluſ. 1. num. 68.* Cyriac. *contr. for. d. cap. 8. nu. 105. & ſequen.*

Veriſimilis autem mens Teſtatoris nullibi apparet, nec argui poteſt ex abſurdo, quod ſequi dicunt Informantes pro Reis, ſi excluſis fœminis, & deſcendentibus ex lineis maſculinis prædilectis, admittantur ad ſucceſſionem perſonæ magis remotæ Teſtatori, & hæredibus grauatis, ac diuerſæ lineæ, quia cum Teſtator expreſſis verbis reſtrinxerit ſubſtitutionem ad filias d. Gabrielis, & liberos illarum
18 filiarum, † ipſemet implicitè excluſit reliquos ab alijs, quàm ab ipſis deſcendentes, qui per conſequens admitti non poſſunt contra voluntatem Teſtatoris, etiamſi ſint
19 † eidem vel grauato proximiores, vt in ſimilibus terminis aliàs reſoluit Rot. *dec. 981. nu. 15. ad finem coram Dunoz. iun. & coram Eminentiſs. Otthob. decif. 244. num. 2. verſ. ad hoc, & dec. 271. nu. 2. & 3.*

Et ita vtraque parte informante reſolutum fuit.

Confirmata fuit hæc deciſio ſub die 2. Decembris eiuſdem anni coram R. P. D. Rondinino, quam infra ſuis loco, & tempore apponemus.

R. P. D. T A I A.

poſteà S. R. E. Cardinali.

Burgi S. Donnini Beneficij.

Mercurij 27. Aprilis 1678.

A R G V M E N T V M.

Cauſa fuerat *ſimpliciter* à Signatura commiſſa cum clauſula ſimpliciter, & ita omnia præcedenter geſta attentata declarata ſunt, idemque firmatur, etiamſi aliàs appellatio admittenda non eſſet, & proindè, quia in beneficialibus agebatur, factus fuit locus ſequeſtro.

S V M M A R I V M.

1 *Iudicialiter proceſſum dicitur per ſententiam, ac etiam ex alijs, de quibus ibidem. & ſup. à princ. deciſionis.*

2 *Attentata dicuntur omnia geſta per Iudicem poſt latam ſententiam, à qua appellatum ſit.*

3 *Attentata committuntur etiam in beneficijs de iurepatronatus, ſi poſt appellationem interpoſitam quidquam innouatur in eis.*

4 *Attentata eo magis ſunt geſta poſt appellationem, ſi illa fuerit à Iudice admiſſa.*

5 *Cauſa ſimpliciter commiſſa, perinde eſt, ac ſi appellatio vſque à principio ad vtrumque effectum fuiſſet admiſſa.*

6 *Appellatio admiſſa per commiſſionem ſimpliciter obtentam, cauſat attentata, etiamſi illa admittenda non eſſet.*

7 *Sequeſtro in beneficialibus locus eſt, vbi poſſeſſio fuit attentatè capta.*

8 *Attentata reuocantur vſque ad læſam Iudicis maieſtatem.*

9 *Attentatorum reuocationem indicat etiam ipſa definitio attentatorum.*

D E C I S I O CC.

FAbius vnicus Patronus ſimplicis Beneficij Eccleſiaſtici, ad illud vti prætendebatur vacans per aſſecutionem alterius incompatibilis, ſeu incompatibilium à Franciſco tunc Beneficiato factam, præſentauit Antonium Franciſcum 14. Martij 1670. & lite orta inter hunc præſentatum, & Franciſcum poſſeſſorem, præſentatus matrimonium contraxit, vndè Fabius præſentauit Carolum 22. Iulij 1673. qui pariter ſuam præſentationem denunciauit Franciſco poſſeſſori per citationem perſonalem, itaut Franciſcus petierit terminum ad opponendum, & multis annis agitata lite, deceſſit Franciſcus, ſed dubitans d. Patronus de validitate præſentationis Caroli, ſcripſit Vicario Generali Parmenſi, feciſſe aliam præſentationem 20. Ianuarij 1677. de perſona Iacobi, etiam inſiſtendo Caroli præſentationi, quatenus ſubſiſtat, vt in epiſtola 28. Ianuarij 1677. Vndè Vicarius Burgi viſis dictis literis ſcriptis Vicario Parmæ, ex quibus dicebatur conſtare de mente Patroni circa effectus primæ præſentationis Caroli, pronunciauit præſentationem de perſona Caroli, tamquam legitimam, & canonicam admittendam fore, dictumque Carolum inſtituendum, prout inſtituit, & confirmauit, eidemque tenutam dari mandauit vigeſima ſecunda Februarij ſequentis, prout Carolus per Procuratorem poſſeſſionem accepit triduo poſt, videlicet die 25. Februarij, & poſtmodum adhuc gratioſam ſubrogationem in omni iure, & ad omne ius Franciſci tempore ſui obitus impetrauit, etiam quoad poſſeſſionem, vt in literis expeditis decimaquarta Auguſti 1677.

Sed appellante Iacobo die ſecunda Martij, & ſic intra decennium, commiſſa eſt Cauſa Rotæ, & hodie duplex propoſitum eſt Dubium: An conſtet de attentatis, itaut ſit locus ſequeſtro, & quis ſit inſtituendus; & ad primum ſolum, dilato ſecundo, reſponderunt Domini conſtare de attentatis, & apponendum ſequeſtrum.

Quia & contentiosè, & iudicialiter proceſſum eſt, † & 1
proindè per ſententiam, à qua fuit appellatum, vndè innouata per Iudicem poſt ſententiam diffinitiuam, à qua appel-
latum extitit, reuocantur, † etiam per Iudicem appella- 2
tionis ad ſummam *capituli ſeptimi de appellation. in ſexto*,
& in huiuſmodi † ſpecie Lancellott. *de attentat. cap. 12. to-* 3
ta limitatione 40. parte 2. vbi corrigitur dubia ſcriptura, aut doctrina Lambertin. *de iurepatronatus articul. 5. num. 2. principalis quæſtionis 11. par. 2. libro 2.* Viuian. *in praxi de iurepatronatus capit. 4. ex numer. 68. libr. 11.* Rota *coram Coccin. de-*
cif. 1784. ab initio, maximè ſi appellatio † fuit à Iudice ad- 4
miſſa, Rota *coram bonæ memoriæ Cardinali Celſo decif. 126. numer. vltim.* cum cauſa appellationis fuerit per Signaturam
ſimpliciter commiſſa, † quo caſu perindè eſt, ac ſi ad vtrum- 5
que effectum ab initio fuiſſet admiſſa, etiamſi non fuiſ-
ſet admittenda, † & omnia geſta ante appellationem ſim- 6
pliciter admiſſam ſunt † attentata, & conſequenter lo- 7
cus eſt ſequeſtro, Rota *coram Arguelles decif. prima ex nu-*
mer. 5. cum allegatis, alijſque paſſim de attentatis, † vſ- 8
que ad læſam Iudicis maieſtatem; proindèque reuocandis
ante omnia, † vt ex ipſa definitione attentatorum apud 9
Lancell. *de attent. in præfatione num. 14.* Rota *decif. 222. nu. 18. par. 16. recent.*

Et ita vtraque parte informante reſolutum fuit.

Infra in hac eadem parte erit altera præſentis Cauſæ deciſio ſuper negotio principali ſub die 28. Iunij præſentis anni coram eodem Eminentiſſimo Domino Cardinali Taia.

R. P. D. RONDININO.

Carpentoracten. Decimarum.

Mercurij 27. Aprilis 1678.

ARGVMENTVM.

Examinantur priuilegia PP. Ordinis Prædicatorum super non solutione decimarum, vt illa nempè in casu, de quo agitur, non comprehendant decimas prædiales Parochis debitas super bonis post Concilium Lateranense quæsitis, quia hæc nunquam in generali exemptione decimarum comprehenduntur, nisi expresse derogetur satis vulgato *cap. nuper de decimis*, ex eodem Concilio Lateranensi desumpto.

SVMMARIVM.

1 *Episcopus, & Capitulum si retinet iura parochialia, habent fundatam intentionem in decimis suæ Diœcesis etiam contra Regulares.*

2 *Patres* Prædicatores, *eorumque Ordo tenentur soluere Parochis decimas prædiales.*

3 *Priuilegium exemptionis decimarum debet continere expressam derogationem* Capituli nuper de decimis.

4 *Priuilegium exemptionis decimarum à Sede Apostolica concessum, quatenus intelligatur de decimis ab homine impositis, non autem à Deo.*

5 *Derogatio Conciliorum, etiam generalis, sine expressa derogatione.* Concilij Lateranensis, *non suffragatur in materia exemptionis decimarum.*

6 *Decimæ prædiales Parochis de iure debitæ, non comprehenduntur à quacumq; amplitudine verborum, quæ non dirigatur ad illas.*

7 *Patrum* Prædicatorum *priuilegia expendantur in materia decimarum, & per totam decisionem.*

8 *Priuilegium exemptionis decimarum continens conditionem, quatenus* Concilio Tridentino non obstet, *non suffragatur, si illi aduersari doceatur. & num.8.*

9 *Exemptio conditionaliter concessa, ea resistente, dicitur potius denegata, quàm concessa.*

10 *Priuilegium exemptionis decimarum* PP. Prædicatoribus *concessum à* B. Pio V. *fuit à* Gregorio XIII. *redactum ad ius commune, &* Concilium Tridentinum.

11 *Priuilegium ad ius commune redactum, & ad terminos* Concilij Tridentini, *habetur ac si non emanasset.*

12 *Priuilegium exemptionis decimarum locale, suffragatur solum illi Monasterio, cui est concessum.*

13 *Priuilegium Locale Monasterij in materia decimarum, vigore generalis communicationis priuilegiorum, ad alia Monasteria non extenditur.*

14 *Communicatio generalis priuilegiorum non suffragatur in ijs, quæ sunt speciali nota digna, & difficillima ad concedendum.*

15 *Exemptio decimarum spiritualium, & ordinariarum non dicitur concessa, nisi de eis specialis, & expressa mentio facta sit.*

16 *Exemptio decimarum parochialium fauore alicuius Monasterij, non probatur ex sententia lata contra alios Parochos, & ad fauorem alterius Monasterij eiusdem Ordinis.*

17 *Res inter alios acta, sicut alijs nocere, ita & prodesse non debet.*

18 *Decimæ parochiales pro bonis acquisitis post* Concilium Lateranense *debentur à Monasterijs solum generale priuilegium habentibus.*

Secus verò illæ, quæ prætenduntur super bonis acquisitis ante dictum Concilium. *ibidem, & num. anteced. & seqq.*

20 *Concilium* Lateranense, *&* cap. nuper de decimis *ab illarum solutione præseruant bona Regularium antecedente quæsita, siue pro sustentatione fratribus assignata.*

21 *Decimæ pro Noualibus incultis vigore priuilegiorum Regularium, etiam Parochis non debentur.*

22 *Concilio* Lateranensi *super exemptione decimarum faciliter Pontifices derogant, vbi non agitur de iure quæsito Parochis, sed solum de iure quærendo.*

DECISIO CCI.

EPiscopo, & Capitulo Carpentoracten. habentibus Iura Parochialia, concessa fuit manutentio in quasi possessione percipiendi decimas ex fructibus Prædiorum Monasterij, & Fratrum Ordinis Prædicatorum, vt in decisione 20. Aprilis 1674. coram me, Tunc verò dilata fuit resolutio alterius Dubij super negotio principali, videlicet: An, & pro quibus bonis decimæ debeantur, quas deberi ex bonis hodiè possessis a PP. Prædicatoribus, & controuersis, DD. responderunt.

In his enim bonis intra limites Diœcesis Episcopus, qui vnà cum Capitulo habet iura parochialitatis, † habet intentionem fundatam, In iure etiam aduersus Regulares *in cap. cum in vna 30. de decimis, & in* Concil. Trident. *sess. 25. de reformat. cap. 12.* vbi Barbos. *num 3.* & in his terminis 1
† aduersus eosdem PP. Prædicatores, eorumque Ordinem, 2
Rota *apud Posth. de manut. decis. 157. & in rec. par. 10. decis. 12. & coram Manzanedo decis. 579. & coram Bichio decis. 322. & decis. 386. & in Vercellen. decimarum 13. Nouembris 1645. & 15 Ianuarij 1646. coram Eminentiss. Cerro apud* Dian. *resol. moral. par. 8. tract. 7. pagin. 668.*

Non attentis priuilegijs exemptionum à decimarum solutione, quia seclusis illis Bonifatij VIII. Gregorij IX. Sixti IV. & Beati Pij V. super quibus Informantes pro Patribus Prædicatoribus hodie amplius non insistebant; iisdemque responsionibus, quibus priuilegia mox examinanda subiacent, illis quoq; subiacebant priuilegia Iulij III. Pauli IV. Clementis VIII. & Vrbani VIII. ad quæ hodie restricta fuit difficultas, obstare non videbantur.

Illud enim Iulij III. † non continet derogationem Con- 3
cilij Lateranensis in celebri *Capitulo nuper de decimis*, vt opus esset, quemadmodum etiam contigit in priuilegijs Bonifatij VIII. Gregorij IX & Sixti IV. vt in præcisis terminis illa ex hac ratione reiecit Rota *apud Posth. de manut. decis. 157 num. 4. & in prædicta Vercellen. decimarum coram Eminentissimo Cerro apud* Dian. *resol. moral. part. 8. tract. 7. pag. 669.*

Priuilegium verò Pauli IV. quemadmodum etiam illud Iulij III. post verba eximentia ab omni impositione, collecta, & quibuscumque alijs grauaminibus, continet alia, nempè per Sedem Apostolicam pro tempore impositis, atque etiam in fine, ad qualificanda omnia præcedentia, conceditur quidem exemptio ab omni impositione, sed verba exemptiua desinunt in alijs similibus grauaminibus per Sedem Apostolicam impositis, † ex his autem apparet Pon- 4
tifices sensisse de decimis impositis ab homine, prout Sedes Apostolica imponit, sicque de decimis extraordinarijs, non autem de ordinarijs ab Ipso Deo impositis in ministrorum Altaris sustentationem erogandis, † itaut neque vniuer- 5
salis derogatio Conciliorum suffragetur, nisi expressè de Lateranensi Concilio mentio habeatur, neque etiam sufficiat quæcumque amplitudo verborum, † quæ non dirigatur 6
ad Prædiales Decimas Diuino Iure Parochis debitas, vt in præcisis terminis, latè examinato hoc eodem priuilegio Pauli IV. decisum fuit *in Toletana decimarum coram Iusio apud* Tamburin. *de iur. Abbat. tom. 3. decis. 90.* & recedendo *à decis. 5. par. 14 recent.* pro PP. Prædicatoribus adducta, dixit Rota *in eadem Hispalen. decimarum 1. Febraurij 1664. coram R. P. D. meo Taia, & coram Zarate decis. 53. num. 16.* & comprobant Caualer. *decis. 247 num. 11.* Coccin *dec. 279. num. 3.*
† & in alijs priuilegijs Ordinis Prædicatorum in prædicta 7
Vercellen. decimarum 15. Ianuarij 1643. §. quæ responsio coram Eminentiss. Cerro apud Dian. *resol. moral. part. 8. tract. 7. pag. 668.*

Priuilegium itidem Clementis Octaui concessum anno 1604 quemadmodum, & illud Vrbani Octaui non suffragantur, cum contineant expressam conditionem, † qua- 8
tenus Sacro Concilio Tridentino non aduersentur, cui profectò aduersantur in adducta *sess. 25. de reformat. cap. 12.* Etiamsi dicatur id non procedere, quando adsunt priuilegia Eximentia à solutione Decimarum, ex Monald. *cons. 29. numer. 8. & 9. lib 1.* Belmont. *decis. 55. numer. 32.* Etenim PP. Prædicatores non docent de aliquo priuilegio, quod ad hunc effectum sufficiat, cumque ista habeat

in

in ventre conditionem, quatenus ea non resistant, aut
9 reuocata non fuerint à Concilio Tridentino, † eo ipso,
quod constat de resistentia eiusdem Concilij dicuntur potiùs
denegare, quam concedere exemptionem ex ratione *textus
in l.aliquando ff.de condit. & demonstr.* quam in his terminis
deduxit Rota *in Hispalen. Decimarum prima Februar.* 1664.
§. insuper, coram R.P. D.meo Taia, & eodem modo tolleba-
10 tur etiam priuilegium Beati Pij Quinti, † quia redactum
fuit ad terminos iuris communis, & Concilij Tridentini in
11 Constitutione 9.*Gregorij XIII. Bullar. nou. tom.*2. † & pro-
indè habetur, ac si non emanasset, vt præcisè Rota *coram
Buratto decis.*106.*sub numer.*11. *& in recent par.*3.*decis.*728.
*num.*2.

Quo verò ad aliud priuilegium Clementis Octaui con-
cessum anno 1592. quod hanc clausulam non continet, ad-
huc suffragari non posse Monasterio Carpentoraten. DD.
12 dicebant, † quia est locale, restrictum nempè ad Monaste-
13 rium loci Orioleosis, quod proindè † extendi non valet ad
alia Monasteria ex generali communicatione Priuilegio-
14 rum, † quia illa non comprehendit ea, quæ sunt speciali
15 nota digna, & difficillima concedi, † prout est exemplo à
Decimis spiritualibus Ordinarijs, nisi fiat illarum specialis
mentio, vt post alios singulariter limitant Barbos.*de iur. Ec-
cles.lib.*3.*cap.*26.*§.*3.*num.*41. Tamburin.*de iur. Abbat. disput.*
25.*qu.*17. *num.*34 *& seqq. tom.*1. Rota *coram Caualer. decis.*
297.*num.*10.*& coram Bichio decis.*380.*n.*34.*& coram Zarate
dec.*51.*num.*17.*& post* Tamburin.*de iur. Abbat. tom.*3.*dec.*89.
*per tot.& decis.*95.*nu.*2. *& seqq. & in rec. par.*11, *dec.*345.*nu.*
4.*& par.*13.*dec.*24.*num.*4. *&* 8.

Neque obstat sententia lata ab A. C. super exemptione a
solutione decimarum fauore Monasterij Auenionen contra
16 Archiepiscopum, & Parochos, † quia potuit esse quoad bo-
17 na ante Concilium Lateranense possessa, † atque vti re-
stricta ad Monasterium Auenionense, non valet ad hoc ex-
tendi *toto tit. C. res inter alios acta*.

Igitur quoad bona per Monasterium Carpentoracten. ac-
quisita post Concilium Lateranensem sub Innocentio III.
hodie possessa à Patribus Ordinis Prædicatorum, de quibus
18 est controuersia, † decimæ debentur, quemadmodum de-
19 bebantur ab illis, à quibus in Regulares transierunt; † se-
cus autem quoad bona antecedenter quæsita, siue in funda-
tione pro dote Monasterij, & substentatione Fratrum assi-
20 gnata, † quæ præseruantur in eodem *Capitulo nuper de de-
cimis*, & ibi notat *gloss. in figuratione casus, & verbo fortè*,
& ex mente Sac. Congregationis Concilij Barbos. *in Concil.
Trident sess.*25.*de reformat cap.*12.*num.*3. quidquid sit in no-
21 ualibus incultis, † in quibus loquitur *decis.*299.*nu.*35. in con-
trarium adducta, in quibus Papa censetur facilius derogare
22 Concilio Lateranen. † quia non agitur de iure quæsito au-
ferendo, prout agitur in bonis decimari solitis.

Et ita vtraque parte informante resolutum fuit.

*Decis.*271 *par.*18.*tom.*1 *est in eadem causa.*

REVERENDISS. D. ALBERGATO

Sacræ Rotæ Decano.

Veliterna Census.

Mercurij 27. Aprilis 1678.

ARGVMENTVM.

Plura in præsenti decis. deciduntur, tam super legalitate inuentarij, quamuis non reperti inter protocolla Notarij rogati quàm super hærede beneficiato sibi per imaginariam solutionem soluente, & deindè coram iudice comparente, pro obtinenda adiudicatione bonorum, ac etiam in materia repudiationis hæreditatis erroneè, vel ad alium finem ab hærede facta, & demum super exclusione filiæ à successione patris, vel matris, quod nempe illa procedat quatenus testamentum subsistat, secus autem si ab intestato hæreditas deferenda sit.

SVMMARIVM.

1 *Hæres beneficiatus non confundit actiones, sed illæ sibi remanent illesæ, perinde, ac si hæres non fuisset.*

2 *Inuentarium, & instrumentum repertum in Cancellaria Ciuitatis in qua nulla adsunt protocolla Notarij rogati, adhuc plenè probat, & quando numer. seqq.*

3 *Instrumentum iudicialiter productum, & per sententias approbatum, non potest de legalitate redargui.*

4 *Notarij negligentia in non conficiendis protocollis, illaque seruandi, non adimet fidem instrumentis, neque præiudicat partibus.*

5 *Peritorum relationi, cui magis stari debeat in concursu plurium relationum, & num. seqq. vsque ad* 13.

6 *Hæres beneficiatus quatenus per imaginariam solutionem bona hæreditaria sibi appropriare possit, vt inde faciat fructus suos, & vide num seqq.*

7 *Hæredem beneficiatum per imaginariam solutionem sibi soluisse, & posset agere pro eodem credito, incompatibile est.*

8 *Hæres, qui per imaginariam solutionem sibi persoluit, non potest postea principaliter agere pro suo credito.*

Sed si ab alijs creditoribus conuenitur, rectè petit à iudice separationem bonorum ad remouendas molestias eorum ibid. & nu seq.

9 *Hæres creditor defuncti tutior redditur, si citatis alijs creditoribus bona hæreditaria in solutum recipiat.*

10 *Fructus quatenus suos faciat hæres, creditor defuncti, qui à principio per imaginariam solutionem sibi persoluit, & postea à iudice petijt assignationem bonorum.*

11 *Hæres creditor defuncti post adiudicationem sibi factam nedum facit fructus suos, sed de bonis assignatis ad libitum disponere potest.*

12 *Relatio periti detecta erronea in vno, ita præsumi debet in omnibus alijs.*

13 *Æstimatio mobilium facta post* 20. *& vltra annos, absque eo, quod illa oculis peritorum subijci possint, non substinetur.*

14 *Repudiatio hæreditatis facta ab hærede ad effectum effugiendi molestias Reu. Fabricæ, non præiudicat, & quare num seqq.*

16 *Sine consensu actus ab aliquo factus ei nocere non debet.*

16 *Declaratio facta ad vnum finem, non trahitur ad alium, & num. seqq.*

17 *Effectum diuersum operare non possunt, quæ ad alium effectum facta sunt.*

18 *per Repudiationem hæredis scripti fit locus successioni ab intestato.*

19 *Filia ab hæreditate exclusa, intelligitur quatenus testamentum subsistat.*

20 *Testati causa cessante fit locus causæ ab intestato, & proinde filia etiam ab hæreditate exclusa, non remanet exclusa.*

DECISIO CCII.

PErstiterunt hodie DD. in vltimo * loco decisis coram
me sub die prima Februarij 1677. quia subsistere visa
sunt fundamenta decisionis, tam, quo ad legalitatem in-
uentarij, quam quoad æstimationem bonorum hæreditario-
rum Benigni, & subsistentiam creditorum, pro quibus Ar-
changelo, & Claræ de Georgijs hæredibus Benigni Patris,
dictum fuit competere retentionem bonorum hæreditario-
rum contra Colutios, & alios creditores posteriores dicti Be-
nigni, † cum ex Beneficio inuentarij non fuerint confusa 1
eorum iura, & actiones, sed illæsa remanserint *iuxta text.
in l.debitori*, & ibi scribentes *C. de Pactis*, Surd. *cons.*7. *num.*
31. Merlin. *de pignor. lib.*5. *qu.*14. *num.*16. *&* 17. Rota *coram
Seraphino decis.*842.*num.*4.*& in rec. decis.*329.*num.*21. *&* 22.
*par.*10.

Nec ad redarguendum de falsitate inuentarium releuare
visum fuit repetitum obiectum, quod illud fuerit captum
in Cancellaria Veliterna, non autem in Archiuio, vbi
nulla extant Protocolla Hectoris Morichetti Notarij, de
eo rogati; Quia cum inuentarium, † quod exhibetur, 2
sit publicum documentum, habens omnia de iure requi-
sita, & nulla sit controuersia, quoad legalitatem dicti in-
uentarij, quod alias coram A. C. Baranzono, & Caballetto,
citatis ijsdem Colutijs, † alijsque creditoribus fuit iudiciali- 3
ter approbatum per sententias in iudicatum transactas,

sola

4 sola propterea negligentia Notarij in cōficiendis † Protocol-
lis, illaque seruandi in Archiuio non valet ei adimere fidem,
vt firmat præterita decisio §. *nec fides* , & præter ibi addu-
ctos Rota *coram Caualerio decis.* 122. *numer.* 11. *coram Emi-
nentissimo Ottbobono decis.* 255. *numer.* 29. *& in Romana Pe-
cuniario* 28. *Martij* 1664. §. *exceptio coram Eminentissimo
Cerro*.
Circa æstimationem bonorum standum esse primæ Rela-
5 tioni Peritorum DD. non dubitarunt, † eo quod illa ritè ,
ac rectè facta præsumitur , & multo magis , quia secunda
Peritia erronea patentèr apparet , dum ista calculantur fru-
6 ctus , quos dicti de Georgijs hæredes † Beneficiati fecerunt
suos per imaginariam solutionem , seù iuris præsumptio-
nem , quod dicti hæredes vti creditores Benigni in summa
absorbente totam hæreditatem , statim sibi satisfecerint
adiudicando bona defuncti pro suis creditis ad text. *in l. si ei
cui* 41. §. *si is quis. de eucti.* vt vltra citatos *in decis.* §. *& et fa-
cilius* trad. Palm. iun. *consult.* 22. *num.* 28. *cum seqq.* Gratian. *di-
scept.* 214. *num.* 1. *& seqq.* Surdus *decis.* 170. *num.* 1. Rota *coram
Seraphino decis.* 1284. *num.* 1. *& per tot. & coram Merlino decis.*
712. *num.* 10.
Quibus non aduersatur separatio bonorum petita à Ge-
orgijs, ex qua informantes pro Colutijs inserebant dd. de
Georgijs noluisse sibi adiudicare bona hæreditaria per ima-
ginariam solutionem , cum sint inuicem incompatibilia ,
quod dicti hæredes sibi prius satisfecerint per immagina-
7 riam solutionem, & post † extinctam obligationem, agere
nihilominus voluerint, tanquam creditores pro eorum sa-
tisfactione ad tradita per Surdum *dec.* 92. *nu.* 6. *& seq.* Amat.
Panorm. *resol.* 56. *num.* 8. Quia quidquid sit de veritate huius
conclusionis, de qua per Rotam *coram Eminentissimo Ottbo-
bono decis.* 47. *numer.* 15. *cum seqq. & signanter num.* 18. Vbi indi-
uidualiter declaratur dictam Decisionem *Surdi* benè pro-
8 cedere in suo casu , † quando scilicet hæres principaliter agit
pro separatione bonorum ad effectum sibi adiudicandi bo-
na , pro concurrenti , quantitate sui crediti ; Non autem,
quando , prout in præsenti facti specie , creditores hære-
ditarij mandata obtinuerant contra bona defuncti , & hæ-
res ad euitandum illorum subhastationem institit coram Iu-
dice , citatis creditoribus bona separari , iste enim actus
9 est quidem † compatibilis cum præcedenti adiudicatione fa-
cta auctoritate propria , cum censeatur petita à Iudice se-
paratio bonorum ad remouendas molestias aliorum credi-
10 torum † aduersus, quas hæres creditor defuncti tutior red-
ditur , si auctoritate Iudicis , & citatis creditoribus recipiat
bona insolutum prout aduertit Rota *post Postb. de subhast.
decis.* 196. *num.* 12. *&* 13.
Ponderatum fuit adhuc subsistere errorem secundæ peri-
tiæ , nec supradictam exceptionem tolli, quia iuxta eandem
opinionem Surdi fructus percepti ante bonorum separatio-
nem , & declarationem factam à Georgijs essent quidem
11 imputandi in diminutionem crediti , † secus autem fructus
percepti post declarationem , quos dicti hæredes , vtique
fecerunt suos , & proindè calculandi non erant in statu
hæreditario , vt admittit idem Surd. *d. decis.* 92. *in princ.* Ab
isto enim tempore citrà bona pleno iure dominij spectare cę-
perunt ad Georgios creditores , ne dum ad effectum lucran-
12 di fructus , † sed etiam , vt de illis ad libitum disponere
possent Ruin. *cons.* 57. *sub num.* 26. *in fine lib.* 2. Rota *in Rec. de-
cis.* 332. *num.* 3. *& seq. par.* 13. *& decis.* 247. *num.* 4. *&* 5.
par. 14.
Vndè propter huiusmodi patentem errorem pro nihilo
habenda est secunda Peritia , quæ secuti detegitur erronea
13 in vno, † ita præsumi debet in omnibus Tob. Non. *cons.* 63.
num. 7. *vers. quemadmodum igitur* Rota *Zuff. de legit. process.
decis.* 971. *num.* 6. *coram Gregorio decis.* 79. *num.* 2. *ibique add. num.*
6. *& coram Bichio decis.* 596. *num.* 10. signanter in æstimatione
mobilium, quæ tanquam facta post viginti , & vltra an-
nos, absque eo, quod oculis Peritorum mobilia subijci po-
14 tuerint ad effectum, † vt benè visis, & maturè perpensis illo-
rum statu , & qualitatibus verum valorem arbitrari possent
15 facillimè præsumitur erronea, † ita ut in concursu prima pe-
ritia sit præferenda in terminis Ciriac. *controu.* 61. *numer.*
3. *&* 4. Rota *coram Eminentissimo Ottbobono decis.* 199.
num. 12.
Quo verò ad credita eorundem de Georgijs iterum fuit
approbata veritas crediti dotalis Lauiniæ matris in sc. 2800.
ex coniecturis optimè perpensis in alia decisione §. *minus
subsistit* , dictumque fuit ipsis suffragari non obstante ,
quod Archangelus in Tribunali Reuerendæ Fabricæ re-
pudiauerit hæreditatem matris , & Clara hodiè dicatur
exclusa in illius testamento , siquidem placuit responsio ,
quod aut repudiatio Archangeli non est attendenda , vt-
potè , quia emanauit ad euitandas † molestias sibi illatas 16
pro solutione legatorum , non autem animo deliberato re
vera hæreditatem repudiandi , † sine quo tanquam , si- 17
ne consensu repudiatio nocere non debet Posth. *resol.* 24. *nu-
mer.* 64. Rota *coram Celso decis.* 85. *numer.* 7. *&* 8. & firmat
decisio §. *parum* , releuante declaratio enim facta ad vnum
finem non trahitur ad alium , † nec operatur diuersum , 18
& inopinatum effectum , vt in similibus † terminis , Surd. 19
cons. 423. *sub nu.* 23. *vers. secundo respondeo, & num. seq.*
Vel quatenus attendenda esset corrueret testamentum ,
& per repudiationem hæredis scripti esset locus † successio- 20
ni ab intestato, quæ tali casu deberetur Claræ vti filiæ pre-
dictæ † Lauiniæ §. *si quis igitur Auth. de hæred. ab intest.* 21
venient. Nil suffragante prætensa eius exclusione , quia ta-
lis exclusio intelligitur facta in casu testamentariæ † suc- 22
cessionis , secus cessante causa testati Gabr. *cons.* 129. *nu-
mer.* 8. *lib.* 2. Rota *coram Carillo decis.* 108. *num.* 3. *& decis.*
125. *num.* 2.
Reliqua autem credita DD. pariter approbarunt iux-
ta deducta in decisione §. *alterum est creditum cum §§.
seqq.*
Et ità vtraque parte informante resolutum fuit .

R. P. D. PAVLVCCIO.

Lucana prætensæ vnionis.

Mercurij 22. *Aprilis* 1678.

A R G V M E N T V M.

Bona patrimonialia Ecclesiæ, & pro illius fabrica destinata, prætendebantur eidem Ecclesiæ vnita , & proinde administrari non potuisse per laicos ; sed contra vnionem est decisum , quia concludenter probata non erat, prout requiritur ; Laicos verò eadem bona gubernare potuisse resoluitur , tum quia illa erant à cæteris alij eiusdem Ecclesiæ distincta , tum etiam quia consuetudo immemorabilis concurrebat, tum, & tertio, quia sub hac conditione fuerant relicta.

S V M M A R I V M.

1 *Vnionem ad probandam requiritur instrumentum, aut immemorabilis , vel quadragenaria cum titulo .*
2 *Bona patrimonialia fabricæ Ecclesiarum parochialium maximè stante consuetudine possunt per communitatem , seu laicos administrari .*
3 *Consuetudo administrandi bona patrimonialia fabricæ Ecclesiarum à quibus Doctoribus referatur .*
4 *Obseruantia probatur ex instrumentis publicis , ac etiam ex testibus .*
5 *Obseruantia contraria tollit non solum quadragenariam , sed etiam immemorabilem .*
6 *Vnionem ad probandam plures coniectura , & argumenta referuntur , & reiciuntur num. seqq.*
7 *Instrumentum , quod non est in forma probanti , & caret omni signo Notarij , & legalitatis non probat .*
8 *Enunciatiuæ instrumenti , quod non est in forma probanti , attendendæ non sunt .*
9 *Enunciatiuæ , vt probent vnionem , debeat esse plures , & emissæ à personis non suspectis , vel à tertijs .*
10 *Enunciatiuæ emissæ à personis interessatis, & vnionem affectantibus illam non probant .*
11 *Bona patrimonialia Ecclesiæ non possunt dici vnita cum alijs bonis eiusdem Ecclesiæ , si illa à Laicis , hæc autem ab ipsa Ecclesia administrata sunt .*
12 *Electus ad aliquod officium , nullum ius acquirere potest contra eligentem ipsum .*
13 *Rector de iure , ipse est administrator bonorum suæ Ecclesiæ .*
14 *Bona Ecclesiæ , quod ab Ecclesia administrari debeant , intelligitur de bonis proprijs eiusdem Ecclesiæ , non autem de alijs .*

15 *Sæculares, & laici possunt administrare bona patrimonialia Ecclesiæ, destinata pro illius fabrica.*

16 *Legatum relictum Ecclesiæ cum conditione, quod debeat administrari per laicos, ab ipsis solum administrari debet.*

17 *Bona Ecclesiæ, quod possint administrari per laicos consuetudo immemorabilis plurimum operatur, imo totum facit.*

D E C I S I O CCIII.

IN Decisis coram me * 3. Decembris anni præteriti in
hac eadem causa DD. standum censuerunt: Probata
enim ipsis denuò fuerunt fundamenta Decisionis, eò quia
Rector Ecclesiæ SS. Stephani, & Cassiani de Mariano
vnionem operæ, seu fabricæ, & eius redditunm non pro-
1 bat, † cum nec diploma vnionis exhibeat, nec immemo-
rabilem, aut quadragenariam cum titulo producat, aut
firmet, prout necessarium, iuxtà celebre consilium Fulgos.
2. *numer.* 2. 3. *cum* 11. Garz. *de benef. par.* 12. *cap.* 2. *numer.* 126. &
132. Lotther *de re benef. lib.* 1. *qu.* 28. *num.* 105. Rot. *decis.* 337.
numer. 2. & 704. *num.* 7. & *seqq. coram* Pea. & firmatum fuit in
decisione, quæ reuidetur in § sententia, & §. seq. Cumè con-
tra Communitas intentionem suam fundet, quæ & eò fir-
2 mior redditur, † quò consona est vniuersali consuetudini il-
3 lius Diœcesis, vt scilicet † bona Patrimonialia operæ, seu
fabricæ Ecclesiarum Parochialium per Communitates ip-
sas, seu Parochianos, qui & Operarij dicuntur, admini-
strentur cuius consuetudinis meminere Merlin. *decis.* 473.
& 709. Pen. *decis.* 905. & 1113. & *fa. me. Gregor. decis.* 513.
4 & de eius obseruantia in hac ipsa Terra Moriani † consta-
re fecerunt informantes pro Communitate ex instrumen-
tis, & publicis actis ab anno 1481. vsque ad annum 1658.
nec non testium depositionibus de publica voce, & fama,
de propria scientia, & visu attestantibus, imò & de im-
5 memorabili, † quæ sanè omnia prætensam immemora-
bilem contrariam, & ipsam quadragenariam excludunt,
iuxta tex. *in l. nemo, vbi gloss. aetat, in verb. temporabus, in fin. ff.
de reg. iur.* Abb. *in cap. vltim. num.* 29. *de consuetud.* Adden. ad
Gregor. *decis.* 298. *num.* 13. *decis.* 254. *num.* 3. *decis.* 314 *num.* 13.
par. 4. *diuers.* Rot. *decis.* 115. *num.* 8 *par.* 14. *rec.*

Afferebantur ad asserendam prætensam vnionem instru-
mentum de anno 1546. factum per Rectorem Ecclesiæ cum
ea assertione, quod huiusmodi bona operæ erant in per-
6 petuum incorporata, & vnita supradictæ Ecclesiæ: † Nec
non libellus porrectus in iudicio anno 1590. coram Vicario
Lucensi pro obseruantia instrumenti concessionis in Em-
phyteusim quorundam bonorum Operæ, & in eo enun-
ciatur Operam, de qua agitur esse vnitam suæ Ecclesiæ,
& demum anno 1621. Instrumentum, quo Rector eius
temporis concedit in Emphyteusim partem aliquam bono-
rum huius Operæ.

Verum hæc non proficere ad intentionem Rectoris DD.
7 sunt visa. Instrumentum enim de anno 1561. † non est
in forma probanti, & caret omni signo Notarij, & lega-
8 litatis, † nec enunciatiuæ in eo insertæ vllo modo est fi-
dendum Add. ad Buratt. *decis.* 667. *num.* 18. Rot. *dec.* 308. *nu.* 4.
& *dec.* 323. *num.* 17. *par.* 16. *rec.*

9 Nec minus duabus alijs † enunciatiuis, quæ vt vnio-
nem probent debent esse multò plures, & emissæ à personis
non suspectis, vt à Summo Pontifice in Bullis Apostolicis,
vel ab Episcopis, vel saltem à Tertijs nullum interesse ha-
10 bentibus, non autem à Rectore vnionem affectante, † cu-
ius assertio suspecta omninò redditur, Garz. *de benef. par.*
12. *cap* 2. *num* 254. & 257. Achill. de Graff. *decis.* 8 *de iure patr.*
Caputaq. *decis.* 237. Rot. *decis.* 223. *num.* 14. *cor. Eminentissimo
Ottobono.*

Et eò magis in hoc casu, quo de eisdem annis 1546. &
1621. tàm ante, quam post dantur plura instrumenta, ex
quibus constat bona Operæ fuisse separata à bonis Ecclesiæ,
11 † eaque administrata ab operarijs pro tempore electis à
Communitate, & ab Ordinario confirmatis, vt in Summar.
Operæ *num.* 7. & 8.

Accedunt, & Confessiones aliorum Rectorum, tàm an-
te, quàm post dd. enunciatiuas: Electi enim in operarios,
soli, (cum etiam nonnunquam cum alijs sæcularibus in va-
rijs instrumentis locationum bonorum eiusdem Operæ,
expressè declararunt se contrahere vti Operarios, & di-
sponere de bonis ad eandem Operam spectantibus dicto
Summario *numer.* 8. & quod magis est, modernus Re-
ctor sub hac distinctione, & nota Operarij varios contractus
inijt, & de bonis Operæ disposuit, vt de anno 1651. & 1658.
vt eodem Summ. *num.* 8. nec † ex ea electione potuerunt ius 12
acquirere contra Communitatem, *l.* 1. 2. & *l. & habeat ff. de
precar. l. eius ff. de reg. iur.*

Nec suffragatur generalis Doctrina, quod Rectori de iu-
re competat administratio bonorum Ecclesiæ, † nec in ea 13
possint laici se se immiscere, *canone iudicatum* 89. *distinct.*
Quia cum hæc bona Operæ sint separata à Patrimonialibus
Ecclesiæ, † de quibus loquitur *dictum canon. iudicatum*, iam 14
nullum est inconueniens, † vt à sæcularibus tractentur, ma- 15
ximè cum ea lege † fuerint ab Institutoribus relicta, Buratt. 16
decis. 224. *num.* 1. Adstipulante præsertim immemorabili con-
suetudine, † quæ inducta plurimum, imò omnia in huius- 17
modi materia operatur, *cap. duo simul, de offic. ordin. cap. cum
contingat, de for. competen. l. sed & ea, iuncta l. sequenti ff. de
legib.*

Et ita, vtraque parte informante, resolutum fuit.

Supra in hac eadem parte adest altera decisio 135. *quæ in hac
eadem causa emanauit.*

R. P. D. E M E R I X.

Vicen. Iurisdictionis.

Mercurij 27. *Aprilis* 1678.

A R G V M E N T V M.

Abbati, non autem Episcopo, in loco suæ Abbatiæ exempto iurisdictionem competere declaratur, quamuis ille existeret in Diœcesi, quia respectu iurisdictionis perinde est, ac si ille extaret extra Diœcesim, cum autem Episcopus plures actus iurisdictionales adhuc fecisse prætenderet, vel eos non probari dictum est, esse de personis, & locis exemptis, vel ijdem actus fuerant Episcopo præseruati, vel demum tamquam facti lite pendente, & inscio Abbate, illi præiudicare non poterant.

S V M M A R I V M.

1 *Visitandi quasi possessionem habens in ea manuteneri debet, & num.* 2.

2 *Manutentio eo magis possidenti conceditur, si de illius bono iure constat, etiam per sententiam.*

3 *Episcopus habet iuris assistentiam in exercenda iurisdictione super omnes Ecclesias suæ Diœcesis.*

4 *Iurisdictionem in locis exemptis Episcopus exercere non potest, & num.* 6. *cum seqq.*

5 *Iurisdictio Abbatis primatiua quoad Episcopum ex quibus deducatur, & num. seqq.*

6 *Licentia petita declarat iurisdictionem non petentis, sed illius à quo petitur.*

7 *Episcopus non potest prætendere assistentiam iuris super iurisdictione loci Abbatialis suæ Diœcesis, si petiuit licentiam ab Abbate illam exercendi.*

8 *Locus exemptus licet sit in Diœcesi, tamen quoad iurisdictionem æquiparatur loco existenti extra Diœcesim.*

9 *Exemptionis à iurisdictione Ordinarij plura exempla remissiuè referuntur, & inter ea de Abbate Riuipulli Vicen. Diœcesis.*

10 *Episcopus, nec etiam vti delegatus Sedis Apostolicæ visitare potest loca exempta, in quibus alius habet iurisdictionem quasi Episcopalem.*

11 *Iurisdictionales actus exerciti ab Episcopo, vt noceant Abbati exempto probari debent, quod fuerint exerciti in locis, & personis exemptis.*

12 *Actus iurisdictionis Episcopo præseruati, nullum ius tribuunt, quoad alios actus eidem Episcopo non præseruatos.*

13 *Actus facti lite pendente, & inscia persona de cuius interesse agitur, non præiudicant.*

D E C I S I O CCIV.

OVamuis Abbas Monasterij S. Petri Ordinis Sancti Benedicti Oppidi Riupulli reperiretur in antiquissima
posses-

possessione visitandi omnes Ecclesias, etiam Curatas intra, prædictum Oppidum existentes, nihilominus, eo inaudito, Episcopus Vicen. innixus assistentiæ iuris, & dispositioni *Sac. Conc. Trident. sess. 7. & sess. 21. cap. 8.* tentauit anno 1672 obtinere ab A. C. mandatum de manutenendo in quasi possessione visitandi omnes Ecclesias, tam intra quam extra idem dictum Oppidum existentes, & commissa mihi per Signaturam Iustitiæ causa appellationis cum facultate manutenendi quem de iure, dedi partibus ita petentibus dubium, An, & de cuius bono iure constet; etiam ad effectum manutentionis, quod fuit hodie, quoad Ecclesias intra supradictum Oppidum existentes in omnibus ad fauorem Abbatis resolutum.

Quia ipse bene fundat suam intentionem in antiqua sententia arbitramenti, lata vsque de anno 1312. in executionem alterius confirmatæ, per felic. rec. Vrbanum IV. in qua illi adiudicatur ampla iurisdictio in Oppido Riuipulli, etiam priuatiuè quoad Episcopum, exceptis nonnullis casibus particularibus in eadem sententia expressis, & nominatim ei attribuitur ius visitandi omnes Ecclesias in dicto Oppido Riuipulli existentes, vt latius continetur in Summario Abbatis *numer.* 20. vigore cuius cum per duo sæcula, & vltra visitauerit omnes Ecclesias intra dictum Oppidum existentes, absque eo, quod pro parte dicti Episcopi do-
1 ceatur de aliqua eorum visitatione, † sequitur, quod ex huiusmodi sententia per tantum temporis spatium ob-
2 seruata ab inde constet de bono iure Abbatis, † quodque etiam ad formam eiusdem illi sit danda manutentio Marc. *sc. var. resol. lib. 1. cap. 11. numer. 1.* Grat. *discept. 898. numer. 18.* Posth. *de manut. obseru. 45. numer. 1. cum seqq. & Rota penes eum dec. 32. num. 8. & in recent. decis. 105. & decis. 229. vtrobique num. 3. par. 13.*

Non obstante allegata in contrarium assistentia, quam
3 de iure communi habet † Episcopus pro exercenda iurisdictione in omnes Ecclesias suæ Diœcesis iuxta textum *in can. omnes Basilicæ, & can. nullus 16. quæst. 7. cap. conquerente de offic. ordin.* cum alijs concordantibus adductis per Gonzal. *ad reg. Cancell. in §. 1. proemiali numer. 22.* Quoniam cum per sententiam supra relatam declaratum fuisset, hoc Oppidum esse exemptum à iurisdictione Ordinarij, &
4 subiectum iurisdictioni Abbatis, † & in illius executionem Abbas ab inde citra sit in possessione congregandi Synodum, eligendum examinatores ad concursus Parochialium, concedendi literas dimissoriales ad suscipiendos ordines sacros, aliaque similia in Clericos, & Populum
5 dicti Oppidi exercendi, † vt in Summario *num. 2. 3. 4. cum seqq.*

Ac successiuè etiam Episcopus, seu illius officiales curauerint eidem Abbati præsentari requisitorias ad exequen-
6 dum mandata relaxata contra incolas dicti Oppidi, † & pluries petierint sibi concedi Territorium ad effectum exer-
7 cendi in eo nonnullos actus iurisdictionales, † cessat quæuis assistentia iuris, quæ non suffragatur Episcopo in loco exem-
8 pto, † qui licet sit in Diœcesi æquiparatur tamen quoad iurisdictionem loco existenti extra Diœcesim iuxta punctualem doctrinam Geminian. *in cap. cum Episcopus numer. 4. de offic. Ordin.* Franch. *in cap. 2. §. Statutum numer. 12. vers. sed si per priuilegium de constitut. eodem lib. 6.* Bellett. *disquis. Cleric. par. 1. qui loquitur de iurisd.* Abbat. S. Michaelis *de*
9 *Clussa §. vnic. numer. 5.* † vbi plura exempla adducit, & in specie de hoc Abbate Riuipulli testatur Barbos. *de iur. Eccles. vniu. cap. 17. numer. 22.* Tambur. *de iur. Abbat. tom. 1. disput. 3. qu. 4. numer. 7.* cum alijs adductis per Rotam coram *Martin. Andrea decis. 54. num. 5. decis. 372. num. 10. par. 11. & in Cauen. seu Caputaquen. iurisdictionis 12. Martij 1672. coram me.*

Nec valet Episcopus visitare vti delegatus Sedis Aposto-
10 licæ vigore † dispositionis *Sac. Conc. Trid. sess. 7. & sess. 21. cap. 8.* quia dispositio Sac. Concilij non intrat quando, vt in præsenti agitur de loco, in quo alius habet iurisdictionem quasi Episcopalem, vt multis relatis distinxit Grat. *discept. 212. numer. 30. & Rot. decis. 82. num. 11. coram Cardinali Ottobono.*

Et hinc nihil releuant plures actus adducti ab informantibus pro Episcopo ad probandum iurisdictionem cumula-
11 tiuam cum Abbate, † quia animaduersum fuit omnes istos actus, vel non loqui de personis, & Ecclesijs sitis intra dictum Oppidum, ad quos hodie est restricta disputatio, vt
12 aduertit Rota *decis. 113. numer. 28. coram Bich.* † vel esse de illis, qui fuerunt expressè Episcopo reseruati in sententia ar-
13 bitramentali, † vel factos fuisse lite pendente, aut inscio Abbate, qui proinde non præiudicant, vt late responsum fuit coram me in præcitata Cauen. *seu Caputaquen. iurisdictionis §. probatur.*

Et ita, vtraque Parte informante, resolutum fuit.

R. P. D. E M E R I X.

Salernitana Canonicatus Penitentiarij.

Mercurij 27. Aprilis 1677.

A R G V M E N T V M.

Indultum non probari, & probatum non releuare deciditur, quia cum illud adduceretur aduersus Prouisum Apostolicum, verificari non poterat ex sola enunciatiua Cardinalis conferentis, eo magis, quia eidem resistebat Regula Cancellariæ reseruatoria beneficiorum, quæ tollit etiam obseruantiam contrariam, quamuis illa non adesset, tamquam ex vnica sola collatione probatam.

S V M M A R I V M.

1 *Literæ Apostolicæ vbi sunt iustificatæ veniunt exequendæ.*
2 *Reseruatio Beneficij resultat ex regula Cancellariæ octaua, hodie nona.*
3 *Canonicatus Pœnitentiarij, etiam ipsi subiacent regulæ Cancellariæ octauæ, hodie nonæ, & remanent Pontifici reseruati.*
4 *Indultum contra prouisum Apostolicum non probatur ex enunciatiua contenta in literis Cardinalis conferentis beneficium, non exhibito originali.*
5 *Regula moderna Cancellariæ reseruatoria beneficiorum olim octaua, hodie nona tollit omnia priuilegia, & indulta etiam in limine erectionis concessa.*
6 *Indultum, & obseruantia non suffragantur aduersus regulam Cancellariæ habentem decretum irritans, & alias clausulas derogatorias.*
7 *Obseruantia non probatur ex vnica collatione beneficij, quæ parum durauit.*
8 *Vacatio beneficij ex causa resignationis sequuta non cadit sub reseruatione Pontificis, sed ab ea excepτuatur ex Regula septima Cancellariæ.*
9 *Exequutio subrogationis gratiosæ non retardatur per exceptiones requirentes altiorem indaginem.*

D E C I S I O CCV.

ROta censuit Literas Apostolicas gratiosæ subrogationis concessas Andreæ prouiso de Canonicatu Pœnitentiariæ Metropolitanæ Ecclesiæ Salernitanæ, vti vacante per obitum in mense Pontifici reseruato esse exequendas;
† quia ipsius Clericatus, & obitus Defuncti in possessione 1
sunt extra controuersiam, † reseruatio verò desumitur 2
ex regula octaua hodie nona Cancellariæ, † cui subiacent etiam Canonicatus Pœnitentiarij iuxta resolutiones 3
Sacræ Congregationis, & Rotæ relatas per Garzias *de Beneficijs parte 5. capite 4. numer. 144. & Gonzalez ad regulam octauam gloss. nona §. 2. num. 84. cum sequent. & Barbos. in Collectaneis ad Sacrum Concilium Tridentinum sessione 24. capite 8. a. 12. de reformatione.*

Non obstat, quod hic Canonicatus fuerit erectus præuio indulto à sanctæ memoriæ Paulo V. concesso Ordinario illum conferendi quolibet mense, quodque ab inde citra per sexaginta quinque annos de eo Ordinarius semper prouiderit, † Tum, quia indultum huiusmodi non bene proba-
tur contra prouisum Apostolicum ex sola enunciatiua prætensarum literarum claræ memoriæ Cardinalis Burghesij 4
non exhibito in actis originali; † Tum etiam, quia regula 5
Moderna Cancell. tollit omnia Priuilegia, & Indulta Apostolica, etiam in limine erectionis concessa, cum quibusuis clausulis derogatoriarum derogatorijs, nec non irritantibus & alijs decretis, quorum tenores &c. ac omnes consuetudines etiam immemorabiles; † Et proinde aduersus regulam talibus clausulis munitam, Indultum & Obseruantia, † etiam si 6 7

essent probata (quod tamen DD. non admittebant, quia
omnes collationes præter vnam, quæ durauit tantum per
8 paucos menses, sunt † ex causa resignationum exceptuatæ
in regula septima) non suffragentur, vt pleno calamo notat
Gonzalez *glossa 33. & 35. per totas* Rot. *coram sanctæ memoriæ Gregorio Decimoquinto decis. 240. & decis. 200 par. nona per tot.* cum alijs concordantibus.

Tum denique, quia cum agatur rigore subrogationis gra-
9 tiosæ, † sufficit exceptionem requirere altiorem indaginem,
ad hoc vt non possit impediri exequutio Literarum Apostolicarum, vt respondet Rota *decis. 84. num. 11. par. 5. rec. & in Hildesinen. Præpositure 28. Iunij 1658. coram Eminentissimo Domino Cardinali Cerro.*

Et ita vtraque parte informante resolutum fuit.

REVERENDISS. D. ALBERGATO

Sacræ Rotæ Decano.

Tricastinen. Aggregationis,

Veneris 29. Aprilis 1678.

ARGVMENTVM.

Petebant noui Presbyteri ad Ecclesiam admitti, ex eo quod numerus admissorum pro diuino cultu non sufficeret, sed nisi pro omnibus congruam substentationem remanere doceretur, licèt qualitates habeant, admittendi non sunt, alioquin loco augendi cultum diuinum, ille potiùs diminueretur, dum paruum inter primos admissos distribui solitum, reduceretur ad minimum omnibus æqualiter insufficiens; Plura ideò de Ecclesia, Collegio, vel Consortio receptio, non autem numerario in præsenti decisione expenduntur.

SVMMARIVM.

1 *Aggregari, vel in consortium recipi prætendens, tenetur concludenter probare factum esse locum suæ aggregationi, vel receptioni in consortium.*

2 *Verbum* nullum, *dicitur negatiuum, & omnem alium casum excludit.*

3 *Ecclesia aggregatiua sine præfixione numeri recipiendorum, non tenetur recipere alios, nisi eos commodè substentare possit.*

4 *Ecclesiæ seruitium, & cultus Diuinus non augeretur, sed detrimentum reportaret, si reciperentur alij, qui commodè substentari non possent.*

5 *Canonici, & Beneficiati non possunt nouiter admitti in Ecclesia, nisi etiam congruam substentationem habere valeant.*

6 *Consortiales alios admittere non tenentur, si quid minimum inter ipsos distribuendum remaneret.*

7 *Ecclesiæ status de receptiuo in numerarium qualiter dicatur immutatus, vel non.*

8 *ad Statutum receptiuum Ecclesiæ pertinere dicitur tot recipi Presbyteros, vel Canonicos, quot ex illius redditibus commodè substentari valeant.*

9 *Ecclesia Collegiata non plures Canonicos recipere debet, quàm quot de illius bonis absque penuria regi possint.*

10 *Taxatio in scutis quinquaginta pro quolibet ex Presbyteris Ecclesiæ, excessiua dici nequit, & quando.*

11 *Congrua in taxanda haberi debet ratio qualitatis personarum, & loci.*

12 *Congrua taxata à iudice præsumitur iusta, donec de excessu concludenter doceatur.*

13 *Congruæ quantitas prudenti iudicantis arbitrio est à iure remissa.*

DECISIO CCVI.

CAuetur in Constitutionibus vigentibus in Ecclesia Sancti Martini Oppidi Abolenæ. Quod nullus Presbyter secularis (sunt verba precisa) poterit esse de numero Aggregatorum, nisi numerus Originariorum dicti loci Abolenæ non sufficeret ad Diuinum seruitium, & tunc Aggregati poterunt aggregare illos, quos ipsis libuerit cum consensu, & deliberatione Capituli, dummodo sint capaces, & approbati à dd. Aggregatis, aut ipsorum maiori, & sauiori parte. Quamobrem cum Presbyteri ad præsens aggregati, & de redditibus Ecclesiæ participantes reiecerint Franciscum Gailliard petentem aggregari, iste vocauit illos ad Iudicium coram Prolegato Auenionen. qui decreuit aggregandos esse ad seruitium Ecclesiæ tot Presbyteros, quot substentari possent ex eiusdem introitibus repartiendis ad rationem scutorum quinquaginta monetæ illarum partium pro quolibet, quod decretum in gradu appellationis approbauit etiam Eminentiss. Legatus, & confirmauit hodie Rota, respondens, constare de bono Iure Aggregatorum.

Cum enim Constitutiones aggregari permittant nouos
Presbyteros in casum, quo numerus Aggregatorum sit in-
sufficiens ad explendum Diuina, † sequitur, quod Fran- 1
ciscus pro fundamento suæ intentionis probare debeat ser-
uitium Ecclesiæ, & Diuinum cultum detrimentum pati
propter defectum Aggregatorum, aliàs non potest dici, eue-
nisse casum faciendæ admissionis, seù Aggregationis, præ-
sertim cum Constitutionis loquantur per verba, *nullus* &c.
† quæ tamquam negatiua omnem alium casum excludunt, 2
vt præcisè dixit *Rota decis. 180. nu. 2. par. 9. & decis. 388. num. 1. par. 16. recent.*

Et tollit omnem difficultatem Decretum Prolegati mandans recipi tot Presbyteros, quot facultates Ecclesiæ substentare valent: Vnde quoties ipse Franciscus vltrà capacitatem, & approbationem requisitam à Constitutione docuerit ad formam Decreti, quod ex redditibus Ecclesiæ demptis oneribus, & scuta quinquaginta pro quolibet Presbytero ad præsens aggregato, supersint alia scuta quinquaginta
toties, poterit habere intentum, alias sine probatione, † cum 3
agatur de Ecclesia receptiua absque præfixo numero
recipiendorum Consortiales, nec ad recipiendum ipsum, aut alterum compelli poterunt, ne propter multiplicitatem personarum, fructus Ecclesiæ non sufficiant ad
congruam omnium substentationem, † ita vt loco augen- 4
di seruitium Ecclesiæ illud propter quid minimum inter
tantos distribuendum minuatur, † vt de Canonicis, aut 5
Beneficiatis notant Abb. *in cap. cum ex parte num. 4. de concess. præbend.* Lotter. *de re benefic. lib. primo quæst. 18. num. 19.* Rota
coram Mantic. decis. 229 num. 3. & 317. num. 9. parte 10. rec. † & 6
de Consortialibus punctualiter dictum fuit *in Regien. Consortij 20. Iunij 1670. §. adducebatur coram Reuerendiss. Bruslag.* confirmata *coram eodem 15. Decembris eiusdem anni §. arc tale, & 10 Aprilis 1671 & successiuè 20. Aprilis 1676. coram R. P. D. meo Emerix*, cum alijs ad propositum relatis à Pac. Iordan. *elucubrat. Eccles. lib. 9. tit. 1. num. 390.*

Nec subsistit, quod ex huiusmodi decreto dicatur immutatus status Ecclesiæ de receptiuo in numerum, quia cum Prolegatus non determinauerit certum numerum Presbyterorum in futurum, aut imminuerit numerum præsen-
tium, † sed solum taxauerit congruam Presbyteris, man- 7
dando in consortium illos recipi secundum facultates Ec-
clesiæ, † vndè non dicitur immutasse statum receptiuum, 8
imò eundem comprobasse, cum propriè pertineat ad statum receptiuum, tot institui, & recipi, quot ex redditibus Ecclesiæ, deductis oneribus, substentari commodè valent; vt firmauit Rota *in Pampilonen. Canonicatus 24. Nouembris 1631. §. quia verba coram Pirouano*, quod est conforme iuri com-
muni, ex quo † in Ecclesijs Collegiatis non plures recipi de- 9
bent, quam quot de bonis Ecclesiæ absque penuria regi possint, iuxta Textum *literalem in cap. 1 de instit. maximè alijs inuitis, vt in cap. 4. eodem tit. ibique* Barbos. *num. 2.* Rota *decis. 32. num. 6. par. 14. rec.*

Prout frustrà de excessu redarguitur taxatio in dictis scutis 50. quia præter quod moneta illarum partium, in quibus constituta fuit, non ascendit ad valorem monetæ Roma-
næ, † vix illa sufficiunt ad substentationem habito respe- 10
ctu ad qualitatem personarum, & loci, ad quam in huius-
modi taxatione inter cætera respiciendum esse, † tradunt 11
Grass. *consil. 4. tit. de temp. ordin.* Barbos. *de potest. Episc. par. 2. cap. 19. num. 8.* & alij, quos refert, & sequitur Rot. *in Baren. obligationis 17. Martij 1666. §. in qua verò coram me, & in Vallisoletana Congruæ 11. Ianuarij 1677. cor. R. P. D. meo Emerix*,
& donec excessus concludenter probetur, † præsumitur pro 12
Iustitia taxationis factæ à Iudice, † cuius prudenti arbitrio 13
determinatio huius quantitatis remissa est, ex traditis per Rebuff. *de Cong. port. n. 80.* Rot. *cor. Vbal. dec. 87. n. 6. & in citata*

Vallis-

Vallisoletana Congruæ §. Domini cor. R. P. D. meo Emerix.

Et ita omissis allegatis nullitatibus, vtpotè insubsistentibus, conclusum fuit, constare de bono Iure aggregatorum, vtraque Parte audita.

R. P. D. PAVLVCCIO.

Fulginaten. Fructuum.

Veneris 29. Aprilis 1678.

ARGVMENTVM.

Ad damna, & interesse soluenda condemnatur hæres, qui inuestimentum à Testatore ordinatum pro dotibus puellarum, facere non curauit, non obstante quod illud prætenderetur solis Executoribus demandatum, quia cum post illorum obitum alij Executores subrogati non sint, dictumque inuestimentum perpetuò fieri deberet, certum est, quod illius implementum ad hæredes pertransijt, quamuis illi in eo se ingerere prohibiti fuerint.

SVMMARIVM.

1 *Obligatus ad factum, si non adimpleat, tenetur ad damna, & interesse.*
2 *Hæres, & Legatarius si non adimpleant onera à Testatore iniuncta, damnum, & interesse præstare tenentur.*
3 *Inuestimentum facere obligatus, si non fecit, damna, & interesse persoluere obligatur.*
4 *Damna, & interesse sunt fructus illius rei, quam quis comparare tenebatur, & non emit.*
5 *Interesse dicitur illud, quod quis patitur, & ad quod deficiens tenetur.*
6 *Damna, & interesse qui præstare tenetur, ad normam, & similitudinem Tutorum condemnatur.*
7 *Emere prædia obligatus, si post habitam, vel depositam pecuniam neglexit, incipit conueniri in vsuras.*
8 *Vsuræ tanquam fructus, & damna, ac interesse debentur, non autem tanquam vsuræ formales, & quando. num. anteced. & seqq.*
9 *Hæres obligatur ad eadem damna, & interesse, ad quæ tenebatur defunctus.*
10 *Inuestimentum solis Executoribus relictum, non autem hæredibus, quinimo illis probibitum, mortuis Executoribus, adhuc ad hæredes pertransit. & num. 13.*
11 *Onus diuturnum, & tractum habens successiuum, si post mortem Executorum, à quibus impleri debuerat, alij subrogati non sint, adimplendum est ab hærede.*
12 *Exequutore testamentario defuncto, si Testator alium non subrogauit, solum hæredem pro Exequatore habere voluisse præsumitur. & num. 10. cum seqq.*
14 *Onus in perpetuum Exequutoribus à Testatore iniunctum, eis defunctis, necessariò transire debet ad hæredes, & possessores bonorum.*
15 *Testatoris dispositio, & voluntas non debet reddi inanis, nec aliter defraudari.*
16 *Hæres, & fideicommissarius possidens bona defuncti, quorum fructus multiplicanda esse sciebat, ad damna, & interesse tenetur.*
17 *Fideicommissarius, & hæres possidendo bona defuncti, per possessionem illorum, cum legatarijs quasi contraxisse dicuntur.*
18 *Fructus scienter percipiens, qui inuestiri, vel multiplicari debuerant, ad fructus inuestimenti, & multiplici remanet obligatus.*
amplia, quia tenetur etiam ad fructus fructuum num. 19.
20 *Damna, & interesse sine mora, & scientia soluere nemo tenetur. sed vid. num. 22.*
21 *Mora sine scientia, & interpellatione non inducitur limita, & vid. num. seqq.*
22 *Scientia testamenti resultat ex indiuidua, & speciali relatione ad illud.*
23 *Relatum solet esse in referente cum omnibus suis qualitatibus.*
24 *Scientia, quæ resultat per relationem ad actum, certa, & specialis esse dicitur.*
25 *pro Interpellatione habetur sola existentia personæ, quæ dotari debuerat.*
26 *Interpellatio quatenus resultet fauore dotis, minoris, & pupillæ, & num. anteced.*
27 *Interpellationem, & moram fuisse inductam post motam litem, negare nemo potest.*
28 *Hæres fideicommissarius, & bonorum possessor post motam litem, tenetur ad fructus non facti inuestimenti.*
29 *Inuestimenti faciendi commoditas in Vrbe controuerti non potest.*

DECISIO CCVII.

PEtentibus filiabus Boncompagni de Boncompagnis immissionem in fundum delle Spinete in Agro Fulginatensi tamquam subrogatum in vicem Domus sitæ in Vrbe à Reuerendissimo Troilo Boncompagno Episcopo Fulginaten. destinatæ ad dotationem suarum neptum Zephiræ, & Nicolæ, ac aliarum fæminarum descendentium ad formam in eius Testamento præscriptam, adiudicauit A. C. Bulgarinus contra Tarquinium Rampescam hæredem q. Herculis de Boncompagnis, damnata insuper eadem Tarquinia ad restitutionem fructuum in quatuor pro centenario, & anno, necnon per aliam sententiam ad fructus fructuum ob omissum multiplicum à Testatore iniunctum ad rationem octo pro centenario, & anno.

Appellauit ab vtraque sententia Tarquinia, & commissa fuit Causa bo. me. Priolo, ac resolutum 27. Iunij 1672. constare de re iudicata quoad immissionem, & quoad liquidationem fructuum restituendorum, taxandos esse ad rationem scutorum decem annuorum, indecisa relicta taxatione damnorum, & interesse, ob non factum multiplicum, & confirmatum vigesima septima Ianuarij 1673.

Admissa in hoc statu ad Causam Maria Cinthia Boncompagna Sorore Boncompagni de Boncompagnis, obtinuit * 15. Februarij 1677. coram me, esse præferendam in immissione filiabus eiusdem Boncompagni, tamqua seniorem, & potiorem in tempore, ac proximiorem, adeoque in dotis constitutione super fructibus fundi subrogati potiorem.

Prosequendo Iudicium, eadem instetit dari dubium: An sit standum, vel recedendum à decisis coram bo. me. Priolo, & ad quam summam sint taxanda damna, & interesse, in casu &c.

Et consulti standum in decisis coram bo. me. Priolo, DD. censuerunt intrare damna, & interesse, eaque taxanda ad rationem fructuum societatis officij, in quam impendi pensiones Domus ad multiplicum Testator mandauit.

Placuere siquidem fundamenta decisionum, quibus & Pars Aduersa acquieuit.

At verò quoad damna, & interesse dixerunt DD. vtique ea deberi; Explorati enim iuris est, quod obligatus ad fa-
ctum, † quo casu non impleat, tenetur ad damna, & in- 1
teresse, *l. stipulationes non dicitur ff. de verb. obligat. l. si fundum ff. eodem, l. si quis ab alio in fine, & ibi* Alex. & Ias. *ff. de re iudic. l. terrens §. officium ff. de aq. pluu. arc.* † Idque etiam in vltimis 2
voluntatibus, & onere à Testatore iniuncto, Rot. *coram Coccin. decis. relata apud* Gratian. *disc. 540.* & registrata *par. 2. rec. dec. 682. & in Romana pecuniaria 15. Iunij 1665. cor. Reuerendiss. D. meo Albergato Decano, & cor. Dunz. Iun. decis. 627. à nu. 1. & seqq.* vbi in puncto inuestimenti faciendi in locis
montium pro dote mulieris, † in quo casu Tarquinia de- 3
fecerit non facto inuestimento, obligata remanet ad damna, & ad quanti interest inuestimentum non esse factum.

Quo verò ad exactionem responderunt, eam esse faciendam ad rationem redditus societatis officij; quam Testator iniunxit.

Aptissima siquidem regula liquidationis faciendæ, † sunt 4
fructus rei, super qua est faciendum inuestimentum, seù rei, quæ debetur, cum non est empta, Bartol. *in l. Tutor, qui repertorium §. si post ff. de administr. & peric. Tutor.* Hoc enim
est interesse, † quod quis patitur, & ad quod deficiens te- 5
netur, *l. si Procurator 8. §. mandati actio, l. si mandauero §. Iulianus scribit, & §. sicut autem ff. mandati, l. si fundus in feud. vers. nam etsi Colonus ff. locat.* Alex. *cons. 31. col. 3. vers. considerandum num. 11. & ibidem* Natt. *lib. 6.* Menoch. *cons. 7. num. 16. lib. 1.* Honded. *cons. 39. num. 5. lib. 2. & cons. 82. num. 22. lib. 2.*

Eo planè modo, † quo Tutores (inquit Sen. Cons. *in* 6
d. l. Ta-

d. l. Tutor qui repertorium §. si post depositionem ff. de administr.
& peric. Tutor.) si post depositionem pecuniæ comparare
7 Prædia neglexerunt, † incipient in vsuras conueniri, non
8 quidem tamquam in formales vsuras, † sed tamquam fru-
ctus rei emendæ, & interesse, vt notat Couarr. *var. resol. lib.*
3. cap. 2. num. 1. & fuit dictum *in d. decis. 627. n. 3. coram Dunoz,*
9 *& coram Orano decis. 29. post* Merlin. *de legit.* † sicque & ad
eosdem tenentur Hercules, & eius hæres Tarquinia Ram-
pesca.

Non attento, quod decesserint Executores, quibus Te-
stator, exclusis per expressum hæredibus, ipsique vetito, nè
10 vllo modo se ingerant, onus inuestiendi, iniunxit; † quia
cum onus sit diuturnum, & inuoluens tractum successiuum,
11 † mortuis Executoribus, nec alijs in munere à Testatore
substitutis, illius transit in hæredes, Auth. *de Eccles. §. si quis*
ædificationem collat. 9. Io. Iacob. *à Canibus de execut. vlt. volunt.*
par. 2. §. quarto tertio num. 3. vol. 8. par. 1. tract. Cùm enim non
12 † subrogauerit, præsumitur nec alios voluisse Executores,
quam hæredes, Mantic. *de coniect. vlt. volunt. lib. 4. tit. 3. nu. 19.*
13 in terminis † inuestimenti faciendi Gratian. *disc. 941. num. 20.*
Rot. *cor. Orano dec. 29. num. 12. post* Merlin. *de legit.*

Maximè quia onus inuestiendi, & multiplicandi fructus,
seù pensiones domus pro fœminis gradatim, & ordine suc-
cessiuo dotandis, est adiectum in perpetuum (vt ex verbis
14 testamenti) † vndè mortuis Executoribus nominatis,
debet necessariò transire ad hæredes, & possessores, ne ina-
15 nis reddatur dispositio testatoris, † & eius voluntas frau-
detur, Rot. *dec. 37. tom. 2. par. 4. rec. & decis. 738. ead. par. 4. to.*
3. num. 7.

Immo ex quo Hercules possedit domum, & subindè Pre-
dium subrogatum, tamquam fideicommissarius à Troilo
Testatore vocatus, sciens onera, quibus domus, & mox
16 Prædium est obnoxium, † tenetur ad legatum dotis, &
17 ad multiplicum, tum quia videtur quasi contraxisse † cum
legatarijs rem possidendo, *l. 2. & l. fin. C. ad Sen. Cons. Trebell. l.*
ex maleficijs §. hæres ff. de oblig. & act. Gratian. *disc. 646 à num.*
1. Tùm etiam quia cum fructus perceperit ex re destinata
18 pro legato dotium, † scientèr contra voluntatem Testato-
ris, qui interdixit hæredibus fructus huiusmodi tangere, iam
19 meritò tenetur pro damno, & interesse, non tantùm † ad
fructus, sed & ad fructus fructuum, Castr. *cons. 125. n. 2. lib. 1.*
cum alijs iam adductis.

Nec magis vrgere visum, quod ad obligandum ad dam-
20 na, & interesse † requirebatur mora, quæ sine scientia, &
21 interpellatione non inducitur: † Scientia autem, & inter-
pellatio in Hercule, & multo minus in Tarquinia non vi-
debatur interuenisse.

Quia in Hercule satis constat de scientia, cum in vendi-
tione domus retractæ subrogando Prædium delle Spinete,
illud etiam expresse submiserit omnibus vinculis, & con-
ditionibus præscriptis in testamento Troili, cum specifica,
22 & indiuidualii relatione ad eius testamentum, † ex quo
apertè nimis scientia præcisa resultat propter effectum rela-
23 ti, † quod solet esse in referente cum omnibus suis qualita-
tibus, *l. asse toto ff. de hæred. instit.* Rot. *dec. 35. num. 6. par. 1. rec.*
24 eamque scientiam per relationem ad actum † certum spe-
cialem appellarunt, *ex l. Titia §. fin. iuncta l. pluribus in princ.*
ff. de verb. oblig. Ruin. *consil. 29. num. 5. lib. 2.* Paris. *cons. 9. nu. 18.*
lib. 3. & cons. 97. nu. 96. lib. primo, Menoch. *cons. 287. nu. 29.*

Nec erat opus alia interpellatione, quando adest, &
aderat Maria Cinthia dotanda, quæ viuente Hercule erat
25 adhuc † pupilla, quo casu sola existentia habetur pro inter-
36 pellatione, tum fauore dotis, † quàm fauore pupillæ, &
minoris, Gratian. *disc. 179. nu. 9.* Rot. *coram Dunoz. iun. d. decis.*
627. num. 3. & dicta dec. 29. post Merlin. *de legit. n. 14. & seqq.*

At verò quoad Tarquiniam Rampescam Herculis hære-
dem vtcumque in ea scientia, & interpellatio requiratur
27 † certè post motam litem anno 1641. vt aduertitur in *decis.*
coram bo. me. Priolo 27 Iunij 1672. in princ. super immissione in
vim fideicommissi ordinati à Troilo Testatore non potest
28 negari interpellatio, & mora in restituendis fructibus, † ita-
ut & ipsa loco damnorum, & interesse teneatur ad fructus
non facti inuestimenti, iuxta *cons. Castr. 125. lib. 1. nu. 2.* cum
alijs superius allegatis.

Neque docendum de parata occasione ad contrahendam
societatem officij, quia cum domus, ex cuius pensionibus
29 societates ineundæ erant, esset in Vrbe, † negari non
potest, quin adessent continuæ, & paratæ occasiones;
licentiam Couar. *var. resol. lib. 3. cap. 1. numer. 3. vers. 7* quem
sequitur Rot. *coram Cæsar. de Grass. dec. 2. num. 2. de vsur.* Se-
raph. *dec. 146. in fin. & dec. 103. num. 12. par. 16. rec.*

Cæterum quoad Placidam Tignosinam, cùm qua agitur in præsenti iudicio, DD. subsistendum existimarunt donec probetur hæres Tarquiniæ, & scientia oneris quoad ipsam etiam demonstretur.

Et ita vtraque &c.

Supra in hac eadem parte adest altera præsentis Causæ decisio coram eodem R. P. D. Paluccio, quæ ibi est in ordine 24.

R. P. D. PAVLVCCIO.

Nouarien. Canonicatus.

Veneris 29. Aprilis 1678.

A R G V M E N T V M.

Ex duobus præsentatis ille præfertur, qui habet maiorem partem vocum, & alijs etiam qualitatibus præpollet, quamuis alter obtinuerit derogationem à Papa, quia cum illa esset cum solitis clausulis, *dummodo* &c. non poterat ab Exequutore exequutioni demandari, cum teneretur ille assumere partes iudicis, atque ideò pro retardatione literarum Apostolicarum est decisum.

S V M M A R I V M.

1 *Præsentatus ab vno tantum ex patronis, non dicitur habere medietatem vocum, si alij plures patroni remaneant.*

2 *Deuolutio iurispatronatus non intrat, si præsentatio in tempore facta sit.*

3 *Literæ Apostolicæ super concessione beneficij patronati verificari debent, præuia causæ cognitione, aliàs immissio decreta remanet nulla.*

4 *Exequutor Apostolicus tenetur assumere partes iudicis, nec potest præcipitanter procedere, & quando.*

5 *Clausulæ* verificato iurepatronatus, amoto, & dummodo alteri non fuerit ius quæsitum, *faciunt exequutorem mixtum.*

6 *Legatum iurispatronatus diuidendum est iuxtà modum à Testatore præscriptum.*

7 *Iuspatronatus pluribus competens, vnicuique pro sua rata competere debet.*

8 *Æqualis contributio inter plures legatarios fieri non debet, vbi alter ex illis fuit à Testatore prædilectus, cui prælatio sit concessa.*

9 *Legata bona, si pro omnibus non sufficiunt, legatarius prædilectus præfertur in illis.*

10 *Præsentatus maioribus vocibus suffultus, alijsque qualitatibus præditus, habetur pro instituto, quamuis alteri beneficium sit concessum.*

11 *Papa in derogatione iurispatronatus non præsumitur voluisse præiudicare habenti maiorem numerum vocum, alijsque etiam qualitatibus prædito.*

12 *Clausula* dummodo nulli de tempore datæ sit ius quæsitum, *præseruat ius partis.*

D E C I S I O CCVIII.

ANtonius Langus Guadiana Canonicus in insigni Collegiata Ecclesia Sancti Gaudentij Ciuitatis Nouariæ anno 1660. testamento disposuit, vt ex prouentibus hæreditatis suæ, vbi ad competentem summam peruenissent, erigerentur decem Canonicatus in eadem Ecclesia Sancti Gaudentij, qui essent de iurepatronatus, ius præsentandi, ita distribuit, vt ad quatuor præsentarent illi de familia Langa, & præsentati essent de eadem familia, ad alios quatuor Consilium generale Ciuitatis Nouariæ, ad duos verò Capitulum ipsius Ecclesiæ Sancti Gaudentij; Verùm aduertentes Exequutores testamentarij, & qui habituri erant ius præsentandi, quod nimis in longum protraheretur Canonicatuum erectio, si expectaretur, vt prouentus hæreditatis summam necessariam constituerent ad ipsam erectionem, impetrarunt à Sede Apostolica, vt quinque Canonicatus erigerentur, ac distribueretur præsen-

præsentatio proportionabilitèr ad præscriptum, & mentem Testatoris, vt ad duas præsentarent illi de Familia Langa, ad duos generale Consilium Ciuitatis, & ad quintum Capitulum Ecclesiæ Collegiatæ.

Quinque Canonicatibus erectis, cum cessasset annua præstatio lib. 1350. quæ ad vitam exigentis persoluebantur, insurrexerunt Exequutores testamentarij, vt ex hoc annuo redditu, cuius præstatio ad commodum hæreditatis cessabat, erigeretur sextus Canonicatus, cum ijsdem pactis, legibus, & conditionibus, & cum reseruatione iurispatronatus ad fauorem vocatorum in testamento fundatoris, quibus alij quinque iam fuerant erecti, Vicarius Episcopalis annuit, & cum alijs iam erectis omnes aggregati fuere cæteris Canonicatibus dictæ Ecclesiæ S. Gaudentij.

Prætendens autem vnusquisque ex Patronis Ius præsentandi ad sextum Canonicatum ad se pertinere, omnes præsentarunt, Familia Langa D. Octauianum Langum Ciuitatis Nouariæ D. Guiduin Antonium Torniellum, Capitulum Collegiatæ S. Gaudentij D. Herculem Torniellum, qui vti de præsentato literas Apostolicas impetrauit à fa. me. Clemente X. in forma dignum, directas Ordinario Nouarien. cum facultate Exequutori tributa dictum Canonicatum conferendum ipsi Herculi, quatenus præsentationes subsistant, & Hercules sit in paritate vocum cum alijs præsentatis à Familia Langa, & à Consilio Ciuitatis cum derogatione iurispatronatus pro medietate, quatenus verò præsentationes non subsistant, & facta sit deuolutio ad Sedem Apostolicam fiat ex hoc capite eidem Herculi collatio Canonicatus.

Exhibitis literis Apostolicis, Ordinarius non verificatis exactè conditionibus, ad executionem processit, & hatum vigore Herculem in possessionem Canonicatus immisit; ideo tam Familia Langa, quàm Ciuitatis Nouariæ pro prætenso grauamine adiuere Signaturam, quæ rescripsit, Parito literis arbitrio Rotæ, apposito Sequestro; eoque apposito, inquirendum remansit: An intret arbitrium pro retardatione exequutionis literarum Apostolicarum, & Hercule non informante, fuit resolutum affirmatiuè.

Quia literę non sunt iustificatæ, Hercules enim narrauit se esse præsentatum cum paritate vocum, deuolutionem factam Apostolicæ Sedi, & nemini ius quæsitum, quæ tamen in facto non subsistunt; non paritas vocum, quia cum non decem Canonicatus sint erecti, vt iusserat Testator, sed quinque, ex quibus duo sint pro Familia Langa, duo pro Ciuitate, & vnum pro Capitulo proportionabiliter ad
1 mentem Testatoris, † iam Hercules præsentatus à Capitulo, non est in paritate, cum præsentatis à Familia, & Ciuitate, quæ duas præsentationes habeot: Minus adest deuolutio ad Apostolicam Sedem, quia erectio sexti Canonicatus
2 fuit facta 25. Nouembris 1674. † præsentatio verò à Familia Langa 26. Decembris eiusdem anni, sicque deuolutio non intrat, & demum consequens vt præsentatio per Familiam Langam sit Ius quæsitum, quę omnia cum non fuerint veri-
3 ficata, † pręuia Causę cognitione, immissio decreta, & concessa omninò corruit, Coccin. *decis.* 177. *num.* 3.

Maximè cum adessent legitimi contradictores, teneba-
4 tur Exequutor assumere partes Iudicis, † nec pręcipitanter ad exequutionem procedere, Peuting. *decis.* 229. *num.* 2. pręsertim cum literę Apostolicæ clausulas inuoluerent, verificato prius, amoto &c. & dummodo tempore datæ pręsentium non sit in dd. Canonicatu, & Præbenda alicui ius
5 specialitèr quęsitum, † quę ex sui natura faciunt exequutoreio mixtum, prout de singulis hisce clausulis respectiuè, Caualer. *decis.* 211. *num.* 2. Burat. *decis.* 746. *num.* 7. *& dec.* 651 *num.* 1.

Accedit, quod distributio vocum pro pręsentatione ad sextum Canonicatum, minus rectè fuit assignata: Esto enim, quod contributio inter Familiam, Ciuitatem, & Ca-
6 pitulum fuisset facienda, † proportio seruari debuit, itant duæ partes familię duę Ciuitati, vna Capitulo iuxta partitionem à Testatore statutam, *l. si quis testamento §. apud Iulianum ff. de leg.* 1. *l. si verò §.* 1. *ff. de milit. testam.* Thęsaur *quæst. forens.* 114. *num.* 1. *lib.* 3. Capic. Latr. *decis.* 12. *num.* 2. Castill. *controu. iur. lib.* 1. *cap.* 51. *num.* 23. Salgad. *in labyr. par.* 2. *cap.* 4 *num.* 2.
7 & pro rata vnicuique † iuspatronatus competeret, vt appositè exemplificat Escobar. *de ratiocin. lib.* 2. *comput.* 10. *numer.* 6.

Imò neque computatio videbatur habere locum, cum adesset Familia à Testatore prędilecta, prout prędilectionem testantur verba eiusdem ad hunc effectum directa: Che morendo parte delli primi Canonici, qui omnes decem numero à Testatore erant nominandi, conforme al numero de' morti, se li debba sostituire prima li quattro da nominarsi da Casa Langa, perche mi dichiaro voler, che sia sempre compito il numero di quattro Canonici di Casa Langa &c. Tuncque non intrat contributio, † sed persona pre- 8
dilecta omnibus prefertur, cui voluerit Testator verisimilitèr integrum relictum prestari, vt in puncto, cum non adsunt bona sufficientia † pro solutione omnium legatorum 9
scribunt Peregrin. *de fideic. art.* 4. *num.* 64. *in fin.* Escobar. *de ratiocin. lib.* 2 *comput.* 10. *num.* 11. *vers. in hac tamen.* Rouit. *decis.* 87 *num.* 4. Franc. *decis.* 236. *num.* 11.

Vnde fit consequentia non iustificari narratiuam, quod in Canonicatu alteri non sit ius quesitum, cum de tempore datę adesset prçsentatus à Familia Langa, † & qui tamquam 10
maioribus vocibus suffultus, alijsque pręditus qualitatibus, habere debet † pro instituto, nec illi Papa pręiudicare vo- 11
luisse censetur, stante clausula † Nulli de tempore datę, 12
Caual. *decis.* 478. *num.* 6. Cels. *decis.* 144. *num.* 12. *& in Lunen. seù Sarzanea Capellaniæ* 29. *Martij* 1669. *coram Eminentissimo Carpineo*, & ideo intrare arbitrium pro retardatione literarum Apostolicarum fuit conclusum, altera tantum Parte informante, licèt altera sępiùs citata &c.

REVERENDISS. D. ALBERGATO

Sacræ Rotæ Decano.

Romana Fideicommissi Io. Petri Senioris de Caffarellis.

Veneris 29. *Aprilis* 1678.

ARGVMENTVM.

Possessionem defuncti, & bonorum identitatem principalitèr continet hæc decisio, illa ex actibus possessorijs, ac etiam confessione partium deducta, quæ adhuc cõtra habentes causam ab eis plenè probat; Hæc autem resultans ex combinatione confiniũ, ac etiam quia hæredes possidebant in loco, in quo pariter possidebat defunctus. Rursus etiam de transactione, seù acquisitione facta à grauato super bonis fideicommissi, quatenus non sibi, sed fideicommissario quæratur, & an contractus initus à filio super bonis patris, tamquam super re propria non ideo excludat dd. bona spectare ad eundem patrem, latè in eadem decisione firmatur.

SVMMARIVM.

1 *Possessio testatoris, & fideicommittentis est principale requisitum pro obtinenda immissione vigore* l. final. C. de edict. Adr. toll.

2 *Possessio probatur ex sententijs in quibus ipsa enunciatur eo magis si illæ per concordiam approbatæ sint.*

3 *Possessio probatur ex venditione herbarum Casalis, seù Tenutæ.*

4 *Vendere herbas est colligere fructus, & sic actus possessorios facere.*

5 *Locationes plures adminiculatæ, & effectum sortitæ probant possessionem ad quemcumque effectum.*

6 *Locatio dicitur effectuata per solutionem pensionis, vt passibus à conductore, vel affictuario factam.*

7 *Inuentarium, eiusque confessio probat identitatem contra inuentariantes, & habentes causam ab eis.*

8 *Possidere cum alio qui se insimul fatetur, illius etiam possessionem plenè probat.*

9 *Possessioni non datur maior probatio, quàm eius adeptio facta auctore Prætore.*

10 *Possessio remanet continuata per perceptionem fructuum.*

11 *Assertio facta in transactione, non solum probat contra transigentem, & asserentem ipsum, verum etiam contra habentes causam ab eis. & n. seq.*

12 *Enunciatiua emissa à grauato super bonis fideicommissi plenè probat.*

13 *Possessio semel probata presumitur continuata vsq; ad obitũ*

14 *Possessio semel probata, tunc solum præsumitur continuata, quando de interruptione non constat.*

15 *Possessio Testatoris præsumitur continuata vsque ad mortem, si hæredes quietarunt debitorem de affictibus ipsis solutis.*

16 *Hæredes non potuissent percipere fructus bonorum hæreditariorum, si illa à Testatore non fuissent possessa.*

17 *Possessio probatur ex confessione partis, etiam contra illum, qui habet causam ab ea.*

18 *Immissio vigore* l. final. *hæredi, vel fideicommissario conceditur ex sola possessione defuncti, nulla habita consideratione tituli, quo ille possederit.*

19 *Transactio, & stipulatio hæredis, quatenus hæreditario, vel proprio nomine facta dicatur. & num. seqq.*

20 *Bona acquisita à fideicommissario ex causa fideicommissi, eidem fideicommisso, non autem sibi acquiruntur. & num. anteced. & seqq.*

21 *Bona vigore transactionis acquisita à grauato, ita fideicommisso quæruntur, vt actione eiusdem fideicommissi peti possint.*

22 *Transactio facta à grauato existente in possessione, præsumitur facta pro conseruatione antiqui tituli, non autem ad nouationem inducendam.*

23 *Clausula* pro se, & hæredibus *apposita in transactione facta à grauato super bonis fideicommissi, intelligitur de hæredibus, & successoribus ad idem fideicommissum vocatis.*

24 *Stipulatio facta pro se, & hæredibus super bonis fideicommissi, interpretanda venit, quatenus purificatio fideicommissi non succedat.*

25 *Clausula* pro hæredibus *adiecta transactioni factæ super bonis fideicommissi, refertur ad portionem, de proprio à grauato solutam.*

26 *Sententiæ à partibus acceptatæ, in dubium amplius reuocandæ non sunt.*

27 *Assertio grauati bona fuisse libera à fideicommisso non præiudicat vocatis, quia hoc dicitur affirmatum ad alliciendum homines ad eis credendum pecunias.*

28 *Super Bonis fideicommisso subiectis pecunias neminem credere velle præsumitur.*

29 *Possessio Testatoris inter filios, & hæredes probatur ex descriptione facta in testamento.*

30 *Census impositio facta à filijs super bonis patris tamquam proprijs, quatenus probet, vel excludat possessionem eiusdem patris. & numeris sequentibus.*

31 *Ratificatio patris promissa à filio contrahente super bonis eiusdem patris, illa ad ipsum spectare plenè probat.*

32 *Filius contrahens super bonis patris tamquam proprijs, intelligitur de sui quasi dominio improprio.*

33 *Filius viuente patre dicitur quodammodo dominus bonorum paternorum.*

34 *Filius contrahens super bonis patris, quatenus reportando cessionem ad fauorem sui, vel patris declaret bona spectare ad ipsum patrem.*

35 *Scriptura vna declarat aliam.*

36 *Actore donationem non probante, reus absoluitur.*

37 *Identitas bonorum quatenus ex combinatione confinium remaneat probata, ac etiam ex alijs. vid. num. seqq.*

38 *in Antiquis vltrà sæculum, etiam in materia identitatis, leuiores probationes sufficiunt*

39 *Identitas bonorum probatur, si hæres possidet in eo loco, in quo possidebat defunctus. amplia vt ibidem.*

40 *Hæredis noua, & intermedia acquisitio probari debet, ne bona in loco, quo possidebat defunctus præsumantur hæreditaria. & num. seq.*

41 *Detractiones præsumuntur consumptæ, si cum non confectione inuentarij, etiam alienationes concurrunt.*

DECISIO CCIX.

POst duas decisiones, quarum prima emanauit coram bo. me. Priolo sub die 17. Aprilis 1673. & altera sub die 4. Februarij 1675. coram me in eius locum subrogato, in quibus fuit resolutum constare de valido testamento Io. Petri Senioris, ac de fideicommisso in illo ordinato, & post obitum D. Petri purificando ad fauorem bo. mem. Ducis Gasparis, quatenus D. Petrus sine filijs masculis decedere contingat, fuit hodie ad instantiam moderni Ducis ad idem fideicommissum vocati prosequuta Causa, & disputatum dubium: An, & super quibus bonis post obitum D. Petri sine filijs, vt supra decedentis, danda sit immissio;

Et DD. post secundam propositionem responderunt dandam esse in Casale S. Laurentiæ, in Casale Fontis Virginis, vnà in Caffarella, ac in duabus Domibus, quarum altera hic in Vrbe, altera verò Tiburi sita est, quia huiusmodi quatuor corpora bonorum sunt illamet, quę Testator continuò possedit, quod inter cætera requiritur
† ad obtinendam immissionem vigore *l. final. C. de edict. Diu.* 1
Adr. toll.

Identitas, & possessio fideicommittentis respectu Casalis S. Laurentiæ visa est probari ex pluribus, & signanter ex binis sententijs latis inter Io. Petrum fideicommittentem, eiusque fratres, ac Homines Ardeæ super iure pascendi in Territorio Ardeæ ad ipsum, & fratres spectante, in qua non controuertitur situm esse huiusmodi Casale, in quibus sententijs cum enuncietur possessio eorundem fratrum,
† & fuerint acceptæ per concordiam successiuè inter colliti- 2
gantes stipulatam, indè probata dicitur possessio, Posth. *de manut. obseru. 29. num. 1. & 15.* Rota *post eum dec. 165. nu. 2. & coram Caual. decis. 117. eodem numer.* † sicut eadem pro- 3
batio resultat ex instrumentis venditionis herbarum † eius- 4
dem Casalis, nam herbas vendere est colligere fructus, † & 5
sic facere actus possessorios Mascard. *de probat. concl.* 1090. *n.* 1. Posthius *de manut. obseru. 23. num. 4. & 15.* Rota *in recent. dec. 632. num. 4. par. 3.* Cæsar. de Grass. *decis. 83. alias 14. num. 4. de testib. & decis. 292. num. 4. coram Cels.*

Idem conuincitur, tum ex instrumentis locationum per eundem Io. Petrum factarum, quæ tamquam numero plures, adminiculatæ, ac effectum sortitæ per solutionem affi-
ctus factam à conductoribus, † plenè probant possessio- 6
nem † ad quemcumque effectum, Posth. *d. obseru. 23. nu. 31.* 7
Eugen 47. *num. 2. & seqq. lib. 5.* Rota *coram Bichio decis. 172. num. 12. & dec. 219. num 18. par. 14. rec.* tùm ex inuentario bonorum Ioannis Andreæ fratris Testatoris, confecto de anno 1558. per Ascanium, ac Prosperum illius hæredes, vbi asseruerunt dictum Tenimentum possidere pro indiuiso
cum Io. Petro, tunc viuente, † quæ confessio probat iden- 8
titatem contra inuentariantes, & habentes causam ab eis, qualis est D. Petrus, Rot. *dec. 484. n. 21. 22. coram Peuting. & in Romana fideicommissi de Cribellis 18. Martij 1672. §. Identitas,*
bis positis coram me, † & ille qui fatetur se possidere cum 9
alio pro indiuiso approbat possessionem illius, qui secum possidet, Rot. *dec. 220. num. 3. par. prima, & dec. 160. nu. 3. par. 5. recentior.*

Prædictis accedit non solum expressa hypotheca, cui pro dote Drusillæ eius Nurus Io. Petrus supposuit hoc Casale, sed etiam instrumentum transactionis factæ anno 1566. inter clar. me. M. Antonium Columnam, & prædictos Ascanium, & Prosperum filios Ioannis Petri, in quo asseritur, illum fuisse per sententiam Iudicis immissum, & fructus percepisse; Maior enim probatio possessionis dari ne-
quit, † quàm illius adeptio, auctore Prætore, & continua- 10
rio per fructuum perceptionem, Rot. *dec. 60. nu. 4. par. 14. rec.* & huiusmodi assertio probat nedum contra transigentes,
† verum etiam contra illos, qui ab eis causam habent, Pere- 11
gr. *de fideic. art. 44. num. 22. vers. cum assertio,* Rota *coram Bich. dec. 559. num. 3. & 143. nu. 4. coram Cardin. Celso*, & præcisè de
enunciatiua † in transactione super re fideicommissaria, 12
Rot. *in Bononien. fideic. de Foscherarijs 21. Iunij 1675. §. final. coram R. P. D. Calatain.*

Ista autem possessio Testatoris semel probata, nedum
præsumitur continuata vsque ad obitum, † vt ad effectum, 13
de quo agitur respondit Alex. *cons. 33. nu 22. lib. 3.* Rota *coram Dunoz. dec. 558. num 18. & in Romana fideicommissi Io. Podiani de Forzatinis 4. Decembris 1673. §. identitas coram R. P. D. Calataiu, & in Romana fideicom. de Cribellis 15. Iunij 1674. §. identitas coram me*, dummodo tamen non constet ipsam posses-
sionem medio tempore fuisse interruptam, † vt erat casus 14
in alia *Romana fideicommissi Prosperi de Caffarellis 12. Iunij 1676 coram R. P. D. Bourlemont*; verum etiam Io. Petrum
possedisse vsque ad obitum † positiuè probatur, ex quo illo 15
defuncto, eius supranominati filij, & hæredes quietarunt Conductorem huius Casalis de Affictibus sibi solutis occasione locationis factæ à fideicommittente, dum viueret;
† Si enim semper non continuasset in possessione hæredes, 16
non potuissent fructus exigere, vlterius probatur ex supradicta transactione stipulata inter DD. Columnenses, & antedictos hæredes, qui fassi fuerunt, se possidere Tenutas
Ardeæ, vti filios, & hæredes Io. Petri, † vndè probata re- 17
manet continuatio possessionis contra D. Petrum causam habentem à dictis hæredibus, Fusar. *de substit. qu. 618. n. 29. & 34.* Peregr. *de fideic. art. 44. num. 20.* Rot. *dec. 42. num. 2. & 4. par. 5. rec.*

5. rec. & præcisè possessio Ioannis Petri dum vixit supponi-
tur in decis. 205. parte 7. rec.

Nec potest dici, quod talis possessio non fuerit legitima
ex quo Io. Petrus illam acceperit vigore sententiæ Iudicis
suspecti allegati, quia vltra quod de hac positiua allegatio-
ne non docetur, cum solum ostendatur mandatum ad al-
18 legandum † Iudicem suspectum, & sententia ipsa vna
cum possessione illius vigore adepta fuit in ipsa transactio-
ne approbata tamquam ritè, & rectè lata, sufficit vocatis
ad fideicommissum ad obtinendum immissionem contra
hæredes grauatorum, vel habentes causam ab eis, quod
19 Testator possederit † nulla habita consideratione tituli,
quo possedit, Roland. cons. 2. num. 2. lib. 3. Rot. dec. 194.
num. 11. coram Gregor. et dec. 143. num. 7. coram Peuting. &
in Terracinen. fideicommissi de Piloreijs 6. Iunij. 1659. §. nec
aduersari coram me.

Prout non releuat, quod Ascanius, & Prosper filij Ioan-
nis Petri anno 1566. transigentes cum clar. me. Marco An-
tonio Columna super hoc Casale sibi, non autem pro fidei-
20 commisso stipulati fuerint, † quia cum ipsi non ex propria
persona, sed solum vti hæredes super Casale litem habe-
rent, non poterant stipulari, nisi nomine hæreditario,
alias facultas transigendi eis competere non poterat, Bal.
cons. 275. num. 2. lib. 5. Cancer. var. pa. 3. cap. 15. num. 209.
Olea. de cess. iur. tit. 6. qu. 7. num. 2. Valleron. de transact.
tit. 5 qu. 6. numer. 23. Rot. dec. 402. num. 6. coram Card. Cels.
& in Romana Casalis 18. Iunij 1660. coram Eminentiss. Cerro,
ideò Casale nequiuit acquiri illis, sed fideicommisso quæ-
21 situm fuit, nam bona acquisita per transactionem † ab hæ-
rede factam iure hæreditario acquiruntur hæredi tamquam
hæredi, non autem tamquam particulari, & priuatæ per-
sonæ, gloss. in l. Imperator §. vltima verb. non videtur ff. de
leg. 2. Capr. consil. 88. num. 14. Andreol contr. 282. numer. 3.
Rota coram Royas dec. 101. num. 3. & in Romana primogenitu-
ræ de Bubalo 25. Iunij 1672. §. idque non obstante coram R. P.
D. meo Emerix. & in Bononien. prædij 16. Aprilis 1674. §. ne-
que obstat coram bo. me. Priolo, & in specie, quod per tran-
22 sactionem factam à grauato † acquiratur fideicommisso,
illudque augeatur, & bona sic recuperata eadem actione
fideicomissi peti possint, tradunt Fusar de substit. qu. 629.
per tot. Valleron. de transact. tit. 5. qu. 6. num. 24. & 25. No-
guerol. alleg. 19. num 29. Rot. dec. 300. num. 14. parte 5. rec.
& in d. dec. 100. num. 4. coram Royas, Caualer. dec. 58. num.
5. 2. & recedendo à contrarijs firmauit Rot. in Romana fidei-
commissi de Boncompagnis 26. Februarij 1666. §. final. coram
Reuerendiss. Beuilaq.

Idque facilius in præsenti, vbi hæredes reperiebantur in
possessione, ideo transigendo præsumitur id egisse ad effe-
23 ctum liberandi hæreditatem à molestijs, † & ad extinguen-
dam litem ad confirmationem antiqui tituli, non autem
ad faciendam nouationem ad text. in l. si pro fundo C. de tran-
sact. Surd. consil. 418. num. 17. Peregr. de fideic. art. 40. num.
526. Cancer. var. resol. lib. 3 cap. 15. num. 201. Molin. de
primog. lib. 4. cap. 9. num. 22 Olea de cess. iur. tit. 6. qu. 7. nu.
53. Rota dec. 836. num. 12. coram Dunozett. & in d. Romana
Casalis cor. Emin. Cerro §. certius, & in d. Romana fideicom-
missi de Boncompagnis §. fin.

In nihilo releuante, quod stipulatio concepta sit pro se,
& hæredibus, quodque soluerint transigentes scuta 16000.
24 de proprio, quia dum transactio † facta fuerit ab hæredibus
grauatis super re hæreditaria, censetur stipulatio facta pro
hæredibus, & successoribus vocatis ad fideicommissum,
Andreol. contr. 182. num. 2. Rota dec. 38. num 4. & dec. 70.
num. 7. par. 9. & dec. 308. par. 11. rec. et decis. 647. num. 10.
coram Cocem. & in Catacen. hæreditatis 18. Aprilis 1633. §.
quia cum iste cor. Eminentiss. Cerro, vel debet intelligi qua-
25 tenus purificatio fideicommissi non euenerit, † vt voluit
26 Peregr. dec. Patau. 5. num 9. † vel tandem referri debet ad
quantitatem de proprio solutam, Grat. discept 476. nu.
14. Molin. de primog. lib. 9. cap. 9. num. 25. R. P. D. de Luca
de fideic. disc 177. pro cuius quantitati s recuperatinne hæ-
27 res, qui soluit effectus fuit † dumtaxat creditor fideicom-
missi, vt latè dictum fuit in Romana alleg. primogenituræ de
Bubalo cor. R. P. D. meo, Emerix, & in ead. 28. Iunij 1673.
§. fin. coram R. P. D. meo Vicecom.

Hinc quoque visum est irreleuans id, quod pro parte D.
Petri dicebatur de cessione reportata à Columnentibus iu-
rium ipsis competentium, vel ex fideicommisso, vel ex
pacto de retrouendendo controuersum Tenimentum facto
per Antonium Caffarellum Auum Io. Petri fideicommit-
tentis, & primum acquirentem huius Tenimenti, quia
fuit animaduersum, quod iura iam per sententias latas ad
fauorem fideicommittentis reportata fuerunt, mediante
reintegratione eisdem fideicommittentis ad possessionem
suorum auctorum, ac condemnatione eorundem Colum-
nensium ad restitutionem fructuum ex Tenimento per-
ceptorum, † quæ quidem sententiæ cum fuerint ab ipsis 28
acceptatæ, non sunt in dubium reuocandæ, l. si eo tempore,
vbi gloss. in verb. amisisse, et Bart. nu. 1. ff. de remiss. pig. cum
alijs in decis. 223. numer. 8. cor. bo. me. Card. Celso.

Nec ad excludendum fideicommissum releuat, quod
Dux Gaspar, imponendo nonnullos census affirmauerit
Casale esse liberum à quocumque fideicommisso purificato,
seu purificando, quia talis assertio non præiudicat voca-
tis, † cum hæredes grauati id affirmare soleant, vt alliciant 29
homines ad credendum sibi pecunias, quas aliter nemo da-
ret, vt pluries respondit Rota, & signantèr post Censalem
add. ad Peregr. dec 44. num. 16. decis. 136. num. 24. cor. Du-
noz. et in Romana fideicommissi de Albertinis 18. Martii 1672.
cor. bo. mem. Priolo.

Quo verò ad Casale Fontis Virginis, vulgò, la Gaffarel-
la, illius identitas, & possessio Io. Petri probatur, tùm ex
instrumento locationis de anno 1533. ab eodem factæ, tum
ex instrumentis duorum censuum super eodem imposito-
rum à Testatore de an. 1556. & 1561. ac etiam ex testa-
mento eiusdem, in quo ipse descripsit hoc Casale, prohi-
bens filijs illius diuisionem, quæ Testatoris assertio maxi-
mè inter filios, † & hæredes probat bona fuisse ab eo posses- 30
sa, iuxta cons. Bald. 89. num. 3 lib. 1. Rota cor. Card. Celso
173. num. 4. et 267. n. 6. et 295. n. 3. & 6. & in alleg. Romana
fideicommissi de Cribellis §. identitas, & in eadem 3. Iunii 1674.
§. tantum abest cor. me.

Neque continuationem possessionem possessionis exclu-
dit instrumentum census super eodem Casali impositi à
filijs Testatoris, eo adhuc viuente, † quia licèt illi censum 31
imposuerint tamquam super re propria, asserentes se Do-
minos, nihilominus quia promiserunt de rato pro eorum
Patre, indè non solum non excluditur possessio patre, imò
magis comprobatur, † quia si Casale ad eundem non spe- 32
ctasset, inanis, ac superflua fuisset talis ratificationis pro-
missio, † & assertio filiorum intelligenda est de quasi do- 33
minio improprio, quod habent filij viuente patre, † quo 34
tempore dicuntur quasi Domini, vt explicat Paschal. de
patr. potest. par. 4. cap. 1. num. 1. & seqq. & in proximis ter-
minis ratiocinatur Rota dec. 531. num. 5. & seqq. coram Bich.
& hanc veritatem comprobat alterum instrumentum ab
eisdem filiis celebratum de anno 1566. vbi declaratur præ-
dictam impositionem fuisse factam vice, & nomine eo-
rum patris.

Et clariùs elicitur, quod census à filiis impositus fuerit
nomine patris, & super fundo paterno ex altero instru-
mento stipulato eadem die impositionis census, præsefe-
rente pecunias censuales fuisse conuersas in extinctionem
debiti paterni, quod cum esset in maiori summa, cessio-
nem reportarunt ad fauorem patris ad mensuram pecunia-
rum censualium in extinctionem erogatarum, & pro re-
siduo, quod proprio ære vnius ex filijs fuerat persolutum,
cessio ad istius fauorem pro hac rata † reportata fuit, signum 35
euidens, quod fundus spectabat ad patrem, aliàs si ad
eum non pertinuisset, reportassent cessionem iurium pro
tota summa, sicut fecerunt pro rata de proprio soluta; † 36
Ex ista enim combinatione, & coniunctione scriptura-
rum, veritas elicitur, cum vna scriptura declaret alteram,
Bald. cons. 212. in princ. vers. & seq. de natura lib. 1 Molin.
de rit. nupt. lib. 3. quæst. 24. num. 290. nil faciente responsio-
ne, quod filij Casale possederint tamquam patris donata-
rij, † quia de hac donatione doceri debet, aliàs intrat vul- 37
gata regula, Actore non probante &c. de qua in l. actor
quod asseruerat C. de probat.

Domorum verò identitas, & possessio fideicommitten-
tis pariter visa est DD. probari, nam respectu ad illam
sitam in Vrbe, & à D. Petro inhabitatam, hæc fuit posses-
sa à Testatore, dum super ea censum imposuit de anno
1555. illamque anno 1562. specialiter hypothecauit pro dote
Nurus, & hanc domum hodie esse illammet identificè re-
sultat, ex quo ille possidebat duas domos contiguas, qui-
bus ab vno latere cohærebant bona Bernardini Gaffarel-
li, † & à tribus lateribus aderant viæ publicæ, qui con- 38
fines benè conueniunt huic domui, & alteri hodie possessæ
à D. Principe Sabello, quam alienauit Dux Pater moder-
ni Ducis, & concordant confines appositi in Inuentario
bonorum patris D. Petri, & assertio ibidem emissa,
quod

qund hæc domus erat ſuppoſita fideicommiſſo Aui, & allo-
39 tum anteceſſorum, & cum verſemur in te antiqua † vltra
ſæculum, leuiores probationes admittuntur ad effectum,
de quo agitur; maximè quando hæredes poſſident in loco,
40 loci, vbi Teſtator poſſidebat, † quia tunc, niſi doceatur
de intermedia hæredis acquiſitione, intrat præſumptio,
quod ſint eadem bona relicta à Teſtatore, Fulgoſ. *conſ.* 145.
num. 2. pluries à Rota receptum, & ſignantèr *coram Celſo*
deciſ. 108. *num.* 4. *&* *deciſ.* 173. *num.* 6. *& in allegatis Romana*
fideicommiſſi de Cribellis 18. *Martij* 1672. *&* 20. *Martij* 1673.
& 15. *Iunij* 1674. *coram me.*

Poſtremò conſtat de identitate, & poſſeſſione domus
Tiburtinæ ex inſtrumento acquiſitionis per Io. Petrum fa-
ctæ à Bernardino medietatis dictæ domus, cuius alia me-
dietas erat ipſius Ioannis Petri pro indiuiſo cum Ioanne
Andrea fratre, & accedit locatio facta ab eodem Ioanne
Petro anno 1534. & comprobatur continuatio poſſeſſionis
vſque ad illius mortem, ex quo in dicto Inuentario patris
D. Petri hæc domus deſcribitur cum alijs bonis Tibure ſitis
tanquam de fideicommiſſo Aui, & aliorum anteceſſorum;
41 † Ex quibus omnibus, iuncta moderna poſſeſſione hæredis
in eodem loco, & ſitu, non docto de alia acquiſitione ibi-
dem ab eo facta, probata dicitur identitas, vt plenè con-
cluſum fuit in prædictis *deciſionibus editis in Romana fideicom-*
miſſi de Cribellis coram me.

Oppoſitæ detractiones non fuerunt habitæ in conſidera-
42 tione, quia præſumuntur conſumptæ, † ex quo conſtat de
pluribus alienationibus, & non apparet fuiſſe confectum
Inuentarium bonorum fideicommittentis, Rot. *deciſ.* 31.
num. 2. *par.* 11. *rec.* *& in Romana appartamenti* 16. *Nouembris*
1674. *§. final. coram Reuerendiſs. Matthæio, & in Romana,*
& Verulana fideicommiſſi 15. *Iunij* 1676. *§ deficit etiam coram*
R. P. D. Calatnia.

Et ita vtraque &c.

R. P. D. T A I A.

poſtea S. R. E. Cardinali.

Pampilonen. Anniuerſarij.

Lunæ 9. *Maij* 1678.

A R G V M E N T V M.

Capellaniam certis oneribus inſtituendam teſtator iniunxerat, cuius tamen exequutor nouum onus appoſuit; cunctante igitur Capellano illud implere; Attamen pro illius executione iudicatum eſt, quia erat in limine fundationis appoſitum, de conſenſu matris, quæ dotem auxerat beneficij, & ab Ordinario in inſtitutione approbatum.

S V M M A R I V M.

1 *Anima certè viuit poſt mortem teſtatoris defuncti, licet forſan eius hæres non ſuperuiuat.*

2 *Onus à teſtatore, & patrono non iniunctum, ab illius exequutore imponi non poteſt.*

3 *Exequutor teſtamentarius non poteſt excedere fines mandati, maximè in grauamen Eccleſiæ.*

4 *Exequuter teſtamentarius non poteſt variare id, quod teſtator non intellexit, ſed vide num.* 7.

5 *Anniuerſarium, celebratio miſſarum, & aliud quodcumque onus expreſsè in fundatione appoſitum, adimplendum eſt.*

6 *Onus iniunctum ab eo, qui auxit dotem beneficij, & ab Ordinario etiam, qui præſtitit conſenſum inſtitutioni, adimpleri debet.*

7 *Variatio permittitur etiam poſt erectionem beneficij, modo tamen ſequatur ante conſenſum Epiſcopi, ſed vid. numer.* 4.

8 *Onus beneficij à beneficiato acceptatum, ab eo impugnari amplius non poteſt.*

Amplius etiam ſi teſtator, & fundator illud beneficio non impoſuerit ſupra à num. 5.

D E C I S I O CCX.

TEſtator Hiſpanus Franciſcus in Indijs nouum fecit
mandatum ad teſtandum, condendumque teſtamen-
tum, & ſuam vltimam voluntatem tribus Procurator-
ibus, & cuilibet inſolidum, quam illis communicauit, exe-
querentur iuxtà tenorem memoriæ, quam ſubſcriptam à
ſe reliquit, inſtituendo hæredem Magdalenam Matrem in
Hiſpanijs, ſi ſuperuixiſſet, ſin minus animam ſuam (cer-
tè ſuperuicturam) vt de ſuis bonis erogaretur, † pars in 1
Miſſarum celebratione, & reliquum in fundatione Capel-
laniæ perpetuæ.

Mortuo Franciſco mandante, ſiuè teſtante, Andreas exequutor in executionem voluntatis ſibi communicatæ aſſignauit pro dote Capellaniæ petia 4000. de octo realibus, & nominauit primum Capellanum Antonium, ad hoc, vt vita durante percipiat eleemoſynam ex 4000. petijs huiuſmodi cum obligatione celebrandi quolibet anno 50. miſſas &c. in inſtrumento 5. Februarij 1661.

At repetendo nominationem eiuſdem Antonij aliter proſequutus eſt, ut Antonius eius vita durante inſeruiat Capellaniæ, & percipiat pro eleemoſyna vniuſcuiuſque ex 50. miſſis, quas tenebatur quolibet anno celebrare tria petia, quæ faciunt ſummam petiarum 150. & reliqua 50. petia ad complementum 200. correſpondentia doti 4000. petiorum ſortis principalis vnius Anniuerſarij, quod dicendum cantatum, & cum Vigilia, & ſolemnitate in die Sancti Franciſci in perpetuum &c. in alio inſtrumento 15. Aprilis 1661.

Nauibus ab Indijs progreſſis ad Hiſpanias Ordinarius Pampilonen. viſis ſcripturis antecedentis, vt effectum habeat fundatio Capellaniæ controuerſæ (inquit in ſua ſententia) & ſtante, quod Magdalena cum qualitatibus, & conditionibus expreſſis addendo 125. petia de octo in augmentum ſupradictæ Capellaniæ, vt ſit 3000. ducatorum ſortis principalis Capellaniam adiudicamus ſupradicto Antonio &c. & ei expediatur titulus in forma debita cum relatione omnium contentorum in inſtrumentis præſentatis, & quod Capellani Succeſſores teneantur adimplere qualitates contentas in conſenſu ſupradictæ Magdalenæ &c. prima Ianuarij 1663.

Mortuo autem Antonio præſentatus fuit Franciſcus, & orta eſt contentio inter Venerabile Capitulum, & Franciſcum ipſum de Anniuerſario non contento in primo inſtrumento, & contento in ſecundo, & adiecto in collatione Franciſco facta, videlicet celebrando etiam faciendo anniuerſarium cantandum cum Vigilia, & ſolemnitate ſancti Franciſci anno quolibet in perpetuum; Iamque ab Ordinario Pampilonenſi condemnatus eſt Franciſcus, vt ſoluat quartam partem eorum, ad quæ aſcendunt redditus 3000. ducatorum conſignatorum Capellaniæ pro duobus Anniuerſarijs in duobus annis excomputatis pro nunc de illis correſpondentibus eleemoſinæ Vigiliæ relictæ in celebratione ſupradictorum Anniuerſariorum iuxtà diſpoſitionem ſupradictæ fundationis, & ab hac ſententia deducta cauſa ad Nuntiaturam, reuocata fuit ſententia, & declaratum debere ſeruari fundationes tradendo tria petia de octo regalibus argenti pro qualibet miſſa, & exiſtentibus pluribus redditibus, fieri Anniuerſarium iuxtà formam ſecundæ fundationis, a qua ſententia per nouam appellationem deducta cauſa ad Rotam, & hodiè propoſito de more dubio, an ſit celebrandum Anniuerſarium, & quid contribuendum.

Quidquid vnus diceret non celebrandum, quia id debet
fieri à Patrono, aut cum auctoritate Patroni, † & Patro- 2
nus impartiendo facultatem ad erectionem; hoc onus
non iniunxit, nec facultatem iniungendi expreſſit; † Vn- 3
dè merus exequutor non poterat excedere fines, mandati,
maximè in grauamen Eccleſiæ *l. in re mandata* 21. *Cod.*
mandati; præcipuè cum in prima declaratione intentionis
teſtatoris nullam mentionem fecerit huius oneris Anniuer-
ſarij † ſicque præſumendum in teſtatorem non inten- 4
diſſe, ità vt amplius exequutor non potuerit variare *alleg.*
Rot. *deciſ.* 33. *numer.* 7. *parte* 15. cum alijs.

Contrarium alij dixerunt Anniuerſarium eſſe celebran-
dum, quia vt dixerunt hoc onus expreſsè legitur in inſtru-
mento † fundationis, & ideò eſt adimplendum ad *tex. in can.* 5
penul. 18. *qu.* 2. maximè, quia hoc onus fuit approbatum à
Magdalena matre, † quæ dotem auxit, & ab Ordinario, qui 6
conſenſum præſtitit.

Nec

Nec obstat, quod Andreas Executor anteà nominando prædictum Capellanum imposuerit tantum onus celebrandi 50. missas quia hoc instrumentum non continet fundationem, sed quandam præordinationem ad fundationem postea faciendam, vt patet in secundo instrumento 15. Aprilis 1661. ijsque verbis remisit 4000. petia ad Ciuitatem &c. personis nominatis in supradicto mandato procuræ, vt exe-
7 querentur fundationem supradictæ Capellaniæ prout † de iure, ità vt antè præstitum consensum ab Episcopo variatio permittatur Rot. *decisione 316. numer. 27. & 28. parte 10. recentiorum*.

Et comprobatur, quia hæc fundatio erat facienda post obitum Magdalenę matris, ac proindè non potest dici facta in primo Instrumento, sed in secundo subsequenti continenti etiam onus Anniuersarij, cui ipsa Magdalena consensit subsequenti consensu, & auctoritate Ordinarij.

Et tollit omnem amaritudinem (dixerunt) quia Fran-
8 ciscus præsens Capellanus acceptauit hanc † Cappellaniam cum hoc onere ad tradita à Rot. *coram Ludou. dec. 42 nu. 4. &* Coccin. *dec. 5. num. 2. allegat.*

Anniuersario celebrando dixerunt, dictaruntque respondentes idem pro celebratione eiusdem contribuendo nouem regales solitam summam, quinimò pro stipendio Ordinario, & in puncto, & in casu declaratam à Magdalena, & à Capitulo ipso ità declarandis, & declaratis consensibus Magdalenę, & Francisci Capellani.

Et ita vtraque parte informante resolutum fuit.

R. P. D. PAVLVCCIO.

Cauallicen. Hereditatis.

Luna 9. Maij 1678.

ARGVMENTVM.

Primo testamento non præualere secundum, iam deciso, hodie confirmatum, ex clausula derogatoria speciali modo in eo apposita, cui per derogationem generalem derogatum non erat, nec etiam per illius obliuionem spatio decennij præsumptam, quia particularem reminiscentiam testatrix habuerat, ad quam probandam cum adducerentur codicilli interim ab eadem testatrice confecti, de recognitione illius manus plurimum disceptatum est, de cuius itaque materia, ac etiam de praxi causarum Auditori Rotæ vti Auditori, vel vti Prælato commissarum, & alia quoque perbellè in eadem decisione notantur.

SVMMARIVM.

1 *Sententia Rotalis in vltimis audientijs ante ferias generales, potest publicari infra mensem.*

2 *Rotę Romanæ facultates ampliatæ sunt etiam ad causas extra Rotam commissas, & n. 7.*

3 *Causa Auditoris Rotæ commissa quatenus vti Auditori, non tanquam Prælato dicatur commissa.*

4 *Rescriptum, seu commissio non nisi ad formam precum intelligendum est.*

5 *Dignitatis nomen expressum, ea, non persona censetur contemplata.*

6 *Persona, aut Dignitas an fuerit inspecta, inspicitur cuius nomen sit expressum.*

8 *Stylum loci, vel iudicis, qui in actitando prosequutus est non potest illius nullitatem apponere.*

9 *Legati* Auenionensis *auctoritas amplior est cæteris Legatis ordinarijs S. R. E. & plura de eo vid. numer. seqq.*

10 *Legatus* Auenionensis, *tanquam Vicarius Pontificis potest omnia facere, quæ sibi non reseruauit ipse Pontifex.*

11 *Clausula derogatoria posteriori voluntatis, & testamente speciali nota digna refertur, & approbatur num. seqq.*

12 *Clausula derogatoria vires adimit cuicunque testamento postea condito.*

13 *Testamentum secundum, qualecumque illud sit, non tollit primum, specialem habens clausulam derogatoriam, & quando.*

14 *Testamentum sine voluntate testatoris nihil potest operare.*

15 *non Entis nullæ sunt partes.*

16 *Clausulæ derogatoriæ virtus si tenaciter admittatur, inducitur necessitas, quæ diminuit libertatem testandi.*

17 *in Testamentis condendis summa libertas, ac planè integra, hominibus esse debet.*

18 *Necessitas ex suppositione resultans, dicitur necessitas consequens, quæ libertatem nedum tollit, sed nec diminuit.*

19 *Obliuio clausulæ derogatoriæ præsumitur per decennium.*

20 *Obliuionis non solum decennalis præsumptio, sed cuiuscumque etiam maioris temporis per reminiscentiam excluditur.*

21 *Veritas semper præualet, & ipsi omnia cedunt.*

22 *Præsumptioni non est locus, vbi constat de veritate.*

23 *Veritas scripturæ resultat si illa in publico instrumento sit exhibita.*

24 *Instrumentum publicum facit probationem probatam.*

25 *Existentia scripturæ ex illius exhibitione probatur.*

26 *Enunciatio antiqua codicillorum, vel alterius scripturæ in instrumento facta circa originalem subscriptionem illorum, plenè probat.*

27 *Falsitas, quæ nimis facilè detegi potuisset, non præsumitur.*

28 *Falsitas non præsumitur, si non possit assignari persona, cui illa adscribenda sit, & imputari possit.*

29 *Mori voluisse nemo præsumitur, sine declaratione falsitatis, ab eo, vt prætenditur commissæ.*

30 *Falsitas non potest imputari pupillis, qui nec doli, nec fraudis sunt capaces.*

31 *Falsitas non est adscribenda tutori, cuius illam committendi non interest.*

32 *Falsitas non præsumitur, si eo tempore nulla aderat causa illam committendi, quæ solum longè postea orta sit.*

33 *Recognitio per comparationem admittitur in codicillis æquè à testatore, ac à testibus subscriptis.*

34 *Recognitio manus, quæ fieri non potuit ob impedimenta alterius partis, in eius odium habetur pro facta.*

35 *Comparationis literarum probatio dicitur semiplena probatio.*

36 *Probatio semiplena iuris præsumptionem non tollit.*

37 *Præsumptio iuris transfert onus probandi in alium, & requirit probationem omnino plenam, & concludentem, intellige, vt num. 38.*

38 *Præsumptio iuris aliud est, quod simplicem præsumptionem operetur, aliud verò, quod pro vera, & concludenti probatione habeatur, & nu. 37.*

39 *Obliuionis præsumptio per decennium remittitur arbitrio iudicis, & qualis illa sit num. 36.*

40 *Præsumptio præsumptionem elidit, & standum est pleniori, & vehementiori, quod quando procedat vid. num. antecedentibus.*

41 *Comparationis literarum probatio sufficit, vbi sola, & simplex iuris præsumptio sit in contrarium.*

42 *Scriptura à partibus, & testibus subscripta, & recognita plenè probat.*

43 *Recognitio vnici verbi, quatenus per comparationem literarum admittatur.*

44 *Falsitas in vnico verbo de facile committi potest.*

45 *Recognitio manus requisita in apocha obligatoria non habet locum in alijs scripturis, & num. seqq.*

46 *Comparatio literarum etiam ad plenam probationem admittitur in cæteris scripturis exceptis apochis obligatorijs.*

47 *Dispositio* tex. in l. comparationem 19. C. de fid. instrum. *quo ad solas apochas priuatas est correcta.*

48 *Apochæ priuatæ recognitio, an, & quatenus per comparationem literarum fieri possit, vel non, & sup. num. anteced.*

49 *Falsitas difficilior est propter concursum plurium personarum, quæ se in scriptura subscripserunt.*

50 *Recognitio manus facta à peritis quatenus formiter facta sit, & plenè probet.*

51 *Relatio peritorum, à qua appellatum non sit transit in iudicatum, & num. 53.*

52 *Relationem peritorum, quos aliquis elegit, impugnare nemo potest.*

53 Periti electi pro recognitione manus, plenè probant.

54 Recognitio manus per comparationem literarum eo magis admittitur, vbi subscriptioni etiam sigillum testatoris accessit.

55 Manus testatoris ab illius sigillo coadiuuatur, & sigillum recipit comprobationem à manu.

56 Scriptura incidenter deducta pro comprobatione alterius, non requiritur, quod omnino sit in forma probanti.

57 Recognitio manus per comparationem admittitur, vbi scriptura recognoscenda ad solam probationem voluntatis testatoris adducitur.

58 Testamentum primum habens clausulam derogatoriam, non fuisse reuocatum per secundum, plurimum attenditur.

Quod in illo sit institutus hæres ab intestato successurus, vbi verò secundum factum sit fauore extranei ibidem.

DECISIO CCXI.

REuocata iterum ad examen decisione, *quæ prodijt
coram me 20. Nouembris 1676. in hac causa sub eo
dubio: An sit standum, vel recedendum in decisis, adeo-
que confirmandam denuo sententiam latam à R. P. D.
Taia, qua Canonico Honorato de Bonfils adiudicatur te-
stamentaria successio in hæreditate D. Marchesiæ de Gui-
gonet Dominæ des Tallades, eamque à nullitate, & ab
iniustitia saluandam, & ideo approbandam senserunt.

Vtcunque validitas sententiæ oppugnaretur acerrimè,
ex quo fuerit lata post lapsum decem dierum à die habiti
1 termini Proferuato; † Attamen cum sit sententia Rotalis
lata in vltima Audientia ante ferias generales, potuit re-
ctè publicari infra mensem pro facultate Tribunali conces-
sa à Constitutione 44. Pij Quarti §. 5. *in Bullar. nou.
tom. 2.*

Neque praxis eultatur, quia causa fuerit commissa ex-
tra Rotam, & R. P. D. meo Taiæ, non tanquam Audi-
tori, sed tanquam Prælato.

Nam facultates omnes Rotæ indultas, tàm à Pio Quar-
2 to, quam ab alijs Summis Pontificibus, † ampliauit etiam
ad causas extra Rotam *Paulus V. Constitutione sua 31. §. 5.
Bullar. nou. tom. 3.* & commissio fuit facta, imò tanquam
Auditori, non tanquam Prælato, quando pars aduersa
appellans a sententia Reuerendissimi D. mei Decani in ea
3 verba insterit: † *Causam, & causas Appellationis alicui ex
S. Rotæ Auditoribus committi cum potestate citandi, & inhi-
bendi etiam sub censuris arbitrio DD. Auditorem, &c.* Re-
4 scriptum autem, seu commissio non debet intelligi nisi †
ad formam precum *l. 1. C. de Diu. rescrip.* quæ cum sub no-
5 mine certæ dignitatis sint conceptæ, † ad eandem etiam se
restringunt, ipsamque censentur contemplasse Barbos. *ad
cap. quoniam* Abbas *numer. 3. de offic. & potest. iudic. deleg.*
Cephal. *cons. 77. numer. 35* Menoch. *cons. 23. num* 14. Rot.
decis. 276. numer. 8. par. 11. recent. Verbaque sic concepta
6 dignitatem, non personam respiciunt, † inter quam vtram-
que, & commissionem alterutri factam distinguunt Bellett.
disquis. Cleric. par. 1. tit. de Cleric. deb. num. 8. Monet. *de
commut. vltim. volunt. cap. 8. num. 139. ex text. in cap. signi-
ficatiose de rescript.*

Confirmatque ipsa Curiæ Praxis, quæ diuersimodè re-
scribit cum sit commissio, vt Auditori, & vt Prælato, &
rescripti alterutro modo facti exhibetur exemplum legiti-
me extractum Summario de Bonfils *num. 4.* Remque extra
omne dubium constituit Constitutio *Pauli V. 71. §. de Au-
7 ditorio Rotæ numer. 5.* † qua omnes facultates competentes
Auditoribus Rotæ in causis Rotalibus vndecunque exten-
dit ad causas singulis Auditoribus commissas extra Ro-
tam.

Quibus addita obseruantia partis aduersæ, quæ non vno
actu Processum huius causæ agnouit, tamquam Rotalem,
nec vnquam contradixit, sed imò eundem stylum est pro-
8 sequuta † non potest modo de nullitate opponere Gregor.
decis. 140. num. 8. vt late in alia decisione coram me.

Nec magis attendendum, quod Eminentissimus D.
Cardinalis Legatus Aueniomen. non possit committere
9 causas Auditoribus Rotæ tanquam Auditoribus † cum eius
auctoritas sit longè amplior cæteris S. R. E. Legatis ordina-
10 rijs; Adeout tanquam Summi Pontificis Vicarius, † ea
omnia possit, quæ idem Pontifex sibi non reseruauerit Ton-
dut. *de præuent. iudic. par. 3. cap. 18. numer. 8. & 9. & in re-
solut. Benefic. par. 3. cap. 200. nu. 15.* vbi late de iisdem Le-
gati facultatibus amplioribus, & maioribus, quam ha-
beant cæteri Legati in suis Legationibus, quod conferunt,
& *Ludouic. Bell. cons. 63. num. 18. & 30.* quibus addita praxi
vigore Constitutionum Apostolicarum Pij Quarti, & Pau-
li Quinti de qua testatur Modern. Venusin. *in relat. Cur. Fo-
ren. disc. 32. num. 60.* iam non superest ambigendum, & iam
ex hoc capite circa validitatem sententiæ.

Eaque haud minus confirmanda, & approbanda à Iu-
stitia, quæ ex hactenus editis Decisionibus emicat.

Cum enim in primo testamento condito à Marchesia an-
no 1592. inserta fuerit clausula Derogatoria, per quàm
præcauere sibi voluit, † ne ad contrariam dispositionem 11
posset induci per subornationem (sunt testamenti verba)
aut per senectutem, aut iram, aut aliter, adeoque omne
aliud, quod à se fieret testamentum irritum, & inane de-
clarauit nisi (inquit) hæc mea voluntas sit expresse reuoca-
ta, neque hac sola cautione fuit contenta, sed aliam adie-
cit, & quod fiat expressa mentio hæredis scripti mea
manu.

Quæ sanè clausula Derogatoria † vires adimit in ante- 12
cessum cuicunque testamento, quod postea fieret tanquam
deficiente concursu voluntatis ipsius testatoris, vt conge-
stis auctoritatibus fuit ostensum in decisione, quæ reuide-
tur.

Vnde quamuis eadem Marchesia de anno 1607. aliud te-
stamentum condiderit, quia tamen in eo nulla fit mentio
clausulæ Derogatoriæ in testamento præcedenti exaratæ,
& quod magis est nomen hæredis non est manu testatricis
expressum, † quantumuis testamentum sit solemne quan- 13
tumuis clausulis generalibus vallatum, quantumuis reuo-
catio alterius cuiuscunque testamenti declarata; nihil ta-
men actum censetur, nec inde reuocatio præcedentis testa-
menti inferri potest Couarr. *ad rubr. de testam. par. 2. num.
82. vers. secundum* Crass. *verb. testamentum qu. 89* Menoch.
lib. Præs. 166. numer. 16. Molin. *de iust. & iur. tom. 2. disput.
152. volum. 1.* Cum † enim secundum, sine voluntate, ni- 14
hil potest operari, quia non entis † nullæ sunt qualitates *l.* 15
eius, qui in Prouincia ff. si cert. pet.

Non turbat, quod admissa hac vi clausulæ Derogato-
riæ (id enim annuebat aliquis ex † DD.) inducatur neces- 16
sitas, quæ libertatem minuat, † cum tamen summa, ac 17
plane integra in supremis hominum voluntatibus esse de-
beat *l. 1. C. de Sacros. Eccles.*

Huiusmodi enim necessitas est solum consequens, & ex
suppositione, † quæ libertatem nedum tollit, sed nec mi- 18
nuit, vt ex Diu. Thom. & Theologorum voto probat Di-
dacus Aluarez *de Auxil. Diuin.* Grat. *disput. 25. in princ. &
per tot.*

Neque robur addere potest testamento secundo præsum-
pta obliuio clausulæ Derogatoriæ primi testamenti, ex quo
inter primum, & secundum intercessere anni 15 Primum
enim fuit conditum anno 1592. 13. Iunij; Secundum verò
anno 1607. 5. Nouembris per † decennium autem induci- 19
tur præsumptio obliuionis clausulæ præcedentis *l. facinus,
& ibi scriben. C. de testam.*

Cum inter testamentum primum, & secundum anno
1602. intercesserint Codicilli ab eadem testatrice facti, in
quibus meminit expressè, & prioris testamenti, & clau-
sulæ Derogatoriæ in eo expressæ, † quæ præcisa remini- 20
scentia excludit omnem præsumptionem obliuionis, quæ
ex lapsu temporis præsumatur inducta, veritas enim sem-
per præualet, † ac ipsi omnia cedunt *l. penult. §. mulier ff. de* 21
probat. nec locus est præsumptioni, † vbi de veritate con- 22
stat *l. ille, aut ille §. cum in verb ff. de legat. 3. l. continuus §.
cum ita ff. de verb. obligat.* Cyriac. *contro. 360. numer. 98.
& seqq.*

Ad eleuandam horum Codicillorum fidem, circa quam
vertitur totus Controuersiæ Cardo, cum afferebantur alia
obiecta, tum quod essent ad oportunitatem confuta, tum
quod insubsistens eorum recognitio, eaque omnia exagera-
ta, quæ suspicionem augere possent.

Verùm omnem confictionis vmbram tollit prima eorun-
dem † Codicillorum exhibitio facta anno 1614. per publi- 23
cum instrumentum ab hæredibus qu. Iosephi de Bonfils in-
stituti in primo testamento, auctoribus Canonici Honora-
ti de Bonfils, quod † sanè instrumentum facit probatio- 24
nem probatam *cap. cum dilectus de fid. instrum. l. cum preci-
bus C. de probat.* Greg. *decis. 157. numer. 13. & decis. 180. nu.
1.* Rot. *coram Peutinger. decis. 362. num. 1.* † & Codicillo- 25
rum existentiam de eo tempore confirmat.

Eoque magis quo potiores eorum circumstantias descri-

bit

bit in ea verba: Item vna reuocatio Legati facti per Do-
minam des Tallades in fauorem Annæ Mayer signara ori-
ginaliter des Tallades, & per quinque testés cum vno
sigillo à latere in data die 13. Aprilis 1602.

Hacque enunciatio in instrumento antiquo sepruaginta
26 abhinc annis † confecto circa originalem subscriptionem
eorundem Codicillorum plenè probat Vasquez *controu. il-
lustr. lib. 2. cap. 63. num. 13.* pluribus congestis *Gen. de verb.
enunciat. lib. 1. cap. 4. numer. 44.* Præsertim cum huiusce in-
strumenti stipulatio cum ea enunciatiua facta fuerit tempo-
re proximo morti testatricis, quæ decesserat anno 1609.
& superstitibus adhuc testibus, qui subscripserant, & li-
te pendente cum aduersarijs super apertione primi testa-
27 menti Summario de Bonfils *nu. 11. 12. 13.* quibus † concur-
rentibus falsitas commissa non præsumitur, quæ facile ni-
mis detegi potuisset Farinacc. *conf. 58. num. 12. & 13. volum.
5. & conf. 165. num. 13. vol. 2.*

Cum imò nec assignari possit, cui falsiras huiusmodi va-
28 leat imputari; † non enim hæredi, qui solis diebus 28. su-
peruixit testatrici, & nondum apertum fuerat testamen-
tum, adeout posset ei innotescere Legatum relictum, &
29 mox reuocatum, nec credibile est, illum voluisse mori, †
non facta declaratione huius falsitatis, & in peccatn adeo
graui Menoch. *de præs. lib. 5. præs. 5. nu. 5.* Non filijs eius-
30 dem, qui in Pupillari † ætate, nec doli, nec frandis erant
capaces Menoch. *de præsum. lib. 4. præsumpt. 69.* non de-
31 mum eorum tutori, † cuius nihil intererat idem Menoch.
lib. 5. præs. 20. num. 48. & demum nulla aderat causa fin-
32 gendi, tunc temporis Codicillos, † cum nulla esset, nec
esse posset controuersia super obliuione testamenti primi
ob lapsum decennij, quæ excitata fuit anno 1666. tuncque
necessitas incubuit exhibendi Codicillos Summario de Bon-
fils *num. 27.* Ideoque omnis abest suspicio, quod potuerint
confingi ad oportunitatem.

Sublata autem hac confictionis suspicione, potuit merito
eorundem Codicillorum fides per comparationem exami-
33 nari, & confirmari: † cum enim sint subscripti ab ipsa
Codicillante, & insuper à quinque testibus admittitur re-
cognitio per comparationem Castr. *ad l. admonendi num. 42.
ff. de iur. iur.* Scacc. *de iudic. lib. 2. cap. 2. num...* Gait. *de
credit. cap. 2. tit. 8. num. 1837.* Nam licèt testium subscri-
34 ptiones non fuerint recognitæ, † quia tamen id euenit ob
impedimenta præstita à Parte aduersa, vt in Summario à
numer. 20. ad 27. Ideo in eius odium debent haberi pro re-
cognitis Rota *dec. 567. num. 54. par. 1. recent. & decis. 251.
num. 3. par. 12.* cum alijs cumulatis per Gratian. *disceptat.
370. num. 58.*

Et quamuis hæc probatio per comparationem sit semi-
35 plena, † adeoque non sufficiens ad elidendam præsumptio-
36 nem iuris, qualis est præsumptio obliuionis, † quæ cum
37 transferat onus probandi, † exigit probationem plenam,
& concludentem ex traditis per Glos. Bald. *& alios ad l. siue
possidetis C. de probat. & ad capit. Decimas de restit. spol.
in 6.*

38 Attamen non admittitur simpliciter Doctrina, † nisi
tunc demum cum præsumptio à iure habetur pro vera, &
concludenti probatione Seraphin *decis. 1422. num. 10. &
seq.* Coccin. *decis. 107. num. 6. & decis. 903. num 6.* Cuius-
39 modi non est præsumptio obliuionis, quæ † remittitur ar-
bitrio Iudicis expensis circumstantijs rerum personarum,
& facti Menoch. *de arbitrar. iud. lib. 2. cap. 26.* Mascard. *de
probat. conclus. 1125. numer. 19.* quo casu præsumptio præ-
40 sumptionem elidit, † & standum pleniori, & vehemen-
tiori *Coccin. decis. 569. numer. 2. & seq.* & probatio per
41 comparationem † sufficit Alex. *cons. 83. num. 1. lib. 7.* Boer.
decis. 282. num. 6. maximè cum agatur de scriptura robora-
42 ta subscriptionibus testium, & testatricis Sigillo † quibus
concurrentibus scriptura recognita plene probat Soccin.
sen. *cons. 274. numer. 5.* Bursatt. *cons. 30. numer. 76. & 77.*
Boer. *dicta decis. 282. nu. 6.*

Neque absurdum videri debet, quod recognitio fiat per
43 comparationem, † vbi agitur de vnico verbo des Talla-
44 des, † in qua falsitas de facili committi potest iuxta Do-
ctrin. Bartol. *ad l. nuda ratio numer. 9. ff. de donat.* à quo de-
sumpsit Vermigl. *cons. 532. numer. 13.*

Nam præterquam, quod rationes quibus innititur Bar-
tolus casui non applicantur, certè assertio Bartoli loquens
45 de Apochis obligatorijs, † non obtinet in alijs scripturis in
46 quibus sufficit comparatio sola ad plenam probationem †
ex text. *in l. comparationem 19. C. de fid. instrum.* cuius dispo-
47 sitionem esse correctam, † quoad solas Apochas priuatas
per *auth. & si contractus C. eodem* scripsit Dec. *ad cap. scripta
numer. 33. de fid. instrum.* Mascard. *conclus. 330. à numer. 9.*
Ruin. *cons. 70. nu. 4. lib. 4.*

Et quidquid sit de correctione *tex. in d. l. comparationem*,
certè cessat omnis dubitatio ex Bartoli Doctrina cuius asser-
tio obtinet in Apocha non subscripta à testibus, † cum 48
etenim est subscripta, admittit, & ipse recognitionem per
comparationem, sic se exprimit ad *auth. si contractus nu. 4.
& 8. C. de fid. instr.* Tunc enim propter concursum plurium
personarum sobscribentium † difficilior redditur falsitas 49
Scacc. *de Iudic. lib. 2. cap. 2. num. 1007.*

Quæ eo tutior in hoc casu, quo semel, & iterum facta
est à Peritis recognitio, tum ex consensu partium, tùm ex
Decreto Rotæ, seruatis omnibus requisitis, ac necessarijs,
& facta comparatione cum scripturis planè certis, & indu-
bijs, † qui Periti vnanimes retulerunt de veritate subscri- 50
ptionis des Tallades, huic recognitionis Decreto Pars ac-
quieuit, † vnde transijt in iudicatum, nec potest relatio- 51
nem impugnare factam à Peritis, † quos ipsa elegit *Hip-* 52
polit. Riminald. *cons. 212. numer. 19.* vbi de transitu relatio-
nis eorundem in iudicatum, † & quod Periti electi in hu- 53
iusmodi materia probent Vermigliol. *cons. 8. numer. 7. &
cons. 247. num 14.*

Immò cum testium subscriptioni accesserit sigillum testa-
tricis, † perfectior redditur recognitio per comparationem 54
Castr. *ad d. l. admonendi numer. 42. vers. idem si neges ff. de
iure iur.* Menoch *de arbitr. iudic. cas. 114 num. 21.* vbi ait, † 55
vnum aliud coadiuuare Mascard. *de probat. conclus. 330. nu.
10. vers. quod si agnitæ.*

Cessante igitur suspicione falsitatis, potuit fieri compa-
ratio cum sola subscriptione, potissimum cum Basis, &
fundamentum controuersiæ sit testamentum, † & Codi- 56
cilli sint incidenter producti, ad elidendam exceptionem
obliuionis resultantem ex lapsu decennij, & jam non agi-
tur de exequutione Codicillorum, sed de probanda volun-
tate testatricis per eiusdem reminiscentiam; † tunc enim 57
sufficere probationem per comparationem dixere Alex.
cons. 3. num. 16. Peregrin. cons. 61. num. 3. lib. 1. Decian. *cons.
33. num. 113. lib. 2.* Grass. *de success.* Cost. *de remed. subsid. 7.
num. 14. vers. vel esset sched.*

Additis pluribus adminiculis de quibus in præteritis De-
cisionibus, & eo præsertim, quod in testamento primo scri-
ptus sit hæres successurus alioquin ab intestato, & de testa-
trice optime meritus, † At in secundo puella, quæ etiam 58
nata erat tempore primi testamenti penitus extranea, quæ
licet simplex, erat tamen filia eorum, qui actu testatrici
inseruiebant, à quibus poterat ipsa importunè vrgeri, prout
solert prouiderat, & sollicitari: obiecto autem circa legi-
timationem, personæ Abbatis Francisci Bonfils non est vi-
sa præsentis inspectionis, & ideo standum in decisis, fuit
denuo resolutum vtraque parte informante.

*Supra in altera parte 18. tom. 2. adest alia præsentis causæ
Decisio, quæ est ibi in ordine 787.*

REVERENDISS. D. ALBERGATO.

Sacræ Rotæ DECANO.

Romana Filiationis.

Lunæ 9. Maij 1678.

A R G V M E N T V M.

Petebat alimenta filius naturalis ab hæreditate sui patris, eaque illi in hac decisione concessa, quia ex pluribus de filiatione constabat, retentione nempe matris in concubinatu, diuersis etiam actibus, & tractatibus, qui cum referri non possent ad erroneam credulitatem patris, plenam probationem filiationis importabant, etiam ad effectum consequendi alimenta perpetua, quamuis denegaretur identitas personę eiusdem patris, ratione diuersitatis cognominis, quia ille duo habebat cognomina, quibus promiscuè vtebatur.

S V M-

SVMMARIVM.

1 *Filiatio respectu patris directè probari non potest, & impossibile reputatur.*

2 *Filiatio probatur præsumptionibus, & coniecturis.*

3 *Filiatio solum probata præsumptionibus, & coniecturis suffragatur etiam ad effectum consequendi alimenta perpetua.*

4 *Filius susceptus ex muliere retenta in tali schemmate concubinatus, vt potius legitima coniux reputaretur, dicitur verè filius.*

5 *Filius natus ex concubina retenta domi, & cui nemini patebat accessus, concubinario solum, & non alteri potest adscribi filius.*

6 *Filiatio etiam ex fide baptismatis comprobatur.*

7 *Baptizzandi cura pertinet ad patrem, & ideo illius actus denotat paternitatem, & probat filiationem.*

8 *Filius agnoscitur in suum ex ablactatione de eo facta solutione mercedis nutrici, & etiam ex solutione alimentorum.*

9 *Filiationis actus, & tractatus constituunt filium in quasi possessione filiationis contra agnoscentem, eiusque hæredes, etiam ad effectum consequutionis alimentorum.*

10 *Filiatio tunc probatur ex agnitione, & tractatu, alijsque actibus, si non concurrant coniecturæ contrariæ super erronea credulitate patris.*

11 *Fides baptismatis non vitiatur ex diuersitate cognominis, vbi vtrumque cognomen quis habebat.*

12 *Identitas personæ ex pluribus demonstrationibus probata, non tollitur ex diuersitate plurium cognominum, quæ quis habebat.*

13 *Cognomina plura habens, si eis promiscuè vtebatur, non idea notari potest de diuersitate personæ, & quando sup. num. 11.*

14 *Testes plures non minuuntur de fide, licet eorum aliqui habeant exceptiones.*

15 *Testes non habentes exceptionem plenè probant, amplia, vt num. 14.*

16 *Fides, quæ de errore conuincitur, nihil probat.*

17 *Fides extraiudicialis, extorta lite pendente, nullum facit probationis gradum.*

DECISIO CCXII.

CONtra bona hæreditaria Iacobi Giaccherini relaxauit A. C. mandatum exequutiuum pro scutis tribus soluendis mestruatim Mariæ Fælici Cæciliæ pro alimentis sibi tamquam filiæ naturali dicti Iacobi debitis, sed interposita per Bartolomeum illius fratrem, & hæredem appellatione, & directa mihi à Signatura Iustitiæ commissione cum clausula si quid exequendum, proposui dubium: An mandatum esset exequendum, & fuit affirmatiuè resolutum.

1 Quamuis enim filiationem respectu Patris † directè, &
præcisè probare ferè impossibile reputetur, nihilominus si
concurrant vrgentes coniecturæ, & vehementes præsum-
2 ptiones, illam præseferentes † filiatio probata dicitur, vt
plenè firmauit Rot. *decis. 125. & 146. parte 15. recent.* etiam
ad effectum perpetuò consequendi alimenta à Patre natu-
3 rali, † vel eius hereditate, vt distinguendo tradit Rot.
coram Carill. decis. 136. num. 3. & coram Cardinale Celso decis. 334. numer. 9. & in Farfen. bonorum 23. Ianuarij 1647. coram Card. Conrado apud Zacchiam qu. Mediolegal. dec. 90. & in Rom. Filiationis 21. Iun. proximi præteriti cor. me.

Huiusmodi autem probationes in præsenti facti specie
non desunt, quia ex depositionibus testium formiter exa-
minatorum constat Iacobum inhonestam consuetudinem
habuisse cum Magdalena Parentina matre huius Mariæ
Felicis Cæciliæ, eamque domi propriæ retinuisse in tali
4 Schemate concubinatus, † vt potius legitimi coniuges re-
putarentur, & neminem ad illam de tempore conceptio-
nis, siue alio quocumque tempore potuisse accedere cum
5 sub claui ab eodem Iacobo retineretur, † ex qua ventris
custodia, & impossibili aliorum accessu oritur probatio,
quod filius natus ex muliere sic custodia nemini alteri tri-
bui possit, nisi illi, qui solus ad eam accedebat Glos. *in cap.* Michael *verb. constiterit de fil. Presbyt.* Paris. *cons. 10. numer. 35. lib. 2.* Rota *coram Vbald. decis. 155. numer. 2. & decis. 13. numer. 3. coram Ninor.*
6 Idemque conuincitur ex fide Baptismati, † in qua infan-
tula descripta legitur filia Iacobi, & Magdalenæ, &
vlterius illius Patrinus extit Dominicus Petrolinus, qui hoc
expleuisse testatur de mandato ipsius Iacobi, nam cura,
quod puer natus baptizetur, tanquam † actus pertinens ad 7
patrem indicat Paternitatem, & filiationem respectiuè
Rot. *in Romana Filiationis 16. Februarij 1671. §. descriptio coram R. P. D. meo Vicecomite, & in eadem 23. Iunij 1673. §. denique coram Reuerendissimo Matthæio.*

Præterea validum filiationis Argumentum deducitur ex
eo, quod, vt ijdem testes affirmant, Iacobus semper donec
vixit hanc filiam agnouit in suam, † dum persoluit 8
mercedem Nutrici, quæ lac eidem præbuit, & successiuè
vltra vestitum scuta tria mestrua pro victu quotidiano hu-
ius puellæ continuò exbursauit, & eam filiam appel-
lauit; ista enim agnitio, istique actus contra † tractantem, 9
& agnoscentem, eiusque hæredes constituunt filium in
quasi possessione Filiationis, præsertim ad effectum
consequendi alimenta ex deductis per Gratian. *discept. 655. & per* Rot. *decis. 388. cor. Merlin.* & passim in alijs, dum-
modo tamen, vt hic non concurrant aliæ coniecturæ, & præ-
sumptiones exclusiuæ Filiationis † ex quibus colligi possit, 10
quod agnitio patris prouenerit ex erronea credulitate, &
conciliando Doctores, & Decisiones firmauit Rot. *in Romana Præten. Filiationis 20. Februarij 1660. §. nec obstant coram bo. mem. Priolo, & in dicta Romana Filiationis 21. Iunij proximi præteriti §. & quamuis coram me.*

Nec efficit, quod in partita Baptismatis non dicatur filia
Iacobi Giaccherini, sed Iacobi Bertoli, † quia vtrumque 11
cognomen Iacobus habebat, vt probant testes, &
colligitur ex instrumento emptionis domus ab eodem factæ
anno 1666. ac etiam ex testamento Michaelis Giaccheri-
ni, in quo dictus Iacobus denominatur Bertolus, † vn- 12
de nequit dubitari de identitate personæ, maximè quan-
do, vt in proposito tot aliæ demonstrationes concurrunt,
vt explicat Glos. *in l. si nomine, quod de testam.* Rot. *dec. 614. numer. 14. part. 4. tom. 3. recent. & decis. 157. per tot. coram Eminentissimo Ottobono;* & præcisè de habente duo cogno-
mina, † & ijsdem promiscuè vtente dixit Rot. *in Romana,* 13
seu Vercellen. fideicommissi 10. Aprilis 1671. §. final. coram Reuerendissimo Bealaqua.

Minus subsistunt exceptiones contra testes oppositæ,
quia cum isti sint † plures, exceptio quæ forsan cadit in ali- 14
quo, non cadit in alijs, † qui plenam probationem fa- 15
ciunt, vt dixit Rot. *in Bononien. Teatri 11. Decembris 1675. §. nec turbat coram me,* prout fidem non merentur fides con-
tinentes, quod Magdalena alijs sui copiam faceret, † tum 16
quia manifestè conuincuntur erroneæ ex quo Magdalena de
anno 1663. habitabat in via Vrsus, non autem, vt fides
dicunt in via Iulia, tum etiam quia extraiudiciales,
procuratæ † lite pendente, nullum gradum probationis 17
faciunt Rot. *decis. 452. numer. 8. coram Peutinger.* & quoti-
diè in alijs.

Et ita vtraque parte informante resolutum fuit.

REVERENDISS. D. ALBERGATO.
Sacræ Rotæ DECANO.

Ferrarien. Tenutæ Diamantinæ.

Lunæ 14. Iunij 1678.

ARGVMENTVM.

Venditionis contractus prætendebatur inducta nouatio, & ideo illius obligationem fuisse extinctam, verùm quia illa conditionalis apparuit, ea nullatenus adimpleta, primeuam obligationem, eandemque venditionem in suo robore permansisse deciditur, pro qua etiam emptori fuit immissio concessa, vigore obligationis Cameralis, paratam executionem habentis; plurima ideo non solum de nouatione deducuntur, sed etiam de correspectiuitate contractuum, de materia relationis, & alijs ex sequenti Summario, & decisione videndis.

SVMMARIVM.

1 Iudex secundum ea, quæ in facto proponuntur de iure respondet.
2 Iudex non tenetur supplere in facto sibi ignoto, sed solum in iure, si quid à litigantibus, vel eorum procuratoribus, & aduocatis minus fuerit dictum.
3 Nouatio, siuè tacitè, siuè expressè intercedat, semper præcedentes conuentiones tollit, & extinguit.
4 Verba in tal caso, & non altrimente conditionem important, quæ contractum informat, & reddit resolubilem, & num. 6. & 7.
5 Conditionalis contractus, cessante conditione, habetur, ac si nunquam fuisset in rerum natura.
6 Clausula non aliter, nec alio modo pactum resolutiuum includit, & adimit consensum ab actu, ac sup. num. 4. & 7.
7 Conditione non purificata nihil gestum censetur.
8 Nouatio non inducitur, si nulla de ea mentio facta sit, aut aliud fuerit adiectum verbum, quod nouandi voluntatem omnino concludat.
9 Assignatio bonorum facta in executionem contractus conditionalis, & resolubilis, & ipsa quoque conditionalis, & resolubilis est.
10 Actus consequutiuus, & relatiuus, etiam si non fuerit factus simul, & semel cum ipso contractu principali illius tamen naturam assumit.
11 Contractus secundi substantia semper attenditur quoties apparet illud fuisse factum, quod erat faciendum, & fuit in futurum promissum.
12 Dictio come latinè, vt eandem relationem importat, sicuti dictio prout, & num. 14.
13 Contractus secundus celebratus cum dictione vt, vel prout, idem operatur, ac primus contractus, & tantum operatur primus, quantum operatur secundus.
14 Verba, vt per acta Notarij &c. nulli dubium est, non esse, nisi merè relatiua.
15 Relatio ad instrumentum quando dicatur facta, etiam si deficiant verba al quale &c.
16 Relatio non est necessaria, & omissa non vitiat, quoties actus celebratur in exequutionem instrumenti.
17 Expressio facta in secundo instrumento de eo, quod continebatur in primo, non minus, quam dictio relatiua, relationem importat.
18 Causa & correspectiuitate cessante, cessat assignatio, illarum vigore, & occasione facta.
19 Repetitio non requiritur in actibus relatiuis.
20 Protestatio potius, vel conditio, an dicatur aliqua expressio, itaut sit opus illam in qualibet parte instrumenti repetere, vel ne.
21 Conditio declarat qualis fuerit contractus, & ideo semper durat, donec à contrahentibus fuerit de medio sublata.
22 Protestatio semel apposita in actu extraiudiciali, in quolibet subsequenti actu semper censetur repetita.
23 Protestandi causa quousque durat, durare quoque præsumitur animus continuandi protestationem, nisi expressè ab ea recedatur.
24 Protestatio iudicialis, & protestatio extraiudicialis differunt inter se, & qualiter.
25 Nouatione inducta respectu modi soluendi, non ideo dicitur nouata substantia contractus.
26 Clausula ad habendum intelligitur quatenus bona perpetuo apud possessorem remaneant.
27 Clausula ad habendum famulatur contractui, cui adhæret, & iuxta illius naturam regulatur.
28 Nouatio contractus non inducitur, si loco pretij dati sunt effectus, amplia, vt ibidem.
29 Quietantia, licet amplissima, censetur facta eodem themate, & num. seqq. vbi vide.
30 Quietantia generalis apposita in contractu conditionali, & ipsa remanet conditionalis, quatenus nempe conditio subsistat.
31 Verborum amplitudo quandoque restringuntur ad solum pretium, si de eo solum actum sit in illis.
32 Verbum pretentioni appositum in quietantia quatenus referatur ad solum pretium.
33 Obligationem habens duas, quando per subsequutam solutionem vnam solum, non autem alteram simul extinxisse dicatur.
34 Prohemium declarat mentem, & intentionem contrahentium.
35 Nouatio, quæ prætenditur inducta, quatenus per subsequutam taciturnitatem, & obseruantiã dicatur cõprobata.
36 Obligatio non remittitur ab obseruantia contraria, nisi lapsum sit tempus ad legitimam præscriptionem sufficiens.
37 Tempus non est modus neque inducendæ, neque tollendæ obligationis.
38 Contractus rescissione conditionali sublata, illius obligatio subsistit.
39 Obligatio Cameralis paratam habet executionem.
40 Immissio datur emptori super re sibi vendita.
41 in Hæredem transeunt omnes effectus obligationis à defuncto contractæ.

DECISIO CCXIII.

IN duabus Decisionibus, quæ coram me prodierant sub
diebus 13. Maij 1676. & 14.* Iunij 1677. Rota firmauerat non esse exequendum instrumentum venditionis
Tenutæ Diamantinæ distractæ in bo. mem. Carolum Mariam Frescobaldum à gl. me. Francisco Primo Mutinæ Duce, sed illis ad examen reuocatis sub die 28. Februarij proximi præteriti dilata fuit resolutio, & dictum, quod omnes
Domini causam viderent, ideò illam hodiè repropofui, & ex nouiter deductis in facto pro parte D. Canonici Nicolai fratris, & hæredis Caroli Mariæ recessum fuit à resolutis;
Iudex enim † secundum ea, quæ in facto proponuntur, 1
de iure respondet, vt protestatur Sceuola in *l. defuncta ff. de vsufruct. & in l. pignori §. Titius in fine ff. de exercit. act.* &
non tenetur supplere in facto sibi ignoto, † sed dumtaxat in 2
iure, si quid à litigatoribus, vel ab ijs, qui negocijs assistunt, minus fuerit dictum iuxtà *text. literalem in l. vnica C. vt quæ desunt aduoc. par. iud. supp.*

Cum autem non controuertatur, quod Constitutiones Apostolicæ prohibentes alienationes bonorum stabilium in non subditos non comprehendant casum, de quo agitur, vt vigore Capitulationis Fauentinæ concorditer hinc inde admittebant informantes, difficultas restringebatur ad nouationem, quæ dicebatur resultare ex eo, quod inter Ser. D. Ducem Franciscum, & Carolum Mariam deuentum fuerat ad rescissionem venditionis, & retrocessionem Tenutæ, assignatis postmodum loco illius tot bonis stabilibus Gualterij, ac annuis præstationibus redditiuum Finalis pro omni eo, quod prætendere potuisset Carolus Maria, & sic antiquam actionem descendentem ex contractu emptionis, & venditionis fuisse penitus extin-
ctam ex natura † nouationis, quæ siuè tacitè, siuè expres- 3
sè intercedat, præcedentes conuentiones penitus tollit, & extinguit *§. præterea inst. quib. mod. toll. obligat.*

Sed fundamentum hoc visum est corruere, quia ab initio rescissio contractus Diamantinæ non fuit pura, sed habuit conditionem adiectam, scilicet, vt eatenus censeretur rescissa emptio, & venditio iam facta, quatenus Bulla fa. me. Innocentij Decimi declaratiua, & extensiua præcedentium, contra alienantes stabilia in Forenses obstaret, & contractum hunc comprehenderet, & non aliter, nec alio modo, cum expressa protestatione, vt hæc ipsa conditio intelligeretur repetita in principio, medio, & fine, ac in toto contractu, vt ex lectura mandati Procuræ ad rescinden. dati à Carolo Maria ibi: ma solamente nel caso, che le predette Bolle, ò Bolla lo comprendano, il che si habbia per sempre repetito nel principio, mezzo, e fine, & qualunque parte del presente instrumento, perche lò fà in tal caso, & non aliter, nec alio modo: inde
fit, † quod talis conditio inserta contractui, ipsum infor- 4
met, & reddat resoluibilem in euentum, in quem Bullæ obstent *l. iurisgentium §. quinimò ff. de pact.* & ideo cum has non obstare non controuertatur, sequitur, quod conditio, sub qua fuit recessum à venditione, nunquam extiterit, seu potius defecerit, † & propterea contractus rescis- 5
sionis sic conditionatus, cessante conditione, habeatur, ac si nunquam fuisset in rerum natura *l. pecunia ff. si cert. petat.* attenta præcipuè clausula non aliter, nec alio mo-
do, † quæ pactum resolutiuum includit, & conditio- 6
nem importat, ac adimit consensum ab actu, adeout condi-
tione non purificata, † nihil dicatur gestum Menoch. *cons.* 7
922 nu. 34 Surd. *cons.* 362 num. 26. Thesaur. *decis.* 270 num. 23.

Rota

Rota *decis.* 196. *nu.* 12. *&* 1689. *num.* 4. *coram Coccin. & decis*
322. *numer.* 10. *coram Cardinali Celso*.
Nec subsistit, quod à prædicta conditione resolutiua fue-
rit recessum, ac nouatum, dum Carolus Maria recipiens
insolutum bona Gualterij, & redditus Finalis, fecit Se-
ren. D. Duci plenissimam liberationem, & amplissimam
quietantiam finalem per ea verba: assolue, libera, quieta,
fà finale assolutione, e liberatione finale, e perpetua in
amplissima forma di ragione il prefato Signor Duca di tut-
ti li crediti, e pretensioni, che hà, ò possa hauere detto
Signor Frescobaldi contro dell' Altezza Sua per la retro-
cessione del possesso della Diamantina, tanto per la sua
propria persona, quanto per il pagamento al Tornaquin-
ci, cassando perciò, & annullando quasiuoglia scrittura
publica, e priuata.
Quia nouatio, nec verbis nec re inde resultat; Non
8 verbis, quia nulla legitur nouationis mentio, † aut aliud ver-
bum, quod nouandi voluntatem necessariò concludat iuxtà
text. in l. vltima C. de nouat. Non autem re; quia ex hodie
deductis, constat omnes actus esse inter se compatibiles, &
gestos in executionem contractus resolutiui sub conditione
celebrati. Considerato enim toto tenore assignationis bo-
norum, & pecuniarum, & quietantiæ desuper factæ li-
quet, nihil aliud Seren. D. Ducem egisse, quàm iubere suis
Ministris, quod bona, & pecunias soluendas per condu-
ctorem redditeuum Castri Finalis assignarent in satisfactio-
nem, seu potiùs restitutionem pretij Diamantinæ, &
Carolum Mariam illud in bonis, & pecunijs acceptasse,
& de eo quietasse; siquidem in literis D. Ducis Francisci
sub datum Mutinæ 14. Martij 1651. insertis instrumento
assignationis illarum vigore stipulato, enonciatur, Caro-
lum Mariam esse creditorem certæ summæ pro pretio Dia-
mantinæ per eum soluto partim D. Duci, & partim pro
delegatione ad fauorem Tornaquincij ibi: Ci hà rappre-
sentato il Signor Carlo Maria Frescobaldi restar creditore
della nostra Camera per causa della retrocessione del pos-
sesso della Diamantina di certa somma tanto per il prezzo
pagato già da lui, in tempo, che ne fece l'acquisto, &
interiùs: quanto per la delegatione della persona di
esso Signor Frescobaldi à fauore del Signor Gio: Giuseppe
Tornaquinci &c. Però ci hà supplicato di voler riceuere la
sodisfattione di tutti li suoi crediti &c. quod etiam fuit re-
petitum in instrumento successiuè celebrato cum inser-
tione earundem literarum: ibi: E douendosi per questo
da Sua Altezza rimborsare il Sig. Frescobaldi di quanto
resta creditore tanto per il prezzo pagato in conto in mano à
Sua Altezza &c. quanto per la delegatione &c. Vndè patet
Serenissimum D. Ducem, & Carolum Mariam so-
lum præ oculis habuisse restitutionem, ac respectiuè rece-
ptionem pretij in executionem contractus rescissionis, qui
cum fuerit conditionalis, & resoluibilis casu quo
9 Bullæ non comprehenderent venditionem Diamantinæ, †
ità quoque conditionalis, & resoluibilis in euentum con-
10 ditionis remansit assignatio bonorum, & † pecuniarum,
tanquàm actus consecutiuus, & relatiuus, etiamsi non
fuerit simul, & semel, & in ipso contractu rescissionis ex-
11 pletus, † cum in substantia gestum fuerit illud idem, quod
in contractu rescissionis erat gerendum, & fuit promissum
in futurum Surd. *decis.* 70. *in* 2. *numer.* 8. *&* 9. Muta *decis.*
332. *numer.* 23. Fontanell. *dec.* 560. *numer.* 15 Martius *medic.*
exam. 41. *nu.* 64. Rota *decis.* 216. *num.* 23 *coram Bichio*.
Neque vllum fuit habere subsistentiam, quod talis da-
tio insolutum, & pecuniarum assignatio fuerit independens
ab instrumento conditionali rescissionis, quia contrarium
conuincitur ex lectura ibi: Non hauendo hauuto effetto il
contratto della Diamantina &c. anzi essendo stato retroce-
duto il possesso di detta Castaldaria à Sua Altezza co-
me per instrumento rogato in Ferrara, e douendosi per
questo rimborsare il Sig. Frescobaldi per il prezzo, quæ di-
12 ctio Come latinè, vt sicut, prout, † importat relatio-
nem, ita vt tantum censeatur expressum in secundo, quan-
13 tum est conuentum in † primo, & tantum operatur pri-
mum quantum secundum, Angel. *cons.* 338. *numer.* 4. Honded.
cons. 40. *numer.* 38. *lib.* 2. Altograd. *cons.* 44. *nu.* 8. *lib.* 2. Rota
decis. 553. *num.* 6. *vers. ponderando par.* 2 *& decis.* 354. *nu.* 29.
par. 11. *rec.* & de similibus verbis nempè: vt per acta Bonanni
14 Notarij: † non fuit dubitatum esse relatiua à Rota Mace-
raten. apud Thomat. *decis.* 220. *numer.* 20. *&* 25. nil vrgente
responsione, quod propter defectum verborum, *al quale*
&c. non dicatur habita relatio ad instrumentum, & sic
cesset effectus relatiuæ, & verba stent purè, & simpliciter
per modum enunciatiuæ, † quia id procedit, quando 15
nulla adest dictio, quæ de sui natura relationem importet,
vt distinguit *Odd. cons.* 64. *numer.* 76. imò cum restitutio pre-
tij fieret in executionem eiusdem instrumenti, † su- 16
peruacanea erat relatio, aut omissa, nec officit, dum in
hoc secundo instrumento expressum fuerit id, quod in alio
continebatur, † quod nec minus, quam dictio relatiua re- 17
lationem importat Simon. de Præt. *de interpr. vltim. volunt.*
lib. 2. *interpr.* 4. *dub.* 2 *solut.* 21. *numer.* 198. *&* 220. & facit
Rota *decis.* 219. *numer.* 4. *coram Peutinger. & decis.* 433. *nu.*
14. *coram Gregor.*
Præterea assignationem fuisse in executionem, & seque-
lam antecedentis rescissionis, deprehenditur ex eo, quod Se-
reniss. D. Dux constituens Procuratorem ad rescindendam
venditionem tribuit eidem facultatem, d'offerirsi al Sig.
Frescobaldi d'aggiustarsi anche con altri effetti fuori
dello Stato Ecclesiastico, ò in altro modo, come si
concorderà con lui Summario D. Ducis *numer.* 2. Ideo
cum in rescissione Procurator D. Ducis obtulerit restitu-
tionem pretij iuxta tenorem sui mandati, & contraxerit
etiam iuxta formam mandati Frescobaldi habentis d. pa-
ctum resolutiuum, & clausulam non aliter, nec alio mo-
do Summario Canonici *numer.* 6. §. e perciò, e §. e di
più, & *numer.* 7. §. In esecuzione, sequitur, quod subse-
cuta assignatio intelligatur pro pretio iuxta tenorem man-
dati D. Ducis, ac cum pacto resolutiuo, iuxta præscriptam in
mandato Frescobaldi, vtpote correspectiua, & relatiua ad
illud, † & sic in quantum Bullæ obstarent emptioni, proin- 18
de si Bullæ non obstant, cessat causa, & correspectiui-
tas, & cuique ex contrahentibus competit regressus ad pri-
mæua iura, & alter alteri rem correspectiuè receptam re-
stituere tenetur, vt aduertit Menoch. *cons.* 922. *num.* 4. Surd.
cons. 360. *numer.* 26. Gratian. *disc.* 748. *numer.* 10. Rota *decis.* 469.
numer. 6. *coram Buratt. & in Romana censuum* 20. *Iunij* 1672. §.
data igitur coram R. P. D. meo Vicecomite.
Minus releuat, quod eadem protestatio contenta in man-
dato Procuræ, non fuerit repetita in actibus subsecutis,
quia vltra quod semper viget responsio, quod omnes
sunt relatiui ad illud, † non fuit opus illam repetere, quia 19
propriè non agitur de protestatione, † sed de conditione, 20
quæ cùm declaret qualis fuerit contractus, † semper 21
durat, donec expressè tollatur per ipsos contrahentes, vel
per eorum Procuratores habentes ad hoc speciale manda-
tum, quorum vtrumque deest in præsenti. Et vlterius qua-
tenus etiam esset simplex protestatio, cum fuerit † emissa 22
in actu extraiudiciali semel opposita, censetur in quolibet
actu subsequenti repetita iuxta *cons. Alex.* 27. *num.* 4. *in*
fine lib. 3. Surd. *cons.* 202. *numer.* 2. Capic. Galeot. *contr.* 79.
numer. 10. Rota *coram Tus. decis.* 431. *numer.* 7. *&*
duobus seqq. par. 12. *recem. & apud* Cenc. *de cens. dec.* 416.
num. 6. & ratio esse videtur, quia quousque durat causa
protestandi, † durare quoque præsumitur animus conti- 23
nuandi protestationem, nisi expressè ab ea recedatur, Alex.
vbi suprà Altograd. *cons.* 45. *in fine lib.* 2. Rota *d. decis.* 431.
numer. 7. & distinguendo inter protestationem iudicialem, † 24
& extraiudicialem tradit Rota *decis.* 44. *numer.* 7. *&* 8. *coram*
Greg. decis. 611. *numer.* 3. *in fine par.* 1. *& dec.* 158. *numer.* 5. *par.*
52. *recent. & decis.* 845. *numer.* 13. *coram Dunoz. iun.*
Nec ad inducendum actuum incompatibilitatem, & con-
sequenter nouationem, recurri potest ad acceptationem bo-
norum loco pecuniæ, cum clausula ad habendum,
siuè ad quietantiam conceptam amplissimis verbis suprà
relatis; Nam respectu ad traditionem, & acceptationem
bonorum loco pecuniæ, licet ex hoc dici posset nouatus
modus soluendi, † non tamen nouata fuisset substantia ip- 25
sius contractus, iuxta *text. in l. pretij C. de rescind. vendit.* &
ibi summat *Bald.* ac tradit Gratian. *discept.* 509. *num.* 5. *cum*
duobus seqq. & clausula ad habendum † intelligi debeat, 26
quatenus bona perpetuo remansissent apud Carolum Ma-
riam, propter resistentiam Bullarum; cum talis clausula
famuletur contractui, † cui adhæret, & iuxta illius natu- 27
ram reguletur Rota *in Romana Donationis* 16. *Ianuarij* 1668.
§. *non obstat coram Reuerendissimo Beuilaqua, & in Bonon. Pri-*
mogenitura 24. *Ianuarij proximi præteriti* §. *nihil pariter coram*
R. P. D. meo Vbago, & decis. 244. *numer.* 31. *par.* 11. *recent.*
Sed in casu isto cessat etiam ex facto omnis amaritudo, quia
effectus fuerunt promissi pro pretio, conforme al tenore
mandati facti à Carolo Maria, continentis pactum resolu-
tiuum, vt supra §. præterea, ideoque non potest dici inducta
nouatio, † quando iuxta huiusmodi pactum postea loco pre- 28
tij fuerunt dati effectus.

Quo

Quo verò ad quietantiam, & cassationem scripturarum in ea contentam, hæc quoque non solum non est incompati-
29 bilis, quia licet amplissima, † censetur facta, retento eodem
30 themate, & cum eadem protestatione † perindè, ac si dictum fuisset quieto, & casso quatenus Bullæ obstent Rota *dicta decis. 244. num. 29. par. 11. rec. & decis. 748. num. 5. coram Dunoz.* verum etiam constat fuisse eius amplitudinem re-
31 strictam ad pretium, cum de eo solum, † vt patet ex verbis suprà in §. *quia nouatio*, actum fuisset inter partes Castill. *controu. tom. 4. cap. 41. num. 72. & seqq.* Rota *coram Gregor. decis.* 158. *num. 4. & coram Zarate decis. 98. num. 5.* Prout ad pre-
32 tium restringitur verbum *pretensioni*, † quia Carolus Maria cum esset creditor pretij, consequebatur pro illo expresso scut. 185. millia in instrumento emptionis, promissionem assignationis de scutis 116600. in bonis, & pecunijs sub dilatione exigendis, ac eius narratis precibus, & prætensionibus in quantitate, & qualitate in totum contrariam. Quinimò cum Seren. D. Dux ex dicta rescissione duas contraxisset contradistinctas obligationes, primam puram restituendi conditione pendente pretium iuxta modum promissum, alteram verò conditionalem dimittendi possessionem Tenutæ, ac recipiendi retrotraditionem assignationis pretij dati, si conditio obstantiæ Bullarum non verifi-
33 caretur, † ideo talis quietantia solum extinxit obligationem puram restituendi pretium, non autem alteram conditionalem dimittendi possessionem Tenutæ, de qua nihil dictum fuit, sed dumtaxat actum apparet de pretio,
34 vt colligitur ex literarum, & instrumenti proemio, † quod declarat mentem, & intentionem contrahentium Cancer. *var. resol. par. 3. cap. 15. num. 264. & seqq.* Gratian. *discept. 558. num. 24.* & in terminis quietationis Ruin. *consil. 210. num. 3. post med. lib. 1.*

Tandem fieri nequit ius in allegata acquiescentia Caroli Mariæ, eiusque hæredis, quasi quod vterque diu tacen-
35 do, nouationem obseruantia comprobauerit, † nam omissis tanquam superfluis multis probationibus eam excludentibus, & præcipuè obitu Caroli Mariæ paucis mensibus post Pontificatum san. mem. Innocentij X. Auctoris supradictæ Bullæ, non fuit adeò longeua, vt intrare po-
36 tuerit legitima † præscriptio, sine qua neque inducitur:
37 neque remittitur obligatio, † cum tempus non sit modus inducendæ, aut tollendæ obligationis ad text. *in l. sicut § non videtur ff. quib. mod. pign. vel hypot. solu.*

Sublata igitur de medio dicta rescissione conditionali,
38 † remanet in suo robore instrumentum præcedentis vendi-
39 tionis, quod vti obligatione Camerali † vallatum paratum
40 habet executionem, pro qua datur emptori † immissio super re vendita Rota *post Zacch. de oblig. Cameral. decis.* 261.
41 *num.* 10. quod procedit etiam ad fauorem hæredis, † ad quem transeunt omnes eiusdem obligationis effectus Rota *decis. 2340. num. 1. coram Coccin. plenè Zacch. eodem tract. quæst. 4. num. 16.*

Et ita recessum fuit à decisis vtraque parte informante.

Quæ ambæ decisiones in hac causa sunt impressæ, habeatur supra altera par. 18. tom. 2. 712. altera vero in hac eadem parte 186. in ordine.

R. P. D. TAIA.

postea S. R. E. Cardinali.

Romana Domus, seu Immissionis.

Lunæ 9. Maij 1678.

ARGVMENTVM.

Immissio in bonis viri hic denegatur mulieri agenti pro restitutione suæ dotis, quia ex perceptione fructuum, & retentione bonorum mariti, vel fuerat de ea satisfacta, vel suum creditum exinde remansit illiquidum & demum quia ipsa ad bona ab eodem viro cum suo consensu alienata non poterat habere regressum.

SVMMARIVM.

1 *Fundus dotalis alienari non potest, nec etiam cum consensu vxoris.*

2 *Mobilia præsumuntur consumpta spatio decem annorum, & multo magis annorum viginti, & num. 3.*

4 *Retentio mobilium duarum hæreditatum non arguit satisfactionem crediti ad vnam tantum hæreditatem spectantis, donec illorum separatio facta sit.*

5 *Mulier in subsidium vendicat sua bona dotalia, vel fundum dotalem datum etiam æstimatum.*

6 *Bona debitoris retenta à creditore, si sint longè minoris valoris, quam creditum, præsumuntur habita pro derelicto, & dominium translatum in eo.*

7 *Immissio ex sola turbiditate crediti denegatur.*

8 *Instrumentum plenè probat, licet Notarius non affirmet cognoscere contrahentes, & quando.*

9 *Fructus dotales post mortem vxoris non amplius debentur.*

10 *Fructus dotis viduæ debentur tantummodo post iudicialem interpellationem.*

11 *Mulier pro restitutione suæ dotis non potest agere ad bona mariti, super quibus ipsa cum solemnitatibus renunciauit.*

12 *Nullitas contractus minoris, vel mulieris allegari non potest post lapsum quatriennij concessi ad petendam restitutionem in integrum.*

DECISIO CCXIV.

POstquam decisum est 26. Iunij 1676. dandam immissionem Franciscæ, ea tantum informante, recessum est postea à decisis * 14. Iunij 1677. vtraque parte informante, deindè proposita causa 19. Ianuarij proximi præteriti, in quibus decisis, standum esset, non potuit liquere, vnde hodiè reproposito eodem dubio DD. standum in secundo decisis, responderunt, vno semper refragante.

Dicebat enim ille domum controuersam esse fundum dotalem, ita vt Paulus maritus Catherinæ, † neque cum 1
illius consensu potuisset alienare, vel hipothecare *instit. quibus alien.* liceat cum vulgatis, nihilo suffragante pro validitate alienationis decreto Iudicis, & iuramento apposito in contractu, vtpote fundatis super falsa causa, quod mulier esset cauta super alijs bonis Pauli alienantis.

Exceptionibus autem reorum non possidentium, dicebat non moueri, nec vt illa præsumptæ satisfactionis de sua dote, in alijs bonis, & mobilibus hæreditarijs Pauli viri, quæ deuenerint ad manus Catherinæ vxoris, vt ex illorum descriptione, & consecutione facta eidem.

Quia descriptio mobilium, exhibita, non solum non constabat fuisse facta ad instantiam Catherinæ, sed constat ex lectura fuisse facta instante Io. Baptista filio dictæ Catherinæ absque mandato autem consensu matris, amplius laborat descriptio, quia facta est de mobilibus repertis in quadam domo, qua Catherina non habitabat, & de repertis in domo, qua ipsa habitabat, non probatur identitas illorum Pauli, cum in ea domo habitarent, etiam alij, & quod maxime extenuat descriptione, est longinquitas temporis, quo facta est, cum sit facta anno 1645. & sic
19. annis ab obitu Pauli defuncti anno 1626. † quo temporis 2
interuallo mobilia præsumuntur consumpta ad Bartol. *ad l. 5. Cod. de Murileg. lib. 10. num. 3.* quin etiam spatio decem annorum Rota *coram Durano decis. 195. num. 11. & decis.*
235. *num.* 2. & demum † cum eo tempore Catherina iam 3
successisset in pingui hæreditate Io. Baptistæ sui fratris defuncti anno 1635. & mandatum de describendo contineret mobilia, tam Pauli, † qua Io. Baptistæ vsque quo 4
non sit separatio mobilium vnius hæreditatis ab alia, allegari non potest præsumpta satisfactio dotis, ex illorum retentione, imo ad exuberantia demonstrat Francisca facta collatione Inuentarij hæreditatis Io. Baptistæ cum descriptione anni 1645. conuenire, quamplurimas significationes huius posthumæ descriptionis cum illius inuentario, ita, vt potius fratris Catherinæ videantur, qua Pauli eius mariti.

Quantum vero ad consignationem factam Catherinæ, dicebat, vel non probari, vtpote, quod nec apparet præsentia eiusdem in actu descriptionis, vel si probetur, videtur facta contra formam mandati, & decreti Iudicis, quod erat de mobilibus consignandis penes tertiam personam.

Nec pariter mouebatur, ab alia exceptione de fructi-

Q bus

bus à Catherina perceptis domorum Pauli ; Quia si quos
percepit compensandi sunt cum fructibus fundi dotalis va-
5 loris scutorum 1200. † Vindicabilis in subsidium, etiam ,
quod esset datus æstimatus, si maritus factus sit non sol-
uendo *lege in reb. Cod. de iur. dot.* sed nullos fructus perce-
pisse dicebat, non domus in Burgo, vti non hæreditaria Pau-
li, sed ad tertiam generationem masculinam concessa à Ve-
nes. Capitulo Sancti Petri, non domus ad Morattas, cum ista
proueniat ex fideicommisso Octauiani Thesauri ordinato
ad fauorem familiæ de Argentis, cuius vltimi fuerunt filij
Catherinæ, & sic Francisca nunc actrix, non domus ad radi-
ces Montis Quirinalis, quia, & si ista sit hæreditaria Pauli,
tamen fuit euicta in Saluiano, & dum locationes non exte-
dunt scuta 50. & creditor euincens est creditor 60. est despe-
rata recuperatio, alia vero domus, quæ retinetur ab Actrice
imputanda est ei in creditum scutorum mille residualium
dotis Catherinæ, pro quo fecerit fructus, quos non solum
6 huius domus retentæ, † sed etiam alterius, vt supra euictæ
vsque ad euictionem, siquidem stante debito excedenti va-
lorem bonorum, de quibus agitur præsumitur debitorem ,
illam habere pro derelictis, ac dominium, eorum translatum
ad creditorem Grat. *disc. 422. num. 14.* Gait. *de credit. cap. 9.*
numer. 1098. Merlin. *de pignor. qu. 45. ex num. 73. lib. 5.* Lotard.
de vsur. qu. 22. num. 112. & ex quadam non scripta æquitate
Dominus de Luca de credit. disc. 136. ex num. 8. lib. 8. & licet in
Summario reorum asseratur fructus ascendere ad annua
scuta 130. tamen pro parte Actricis asseritur , sub d. fructu
contineri aliam domum ad Balestrarios.

Contrarium tamen placuit alijs DD. quibus fundamen-
7 tum satisfactionis dotis † Catherinæ , seu saltem turbiditas
crediti dotalis, quæ sola sufficit ad denegandum Franciscæ
illius hæredi Actrici immissionem petitam contra tertios
Possessores bonæ fidei ex causa retractus, visum est bene de-
duci non solum ex retentione mobilium penes Catherinam
dimissorum, vt in vltima decisione, sed multo magis ex per-
ceptione fructuum duarum domorum hæreditariorum Pau-
li mariti debitoris post obitum Catherinæ , vnius scilicet
vsque ad præsens, & alterius vsque ad annum 1665. posses-
sarum .

Et insistendo mobilibus hæreditarijs Pauli mariti , dice-
bant nihil obstare , quod descriptio facta fuerit comparente
Io. Baptista filio Catherinæ sine mandato, & propterea sine
præiudicio matris , quia huiusmodi mandatum , quod obti-
nuerat ab A. C. pro matre de describendis mobilibus , &
cuius vigore fuerunt descripta, notatum est in lib. memoria-
lium officij post aliud mandatum de auferendo , & depo-
nendo petitum à Catherina , & solutum , prout latius in
actis , ad quæ , & descriptio facta , fuit in domo Catherinæ
ipsius, & sic probabiliter in præsentia ipsius, & cum eius con-
sensu , qui satis videtur probari , ex repetitione postea facta
pro eadem Catherina à Io. Baptista filio d. instrumenti , ad-
dito quoque , quod mobilia fuerunt relicta penes Catheri-
nam , quæ , & si non asseratur à Notario sibi cognita iuxta
8 reformationem, † tamen stante approbatione descriptionis,
& cessante fraude præsumpta tale instrumentum probet ad
Rotam *coram Merlin decis. 158. num. 6.*

Quo vero ad fructus perceptos ex domibus non placuit
responsio, quod huiusmodi fructus potuerint percipi à Fran-
cisca, vel tanquam fructus dotales, vel tanquam ex domibus
proprijs Catherinæ insolutum acceptis.

Quia de acceptatione insolutum nullibi constat, imo con-
trarium apparet , ex inuentario bonorum Catherinæ facto
à Francisca , in quo Francisca fatetur residuum crediti dota-
9 lis consistere in scut. 1600. fructus autem huiusmodi † cre-
diti dotalis post obitum Catherinæ non debentur iuxta no-
tata *in cap. salubriter 16. de vsur.* cum tantummodo debean-
10 tur viduæ † post iudicialem interpellationem pro dotis re-
stitutione ad *Statut. Vrb. 137. lib. 1. adnotat. ad* Ludouis. *de-*
cis. 269 num. 7. quæ non docetur facta à Catherina , & ad
Statut. 137. non habet locum in filijs , & Rota *coram Cocci-*
no decis. 2308. num. 5.

Hinc descendendo ad calculum cum pensiones ab anno
1650. mortis Catherinæ vsque ad annum 1665. domus eui-
ctæ ad ratam scut. 50. quæ erat solita locari quolibet anno
ascendant ad scuta 752. & vltra , domus verò hodiè possessæ
à d. anno 1650. vsque ad præsens ad rationem quoq; sc. 50.
ascendant ad scuta 1400. hæ summæ simul iunctæ consti-
tuunt summam scut. 2150. in quibus appares ipsa de dote
fuisse satisfactam nullumque habere creditum, pro quo pos-
sit agere contra domum à reis possessa.

Processit etiam vnus ex DD. ad illud fundamentum se-
cundæ decisionis , quod Catherinæ nulla actio competeret
contra domum controuersam , † quia consensit alienatio- 11
ni mariti cum omnibus solemnitatibus statutarijs, & iu-
ramento , renuncians expressè legis Iuliæ de fundo dotali
ad Capitulum , cum contingat de iure iurando Rota *coram*
Caual. decis. 482. numer. 2. & cum alienatio fuerit facta an-
no 1613. successerit præscriptio trigenaria , † etiam lapso 12
quatriennio concesso post minoritatem ad reclamandum à
contractu , qua præscriptione stante non potest opponi de
nullitate contractus Rota *coram Merlino decis. 215. num. 8.*
cum alleg.

Et ita vtraque parte informante resolutum fuit.

R. P. D. EMERIX.

Cremonen. Iurispatronatus.

Lunæ 9. Maij 1678.

ARGVMENTVM.

Rursus in controuersiam deducitur in hac Causa qualitas Sacerdotij actualis de tempore præsentationis requisita , & toties a Rota decisa, ex verbis fundationis, & ab obseruantia desumpta, ab illis nempè, quia demandabatur eligi Sacerdos sufficiens , qui quatenus non attendat ad celebrandum , cassari, & remoueri possit pro voluntate hæredum ; hæc autem quia semper Sacerdotes electi sunt, etsi quando Clerici, isti dispensationem obtinuerunt.

SVMMARIVM.

1 *R.P.D.* Calatain *olim Sacræ Rotæ Auditor, postea magnus Cancellarius Mediolanensis fuit electus.*

2 *Rota Romana in audiendo partes singularem, & exemplarem benignitatem habet.*

3 *Sacerdos actu, non autem habitu, & potentia esse debet præsentandus ad beneficium, si ita à testatore requisitum est, & ab obseruantia declaratum.*

4 *Obseruantia qualitatem, & naturam beneficij demonstrat.*

5 *Beneficium Sacerdotale actu , & non habitu ex quibus dicatur à testatore constitutum, & n. seqq.*

6 *Beneficium dicitur Sacerdotale actu, & non habitu, si hæredes possunt Sacerdotem electum ad libitum remouere , & cassare, & num. 8.*

7 *Verba testatoris si respiciunt Sacerdotem celebrantem per se ipsum, & referatur ad tempus electionis , beneficium esse actu Sacerdotale demonstrant.*

8 *Beneficium Sacerdotale reputatur actu , & non habitu , si electus remoueri debeat , quatenus non attendat ad celebrandum.*

9 *Beneficium reputatur Sacerdotale actu , si semper Sacerdotes electi sunt , & si quando clerici , dispensationem obtinuerunt.*

10 *Beneficium Sacerdotale ad obtinendum , sufficit quod quis in ea ætate constitutus sit , vt ad Sacerdotium promoueri possit infra annum .*

11 *In Qualitate beneficij Sacerdotalis requisita à iure sufficit quod quis promoueri possit ad Sacerdotium infra annum , secus si ab homine illa constituta sit .*

12 *Testator si expressè voluit electum de tempore electionis , & præsentationis ad beneficium esse Sacerdotem actu, eius voluntas attendenda est.*

13 *Beneficium esse Sacerdotale actu non resultat ex quo in fundatione demandetur electio Sacerdotis nisi huiusmodi qualitas expressè ordinetur, intellige, vt n. seqq.*

14 *Qualitas Sacerdotij actualis licet à testatore non expressa, si tamen ex illius verbis, aut voluntate, vel obseruantia resultat, semper censetur à testatore volita.*

DECISIO CCXV.

DVabus præcedentibus sententijs , prima scilicet pro-
lata ab A. C. & secunda in hoc Sacro Tribunali ab
Illustrissimo D. meo Calataiu † nunc magno Cancellario 1
Mediolani , concessa fuit Ioanni Mozzio institutio ad con-
trouersum Beneficium, tamquam actu Sacerdotale ; & licet
etiam

etiam coram me in tertia instantia idem resolutum fuerit
per sex decisiones editas 3. Iulij 1673. 11. Martij 17. Iunij, *
& 11. Decembris 1675. ac prima Iulij 1676. & 4. Februarij
2 currentis anni; † Nihilominus Stephanus Rufinus non
acquiescens ex singulari, & exemplari benignitate, obti-
nuit nouam audientiam; Sed cum in hodierna repropo-
sitione eademmet repeteret, quæ singulatim in dd. præteritis
decisionibus confutata, & reiecta fuerunt DD. non dubi-
tarunt persistere in decisis.

Adhuc enim existimarunt, quod præsentandus ad hoc
3 Beneficium debet esse actu Sacerdos, † nec sufficere talem
esse habitu, & potentia prout erat Stephanus, tùm pro-
pter voluntatem testatoris, tùm propter obseruantiam sub-
4 sequutam, † quæ qualitatem, & naturam Beneficij demon-
strat, juxtà text. *in l minimè, & in l. de interpretatione ff. de le-
gat.* benè comprobatum in *decis. 3. Iulij 1673. §. huiusmodi, & in
decis. 17. Iunij 1675. §. vnde cum sequen.*

Voluntas siquidem fundatoris colligitur ex Instrumento
5 fundationis toties perpenso in præteritis decisionibus, † vbi
disponitur, quod ad hoc Beneficium eligatur vnus Sa-
cerdos sufficiens, qui celebret duas missas in hebdomada ad
dictum Altare pro anima dicti Bartholomæi Testatoris, &
suorum prædecessorum, quodque prædicti fideicom-
missarij quandocumque sibi placuerit possint, ac eis lici-
6 tum sit Sacerdotem electum cassare; † quæ verba cum ex
sua naturali significatione, & iuxtà proprium sensum re-
ferantur ad Sacerdotem actualem per se celebrantem, ac re-
7 spiciant actum, & tempus electionis, † pernecesse qualita-
tem Sacerdotis requirunt in præsentato de tempore electio-
nis, ex reg. Tex. *in l. in delictis §. si extraneus ff. de noxal. act.* &
ex pluribus auctoritatibus cumulatis in supradictis decisio-
nibus & præsertim *11. Martij 1675. & 17. Iunij eiusdem anni
vtrobique post princ. coram me*, considerata præsertim faculta-
te concessa hæredibus fideicommissarijs electum, & præsen-
tatum priuandi, si eis non videbitur fore sufficiens, & non
8 attendat ad celebrandum dd. missas, † ex qua fortiùs de-
monstratur, quod celebratio missarum per se ipsum est præ-
cipuè necessaria ad effectum obtinendi dictum Beneficium,
dum illa remota, remoueri etiam potest præsentatus, vt con-
sideratum, & comprobatum fuit *in decisionibus 17. Iunij 1675.
§. eoque facilius, & 10. Decembris eiusdem anni §. & fortius*,
vbi indicatur similis resolutio S. Congregationis Con-
cilij.

Eademque clarior redditur ex obseruantia subsequuta,
per quam patet, quod ad hoc Beneficium fuerunt vt pluri-
9 mum præsentati actuales Sacerdotes, † & si quando nomi-
nati fuerunt simplices Clerici, isti dispensationem obtinue-
runt, vndè validum argumentum qualitatis Sacerdotalis
desumptum fuit in omnibus decisionibus præcedentis, &
præsentis instantiæ.

His firmatis parum refert, quod Stephanus de tempore
10 præsentationis esset in ea ætate constitutus, † vt posset
ad Sacerdotium intra annum promoueri, prout sufficit etiã
in Beneficijs Sacerdotalibus, per Text. *in cap. 2. de instit. in 6.
cap. si pro Clericis de præbendis eod. lib.* & statuit *Sacrum Con-
cilium Tridentin. sess. 22. de reform.* Hoc enim locum habere
potest in qualitate Sacerdotis requisita à iure, quæ ex illius
11 dispositione suppletur per promotionem intra annum, †
non autem in illa requisita ab homine per enixam, & repeti-
tam vocationem Sacerdotis relatam ad tempus eiusdem
12 præsentationis, & electionis, † quo casu non satisfit volun-
tati fundatoris, nisi per actualem Sacerdotem, vt distinguen-
do laté firmatum fuit in decisione huius causæ *prima Apri-
lis 1672. coram Illustriss. Calataiu §. posita igitur, & sequen.* & in
alijs *31. Mart. 1675. & 17. Iunij §. non obstat, & sequen. & 10.
Decembris eiusdem anni §. primo coram me.*

Minus attendi merentur auctoritates, & rationes cu-
mulatæ ab Informantibus pro eodem Stephano, ad proban-
dum, quod licèt in fundatione demandetur electio Sa-
13 cerdotis, † nunquam tamen intelligatur de Sacerdoti actua-
li, nisi hoc expressè determinetur, quia illorum dicta pro-
cedunt, quoties intentio fundatoris desumi nequit ex
14 verbis dubijs dispositionis, † secus autem quando qualitas
actualis Sacerdotij ab ipsis verbis fundationis, vel ab obser-
uantia subsequuta benè desumitur, vt probat pluribus addu-
ctis *decisio 17. Iunij 1675. §. vnde cum.*

Et ita omissis ijs, quæ circa reuocationem mandati
procuræ denuò repetita, & in præcedentibus decisio-
nibus sublata fuerunt, conclusum fuit, vtraque parte in-
formante.

*Plurimæ decisiones in hac causa factæ sunt, quarum tres ha-
bentur impressæ supra in alio præcedenti tomo 2. partis 18. re-
cent. vbi sunt in ordine 464. 550. & 607.*

REVERENDISS. D. ALBERGATO

Sacræ Rotæ DECANO.

Romana Primogenituræ de Cæsarinis.

Veneris 13. Maij 1678.

A R G V M E N T V M.

Diffamationis iudicio agere prætendebat fideicommissarius pro declaratione suæ vocationis, quod in hac decisione illi denegatum est, quia vocatio erat conditionalis, & ita sicuti euenire poterat, ita succedere non valebat, in nihilo refragante, quod ipse prius à grauato diffamatus fuisset, quodque de dilapidatione constaret, quia diffamatio visa non est exceptio grauati, opposita pro tuitione sui iuris, nec minus dilapidatio dicebatur translatio bonorum fideicommissi facta in fœminam de familia, quæ sola illius splendorem conseruare poterat

S V M M A R I V M.

1 *Fideicommissarius solum conditionaliter vocatus non potest præuentiuè agere ad obtinendam declarationem suæ vocationis.*

Sed conditionis purificationem expectare tenetur ibidem, & num. seq.

2 *Iudex super declaratione existentiæ fideicommissi conditionalis, conditione pendente, nullam potest proferre sententiam.*

3 *Sententia conditionalitee proferri non potest, ne ob defectum conditionis, reddatur frustratoria, & inanis.*

4 *in Fideicommissis conditionalibus qualiter agi possit ad præuentiuam declarationem vocationis fideicommissarij.*

5 *Diffamatus etiam si solum conditionaliter ius habere possit, adhuc iudicium* legis diffamari C. de ingenuis, & manum. *intentare permittitur.*

6 *Grauatus, si dilapidat bona fideicommissaria, potest etiam à conditionaliter substituto in iudicium vocari super præuentiua declaratione suæ vocationis.*

7 *Diffamatio non dicitur exceptio non iuris alterius, opposita pro defensione suorum bonorum, & iurium, & n. seq.*

8 *Diffamatio ad hoc vt intret remedium* legis diffamari C. de ingen. & manum. *debet esse spontanea, & sine vlla causa, & n. 7.*

9 *Dilapidatio non dicitur sed laudabilis dispositio grauati, qui in fœminam de familia, quæ sola illam conseruare poterat, transtulit bona eiusdem familiæ.*

D E C I S I O CCXVI.

ADhuc in humanis Excellentissimo D. Duce Philippo
Cæsarino, prætendebat Excellentissima D. Liuia
eius ex prædefuncto D. Duce fratre neptis declarari ipsam,
illo decedente sine filijs masculis, vocari ad primogenitu-
ram Excellentiss. Familiæ Cæsarinæ: Vndè commissa
Causa A. C. de voto Rotæ, exquisiui à Dominis: An es-
set locus huic præuentiuæ declarationi, & post plures propo-
sitiones responsum habui negatiuum.

Agitur enim de fideicommisso, seù primogenitura con-
ditionali, nempè, si Dominus Dux sine filijs masculis deces-
serit, propterea cum ille adhuc sit vegetæ ætatis ad sobo-
lem procreandam, vel possit dari casus, quod eadem D.
Liuia, eiusque filijs præmoriantur, † ideo ipsa intempe- 1
stiuè agere non valet, sed expectare debet purificationem
conditionis, cum fideicommissis pendentibus à conditione
incerta, quæ potest deficere, & esse, & non esse, † 2
non liceat vocato sub tali conditione agere ad præuentiuam
declarationem, nec Iudici super hoc ferre sententiam, † 3
ne illa ex post facto, ob defectum conditionis, reddatur
frustratoria, & inanis, iuxtà textus literales *in l. litigatores*

§. fin. ff. de recept. arbitr. l. quemadmodum ff. de iudic. l. hita scriptum ff. de legat. 2. l. ita tamen §. à patre, & l. facta §. si sub conditione ff. ad Trebell. l. filius qui patri §. cum filius ff. de bon libert. l. Statius, §. Cornelio Fœlici ff. de iur. fisc. & de communi testantur Pipell. *in l. 1. par. 3. num. 7. de C. de bon. matern.* Molin. *de primog. l. 3. c. 14. a 17.* Peregr. *de fideic. ar. 41. num. 4. ibique* Censal. *in addit. Marzar. eodem tract. par. 3. quæst. 6.* Fusar. *de substit. q. 607. nu. 2. & 3.* Castill. *controu. lib. 5. controu. 93 §. 14. n. 7.* Fontanell *decis. 156. num. 20.* Gamm. *decis. 202. nu. 2.* Rot. *in Romana fideicommissi 31. Ian. 1631. coram Cardinali Hieronymo Verospio*, & distinguendo tradunt Bartol. *in l. 1. num. 1. & seqq. C. de sent. quæ sine certa quantitate*, Barbat. *de Fideic. par. 1. cap. 5. inspect. 6 num. 61.* Viu. *decis. 403.* Mart. *de success. legal. par. 4. quæst. 22. art. 4. num 4. & 6.*

Nec visæ sunt in proposito applicabiles limitationes,
4 propter quas etiam in fideicommissis conditionalibus † agi
potest ad præuentiuam declarationem; Altera nempè quando grauatus possessor fideicommisso iactat bona
non esse illi supposita, sed libera, & diffamat de non iure
5 fideicommissarij, † quo casu ad declarationem iuris sui
aduersus diffamationem succurrendum est fideicommissario ex remedio *legis diffamari C. de ingen. & manumiss.* vt tradunt Peregr. *d. artic. 41. num. 5. ibique* Censal. Molin. *vbi supra n. 23.* Castill. *loc. cit. nu. 24.* Camil Medic. *consil. 148. [a. 14.* Fontanel. *de pact. nupt. clau. 4. glos. 9. par. 5. n. 27.* Franch. *decis. 695. nu. 1.* & admisit Rot. *in Firmana bonorum 20. Iunij 1589. co-*
6 *ram Gipsio*: Altera verò † quando idem grauatus dilapidat
bona fideicommissaria, vt notant Peregr. *vbi supra*, Censal. *ad eundem nr. 40. vers. 2. inferius*, Castill. *vbi proxime*, Rot. *decis. 828. num. 8. & 9. coram Dunoz. & in Bononien. transactionis 27. Ianuarij 1640. coram eodem Cardinali Verospio.*

Quia diffamatio in præsenti non resultat ex eo, quod D.
Dux sub die 28. Iulij 1674. respondendo cuidam interpella-
tioni factæ pro parte D. Liuiæ, inter cætera dixerit illi,
eiusque descendentibus nullum ius competere in contro-
7 uersa primogenitura, † nam hinc dici nequit D. Ducem
sponte diffamasse, seù se iactasse de non iure illius, sed
dumtaxat excipiendo ad necessariam sui defensionem id op-
posuisse, non ad tuendam libertatem bonorum, sed ad
ostendendum se non incurrisse caducitatem ab eadem D.
Liuia contra ipsum intentatam, vndè tamquam iustam
causam habens sic respondendi cessat diffamatio, quæ ad
hoc, vt ex ea intret ad effectum de quo agitur, remedium
8 Text. in *l. diffamari* † debet esse spontanea, & absque vlla
causa, Contard. *in eadem leg. diffamari in limit. num. 67. & seqq.* Purpurat. *in l. 1. num. 61. C. de eden* Menoch. *cons. 366. sub num. 2. & seqq.* Didac. Iban. *ad Couar. var. resol. lib. 1. c. 18 n. 5.* Greuer. *ad Gail. lib. 1. concl. 10. considerat. 1. sub nu. 5.*

Altera autem dilapidationis, quæ in proposito eliciebatur ex translatione bonorum primogenituræ in persona Ex-
cellentissimæ D. Cleriæ alterius neptis, nuptæ in Excel-
lentissimum D. Principem Somneni, illiusque filiorum,
non applicatur, quia per talem translationem non potest
9 dici, quod D. Dux transferens, dilapidauerit † bona,
imo potiùs per eam dici debeat, quod prudenter, & laudabiliter eo tempore se gesserit, dum tunc propter statum Religiosum, in quo vitam ducebat Excellentissima D. Liuia, nullius alter aderat huius Excellentissimæ familiæ, qui esset capax primogenituræ, casu quo D. Dux sine filijs decessisset, ad tradit. per Molin. *de primog. lib. 2. c. 6. num. 44.* Guttier. *practicar. quæst. lib. 3. quæst. 71. num. 4. & 5.* Castill. *controu. lib. 5. cap. 12. num. 108.* Moguerol. *alleg. 31 num. 61.* Olea *de cess. iur. tit. 3. quæst. 3. nu. 9. & 10.* Cyriac. *contr. 404. num. 2.* quam translationem, an D. Dux teneatur retractare, ex quo D. Liuia statum Religiosum deseruit, & matrimonium contraxit cum Excellentissimo D. Francisco Sfortia, DD. mandarunt particulariter videri.

Et ita, vtraque parte informante, decisum fuit.

Infra sub die 13. Iunij istius præsentis anni erit altera einsdem causæ decisio, quæ suis loco & tempore apponetur.

R. P. D. RONDININO.

Romana Legati.

Veneris 13. Maij 1678.

ARGVMENTVM.

Via exequutiua pro legato etiam à Rota conceditur, quando, prout hic, primo loco agitatum fuit coram A. C cuius stylus ideò in gradu appellationis seruari debuit, etiam ab ipsa Rota; Rursus agitur de relatione periti de consensu partium iudicialiter electi, & à quo appellatum non erat, vt proindè in partitis liquidis earum exequutio concedenda sit, quamuis aliæ fuerint in suspenso relictæ.

SVMMARIVM.

1 *Mandatum, de cuius validitate, & iustitia non dubitatur, exequutioni demandari debet.*
2 *Rota pro legatis non seruat opinionem* Angeli *procedendi via exequutiua, & n. 5.*
3 *Legatum in Rota habet viam exequutiuam, si in prima instantia fuerit actum coram A. C. qui pro eo relaxauit mandatum.*
4 *Mandati pro validitate sufficit fuisse seruatum stylum iudicis à quo, licet coram iudice appellationis alius stylus seruari soleat.*
5 *Legatum in Rota non habet viam exequutiuam, & n. 2.*
6 *Perito iudicialiter electo de consensu partium stari debet, amplia vt n. seq.*
7 *Relatio periti, à qua appellatum non est, impugnari amplius non potest.*
8 *Periti relatio executioni demandari debet, quamuis ille aliquas paritas in suspenso reliquerit.*
9 *Retentionem ad excludendum, sufficit illiquiditas crediti, quod opponitur.*
10 *Exequutio crediti liquidi retardari non debet per exceptionem alterius crediti illiquidi.*
11 *Dos in pecunia promissa, licet inuestienda, seu inuestita in bonis, adhuc dicitur in pecunia, & maritus remanet dominus bonorum.*

DECISIO CCXVII.

ARchiconfraternitas Sanctissimi Sudarij Nationis Pedemontanæ tamquam hæres, & ex persona Hieronymi Zucchetti legatarij Franciscæ Campanæ in scutis 500. egit pro illorum consecutione contra Ioannem Carolum de Robeis Maritum, & hæredem D Franciscæ, & obtinuit ab Auditore Cameræ mandatum exequutiuum super domo hæreditaria eiusdem Testatricis, & hodie commissa per appellationem Causa cum clausula: Alteri qui ad legitimam executionem procedit, ad istius rescripti limites dedi dubium, cui Domini affirmatiuè responderunt.

Sanè non impugnata validitate mandati, illiusque iu-
stitia detecta, non aliud superest nisi ad vlteriorem executio-
nem † procedere, quamuis Rota non seruet opinionem *An-*
geli in §. illud Auth. *de hæredit. & falcid.* † vt pro legatis detur 1
via executiua, quia cum illa seruetur in Tribunali A. C. in 2
quo iudicium actum fuit; † non ideò Rota se ab illius exe-
cutione abstinet, cum pro mandati validitate sufficiat serua- 3
tum fuisse stylum Tribunalis, in quo fuit relaxatum man-
datum, † quidquid sit quando peteretur à Rota relaxatio
ipsius mandati, † quod pro legato non concedit, vt dixit 4
in proposito *coram Dunoz iun. decis. 597. num. 7. & in rec. par.* 5
16. decis. 416. num. 2. & seqq.

Iustitia autem mandati videtur insurgere ex ipso le-
gato, & ex electione periti iudicialiter electi, ex qua appa-
ret hæreditatem D. Franciscæ remanere creditricem liqui-
dam in scutis 1100. † cui quidem relationi standum est, non
solum ex natura actus, sed etiam ex eo, † quod ipsius peri- 6
ti electio facta fuit de consensu partium, atque ab 7
eius relatione Io. Carolus non appellauit, Angel. *in §. quod autem num 26. vers. in text. ibid. de Archutect. Authent. de non alien.* Felin. *in cap. propofuisti num. 7. vers. fallit 2. de probation.* Alex. *cons. 179. nu. 6 vers. alias sufficere vnus volum. 2.* Decian. *de probat. conclus. 47. nu. 42.* Rota *coram Dunoz. iun. decis. 639. n. 9. & coram Cardinali Celso decis. 309. num. 10. & decis. 356. n. 6. & in rec. par. 9. decis. 83. sub nu. 33. & par. 14. decis. 98. num. 1. & seqq. & decis. 312. num. 2. & seqq. & par. 15. decis. 132. ex num. 24.*

Et quamuis peritus nonnullas paritas reliquerit hinc inde in suspenso, non ideò potest Ioanni Carolo competere

reten-

retentio, quæ valeat mandati executionem retardare, non
8 solum quia, vt mox dictum est, † peritus electus fuit ex
partium consensu, atque ab eius relatione Ioannes Ca-
9 rolus non appellauit, † sed etiam quia ad exceptionem re-
tentionis excludendam sufficir ipsa illiquiditas partitarum
in suspenso relictarum, vt exinde pro summa liquida scu-
10 torum 500. legatorum, † pro quibus relaxatum fuir man-
datum, & in quibus nulla cadir difficultas executio re-
tardari non debeat, ex vulgata regula Text. *in l. fin. C. de*
compensat. quam in his terminis deduxir Rota *coram Bi-*
chio decis 596. num. 20. & recentior. par. 15. decis. 209. num. 29.
& par. 16. decis. 411. num. 5.

Quatenus autem discussio singularum partitarum, quas peritus suspensas reliquit non essent reseruanda in iudicio ordinario, videbatur potiùs grauata Archiconfraternitas, quia redacta difficultate ad Vineam datam pro solutione dotis, eiusque melioramenta, præterquod retentio datur solum in re meliorata, adhuc Vinea non fuit data in fundum dotalem, atque ideo melioramenta dicuntur facta in fundo Mariti, non autem Franciscæ Vxoris, cuius Ioannes Carolus Maritus est etiam hæres; Etenim dos
constituta fuit in quantitate scutorum 3660. consistente in
11 Locis Montium, in vna Vinea, & alijs bonis, † ideoque
ipsa dos consistit in summa, & summa ipsa soluitur po-
stea in Locis Montium, & alijs, atque ac distinctionem
fundi dotalis, breui manu emptis, & venditio inter Vi-
rum, & Vxorem facta dicitur, Virque debitor quantita-
ris, in quo est res constituta remansit, & Dominus Vineæ,
& Locorum Montium, & aliorum effectuum, in quibus
duos soluta fuit euasit, ad *text.* vbi communiter scriben-
12 tes *in l. plerumque 11. ff. de iur. dot. & in l. vbi adhuc 29. &*
leg. seq. C. illo eodem tit. Mantic. *de tacit. convention. lib. 12. titul.*
28. num. 5. & seqq. & alijs latè adductis Rot. *coram Bich. decis.*
350. num. 22. & seqq. ac in rec. num. 15. decis. 277. d. num. 9. &
seqq.

Aderant etiam aliæ partitæ, quarum insubsistentiam ad retardandam potissimum executionem mandati, deducebant Informantes pro Archiconfraternitatem, cum quibus, vtraque parte informante, Domini transierunt.

Præsens decis. fuit confirmata de anno 1679. quæ ideo in appendice apponetur.

R. P. D. RONDININO.

Senogallien. Fidei commissorum.

Veneris 13. Maij 1678.

ARGVMENTVM.

Tria potissimum continet hæc decisio. Primum, quod ad impediendum Ægidianam non suffragetur, fideicommittentem, vel vltimo grauatum fuisse personas Ecclesiasticas; Alterum, quod reciproca linealis constituatur ex illis tribus solitis requisitis, hic particulariter enucleatis; Tertio demum, quatenus fideicommissum remaneat ex transactione immutatum, vel innouatum, & alia etiam plura ex sequenti Summario, & decisione videnda.

SVMMARIVM.

1 *Immissio iudicium dicitur esse possessorium.*
2 *Ægidiana semper intrat, quoties sententia non est nulla, vel iniusta, aut non agitur de rebus, vel personis Ecclesiasticis.*
3 *Ægidiana habet locum etiam in fideicommisso constituto à personis Ecclesiasticis, amplia vt ibidem.*
4 *Ægidiana Constitutio disponit super appellatione, quæ interponitur à sententijs.*
5 *Ægidiana Constitutio respicit tempus interpositæ appellationis, nulla habita ratione anterioris status personarum, vel rerum.*
6 *Vocatus in quinto, vel alio simili gradu non succedit, donec superfint alij qui in gradu superiore succedere debent.*
7 *Dictio* cuiuslibet *tribuit actum vnicuique in solidum.*
8 *Reciproca solidalis dicitur constituta per dictionem* cuiuslibet *inter omnes vocatos.*
9 *Reciproca linealis dicitur constituta quoties illius requisita concurrunt, & quæ illa sint n. seqq.*
10 *Substitutio quando dicatur facta vltimo morienti, licet hoc expressum non sit, & n. seqq.*
11 *Linea masculina non potest terminare nisi post obitum vltimi masculi.*
12 *Substitutio dicitur facta in tota hæreditate, tam ex verbis testamenti, quam ex natura substitutionis.*
13 *Substitutio ab institutione dependet.*
14 *Substitutio linealis reciproca induci non potest, si vnaquæque substitutio in sua linea procedere possit, sed vid. n. seqq.*
15 *Pluralitatis exclusio in suas singularitates quatenus à testatore facta sit.*
16 *Sub Linea continentur, qui ita sunt vocati, vt constituant solum gradum, non nouam lineam.*
17 *Fideicommissarius ille solum admittitur, qui remanet ex vocatis, & num. seqq.*
18 *Testatoris dispositio, & voluntas in fideicommissis attenditur.*
19 *Fideicommissum eo magis procedit si à fideicommissarijs fuerit in transactione approbatum.*
20 *Fideicommissi nouatio in transactione quatenus facta non sit.*
21 *Fœminæ veniunt appellatione posterorum, & successorum, sed limita vt n. seqq.*
22 *Transactio facta cum relatione ad fideicommissum, illius naturam, & qualitatem non immutat, & n. seqq.*
23 *Fœminæ in fideicommisso non comprehensæ, vel ad illud solum conditionaliter admissæ non recipiunt vocationem ex transactione facta inter vocatos.*
24 *Fideicommissum puta in transactione, vel aliter de consensu testatoris immutatum, in reliquis remanet firmum.*
25 *Decisiones quæ non tangunt articulum ex professo, sed solum incidenter, & ad aliud effectum, non attenduntur, & n. 27.*
26 *Obligatio cameralis, illiusque executio non retardatur per exceptionem transactionis, illiusque intellectum.*

DECISIO CCXVIII.

Defuncto Carolo Emanuele de Mannellis sine filijs masculis, Flaminius Iunior vti vocatus in vltimis tabulis Flaminij Senioris, Claudij, & Iuniperæ de Mannellis, petijt immissionem cor. R. P. D. Muro Iudice ab A. G. deputato contra Mariam Nicolam d. Caroli Emanuelis filiam, ad cuius preces superuenta Commissione Sanctissimi, quod in Causa procederetur de voto Rotæ,* votum prodijt pro immissione Actoris, præuijs quatuor decisionibus 22. Iunij 1676. & 15. Martij 1677. coram Reuerendissimo D. meo Albergato Decano; Prolata autem iuxta formam voti Sententia ad prouocationem Mariæ Nicolæ, Signatura mihi rescripsit cum clausula, Constito, quod sit locus Ægidianæ, super quo omnes DD. à me consulti, locum illi esse responderunt.

Ægidiana enim Constitutio prohibens appellationem in
iudicijs possessorijs, † quale est istud immissionis, procedere 1
semper solet quotiescumque sententia, à qua appel-
latur, non est nulla, vel iniusta, † aut non agitur super re 2
Ecclesiastica, vel inter personas pariter Ecclesiasticas, quæ non subiacent huic Constitutioni editæ à Cardinali Ægidio Vicariam Pontificis potestatem quoad Principatum temporalem tunc exercente.

Neutrum probauit Maria Nicola, quia certum est agi
de bonis prophanis, atque personas, quæ hodie agunt, &
excipiunt, esse laicas; non enim ad hunc effectum attendi-
tur, quod Claudius, & Flaminius fideicommittentes essent
personæ Ecclesiasticæ, † quodque Carolus Emanuel vl- 3
timus defunctus esset Eques SS. Mauritij, & Lazzari, quia
cum Ægidiana Constitutio disponat super appellatione,
quæ interponitur à sententia, † illius proindè tempus inspi- 4
citur, † nulla habita consideratione anterioris status perso- 5
narum, vel rerum, vt generaliter probant Carleual. *de iudic.*
lib. 1. tit. 1. disp. 2. quæst. 5. n. 319. vers. si verò lis, & n. 338. & 353.
Peregrin. *de fideic. ar. 53. sub n. 1. & 2.* Salgad. *in laberint. credit.*
par. 1. cap. 32. sub num. 32. & in præcisis terminis *R. P. D. de Luca disc. 44. sub num. 85. de Iudic.* Rot. *rec. par. 3. decis. 51. n. 14. & 15. & par. 16. decis. 118. sub numer. 1. & 2. & coram Dunozetto iun. decis. 793. sub num. 2. & fere per tot. & in Romana seù Balneoregien. fideicommissi 29. Martij 1677. §. non obstat coram R. P. D. meo Emerix, & in Bononien. Primogeniture de Ghislerijs 24.*

Ianuarij proximi præteriti, §. non refragantibus coram R. P. D. meo Vbago.

Non etiam probauit Maria Nicola iniustitiam senten-
tiæ: quia Flaminius est vocatus ad fideicommissa ordinata
à Flaminio, & Claudio ante fœminas; vterque enim, factis
varijs gradibus, in quarto vocauit omnes descendentes maf-
culos, & in quinto in defectu lineæ masculinæ, quæ semper
excludat fœminas, vocauit lineam fœmininam, decla-
rans, & mandans, vt sunt verba Testamenti, Quod hære-
des primo loco nominati eorum & cuiuslibet ipsorum vita
durante excludant semper omninò, & in totum hæredes se-
6 cundo loco nominatos, & sic intelligatur de alijs gradibus: †
Vndè sequitur, quod Nicola Maria vt vocata in quinto lo-
co post extinctam lineam masculinam, non potest suc-
cedere, dum adhuc viuit Flaminius masculus quarto loco
7 vocatus, ex vi etiam dictionis *cuiuslibet*, † quæ distribuit,
& tribuit actum cuicumque in solidum determinans reci-
8 procam solidalem inter omnes descendentes masculos † ad
exclusionem fœminarum, quousque illi supersunt, ad
Tex. *in l. cum in testam. 37. ff. de hæred. instituen. & in l. quamdiu
3. ff. de acquiren. vel omitten. hæredit.* Fusar. *cons. 108. num. 3. &
4.* Rot. *recent. par. 4. decis. 415. ex num. 1. & coram Gregor. XV.
9 decis. 315. nu. 11. & coram Zarate decis. 15. nu. 2. & seq.* † Et sa-
nè quoad tria requisita reciprocæ linealis, de quibus *in l. Titia
Seio §. Seia libertis ff. de legat. 2.* videbatur adesse primum,
quod omnes nempe sint vocati, quod non controuertebatur;
10 secundum verò, quod substitutio sit † facta vltimo, licèt
id expressè non dicatur, tamen pernecessè deducitur ex eo,
quod Testator substituit quarto loco omnes descendentes
masculos ex Ioanne Baptista, Aloysio, & Bartholomæo,
& quinto loco in defectu lineæ masculinæ vocauit fœmini-
11 nam, † ideoque cum linea masculina non possit termi-
nari, nisi post obitum vltimi, pernecessè dicitur vltimo fa-
cta substitutio, vt post alios Rota *coram Arguell. decis. 95. n.
4. & coram Zarat. decis. 15. nu. 6. & in decis. huius causæ super
Immissione 22. Iunij 1676. §. emanauit coram Reuerendiss. D.
meo Albergato Decano*, & tertium denique requisitum, quod
substituto sit facta in tota hæreditate, clarum videtur ex eo
quod institutio loquitur de tota hæreditate, atque in testa-
mento mandatur, quod hæredes primo nominati excludant
semper, & omnino etiam in totum secundo nominatos,
ac etiam vt in perpetuum, & in infinitum seruentur om-
nia, & singula eius bona in dictis hæredibus, vt tota, & in-
12 tegra hæreditas de hæredibus in hæredes transeat. † Ex his
13 enim tam ex natura substitutionis † ab institutione pen-
dentis, quàm ex verbis testamenti apparet de tota hæredita-
te actum fuisse, Capyc. Latr. *decis. 1. num. 76.* Rota *recent. par.
10 decis. 183. num. 3. & 4. & par. 14. decis. 472. nu. 9. & seqq. &
nu. 15. & coram Eminentiss. Otthob. decis. 177. num. 16. & seqq.
& in prædicta decis. Reuerendiss. Decani, §. Tertium.*

14 Neque aduersatur, † quod hæc omnia procedere possint
in vnaquaque ex lineis absque inductione linealis recipro-
cæ, iuxtà celebrem *decis. Seraph. 1023.* cum concordantibus.
Etenim videtur, testatorem claré loquutum fuisse, dum
mandauit fœminas succedere, quādo defecissent omnes maf-
culi Io. Baptistæ, Aloysij, & Bartholomæi, quorum superest
Flaminius Actor, & videtur exclusisse resolutionem plu-
15 ralitatis † in singularitatem, dum tam Aloysium, Ioannem
Baptistam, & Bartholomæum, ac eorum descendentes
masculos non vocauit, vti constituentes nouam lineam,
16 sed vti constituentes gradum substitutionis, † quod effecit,
vt non constituant nouam lineam, sed sub linea conti-
neantur, vt post alios Soccin. iun. *cons. 120. & per tot. lib. 3.*
Ruin. *cons. 140. num. 9. vers. Si enim vult personas volum. 3.* Pe-
regr. *cons. 642. in princ. & n. 26. volum. 1.* Riminald. Sen. *cons.
189. nu. 17.* Ioseph de Rosa *cons. 69. nu. 13. & plurib. seqq.* Mart.
de success. legal. par. 1. qu. 9. ar. 3. n. 21. & seqq. & nu. 33. & seqq.
Rot. *coram Duran. decis. 296. n. 1. & 3. iuncto principio, & in re-
centior. par. 11. decis. 124. sub nu. 4. & seqq. & in Amerina fidei-
commissi 24. Mart. 1664. §. non obstat coram Reuerendiss. Beuilaq.*
quæ decisio ideo reuocata fuit quia deficiebat tertium requi-
situm, quod substitutio esset in tota hæreditate, vt patet ex
decis. 68. num. 14. in fine, & num. 15. par. 15. rec. & dictum etiam
fuit *in Romana fideicommissi Ioannis Petri de Caffarellis 17.
Aprilis 1673. coram bo. me. Priolo*, & benè declarat *decis. Re-
uerendiss. Decani super immissione 15. Martij 1677. §. hinc patet,
& §. nec aduersatur.*

Quo verò ad fideicommissum Iuniperæ patet, quod ip-
sa, instituta primogenitura in linea masculina tam Ioannis
Baptistæ, quàm Aloysij, & Bartholomæi eius nepotum, si du-
xissent vxorem de consensu Abbatis Claudij, & Hieronymi
eorum patris, voluit, quod bona semper reuerterentur ad
primogenituram, & eius lineam masculinam, idque in
perpetuum ordine, quo supra voluit seruari inter posteros
masculos, † ac proindè cum ex descendentibus hodie adsit 17
tantùm Flaminius masculus, ipse solùm admitti debet
ad totam hæreditatem, † cùm in hoc casu ipse solùm vo- 18
catus fuerit, *§. disponat auth. de nupt.* Iunctis considerationi-
bus, quod Iunipera prohibuit alienationem, vt bona om-
nia suæ hæreditatis conseruarentur in agnatione vocata, † 19
illiusque testamentum fuerit purificatum in transactione
postea inita ab Auctoribus colitigantium ad terminos d.
dispositionis Flaminij, de quibus *in decisionibus* huius Causæ
super immissione *22. Iunij 1676. & 15. Martij 1677. §§. final.
coram Reuerendiss. D. meo Albergato Decano.*

Neque admittebant DD. ex transactione præfata, in qua
post obitum sine filijs Ioannis Baptistæ, Aloysij, & Bartholo-
mæi fuit dictum, quod succedant posteri, & succef-
sores legitimi, & naturales, † inductam fuisse nouationem 20
fideicommissorum, delatamq; successionem ad omnes poste-
ros, † & successores, quorum appellatione veniunt etiam 21
fœminæ; etenim transactio fuit expressè facta cum relatio-
ne ad fideicommissa ordinata à prædictis † Flaminio, Clau- 22
dia, & Iunipera, ibi: Firmis tamen, & ratis ma-
nentibus omnibus, & singulis fideicommissis in dictis testa-
mentis Claudij, & Iuniperæ iniunctis, & non aliàs, aliter,
nec alio modo. Et pauló inferius: quod bona transeant
in successores legitimos, & naturales, vt in dictis testamen-
tis, & in testamento Flaminij. Et ideó sicuti in istis fidei-
commissis admittuntur tantùm fœminæ post masculos,
ita est dicendum, quod in vim transactionis appellatione
posterorum, † & successorum, veniant tantùm fœminæ, 23
quando non adsunt masculi, cum sola immutatio facta
fuerit quoad primogenituram fauore ducentis vxorem cum
patris consensu, † atque in reliquis præseruatio, & relatio 24
ad fideicommissa gentilitia modum succedendi in illis
præscriptum non immutet, sed repetat, & præseruet, vt benè
post alios Rot. *cor. Merlin. dec. 150. nu. 4. & seqq. & cor. Peutin-
gerio decis. 219. per tot. & cor. Eminentiss. Otthob. dec. 97. nu.
5. & 6.*

Decisiones autem in hac eadem Familia emanatæ co-
ram bonæ mem. Ghislerio non tangunt ex professo † hunc 25
articulum, sed tantùm incidenter in iudicio penitùs
diuerso obligationis Cameralis, † cuius paratam executio- 26
nem noluit Rota retardare ob exceptionem transactionis,
illiusque intellectus circa nouationem fideicommisso-
rum, vt ex prædictis *decisionibus* post Michalor. de Fratr.
*decis. 4. in fin. vers. sed quidquid sit de vero intellectu, & decis. 5.
n. 1. & 4.* Quæ autem incidenter, & ad alium penitùs effe-
ctum decisa fuerunt, † non contrariantur huic iudicio, in quo 27
non attendunt, vt sæpiùs Rota ipsa protestata fuit *cor. Se-
raph. dec. 299. sub num. 12. & 13. & coram Dunoz. iun. dec. 498.
sub num. 28. & seq. & cor. Bichi dec. 480. num. 30. & 31.* ac paf-
sim in alijs.

Et ita, vtraque Parte informante, resolutum fuit.

Aliæ binæ decis. 755. & 756. par. 18. to. 2. sunt in hac causa, aliæ verò sup. in hac ead. par. 28. et 29. in ord.

R. P. D. EMERIX.

Tudertina Affictus.

Veneris 13. Maij 1678.

ARGVMENTVM.

De vsuraria prauitate redarguebatur venditio facta cum pacto redimendi, & successiua locatione in fauore venditoris, sed quia modicitas pretij vltra dimidiam, prout in hoc casu requiritur, probata non erat, valida igitur declarata fuit; cum autem ad eam probandam remissoria peteretur, illa sine difficultate conceditur, quia exclusa variatione valoris, ex cursu temporis procedente, si illius probatio tempus venditionis percuriat, læsio in hoc casu denegari non poterit.

S V M M A R I V M.

1 *Læsio vltra dimidiam requiritur ad redarguendam de simulatione, & vsura contractum venditionis cum pacto redimendi, & subsequuta locatione.*

2 *Venditio facta cum pacto retrouendendi, & subsequuta locatione in fauorem venditoris, de iure valet, & quando.*

3 *Remissoria nunquam denegatur, præsertim in vltima instantia, quoties samus in propbanis, & materia releuans sit.*

4 *Releuantia articulorum resultat si probari prætenditur læsio, ex quo bona vendita non passa sunt augmentum valoris extrinseci causatum ex beneficio temporis. & numer. seqq.*

5 *Læsio euitari non potest, si bona vendita non habuerunt augumentum extrinsecum ex beneficio temporis, quoties tamen valor de tempore venditionis probetur. & num. 7.*

6 *Venditio facta cum pacto redimendi, & subsequuta locatione fauore vendentis, sextam partem detrahit de vero valore.*

7 *Bona vendita si non repertarunt augumentum ex beneficio temporis, probato valore de tempore venditionis, læsio quatenus inde resultet & sup. à num. 4.*

8 *Instrumentum palam celebratum cum decreto iudicis, & alijs solemnitatibus, cum habeat præsumptionem pro se, omnem læsionem excludit. limita vt num. seq.*

9 *Præsumptio cedit veritati.*

10 *Veritas, & probatio eruenda ex depositionibus testium, quoties facta sit, tollit, & adimit præsumptionem legis.*

D E C I S I O CCXIX.

1 CVm fundamento, quod non fuerit probata modicitas, quæ superet dimidium iusti pretij, † prout requiritur ad redarguendum de simulatione, & vsuraria prauitate
2 contractum venditinois † cum pacto retrouendendi, & subsequuta locatione iuxtà Theoricam *Cagnoli in l. 2. C. de pactis inter emptor. & venditor.* eiusque sequacium per binas sententias Rotales approbatas in decisione edita coram me sub die 14. Maij anni præteriti, pronunciatum fuit, venditionem, de qua agitur, substineri; Vndè venditrices ad remouendum huiusmodi fundamentum exhibuerunt in Actis articulos pro obtinenda remissoria, quam Domini concedendam esse hodie responderunt, innixi laudabili stylo
3 huius Sacri Tribunalis, illam nunquam denegandi, † præsertim in vltima instantia, quoties versamur in prophanis, & materia est releuans, Rot. *decis. 68. par. 3. coram Capuaquen. & decis. 174. & decis. 403. cor. Gregor.* alijsque concordantibus.

4 Releuantia autem visa fuit patens, † quia cum in præcedentibus huius Causæ propositionibus demonstratum sit, Prædium, de quo agitur venditum anno 1653. pro pretio scutorum 1000. fuisse de eo tempore in eodem, imò potiùs meliori statu, quàm erat de anno 1637. quo fuit æstimatum in scutis 3654. & hodie articuletur, quod ab eodem anno 1637. vsque ad dictum annum 1653. Prædia in Territorio Tuderti, & nominatim hoc controuersum nullam passum fuisse immutationem circa valorem extrin-
5 secum, † sequitur, quod de tempore venditionis fuerit valoris scutorum 3614. erat de anno 1637. vt in puncto dixit Rota *in Romana rescissionis contractus 11. Februarij 1675. §. non obstat coram Reuerendissimo Patre Domino meo Bourlemont.*

Et consequenter, quod etiamsi ex dictis scutis 3614. dematur tertia pars valoris domus vrbanæ in eo existentis,
6 ascendens ad scuta 354. † & sexta pars pretij ratione pacti redimendi in scutis 425. ad formam *Decisionum sub diebus 28. Martij 1672. & 24. Ianuarij 1674. coram Reuerendo Patre Domino meo Taia*; adhuc tamen valorem Prædij remanere in scutis 2835. † atque ita palpabilem futuram læsio- 7
nem longè vltra dimidiam iusti pretij, si probetur illud nullam, vt supra passum immutationem circa valorem extrinsecum.

Neque suffragari potest, quod venditio fuerit facta publicè, † & palàm cum decreto Iudicis, ac alijs solemnita- 8
tibus à iure, & statuto requisitis, quia præsumptio indè
elicita † cedere debet contrariæ veritati eruendæ, ex depo- 9
sitionibus † testium examinandorum, vt in his terminis 10
responsum fuit *coram Coccino decis. 1555. num. 5. & decis. 1831. num. 6.*

Et ita, vtraque Parte informante, resolutum fuit.

R. P. D. T A I A.

postea S. R. E. Cardinali.

Romana Fideicommissi, seù Multiplici.

Lunæ 16. Maij 1678.

A R G V M E N T V M.

Duo principaliter in hac decisione proponuntur, Alteram, quod exclusa filia, regulariter excludantur etiam omnes descendentes ab ea, licèt quandoque admitterentur; Alterum verò de constitutione, seù restitutione dotis ex bonis fideicommissi facienda vigore *auth. res quæ C. com. de legat.* quatenus nempè illa non in solis primis descendentibus procedat, sed alijs etiam vlterioribus conueniat vsque ad millesimum gradum, & ex quorum adhuc fideicommissariorum portionibus facienda sit.

S V M M A R I V M.

1 *Cedere quandoque expedit vbi vinci necesse est.*

2 *Veritas magis oculata fide, quàm per aures, animis hominum infigitur.*

3 *Fideicommissum dicitur purificatum ad fauorem prædilectorum in certo casu vocatorum.*

4 *Descendentium masculorum appellatione non veniunt nepotes ex filia in materia, in qua filia ipsa est exclusa.*

5 *Descendentium, masculorum nomine non veniunt masculi ex fœminis.*

6 *Nepos ex filia aliquando continetur sub nomine descendentium, & liberorum masculorum.*

7 *Diuisio, repartitio, participatio, & huiusmodi proportionabiliter, & pro rata facienda sunt.*

8 *Bona fideicommissi pro constitutione, & restitutione dotis alienari possunt, non solum pro primis, sed etiam vlterioribus descendentibus vsque ad millesimum gradum.*

Quod tamen magis vsu, quam lege constitutam est, ibidem.

9 *Immissio non retardatur ex credito, vel prætensione incertis, & ita iniustis.*

10 *Retentionis ad effectum creditum debet esse certum, & liquidum non solum in substantia, sed etiam in quantitate.*

11 *Dos debita de bonis fideicommissi vigore* auth. res quæ C. comm. de legat. *ex quorum fideicommissariorum portionibus detrahatur, vel restituatur.*

GIO: ANTONIO FIDEICOMMITTENTE



DECISIO CCXX.

DVbio proposito, An sit danda Immissio Eminentissimo Domino Federico Cardinali Columnæ in fideicommisso à D. Ioanne Antonio Vrsino instituto, & in quibus bonis. Dandam in multiplico, quod dicunt pro dimidia quarta parte DD. vnanimes proculdubio responderunt; Altera parte D. Hieronymę Sororis D. Alexandri Iunioris vltimi defuncti grauati, ne comparente quidem, adeò non in-
1 formante, fortè vt expedit cedere † vbi vinci necesse est, inquit Auctor Oratoriarum Instit. *cap. 5. lib 6.*

Ex facto in Testamento, & Codicillo D. Ioannes Antonius Vrsinus, quia in emptione Castri Fiani exposuerat summam scutorum 35. mil. computatis scutis 12000. aliàs pro dote D. Liuię filię promissis disposuit, vt dixit, quod Castrum esset ipsius D. Liuię, ita tamen, quod ipsa non posset petere ab heredibus aliquid pro dote, post mortem verò D. Liuię Castrum pro summa scutorum 23000. esse deberet D. Alexandri filij D. Liuię, ipsiusque D. Alexandri filiorum, & descendentium masculorum; Quod si contingeret ipsos filios, & descendentes D. Alexandri masculos postea decedere sine liberis masculis, tunc Sorores D. Alexandri, earumque descendentes reuertantur, & succedant in stirpes etiam vna cum filiabus, & descendentibus fœminis d. D. Alexandri, quę similiter succedant.

Et cum magis veritas oculata fide, quàm per aures ani-
2 mis hominum infigatur, † vt consuluit Iustinianus *in §. 1. de gradib. cognat.* Generatio D. Liuiæ, & Io. Antonij Testatoris Typographicè descripta est, & ad eam super probata D. Liuiæ, & sic D. Ioannis Antonij Patris fideicommittentis in Eminentissimo D. Cardinale Actore descendente à D. Isabella Sorore D. Alexandri Sen. per D. Iacobum Patrem, & D. Irenem Auiam paternam filiam D. Isabellæ pro dimidio quadrante, sicut D. Victoriæ per Patrem D. Alphonsum filium D. Isabellæ pro altero dimidio tempore mortis d. D. Alexandri Iun. vltimi descendentis masculi, & nepotis ex filio D. Bertoldi filij D. Alexandri Senioris.

Proindè filijs, & descenden. masculis Domini Alexandri Senioris antea substitutis, vt postea contigit ipsos filios, & descendentes D. Alexandri masculos, illis substitutos decessisse sine liberis masculis, & breuius ipsos defecisse consequitur Sorores ipsius D. Alexandri, earumque descendentes tunc superstites, vt reuertantur, & succedant in stirpes etiam cum filiabus, & descendentibus fœminis D. Ale-
xandri, † vt supra, & meritò dicitur fideicommissum purificatum ad fauorem prædictorum in tali casu vocatorum, 3
vt de iure aperto respondit Rota *decis. 269. numer. 1. par. 5.* cum alleg. etiam extantibus descendentibus masculis ex fœminis D. Alexandri; Quia ex facto fœminæ sunt exclusæ à succedendo cum masculis, itaut vix fuerint filiæ, & descendentes fœminæ Domini Alexandri Senioris substituti inter Sorores illius, earumque descendentes, & de iure
appellatione † descendentium masculorum non veniunt 4
nepotes ex filia in materia, in qua filia ipsa est exclusa, Cephal. *cons. 380. num. 33. & toto consil.* generaliùs in puncto,
† quod sub nomine descendentium masculorum non ve- 5
niant masculi ex fœminis, ait Rota *coram Coccin. decis. 1544. num. 4.* cum alleg. & primo Cephal. *cons. 501. (pro d. cons. 380.)* in Causa celeberrima apud Peregr. *de fideicom. art. 26. num. 29. vers. circa verò*, & ibi re quoque indicata, vbi Mantic. *in tract. de coniect. vltim. volunt. tit. vltim. ex num. 11. lib. 7.* singulari certamine cum Menoch. *cons. 172.* sudauit, & alsit ita superatus etiam subtiliter disputata subtilitate Iuris,
† quæ est nepotem ex filia censeri aliquando contineri sub 6
nomine descendentium, & liberorum masculorum &c. ex Bald. & alijs apud Menoch. *d. cons. 172. num. 28. vers. sexto accedit*, controuersa à Mantic. *dicto tit. vltimo num. 42.* quidquid, & quantum pro Mantic. allegato, & inaudita altera Parte Menochij, & minus Baldi, & aliorum senserit, ac scripserit deindè Castil. *quotid. contr. cu. 131. ex num. 13. lib 5.*

Nunc in quibus bonis danda sit Immissio, cum anno 1600. D. Alexander, mortua D. Liuia matre obtinuisset à san. mem. Clemente VIII. licentiam vendendi Castrum exemptum à fideicommisso Aulto D. Ioannis Antonij, itaut de pretio in primis, & ante omnia scut. 5000. inuestirentur, fructuique ipsi reinuestirentur, & ita multiplicarentur pro fideicommisso, & beneficio temporis pretiosius deindè vendidisset pretio scutorum 75. mil. ea ratio habenda est Aritmetica per regulam auream, qua proportio habeatur in primis in scut. 75. mil. quæ habetur in 35. mil. vt quantum

pertine-

pertinebat, pertinebat ad fideicommissum 23. mil. in 35000. tantum plus in 75. mil. & deindè quantum participaretur pro dimidio quadrantis in 23. mil. tantum plus participetur
7 † in maiori summa proportionali, seu rata, quæ transiuit in clausulam apud Costam *clauſ.* 23. & cum alijs Barbos. *clauſ.* 107. *& dict.* 194.

Præoccupata quoque fuerunt, ne obstarent, quæ forsiran obijcerentur de quadam concordia, eiusque instrumento 4. Decembris 1642. D. Hieronymæ cum DD. Francisca, & Artemisia filiabus D. Cosmi, earumque cessio pro solutione illis facta scutorum 20. mil. pro earum dotibus, & si non essent alia bona, quibus dotari possent, ac dotari deberent bonis fideicommissarijs D. Ioannis Antonij Aui
8 materni dura non lege, sed praxi, † siue descendentes, siue immediatè, siue mediate vsque ad millesimum gradum tam in fideicommisso particulari, quàm in vniuersali apud *D. de Luca in principio lib. 6. de dote*, vbi dapsili quidem locupletissimi, aoth *diſc. 145. ſub num. 4. & 8.*

Primo, quia concordia constat facta super varijs alijs prætensionibus ab ipsis DD. Francisca, & Artemisia propositis, & proindè si & quantum potuissent prætendere, dotari de hoc fideicommisso, retentionem tamen prætendere non potuissent ratione habenda prætensionum pendentium
9 contra eandem D. Hieronymam, † atque ita iniusta retentione, vt incerta prætensione, non retardatur immissio, nouissimè cum alijs Rota *deciſ. 411. num. 4. ad verſ. atque Eliſabetha parte* 16. quia ad effectum, vt sit locus reten-
10 tioni, † creditum, pro quo illa prætenditur, debet esse certum, & liquidum in substantia, & quantitate &c. inquit Rota *deciſ.* 200. *num* 8. *par.* 14. cum alleg. Eo magis, quod hæreditas D. Alexandri Iunioris non erat obærata, & ære alieno ipsius grauata, cum fuisset contractum in magna summa à filijs D. Alexandri Senioris præcipuam scutorum 26 mil. & solutum in bonis hæreditarijs D. Alexandri Senioris, præsertim gemmis ex Ciuitate Neapolis receptis, vbi obierat D. Alexander, vt legitur in dicto instrumento concordiæ ipsius D. Hieronymæ, & ex facto adnumerata sunt alia, nec pauca bona *Palatium* ex fideicommisso eiusdem D. Ioannis Antonij, desinente in eodem D. Alexandro vltimo substituto Census, Vinea, Mobilia &c. in Summario, & ex eodem Instrumento concordiæ, & Inuentario hæreditatis D. Alexandri, quorum D. Hieronyma, vt dicitur in primis, & ante omnia rationem reddere debet; & minus procedendo ad quæstionem facti de dotibus prætensis, aut prætendendis ex personis DD. Franciscæ, & Artemisiæ à Domina Hieronyma super portione Domini Cosmi paterna, vel Domini Alexandri Senioris Auita, & minus ad quæstionem Iuris, an dictæ dotes debeantur ex alijs portio-
11 nibus † in earum constitutione, non autem in earundem dotium restitutione, de qua apud Dominum de Luca *dicto diſcurſ.* 145. *& numer.* 31. *à numer.* 33. *verſic. ſed respectu.*

R. P. D. EMERIX.

Romana Successionis.

Lunæ 9. Maij 1678.

ARGVMENTVM.

Bonificationem, & respectiuè reiectionem plurium partitarum continet hæc decisio, principaliter consistentium in credito Pistoris, mobilibus hæreditarijs, alijsque hæreditati non adscribendis, in solutione facta pro residuo, pensionibus domorum, iocalibus à muliere expignoratis, vel tamquam proprijs retinere prætensis, & alijs etiam ex seq. Summario, & decis. videndis.

SVMMARIVM.

1 *Pistoris creditum satis probatur ex mandato relaxato, cum de eo non soleat confici instrumentum.*
2 *Mobilia reperta in domo viri, & comprehensa in locatione domus illius, præsumuntur hæreditaria.*
3 *Creditor carceratus pro tota summa, si postea se obligauit aliquid soluere pro residuo, illud ante excarcerationem obtentum soluisse præsumitur.*
4 *Creditor de excessiuitate crediti, vel eius excessiua exactione quærelatus, si postea absolutus est, veritas totius crediti exinde resultat.*
5 *Locatio totius domus proportionabiliter minuenda est, si mansiones in ea comprehensæ, ab altero in locationem sunt retentæ.*
6 *Testes affectatè deponentes, & nimis varij nihil probant.*
7 *Mobilia, quæ non probantur hæreditaria, hæreditati adscribenda non sunt.*
8 *Expignoratio non probatur ex fide extraiudiciali solius muliercula.*
9 *Torques aurea, vel iocalia donec probentur propria mulieris, præsumuntur illi à viro tradita, & ad ornatum concessa.*
10 *Pretia rerum variantur in dies.*
11 *Res tanti valet, quanti vendi potest.*

DECISIO CCXXI.

CVm post varias resolutiones in hac causa factas DD. tandem in eam conuenissent sententiam, quod Francisca antequam admitteretur ad successionem bonorum Michaelis Patris, teneretur conferre integram dotem scut. mille ipsi à Patre solutam, & quod è contra Elisabeth bonificatis tribus eius creditis, admissis in decisione sub die 2. Martij 1676. teneretur reddere rationem de omnibus fructibus ex domo hæreditaria perceptis, illosque restituere, seu bonificare Franciscæ pro quarta eius parte, fuit electus peritus ad effectum firmandi statum hæreditatis, verùm quia propter quam plures partitas hinc inde controuersas, ille hoc assequi non potuit, proposui dubium sub die 14. Martij: An, & quæ partitæ hinc inde essent bonificandæ præsuppositis decisionibus, quod cum nec etiam tunc resolui potuerit propter multiplicitatem, & confusionem partitarum DD. ordinarunt, vt illas diuiderem, quapropter assumpta hodie disputatione super illis, quæ à Francisca deducebantur ad augendam hæreditatem resolutum fuit admittendas, seu bonificandas esse sequentes.

Primam videlicet scutorum 115. 42. pro pretio mobilium ad vsum Barbitonsoriæ ab Elisabeth venditorum sub die 17. Februarij 1657. in scutis vndecim b. 42. dumtaxat, quia reliqua scuta 104. ex receptis apparent per Elisabetham soluta Pistori, † de cuius credito satis videbatur constare ex 1
sola relaxatione mandati in subiecta materia, in qua non solent confici instrumenta obligationum.

Secundam scutorum 120. prouenientem ex locatione vnius stationis, seu appartamenti domus hæreditariæ ab Elisabetha per tres menses locata cum mobilibus pro scutis 40. quolibet mense, vt ex dictis testium constat in Summario Franciscæ *numer.* 2. in totum nihil refragante ad dimouendum hanc partitam, quod locatio facta fuerit cum mobilibus ipsius Elisabethæ, quia hoc non probatur, & in contrarium militat præsumptio, quod mobilia in domo viri reperta, & in simili locatione comprehensa, vt in Summario præteritę Positionis sub die 14. Martij proximi pręteriti *num.* 5. *&* 6. fuerint hæreditaria.

Tertiam scutorum 100. debitorum pro pensionibus Apothecæ à Nicolao Parisio, vt ex instrumento dato in Summario præteritæ Positionis *numer.* 7. Pariter in totum non releuante, quod non constet de exactione integrę summę, quia cum Nicolaus fuerit ad instantiam D. Elisabethę carceratus pro summa scutorum 100. & sese postea obligauerit soluere scuta 15. 45. pro residuo, & finali satisfactione, vt in dicto instrumento, † pernecesse dicendum 3
est, quod alia scuta 84. 55. soluerit ante d. obligationem iuxta text. *in l. ex pluribus vbi gloſ. in verb. reliquum ff. de ſolut.*
† tantò magis, quia, quod Elisabetha, & D. Io: Baptista 4
coniuges subinde ab eodem querelati de excessiuitate, vel excessiua, indebitaque exactione, absoluti fuerunt per sententiam, quę veritatem integri debiti magis confirmat.

Quartam scutorum 80. pro annua pensione domus sub die 18. Augusti 1658. locatę Gulielmo milet in scutis 60.
quam ita reducendam arbitrati sunt DD. † quia in eadem 5
locatione comprehensę fuerunt duę mansiones domus contiguę in locatione retentę à Raphaele Rillo, vt in pręsenti Summario Elisabethę *num.* 4.

Quintam Pensionem domus cum Apotheca ab anno

1660. vs-

1660. vsque in præsens in annuis scutis 116. 50. & in scutis 2171. ad formam instrumentorum locationum Summario præteritæ Positionis Elisabethæ, quibus DD. stare voluerunt, non obstante exceptione, quod Elisabetha eodem tempore semper habitaret superiorem partem domus, quia ista non fuit visa sufficienter probata ex testibus datis in
6 præterito Summario Franciscæ *numer.* 10. † vti nimis affectatis, & varijs, ac nihil certi concludentibus quod tota domus locata non fuerit, vt in instrumentis supra relatis.

Sexta, & octaua non fuerunt bonificatæ, quia non pro-
7 batur mobilia in illis contenta fuisse hæreditaria, vt latè firmatur in decisionibus sub diebus 3. Ianuarij, & 5. Iunij 1673. quibus præsuppositis datum fuit dubium, quod hodie disputatur.

Septima consistens in duabus crateris argenteis, & torque aurea valoris in totum scutorum 150. visa fuit admittenda, seu bonificanda, non obstante prætensione Elisabethæ, quod ipsa expignorauerit crateres pro eadem summa, pro qua à viro fuerant emptæ; quodque torques sit illius pro-
8 pria, quia † expignoratio non benè probatur ex fide extraiudiciali vnius mulierculæ exhibita in præterito eius Summario *numer.* 8. Et quoad torquem stat præsumptio,
9 † quod fuit illi data à viro ad ornatum donec aliunde acquisita doceatur.

Nona denique in scutis 3200 pro pretio domus hæreditariæ admissa fuit iuxtà cedulam in manibus meis exhibitam, de illam tanti emendo, non obstante, quod longè minoris
10 fuerit à Michaele † comparata, quia pretia rerum in dies variantur vulg. *l. pretia rerum, & ibi communiter DD. ff. ad l.*
11 *falcidiam*, & res tanti valet, † quanti vendi potest, & in omnem casum poterit Elisabetha in diuisione facienda relinquere aduersariæ domum pro hoc pretio, & recipere partem suam in pecunia.

Et ita ad creditum hæreditatis ponenda esse scut. 6075. 29. scilicet scut. 5812. 42. pro supradictis partitis, & alia scut. 262. 87 pro alijs duobus annis, & mensibus tribus ad rationem annuorum scutorum 116. 70. quibus domus sæpe dicta locata fuit à die 26. Martij 1658. vsque ad diem 26. Iunij 1662. resolutum fuit vtraque parte informante.

R. P. D. T A I A.
Posteà S. R. E. Cardinali.

Elnen. Obedientiæ.

Lunæ 16. Maij 1678.

A R G V M E N T V M.

Iurisdictionem in Beneficiatos Abbatem habere deciditur, quamuis æque ipsi, ac etiam ille omnes eidem subiacerent Episcopo; quæ tamen iurisdictio ad solam reuerentiam, & obedientiam fuit restricta, ita vt ipsos pro zelo suæ conscientiæ corripiat, & mulcta etiam pecuniaria, veluti modica correctione castiget, obedientes verò mansuetè recipiat, confortet, & foueat.

S V M M A R I V M.

1 *Abbas Ecclesiæ iurisdictionem, obedientiam, & reuerentiam habere debet in beneficiatos, & clericos eiusdem Ecclesiæ.*
2 *Obedientia, & reuerentia ratione dignitatis, & administrationis debetur cuicumque Prælato, & capiti Ecclesiastico.*
3 *Diuina officia, & functiones Ecclesiasticæ nimis perturbarentur, si inferiores superioris monita indiscretè contemnerent.*
4 *Beneficiati, cæterique Ecclesiæ ministri, si superiori Ecclesiastico obedire recusant, mulcta pecuniaria, veluti modica correctione, seu castigatione corrigi possunt, & num. 5.*
6 *Reus, & Rebellis dicitur etiam ille, qui solam reuerentiam, & obedientiam præstare recusat.*
7 *Ratum haberi non potest, quod suo nomine gestum non est.*
8 *Abbas, & Beneficiati, sicuti Episcopus, & Clerici inuicem sibi honorem præstare debent.*
9 *vt Principem cur me habere debeo, cum tu me non habeas, vt Senatorem.*
10 *Prior claustralis licet habeat ius mulctandi suos Monachos, ipse tamen subest Abbati.*
11 *Monachi, & Religiosi sicuti obedientiam præstare tenentur Priori, qui tamen, sicuti ipsi omnes subsunt Abbati.*
ita Beneficiati suo Abbati obedire debent, quamuis omnes subiaceant Episcopo ibidem, & sup. à princ. decis.
12 *Abbas, Prior, & cæteri superiores Ecclesiæ, vel Monasterij secundum suam conscientiam delinquentes corripere, & castigare debent.*
Obedientes verò benignè recipere, confortare, & confouere tenentur ibidem.
13 *Decisiones Rotæ quandoque prodeunt mendosæ immutatæ, & interuersæ, quandoque verò non prodeunt, & alia neque etiam admittuntur.*

D E C I S I O CCXXII.

DVbium disputatum coram R. P. D. meo Calatalu nunc per dimissionem à Rota merito ad magnum Cancellariatum Regium Mediolani euecto: An sit standum in primo decisis 19. Iunij 1676. aut in secundo deinde 21. Iunij 1677. propositum est hodie à me iure congrui, & proximitatis successori, & Domini steterunt communiter in secundo loco decisis, & sic à me alter assuitur pannus.

Ratione potissima, quia Abbas non prætendit iurisdictionem in beneficiatos in præiudicium iurisdictionis Episcopi, † sed solum obedientiam, & reuerentiam iuxta pri- 1
mum dubium de obedientia, planè ad titulum causæ Elnen. Obedientiæ, † ratione dignitatis, & administratio- 2
nem sibi debitam tamquam Prælato, & Capiti Ecclesiastico, quamquè exigit Ordo Diuini Officij, aliarumque functionum † Ecclesiasticarum, quæ cum scandalo perturba- 3
rentur si Abbatis monita Beneficiati indiscretè contemnentes non possent cogi ad † obediendum, mulcta saltem pecu- 4
niaria, vt in præcedente decisione coram R.P.D. meo Emesix 23. Iunij 1675. cum ibi allegatis, modicaque coarctione,
† seu castigatione, vt in *l. vltima ff. de offic. eius, cui mandata est iurisdictio, & in l. magistratibus 12. ff. de iurisdictione omnium iudic.* 5

Illæsa, & proinde non obstante iurisdictione Episcopi illæsisque clausulis erectionis collegiatæ Clementis Octaui 22. Augusti 1592. sine alicuius præiudicio &c. & Ecclesiæ &c. aliaque beneficia Capitulum, & Ministri huiusmodi suo Ordinario subiecti sint &c. adeoque ipse met Abbas Capituli Caput, quatenus Clemens Nonus loquitur de Abbate præsente, curam regimen, & administrationem ipsius Ecclesiæ in spiritualibus, & temporalibus plenariè committendo, & alloquitur Capitulum eidem Abbati tamquam Patri, & Pastori humiliter intendentes, & exhibentes sibi obedientiam, & reuerentiam, debita, & salubria monita, & mandata suscipientes humiliter, & efficaciter adimplere curetis, alioquin sententiam, quam dictus Abbas rite tulerit in rebelles ratam habebimus, & faciemus auctore Domino, vsque ad satisfactionem inuiolabiliter obseruari in literis Apostolicis præsentis Abbatis 19. Augusti 1669. vt in secunda decisione reuisa, cuius hoc mandatum summa videtur, et regula, etiam si literæ inscriptæ sint Capitulo, tum vt præcipuo, tum vt vnitis illi Beneficiatis in vnam Communitatem communibus priuilegijs, indultis statutis, et ordinationibus d. Communitatis iuxtà concordiam 14. Iulij 1603. confirmatam 28. Decembris 1636. de qua fusius in d. secunda decisione reuisa §. *idque comprobatur, & seq. §. nec subsistit*, ad quos Domini se remiserunt, Ita ad reuerentiam, et obedientiam solam, † ita quoque intelligendo rebelles, et sententiam in 6
eos à Pontifice ratam habendo iuxta distinctionem Bartoli *ad l. hostes sunt ff. de captiu. numer.* 15. et ipsum Pontificem ratum habiturum planè, quatenus irreuerentia, et inobedientia retigerit ipsum Abbatem, et ministrum, † vt 7
non potest habere ratum, quod suo nomine non est gestum *§. sed, & ego ff. de negot. gest.* atque ita agendo de reuerentia, et honore, vt Abbas, et Beneficiati inuicem honorem sibi exhibeant † prout, et magis quam Episcopus, et Cle- 8
rici in præclaro S. Hieronymi *can. 7. distinct.* 95. vbi, et scitum illud Oratoris Domitij, cur ego (inquit) habeam,

vt Prin-

9 vt Principem, † cum tu me non habeas, vt Senatorem.

Sic in simili de Priore claustrali, qui pariter habet ius
10 mulctandi, † & tamen subest Abbati, vt Superiori Monasterij dixit Rota *decis. 329. num. 3. par. 3. recent. & dicitur in dicta secunda decisione §. idque comprobatur in fine*, sed puto allegatam decisionem esse allegabilem *decis. 449. num. 4. & 5. lib. 3. par. 3. diuers.* & pro decisione præstantem *§. Prior autem, & seq. §. Abbas verò cap. 6. de stat. monach.* & si de hoc fonte manauerint Literæ Apostolicæ supradictæ de huiusmodi Abbate ad Episcopum, vt de Priore ad Abbatem, vbi Prior præ cæteris post Abbatem potens opere, & sermone
11 † zelum Religionis habet, † secundum conscientia, vt
12 delinquentes corripiat, & castiget, obedientes foueat, & confortet, Abbas verò cui omnes in omnibus reuerenter
13 obediant; ita prodeunt nostræ decisiones mendosæ, † & quandoque non prodeunt, vt allegata in præstantissimo præsente suffragio Mediolanen. Collegiatæ S. Babilæ 25. Maij 1615. *§ nec obstat clausula coram Dunozzett. sen.* in impressione omissa, vel excepta, & forte paria faciendo aliæ omittuntur, & aliæ alia, neque admittuntur, vel prodeunt immutatæ, quin etiam interuersæ. Credite experto.

Et ita, vtraque parte informante, resolutum fuit.

Supra in hac eadem parte adest altera præsentis causæ decisio ibi in ordine 103.

R. P. D. EMERIX.

Tridentina Iurispatronatus.

Lunæ 16. Maij 1678.

ARGVMENTVM.

Denegatur executio Literis Apostolicis continentibus derogationem medietatis vocũ, & gratiam *si neutri*, vti penitus iniustificatis, quia iuspatronatus hæreditarium visum est, non gentilitium, & ideo cessante duplicitate patronorum, cessabat etiam medietas vocum, prout adhuc corruebat gratia *si neutri*, quia solus præsentatus à patrono hærede poterat ius habere, cui proinde, quia iam fuerat in possessionem immissus etiam manutentio conceditur.

SVMMARIVM.

1 *Iuspatronatus hæreditarium spectat ad filium, vel filios hæredes vniuersaliter institutos, excluso altero filio instituto in sola legitima.*

2 *Iuspatronatus in dubio præsumitur hæreditarium, non gentilitium.*

3 *Iuspatronatus fuisse gentilitium, non autem hæreditarium probari debet per probationes omnino concludentes.*

4 *Iuspatronatus reseruatum pro hæredibus masculis, adhuc dicitur hæreditarium.*

5 *Hæredum nomen in iurepatronatus denotat illud esse simpliciter hæreditarium, amplia, vt num. anteced. & seqq.*

6 *Masculorum nominatio in iurepatronatus hæreditario, sine mentione agnationis, demonstrat quidem fuisse contemplatum sexum, non agnationem.*

7 *Iuspatronatus ab extraneo fundatum pro hæredibus masculis, sine aliquo onere assumendi cognomen, & arma, dicitur hæreditarium.*

8 *ad Obseruantiam recurritur solum pro declaratione actus dubij, non autem in claris.*

9 *Iuspatronatus expressè reseruatum pro hæredibus, non declaratur ab obseruantia.*

10 *Masculi si non præsentarant vti agnati, dicuntur præsentasse vti hæredes.*

11 *Masculi, quod soli præsentarunt, & non fœminæ succedere potuit, vel quia illæ non extiterunt, vel quia non fuerint hæredes.*

12 *Præsentatio facta ab vno tantum de familia existentibus alijs, declarat iuspatronatus esse hæreditarium, non gentilitium, quia hoc ipsi aliter non permisissent.*

13 *Obseruantia confunditur, & eliditur etiam ex vnico actu contrario.*

14 *Status vltimus attenditur ad arguendam naturam, & qualitatem beneficiorum, etiam de iure patronatus.*

15 *Enunciatiuæ non probant qualitatem iurispatronatus, si sint contrariæ instrumento fundationis.*

16 *Iuspatronatus mixtum requirit simul qualitatem hæreditariam, & gentilitiam.*

17 *Literæ Apostolicæ non solum non iustificatæ, imo si etiam contrarium apparent, sunt prorsus inexequibiles.*

18 *Gratia si neutri est conditionalis, & ideo conditione non impleata, nullum ius tribuit.*

19 *Manutentio debetur anteriori possessori, ex possessione per eum legitimè capta.*

20 *Sententiæ sunt iniustæ, si pronunciatæ fuerint super exequutione Literarum Apostolicarum, quæ nullitatis vitio laborant.*

21 *Sententiæ iniustæ non priuant possessorem sua anteriori possessione.*

DECISIO CCXXIII.

PEr obitum Vincentij Tabarelli vacauit beneficium sub inuocatione S. Ioannis Euangelistæ fundatum in Cathedrali Ecclesia Tridentina per Ioannem Zuill cum reseruatione iurispatronatus pro se, Paulo, Donato, ac Victore ex Bernardino de Tabarellis, eorumque, & cuiuslibet ipsorum hæredibus per lineam masculina descendentibus, ad quod Bernardinus iunior de Tabarellis præsentauit Petrum filium, qui etiam institutionem, & possessionem Beneficij consecutus fuit, sed quia postmodum Victor Ferdinandus Tabarellus, prætendens ad ipsum quoque spectare ius præsentandi, similiter præsentauit Georgium suum filium, hinc introducta lite inter præsentatos, primo super manutentione coram Decano Tridentino, & deinde per appellationem in Curia, Georgius de suis iuribus forte diffidens, obtinuit à Sanctissimo prouisionem pro præsentato à medietate Patronorum cum derogatione alterius medietatis vocum, ac etiam gratiam *si neutri*, & vigore nouarum Literarum Apostolicarum, reportauit ab A. C. sententiam fauorabilem, confirmatam in secunda instantia à R. P. D. Corbellio, mox etiam actualem possessionem Beneficij adeptus fuit.

Vnde post varia rescripta Signaturæ, commissa mihi causa appellationis cum facultate manutenendi quem de iure, proposui dubium: An, & cui sit dandum mandatum de manutenendo, cuius resolutionem cum Domini sub die 13. Maij 1676. existimauerint plurimùm pendere à cognitione boni iuris, ideo assumpta super illo coniunctim disputatione, hodie post tertiam propositionem responsum fuit constare de bono iure Petri, etiam ad effectum manutentionis.

Ipse enim præsentatus fuit à Bernardino Patre, ad quem spectat totum iuspatronatus, olim per mortem aliorum consolidatum in Bernardino seniore, & ab illo integrè transfusum in Octauium, & Ludouicum eius filios, & ab eo hæ-
redes Vniuersales scriptos, † excluso Antonio altero filio, 1
& auctore Victoris Ferdinandi, qui Georgium præsentauit, tamquam instituto in sola legitima, vt notat Couar. *var. resol. lib. 3. cap. 18. num. 9. in fin.* Lotter. *de re benef. lib. 2. qu. 11. num. 28.* Rot. *decis. 70. num. 16. par. 12. recent. & in Placentina Parochialis 16. Ianuarij, §. nec obstat, & 20. Iunij 1676. §. 1. coram Reuerendissimo D. Damasceno.*

Nec obstat, quod in iurepatronatus gentilitio admittantur omnes de familia, etiam si non sint hæredes, quia non
fuit satis probatum hoc iuspatronatus esse gentilitium, † & 2
in dubio illud semper præsumitur hæreditarium ad tex. *in cap. 1. & cap. 3. de iurepatr.* Clement. *plures eodem tit.* Lotter. *de re benef. lib. 2. qu. 11. num. 20. & 21.* pluresque alios adductos per Rot. *in decis. 798 num. 7. coram Merlino in recent. decis. 272. numer. 9. par. 13. & in Nouarien. iurisp. 4. Iunij 1677. §.
quouero coram R. P. D. meo Rendinino*, † donec contrarium 3
concludenter iustificetur per plenas, & exactas probationes Rot. *decis. 336. numer. 3. par. 5. & dicta decis. 272 num. 9. par. 13. recent.*

Tales autem dici nequeunt illæ, quæ fuerunt ab informantibus pro Georgio deductæ, non quidem ea, quæ desumitur ex instrumento fundationis, in quo iuspatronatus reseruatur sub his terminis Ioanni de Zuill Paulo Donato Victori, & Bernardino, eorumque & cuiuslibet ipsorum

† hæ-

4 † hæredibus per lineam masculinam descendentibus quia
tantum abest, vt illud clarè probet iuspatronatus gentili-
tium, quin potiùs ex eo colligitur esse hæreditarium, dum
expresse ibi vocantur hæredes, & nulla sit mentio agna-
5 tionis, † qua deficiente nominatio masculorum indicat
quidem contemplatam fuisse qualitatem descendentiæ
6 † masculinæ, non autem agnationem, & qualitatem gen-
tilitiam, vt sequendo decisionem in *Tudertina fideicommissi coram Gipsio quæst. 491. par. 4. diuers.* aliàs firmauit Rota *in Ianuen. iurispatr. 20. Decembris* 1604. *coram Litta impressa apud* Viuian. *de iurepatronat. par. 4. lib. 4. cap. 2. post num. 81. §. non obstat & confirmata in decis. 350. num. 8 post 2. vol.* Farin. *in par. 7. rec. dec. 275. num. 6. & decis. 280. num. 8 & 9. & coram Royas decis. 1. num. 6. & decis. 4. num. 2.*

Quod eo magis procedit in casu nostro, quia iuspatrona-
7 tus non fuit fundatum ab aliquo ascendente, † in quibus
terminis procedunt auctoritates allegatæ ab informantibus pro Georgio, sed ab extraneo, sine onere assumendi cognomen, & insignia ipsius fundatoris Rot. *dicta decis. 280. num. 6. par. 7. recent. & cor. Royas dicta decis. 4. post numer. 7.*

Minùs altera, quæ fundatur in obseruantia, elicita ex
præsentationibus hucusque semper factis à masculis de fa-
8 milia, omisso enim, quod ad illam recurritur, † solùm
pro declaratione actus dubij, non autem vbi, vt in casu no-
9 stro, iuspatronatus, † expresse reseruatum fuit pro hæredi-
bus, Rot. *decis. 39. num. 11. par. 2. diuers. decis. 129 num. 6. coram Buratt. decis. 1546. num. 2. coram Coccin. & decis. 396. num. 25. coram Bichio*, ea non videbatur attendenda, tum quia præ-
10 sentationes non fuerunt factæ à masculis vti † agnatis, sed
11 soli masculi præsentare potuerunt, vel ex † eo, quod
fœminæ non adfuerint, vel hæredes non extiterint, vt aduertit Rota *in Nouarien. iurispatr. 4. Iunij 1677. §. non attentis coram R. P. D. meo Rondinino*, tum quia in vltima vacatione præsentauit solum Octauius Pater Bernardini, sine consensu, & interuentu Antonij Patris Victoris Ferdinandi respe-
12 ctiue, † qui hoc non permisisset, si iuspatronatus ad omnes
13 de familia pertinuisset, † ex quo actu confunditur, & eliditur antecedens obseruantia Bart. *in l. 2. numer. 22. ff. solut. matrim.* Crauett. *consil. 313. num. 4.* Rota *coram Buratt. dec. 472. num. 8.*

14 Præsertim, quia id accidit in vltima vacatione, † vnde
inductus fuit vltimus status ad fauorem Bernardini, qui solet præcipuè considerari ad arguendam naturam, & qualitatem Beneficiorum per tex. *in cap. cum Ecclesia Sutrina de causis poss. & proprietatis* Lotter. *de re benef. lib. 1. qu. 34. n. 12. 20 & 21.* Marescott. *var. resol. lib. 1. cap. 55. per tot.* Rot. *decis. 329. num. 4. par. 16. recent.*

Demum, neque alia desumpta ex enunciatiuis, & confessionibus relatis in hodierno Summario Aduersarij Georgij, quia omissa singulari illarum confutatione sufficit respondere, quod dum contrarium potius colligitur ex ipso
15 instrumento fundationis supra relato, † istæ præsumun-
tur erroneæ, præsertim, quia supponunt iuspatronatus spectare ad seniorem de familia, quod in fundatione non legitur, & non excludunt, quod iuspatronatus spectet ad illos tantum, qui fuerint hæredes fundatoris, atque ita
16 sit mixtum, † requirens in præsentante non solum quali-
tatem gentilitiam, sed etiam hereditariam, Lotter. *de re benef. lib. 2. quæst. 11. num. 42. & seq.* Rot. *rec. decis. 267. num. 5. & seq par. 6. & coram Eminentissimo Otthobono decis. 3. numer. 9.*

Quibus stantibus suffragari non possunt Georgio Literæ Apostolicæ cum derogatione medietatis vocum, quia illæ fuerunt concessæ cum supposito, quod supplicans præsen-
17 tatus fuerit à medietate † Patronorum, quod cum non iustificetur immo ex supradictis contrarium appareat remanent inexequibiles Rot. *decis. 1658. num. 7. coram Coccin. decis. 983. numer. 3. coram Dunoz. iun. & decis. 58. numer. 29. coram Arguel*

Nec etiam gratia *si neutri*, quia ista est conditionalis,
18 † quatenùs scilicet neutri ex collitigantibus ius competat,
Geminian. *consil. 79. post num. 7.* Rot. *decis. 220. num. 6 par. 4. rec. & coram Celso decis. 366. num. 1. & 7.*

Constito igitur de bono iure Petri, ei quoque debetur ma-
19 nutentio, † cum doceat de anteriori, & legitima possessione capta post præsentationem per tex. *in cap. licet causam vbi* Felin. *num. 8. de probat. on.* Alex. *consil. 88. ab num. 12. lib. 5.* Rot. *recent. decis. 114. num. 6. par. 7. & decis. 82. num. 1. coram Celso.*

Non obstante possessione subsequenter adepta per Georgium vigore Literarum Apostolicarum, & sententiarum
pro illarum exequutione latarum, † quia cum stante nul- 20
litate earundem literarum Apostolicarum etiam sententiæ
sint iniustę, † non priuarunt Petrum eius anteriori posses- 21
sione *l. fin. C. si per vim, vel alio modo* Posth. *de manut. obseru. 12. num. 36.* Rot. *dec. 135. num. 3. par. 1. & decis. 352. num. 4. par. 10. recent.*

Et ita vtraque parte informante resolutum fuit.

REVERENDISS. D. ALBERGATO

Sacræ Rotæ Decano.

Romana Census.

Mercurij 23. Maij 1678.

A R G V M E N T V M.

Census cum vno ex fratribus contractus tam nomine proprio, quàm nomine suorum fratrum absentium, cum solo fratre contrahente fuit extinctus; Cumque de valida extinctione opponeretur, illa plusquam legitimè facta dicitur, non solum quia rectè soluitur ei, cum quo contrahitur, verum etiam quia frater contrahens erat administrator bonorum communium, & tandem quia in redditione rationis eadem extinctio etiam approbata erat:

S V M M A R I V M.

1 *Retrouenditio census validè fieri potest cum eo, cum quo idem census antea creatus est, & num 3.*
2 *Contractus rectè dissoluitur cum illo cum quo fuit initus.*
4 *Soluens procuratori, vel personæ, cum qua contraxit, benè soluit.*
5 *Frater administrans bona communia, potest etiam communem solutionem recipere.*
6 *Solutio facta administratori liberat soluentem.*
7 *Census quatenus possit extingui per solam confessionem de recepto.*
8 *Census dicitur extinctus per actum retrosimilem, si ex illius pecunijs postea alius census creatus sit.*
9 *Retrouenditio census actus accessarius esse dicitur.*
10 *Census retrouendi potest etiam sine disdicta, & ab eo, qui aliena negotia gerit.*
11 *Creditor census habens promptam occasionem reinuestiendi, eo magis potest illum retrouendere sine disdicta.*
12 *Disdicta census fuit inducta, ad hoc, vt creditor intra bimestre de noua inuestimente sibi prouidere possit.*
13 *Creditum census à fratre, vel administratore contractum, non potest dici fictitium, & simulatum, si in redditione rationis approbatum sit, & n. seq.*
14 *Administrationis quietantia omnium administratorum ratificationem importat.*
15 *Creditum, etiam fructuum census per sexaginta, & amplius annos non petitum, iuncta morte debitoris informati, præsumitur bene solutum, & extinctum.*

D E C I S I O. CCXXIV.

RETrouenditionem Census factam à Ruberteschо de Ruberteschis prætendebant Benedictus, & Astulphus illius fratres fuisse dumtaxat validam, quoad portionem spectantem ad ipsum Ruberteschum, non autem quoad reliquas portiones aliorum trium fratrum, qui hanc facultatem retrouendendi Censum Ruberteicho non dederant: Vndè obtinuerunt ab A. C. mandatum exequutiuum contra Hyppolitam heredem Ioannis Baptistę Naldini debitoris Census pro fructibus decursis à die dictę retrouenditionis, dempta tamen portione Ruberteichi, quapropter interposita appellatione pro parte Hyppolitę, mihique commissa Causa ad formam rescripti Signaturæ Iustitię, proposui dubium: An mandatum A. C. esset exequendum, & negatiua prodijt resolutio.

Etenim cum Ruberteschus ex pecunijs retractis ex venditione

ditione quorandam bonorum hæreditariorum Panli com-
munis Patris emiſſet cenſum controuerſum , tam nomine
1 proprio, quàm aliorum fratrum , † vtique valida fuit retro-
uenditio integri cenſus, quam ab eodem Ruberteſcho Nal-
2 dinus reportauit ex regula, quod contractus † rectè diſſolui-
tur cum eo, cum quo fuit initus, etiamſi ex huiuſmodi con-
tractu fuerit alijs fratribus abſentibus ius quæſitum , *l. quod
ſeruus ff. de ſolut.* Surd. *conſ. 42. num. 2.* Ciriac. *controu. 123. num.
2.* Gratian. *diſc. 20. num. 31. & ſequen. & diſc. 514. num. 27. &
28.* Surd. *deciſ. 229. nu. 12. & 17.* Magon. *deciſ. Lucen. 5. nu. 20. &
21.* Rota *coram Vbald. deciſ. 223. num. 1. coram Caualer. dec. 345.
3 num. 2.* & in terminis † extinctionis cenſus poſt Cenc. *de cen-
ſib. deciſ. 174. num. 5. & 7. & in Romana Cenſus 23. Iunij 1656. &
4. Iulij 1657. coram bo. me. Meltio* ; quam in præſenti facti ſpe-
cie facilius procedere Domini exiſtimarunt ; Tùm quia
4 Naldinus pro retrouenditione cenſus ſoluit † ne quidem
ſimplici Procuratori, ſed Ruberteſco vni ex fratribus , cum
quo ipſe contraxerat , Maur. *de ſolut cap. 6. num. 46.* Miche-
lor. *de fratribus par. 2. cap. 48. nu. 22.* Tùm quia Ruberteſchus
ſcientibus, & patientibus alijs fratribus, adminiſtrabat bona
paterna communia inter ipſos , contrahendo , & diſtra-
5 hendo nomine † communi , prout conſtat ex inſtrumento
redditionis rationis, & quietantiæ de omnibus adminiſtra-
6 tis dato in Summario Hyppolitæ *numer. 6.* † & proindè
ex ſolutione facta Ruberteſcho adminiſtratori Naldinus
plenam liberationem conſequutus fuit , ad Text. *in l.
filiæ 88. ff. de ſolut.* Rota *deciſ. 311. numer. 2. & 3. par. 13.
rec. & in d. Romana Cenſus 23. Iun. 1656. §. quia cum coram
Meltio*.

Nullatenus ſubſiſtente , quod non conſtet de valida ex-
tinctione cenſus per reſtitutionem ſortis, niſi per ſimplicem
7 confeſſionem Ruberteſchi , † quoniam ex partitis Banchi
Roberti primi datis in Summario Hippolytæ *num. 3.* viſum
fuit Dominis conſtare de vera , & effectiua reſtitutione ſor-
tis ſcutorum 300. quę eodem contextu , quo cenſus fuit
extinctus cum Naldino , fuerunt ab eodem Ruberteſcho
reinueſtita in emptionem alterius cenſus ſimilis ſummę im-
8 poſiti à q. Marco Antonio Brogio ; † Conſequenter conſtito
de effectiua reſtitutione ſortis , ac etiam de conſenſu ipſius
Ruberteſchi , retrouendentis , non fuit dubitatum de vali-
da extinctione per actum retroſimilem , Cencius *de cenſib.
quæſt. 103. nu. 5. & ſequen.* Rota *poſt eundem deciſ. 196. num. 1.*
Rub. *in adnot. ad deciſ. 434. nu. 43. par. 4. tom. 2. rec.*

Minus etiam relouat , quod Ruberteſchus retrouendide-
rit abſque præcedenti diſdicta, de qua in Conſtitutione ſa.
9 me. Pij Quinti ſuper forma creandi cenſus, † quia cum re-
trouenditio ſit actus neceſſarius , poteſt quis agnoſcendo bo-
10 nam fidem , † pecuniam recipere ſine diſdicta , etiam alie-
num negocium gerendo, Burat. *deciſ. 526. num. 2. & in allega-
ta Romana cenſus 23. Iunij 1656. §. fin. coram Meltio* , eo magi ,
quia cum ille haberet promptam , & paratam occaſionem
reinueſtiendi pecunias dicti cenſus extincti in emptionem
11 alterius ſimilis cenſus cum Brogio , † potuit ſanè remittere ,
ſeù renunciare diſdictæ , quæ dumtaxat fauore creditoris
12 cenſus fuit inducta , † ad hoc, vt poſſit intra bimeſtre de no-
uo inueſtimento ſibi prouidere , Rota *coram Merlin. deciſ.
650. num. 12. cum ſequen. & in rec. deciſ. 202. num. 26. par. 12.* & in
ſæpè allegata *Romana cenſus d. §. fin. coram Meltio*.

Nec ſubſiſtit, quod cenſus cum Brogio fuerit fictitius ,
13 & ſimulatus , † quia poſt plures annos Ruberteſchus poſt
redditam Aſtulpho fratri rationem ſuæ adminiſtrationis ,
in qua cenſus iſte canonizatur certus , realis , amplam ab ip-
14 ſo fratre quietantiam , & ceſſionem reportauit , † quæ
ſicuti ratificationem huius extinctionis , & creationis cen-
ſus reſpectiuè importat , ita omnem ſuſpicionem excludit ,
ad tradita per Rot. *in d. Romana cenſus 23. Iunij 1656. §. hoc au-
tem , & 4. Iulij 1657. §. etiam* benè applicatur , iuncto præſer-
tim lapſu ſexaginta , & vltra annorum , quorum curriculo
15 fructus nunquam fuerunt petiti contra Naldinum , † ac
obitu eiuſdem de hac re informati , vt ad propoſitum con-
ſiderat Rota *deciſ. 652. num. 5. coram Bichio , & in d. Romana
cenſus 23. Iunij 1656. §. omitten. coram Meltio*.

Et ità vtraque parte informante reſolutum fuit .

R. P. D. MATTHÆIO.

Mediolanen. Iurium Parochialium.

Veneris 3. Iunij 1678.

ARGVMENTVM.

Eccleſia Parochialis in Collegiatam fuerat erecta, cumque Canonici controuerterent Parochis, qui plures erant, exercitium curæ, & receptionem emolumentorum parochialium, de eorum qualitate diſceptatum eſt, & de mutatione ſtatus illius ; eoſque veros eſſe Parochos fuit deciſum , omnes tamen ſimul, non autè vti ſingulos, & ad ipſos etiam omnia iura parochialia pertinere ; ſtatum autem eiuſdem Eccleſiæ quoad parochialitatem illius nec immutatum , nec immutari potuiſſe viſum eſt ex clauſula præſeruatiua in erectione à Pontifice appoſita , itaut quodcumque dominium attributum Canonicis, quoad alia , non autem in ijs , quæ parochialitatem concernunt , de iure intelligendum ſit.

SVMMARIVM.

1 *Parochi fundatam habent intentionem in adminiſtratione Sacramentorum , exactione oblationum , & exercitio omnium actuum ad iura Parochialia pertinentium.*

2 *Parochi plures eiuſdem Eccleſiæ eſſe poſſunt , ad quos vna ſimul totale miniſterium Eccleſiæ pertineat , & quomodo vid. n. ſeqq.*

3 *Parochi vbi ſunt plures vnius Eccleſiæ , non omnes poſſunt eſſe ſponſi, ſed ſolum repræſentare vnum ſponſum, & vnum Parochum.*

4 *Parochi plures , licet non omnes poſſint eſſe Rectores actu , habitu tamen tales denominari non prohibetur.*

5 *Eccleſiam vnum ſolum decet habere ſponſum, ſicuti vna vxor plurium virorum conſortium abhorret.*

6 *Parochi plures per modum vnius Collegij , vnum corpus , licet ex pluribus perſonis conſtitutum repræſentantes conſeruant vnitatem , & vnicitatem Parochialitatis Eccleſiæ.*

7 *Perſonæ quamquis ſint plures, vnus tamen eſt Curatus, quando omnes habentur loco vnius.*

8 *Parochi , licet ſint plures vnius Eccleſiæ , omnes ſimul illius gaudent prerogatiuis , & emolumentis eiuſdem Eccleſiæ , & n. ſeqq.*

9 *Concurſus in Parochialibus non eſt neceſſarius , quando cura reſidet pænes Capitulum , & num. 10.*

10 *Decimandi ſeu funerandi iura , & huiuſmodi poſſunt ſpectare ad plures , etiam Parochos eiuſdem Eccleſiæ , & ſup. à nu. 8.*

11 *Curati plures poſſunt de per ſe conſtituere Collegium , etiam ſine alia ſuperioritate Prælati.*

12 *Collegij de eſſentia non requiritur exiſtentia Prælati.*

13 *Collegium eſt cœtus plurium coæqualium , non minor tribus commune gubernium habentium.*

14 *Vicarij plures perpetui in Eccleſia habere poſſunt omnia iura Parochialia, remanente qualitate ſponſi apud Epiſcopum.*

15 *Vicarij deputati temporaliter ad curam animarum nihil commune habent cum pluribus Parochis , vel Vicarijs perpetuis inſtitutis in titulum.*

16 *Vicarij perpetui , remanente etiam titulo curæ apud alium , omnimodam priuatiuam habent in Parochia quoad omnes alios , etiam illius , cui adhæret cura radicalis.*

17 *Curam radicalem Eccleſiæ habens , non poteſt tamen in aliquo ſe ingerere , ſine licentia Vicarij perpetui , & num. 16. & 18.*

18 *Vicarij perpetui dicuntur habere exercitium curæ auctoritate iuris , non autem ab ipſo principali Eccleſię Rectore.*

19 *Eccleſia Parochialis* Sanctæ Babylæ *Mediolanenſis erecta fuit*

fuit in Collegiatam, & quomodo supra à nu. 1. & seqq. & per totam.

20 *Verba* in suo pristino statu remanentibus, *nullam mutationem important non solum de iure, sed etiam de facto.*

21 *Pontifex erigendo Ecclesiam Parochialem in Collegiatam, potest ab ea excludere Episcopum, & Canonicos, vel ipsam eidem Episcopo, Capitulo, & alijs etiam personis tradere.*

22 *Præseruationis prioris status natura est, vt non permittat illum in aliquo immutari.*

23 *Papa si nihil demere voluit Parochis, quorum Ecclesiam in Collegiatam erexit, ita nullum ius in Canonicos transferre voluisse censetur.*

24 *Ecclesia Parochialis erigi potest in Collegiatam, & nihilominus cura remanere penes Parochum prout antea erat, non autem in Collegium, vel dignitatem transferri.*

25 *Episcopus executor literarum Apostolicarum erectionis Ecclesiæ Parochialis in Collegiatam, non habet potestatem statum immutandi, & quando num. anteced. & seqq.*

26 *Consensus Canonicorum, & Parochorum non præiudicat, si non agitur solum de illorum fauore priuato, sed de interesse Ecclesiæ, & successorum.*

27 *Cura, quæ prius erat libera, nulli ordinario permittitur in seruitutem redigere.*

28 *Cura libera, si in seruitutem fuerit redacta, eius primæuo libertatis status restituenda est.*

29 *Ecclesia Parochialis in Collegiatam erecta sine mutatione prioris status, si deinde illius dominium Canonicis est concessum, quomodo id veniat intelligendum.*

30 *Ecclesiam non implicat pluribus fuisse personis, diuersis tamen respectibus.*

DECISIO CCXXV.

AB hoc Sac. Rotæ Auditorio postquam per biennium Sacri Palatij Præfectura vacare me impulit, cum exardescenti cupiditate continuò æstuarem sub huiusmodi aureo pondere, in quo verè virtus reperitur dorsum meum incuruare, & ad hoc auiditas à meis Condominis discendi assiduis stimulis animum meum excitaret, tandem studijs Rotalibus, & Sac. Palatij negocij insimul incumbere, genio meo indulgendo, Causam pro prima vice proposui, alias agitatam coram bo. me. Dunozetto inter Curatos Portionarios, & Præpositum, & Canonicos Ecclesiæ S. Babylæ, cuius facti series ita se habet.

Erant consumptis sæculis quatuor Curati Portionarij in Ecclesia Parochiali S. Babylæ, quibus innixum erat onus, eam regendi, & gubernandi, & sequuto obitu vnius, tempore, quo Diuus Carolus suam vitam sanctitate, & miraculis illustrabat, de anno 1580. hanc eandem portionem cum alijs tribus incorporauit, illasque ad inuicem confudit, itaut in posterum tres solummodò remanere, & in Ecclesia eiusdem gubernio præesse deberent, retenta pro indiuiso possessione omnium bonorum, & iurium Parochialium, vt in summario præteritæ positionis 14. Martij 1678. *numer.* 1. Qui supponendo eorum voluntates huiusmodi incorporationi constituerunt Syndicum, & Procuratorem, vt ea, quæ facta erant communia, communi nomine exigerentur, & agitarentur, ad hoc, vt Ecclesia vtilius regi, & gubernari posset, vt in eodem Summario *num.* 2.

Post nonnullos annos, nempè de Anno 1587. q. Hieronyma Mazenta in Tabulis Testamentarijs hærede vniuersali scripta eadem Ecclesia S. Babylæ, siue eius Rectoribus præsentibus, & pro tempore existentibus eisdem onus iniunxit, vt in dicta Ecclesia erigeretur Præpositura cum octo Canonicis, & isti quotidie horas Canonicas canere in dicta Ecclesia, tenerentur; Et vnum ex illis in Præpositum, aliosque duos in Canonicos nominauit, adiecta lege, quod iuspatronatus dicti Præpositi, & quatuor Canonicorum laicis conseruaretur, vt in eodem Summario *num.* 3.

Iuxtà autem formam dispositionis Testamentariæ eiusdem Hieronymæ Archiepiscopus Mediolanensis executioni demandando facultates sibi elargitas à fel. rec. Papa Sixto V. in Bulla edita 5. Kal. Iunij 1588. eandem Ecclesiam in Collegiatam erexit, & Præpositum, & octo Canonicos de iurepatronatus instituit, & iuxtà præceptum sibi in eadem Bulla iniunctum, omnia iura eisdem Parochis competentia intacta, illæsa, integra, vnita, & annexa, tam circa curam animarum, quàm circa alia præseruauit, vt in eodem Summario *num.* 4. & 5.

Verùm cum postea Archiepiscopus decreuerit, quod in posterum dominium Ecclesiæ, & omnes supellectiles esse deberent penès Præpositum, & Canonicos, & alia quamplurima firmauerit, quæ iurgia, & contentiones inter eosdem Curatos Portionarios, & Præpositum, & Canonicos excitauerunt, itaut de anno 1614. rumor illarum in Rota strepuerit, & ab eadem de anno 1615. capta fuit resolutio coram bo. me. Dunozetto ad fauorem eiusdem Præpositi, & Canonicorum.

Pendente adhuc lite in Rota, cum varia emanauerint hinc indè decreta in partibus, variæque innouationes accumulatæ fuerint Signatura sub die 20. Maij 1677. rescripsit: Circumscriptis omnibus gestis in partibus post pendentiam litis in Rota, omnia ad Rotam. Et proposito dubio à R. P. D. Calataiu sub die 14. Maij 1678. An Parochis Portionarijs S. Babylæ danda sit manutentio in possessione totius, & omnimodæ curæ Animarum, & omnium iurium, & functionum Parochialium priuatiuè quoad Capitulum, nulla capta fuit resolutio, ex quo placuit DD. respondere: quod videretur de bono iure, etiam ad effectum manutentionis, & reuideretur decisio coram Dunozetto. Quo dubio postea per me proposito, & in loco eiusdem subrogato, DD. dixerunt: Constare de bono iure Curatorum, etiam ad effectum manutentionis, & declarandam esse decisionem Dunozetti, vt infra.

Præclarum, & irrefragabile esse videtur motiuum, super quo fundatur resolutio, desumptum ex iuris assistentia, † quam habent Curati Portionarij in administratione Sacramentorum, in exercitio omnium Actuum, & Iurium Parochialium, in exactione oblationum, ac funeralium, tam in Ecclesia Parochiali, quàm intra fines totius Parochiæ priuatiuè quoad omnes, *cap. dilectus de Capell. Monach. cap. fraternitatem de Sepultur.* Matescott. *var. resolut. lib. 2. cap. 95. n. 12. & seq.* Barbos. de Paroch. *par. 1. cap. 1a. num. 1. & par. 3. cap. 26. num. 66.* Caualer. *decis.* 101. *num.* 1. *& coram Zarat. decis. 45. nu. 1. & 124. nu. 1. & decis. 214. num. 6. par. 15. rec.* 1

Tantoque iuris fomento assistit ineuitabilis illa consideratio, quod tam ante, quam post erectionem Collegiatæ, cura Animarum penès eosdem Portionarios priuatiuè quoad omnes alios continuò extitit; Et hanc veritatem cum discernerent clariori lumine DD. in hac noua reuisione in hanc sententiam conuenerunt, quod decisio edita coram bo. me. Dunozetto sub die 25. Maij 1615. esset declaranda in ea parte, in qua firmatum fuit, eosdem Curatos Portionarios esse incapaces ad curam Animarum, ex quo ista nequeat esse penès plures Curatos, cum monstruosum sit, vnam Ecclesiam esse pluribus sponsis destinatam; quod cum corruat ex circumstantijs nouitèr in informationibus in facto examinatis, vt inferius demonstrabo, cessat etiam fundamentum, quo decisio Dunozetti nititur; † Cum verè, & realitèr isti sint Curati, & ad eos spectet totale & integrum curæ Animarum ministerium, cum iuribus, & emolumentis parochialibus. Quia iuri non repugnat, quod duo, vel plures non possint esse in solidum Curati *in cap. non ignoret,* Ioann. And. *sub nu. 2. vers. sed contra de Præbend. & dignit.* Hostiens. *ibi. num.* 60. Butr. *pariter num. 6.* Mil. *in Repert. in verb. Eccl.* 2

Penes quos propriè, verè, & realitèr dicitur residere omnimoda cura actualis, & habitualis, pro qua habenda non est necessaria formalitas sponsi, sed sufficit titulus perpetuus absque dependentia † ab alio Parocho; hoc 3
enim casu isti plures, licèt non sint sponsi, tamen repræsentant sponsum, nempè Parochum, & de cætero vere habent curam ipsam omnimodam, Innoc. *in cap. cum non ignores, num. 1. de præben.* Lotter. *de re benefic. lib. 1. quæst. 20. à nu. 142. ad 143.*

Dum enim in huiusmodi Ecclesia Parochiali isti tres Portionarij sunt coæquales, & prouisi in titulum perpetuum per concursum ad instar Parochorum, quamuis singuli, dici non possint Rectores actu, † negari non debet, quod 4
habitu tales denominari non possint, & in ipsis, tamquam in vno corpore conseruatur vnicitas, Lotter. *de re benefic. eod. lib. 1. quæst. 20. num. 198. in fin.*

Militante autem huiusmodi iuris assistentia ad fauorem eorundem Portionariorum in exercitio functionum, & iurium omnium Parochialium, Præpositus, & Canonici conqueri nequeunt, quod Sac. Pagina, & Constitutiones fuerint neglectæ, mandantes Coniugium spirituale esse regulandum cum carnali, quod sicut istud plurimum vno

eodem-

eodemqua tempore plurium virorum consortium abhor-
5 ret, † ita vno solo sponso illud contentum esse debet, iux-
tà Text. in cap. quoniam vers. prohibemus de offic. ordin. cap. cum
non ignores de præben. & dignitat. & firmat decisio, quæ reui-
detur in §. ratio est. Considerabant autem DD. istos tres Cu-
ratos Portionarios per seipsos constituere vnum Collegium
iuxtà ea, quæ de nouo adducuntur, & quæ in decisione
coram bo. mem. Dunozetto examinata haud fuerunt, &
stante huiusmodi Collegialitate componente vnum corpus
integrale cura Animarum non residet penès eorum singu-
6 los, vti † Ecclesiæ sponsos, sed tantummodo remanet
penès vnum Collegium, seu corpus ex pluribus membris
constitutum, & compositum, & in eo conseruatur volun-
tas, & consistit cura Animarum, Bald. in l. 1. num. 5. vers. 7.
quero ff. de offic. consul. Bellamer. cons. 38. num. 12. vers. cura
Parochialis Ecclesiæ Card. Tusc. verb. Parochia concl. 96. nu. 1.
Loter. de re benefic. lib. 1. quæst. 20. num. 144. & seq. Et in hoc ca-
7 su licèt sint plures personæ, † tamen vnus est Curatus, quia
omnes habentur loco vnius, glos. in can. nunc autem verb. Dio-
cletiani distin. 21. Lotter. de re benefic. lib. 1. quæst. 20. numer.
145.

Ponderabant insuper DD. quod isti tres Curati non cohо-
nestantur simplici nomine Parochorum, sed fulgent alia
qualitate, nempè Portionariorum, ad effectum demonstran-
di, quod vti singuli, non fruuntur prærogatiua sponsi
Ecclesiæ, sed vti corpus ex pluribus membris conflatum,
itaut istæ tres personæ omninò distinctæ, & separatæ, &
coæquales constituunt vnum Parochum, & Sponsum Ec-
clesiæ S. Babylæ, & per consequens non dicuntur simplices
Vicarij, sed veri Parochi, & Sponsi Ecclesiæ, in qua sunt
8 perpetuò intitulati, vt in Summ. num. 1. & potiuntur † iure
decimandi, vt in præsenti Summario num. 5. necnon iure
funerandi, vt in eodem Summario num. 6. & demum proui-
9 dentur per concursum, † qui non est necessarius, quoties
Cura residet penès Capitulum, vt in Summario num. 7. Quæ
omnia propriè conueniunt illis, qui ministerium Parocho-
rum exercent, & de iure decimandi adsunt Text. in cap.
cum contingat de decimis, & in cap. fin. de Paroch. Rot. cor. Co-
mitulo decis. 111. num. 15. & coram Zarat. decis. 53. num. 2. & de
10 iure † funerandi egregiè firmat Barbos. de Parochis par. 1. cap.
1. num. 3. & demum de prouisione per concursum loquuntur
Pace Iordan. de benefic. lib. 10. tit. 8. de collat. Paroch. nu. 64. &
seq. Loter. de re benefi. lib. 2. quæst. 31. num. 22. Gonzal. ad regul.
8. Cancellar. glos. 6. nu. 158. cum pluribus seqq. Rot. decis. 579. n. 2.
& decis. 710. num. 1. par. 2. recent. & in Leodien. Paroch. 12. Ia-
nuarij 1671. §. 1. coram R. P. D. C[illegible]

11 Indubitatum est, istos tres Curatos Portionarios † con-
stituere de per se Collegium absque alia superioritate Præ-
12 lati, † quæ de essentia Collegij pernecesse non requiritur,
vt firmat Ioan. Andr. in cap. cum non ignores n. 2. vers. & si sit,
Zabar. ibi, num. 2. de præben. Archidiac. in canon. sicut nu. 2. vers.
& licet non habeant Prælatum caus. 21. quæst. 2. Rom. cons. 436.
num. 6. Quod manifestè resultat, nedum ex eo, quod Diuus
Carolus incorporatione vnius portionis cum alijs tribus
nunc existentibus præcepit, omnia debere esse communia,
& pro indiuiso, & in posterum Ecclesia per tres Curatos
Portionarios regeretur; ac etiam quod ipsi immediatè con-
stituerunt Arcam, fecerunt massam communem, & depu-
tarunt Syndicum ad regendum, & administrandum bona
13 communia ad eos spectantia; † quod sufficit ad hoc, vt di-
catur Collegium, quod non est, nisi, Cætus plurium
coæqualium non minor tribus commune gubernium ha-
bentibus, l. 1. §. quibus ff. quod cuiusque vniuers. nomin. Inno-
cent. in cap. cum non ignores sub num. 2. de præben. Card. in Cle-
ment. 2. num. 10. de ætate, & qualitate, Abb. in cap. nobis num. 8.
vers. quando autem agnoscatur de irrepetr. Adden. ad Burat.
dec. 455. nu. 5. vers. præcipua autem Rota coram Greg. XV. dec.
482. num. 4. & coram Mantic. decis. 215. nu. 1. in fin. & coram Ca-
ualer. dec. 274. nu. 3. & dec. 584. & dec. 575. vtrobique n. 2. par. 4.
diuers. & dec. 673. n. 2. par. 1. rec.

Consolidataque eo fortius remanet basis fundamentalis
boni iuris, concurrentis ad fauorem eorundem Parochorum
priuatiuè quoad omnes alios, ex quo tam ante, quàm post
Collegiatæ erectionem nullo vnquam tempore abstinue-
runt à ministerio exercendi hanc eandem Curam; Et ante
erectionem in dubium reuocari nequit, quod penès ipsos
extiterit hoc ius priuatiuè quoad omnes dum ante illam
erant coæquales, Ecclesiam Parochialem possidebant pri-
uatiuè quoad omnem alium pro indiuiso, & in communi,
eiusque redditus communi nomine administrabantur, &
sic inspecto iuris rigore, penès eos vti Collegium formalitas
Sponsi Ecclesiæ rectè esse potuit, prout in rei veritate fuit,
quia cum agatur de Ecclesia Parochiali, in qua existebant
plures coæquales illam possidebant in titulum perpetuum
per concursum ad instar Parochorum, etiam sine qualita-
te Collegij, † dici poterant Vicarij perpetui, qui possi- 14
debant omnimoda Parochorum iura, remanente qualita-
te Sponsi apud Episcopum, Gonzal. in cap. veniens 2. num.
8. Fagnan. in cap. ex parte à numer. 8. vsque ad 18. vbi etiam
Barbos. num. 2. & seq. de offic. Vic. Nauar. cons. 51. de stat. Mo-
nac. num. 3. Ant. de But. cons. 51. num. 12. Garzias de benefic.
par. 9. cap. 2. num. 286.

Hinc nullo modo obesse posse videtur cons. Oldrad. 67. cui
nititur decis. bo. me. Dunozetti, † quia illud habet locum in 15
deputatis temporalitèr ad curam Animarum, ideo non
adaptatur casui, de quo agitur, nempè in institutis in titu-
lum perpetuum, vti sunt Parochi Portionarij, de quibus lo-
quimur, vt insinuat idem Oldrad ad n. 2. vers. secus si perpe-
tuo, & explicat Lotter. lib. 1. q. 20. nu. 14.

Verùm enim omnem difficultatem de medio tollit ipsa
Bulla Erectionis, & ex ea ineuitabiliter patet, quod isti tres
Curati Portionarij ante erectionem Collegiatæ habebant
omnimodum, & absolutum ius exercendi omnes functio-
nes Parochiales, & exigendi omnes oblationes, & emo-
lumenta priuatiue quoad quoscunque alios, prout gaudent
veri Parochi, dum penes eosdem tres Portionarios, vti
priùs existebat, mandat Summus Pontifex, quod Cura
Animarum Parochianorum dictæ Ecclesiæ S. Babylæ im-
mineat; itaut penes eos, de eo tempore, vel immine-
bat Cura omnimoda, vel saltem dicebantur Vicarij perpe-
tui huius Ecclesiæ, & vtroque modo illis competit ius pri-
uatiue quoad omnes alios, vt in exercente omnimodam
curam cadere potest, & de Vicarijs perpetuis remanente ti-
tulo apud alium, pariter compertum est in iure, † quod ha- 16
beant omnimodum ius priuatiue quoad omnes, etiam
quoad illum, cui adhæret cura radicalis, qui nequit se in ali-
quo ingerere sine licentia Vicarij perpetui, Abb. in cap. ex-
tirpandæ 3. §. qui verò Parochiale in 2. lectura num. 15. de præ-
ben. Azorius inst. mor. par. 2. lib. 3. cap. 6. q. 2. propè fin. Et dato
quod cura radicalis, & principalis extaret penès Canonicos,
vel Episcopum, † isti nequeunt se in Cura Animarum in- 17
tromittere inuitis Vicarijs perpetuis, † penès quos actualis 18
Cura Animarum residet; ex quo propriè dicuntur huius-
modi Vicarij habere Curæ exercitium auctoritate iuris,
non autem ab ipso Principali Ecclesiæ Rectore, quod egre-
giè, & latè firmat Barbos. de Parochis par. 1. à num. 56. vsque
ad 58. & in cap. ex parte 6. nu. 25. de off. Vicarij, Seraph. decis.
1009. nu. 5.

Quod autem post erectionem Collegiatæ Curati amise-
rint ius priuatiuum quoad Capitulum, & Canonicos, nulli-
bi docetur, immò contrarium suadet tenor litterarum Six-
ti V. super huiusmodi erectione in quibus præmissa narra-
tione, quod Ecclesia Parochialis S. Babylæ regi solita erat
per tres Rectores Portionarios, transit ad erectionem Col-
legiatæ † huiusmodi verbis effrenatis, ibi — Et in ea 19
vltra tres portiones ipsius Ecclesiæ, quæ vt priùs subsistant,
nec per præsentes vllatenus suppressæ, vel extinctæ, ne-
que vnitæ, annexæ, & incorporatæ, nec confusæ sint,
aut censeantur, sed illis in suo pristino statu remanentibus,
itaut illas pro tempore obtinentibus Cura Animarum Pa-
rochianorum dictæ Ecclesiæ S. Babylæ immineat. Dum
enim Summus Pontifex imperat, quod tres Portiones Cu-
ratæ subsistant, & in eorum robore remaneant, vti priùs,
necessè est, vt nulla circa eas contigerit nouatio, nec in
substantia, nec in qualitate, cum hoc importet indoles clau-
sulæ vt priùs; l. proponebatur ff. de iudic. perpensis maximè
sequentibus verbis — sed illis in suo pristino statu remanen-
tibus, † quæ magis præseferunt, & manifestant enixam 20
Papæ voluntatem, conseruandi Rectoribus Curatis statum,
in quo tunc siue de iure, siue de facto reperiebantur. Itaut
nulla fieri debeat mutatio, Laderch. cons. 95. nu. 6. Lotter. de
re benefic. lib. 1. q. 38. nu. 227. Posth. de manut. obseruat. 73. n. 2. &
seq. Rot. decis. 193. nu. 9. par. 3. rec.

Quamobrem cum ex his appareat, Pontificem erigentem
voluisse Curam Animarum remanere penès eosdem Cura-
tos, & ab ea exclusisse Capitulum, & Canonicos, † vti fa- 21
cere potuit, vel ipsam Episcopo, vel Capitulo, vel alijs
tradere, vt obseruat Felin. in cap. in nostra sub n. 55. de rescri-
ptis, & hoc ius eisdem Portionarijs præseruauerit; nullo
modo Canonicis, & Capitulo hoc ius competit, quia
si ad illos illam transferre voluisset expressè eosdem ad di-
ctam Curam nominasset. † Et talis est natura præseruatio- 22
nis

nis prioris status, vt non permittat illum in aliquo immutari, Innoc. in cap. dilectus nu. 4. vers. Monialium, ibique Abb. nu. 9. de Capell. Monach. Anchar. cons. 404. num. 9. Rot. coram Dunozetto Iun. decis. 762. num. 8. & in rec. decis. 150. num. 11. & 12. par. 5.

Vnde ex mente Pontificis Cura Animarum manet, sicut anteà erat penès Portionarios, & ipsi manent in suo statu, & honore, & propria iura agnoscunt, & gaudere debent eorum priuilegijs vti ante Bullam erectionis fruebantur; Et dum
23 Summus Pontifex noluit quidquam Parochis demere; † ita nullum ius in Canonicos transferre voluisse censetur, Barbos. de potest. Episc. par. 3. alleg. 66. nu. 46. Garzias de benef. par. 12. cap. 2. nu. 37. Mandos. ad Regul. 12. Cancell. q. 1. nu. 4. Rota in Toletana Depopulationis de Vzeda 7. Februarij 1665. §. finali coram bo. me. Verospio.

Nec repetiri videtur repugnantia inter statum Collegialitatis, & statum Parochialitatis, ita vt in eadem Ecclesia insimul vniri non possint, absque eo quod inter se confun-
24 dantur; † Et iuri non repugnat, quod Ecclesia Parochialis erigatur in Collegium, & nihilominus Cura non transferatur in dignitatem, aut Collegium, sed remaneat penès eum, qui illam anteà habebat, Corrad. in prax. benefic. lib. 2. cap. 2. n. 50. Gemin. cons. 132. sub nu. 1. Zabarell. cons. 30. nu. 30. Ros. de execut. litterar. Apostolicarum cap. 5. num. 146. Cassador. dec. 12. de præben. num. 5. Rembold. decis. 376. num. 6.

Neque huiusmodi fundamenta super quibus informantes pro parte Curatorum ædificium eorum iurium erexerunt, dilabi possunt ex Decreto facto ab Archiepiscopo in actu erectionis continente, quod dominium Ecclesiæ, & supellectilium imposterum spectare deberet ad Capitulum, & Canonicos. Quoniam inspecto, quod in eodem Archiepiscopo deficiebat tam potestas, quàm voluntas, nullo modo Portionarijs dictum decretum aliquod præiudicium inferre valuit.

Defectus potestatis in Archiepiscopo controuerti nequit, ob resistentiam ortam ex dispositione Summi Pontificis, qui cum in ea stabiliuerit omnia in eodem statu remanere
25 debere, † remansit idem Executor denudatus omni potestate, primæuum statum immutandi, & nouum inducendi, & ei deficiebat omnis facultas, præuertendi formam sibi in Breui præscriptam, & sub certis modis limitatam, cap. Venerabilis 37. de offic. de legat. cap. cum dilecta 22. ibique glos. in verb. transponentes de rescript. Rosa de execut. litterar. Apostolicar. cap. 12. nu. 8. Rot. coram Eminentiss. Ottobon. decis. 153. nu. 4. & coram Dunoz. Iun. decis. 242. nu. 6. & in recent. decis. 277. num. 4. & decis. 404. nu. 13. par. 4. tom. 2. & decis. 261. num. 12. par. 7. recent.

Attento præsertim, quod Breue Erectionis reperitur munitum clausula sublata, & decreto irritanti, ex quo remanet exclusa omnis potestas in Archiepiscopo, aliquid in illius executione innouandi, etiamsi accesserit consensus Portionariorum eius temporis, qui simul, & semel in erectione eiusdem Collegiatæ, iuxtà præceptum Testatricis electi
26 fuerunt Canonici, † dum non agebatur de illorum priuato fauore, sed de interesse Ecclesiæ, & successorum, Ioann. de Anania in cap. quia frustra nu. 6. de vsuris, Gabriel cons. 151. nu. 16. & 17. lib. 2. Caputaquen. decis. 86. par. 2. Bich. decis. 98. nu. 1. & 7.

Accedit quod deficiebat in Archiepiscopo omnis, & quæcumque potestas subijciendi Portionarios dominio Præpositi, & Canonicorum, quia isti erecti fuerunt sub iurepatronatus laicorum; Vnde Cura, quæ priùs erat libera, re-
27 dacta esset in seruitutem, † quod nulli Ordinario permittitur, & præcipuè esset facere illud, quod prohibet Sacr. Concil. Trident. sess. 25. cap. 9. de reformat. Rot. decis. 63. n. 2. par. 16. recent. Ita vt si verum esset, quod Ecclesia seruitutis iugo
28 subiecta fuisset, † opus esset in præsenti primæuo libertatis statui eandem restituere, vt disponit idem Concil. dicta sess. 25. cap. 9. in fin. & egregiè ratiocinatur Viuian. de iurepatr. par. 3. lib. 10. cap. 5. num. 40.

Certior autem viget voluntatis defectus in eodem Archiepiscopo, qui dum in actu erectionis expressam declarationem emisit, quod non intendebat mutare statum illius, sed quod portiones, vt priùs subsisterent, nec annexæ, nec
29 incorporatæ, nec vnitæ censerentur. † Concedendo dominium Præposito, & Canonicis, intelligi debet hoc perpetrasse citrà innouationem præcedentis status Ecclesiæ; Et ideò quoad ius præeminentiale circa Collegialia, non quoad exercitium Curæ censeri debet suam authoritatem interposuisse, & hoc magis expressè post actum erectionis factus fuit, dum nouam, & reiteratam declarationem emisit, nempè, quod in his, quæ spectant ad Parochos ratione Curæ, & Animarum, & administrationis Sacramentorum, tàm onera, quàm commoda, & emolumenta ad ipsos Parochos pertineant; In his verò, quæ propria sunt Collegiatarum, & quæ iura Capituli concernunt, pertineant ad Præpositum, & Canonicos, vt in præsenti Summario num. 2. Et huic apertæ eiusdem Archiepiscopi menti accessit declaratio per Vicarium Generalem ante motam litem promulgata, vt in Summar. num. 3. & ob id clarè patet remansisse illæsa iura Parochorum, & decreta ab Archiepiscopo antea emanat, intelligenda sunt de Ecclesia merè Collegiata, respectu quorum non aderat Pontificis prohibitio, † quia de 30
iure non repugnat Ecclesiam subesse pluribus independentibus diuersi respectibus, Glos. in clement. freq. ad mensam in princip. de excess. Prælat. Bellamer. cons. 20. nu. 10. Murga par. 2. quæst. Past. quæst. 2. de diuis. vnius §. 7. nu. 23. in fin. Cardinal. Tusc. verb. Beneficiati conclus. 68. num. 7.

Et ex his resolutum fuit. Constare de bono iure Curatorum Portionariorum Ecclesiæ S. Babylæ, etiam ad effectum manutentionis, et declarata fuit decisio bo. me. Dunozetti iuxtà sensum Dominorum, vtraque parte informante etc.

R. P. D. PAVLVCCIO.

Bononien. Fideicommissi de Foscherarijs.

Veneris 3. Iunij 1678.

ARGVMENTVM.

Disceptabatur inter vocatos, an fideicommissum familiæ relictum, comprehendere solum illos, qui erant de familia effectiua, vel etiam ad contentiuam extenderetur, quod quia conseruationem agnationis continebat, ideo vtramque familiam comprehendere fuit decisum, addito vlterius, quod testator, religionem ingressurus, familiam effectiuam habere non poterat, neque satis declarauerat persæpius repetitum, & expressum nomen, & rationem conseruandæ agnationis, ipsumque verbum familiæ, eius cognomen eo magis vlterius addendo.

SVMMARIVM.

1 *Via exequutiua à prima sententia vulnerata, quatenus à posterioribus sententijs eam, infirmantibus restituatur, & num seq.*
2 *Statutum* Bononiæ *disponit, quod duæ sententiæ habeant vim trium.*
3 *Donatio, & fideicommissum quando non solam familiam effectiuam, sed etiam contentiuam comprehendat.*
4 *Verbum* familia *pluries à testatore repetitum, non indicat solam effectiuam, sed etiam contentiuam fuisse vocatam, & num. 6. cum sequentibus.*
5 *Pronomen* omnium, *quia dicitur vniuersale, neminem excludit.*
6 *Geminatio, & repetitio verborum euincunt voluntatem, & intentionem testatoris demonstrat, & num. 7.*
8 *Ratio amplior dicta, operatur, vt dispositio præcedens ampliatur non solum in tempore, & rebus, sed etiam in personis.*
9 *Verba* salua graduum prærogatiua *non referuntur ad descendentes, sed de transuersalibus intelligenda sunt.*
10 *Gradus prærogatiua ex repræsentationis iure, non attenditur inter descendentes, & num. seq.*
11 *in Successione Parentum gradus non quæritur.*
12 *ex Liberis si quis est, licet gradu remotior per proximiorem non excluditur.*
13 *Collateralium in successione, gradus prærogatiua omnino attenditur.*
14 *Proximiores gradu quando in successionibus proximioribus præferantur, & supra à nu. 10.*
15 *Amoris, & dilectionis expressio non est causa finalis, & impulsiua donationis, seu fideicommissi.*
16 *Causa impulsiua non informat dispositionem, sed exhibet motiuum ad disponendum.*

17 Causa

17 *Causa impulsiua dispositionem non qualificat, aut restringit.*
18 *Agnationis consideratio dicitur causa finalis dispositionis, à qua illa informatur, & regitur.*
19 *Agnationis nomen, maximè si fuerit expressum cum dictione perpetuitatem denotante, etiam ad transuersales porrigitur.*
20 *Familia vocata à testatore religionem ingressuro, de contentiua intelligitur.*
21 *Familiæ vocatio facta cum dictione personalissima* ipsorum, *non ideo restringitur ad solam effectiuam, sed etiam contentiuam comprehendit, & quando.*
22 *Dictio* ipsorum *expressa cum nomine familiæ non restringitur ad solos vocatos, sed etiam vlteriores de familia comprehendit.*
23 *Pronomen* ipsorum *quandoque à testatore exprimitur loco dictionis illorum.*
24 *Fideicommissum familiæ relictum, nedum effectiuam, sed etiam contentiuam comprehendere, à transigentibus dicitur in transactione declaratam.*
25 *Agnitio fideicommissi vim propriæ confessionis habet.*
26 *Fideicommissarius habens causam à grauato non potest illius factum, confessionem impugnare.*

DECISIO CCXXVI.

REdijt hæc causa ad censum ex noua commissione mihi facta per Signaturam cum clausula constito, quod sit locus Statuto de duabus; Ideo eam proposui sub Dubio: An sit locus Statuto de duabus, cui DD. responderunt esse locum.

Quamuis enim prima sententia in partibus lata fuerit ad fauorem Castelli Rei conuenti, & duæ posteriores in Curia ad fauorem Iosephi Mariæ de Foscherarijs actoris,
1 quia † tamen vulnus ex prima illatum viæ executiuæ fuit
2 sanatum per dd. duas sententias posteriores conformes; † merito habent vim trium ex Statuto Bononiæ Rota *coram Durano decis.* 193. *num.* 5. & 8.

Sed extra omne dubium sententiæ visæ sunt confirmandæ, cum earum validitas, quæ nec controuertitur inter Partes, & Iustitia solidissimè constat in fundamentis præsertim in duabus præteritis decisionibus exactè ponderatis.

Fideicommissum siquidem à quondam Andrea Fuschesario in donatione institutum, non fuit restrictum, ad solam familiam Astorgij, & Camilli fratrum ipsius do-
3 natoris, † sed ex eius mente, & intentione expressa ampliatum ad totam familiam de Foscherarijs, sicque non effectiuam tantum, sed etiam consentiuam, quod sanè indicant verba, quæ in insinuatione præuia donatione coram Iudice facta expressit; Ait enim; Quia ratione agnationis conseruandæ; hanc donationem facere intendit ad fauorem omnium de Foscherarijs in infinitum, & inferiùs: Quibus sic successoribus de Foscherarijs om-
4 nibus vult, & intendit donare. Quæ † verba etiam in donatione ipsa repetijt, hæc autem pluries repetita mentio omnium successorum de Foscherarijs, non patitur restringi ad solam familiam effectiuam, addito præsertim
5 vniuersali signo, & pronomine omnium † quod neminem excludit *l* 1. *& ibi scriben. ff. de leg.* 1. Rota *decis.* 752. *num.* 4. *par.* 3. *& decis.* 317. *num.* 3. *par.* 6. *recent.* Imò
6 geminatio ipsa, & repetitio † magis indicat voluntatem, & intentionem comprehendendi etiam familiam conten-
7 tiuam cum geminatio † plurimum operetur ad *cap. si quis iuratus* 1. *qu.* 1. *ad l.* Balista *ff. ad Sac. Conc. Trebell.* Pereg. *de fideic. artic.* 24. *num.* 4.

Amplitudinem intentionis confirmat rationis etiam adiectæ Vniuersalitas, qua tùm in insinuatione, tùm in ipsa donatione declarauit; quia ratione agnationis conseruandæ hanc donationem facere intendit, & vult ad fauorem omnium de Foscherarijs in Infinitum, etiam vltra tertium, & quartum gradum, saluu tamen graduum
8 prærogatiua; † Ratio autem amplior dicto operatur, vt dispositio præcedens amplietur non solum in tempore, & rebus, sed etiam in personis Bart. *ad l. Pater filium* §. *fundum ff. de leg.* 3. Crot. *ad l. fil. fam.* §. *diuis. nu.* 127. *ff. de leg.* 1. Peregr. *de fideic. art.* 14. *num.* 22. Fusar. *de subtilis. qu.* 351. *num.* 54.

Et eo euidentius in hoc casu quo testator adiecit, sal-
9 ua graduum † prærogatiua, quæ conditio relata ab eodem testatore ad agnationem, quam conseruare intendit, de transuersalibus, non descendentibus à vocatis accipi omninò debent, inter quos ex repræsentationis iure † non in- 10
tenditur gradus prærogatiua §. *cum filius instit. tit. de hæred. quæ ab intest. defer.* vbi scripsit ad rem appositè Missinger. & hoc pro regula traditur, quod in successione Parentum † 11
gradus non queratur, nec is, qui ex liberis est, † licet 12
gradu remotior per proximiorem excludatur; In Collateralium tamen successione † gradus prærogatiua omninò 13
attenditur, sic vt semper gradu priores † posterioribus 14
præferantur, vt in Auth *post fratres C. de leg. hæred.* firmauit etiam Franciscus Bolduin. *ad eundem* §. *numer.* 6.

Neque hæc disponentis intentio, & generalia verba restringi debent, ex eo, quod dixerit, se hanc donationem facere propter amorem, & dilectionem, quam gessit erga personas Vrsolinæ eius matris, & Astorgij, & Camilli eius fratrum.

Nec enim, tanquam præexistens, † non est finalis, sed 15
sed mera causa impulsiua, † quæ non informat dispositio- 16
nem, sed exhibet motiuum ad disponendum *l.* 2. §. *fin. ff. de donat. l.* 1. §. *sexum, & vtrobique scriben. ff. de donat. inter vir. & vxor.* Menoch *de præs. lib.* 4. *præsump.* 24. *num.* 18.
Vnde nec eandem restringendo qualificat, † ut verò causa 17
finalis fuit, vt bona in agnatione conseruentur in infinitum,
† hæcque tanquam verè finalis, vt pote prospiciens in fu- 18
turum est forma dispositionis, ipsumque extendit tanquam verè informans, vt pluribus more suo congestis scribit Tiraquell. *ad reg. cessat. caus. limit.* 1. *num.* 6 nec patitur ad solos descendentes Astorgij, & Camilli restringi, cum agna-
tionis nomen † latius longe porrigatur, & transuersales 19
de agnatione contineat, maximè cum sit additum in infinitum, & vocati erant de familia contentiua, ac ipse vocans Religionem ingrediebatur, adeoque familiam effecti-
uam, & à se descendentes spectare non poterat, † quo 20
casu sumitur argumentum pro extensione ad familiam consentiuam, tanquam necessario intentam à disponente, vt optimè ponderat Rota *decis.* 193. *numer.* 10. *part.* 1. *recent.*

Nec magis hanc restrictionem inducunt verba illa, in insinuatione, vt bona ipsius remaneant in familia
ipsorum de Foscherarijs, † quasi dictio illa ipsorum 21
personalissima de solis Astorgio, & Camillo intelligi valeat.

Non enim dixit tantummodo ipsorum de quibus proxi-
mè fuerat loqutus, sed ad addidit de Foscherarijs, † quæ 22
sanè locutio, seù adiectio inepta, ac abundans fuisset, si de nominatis Astorgio, & Camillo intellexisset, quos non erat necesse vlteriùs demonstrare per cognomen de Foscherarijs, verum sic adiectum optimè, & apertiùs declarauit inferius ibidem dum dixit, quia ratione agnationis conseruandæ hanc donationem facere intendit, & vult ad fauorem omnium de Foscherarijs in infinitum idemque toti-
dem verbi repetijt, sic declarando indicauit pronomen † *Ip-* 23
sorum æquipollere pro nomini *illorum*, perinde, ac si dixisset illorum de Foscherarijs, quos pronomine omnium inferiùs, & in donationem designauit, vnde intrat termini in decisione in *Bonon. Bonorum de Pancaldis* 10. *Iunij* 1650. *coram Eminentissimo Cerro*, cum alijs auctoritatibus relatis in decisione, quæ reuidetur.

Adstipulatur his omnibus transactionis geminæ, altera
1600. altera 1604. † in quibus, & per quas transigentes agno- 24
uerunt, & approbarunt fideicommissum ad fauorem fami-
liæ contentiuæ, † quæ sanè agnitio habet vim propriæ con- 25
fessionis, vt inquit Rota *in Romana fideicommissi de Comitibus* 26. *Iunij* 1647. *coram Ghislerio, & in Romana fideicommissi de Maximis* 11. *Ianuarij* 1649. §. *idque clarius coram Eminentissimo Cerro*, vnde cum Romeus Iunior vnus ex transigentibus, & ex familia contentiua, hæc bona habue-
rit, tanquam fideicommissaria, † non possunt causam 26
habentes ab eo contrarium asserere Rota *decis.* 306. *numer.* 3. *par.* 5. *recent.* Castill. *contr. par.* 5. *cap.* 93. §. 7. *num.* 1. *& seqq.*

Quod verò Ioseph Maria sit heres alienantis, & non confecerit inuentarium, vel in conficiendo defecerit, sicut, & in redditione rationis sicut latè, & adæquatè cum alijs sublata in præteritis decisionibus, nec eadem videntur repetenda.

Et ita vtraque Parte informante resolutum fuit.

REVERENDISS. D. ALBERGATO

Sacræ Rotæ Decano.

Anagnina Castri Vallis Petrarum.

Veneris 3. Iunij 1678.

A R G V M E N T V M.

Declaratur dominium directum Ecclesiæ, etiam ad effectum deuolutionis ex instrumento inuestituræ, alijsque pluribus adminiculis, maximè, quia contra successores agebatur, & habentes causam ab eis, qui proinde impugnare non poterant ea, quæ eorum auctor, vel fuerat expresse approbatus, vel aliter confessus, plura ideo in præsenti decisione adducuntur etiam super legalitate Bullæ Pontificis; venditione comprehendente iura, vel bona, & super quantitate pretij denotante, quid fuerit in venditione comprehensum.

S V M M A R I V M.

1 *Instrumentum inuestituræ probat dominium ad quemcumque effectum contra inuestitum, & habentem causam ab eo.*

2 *Inuestituræ sola probat dominium etiam ad effectum deuolutionis contra habentem causam ab inuestitis.*

3 *Inuestitura, & illius instrumentum eo magis probant dominium, si concurrant coniecturæ, & adminicula quarum plura enumerantur.*

4 *Inuentarium bonorum Ecclesiæ in quo descripta sunt etiam bona in emphyteusim, vel feudum concessa ipsam etiam ad probationem dominij deseruit.*

5 Bonifatius Octauus *fuit patria Anagninus.*

6 *Pontifex, qui beneplacitum concessit, præsumitur informatus de directo dominio bonorum emphyteuticorum à nepote acquisitorum.*

Maximè si ille erat eiusdem Ciuitatis, in qua situabantur bona prædicta ibidem.

7 *Dominium directum confessatum ab antecessoribus non potest à successoribus impugnari, vel ab alijs causam habentibus à confitentibus ipsis.*

8 *Bullæ Pontificiæ legalitas ex quibus remaneat concludenter probata.*

9 *Bullæ Pontificiæ legalitas eo magis resultat, si illius tenor registratur in libris Ecclesiæ, & in alijs etiam libris antiquitates professantibus.*

10 *Ratificatio venditionis, sine illius tenore, vel alia enunciatiua, non probat de quo tempore eadem venditio successerit.*

11 *Venditio ex quibus verbis importare dicatur non bona ipsa, sed simpliciter iurium competentium super bonis.*

12 *Venditionem non comprehendere plura Castra probatur, si eorum alterum erat maioris pretij, quam illius in venditione expressi.*

13 *Pretij quantitas arguit qualitatem, & quidditatem rei venditæ.*

14 *Confessio bona esse emphyteutica Ecclesię facta ad euitandam confiscationem, quatenus probet, & nu. seqq.*

15 *Confessio adminiculata probat contra confitentem, & habentem causam ab eo, amplia, vt num. seq.*

16 *Dominium directum ex confessione remanet plenè probatum, tàm contra confitentem ipsum, quam contra habentem causam ab eo.*

17 *Error eo ipso probatur, quo constat rem aliter se habere.*

D E C I S I O CCXXVII.

TRiangularis quæstio vertens inter Ecclesiam Anagninam, Marchionem Astallium, & Cæsarem, et Antonium fratres de Caetanis ex nouiter deductis pro parte Ecclesiæ fuit præuio recessu à resolutis sub die 28. Iunij anni præteriti, hodie ad fauorem eiusdem Ecclesiæ decisa, et firmatum constare de illius Dominio directo Castri, de quo agitur, cum vltra instrumentum inuestituræ fuerit nunc etiam ostensum, quod Marchio causam habet ab inuestitis, mediante Horatio Caetano, qui causam ab illis habebat, & ipsum Marchionem hæredem instituit; vnde intrat communiter recepta conclusio, † quod instrumentum inuesti- 1 turæ clarè probat dominium ad quemcunque effectum contra inuestitum, & habentem causam ab eo, iuxta Theoric. Bart. *in l. ad probationem, C. de locat. & Rip. in l. si aliquam num 39. ff de acquir. possess.* Rot. *dec. 36 sub num 3. & seq. par. 7. & decis. 65 numer. 6. & seqq. par. 10. & coram Dunoz. decis. 984. numer. 7.* Vbi, quod quando agitur contra habentes causam ab eis, qui bona ab Ecclesia recognouerunt, † 2 sola inuestitura probat dominium etiam ad effectum deuolutionis, vt in *Fesulana Bonorum 30. Aprilis 1668. §. fin. coram Reuerendissimo D. meo Beuilaqua Patriarcha Alexandrino.*

Idque indubitanter, † quando, vt hic concurrunt admi- 3 nicula in suo genere perfecta, quæ tam de tempore inuestituræ, quam post, suadent Ecclesiam fuisse dominam huius Castri, nam de anno 1162. & sic longè ante instrumentum inuestituræ stipulatum anno 1297. Ecclesia dominium acquisiuerat mediante donatione reportata, à quodam Landinulpho Trebensi de bonis, quæ ille possidebat, in Territorio Trebensi, & signanter de hoc Castro Vallispetrarum, quod etiam fecit quidam Cosmus pariter Trebensis, & cum Ecclesia super bonis donatis à Cosmo molestaretur ab alio Landinulpho, Rector Prouinciæ anno 1203. per sententiam mentionem facientem de donatione, Ecclesiam manutenuit, seù reintegrauit, & non molestari mandauit, & successiuè anno 1262. Iudex Delegatus respondens de Apostolis in quadam causa coram eo vertente præsupposuit pro indubitato, dominium Ecclesiæ ibi: *Quamuis Ecclesia esset, & in pacifica possessione iurisdictionis eligendi Rectorem, vt in Vallispetrarum, & seletini plenam habet potestatem*, & demum concurrunt antiquum, & publicum instrumentum inuentarij bonorum, & rerum Ecclesiæ facti de anno 1294. ab Episcopo illius temporis in quo inter cætera bona, reperitur descriptum hoc † Castrum, 4 quod inuentarium, seu descriptio ad effectum, de quo agitur, iunctim cum alijs magnum præfert adminiculum ad probandum, quod tunc Ecclesia possidebat, vt præcisè aduertit Rota *in dicta decis. 36. numer. 3. par. 7. recent.*

Post verò inuestituram, & de tempore illius, non desunt adminicula, & quidem vrgentia, ex quibus dignoscitur semper Ecclesiam dominium retinuisse, & inuestituram ab ea concessam obseruatam, & effectum fuisse sortitam, siquidem constat, quod volens Ecclesia de ann. 1297. inuestire Petrum Caetanum de tribus Castris ad ipsam Ecclesiam pertinentibus inter quæ, hoc Vallispetrarum continetur, reseruatum fuit beneplacitum Apostolicum, quo superuento, stipulatum fuit instrumentum inuestituræ cum expressa mentione obtenti Beneplaciti, à Summo Pontifice, tunc Bonifatio † VIII. qui cum esset Patria Ana- 5 gninus, vt refert Ciacconus *in eius vita, tom. 2. iuxta nouiss. impress.* & concessio facienda esset fauore Petri eius nepotis, † præsumitur informatus, quod Ecclesia, tunc huiusmodi 6 Castrum possideret ad tradita per Menoch. *in præsumpt. lib. 6. præsumpt. 24. nu. 27.*

Vlterius paulo post inuestituram idem Petrus inuestitus vigore obtentæ inuestituræ possessionem Castrorum accepit, & iuramentum fidelitatis à Communitate, & Vassallis reportauit, vti de bonis pertinentibus ad Ecclesiam Anagninam, & successiuè ipso Petro defuncto in diuisione facta inter illius filios, & hæredes anno 1317. Castrum Vallispetrarum cum alijs obtigit Iofredo post cuius Iofredi obitum, anno 1336. in alia diuisione inter filios, & hæredes Iofredi idem Castrum, cum alijs peruenit ad Bellum alterum ex filijs Iofredi, & cum post mortem Belli prædicta Castra confiscata fuissent, ex quo Nicolaus, Antonius, & Tutius illius filij, eadem armata manu inuaserant, in contemptum Rectoris Prouinciæ Cameræ Apostolicæ, qui illa custodiebat, ipsi filij anno 1371. ad docendum, quod violentiam minimè intulerunt, sed ad rem propriam accesserant, allegarunt pro titulo possessionis suæ, & suorum Antecessorum dictam inuestituram ab Ecclesia obtentam, cum qualitate dominij eiusdem Ecclesiæ ibi: *illa in feudum ab Ecclesia Anagnina, sub cuius dominio existebant*, vt supra recepisse, quo examinato per Cardinalem, tunc temporis in ea Regione legatum, demania-

mandata fuit restitutio, quia Castra erant de dominio Eccle-
siæ ibi: Attento, quod in dictis Terris directum dominium
spectat ad Ecclesiam Anagninam, & ex dicto Antonio, &
alijs sine prole defunctis, natus esset Honoratus, ex quo
alter Antonius, cui successit Cæsar, cuius filij, Prosper,
Antonius, & Marcus Castra prædicta vti remansa in hæ-
reditatibus suorum Antenatorum recuperarunt, à Sciar-
sa Columna, qui tempore eorum minoris ætatis eadem oc-
cupauerat, vt ex commissione, & sententia lata anno
1534. per bon. mem. Simonettam tunc nostris Ordinis Col-
legam, & cum Castra tractu temporis deuenissent ad Cæ-
sarem, & Pirrum, obuenit in diuisione huiusmodi Ca-
strum Scipioni hæredi Cæsaris, ex cuius filijs, & hæredi-
bus anno 1614. distractum fuit in Horatium patruum, &
hæredem Pirri, qui moriens anno 1670. hæredem instituit
Marchionem Astallium.

Ex quibus benè comprobatur non solum dominium Ec-
clesiæ, & effectuatio seù obseruantia inuestituræ; verùm
etiam concluditur Marchionem habere causam à successo-
ribus, & causam habentibus à primo inuestito, dum ex
præmissis liquet, Castrum de vno in alium ex comprehensis
in inuestitura transiuisse, & in illis peruenisse spatio qua-
tuor sæculorum, donec an. 1670. peruenit vigore testa-
7 menti Horatij ad dictum Marchionem, † qui vti causam
habens ab illis, qui bona ab Ecclesia recognouerunt, do-
minium illius confitentes, non potest illud in controuersiam
reuocare, vt conciliando opiniones declarauit Rota in *Sa-
binen. Tenutæ coram Licta apud* Marches. *de Commiss. part. 1.
fol. 1079. & coram Burat. decis. 602. num. 4. & in recent. decis.
249. nu. 4. par. 1. & decis. 262. num. 5. & decis. 98. num. 3. coram
Zarate*, & nouissimè *in Romana Castri Orciani 13. Iunij 1672.
coram R. P. D. Emerix* confirmata *24. Ianuarij 1676. coram
eodem.*

His igitur firmatis non subsistit, quod Beneplacitum
Apostolicum non sit in forma probanti, quia hodie oculis
dominorum subiecta Bulla, in qua continetus apparuit es-
se scriptam in pergameno, & in ea extare solitum plumbum
appensum cum cordulis impressum effigie SS. Petri, & Pau-
8 li, & subscriptione Bonifacius Papa VIII: Vnde † de il-
lius legalitate dubitari non potest, Rota *decis. 667. num. 5.
coram Burat. & decis. 708. num. 17. coram Dunoz. iun. decis. 479.
num. 2. part. 4. tomo secundo recent.* Imò de ea fit expressa
mentio in instrumento inuestituræ, & est registrata de ver-
bo ad verbum in quodam antiquissimo libro Ecclesiæ, in
quo registrantur Bullæ ad fauorem illius, ac etiam in alio li-
bro similiter antiquissimo cuiusdam Ciuis Anagnini, qui
professus est antiquitates Prouinciæ Campaneæ in vnum
9 colligere, † ex quibus eiusdem Bullæ legalitas magis re-
manet comprobata per ea, quæ tradunt Soccin. Sen.
cons. 187. numer. 4. lib. 1. Abb. *cons. 74. numer. 1. lib. 1.* Rot. *in
recent. decis. 403. num. 7. par. 5. recent. & decis. 1. sub num. 2.
coram Ninot.*

Nec ad ostendendam ineffectuationem inuestituræ, &
contrauertendum dominium Ecclesiæ releuat, quod bien-
nio post inuestituram Cardinalis Caetanus, vna cum eo-
dem Petro, antecedenter inuestito, controuersum Castrum
emerit ab illis de Rubeis pretio florenorum 20000. quia in-
strumentum emptionis, & venditionis adhuc non est exhi-
bitum, & illud, quod nuper in actis productum est, non
continet venditionem, sed dumtaxat ratificationem vendi-
tionis, absque istius insertione, & sine expressione tem-
10 poris, quo ratificata venditio fuerit stipulata; † Vnde cum
dignosci nequeat, an illa præcesserit, vel subsecuta fuerit
instrumentum inuestituræ, ideo nihil ponit in esse, quin-
imò, cum in dicto instrumento nihil dicatur de Castris, sed
dumtaxat asseratur à venditoribus venditum (sunt verba
instrumenti) totum id, quod habuerant, & se habuisse,
& tenuisse asseruerant, siue ad eos pertinnerant, vel per-
tinuisse poterant in Castris Trebij, & Felectini, & Vallis-
11 petrarum, & in tenimentis Collis Asculi: † quæ verba
non videntur importare venditionem Castrorum, sed dum-
taxat iurium competentium venditoribus super Castris,
quod etiam, suadet modicitas pretij, quia cum non age-
retur de solo Castro Vallispetrarum, sed de duobus alijs, ac
etiam de tenimento Collis Alti, pretium scut. 20000. non
12 videtur condignum, † maximè cum ex dictis Castris scili-
cet Felectinum venditum fuerit Cameræ Apostolicæ pro
13 scut. 80000. quantitas enim pretij arguit qualitatem, † &
quidditatem rei venditæ, vt in terminis Castri, notat, Hie-
ron de Mont. de Fin. *cap. 95. num. 11. & 12.* Natt. *cons. 460.
numer. 52.* Corn. *cons. 293. num. 30. libro terzo* Rota *decis.
130. numero sesto & septimo parte primæ recent. & in Roma-
na Castri Orciani 24. Ianuarij 1676. §. & forte coram me,
& in eadem dec. & die, §. idque suadent coram R. P. D. meo
Emerix.*

Minus suffragatur, quod confessio illa Nicolai, Antonij,
& aliorum filiorum Belli Caetani, quod Castra erant de
dominio Ecclesiæ, & proinde non possent confiscari, fue-
rit ab illis emissa ad alium effectum, scilicet euitandi con-
fiscationem, † & propterea non probet dominium, quia 14
nisi dictis fratribus vere constitisset ex dictis publicis instru-
mentis inuestituræ, & possessionis, ac Beneplaciti Aposto-
lici, quod Castra erant de dominio Ecclesiæ, vtique non
potuissent huiusmodi confessionem emittere, sine mera di-
uinatione, † & cum dicta confessio sit vndequaque fulcita 15
adminiculis supra recensitis probat contra confitentem, &
contra habentem ab eo causam Rota *decis. 139. num. 13. co-
ram Roias*, † & ad effectum probandi dominium coram Coc- 16
cin. *decis. 2017. sub num. 6. & coram Millin. decis. 21. num. 6. &
7. coram Caualer decis. 269. sub num. 3.*

Pariter non releuat concordia inita de anno 1161. inter
Monasterium Sublacense, & Vniuersitatem Trebarum,
in qua enunciatur Castra esse de dominio Monasterij, quia
talis concordia non est de actis, & dignoscitur erronea ex
instrumento inuestituræ cum subsecuta possessione, ac
etiam ex confessione prædictorum filiorum Belli, & ex ipsa
sententia desuper lata ex motiuo, quod Castra erant de do-
minio Ecclesiæ, ac ex alijs supra relatis, ex quibus sicut
apertè deprehenditur dominium esse Ecclesiæ Anagninæ,
non autem Monasterij, † ita quoque probatur error, qui 17
adesse dicitur, quando clarè constat rem se aliter habere,
vt ad rem dixit Rota *decis. 67. num. 14. coram Zarate.*

An verò comprehendantur in inuestitura Cæsar, & An-
tonius fratres de Caetanis, & an Horatius testare potuerit
de Castro in fauorem Marchionis Astallij absque licentia
Sedis Apostolicæ, Domini, particulari discussioni reser-
uarunt.

Et ita partibus hinc inde informantibus recessum fuit, à
decisis.

*Supra in hac eadem parte adest altera præsentis causæ Deci-
sio, quæ ibi est in ordine 119.*

R. P. D. MATTHÆIO.

Æsina Donationis.

Veneris 3. Iunij 1678.

ARGVMENTVM.

Inimicitiam fuisse causam non vocandi pro-
ximiorem in contractu mulieris probari
prætendebatur, & super ea fuerat etiam re-
missoria concessa; cumque altera pars illam
post contractum successam verificare præ-
tenderet, hæc coæqualis probatio ipsi impu-
gnabatur, sed non obstante impugnatione
ipsi etiam remissoria conceditur, nedum
quia adhuc publicatus non erat processus,
verum etiam, quia vterque ad imparia iu-
dicari non poterat, sed inter eos omnimoda
æqualitas seruanda foret.

SVMMARIVM.

1 *Remissoria semper conceditur, quotiescumque de releuantia materiæ articulatæ dubitari contingit.*

2 *Consanguineum fuisse, vel non fuisse inimicum ad effectum interueniendi, vel non, in contractu mulieris vtrique parti ad probandum conceditur.*

3 *Releuantia materiæ articulatæ resultat, si illa multum conferat ad victoriam causæ, & ad corroborandum fundamenta decisionis obtinere.*

4 *Remissoria conceditur etiam super articulis de directo contrarijs, si nec primum examen fuerit sequutum, nec publicatus processus.*

Amplia etiam, quod examen factum sit, non tamen processus fuerit publicatus, & quare num. seq.

6 *Probatio probationem non excludit.*

7 *Probationes postea quam hinc inde factæ sint, tunc iudici examinandæ proponuntur, quæ, & qualis prævalere debeat, & magis attendenda sit.*

8 *Probatio Actori concessa ad suam intentionem fundandam, æquum est, vt non denegetur reo ad iustificandam exceptionem.*

9 *Æqualitas est seruanda in iudicijs inter Actorem, & Reum.*

10 *Æqualitatem semper præ oculis habent Tribunalia suprema.*

11 *Actor, & Reus ad imparia iudicari non debent, sed vtrique eadem facultas conceditur probandi ea, quæ vnicuique prodesse arbitrantur.*

DECISIO CCXXVIII.

QVoties contingit aliquo modo dubitari non posse de
1 relevantia materiæ articulatæ in causis prophanis, † toties Rota consueuit, ex inueterato huius Sac. Trib. stylo, etiam sine fumo remissoriam concedere ad probandum illud, quod in actis articulatum fuit Cassad. *decis. 1. de dilat. num.* 10. *& decis. 259. num. 2. par. 9. & decis. 258. numer. 1. pars. 14. recent. & in Leodien. affictus 21. Februarij 1677. §. eo magis coram Reuerendissimo Albergato Decano, & in Bonon. successionis 1. Iunij 1675. coram R. P. D. Bourlemont.*

Certa autem, & indubitata est releuantia, vt patet ex lectura articulorum, quia cum ad reiciendum nullitatem donationis, de qua agitur, ob non seruatas solemnitates Constitutionis Ægidianæ in contractibus mulierum, & minorum requisitas fuerit concessa remissoria ad probandum Canonicum Antonium Calcanen. non fuisse vocatum in stipulatione instrumenti ob causam rixæ, & inimicitiæ,
2 cum Hyacintho Meschino donatario, & Aureliæ filio, † & cum hodie Calcanei prætendant ipsi probare oppositum, quod inimicitia non aderat, & quod tempore donationis Antonius, & Hyacinthus mutua beneuolentia tamquam consanguinei inuicem tractabantur, & ad hunc effectum exhibuerint testium examen ad perpetuam rei memoriam cum instrumento affirmantium prætensam rixam euenisse de anno 1664. iuncta fide Ducis militum, qui Nundinis presidebat, & partes diuisit, vt in Summat in *num.* 1 *&* 2. & in
3 eodem Summario responsionis *nu.* 1. ambigi nequit, † quod hæc probatio multum conferat ad victoriam causæ, & ad corroboranda fundamenta decisionis obtentæ ab eisdem de Calcaneis sub die 22. Iunij 1676. coram R. P. D. meo Caiataiu, in cuius locum, ego hoc dubium proposui Cephal. *cons.* 441 *nu.* 106. *& seq. vol.* 3. Rot. *coram Eminentiss. Ottbob. decis.* 40. *nu.* 22 *&* 23 *decis.* 703. *num.* 8. *par.* 2. *& decis.* 258. *num.* 2. *par.* 14 *recens.*

Nec ad impediendam hanc remissoriam obstat consideratio facta ab illis de Meschinis, quod articuli sint de directo contrarij alijs datis pro parte eorundem, super quibus eis-
4 dem fuit concessa facultas examinandi testes, † quia cum verè adhuc examen non fuerit sequutum, nec publicatus processus, nec didicita, & testificata, cessat timor suborna-
5 tionis, & etiam si fuissent testes examinati in hoc casu, † deficiente publicatione processus super contrarijs remissoria ne probationes coangustientur esset elargienda iuxta text. *in cap. series de testibus ; alust in praxi. lib. 2. cap.* 14. *nu.* 6. *& final.* Rota *coram Celso decis.* 353. *numer.* 4. *& decis.* 573. *numer.* 8. *coram Bich. & decis.* 41. *numer.* 9. *par.* 7 *recent. & in Fanen. compositionis* 23. *Ianuarij* 1671. *§. non obstat coram Reuerendissimo Patriarcha Alexandrino, & in Carpentoraten. Bonorum* 11. *Iunij* 1677. *§. non obstat coram Reuerendissimo Albergato Decano.*

Eoque magis indulgendum est petentibus suorum iu-
6 rium corroborationem, ex quo iura præcipiunt, † quod probatio probationem non excludat Egid. *decis.* 365. *num.* 1. Rot. *coram Bich. decis.* 573. *nu.* 7. *& decis.* 785. *num.* 5. *par.* 1. *diuers. & decis* 70. *num* 8. *&* 9. *par.* 6. *rec.* & post quam perfectè hinc indè fuerint, & publicatæ, & antè oculos Iudicis exhi-
7 bitæ, † tunc proponendæ erunt, quæ prevalere debeant, & quæ veniant attendendæ Rot. *coram Merlin. decis* 786. *coram Greg. XV decis.* 163. *num* 9. *& decis.* 303. *n.* 13. *coram Penting & decis.* 93. *numer.* 58. *coram Zarate, & in dicta Fanen. compositionis d. §. non obstat coram Reuerendiss. Patriarcha Alexandrino.*

Nec dubitarunt DD. concedere hanc eandem remissoriam Calcaneis illam petentibus, quia sicut illam obtinuerunt Hyacinthus, & alij de Meschinis ad fundandam eorum intentionem, † ita æquum visum fuit, vt eisdem con- 8
cederetur ad eam elidendam, & suam exceptionem iustificandam in qua dicuntur rei, & in iudicijs † inter litigantes 9
seruatur æqualitas, quam semper præ oculis † habent su- 10
prema Tribunalia, quæ pari lance, & pari iudicio, † tàm 11
actorem, quam reum tractare debent, quibus æqualem facultatem concedunt probandi ea, à quibus propriam intentionem, & exceptionem vterque procedere arbitrantur iuxta text. *in Cap. in iudicijs, & in cap. non debet de reg. iur. in* 6 *& in l. non debet ff. eodem titulo* Rot. *coram Bichio d. decis.* 573. *num.* 9.

Et ita, vtraque parte informante, resolutum fuit.

R. P. D. TAIA.

Posteà S. R. E. Cardinali.

Romana Castri Fiani.

Lunæ 6. Iunij 1678.

ARGVMENTVM.

Disceptatur conclusio alienationis factæ in fraudem creditorum, vel paratæ executionis cum distinctione actionis realis, vel personalis à DD. intellectæ, quæ hic sine vlla distinctione, pro nullitate resoluitur, quia scientia in alienatario constabat, & de omnibus bonis debitoris alienatio facta erat, quo in casu possessorem non solum executiuè, sed etiam cum prosequutione iudicij contra debitorem intentati, conueniri posse deciditur.

SVMMARIVM.

1 *Ratificatio idem operatur, ac speciale mandatum, & retrotrahitur ad principium actus.*

2 *Datio insolutum, an fuerit facta in fraudem creditorum, & collusiua dici possit, distinguendum, est iudicium actionis personalis, & realis.*

3 *Litigiosa res est, de cuius dominio causa mouetur inter possessorem, & petitorem.*

4 *Alienatio, vt dicatur collusiuè facta, & in præiudicium creditorum requiritur scientia litis, aut quod debitor nihil aliud possideat.*

5 *Creditor non tenetur excutere bona difficilis excussionis, præsertim extra statum existentia.*

6 *Possidens vigore dationis insolutum, dicitur tertius possessor.*

7 *Bulla* Baronum Clementis Octaui *non præbet viam exequutiuam contra tertium.*

8 *Alienatio facta non solum in præiudicium creditorum, sed etiam paratæ executionis, remanet nulla.*

9 *Exequutio fieri potest etiam contra tertium, si alienatio in fraudem paratæ executionis facta sit, quamuis actione personali fuerit processum.*

10 *Alienatio dicitur in fraudem creditorum, & paratæ executionis, si facta sit inter coniunctos, & de omnibus bonis debitoris.*

11 *Alienatio facta in præiudicium creditorum eo magis nulla est, si alienatarius habuit scientiam litis, & sine æstimatione facta sit.*

12 *Alienatio non potest reuocari in dubium, quod in fraudem creditorum facta non sit, si & emptor habuit scientiam litis, & debitor alia bona non habeat.*

13 *Constitutiones Summorum Pontificum referuntur, eademque etiam declarantur super Bulla* Baronum, *& super translatione bonorum in forenses, & num. antecedentibus.*

14 *Bulla* Baronum *non obstat doti debitæ vigore* auth. res, quæ C. communia de legatis.

15 *Confirmatio non alterat statum rei confirmatæ, sed consolidat eam in specie, in qua continetur.*

16 *Ratificatio operare debet confirmationem actus ratificati, non autem illius destructionem.*

17 *Ratificatio principalis probata per testes non admittitur,*

eum

cum in omnem casum admissus per epistolam probari debuisset.

DECISIO CCXXIX.

CReditores Principis Nicolai, & Principis Ioannis Baptistæ filij, iam obtinuerant mandata executiua pro magnis summis pecuniarijs contra Principem Ioannem Baptistam filium, & hæredem Principis Nicolai, & præcipuè Marchiones Petrus Franciscus, & Fulcus pro scut. 36000. 28. Septembris 1669. & Dux Petrus, & fratres alterum pro scut. 80000. & fructibus, alterum pro scut. 10000. & fructibus 22. Martij 1670. Cum 5. Martij 1670. Procurator Generalis ad negocia Principis Ioannis Baptistæ assignauerit Sororibus dicti Principis, & pro ipsis Marchioni Tiberio Tutori, & Curatori per pagamento, & assecuratione respectiuè, quædam bona partim mobilia, & partim immobilia; Vnde Procurator ad lites ipsarum sororum petijt, & obtinuit eis concedi inhibitionem in forma aduersus creditores.

Itidem 8. Augusti 1670. Idem Procurator Generalis ex mandato Principis Ioannis Baptistæ dedit insolutum dd. sororibus pro scut. 70000. Villam Pincianam cum Vinea, Horto, suppellectilibus pretiosis, & Statuis, Item pro scut. 57900. Palatium nondum absolutum, in Vrbe in extinctionem crediti ipsarum sororum, expressis à dicto Procuratore in scutis 54300.

Et adhuc 6. Septembris sequentis idem Procurator Principis exposito præcipuo credito D. Olimpiæ maioris ex dd. sororibus in scutis 119000. pro residuo scut. 125000. à Principe Nicolao eidem relictis testamento, necnon alio credito sorori Lauiniæ, & Hyppolitæ in scut. 80000. similiter testamento relictis alijsque scutorum 4500. causa, & ratione multiplici pro rata scutorum 58000. in eodem testamento, vltra alia quamplurima credita, & iura, ita generaliter enunciata, obtenta pridem licentia à san. mem. Clemente X. pro dd. creditis, dedit insolutum, ac omni meliori modo concessit dd. sororibus dictoque Marchioni Tiberio Tutori, & Curatori pro pretio scutorum 203500. Terram Fiani positam in Prouincia Patrimonij cum Territorio, districtu, & tenimentis, ac omnimoda iurisdictione Ciuili, Criminali, & mixta, ac mero, & mixto Imperio, & annexis, & connexis, reseruata facultate dd. sororibus, & suis hæredibus redeundi ad dd credita, & iura, priuilegia, prioritates, & potioritates, & alia quæcumque ipsis competentia.

Mandatum autem Principis Ioannis Baptistæ 28. Februarij 1669 erat factum quidem generali Procuratori, & Administratori generalissimum, & specialiter ad ipsius nomen Palatia, Domos, Viridaria, Vineas, Hortos, & alia quæcumque bona stabilia, necnon simulacra, vulgo Statue, Tabulas pictas, & alia quæcumque, & alias pretiosas res, & speciali mentione digna, quocumque nomine, titulo, iure, & causa spectantia in Vrbe, & Statu Ecclesiastico sita, & existentia, non tamen iurisdictionalia, & alienari prohibita, quibuscumque personis, ac pro pretio, & pretijs desuper conueniendis, ac concordandis, dictoque Procuratori placitis, & beneuisis &c. vendendum, alienandum, & insolutum dandum &c.

Itaque conquerentibus creditoribus, & præcipuis præcipuarum summarum, vt supra adiuerant Congregationem institutam super Baronibus Status Ecclesiastici, de qua in Constitutione 41. Clementis Octaui, eamque adiuerunt etiam ab ipsa prima datione bonorum in pignus, vt supra, vbi varia decreta intercesserunt, & præcipua expeditio Commissarij ad Castrum Fiani 7. Maij 1672. dudum controuersa, donec ab hoc decreto confirmato die 3. Septembris 1675. recurrerent sorores ad ipsum Clementem Decimum, à quo in Signatura Gratiæ 10. Martij 1676. obtinuerunt Commissionem in Rota omni, & quacumque appellatione, reclamatione, & restitutione in integrum, & recursu penitus remotis, & tandem varijs hinc inde propositis, & oppositis, hodie, disputatum est dubium: An datio insolutum sustineatur, & an mandata relaxata sint exequenda, vel potius denuo relaxanda.

Vnus ex DD. substineri dicebat, non obstante, quod fuerit facta à Procuratore cum mandato insufficiente, quia fuit nihilominus cum promissione de rato in forma dicti Principis Ioannis Baptistæ, quatenus opus sit, & requiratur, & non alias, & superuenit ratificatio Principis probata duobus testibus contestibus de tempore, & spe-

cificè mense Ianuarij 1671. æquiparata mandato, & † 1
retrotrahenda ad principium actos, cum superuenerit re integra, nullo iure quæsito creditoribus super Castro Fiani, cum postmodum anno 1672. institerint creditores in Congregatione Baronum pro vnione causarum, & pro specifico iudicio concursus formando, datio verò insolutum multo ante præcesserit anno 1670. ex Rota *decis.* 291. *num.*4. *par.*9. cum ibi allegatis.

Neque collusiua, vel fraudolenta, quam prætendunt
creditores videbatur illi datio insolutum, quia procedendo
cum distinctione causarum, & actionum realium, &
personalium † de quibus in celebri illa Romana Vineæ 2
coram Duran. *decis.* 364. quæ Magistralis dicitur, & ad
eam in occurrente casu semper recurrendum, & recenter
in Fanen. dotis 2. Decembris 1676 *§. super prædio, & 10.*
Ianuarij 1678. §. non enim subsistit coram R. P. D. meo Bourlemont, & Magistralis ante has decisiones iam fuerat *textus in auth. de litig. §. Ideoque sancimus seu cap.* 1. *Nouell.*
115. & Auth litigiosa 28. *C. eodem*, vbi litigiosa † res est 3
videlicet de cuius dominio causa mouetur inter Possessorem, & Petitorem, & ad hoc, vt possit dici alienatio facta
collusiuè, † & in præiudicium paratæ exequutionis, itaut 4
valeat executiuè procedi contra tertium, etiam in mandato
relaxato in actione personali requiritur scientia litis, aut
quod debitor nihil aliud possederit, quorum neutrum in præsenti probatur.

Non refragante, quod sorores possidentes detineant alia
bona libera, computanda in dote, adeoque ad dationem
insolutum pro dotibus deueniri non potuerit, nisi computaris, & excussis ijs bonis, quia non videbatur esse præsentis inspectionis, sed pendere hunc punctum ab alio dubio super taxatione dotium, in quo mandatum est, vt firmetur status hæreditarius, & si quæ sint bona libera Principis,
creditores posse illa excutere, † quæ nolunt excurere soro- 5
res creditrices, vtpote difficilis excussionis existentibus bonis in dominio Regis Hispaniarum Rota *coram Mantic. decis.* 152. *& coram Eminentissimo Ottbobono decis.* 43. *sub num.* 51. *& 15. & decis.* 78. *& num.* 15. quæ tamen Dominus ille voloit dicta ex abundanti ad ostendendam veram dationem insolutum ex præcedenti credito vero.

Quoad alteram partem dicebat denuo relaxanda esse
mandata citatis sororibus super intrante quantitate scutorum 88000. quia hæc summa fuit exbursata de pretio Zagaroli creditoribus Montis Fiani, auctoritate Papæ erecti, & ideo super illo sorores habent æquale ius cum cæteris creditoribus Principis Nicolai, quia Papa adiussit, vt
Castrum Fiani remaneret liberum pro dd. creditoribus Principis Nicolai pro dicta summa scutorum 88000. vt in Chirographo Papæ, & merito denuo relaxandum, non autem exequenda relaxata, cum per dationem insolutum fue-
rint tertiæ effectæ, † contra quas non habeat locum Bulla 6
Baronum loquens de ipsis debitoribus, † licet ex titulo do- 7
tis possidentibus allegata Rota *decis.* 199. *num.* 14. *vers. nec releuat par.* 8.

Contrarium alij sensere, quia datio insolutum apparet
facta non solum animo impediendi creditoribus executionem, sed etiam contra formam mandati expressè excipientis iurisdictionalia, & facta fuit longè postquam comparuerant, & obtinuerant etiam mandata, quorum exequutio imminebat, adeo vt vbi etiam nulla extaret hypotheca, adhuc contra eas fieri deberet executio, nam ea datio insolutum cui innituntur, facta fuit in præiudicium paratæ exequutionis, & plusquam paratæ, propositæ nominarim
in Congregatione Baronum, quò fit, vt executio iam esset
parata, † & consequenter alienatio facta in præiudicium 8
nedum creditorum, sed paratæ exequutionis, quo stante
exequutio perfici potest contra emptorem, vel acquisitorem
rerum, vt voluit Bald. *& c. apud Surd. cons.* 533. *numer.* 5.
à vers. sed vbi etiam cum alleg. maximè Capyc. decis. 128. *numer. vlt. vers. pro æquitatis* Rota *coram Duran. d. decis.* 364.
num. 56. (Vbi etiam quando alienatio fit hoc pendente † in 9
personali actione ante rem iudicatam, seu mandatum exequutiuum relaxatum *num.* 57.) & recentius *decis.* 84. *num.* 54. cum relatione ad alias vbi plura cumulantur, & *decis.* 205. *num.* 19. *& 50. apud Posth. de subhast.*

Et de facto cum iure adsunt his DD. efficacissimæ
coniecturæ ad excludendam dationem insolutum in præiu-
dicium paratæ exequutionis, vti inter personas † coniun- 10
ctas, & datis omnibus bonis in Territorio Ecclesiastico,
itaut facta alienatione, nil aliud remaneret in bonis debitoris ex quo possit satisfieri creditoribus inquit Rot. *coram Burati.*

satt. decis. 366. sub numer. 4. vbi tanto magis si probetur alienatarium habuisse scientiam vtriusque, qualis erat Marchio Tutor, atque Curator maximè, quod datio insolu-
11 tum fuit sine æstimatione, † quæ constant in re tam graui, & potius instar permutationis, dotibus quoque nondum liquidis, quinimo maturis contrahente Tutore, & Curatore, & demum excessiua etiam ipsi pro illa sententiæ, vt supra.

Cumque ex dictis *decis.* 364. *coram Duran.* & alijs consentiret ipse contrarius, alienationem factam in præiudi-
12 cium, & faciendam exequutionem contra tertium, † etiam quando mandatum relaxatum est in actione personali, si scientia litis sit, & debitor, nihil aliud possideat, alij ex facto dixerunt ambo concurrere, & scientiam litis esse certissimam indicta Congregatione, quinetiam scientiam mandatorum exequutiuorum cum descriptionibus bonorum petitis à creditoribus, & contradictoribus, quinetiam inhibitionibus petitis à dd. sororibus, & obtentis.

Nec dici potest, vt prosequebantur DD. fideicommissum exemptum à Constitutione supradicta Clementis Octaui ex Chirographo Gregorij XV. confirmante Primogenituram, & derogante omnibus Constitutionibus Sixti Quinti, Clementis Octaui, Pauli Quinti, quia Consti-
13 tutio Clementis Octaui, ea intelligitur, † quæ fuit eiusmodi Sixti Quinti, & Pauli Quinti 108. de prohibitione translationis bonorum iurisdictionalium præclarè, non potendo dd. Duca, e Cardinale ciò fare, ostandoli le Constitutioni di Sisto Quinto, Clemente Ottauo, Paolo Quinto, di non vendere, permutare, & donare beni giurisditionali senza nostra licenza, non ostanti le Costitutioni sudette di Sisto Quinto, Clemente Ottauo, e Paolo Quinto &c. Hoc quoque clarius, quod vbi aliam cogitauit Pij Quarti de registrandis, adiecit: come anco la Constitutione di Pio Quarto de registrandis, & generaliter dicente: & oltre qualsiuoglia Constitutioni, & Ordinationi Apostoliche, e tutte l'altre cose, che facessero in contrario. Non obstat Constitutio 41. Clementis VIII. institutioni, & confirmationi Primogenituræ, quæ eum, nec obstet credi-
14 toribus in Congregatione Baronum, † sicuti alias non obstat Actricibus creditricibus dotalibus, ex Auth. *res quæ C.*
15 *comm. de legat.* † & confirmatio non alterat statum rei confirmatæ, sed conualidat in ea specie, in qua illum reperit, Rot. *coram Ludou. dec.* 267. *num.* 1. cum alleg. & adnot. *num.* 10. & *dec.* 511. *num* 1. cum alijs. Et ad obligationem Procuratoris de rato, ratificationemque testibus probatam, respondebatur obligationem apparere non solum quatenus opus sit, sed & quatenus requiratur, adeoque ad confirmationem mandati, non autem ad illius destructionem ratifi-
16 catio ipsa † contraria est mandato, in quo Princeps mandans noluit vllo modo, neque cum scientia Procuratorem suum posse alienare bona iurisdictionalia, quia si id voluisset, facilè potuisset, exprimendo in mandato etiam iurisdictionalia, addita præseruatione, cum debita tamen licentia, sed omninò facultatem ademit, etiam petendi opportunam licentiam, adeoque expressè cauit non tamen iurisdictionalia &c. Nec placuit probatio ratificationis, siue mandati vocalis per testes, cum probari verè, & rectè po-
17 tuisset, † ac debuisset per literas, & minus per huiusmodi testes ministros Principis pro Sororibus Principis ipsius, neque visa fuit res integra, etiam ipso tempore, ac die dationis in solutum compertis, & auditis iam creditoribus, eorumque mandatis executiuis, iamque instante executione in Congregatione.

Ex ijsdem concluserunt Domini mandata exequenda, induendo, & impendendo iurisdictionem Congregationis, & auctoritatem nihilo aliàs obstante ex parte Sororum illegitimè possidentium, & potiùs detinentium non obstantibus quoque attentatis in alia decisione reiectis.

Et ita vtraque Parte informante, resolutum fuit.

' *Hæc, & immediata decisio emanarunt in eadem causa prout, & alia sup. to. 1. par. 18. dec. 394.*

R. P. D. TAIA
postea S. R. E. Cardinali.

Romana Castri Fiani super attentatis.

Lunæ 6. Iunij 1678.

A R G V M E N T V M.

Facultates Congregationis Baronum super transmissione Commissarij in Terra Baronali, etiam ad instantiam creditorum facta expenduntur, quæ quia prætendebatur attentata, vtpote sequuta post appellationem interpositam, & causam simpliciter commissam, attamen ab illis excusari visa est, quia apparuit facta vigore suarum ordinariarum facultatum, quamuis etiam à creditoribus petita sit, non obstante commissione simpliciter obtenta, quia si attentata non adsunt, eadem commissio intelligitur prout de iure, eo magis clausula *purgatis attentatis* in d. commissione apposita, quia fuerat deleta.

S V M M A R I V M.

1 *Causa simpliciter à signatura commissa, omnia medio tempore gesta dicuntur attentata, & n. 4.*
2 *Appellatione pendente nihil innouandum est, siue ea fuerit recepta, siue non.*
3 *à Congregatione* Baronum *decretis non datur appellatio, sed illa absque vitio attentatorum exequuntur, & numer. 18.*
4 *Commissio simpliciter causas attentata, quia retrotrahitur ad diem grauaminis.*
5 *Papa licet non attentet, partes tamen attentare dicuntur.*
6 *Signaturæ mens qualis fuerit ab illius DD. votantibus Rotæ declaratur.*
7 *Commissio causæ facta cum clausula* simpliciter *operatur id, quod de iure operare debet, amplia vt num. seq.*
8 *Clausula* purgatis attentatis *licet in commissione sit cassata, non ideo illa dicuntur reiecta, cum solum approbare noluerint.*
9 *Attentata vndique purgari debent, etiam cum solutione expensarum, & restitutione fructuum.*
10 *Congregatio* Baronum *habet facultatem transmittendi Commissarium propria auctoritate absque vitio spolij, & attentatorum, & n. 12.*
11 *Clausula reuocationis attentatorum non importat refectionem expensarum, & damnorum, si actus à iudice vigore suarum facultatum factus sit.*
12 *Expensæ non reficiuntur, si factæ sunt occasione actus à supremo Tribunali vel Principe sua ordinaria facultate gesti, etiam si ille cesserit incommodus partis.*
13 *Clausulæ* prout de iure *præualent conditionalia verba,* purgatis attentatis.
14 *Attentata non adsunt, vbi non est suspensa executio, & num. seqq.*
15 *Attentata non dicuntur commissa, quotiescumque appellatio non est permissa, & num. seqq.*
16 *Appellatio non permittitur post tres conformes, & ideo non committuntur attentata.*
17 *Appellatio si est nulla, attentata prætendi non possunt.*
18 *Recursus admittitur, etiam in ijs causis, in quibus non conceditur appellatio.*
19 *Recursus petitione non retardatur executio vsquequo recursus non admittatur.*
20 *Appellationis, & recursus differentia non est si causa sit appellabilis, vel non, vbi illa fuit admissa.*
21 *Expensæ transmissionis Commissarij reficiendæ non sunt, si Papa causam simpliciter commisit, & remotionem Commissarij solum oretenus concessit, & sup. à numer. 10.*

DECISIO CCXXX.

CReditores Principis Nicolai, & Principis Io. Baptistæ filij cum singillatim agerent (vt in alia decisione hodierna) pro executione suorum mandatorum in Congregatione Baronum, impetrarunt commissionem pro vnione causarum ipsi Congregationi, & institerunt committi, & mandari D. Thesaurario in Congregatione prædicta, vt in causa, & causis huiusmodi, alijsque super præmissis procederet iuxtà suas, & Congregationis ordinarias facultates, & impetrarunt, vt Thesaurarius procederet, vt petebant; vndè contra Sorores Principis Ioannis Baptistæ, quæ in solutum acceperant Castrum Fiani, vt in alia decisione petierunt, & iuxta facultates Congregationis ex Constitutione Clementis VIII. de capienda, & retinenda possessione nomine Cameræ, & prouidendo destinaretur Commissarius ad Castrum Fiani, & non obstantibus oppositis pro Sororibus, obtinuerunt decretum 5. Maij 1673. etiam ad commodum commune ipsarum detinentium, & aliorum creditorum, & causa reproposita tandem post biennium, Congregatio mandauit expeditionem subministratis alimentis dd. Sororibus, & loco alimentorum fructibus eiusdem Castri in causam declarandam 7. Maij 1675. quod etiam confirmauit 3. Septembris dicto anno 1675.

Recurrerunt nihilominus illæ ad Auditorem Sanctissimi pro supersessoria, quam pluries habuerunt, & demum 12. Septembris 1675. habuerunt pro vltima, & peremptoria supersessoria sex dies, & citationes amplius non recipi, nec afficere, quibus lapsis, Congregatio executa est decretum, & Commissarium transmisit 59. eiusdem.

Subindè progressæ sunt ad Signaturam Gratiæ petentes committi causam Rotæ, & attentata purgari amoto Commissario; Signatura verò 30. Martij 1676. rescripsit pro commissione in Rota, omni, & quacumque appellatione, reclamatione, restitutione in integrum, & recursus penitùs remotis, deletis quoque verbis supplicationis, purgatis attentatis, & remoto in primis, & ante omnia Commissario.

Sed vtcumque admissa, vel omissa prima supplicatione data, recurrerunt eædem ad Sanctissimum D. N. Innocentium XI. pro simili commissione, descriptisque deletis verbis in prima commissione, iterum obtinuerunt stari in decretis, deletis quoque in hac secunda supplicatione eisdem verbis; itaque Rota ita processit, & procedit; Instantibus autem ipsis Sororibus prætendentibus intercessisse attentata in transmissione Commissarij pendente recursu disputari dubium super attentatis, proposui hodie dubium: An constet de attentatis, quæ veniant purganda.

Vnus ex Dominis constare dicebat, ea esse purganda; Etenim decretum postremum transmissionis Commissarij fuit 7. Septembris 1675. appellatio Sororum 10. eiusdem; Vndè dum postea Signatura Gratiæ causam simpliciter
1 commisit, † omnia secuta, & sic transmissio Commissarij
2 59. eiusdem dicantur attentata, vt appellatione, † interpositione, siue ea recepta sit, siue non, medio tempore nihil innouare oportet, *l. vnica ff. nihil nou. appell. interp.* & cum pluribus Rota *coram Cardin. Celso decis. 43. & decis. 136.* vtraque ab initio, cum alleg.

Non obstante, quod Congregatio Baronum fungatur vi-
3 ce Papæ, & ab eius decretis non detur appellatio, † & proindè possit illa exequi absque vitio attentatorum, quia Papa appellationi detulit, & causam simpliciter commisit,
4 † etiamsi materia non esset appellabilis, & retrotrahitur ad diem grauaminis inquit Rota *coram Eminentiss. D. Cardinali Ottbob. decis. 66.* cum allegatis, & licèt Papa non at-
5 tentet, † attentauit tamen Pars prætendendo coram Executore executionem prouisionis, inquit Rota *coram Bichio decis. 182. num. 13.*

Nec aliquid facit, quod fuerit deleta in commissione clausula, purgatis attentatis, & amoto Commissario &c. quia
6 vltra quod mens † Signaturæ Gratiæ fuit, vt amoueretur Commissarius, & purgarentur attentata, vt declararunt
7 aliqui Votantes, dum Papa commisit simpliciter † appellationem, id fecit, quod de iure fit, & cassando dictam
8 Clausulam, noluit attentata probare, † sed neque voluit reprobare, relinquendo dispositioni iuris, iuxta quod rescripta intelligontur, itaut in contraria non valeant, *l. penult. C. de prec. Imper. offer.*

Nec posse dici iam purgata attentata remoto Commissa-
9 rio, vt conclusit ille, † quia attentata sunt integrè purganda, solutis expensis, & fructibus restitutis ante causæ

principalis discussionem. Rota *decis. 221. ab initio part. 16.* cum allegatis.

Contrarium sensere alij, quia fuit transmissus Commissarius decreto, & auctoritate Congregationis Baronum, † quæ 10
specialem habet facultatem, & speciale ius transmittendi, transmisitque propria auctoritate, ac prouisione Commissarium, absque vitio spolij, & attentatorum in Constitutionibus Clementis VIII. & Vrbani VIII. in libro facultatum ipsius Congregationis; Ideoque sub generali clausula
reuocationis attentatorum, prout de iure † in commissio- 11
ne non continetur refectio expensarum, & damnorum, ad tradita à Rota *coram Crescent. decis. prima, aliàs 47. de rescript.* propter adiecta verba, vt Iudex delegatus iustitiam
faciat, & iustitia non ferente; vt Pars † reficiat expensas 12
quas Congregatio potiùs propria, imò Apostolica auctoritate mandauit transmisso Commissario, & capta possessione nomine Cameræ, licèt beneficio creditum, vt in vtraque supplicatione, vtriusque commissionis est apposita clau-
sula, † prout de iure, cui præualentia conditionalia verba. 13
Purgatis tamen attentatis, ac remoto in primis, ante omnia Commissario in secunda commissione deleta sunt.

Et planiùs absunt attentata, † vbi non est suspensa exe- 14
cutio, ad *cap. 7. de appell. in 6. & ibi gloss. casibus*, Rota *co-
ram Coccin. decis. 144. num. 1.* & magis vbi appellatio † non 15
est permissa, *d. cap. 7. & d. gloss. casibus, vers. sed quid dices*, cum alijs apud Barbos. *in d. cap. nu. 8.* & cum pluribus Lan-
celiot. *limit. 53. ab initio*, vbi, & in eo, † qui contra tres 16
conformes volebat appellare, *n. 57. cap. 12. par. 2.* & abundè
adnot. ad Buratt. *decis. 63. num. 12.* vbi quando † appellatio 17
est nulla *num. 13. & 14.* atque itaut à decretis huius Congre-
gationis non appellatur, † processum videtur per supplica- 18
tionem, & recursum, de quibus promiscuè loquitur Lancell. *de attent. & Scacc. de appell.* vt hic scripsit *quæst. 19. remed.*
3. n. 33. & recursus petitione † non retardatur executio vsque- 19
quo recursus non admittitur, vt in Bulla Sixti V. *& annot. Scacc. de appell. quæst. 8. n. 143.* & apparet differentia appel-
lationis etiam si materia † non esset appellabilis, si tamen 20
vera appellatio fuit admissa.

Non magis vt DD. adiecerunt, quod Auditor Sanctissimi pro concessione supersessoriæ remisit causam ad Signaturam, non retardata expeditione Commissarij, & Sanctissimus post primum rescriptum Signaturæ aditus pro his So-
roribus pro purgatione attentatorum, † solum oretenus, & 21
in gratiam ipsarum mandauit Thesaurario, vt amoueret Commissarium, nihilo adiecto de reficiendis expensis, & damnis, & potiùs approbando decretum Auditoris, non retardata expeditione Commissarij, & Commissarium expeditum, & omne tulit punctum mandatum, & forma mandati Thesaurarij Commissario his literis, & verbis: Essendo stata V. S. transmessa in cotestà Terra dalla Congregatione de' Baroni, si è degnato far gratia Nostro Signore all' Eccellentissime Signore Anna Maria, & altre Sorelle de' Ludouisij, che dalla medesima sia rimossa. Tanto dunque le significo, perche alla presentata di questa ella prontamente obedisca ritornando à questa volta, così eseguisca; e Dio la guardi. Roma 30. Marzo 1676.

Et ita vtraque parte informante, resolutum fuit.

Decisio præcedens emanauit in hac ead. causa cuius in calce etiam aliam concordantem inuenies.

REVERENDISS. D. ALBERGATO

Sacræ Rotæ Decano.

Forosempronien. Saluiani.

Lunæ 6. Iunij 1678.

ARGVMENTVM.

Ad excludendum Saluiani principaliter opponebatur defectus hypothecæ à possessore præscriptæ per spatium annorum decem, vel viginti, sed neutra subsistere visa est, quia illa decennalis excludebatur per absentiam creditoris; altera verò cessabat ex scientia ipsius possessoris de credito existenti super re possessa, quæ sicuti probata erat in illo,

ita etiam creditori non obstabat, quod sua actio remaneret præscripta.

S V M M A R I V M.

1 *Instrumentum publicum facit probationem probatam, & rem manifestam ostendit.*
2 *Hypotheca præscribitur per decennium, vel etiam per viginti annos.*
3 *Hypotheca non remanet præscripta stante scientia emptoris, de creditoribus super re empta.*
4 *Scientia creditorum inducit malam fidem propter quam præscribere nemo potest, & nu. 5.*
6 *Hypothecam ad præscribendam non sufficit decennium, si creditor fuerit absens, quia tunc requiruntur viginti anni.*
7 *Scientia creditoris de alienatione rei sibi hypothecatæ, probari debet, vt ille ab exercitio suæ hypothecæ reijciatur.*
8 *Tempus minoris ætatis est semper à præscriptione demendum.*
9 *Clausula constituti probat possessionem constituentis contra quoscumque habentes causam ab eo.*
10 *Successores non possunt impugnare factum suorum auctorum, & num. 13.*
11 *Filij venditoris accedentes ve... litieni, dicuntur intercessisse ad reddendum cautum emptorem à molestijs, quas ipsi occasione dotis maternæ inferre potuissent.*
12 *Possessio venditoris probatur ex fide Catastri.*
13 *Filius si bona vendita à patre ad se spectarent, illa vti propria ab eodem patre vendi non permisisset.*
14 *Iactare suum nemo præsumitur.*
15 *de Euictione quem tenet actio, eundem agentem repellit exceptio.*

D E C I S I O CCXXXI.

POstquam Annibal Beuilaqua ann. 1596. tam proprio, quam procuratorio, nomine Claritis eius Vxoris censum sc. 250. in sorte imposuerat ad fauorem Hectoris Berardi, ex duabus domibus, quas tunc possidebat in Ciuitate Forosempronien. vnam ex illis, nempè minorem dedit anno 1615. in solutum Margheritæ Nurui in restitutionem propriæ dotis, alteram verò maiorem anno 1617. promisit vendere, & successiuè vendidit cum pacto redimendi cuidam Ginestrino, qui in eius locum de anno 1621. posuit Barthulomæum Castellanum, à quo post Annibali obitum Ioannes Beuilaqua, Elisabetha filij Annibalis, & Liuia neptis, omnes hæredes eiusdem Annibalis, illam redimerunt, & de anno 1622. liberè vendiderunt pro sc. 1150. Hieronymo Castellano, ad effectum erogandi pretium partim in redemptionem eiusdem, & partim in extinctionem debitorum Annibalis, penès quem Hieronymum emptorem anno 1623. Antonius Franciscus vnus ex filijs, & hæredibus Hectoris anno 1619. defuncti, cui in portionem huiusmodi census contigerat, pretium sequestrauit, deindè Liuia anno 1633. d. domum minorem Margheritæ eius Matri traditam in solutum, dedit in dotem Penezzino, expressè paciscens se nolle teneri pro molestijs à Berardis ex causa prædicti census inferendis, qui Pennazzinus insimul cum dicta Liuia eandem domum postea vendidit eidem Hieronymo.

Successiuè Hieronymus anno 1635. Domum maiorem vendidit Eleonoræ Brullinæ, expressè declarans, se adhuc remanere debitorem scut. 300. pretij non soluti, propter sequestra penes se facta à creditoribus Annibalis, & domum minorem Magdalenæ Santalonghæ, à qua postea eandem Domum minorem acquisiuit d. Eleonora, cui successit Michael Angelus Brullinus, contra quem, vti detentorem vtriusque Domus olim possessæ per Annibalem, fratres de Berardis, filij, & hæredes Antonij Francisci petierunt immissionem in Saluiano, & comparente ad Brullini defensionem Domo orphanorum Forosempronij hęrede Castellani, Rota sub die 10. Martij 1677. me proponente, censuit immissionem denegandam esse, fundata in præscriptione hypothecæ, ac in defectu probationis necessarij extremi, quod istæ Domus possessæ fuerint à debitore de tempore obligationis; Sed reproposita hodie Causa super eisdem, & ex facto superius descripto, & hodie ab informantibus pro Berardis adamussim reconsito, & iustificato, visum est Dominis constare de omnibus extremis ad obtinendam immissionem in Saluiano; Vndè recedentes à decisis, illam dandam esse existimarunt.

Creditum non controuertebatur, nec controuerti poterat, vtpotè probatum publico Instrumento obligatione Camerali vallato, ex quo patet, Annibalem censum imposuisse, cunctaque sua bona pro solutione obligasse, † quod facit probationem probatam, & rem manifestam, 1
l. cum precibus C. de probat. Rota *decis. 53. num. 2. apud* Cenc. *de censib* sed difficultas reducebatur ad hypothecam, quam informatores pro Brullino, & litis Consortibus, dicebant remansisse sublatam, & extinctam per præscriptionem resultantem † ex taciturnitate decennali, seù potiùs vicennali 2
creditoris, iuxtà deducta in præterita *decis. §. defectus hypothecæ.*

Sed hoc refugium visum est cessare, † quia Hieronymus 3
emptor expressam notitiam habuit huius crediti, tùm ex Instrumento emptionis Domus maioris, & sequestrorum contra ipsum ad instantiam Francisci Antonij Berardi executorum, vt fassus fuit in Instrumento venditionis factæ ad fauorem Eleonoræ, quod vtique ostendit scientiam tam in ipso Hieronymo, quàm in ipsa Eleonora emptrice; Tùm etiam respectu Domus minoris, super qua rectè sciuit ex pacto per Liuiam apposito in assignatione dotis, quod huiusmodi census vigebat, & poterat pro eo à Berardis molestari: vndè per huiusmodi scientiam tam ipse pro vtraque Domo, quàm Eleonora pro Domo maiori ambo constituti fuerunt in mala fide, † propter quam præscribere non potuerunt, 4
iuxt. Text. *in cap. vigilanti, & cap. fin. de præscript. l. cum notissimi C. de præscript. 30. vel 40. ann.* Negul. *de pignor. membr. 2. par. 6. num. 1. ad fin.* Rot. *decis. 336. num. 10. coram Bich. & decis. 437. num. 5. & 6. & 503. num. 3. ibiq.* Adden. *coram Buratt.*

Quæ mala fides apparet continuata nedum in dicto Castellano per totum tempus, quo domus possedit, sed etiam in ipsis Brullinis possessoribus, & causam habentibus à Castellano, & hoc conuincitur ex præfato Instrumento venditionis factæ per Castellanum ad fauorem Eleonoræ, in quo fit mentio de sequestris factis per creditores Annibalis, & ideo retinuisse penès se partem pretij, & etiam ex confessione iudiciali eiusdem post se emissa in libello contra hæredes Annibalis, in quo fatentur tam Castellanum, quàm Eleonoram pluries requisiuisse dd. hæredes pro liberatione, & reuocatione sequestri facti ad instantiam † dd. 5
de Berardis, ex scientia igitur superadicta resultat, continuatio malæ fidei, quæ impedit præscriptionem, ex supra allegatis.

Attenta ergo mala fide, non suffragatur lapsus temporis, quod tamen non intercessit sufficiens ad præscribendum, quia si inspiciatur tempus, quo possedit Castellanus, nempè ab anno 1622. vsq; ad annum 1635. elapsi sunt duntaxat tresdecim anni, etiamsi Franciscus Antonius sciuerit alienationem, non tamen sufficiunt ad præscribendam hypothecam contra absentes, qualis erat dictus Franciscus Antonius degens Callis, † contra quem proindè viginti anni 6
requirebantur, non autem sufficiebat decennium, quod duntaxat suffragatur, quando vterque in eodem loco præsens est, *l. fin. §. fin. autem C. de præscript.* Pacif. de Salutan. *inspect. 2. cap. 2. nu. 276.* Rot. *decis. 811. nu. 3. coram* Merlin. *& in Tudertina Saluiani 27. Iunij 1663. §. non obstant, coram Reuerendiss. D. meo Beuilaqua Patriarcha Alexandrino;* si verò consideretur tempus, quo possedit Eleonora ab anno 1635. vsque ad 1648. quo obijt Franciscus Antonius, & similiter non intrat exceptio præscriptionis deducta ex lapsu decennij, non solum, quia decennium non sufficit contra absentes à loco contractus, verùm quia nullibi constat, Francisco Antonio innotuisse, domum sibi hypothecatam fuisse distractam in Eleonoram, † prout omnino probari debet, ad hoc, vt 7
creditor ab exercitio hypothecæ reijci possit, Surd. *decis. 236. nu. 6.* cum alijs allegatis per Rot. *decis. 812. num. 8. & 9. coram Merlin. & d. Tudertina Saluiani coram Reuerendiss. D. meo Patriarcha Alexandrino,* quod etiam applicatur multo magis respectu Domus minoris, quæ ab Eleonora per solum triennium possessa fuit ante obitum Francisci Antonij, qui moriens reliquit filios infantes, & pupillos, † ad quorum fa- 8
uorem à præscriptione demendum semper est tempus minoris ætatis, iuxtà Text. *in l. vltima C. in quibus caus. restit. in integr. & in l. non incognitum C. quibus non obstat long. temp. præscript.* Cancer. *var. resol. par. 2. cap. 1. nu. 39.* Rot. *coram* Zarat. *decis. 75. nu. 13. & decis. 487. nu. 4. coram Dunoz. & in Romana rescissionis contractus 30. Aprilis 1677. §. firmata læsione, cor. R. P. D. meo Bourlemont.*

Quod

Quod autem Domus, de quibus agitur fuerint in bonis debitoris, visum est hodie satis probari; nam constat, quod tam in datione in solutum Domus minoris, quam in venditione maioris adest clausula *constituti*, vnde probatur possessio Annibalis contra Michaelem Angelum, qui ex supra narrata facti serie causam habet ab Eleonora, causam habent à Castellano, & Liuia causam habentibus ab Anni-
9 bale, † quia clausula *constituti* probat possessionem constituentis contra quoscumque ab eo causam habentes, *l. quod meo, vbi* Bart. *ff. de acquir. possess.* Pacific. de Salutan. *inspect. 1. cap. 6. num. 19.* Rota *coram Duran. decis. 409. num. 3. & in d. Tudertina Saluiani §. Quod autem coram Reuerendiss. Beuilaqua*, & prius *in Romana Saluiani 22. Iunij 1654. §. possessio autem coram eodem.*

Accedit etiam depositio trium Testium affirmantium, vidisse Annibalem possidere, exercendo actus possessorios, & vlterius Domos Annibal tamquam proprias distraxit, & successiuè eius hæredes, tamquam hæreditariam alienarunt
10 Domum maiorem in Hieronymum, † Vndè tale factum Auctorum nequit à successoribus impugnari, Rot. *decis. 150. num. 4. coram Peuting.* nihil vrgente, quod instrumentis alienationum accesserint filij ipsius Annibalis, quia non in-
11 dè concluditur domos fuisse Claricis, † sed potiùs credendum est illos intercessisse ad reddendum cautos, tam supradictam Margheritam respectu Domus minoris, quàm deindè Ginestrinum emptorem Domus maioris à molestijs, quæ pro credito dotis maternæ inferre potuissent filij, iuxtà distinctionem traditam per Giurb. *obseruat. 80. num. 20.* Posth. *resol. 133. per tot.* Andreol. *contr. 163.* Thomat. *decis. 109. nu. 10.* Rot. *in Imolen. fructuum census 4. Martij 1672. coram me, & in Papien. Bonorum 24. Martij proximè præteriti coram Reu. P. D. meo Rondinino.* Aliàs si Domus fuisset hæreditaria Claricis eorum matris, ipsi vel hæredes vendidissent, cum consensu Patris, non autem Pater, & clariùs innotescit Domum maiorem fuisse Annibalis ex eo, quod priùs in Catastro cantabat sub nomine Annibalis, post venditio-
12 nem autem fuit translata in partitam Castellani, † vndè probari possessionem alienantis, ad effectum obtinendi immissionem, plenè firmant Genu. *de script. priuat. lib. 3. tit. de lib. extim. quæst. 1. num. 27.* Scappuccin. de Saluian. *lib. 1. quæst. 29. num. 3.* Add. *ad Burat. decis. 317. num. 9.* cum alijs relatis *in Rauennaten. Saluiani 19. Ianuarij proximè præteriti §. possessio autem coram me.*

Ex his non releuat id, quod dicebatur, Domum minorem fuisse Claricis, ex quo in Catastro dicatur, Annibalem illam possidere pro Clarice eius Vxore, quia contrarium resultat, ex quo Annibal tamquam propriam illam assignauit pro restitutione dotis Margheritæ Billæ eius Nurui, & dixit ad se spectare, & esse propriam, ac de euictione in forma, Summario *num. 2.* cui assignationi ad maiorem cautelam d. Margheritæ accessit vti principalis, & in soli-
13 dum Hyppolitus filius Annibalis, † qui vtique si domus ad se spectasset vti hæredem matris, non permisisset huiusmodi alienationem fieri, nec promisisset spectare ad pa-
14 trem, † & esse illius propriam, ad text. *in l. cum de indebito ff. de probat.*

Verum videbatur superflua huiusmodi disputatio: An ista minor Domus fuerit Annibalis, vel Claricis Coniugis, quia in isto censu vterque est in solidum obligatus, ideò quatenus etiam Domus fuisset Claricis, adhuc immissio competeret absq; eo quod possit obstare obiecta nullitas obligationis Claricis, quia vltra quod ab informantibus pro Berardis plura adducebantur, quæ illius validitatem ostendunt, visum est Dominis, non esse necessariam illius discussionem ingredi, quia hodie talis nullitas nec ab ea, nec ab eius hæredibus allegatur; imò ab hæredibus, nec esset allegabilis, ex quo cum isti etiam sint simpliciter hæredes Annibalis patris debitoris census, actiones sunt confusæ, propterea ipsi nequeant impugnare factum defuncti, sed illud
15 seruare † tenentur; ita vt contra eos intret regula, quem de euictione tenet actio eundem agentem repellit exceptio, *l. vindicantem ff. de euict.* Rota *decis. 41. num. 16. part. 11. recent.*

Et ita recessum fuit à decisis, vtraque Parte informante.

R. P. D. MATTHÆIO.

Bononien. Fideicommissi de Cattaneis.

Lunæ 6. Iunij 1678.

ARGVMENTVM.

Nec fœminæ, nec descendentes ex eis ad fideicommissum sunt admissæ, quia omnes fuerant perpetuò exclusi, & expressa conseruatio agnationis habita erat; idque neque ex parte conditionali prætendi posse deciditur, quia si ambo à dispositiua excludebantur, ita etiam exclusi dici debent à parte conditionali, quæ cum dispositiua eandem qualitatem habere debet; de cuius itaque intellectu, quia plura in præsenti decisione deducuntur, ad sequentem Summarium, & Decisionem te non pigeat recurrere.

SVMMARIVM.

1 *Fœminæ ex quibus dicantur totaliter à fideicommisso exclusæ, & n. seqq. & per totam.*

2 *Exclusio fœminarum à testatore facta per verba* femine per niente, *omnimodam exclusionem operatur, eo magis si ante omnes substitutiones facta sit.*

3 *Fœminæ non veniunt in fideicommisso facto fauore hæredum, si fuerit habita ratio conseruationis agnationis.*

4 *Hæredum nomen non applicatur fœminis, si qualificatur à qualitate masculinitatis, & à ratione* acciò non manchi la Casata &c.

5 *Fœminæ semper exclusæ, nec aliquo modo ad fideicommissum admissæ, ad illud aspirare non possunt.*

6 *Agnationis conseruandæ ratio dicitur à testatore habita, si fœminas perpetuò exclusit, & solos masculos ad fideicommissum vocauit.*

7 *Agnatio dicitur à testatore volita, si fideicommissum factum sit per verba* acciò non manchi la Casa de' Catanei.

8 *Cognominis familiæ expressio eo magis arguit votum conseruandi agnationem.*

9 *Familiæ conseruatio, & perpetuitas dicitur considerata, si deficiente naturali, tassa sit conseruatio artificialis per modum fictum, assumptionis nempe cognominis testatoris.*

10 *Agnationis conseruandæ ratio resultat ab exclusione illegitimorum, & legitimatorum.*

11 *Exclusio propriæ filiæ testatoris, & vocationis masculorum conuincit agnationem fuisse consideratam.*

12 *Filias proprias, & sic magis dilectas, si testator exclusit, eo magis fœminas remotiores, & minus dilectas excludere voluisse dicendum est.*

13 *Conditionalis pars in medio testamenti apposita, intelligenda venit de personis supra in dispositiua expressis.*

14 *Persona exclusa à dispositiua, non censetur comprehensa in parte conditionali.*

15 *Fœmina proximior si substitutos non excludebat, minus illos excludere debet fœmina remotior.*

16 *Pars conditionalis intelligitur de solis masculis, sicuti loquitur pars dispositiua, si testator qui requisiuit agnationem, illam postea despexerit, & num. 22.*

17 *Agnationis repetitio an etiam in parte conditionali requiratur.*

18 *Familia addito illius cognomine per solos masculos conseruatur.*

19 *Cognomen testatoris in toto contextu testamenti appositum, illius familiam, & agnationem importat.*

20 *Verbum* hæres de famiglia *appositum in parte conditionali an habeatur pro synonimo cum verbo* hærede masculo, *vel huiusmodi expresso in parte dispositiua.*

21 *Substituti ad exclusionem quatenus sufficiat conditionem de facto deficere.*

22 *Fœminæ quando venire possint in parte conditionali, si à dispositiua reperiantur exclusæ, & sup. num. anteced. & seqq.*

23 *Exclusio fœminarum perpetua, & perpetua, conseruatio agnationis operatur, quod illæ nullo vmquam tempore possint ad fideicommissum admitti.*

24 *Verba* d'herede in herede maschio *solum intelliguntur de descendente masculo in descendentem similiter masculum.*

25 *Masculi descendentes ex fœminis non veniunt ad fideicommissum, quod de descendente masculo, transire debet in descendentem masculum.*

26 *Masculi descendentes ex fœminis non admittuntur in fideicommisso facto pro conseruatione agnationis.*

27 *Masculi ex fœminis non possunt dici vocati, vbi testator soli proximiori familiæ apposuit onus assumendi cognomen illius.*

28 *Masculus ex fœminis si posset dici vocatus, excluderet substitutum, qui post masculorum deficientiam succedere debuisset, quod non est dicendum.*

29 *Conditio si sine filijs ex dispositione* l. cum Auus de cond. & demonstr. *non complectitur fœminas, expresse exclusas.*

30 *Fœminæ non dicantur vocatæ, si in defectum masculorum, non ipsæ, sed earum filij substituti sint.*

31 *Conditio solum intelligitur de personis comprehensis in dispositiua, & ideo iuuare non potest illos, qui in eadem dispositiua non comprehendantur.*

32 *in Fideicommissis conditionalibus etiam conceptis in remotissimum tempus, succedant solummodo illi, qui existunt de tempore purificatæ, & delatæ successionis.*

33 *Verba* in tal caso *conditionem ad tempus delatæ successionis coarctant.*

34 *Fideicommissum non debet remanere in suspenso, si testator respexit perpetuam conseruationem suæ familiæ.*

35 *Proximitas grauati quod sola in fideicommissis attendatur, non habet locum quando fit transitus de vno genere personarum ad aliud.*

36 *Natus qui non erat de tempore delatæ successionis, quamuis proximior, non auocat bona à remotiore præcedenter nato, & iam admisso.*

37 *Remedium* l. final. C. de edict. Diu. Adr. tollen. *datur heredi, si constat de fideicommisso, sui vocatione, & identitate bonorum.*

38 *Detractiones non in sola quota, sed in quantitate consistentes, fideicommissarij immissionem impediunt.*

39 *Hæres grauatus rationem reddere debet de omnibus quæ ad sui manus peruenerunt.*

40 *Retentio bonorum fideicommissi ex capite detractionum excluditur ex sola præsumptione subtractionis bonorum, & satisfactionis earum.*

DECISIO CCXXXII.

IN vltimis tabulis Testamentarijs, sub quibus decessit Balthaxar Cattaneus, suos hæredes vniuersales scripsit Alexandrum filium, & Gasparem, & Bonifacium nepotes descendentes ex Azone altero filio prædefuncto, quibus bona sua perpetuo fideicommissi vinculo obnoxia reliquit per hæc verba – la quale eredità sia in fideicommisso d'eredi in eredi maschi, non femine per niente, perche non manchi la Casa delli Cattanei, e tali eredi siano di legitimo matrimonio, non legitimati, & in caso, che non si trouasse eredi legitimi delli Cattanei (che Dio ne guardi) lascio in tal caso sia tolto vn figlio de Bardi, ò d'Antonio de' Bardi, il minore di vno di loro, per esser figli di Gineura mia figliuola, e farsi chiamare delli Cattanei, acciò la Casa non manchi, e caso, che di questi non ne fosse figliuolo, in tal caso lascio, sia tolto vn putto più attinente al sangue delli Cattanei, e sia erede di detta eredità, facendosi chiamare delli Cattanei.

Hinc cum defecerit tàm linea Alexandri, quàm Gasparis, & Bonifacij, & nullus extaret de Bardis, qui ad successionem admitti posset, vtique factus est locus vocationi Ioannis Baptistæ de Sancto Petro, tanquam proximioris sanguini de Cattaneis, & cum ad hanc successionem aspirarent Comitissa Sulpitia, & Marchionissa Hippolyta ex parte dispositiua, vel saltem prætenderent esse comprehensas in parte conditionali, ibi – E caso, che non si trouassero eredi legitimi delli Cattanei, ac per consequens defecisse substitutiones factas tàm pueri de Bardis, quàm alterius attinen. sanguini de Cattaneis.

Super his cum proposita fuerit causa in hoc Sac. Tribunali *diebus 27. Martij, & 11. Decembris 1662. coram Rev. P. D. Bourlemont*, fuit resolutum constare de fideicommisso fauore dicti Ioannis Baptistæ de Sancto Petro, vt *in decisionibus 422. & 519. par. 13. rec.* ac deinde *coram R. P. D. Ninot, qui causam proposuit in absentiam eiusdem R. P. D. Bourlemont diebus 11. Maij, & 14. Decembris 1663.* eidem dandam esse immissionem super prædio vrbano Domus Magnæ in Ciuitate Bononiæ, & in nonnullis alijs prædijs rusticis, vt habetur *inter eius decis. la 37. & 53.*

Et cum ad trutinam reuocatæ fuerint *coram R. P. D. Calataiu* huiusmodi resolutiones (admisso intereà ad causam Co. Fabio) *& proposito dubio 2. Aprilis 1677. & 31. Ianuarij præteriti*, an esset persistendum in decisis, nulla capta fuit resolutio, tandem verò proposito per me dubio in locum *R. P. D. Calataiu* subrogatum, omnibus Dominis de ordine Rotæ votantibus, responsum fuit persistendum esse in decisis, *tàm coram D. Bourlemont, quàm coram D. Ninot.*

Quo enim ad prætensam successionem videbantur repelli
Comitissa Sulpitia, & Marchionissa Hippolyta ex aperta
declaratione facta ab eodem Balthaxare Testatore, qui expressis verbis successionem fœminis denegauit, ibi – la quale eredità sia in fideicommisso d'eredi in eredi maschi, femine per niente, vt *in Summario præteritæ positionis num. 1.*
† ex quibus verbis manifestè patet, Testatorem habuisse ani- 2
mum excludendi fœminas, quia vocatio masculorum, & illatum exclusio non legitur limitatiuè ad aliquas certas personas, vel gradus, sed absolutè, & illimitatè; itaut videatur inducta exclusio per modum regulæ, & referatur tàm ad partem dispositiuam, quàm ad conditionalem, dum respicit omnes clausulas Testamenti, omnesque gradus vocationis, & ab illa omnis, & integra testamentaria dispositio regulatur, formamque essentialem recipit, iuxtà Textum *in l. filius ff. de liber. & posth. l. quæ conditio ff. de condit. & demonstrat. l. regula ff. de iuris, & facti ignorantia, & ibi* Bartol. *num. 1.* Gregor. Lopez *in l. 3. tit. 13. par. 6. in gloss. verb. magnus colum. 8. vers. sed quid si fœminæ*, Casanatt. *cons. 38. num. 37 vers. vbi distinguit cons. 47. nu. 128. & seqq. & cons. 53. num. 34. in fine*, Fusar. *de substit. q. 403. num. 37.* Castill. *controu. iur. lib. 2. cap. 4. nu. 72.* Peregr. *de fideicom. art. 25. num. 26.* Buratt. *decis. 272. num. 1.*

Præsertim verò quia verba exclusiua fœminarum fuerunt
posita ante omnes substitutiones principaliter, & de per se
femine per niente, † quibus non contrariantur decisiones 2
Royas 72. & 249. ex quo in illo casu verba *intendendo sempre de maschi* stant consecutiuè ad deficientiam Isabellæ, nec ibi contemplata erat agnatio, dum Testator vocauerat Isabellam, & post eius obitum illius descendentes.

In casu autem, de quo agitur Comitissa Sulpitia, & Marchionissa Hippolyta non possunt intelligi in vocatione dispositiua comprehensæ per illa verba, *la quale eredità sia in fideicommisso di eredi in eredi maschi, femine per niente, perche non manchi la Casa de Cattanei*, & sic iuuari nequeunt
consilio Fulg. 85. † quia illud non habet locum, quando fuit 3
habita ratio conseruationis agnationis Soccin. Iun. *cons. 2. num. 19. vers. ideò secundo loco lib. 2.* Surd. *cons. 316. num. 8.* Menoch. *cons. 1229. num. 20.* Gabr. *cons. 116. num. 10. lib. 1.* Fusar. *q. 311. num. 28.* Duran. *decis. 126. num. 32.* Pen. *decis. 902. num. 5. & in rec. decis. 95. num. 22. decis. 218. num. 9. par. 11. & decis. 269. num. 8. par. 15.* Nomen enim *hæredum* illis applicari ne-
quit, † dum qualificatur à masculinitate adiecta, & vlte- 4
rius à causa, *acciò non manchi la Casa delli Cattanei*, Buratt. *decis. 742. num. 3.* Peregrin. *cons. 149. num. 14. post med. lib. 5.*

Penitùs verò quia nullo modo possunt ad eorum fauorem
induere commune nomen, ex quo expresse reperiuntur ex-
clusæ, *femine per niente*, † nec aliquo modo constat, ipsas 5
fuisse priùs à Testatore ad successionem exoptatas, Gabriel *cons. 132. num 56. lib. 2.* Peregr. *cons. 58. num. 6. & cons. 159. nu. 13. lib. 5.* Buratt. *decis. 172. num. 15. & in rec. decis. 462. n. 16. & 17. par. 14.*

Votum autem conseruandæ agnationis enixè à Testato-
re contemplatum in dubium reuocari nequit, † dum sem- 6
per masculos vocauit, & perpetuò fœminas exclusit, Surd. *cons. 96. num. 31.* Decian. *cons. 127. nu. 10.* Rot. *in rec. dec. 135. par. 5. decis. 41. n. 10. par. 8. decis. 142. n. 24. & 45. par. 10. & decis. 269. num. 15. par. 15.*

Eoque magis quia fideicommissum condidit fauore Domus, & familiæ de Cattaneis, ne illa vllo vnquam tempore deficeret, ibi – *perche non manchi la Casa de Cattanei*, &
hoc geminatis vicibus in suo Testamento ordinauit, † ex 7
quo inficiari nequit, quin expressè exoptauerit immutabilem suæ agnationis conseruationem, latè Riminald. sen. *cons. 65. num. 27. & seqq.* Rolan. *cons. 71. num. 50. lib. 2.* Surd. *cons.*

375. num.

373. num. 15. & 52. Rota coram Merlin. decis. 52. num. 41. præ-
cipuè cum Testator simpliciter non dixerit acciò non manchi
8 la Casa, † sed addidit eiusdem Domus cognomen de' Cat-
tanei, vt in puncto considerat Fusar. q. 351. n. 37. & cons. 72.
num. 13. in fine, Altograd. cons. 80. num. 92. & 93. lib. 2. Rot.
decis. 164. num. 1. par. 7. recentior.
Tantò fortiùs quia deficiente agnatione naturali de Cat-
taneis, iussit conseruationem ciuilis, & artificialis per as-
9 sumptionem cognominis Cattanei. † Ex hoc enim desumi-
tur coniectura valdè efficax ad inducendam voluntatem fi-
xam Testatoris pro conseruatione, & perpetuitate fami-
liæ, Rip. in l. Centurio num. 164. ff. de vulgar. Paris. cons. 19.
n. 34. vol. 2. Alciat. de verb. signif. lib. 3. num. 13. ad fin. Man-
tic de coniect. lib. 6. tit. 13. num. 13. Seraph. decis. 1329 num. 3.
Merlin. decis. 12. n. 39. & decis. 266. nu. 16. in rec. decis. 319.
nu. 4. p. 1. & decis. 464. nu. 2. par. 2.
Quibus coniecturis accedunt aliæ desumptæ non solùm
10 ex exclusione illegitimorum, † & legitimatorum, Decian.
cons. 31. n. 92. lib. 1. Altograd. cons. 36. num. 50. lib. 1. Rota
decis. 269. num. 19. par. 15. rec. verùm tamen etiam quia dum
masculos ad successionem inuitauit filiam propriam à suc-
11 cessione exclusit, † Fusar. cons. 13. nu. 8. Rot. post Censal. ad
Peregrin. decis. 17. nu. 7. vnde ex hac propriæ filiæ exclusio-
12 ne, & quam summoperè dilexisse, † præsumi debet, ori-
tur vehemens intellectus ipsum Testatorem alias fœminas
remotiores, minùs dilectas, & sibi incognitas excludere
voluisse, Menoch. cons. 836. num. 10. Castren. cons. 409. nu. 2.
lib. 2. Cyrocc. discept. 4. num. 4. Vrceol. consult. 60. num. 18.
Larrea decis. 34. numer. 1. Rota decis. 34. numer. 14. part. 8.
recent.
Cùm igitur Balthaxaris Testamentum contineat fœmi-
narum exclusionem per modum regulæ, contemplationem
agnationis, vocationem masculorum, exclusionem Iuni-
peræ propriæ filiæ, ac descensum ad agnationem ciuilem,
13 in defectum naturalis sequitur, † vt pars conditionalis in
medio posita, in caso, che non vi fossero eredi legitimi delli
Cattanei, easdem fœminas non comprehendat, sed intelli-
genda veniat de ipsis hæredibus masculis supra expressis in
14 dispositiua, ex vulgata conclusione, † quod personæ exclu-
sæ à dispositiua non censentur comprehensæ in conditiona-
li, Soccin. Iun. cons. 69. num. 30. & seqq. lib. 3. Gabriel cons.
79. num. 5. lib. 2. Surd. cons. 21. num. 9. in fine, & n. 10. Man-
tic. de coniect. lib. 6. tit. 13. num. 9. Peregrin. art. 23. num. 30.
Rot. decis. 237 nu. 5. par. 5. decis. 95. nu. 23. & seqq. par. 11.
decis. 330. num. 8. par. 12. decis. 378. n. 23. & 24. par. 13. dec.
489. num. 4. par. 14. & dec. 269. n. 27. par. 15. dec. 207. num. 4.
par. 16. & Rauennaten. fideicommissi 20. Maij. 1640. §. ex his
coram Card. Penzirolo.
Præcipuè quia cum à dicta parte conditionali exclusa sit
Iunipera filia Testatoris, admisso eius Nepote masculo ex
15 filio, & deinde puero attinente sanguini de Cattaneis, †
sicuti enim eadem Iunipera non excludebat substitutos, eò
minùs id firmandum venit in fœminis remotioribus Testa-
tori incognitis, Andreol. contr. 218. num. 12. Altograd. cons.
80. num. 77. lib. 2. Valenzuel. cons. 113. num. 39. Censal. ad Pe-
reg. art. 26. fol. mihi 136. vers. 6. declaratur.
Considerabant etiam Domini, quod vbi fœminæ dice-
rentur comprehensæ in parte conditionali, & impedirent
substitutionis purificationem Pueri attinentis, sequeretur,
vt fideicommissum huiusmodi, vel in suspenso semper re-
16 manere deberet, † dum eædem fœminæ ex præmissis sunt
exclusæ, vel transiret ad cognatos sine onere assumptionis
cognominis Cattanei, dum de eodem onere in dicta parte
conditionali, nec verbum habetur, & ita Testator eo mo-
mento, quo tam enixè agnationem exoptabat illam despe-
xisset, ad quod absurdum propterea euitandum, inquit
punctualitèr Rot. decis. 269. num. 26. & 27. par. 15. rec. par-
tem conditionalem de solis masculis agnatis intelligen-
dam fore.
Et hinc addebant non releuare obiectum, quod in dicta
17 parte conditionali non fuerit expressa masculinitatis; †
quoniam præterquamquod posito ex præmissis voto agna-
tionis, dicta qualitas semper repetita censetur, Altograd.
cons. 80. num. 74. & 75. lib. 2. Dunoz. Iun. decis. 46. num. 22.
Rota decis. 284. num. 33. par. 6. rec. & post discept. Contrij
decis. 29. n. 11. & seqq. satis abunde suppleri visa fuit ex ver-
bis delli Cattanei, ibi — in caso che non vi fossero eredi legitimi
delli Cattanei, designantibus familiam, & agnationem Cat-
18 taneam, † quæ per solos masculos conseruatur, Ruin.
cons. 110. num. 14. lib. 2. Rolan. cons. 70. num. 25. & seqq. lib. 3.
dum præcipuè verba prædicta delli Cattanei, in toto testa-
menti contextu pro eadem familia, † & agnatione desum- 19
pta fuerunt, Ricciard. apud Fusar. cons. 169. num. 3. in fine,
& seqq. Surd. cons. 564. num. 7. & 11. Actolin. resol. 41. nu. 52.
Altograd. cons. 60 num. 14. lib. 1. & cons. 79 num. 24. lib. 2. vn-
de inferebatur verba huiusmodi Eredi legitimi delli Cattanei
posita in conditionali † habenda fore pro synonimis cum 20
præcedentibus partis dispositiuæ Eredi maschi &c. di legiti-
mo matrimonio, vt in his terminis considerauit Rot. decis. 65.
numer. quinto part. 13. & decis. 398. numer. 6. & 7. part. 15.
recent.
Visum etiam fuit non applicari alterum obiectum, vt ad
exclusionem substituti sufficiat, conditionem, de facto de-
ficere, quoniam hoc præsupponit fœminarum comprehen-
sionem in ipsa parte conditionali, quod non subsistere ha-
ctenus demonstratum fuit, & vlterius conclusio prædicta
non procedit, † quoties Testator non respexit nodum fa- 21
ctum, sed desiderauit effectum, vt in hoc casu, quod Te-
stator nec per momentum, agnationem deficere censuit, &
ita præcisè obiecto respondit Rot. dec. 437. nu. 1. cum plurib.
seqq. par. 14. rec.
Hisque dictum fuit non resistere decisionem, Carilli 276.
quoniam nec fœminæ vt supra, nec Co. Fabius, vt infra
sunt comprehensi in parte conditionali sub nomine legiti-
morum hæredum, † vt respondendo eidem decisioni Caril- 22
li, inquit Rot. decis. 207. num. 5. par. 16. rec.
Vlterius dicebatur in decisione Carilli fœminas, & incapa-
ces ad matrimonium temporaneè tantummodò fuisse ex-
clusas, vt ex ipsa decisione num. 3. vbi num. 4. super hoc mo-
tiuo fixit pedes pro exclusione locorum piorum substituto-
rum, † ac insuper Testator ibi post tres lineas masculorum 23
agnationem despexerat, vocando loca pia dum tamen in ca-
su, de quo agitur exclusio fœminarum est perpetua, & per-
petua etiam agnationis contemplatio.
Ex his omnibus, ac ex vrgentioribus ab huiusmodi hæ-
reditate exclusus remanet Co. Fabius masculus Comitissæ
Sulpitiæ, tàm à dispositiua, † quàm à conditionali. A 24
dispositiua, quia ipse non est vocatus in prima substitutio-
ne, ex verbis d'erede in erede maschio, quæ intelliguntur
de descendente masculo in descendentem masculum, Me-
noch. cons. 489. nu. 3. & seqq. & num. 14. Dec. cons. 38. num. 4.
& 5. Ruin. cons. 131. sub num. 7. lib. 2. Paris. cons. 37. num. 28 &
cons. 53. num. 3. & 4. lib. 4. Mastr. de success. part. 4. q. 12. art. 1.
n. 29. & 30. Fusar. q. 319. num. 69. Rota coram Cels. decis 157.
nu. 9 & decis. 376. nu. 1.
Hac enim verborum serie attenta, non possunt masculi
descendentes ex fœminis aspirare ad hoc fideicommissum,
dum illa verificari debent in descendente masculo proceden-
te ab alio masculo, † quam qualitatem non habet idem Co. 25
Fabius natus ex Comitissa Sulpitia fœmina expressis verbis
exclusa, Cephal. cons. 581. num. 10. Menoch. cons. 172. num.
22. & cons. 878. nu. 22. Præt. de interpret. vltim. vol. lib. 3. nu.
54. & 55. fol. 291. Gratian. discept. 901. num. 22. & seqq. Rot.
decis. 95. num. 5. & 218. à num. 4. par. 11. & decis. 269. num. 13.
par. 15. rec. Dum præcipuè ex superiùs firmatis dispositio
continet votum agnationis † Rota decis. 34. num. 11. cum 26
seqq. part. 8. d. decis. 95. numer. 22. & decis. 218. num. 9.
part. 11.
Clariùs hoc elucescit quia Testator in prima substitutio-
ne, & parte dispositiua non apposuit onus assumendi co-
gnomen de Cattaneis, in altera verò substitutione Pueri de
Bardis, & attinentis sanguini, † illud onus apposuit, ex 27
quo modo procedendi censeri debet, quod Testator voca-
uerat veros agnatos in dispositiua, & non masculos ex fœ-
minis, Soccin. Iun. consil. 69. numer. 22. vers. ex quo po-
testi libro terzo Rota decis. 269. numer. 5. vers. quæ sanè par.
15. recent.
In parte verò conditionali resistunt eidem Co. Fabio om-
nia superiùs deducta contra eius matrem, & amitam, vt
nimirum intelligatur de eisdem tantummodò personis, quæ
in dispositiua continentur, & à qua, vt probatum fuit, ipse
est exclusus.
Hoc superaddito quod cum ipse Co. Fabius contineatur
sub vltima substitutione Pueri attinentis, diceretur substi-
tutus in locum sui ipsius si in præcedenti conditione compre-
hensus esset, † quod absurdum esse euitandum, firmant 28
Menoch. cons. 424. sub numer. 13. Rota decis. 14. sub num. 6. par.
8. rec. Catill. decis. 273. num. 11. & decis. 299. num. 10. R. P. D.
de Luca de fideic. disc. 31. num. 10.
Fundamentum verò desumptum ex dispositione l. cum
auus ff. de condit. & demonstr. & in l. cum acutissimi C. de fideic.
nullius est momenti, † quia tacita conditio si sine filijs non 29
com-

complectitur fœminas expresfè exclufas, Decian. *conf.* 24.
numer. 20. & 22. *lib.* 2. Mantic. *de conieſt. lib.* 8. *tit.* 10. *in fin.*
Rot. *decif.* 374. *num.* 3. *part.* 1. *diuerf.* Eò maximè quia Te-
30 ftator † in defectum mafculorum ipfas fœminas non fubfti-
tuit, fed eorum mafculos, Fufar. *de fubftit. qu.* 405. *num.*
136. Rot. *decif.* 374. *num.* 6. *par.* 1. *diuerf.*

Tum quia cum conditio intelligatur de perfonis compre-
henfis in difpofitina; hæc autem tantummodò verificetur
31 in mafculis agnatis, † nec fœminæ, nec Co. Fabius à fę-
mina defcendens, ex difpofitione dd. legum iuuari poffunt,
vt declarat Bartol. *in d. l. cum Auus num.* 4. Gabr. *conf.* 116.
num. 5. *cum feqq. & num.* 18. *lib.* 2. Decian. *conf.* 127. *nu.* 20. *lib.*
3. Molin. *de primog. lib.* 3. *cap.* 5. *num.* 30. Mantic. *de conieſt.*
lib. 8. *tit.* 18. *n.* 49. Ro'. *dec.* 93. *nu.* 20. *par.* 11. *rec.*

Nec demum idem Co. Fabius venire poteft ex vltima
fubftitutione Pueri attinentis, quia non erat in rerum na-
tura de tempore purificatæ conditionis, & per confequens
hæreditas deferri debebat Ioanni Baptiftæ tunc nato, & pro-
ximiori, attento quod in fimilibus fideicommiffis licet con-
ceptis in remotiffimum tempus fuccedunt folùm illi, qui
32 exiftunt de tempore purificatæ, & delatæ fucceffionis, †
nec poftmodum nati habentur in confideratione, & non
auocant bona à iam admiffis, Caftrenf. *conf.* 16. *num.* 5. *lib.*
2. Alciat. *conf.* 119. *num.* 7. *lib.* 9. Mandel. *conf.* 106. *num.* 16.
& feqq. Gabriel. *conf.* 130. *num.* 8. *lib.* 1. Menoch. *conf.* 413.
nu. 16. *& feqq. conf.* 566. *num.* 4. *& conf.* 830. *per tot.* Fachin.
conf. 86. *num* 7. *& feq. lib.* 3. Fufar. *q.* 318. *à num.* 57. *per tot.* 77.
Thefaur. Iun. *quæft.* 84. *numer.* 12. *verf. ampliatur etiam lib.* 3.
Barbat. *de fideicom. par.* 3. *cap.* 3. *num.* 51. & 52. Cenfal. *ad Pe-
regr. art.* 27. *verf. obferuo igitur fol.* 145. *& verf. facilè tamen
fol.* 146. Rot. *poft eundem decif.* 17. *nu.* 22. *cum duob. feqq.* Bich.
decif. 493. *num.* 3. Rot. *diuerf. decif.* 38. *& decif.* 379. *num.* 11.
par. 1. *& in rec. decif.* 357. *num.* 5. *par* 1. *decif.* 93. *num.* 29. *part.*
11. *decif.* 397. *num.* 14. *& feqq. decif.* 398. *num.* 12. *& decif.* 400.
num. 4. *&* 5. *par.* 15.

Et quamuis ab huiufmodi vera, & indubitata conclufio-
ne recedatur ex contrarijs coniecturis; attamen cum à Do-
minis fuerint examinatæ circumftantiæ Teftamenti, dixe-
runt nil ex ea refultare fauore Co. Fabij non nati tempore
apertæ fucceffionis, fed quin potiùs affiftere Io. Baptiftæ
nato, vt ex verbis, ibi -- *& in cafo che non fi trouaffero Eredi
legitimi delli Caftanei, lafcio in quel cafo fia tolto il figliuolo de
Bardi &c. & in cafo, che di quefti non ve ne foffe, in quefto
cafo lafcio fia tolto vn putto più attinente &c.* vis enim facien-
da eft in illis verbis *in tal cafo, in quefto cafo*, per Teftato-
33 rem reiteratis, † & coarctantibus conditionem ad tempus
delatæ fucceffionis, Becc. *conf.* 39. *num.* 22. Caftrenf. *conf.* 15.
num. 5. Alciat. *conf.* 119. *numer.* 3. *& feqq. lib.* 4. latè Menoch.
confil. 1118. *numer.* 14. *& feqq.* Fufar. *quæft.* 318. *numer.* 82.
Bich. *decif.* 493. *numer.* 30. *& in eccea. decif.* 9. *num.* 32. *cum
feqq. par.* 11.

Fortiùs cum Teftator præcipuè refpexerit, ne fua fami-
lia collaberetur, fed femper floreret verè, vel fictè, vnde
34 fideicommiffum ftare non debuit in fufpenfo, † atque per
confequens vocatum exiftere necefsè fuit de tempore delatæ
fucceffionis, vt per affumptionem cognominis familiam
conferuaret, illiufque fplendor æternus, fi fieri poffet, red-
deretur, Molin. *de primogen. lib.* 3. *cap.* 10. *nu* 38. *&* 39. *in
fine*, Mantic. *de conieſt. lib.* 8. *cap.* 18. *num.* 49. Merlin. *decif.*
17. *num.* 1. *& in rec. decif.* 206. *nu.* 6. *par.* 3. *& dec.* 437. *n.* 7. *cum
feqq. par.* 14.

Non obftat quod Co. Fabius fit proximior grauato, cu-
ius proximitas attendenda veniat, quia cum agatur de ar-
guenda dilectione attenditur proximitas, & voluntas Te-
ftatoris, quia ipfe eft, qui difponit, & regula quod atten-
datur proximitas grauati non habet locum quando fit tran-
35 fitus de vno genere perfonarum, ad aliud, † nempè de maf-
culis, & agnatis ad attinentes, & cognatos defcendentes
ex fœminis, Cephal. *conf.* 493. *nu.* 40. *lib.* 4. Altograd. *conf.*
65. *num.* 11. *lib.* 1. Peregr. *art.* 20. *num.* 11. Mantic. *de conieſt.
lib.* 8. *tit.* 12. *nu.* 31. *verf. idem quoque*, Rota *decif.* 693. *nu.* 3.
& infra par. 2. *decif.* 519. *n.* 13. *& feqq. p.* 5. *& dec.* 469. *n.* 4.
par. 13. *rec.*

Et categorica femper eft refponfio, quod non natus de
36 tempore delatæ fucceffionis quamuis proximior † fi fuper-
ueniat non auocat fideicommiffum à remotiore nato iam
admiffo, iuxtà omnes fuperiùs congeftos *verf. nec de-
mùm.*

Poftquam autem conftitit de purificatione fideicommiffi
fauore Ioannis Baptiftæ fuit *coram R. P. D. Ninot, in abfentia
R. P. D. Bourlemont fubrogato*, difputatum dubium fuper
quibus bonis eidem effet danda immiffio, & refponfum fuit
fuper prædio vrbano domus magnæ in Ciuitate Bononiæ
fub Capella S. Thomæ de Mercato, ac fuper alijs tribus ru-
fticis, altero nuncupat. il Palazzo in Communi Bondanel-
li, cùm prædijs contiguis pro tornat. 173. altero in Commu-
ni Bagiani pro tornat. 117. & altero in Villa Batifelię tor-
nat. 450. cum illis annexis, vt *ex decifionibus eiufdem in or-
dine la* 37. & 53. cumque pariter hodie reuiderentur † Do- 37
mini refponderunt ftandum effe in decifis, quia conftat de
identitate bonorum, & de fideicommiffo non fuit ampliùs
dubitatum, vnde intrat remedium *l. fin. C. de ediſt.* Diu.
Adr. *toll. vel Saluiani interdicti ex* Gabr. *conf.* 46. *num.* 19. *&
feqq. lib.* 1.

Nec obftare vifæ fuerunt detractiones legitimæ, & tre-
bellianicæ, ac dotium Vrfinæ vxoris fideicommittentis, &
Catharinæ vxoris Azonis fenioris ducat. in totum 1200. quæ
cum non folùm in quota, † fed etiam in quantitate confi- 38
ftant immiffionem impedire deberent, iuxtà *dec.* 88. *num.*
30. *&* 31. *par.* 6. *rec.* quoniam præterquamquod ad fideicom-
miffariorũ manus in diuifione anni 1538. peruenerunt fupel-
lectilia, † & localia confiderabilis valoris, de quibus red- 39
denda eft ratio, intrat præfumptio fubtractionis aliorum,
& fatisfactionis detractionum præfentarum, † quæ eft fuf- 40
ficiens ad excludendam retentionem, Merlin. *de legit. lib.* 2.
tit. 2. *qu.* 4. *num.* 3. Rot. *poft eundem decif.* 140. *num.* 4. *&* 141.
numer. 5. *& in Romana Saluiani* 13. *Iunij præteritis, cæterum
coram me.*

Et ita refponfum fuit ftandum effe in decifis *tàm coram R.
P. D. Bourlemont la* 422 *&* 519. *part.* 13. *rec. quàm coram D.
Ninot. la* 37. *&* 53. *inter eius impreffas*, vtraque parte acri-
ter informante &c.

R. P. D. RONDININO.

Romana Penfionis.

Lunæ 6. *Iunij* 1678.

ARGVMENTVM.

Valida declaratur penfio fuper Parochiali im-
pofita, quia illius fructus fufficientes vifi
funt, ad quem effectum computantur etiam
incerti, cum fuper certis, & incertis illa re-
feruata foret; qua autem in fumma taxari
debeant expenfæ eiufdem Ecclefiæ, fuæque
etiam reaptationes, eiufdemque domorum,
& an inter illius onera computari debeat
expenfa Vicecurati, ex fequenti Summa-
rio, & Decifione colligito.

SVMMARIVM.

1 *Penfio referuata fuper Ecclefia, cuius fructus funt impoten-
tes ad illam fuftinendam, remanet nulla etiam ex volun-
tate Pontificis concedentis.*
2 *Sententia lata contra ius non meretur nouæ fententiæ nec
poteft tranfire in iudicatum.*
3 *Fructus incerti Ecclefiæ tam ex depofitionibus teftium, quam
ex iudicantis arbitrio, poffunt ad aliquam certitudinem re-
daci, & n. feqq.*
5 *Fructus incerti computantur ad augendos redditus benefi-
cij, quoties penfio referuata eft fuper certis, & incer-
tis, & num.* 6.
6 *Incerti fructus cadunt fub æftimatione, & quando.*
7 *Scuta* 160. *monetæ refpondit fcutis* 100. *auri de ca-
mera.*
9 *Expenfæ Ecclefiæ in Vrbe licet communiter taxentur in
fcutis triginta monetæ, hic tamen in fcutis quinquaginta
taxatæ funt, & nu* 12.
10 *Ecclefia S. Saluatoris de Capellis in Vrbe eft filialis Ecclefiæ
S. Laurentij in Lucina, & non inter poftremas Ecclefias
eiufdem Vrbis numeratur, num.* 11.
13 *Expenfæ reparationis Ecclefiæ, & domus Parochia-
lis in annuis fcutis octo ab hac decifione taxatæ
funt.*
14 *Expenfæ reaptationis domorum in Vrbe communiter taxen-
tur in fcutis quinque pro quolibet centenario.*
15 *Penfio per fententiam declarata extincta non compu-
tatur*

tatur inter entra Ecclesia.

16 *Vicecurati expensa quatenus computetur inter alias expensas Ecclesiæ, & num. seqq.*

17 *Parochus ex consuetudine Vrbis Vicecuratum habere non debet, cum possit optimè satisfacere suo ministerio per se ipsum.*

18 *Parochus ob distantiam fidelium, vel alia simili causa potest sibi coadiutorem assumere.*

DECISIO CCXXXIII.

POstquam Ioanni Francisco Topino à san. mem. Alexandro VII. collata fuit Ecclesia Sancti Saluatoris, de Cupellis nuncupata, vacans ob mortem Ioannis de Sanctis illius Parochi, ipseque Topinus consensit nouæ pensioni ducatorum vigintiquatuor auri de Camera fauore Ioseph Ferarij, assecuta Parochialis Ecclesiæ possessionem, illam soluere recusauit, liteque introducta coram A. C. iste pronunciauit antiquam pensionem, qua Ecclesia hæc grauata fuerat extinctam fuisse; moderna verò Feratij validam, & legitimam. Elapsis fatalibus, appellationis temporibus nuper Topinus Signaturam Iustitiæ adijt, quæ mihi rescripsit cum clausula: De causis restitutionis in integrum, sine præiudicio rei iudicatæ. Ad cuius rescripti tenorem dato dubio, Domini responderunt: non constare de causis restitutionis in integrum, sed de re iudicata, & pensionem esse validam.

Nulla enim fuit quæstio fatalium temporum ad appellandum, illorumque lapsus rem iudicatam inducentis, quam eatenus Scribentes pro Rectore Ecclesiæ euitare studebant, quatenus illam euidentèr nullam dicebant ob tenuitatem
1 reddituum Ecclesiæ impotentis ad substinendam † pensionem, quo casu ipsa corruit, tam ex iuris dispositione, quàm ex voluntate Pontificis illam reseruantis ad limites Concilij Tridentini cum solita clausula, dummodo centum ducati auri de Camera remaneant pro Rectore, atque ideò
2 sententia contra ius lata, † nec sententiæ nomen meretur, nec transire potest in iudicatum, quia non est sententia vulgara conclusione desumpta ex litera Text. *in L. 4. §. condemnatum.*

Igitur ad redditus Ecclesiæ restricta disputatione, illos in scutis 208. 83. vtraque pars ascendere conuenit in calculo coram me concordato. His verò ex redditibus controuersis, quæ in eodem calculo suspensæ fuerant, quosque Domini ad augendos fructus Ecclesiæ reiecerunt, in duabus summis conuenerunt. Altera summa est scutorum quatuor annuorum pro quindennijs, & laudemijs bonorum emphyteuticorum Ecclesiæ in calculo concordato descriptorum, quousque apertius eorum qualitas inducetur. Altera summa est scutorum centum pro fructibus incertis Parochiæ,
3 † quæ verisimilia videbantur Dominis ob amplitudinem
4 Parochiæ, & numerum fidelium † in ea degentium, quo casu cum ea reducantur ad prædictam certitudinem, de qua deponunt tres testes formitèr examinati, deponentes de ipsa
5 confessione Rectoris præcedentis istius Ecclesiæ, † computantur proindè ad augendum valorem Beneficij, illiusque
6 redditus constant, quotiescumque, † vt in casu, pensio imposita fuit super fructibus certis, & incertis, quia tunc illud incertum cadit sub æstimatione, Garz. *de Beneficij par. 1. cap. 5. sub num. 371.* Lotter. *de re benefic. lib. 1. cap. 39. nu. 37.* Rota *recent. part. 16. decis. 120. numer. 19. & seqq.* cum concordan.

In hac igitur summa reddituum ex duabus summis supradictis ex alijs controuersis aucto valore reddituum in calculo concordato, vsque ad scuta 312. 83. monetæ, visum est Dominis remanere congruam Rectoris in scutis 160. monetæ,
7 † quæ respondent scutis centum aureis pro illius congrua substentatione à Pontifice præfixa. Ex reliquis autem fructibus Ecclesiæ admittebant Domini detrahenda esse
8 scuta quinquaginta annua † plusquam sufficientia pro ex-
9 pensis Ecclesiæ: † quæ veluti filialis Ecclesiæ Sancti Laurentij in Lucina, & quamuis numero fidelium, & ampli-
10 tudine Parochiæ, vt dictum est, † non inter postremas Vrbis Ecclesias sit, ob modicum tamen ambitum, & Mi-
11 nistrorum seruitium modica est, † non vlteriori egens dis-
12 pendio in scutis triginta ab hoc Tribunali † in similibus Ecclesijs Vrbis determinari consueto, vt *coram decis. 418. in fin. & coram Merlino decis. 808. num. 10. & coram Bich. dec. 255. num. 25.* Admittebant etiam Domini expensas scutorum quinque, quæ soluuntur Seminario Rom. & aliorum duorum cum dimidio pro conseruatione triremium, & alia octo annua paritèr scuta pro reparatione Ecclesiæ, & Domus
Parochialis, † quia sic videtur probabilis, & necessaria, 13
quemadmodum & alia scuta sex, & non vltra pro reparatione aliarum Domorum ad Ecclesiam spectantium, quia cum pensiones earundem iuxta sensum ipsius Rectoris non
ascendant nisi a scuta 114. † iuxta Vrbis consuetudinem 14
nonnisi quinque pro centenario taxari solent etiam à Rota in decisionibus relatis in *recen. par. 13. decis. 81. num. 8. & in Romana fideicommissi, seu Saluiani prima Aprilis 1675. §. istorum coram R. P. D. meo Emerix.*

Habita itaque omnium expensarum ratione, de quibus mox dictum est, apparet illa vna cum congrua Rectoris ascendere ad scuta 231. 50. quibus additis vigintiquatuor ducatis auri de Camera, in qua quantitate pensio controuersa Feratij reseruata est, patet iam superesse fructus Ecclesiastici sufficientes ad hanc pensionem soluendam, cum illi, vt superiùs dictum est, ascendant ad scuta 312. 83. non enim ad augendas expensas admittebant Domini onus pensionis
antiquæ; † qua grauata erat Ecclesia, quia, vt dictum 15
est, ab initio in narratione facti, illa iam est extincta per sententiam A. C. nec etiam admittebant ad augendas ex-
pensas mercedem Subcurati, † quia neque ex necessitate 16
rei, neque ex consuetudine Vrbis illius ministerium requi-
rebatur, † cum Rector possit optimè Curæ satisfacere sine 17
alterius Vice Curati ministero, quidquid esset, † si ob distan- 18
tiam fidelium, aut simili de causa Coadiutor in cura exercenda necessarius esset, in quibus terminis procedunt *glos. in cap. 3. de vit. & honestat. Cleric.* Adden. *ad Gregor. XV.* qui ita benè declarat *decis. 245. sub num. 12.* prout etiam declarat Barbos. *de Paroch. par. 3. cap. 29. n. 20. vers. 4. de oner.* Rot. *recent. par. 16. decis. 120. sub num. 16. vers. quos testes referunt esse necessarios.*

Et ita vtraque parte informante resolutum fuit.

R. P. D. PAVLVCCIO.

Hispalen. Primitiarum.

Lunæ 6. Iunij 1678.

ARGVMENTVM.

Archiepiscopo, & Parochis impugnabatur consequutio primitiarum, & oblationum, quæ tamen ex iuris assistentia, & ex eorum quasi possessione fuit concessa, non obstantibus testibus contra illam deponentibus, quia vel non probabant immemorabilem, aut quadragenariam cum titulo, vel in concursu testium Parochorum, & Archiepiscopi, qui habebant iuris assistentiam, præferendi non erant, minus etiam releuante titulo transactionis nullæ ob non obtentum Beneplacitum Apostolicum, eo præsertim, quia illa impugnata erat, & successoribus præiudicare non poterat.

SVMMARIVM.

1 *Parochus, & Archiepiscopus habent fundatam intentionem super omnibus iuribus Parochialibus.*

2 *Primitiæ, & oblationes inter iura Parochialia enumerantur.*

3 *Primitiæ, & oblationes Ecclesiæ Parochiali debentur.*

4 *Archiepiscopus, & Curati hispalenses habent iuris assistentiam super omnibus primitijs, & oblationibus suarum Parochiæ, & diœcesis.*

5 *Iuris assistentia decimandi, & consequendi primitias competens Archiepiscopo, transit in Parochos, quibus illæ assignatæ sunt, & nu. 6.*

7 *Iuris assistentia decimandi alieni competens non eliditur, nisi per priuilegium, vel consuetudinem immemorabilem, aut quadragenariam cum titulo.*

8 *Quasi possessio decimandi probatur etiam ex testibus antiquitus examinatis, & in decisionibus approbatis.*

9 *Quasi possessio decimandi probata ex testibus antiquis magis comprobata remanet ex testibus nouiter examinatis.*

10 Pro-

10 *Probationis in concursu eo magis attenditur, quæ ab antiquis, & nouis testibus vnasimul confirmantur.*
11 *Priuilegium non adesse dicitur, quando non exhibetur, quia non esse paria sunt, & non Apparere.*
12 *Probatio, vel testes si à decisionibus reijciantur, attendi non debent.*
13 *Immemorabilem non probant testes, qui non possunt deponere per 40. annos ante motam litem.*
14 *Testes in concursu magis attenduntur illi, qui habent iuris assistentiam pro se.*
15 *Transactio facta super decimis non suffragatur, si illi Parochi non acquieuerunt.*
16 *Verbum* debet *importat necessitatem.*
17 *Transactio facta sub conditione impetrandi beneplacitum Apostolicum, eo non obtento, remanet nulla.*
18 *Transactio facta super decimis sine beneplacito Apostolico non obligat successores.*
19 *Testes de aliorum participatione deponentes, quatenus intelligantur de participatione voluntaria potius quàm necessaria.*
20 *Voluntaria participatio, vel communicatio nullum ius tribuit participanti.*

D E C I S I O   CCXXXIV.

APpellatione interposita per Archiepiscopum Hispalen. & Curatum Ecclesiæ S. Ioannis del Puerto à sententia lata per R.P.D. meum Taiam super mandato de manutenendo in exactione Primitiarum, & oblationum ad fauorem Iosephi Victoria Charon Beneficiati in eadem Ecclesia, commissa fuit mihi Causa, adiecta clausula, cum facultate manutenendi quem de iure; Ad cuius præscriptum proposito dubio. An, & de cuius bono iure constet etiam ad effectum manutentionis, in casu &c.

Fuit hodie resolutum, constare de bono iure Archiepiscopi, & Curati.

Habent enim fundatam intentionem de iure communi
1 † quoad omnia parochialia iura, † inter quæ primitiæ,
2 & oblationes adnumerantur, Abb. *ad Rubr. de decim. pri-*
3 *mit. & oblat.* ac proindè † Ecclesiæ Parochiali debentur, *cap. quoniam, cap. ad Apostolicæ, cap. cum contingat de decim.* Suarez *de Relig. tom. 1. lib. 1. cap. 24 num. 3.* Azzor. *instit. moral. par. 1. lib. 7. cap 38. quæst. 7.* Barbos. *iur. Eccles. vniuersal. lib. 3. cap. 25. num. 8.* Innoc. Ciron. *in pract. iur. can. ad tit. de decim.* Castropal. *oper. moral. tract. 1. disput. vnic punct. 16. per tot.* Rot. *decis. 192. num. 1. & seqq. par. 7. & decis. 382. nu. 2. & num. 16. par. 16. rec. & coram Zarat. decis. 53. num. 8.* &
4 præcisè de Archiepiscopi, † & Curatis Hispalen. *decis. 480. num 1. & decis. 166. penès* Posth. *de manut.*

Non refragante, quod in Diœcesi Hispalen. ius commune assistat Archiepiscopo tamquam vniuersali Parocho, non autem Curatis, quia cum Archiepiscopus certam portio-
5 nem assignauerit Curatis, † cum ea assignatione migrauit etiam iuris assistentia, quæ ipsis non minus, quam Archiepiscopo suffragatur, Barbos. *vbi supra cap. 26. §. 2. num. 8.* Seraph. *decis. 899. num. 3. & 4 & decis. 968. num. 3.* Adden. *ad Buratt. decis. 406. num. 6.* & in puncto Curatorum Hispalen.
6 † cum Archiepiscopo Rot. *dd. decis. 480. num. 54. par. 1. rec. & decis. 166. penès Posth.*
7 Qua stante iuris assistentia, † Beneficiatus eam elidere non potest, nisi priuilegium afferat, vel consuetudinem immemorabilem, aut quadragenariam cum titulo, Rota *penès Posth. de manut. decis. 559. num. 8. & coram Coccin. decis. 345. num. 1.*

Potissimum ex quo Archiepiscopus, & Curati sunt in
8 quasi possessione exigendi primitias, † hancque probarunt ex plurium testium examine in causa antiqua, cui innixæ tunc fuere, *decis. Rotales 480. num. 1. & 511. num. 7. & seqq. par. 1. recent. & 166. apud Posth.* & demum eandem firmauit Hieronymus Curatus in præsenti causa per testes examina-
9 tos, † quæ sanè confirmata quasi possessio operatur, vt euidentius constet de bono iure Archiepiscopi, & Curatorum, & in concursu potior eorum sit ratio, Posth. *de manut. obseru. 45. num. 9.* Rota *post. eundem decis. 198. num. 7. coram Duran. decis. 46. numer. 5. & coram Dunoz. iun. decis. 536. numer. 3.*
10 Priuilegium autem non adest, † quando nec exhibetur,
11 & paria sunt non esse, † & non apparere, *l. in lege 77. ff. de contrahen. empt.*

Immemorabilis consuetudo non probatur, iterumque enim fuerint examinati testes ad hoc inducti per Beneficiatos in prima Instantia vsque de anno 1574. † horum tamen 12
depositiones tamquam non concludentes reiectæ fuerit *in d. decis. 166. num. 23. & seqq. penes Posth. & in d. decis. 480. num. 3. & 511. num. 7. par. 1. rec.*

Minusque eam comprobant alij testes examinati vigore duarum remissoriarum ante annum 1622.

Quia quamuis *in decis. 29. apud Posth.* admissum fuerit eos probare, ab ea tamen fuit postea recessum, vt in *decis. 166. num. 39.* vbi singulariter dictum, nouem testes primi examinis nulliter fuisse examinatos, maximè cum, qui erant superstites non fuerint reperiri iuxtà præscriptum Rotæ, & interpellationem factam ex parte Archiepiscopi, Ideoque nullum inducendum probationis gradum.

Et in eadem *decisione num. 46.* nulla ratio fuit habita testium, qui fuere examinati in vim secundæ remissoriæ, cum reiecti fuerint, tamquam suspecti de falso, & nulliter inducti.

Neque magis eandem immemorabilem probant cæteri testes in hac instantia examinati, quia deponere non possunt per quadraginta annos ante motam litem, † adeo ve- 13
tustam, & excitatam vsque de anno 1572. prout necessarium esse dixit Rota *coram Coccin. decis. 1340. num 5. & seqq.* Dunoz. iun. *decis. 775. numer. 2. &* Celi. *decis. 104. numer. 5. & sequen.*

Præsertim cum contra eorundem dicta stent alij inducti per Archiepiscopum, qui cum pro se habeant assistentiam iuris, † depositiones testium eidem inhærentium sunt in 14
concursu præferendæ, vt in *dd. decis. 480. 511. par. 1. recent. & 166. penes Posth.*

Non demum adest quadragenaria cum titulo, quatenus enim afferatur transactio inita per Archiepiscopum tamquam vniuersalem Parochum, cum Beneficiatis anno 1624. † ea iuuare non potest, Curati enim non acquieue- 15
runt, sed illicò reclamarunt, vt legitur enunciatum in *decis. 53. num. 92. & decis. 85. num. 29. in fin. coram Peutinger.* & firmant Commissio appellationis directa ad Rotam à mandato relaxato per Vicarium generalem Hispalen. pro obseruatione eiusdem Concordiæ, quæ Commissio fuit data in Summario.

Et quod magis est, in eadem Concordia fuit expressè conuentum, vt super ipsa impetraretur Beneplacitum Apostolicum, idque expressum per verbum *debet*, † quod impor- 16
tat necessitatem, Merlin. *decis. 432. nu. 5. & 6.* quod cum non adsit, † Concordia ipsa remanet nulla, *cap. veniens* 17
de sponsal. Gregor. *decis. 191. num. 1. & ibi* Adden. *num. 3. & dec. 345. num. 3. & 361. num. 2. 611. par. 5. recentior.* nec obligare † potest successores, Coccin. *dec. 279. num. 7. & seqq.* 18
& dec. 349. num. 1. & seqq. Bich. *dec. 290. nu. 15.* Quibus omnibus addita inobseruantia eiusdem Concordiæ, non visa est allegari posse.

Et quo casu testes inducti pro Beneficiatis aliquam eorundem participationem in primitijs concluderent, † de- 19
berent omninò intelligi de participatione primitiarum prouenientè ex communione, quam Curati, & Beneficiati spontè, & ex proprio placito faciebant, † & ex qua tamquam 20
merè voluntaria Beneficiati nullum ius potuerunt acquirere, *l. Proculus ff. de damn. infect. l. in meo fundo ff. de aqa. pluu. arc.* Rot. *decis. 473. num. 1. par. 3. recent.*

Et ita resolutum, vtraque Parte informante.

R. P. D. E M E R I X.

Hortana Reintegrationis.

Lunæ 6. Maij 1678.

A R G V M E N T V M.

Ad bona renunciata, & à quibus etiam fuerat per statutum exclusa, reintegrari, prætendebat Soror post obitum Fratris, ratione noui statuti d. reintegrationem concedentis; sed illam perpetuò exclusam deciditur, quia d. statutum superuenerat postquam ipsa iam fuerat præcedenter exclusa, & post masculis ius quæsitum, quo casu cum non habeat oculos retro, respicit futura, non autem præterita, eo magis quia ex amplissima renunciatione præcludebatur ipsi via quacumque reintegrationem petendi.

S V M-

S V M M A R I V M.

1 *Statutum Vrbis* lib.1. cap.145. *excludit fœminas ab hæreditate patris propter dotem à fratre receptam.*
2 *Statutum Vrbis exclusiuum fœminarum habet locum in Ciuitate Hortana, quæ est in districtu, & in hoc particulare statutum non habet.*
3 *Statutum nouum Ciuitatis Hortanæ* rubr.22. *reintegrat fœminas exclusas deficientibus masculis.*
4 *Statutum nouum non comprehendit casum ante illius promulgationem sequutum.*
5 *Legis natura est, futura respicere, non præterita.*
6 *Statutum nouum super reintegratione fœminarum, sufficit adesse de tempore, quo locus reintegrationi factus sit. sed vid. n. seqq.*
7 *Statutum nouum non tollit ius antecedenter quæsitum per aliud statum antiquum.*
8 *Statutum Perusiæ super exclusione, & reintegratione fœminarum traditur, & declaratur. & num. 9.*
9 *Statutum nouum habet etiam locum in casu perantea sequuto, vbi nullum ius ex illo fueras aquisitum.*
10 *Statutum nouum vigens de tempore obitus illius, de cuius hæreditate agitur, non est dubium, quin attendendum sit.*
11 *Statutum nouum publicatum solum post obitum testatoris, in illius hæreditate locum habere non potest.*
12 *ex Diuersis non fit illatio.*
13 *Renunciatio amplissima operatur, vt renuncians considerari debeat, ac si nunquam fuisset in rerum natura.*
14 *ad Renunciatu bona non datur amplius regressus.*
15 *Soror renuncians fratri hæreditatem paternam, non debet informari, & certiorari de reintegratione, quæ illi de eo tempore non competebat.*
16 *Reintegratio successionis petita post quinquaginta, & amplius annos, non debetur, quia remansit præscripta.*
17 *Restitutio in integrum ex capite ignorantiæ non conceditur, nisi illa probetur euidenter, & excusabilis.*

D E C I S I O CCXXXV.

ANno 1571. decedens ab intestato q. Salustius Coccoaginus tres reliquit filios, Rutilium scilicet, Lepiam, & Eugeniam quæ receptis à Rutilio fratre scut. 700. pro dote, ad illius fauorem amplissimè renunciauit omnia iura, & actiones sibi quomodolibet competentes, & competituras super paterna & materna hæreditate; Quo tamen non obstante, Catharina Geruldina eius filia tam nomine proprio, quam vti cessionaria Quintiliani, & Petri fratrum, & cohæredum d. Eugeniæ prætendens post obitum Rutilij factum fuisse locum reintegrationi ad fauorem d. Eugeniæ, Iudicium in partibus instituit contra Galatam Paleam illius filiam, & hæredem super immissione ad medietatem bonorum hæreditariorum d. q. Salustij, in quo successu temporis continuato cum Panio Æmilio, & fratribus de Palea filijs, & hæredibus Galateæ pendente lite defunctæ, contrariam passa est sententiam; Vndè deuoluta Causa ad A. C. & ab isto immissione certo modo Catharinæ concessa; Demùm ad prouocationem Francisci, & aliorum de Palea hæredum d.q. Pauli Æmilij interim defuncti commissa fuit in Rota bon. me. Card. Hieronymino Verospin: sed quia per longum temporis spatium siluit, & interim obijt etiam d. Catharina Actris, instituto hærede Monasterio Beatiss. Mariæ Lauretanæ Hortanæ, ideò ad huius instantiam, ego in locum d. bo. me. Card. Verospij subrogato, dubium hodie proposui: An sit concedenda reintegratio, & DD. negatiuè responderunt.

Resistit enim petitæ reintegrationi clara dispositio statuti
1 Vrbis *cap* 145. *lib.*1. † quod perpetuò excludit Eugeniam
propter dotem à Rutilio fratre receptam, & habet locum
2 etiam in Ciuitate Hortæ, † quæ est in districtu, nullumque habebat super hoc particulare statutum, iuxta Theor. Barthol. *in l.*1. *n.*42. *C. quæ sit longa consuetudo*, quam passim secuta est Rota, *vt coram Caualer. decis.* 616. *num.* 2. *coram Seraph. decis.* 1362. *per tot. coram Dunozetto iun. decis.* 246. *nu.* 8. *& cor. Bich. dec.* 17. *n.*2.

Nec in contrarium vrget nouum statutum Hortanum,
3 † sub *rubr.* 22. mandans, deficientibus masculis, reintegrari fœminas exclusas, quia cum illud fuerit de ordine Sac. Consultæ, & mediante epistola clar. me. Car. Aldobrandini in volumine statutorum insertum solum de anno 1595.
† non potuit reintegrare Eugeniam iam præcedenter ex- 4
clusam ab hæreditate patris defuncti † an. 1575. cum de na- 5
tura legis sit futura, non præterita respicere, *cap. quoniam, ibique* Felin. & cæteri Canonistæ de Constit. *l. leges* 7. *C. de legib.* Bart. *in l. omnes populi n.*41. *& seqq. ff. de instit. & iur.* & in nostris terminis Gabr. *cons.*43. *nu.*54. *lib.*2 Cyriac. *contr.* 529. *nu.*14. *& seqq* & aliàs resoluit Rot. *diuers. decis.*142. *per tot. & decis.*179. *n.*89. *par.*9. *recent.*

Non obstat, quod de tempore mortis Rutilij, quo factus est locus reintegrationi ad fauorem fœminarum, adesset iam
d. statutum nouum; † ideoque operari posset suum effe- 6
ctum ad fauorem Eugeniæ, vt aliàs videtur sensisse Rot. *coram Royas dec.*43. quia cum de tempore obitus Rutilij, & publicationis noui statuti, fuisset iam irreuocabiliter ius quæsitum masculis per indefinitam, & perpetuam exclusionem
fœminarum inductam à statuto Vrbis, † non potuit nouum 7
statutum illud tollere, ad tradita per Felin. *in cap. fin. nu.* 2. *post* 4. *ampliationem vers. sed nota*, & in similibus terminis consuluit Gabr. *consil.*43. *n.*9. *& seqq. lib.* 1. Honded. *cons.*16. *nu.*27. *& seqq. lib.*1. & animaduertit Rota *coram Royas decis.* 137. *n.*3. *cum seqq. & decis.* 255. *à n.*6.

Adeout applicari nequeat dicta *decisio* 43. coram eodem,
† quia vt patet ex eius lectura, percutit casum valdè diuer- 8
sum ob duplicem circumstantiam facti, quæ in nostra hypothesi deficit; Antiquum enim statutum Perusinæ, de quo agitur in eadem decisione non excludebat simpliciter, & perpetuò fœminas, sed solum vsquequo extabant masculi, illasque reintegrabat, masculis extinctis, vt refertur in principio eiusdem decisionis. Ideoque licèt nouum statutum reintegrans etiam omnes descendentes ex fœminis, superuenerit post obitum illius, de cuius hæreditate agebatur,
† nihilominus operari poterat suum effectum in casu defi- 9
cientiæ masculorum, quia ijsdem masculis non fuerat quæsitum irreuocabile ius, prout in casu nostro, in quo post obitum Salustij patris vigore statuti Vrbis, tale ius masculis quæsitum fuit.

Secundo, in casu d. decisionis, statutum nouum vigebat etiam de tempore obitus illius, de cuius hæreditate agebatur, vt colligitur ex *n.*9. *vers. & multo magis*, *& nu.*11. *ante*
finem, † & propterea nihil mirum, si ibi, & successiuè in 10
alijs *dec.*316. *&* 331. *cor. eod.* Rota resoluit attendendum es-
se nouum † statutum; In casu autem nostro statutum no- 11
uum publicatum fuit post obitum Salustij, & ius quæsitum
filijs, ideoque intrat recepta nimis, & trita regula, † quod 12
ex diuersis non fit illatio, vlgata *l. Pupinianus ff. de min.*

Rursus locus esse non potest reintegrationi, stante expressa, & amplissima renunciatione facta ab eadem Eugenia ad
fauorem Rutilij fratris, eiusque † hæredum, quæ opera- 13
tur, vt renuncians considerari debeat, ac si nunquam fuis-
set in rerum natura, & impedit, ne ad bona † renuncia- 14
ta detur amplius regressus, per textum *in l. quæritur* 14. *ante finem ff. de edilit. edict.* Rota *dec.*109. *num.*1. *&* 2. *par.*2. *decis.*356. *nu.*3. *par.*13. *rec. & coram Bichio dec* 585. *nu.*2. *&* 3.

Nec eadem renunciatio dici potest læsiua, eo quia non constat, quod Eugenia fuerit præcedenter certiorata de iuribus sibi competentibus, pro reintegratione in casu deficientiæ masculorum, quia ex supradictis satis liquet nullam de
eo tempore illi competijsse reintegrationem, † ideoque in- 15
formari non debuisset de iure, quod ei nullatenus competebat.

Denique remouetur quæcumque difficultas, ex eo, quod non solum ipsamet Eugenia superuiuens Rutilio fratri, nunquam renunciationem impugnauit, sed etiam quod Catharina Auctrix Monasterij reintegrationem intentauit
post lapsum 40. annorum, † quo omnis actio iam præ- 16
scripta fuerat, itaut nec etiam competeret restitutio in in-
tegrum ex capite † ignorantiæ, nisi illa probaretur eui- 17
denter, & excusabilis, Rota *coram Bich. decis.* 6. *num.* 42. *coram Arguell. decis.*87. *num.*12. *& seqq. in par.*9. *recent. decis.* 451. *num.*12. *& seqq. in part.* 10. *decis.* 293. *num.* 9. *& seqq.*

Et ita vtraque parte informante, resolutum fuit.

REVERENDISS. D. ALBERGATO

Sacræ Rotæ Decano.

Perufina Domus.

Lunæ 6. Iunij 1678.

ARGVMENTVM.

Super bonis expresſè alienari prohibitis immiſſio fideicommiſſario conceditur, quia de ſuis requiſitis concludenter docuerat, ſibi ſolum excepto, quod competebat retentio, vel ratione detractionum, vel quod dd. bona erant alienata pro dote, quorum neutrum ſubſiſtere dicitur, quia detractiones iam fuerant præcedenter conſumptæ; cauſa verò dotis cadere non poterat ſuper bonis expreſſæ prohibitioni affectis, exiſtentibus bonis eidem prohibitioni non ſubiectis.

SVMMARIVM.

1 *Sententiæ dicuntur conformes in ea parte, qua ſunt conformes, in eaque etiam exequendæ ſunt.*

2 *Sententiæ validæ, & iuſtæ executioni demandari debent.*

3 *Fideicommiſſario datur immiſſio, quoties docet de requiſitis, quæ ſunt illius exiſtentia, eiuſque purificatio ſequuta, & bonorum identitas.*

4 *Alienationes primo loco factæ à grauato cedunt in cauſam detractionum.*

5 *Detractiones ſemel conſumptæ amplius faciendæ non ſunt.*

6 *Bona expreſsè alienari prohibita, extantibus alijs bonis eidem prohibitioni non ſubiectis, ex cauſa detractionum alienari non poſſunt, & num. 13.*

7 *Detractiones fuiſſe conſumptas reſultat ex eo, quod venditione facta à grauato, illius loco bona libera ſubrogata ſunt.*

8 *Detractiones, vel fuiſſe conſumptas reſultat ex confeſſione grauati, alijſque pluribus pro earum conſumptione deductis.*

Vel onus probandi in Reum, & poſſeſſorem transfertur ibidem.

6 *Inſtrumentum etiam ſine die, & conſule, vel alias non in forma probante contra producentem plenè probat.*

10 *Emptor bonorum fideicommiſſi, ſi illorum pretium ceſſit in cauſam dotis, poteſt excipere de retentione vig. auth.* res quæ C. com. de leg.

11 *Alienatio facta per ſoluenda dote vigore* auth. res quæ *ſuffragatur etiam ſi cauſa dotis non ſit expreſſa, modo tamen pretium in eandem dotem fuerit conuerſum.*

12 *Bona fideicommiſſi non poſſunt à grauatis alienari pro dote, retentis ſibi bonis liberis, quamuis adhuc ſubrogatis.*

13 *Bona particulari prohibitioni ſubiecta neque ex cauſa dotis alienari permittuntur, quoties adſint alia bona tali prohibitioni non obnoxia, & num. 6.*

14 *Bona particulariter alienari prohibita in ſolum defectum aliorum bonorum poſſunt alienari pro dote.*

DECISIO CCXXXVI.

IN vltimo Teſtamento, cum quo deceſſit, Ludouicus de Raynerijs ſcripſit Raynerium, Ioannem Baptiſtam, & Antonium Franciſcum ſuos filios hæredes vniuerſales æqualiter, eoſque in caſu obitus alterius, aut alicuius deſcendentis quandocumque ſinè filijs, ad inuicem pleno iure, & ſinè aliqua diminutione ſubſtituit, necnon deſcendentes omnes ſuperſtites maſculos in infinitum legitimos, & naturales de legitimo matrimonio natos in ſtirpes, & non in capita, cum generali prohibitione alienationis quorumcumque bonorum hæreditariorum, ſpecialiter tamen, ac expreſsè domorum exiſtentium in Ciuitate Peruſię in Porta S. Suſannæ ſub Parochia S. Mariæ de Valle, quas præ cæteris bonis maximè iuſſit, & voluit perpetuò eſſe in agnatione, & familia ſuorum filiorum, nepotum, & deſcendentium maſculorum.

Verum, quia poſt mortem teſtatoris Io: Baptiſta, & Antonius Franciſcus conſentiente etiam Raynerio vnam ex prædictis domibus alienari prohibitis vendiderunt q. Raynerio de Criſpoldis pretio ſcut. 2800. & ſucceſſiuè in locum illius ſubrogarunt alia bona libera, hinc Raynerius Iunior de Raynerijs, ad cuius fauorem per deficientiam linearum prædictorum Io. Baptiſtæ, & Antonij Franciſci reperitur de præſenti purificata ſubſtitutio, ex remedio *l. fin. C. de edict. Diu. Adr. toll.* Iudicium immiſſionis ad totam ſupradictam domum contra Raynerium Iuniorem de Criſpoldis inſtituit coram Locumtenente Gubernatoris Peruſiæ, ſententiamque reportauit fauorabilem, quam A. C. in ſecunda inſtantia reformauit, declarando, competere Criſpoldo retentionem eiuſdem domus pro ſcutis mille pro indiuiſo. A qua ſententia interpoſita ab vtroque ex litigantibus appellatione in parte, & partibus vnicuique præiudicialibus, commiſſaque mihi per Signaturam Iuſtitiæ cauſa quoad Criſpoldum cum clauſula conſtito de duabus conformibus, in ea parte, qua ſunt conformes, quò verò ad Raynerium de Raynerijs ſimpliciter. Ideò propoſui dubium: An conſtaret de duabus, & in qua parte eſſent conformes, quæ venirent exequendæ, & an danda eſſet immiſſio in totam domum, Dominique reſponderunt, dempta rata valoris ſcutorum mille conſtare de duabus conformibus, & immiſſionem dandam eſſe in totam domum.

Ratio reſolutionis quò ad conformitatem ſententiarum fuit, quia ſententia Locumtenentis Gubernatoris Peruſiæ concedit Raynerio immiſſionem ad totam domum, ſententia autem A. C. eam denegat pro rata valoris ſcut. mille, pro qua tribuit Criſpoldo pro indiuiſo retentionem,
proinde dempta dicta rata, † ſententiæ in reliquis conue- 1
nit inter ſe, & in hac parte dicuntur conformes, & cum ex
infra dicendis appareant validæ, & iuſtæ † debent execu- 2
tioni demandari Gloſ. *in Clement. 1. in verb. alicuius de re iudic.* Surd. *conſ.* 102. *num 6. verſ. quibus tamen non obſtantibus* Dec. *conſ.* 385. *num.* 1. Rot. *deciſ.* 14. *num* 2. *coram Ninot. & in Bonon. bonorum 29. Ianuarij 1662. in princ. coram me, & in alia Bonon. concurſus creditorum 14. Maij anni præteriti §. nihilominus, & §. ſeq. coram R. P. D. meo Bourlemont.*

Incontrouerſa validitas reſultat ex actorum reuolutione, & iuſtitia, propter quam etiam immiſſionem in totam domum eſſe dandam Domini exiſtimarunt, liquet ex claro fideicommiſſo, cuius purificatio in perſonam dicti Raynerij de Raynerijs, & domus identitas non fuit impugnata,
† vnde his concurrentibus nequit fideicommiſſario denega- 3
ri immiſſio, vt dixit Rota *coram Dunozet. Iun. deciſ.* 846. *nu.* 5. *in recent deciſ.* 121. *nu.* 1. *& deciſ.* 378. *nu.* 2. *par.* 16. atque alibi paſſim.

Nec obſtat oppoſita retentio per Criſpoldum ex cauſa detractionum, quæ tam ratione legitimæ, quàm dotis Sigiſmundæ matris in fideicommiſſo competebant venditoribus filijs teſtatoris; quoniam dum in confeſſo eſt apud Patres, & patet ex calculo dato Summario Criſpoldi *n.* 5. hæreditatem fuiſſe opulentam, placuit Dilemma, quod aut de tempore venditionis domus, reliqua bona hæreditaria erant alienata
in ſumma abſorbente detractiones, † in quarum cauſam 4
cedunt primò alienata, iuxta text. *in l. Marcellus §. res quæ ff. ad Sen. conſ. Trebell.* & tali caſu quoties detractiones fuerant
iam conſumptæ, † profectò non poterant ampliùs fieri, & 5
percipi ſuper domo Rot. *deciſ.* 530. *num.* 6. *par.* 14. *recent. & coram Peuting. dec.* 205. *n.* 8. Gregor. XV. *deciſ.* 58. *nu.* 4. Aut adhuc integra hæreditas exiſtebat penes hæredes grauatos, & cum domus eſſet ſpecialiter, & expreſsè alienari prohi-
bita, † nulla ſuper ea competebat detractio, ſiuè ex cauſa 6
legitimæ, ſiuè dotis, extantibus alijs bonis fideicommiſſarijs, ſpeciali prohibitione alienationis non comprehenſis Rot. *deciſ.* 47. *num.* 2. *&* 10. *par.* 5. *& deciſ.* 363. *num.* 35. *par.* 10. *& deciſ.* 441. *num.* 2. *&* 3. *par.* 14. *rec. & in Romana Appartamenti 27. Iunij 1674. §. non obſtat coram Reuerendiſſimo D. meo Matthæo Archiepiſcopo Damaſceno.*

In quam ſententiam eò facilius Domini deuenerunt, tum quia in locum domus diſtractæ venditores ſubrogarunt
alia bona libera, † quam ſubrogationem vtique non fe- 7
ciſſent, ſi detractiones ſuper domo competere ſibi agnouiſſent, vt aliàs animaduertit Rot. *in Romana vineæ 12. Decembris 1672. §. & cum coram Rev. P. D. meo Tan*; tum etiam attentis pluribus, atque pluribus alienationibus præceden-

deotibus bonorum fideicommissariorum in considerabili
quantitate, vnà cum omissione inuentarij, optimè iustifi-
catir Summario Raynerij *à num.7. ad 16.* nec non declaratio-
ne emissa ab ijsdem venditoribus in instrumento dictæ sub-
rogationis, quod domus erat fideicommissaria, atque etiam
aperta confessione Ioannis Baptistæ, de legitima sibi tan-
8 gente, per ipsum iam consumpta; † Quibus omnibus si-
mul perpensis dubitari non potest, de tempore venditionis
domus detractiones omnes verè fuisse consumptas, vel sal-
tem onus incumbere Crispoldo, licet Reo, & possessori,
probandi contrarium ad tradita per Rota *decis.541. num.18.
cum pluribus seqq. par.5. & decis.123. num.16. & seqq. par.16.
recent. & cor. Dunozet. iun. decis.645. num.1. & 2. & in Ra-
uenaten. fideicommissi 29. Nouembris 1677. §. stante enim; con-
firmata 28. Martij proximi præteriti §. neque Possessores coram
R.P.D. meo Rondinino.*

Nullatenus releuante, quod instrumentum prædictæ
subrogationis, sine Consule, & anno dicatur informe, si-
quidem legitur productum pro parte eiusdem Crispoldi,
9 propterea † contra ipsum producentem benè probat Gloss.
*in l.1. §. editiones verb. die, & Consule vers. item quid si spon-
te,* Ias. *ibidem num.12. ff. de eden.* Crauett. *cons.275. num. 2.
vers. rursus, & in tract. de antiq. temp. sect.4. num.36.* Meno-
ch. *de præsumpt. lib.2. præsumpt.45. num.4. & 5.* Rot. *coram
Cecc in. decis.450. num.2.*

Minus subsistit altera retentio pariter per Crispoldum
prætensa vigore dotis Olimpiæ filiæ Ioannes Baptistæ, &
respectiuè nepotis testatoris, quæ dos contenditur soluta
mediante assignatione vnius domus habitæ per venditores in
10 computum pretij domus controuersæ, † sicque compete-
re istius emptori exceptionem Auth. *res quæ C. comm. de le-
gat. aduersus fideicommissarium,* quamuis in venditione nul-
11 la fuerit † expressa causa dotis iuxta notat per Fusar. *de sub-
stis. qu.531. num. 175. & sequen.*

Omisso namque, an domus tradita in dotem Olimpiæ
fuerit illa eadem recepta in computum pretij domus fidei-
commissariæ, quod vtique negabant informantes pro Ray-
nerio de Raynerijs, nihilominus satis visa fuit responsio,
domum, de qua agitur, minimè potuisse per hæredes gra-
12 uatos alienari pro dote, † retentis sibi bonis liberis, suc-
cessiuè in locum eiusdem domus subrogatis. Peregr. *de fideic.
art.42. num.69. idem* Fusar. *dictu qu.531. num.122.* Adden. ad
Buratt. *decis.641. num.22.* Rota *in Romana census 30. Ianuarij
1631. coram Dunoz. Iun. inter eius impress. decis.877.* confirma-
ta 25. *Iunij 1663. coram bo. me. Cardinale Vicecomite,* Præcipuè
etiam quia hæc domus nedum fuit à testatore particulari af-
fectione prædilecta, dum strictè prohibuit eam alienari,
verùm, quia extabant alia bona tali prohibitioni minimè
13 obnoxia, † ideò non potuit ista domus, neque ex causa do-
tis alienari, cum subsidiarium remedium *Auth. res quæ* su-
14 per bonis particulariter prohibitis alienari, † solùm com-
petat in defectum aliorum bonorum, vt specialiter distin-
guit Fusar. *de substit. qu.531. num.72.* Rota *decis.47. num.10.
par.5. recen. & fuit dictum in Firmanu fideicom. 4. Iunij 1668. §.
siquidem coram Reuerendissimo D. meo Beuilaqua Patriarcha
Alexandrino.*

Et ita vtraque parte informante resolutum fuit.

R. P. D. PAVLVCCIO.

Romana, seu Taurinen. Bonorum.

Mercurij 8. Iunij 1678.

ARGVMENTVM.

Plura complectitur hæc decisio, tam in iure, quam in praxi admodum necessaria, super diuersis clausulis æquè in contractibus, ac in iudicijs exerceri solitis, & consuetis, ac etiam super transactionis effectu, tam ad validitatem illius, quam vt impediatur, vel non impediatur ex ea prosequutio iudicij exequutiui, quod in præsenti facti specie iam fuerat introductum.

SVMMARIVM.

1 *Mandatum non potest relaxari, nisi reuocato prius alio mandato consimili alteri parti concesso.*

2 *Iudex mediante clausula* quam, & quas *potest sine alia reuocatione decreti, seu sententiæ prout in prima procedere.*

3 *Rota vigore clausulæ* si quid exequendum, *exequutiuè procedere potest.*

4 *Associatio non datur contra tertium, sed vide numero seqq.*

5 *Relaxatio, seu Retrocessio bonorum fideicommissi quatenus dicatur facta patri, potius nomine filiorum, quam proprio, velè contra.*

6 *Concordia prudenter facta non est vera alienatio, nec pœnam caducitatis meretur.*

7 *Transactio facta bona fide super bonis fideicommissi obligat etiam successores.*

8 *Mandatum procuræ ad transigendum non suffragatur, mutato notabiliter rerum statu, & num.32.*

9 *Laicus etiam non impetrata licentia superioris Ecclesiastici, liberè transigere potest.*

10 *Religiosus transigere nequit non petita licentia S. Congregationis.*

11 *Mandatum de associando vigore clausulæ* constituti *concedi non potest post aliud simile mandatum de associando concessum, & exequutioni demandatum.*

12 *Clausula* constituti *expirat, postea quam mandatum relaxatum est, ac etiam exequutum.*

13 *Clausula* quam, & quas *licet tribuat facultatem procedendi prout in prima, nihil operatur, si ita verè processum non sit, & num. seq.*

14 *Iudex vt vigore clausulæ* quam, & quas *possit prout in prima procedere, requiritur, quod hoc ad speciem deduxerit.*

15 *Rota, vt possit viam exequutiuam concedere, necessarium est, quod illi fuerint communicatæ facultates A. C.*

16 *Clausula* si quid exequendum *non suffragatur stante diuersitate materiæ, & mandati.*

17 *Clausula* Constituti *nihil operatur contra non habentem causam à constituente.*

18 *Obreptio habet locum etiam in contractibus, & numer. seq.*

19 *Contrahens non remanet obligatus si ei expressa non fuit, quæ illum potuissent à contrahendo retrahere.*

20 *Transactio super bonis fideicommissi facta ab eo, qui iam à fideicommisso ceciderat, & voluntati testatoris contrauenerat, nihil operatur.*

21 *Transactio facta cum occupatore bonorum fideicommissi, vt obliget successores, requiritur lis super existentia, & purificatione eiusdem fideicommissi.*

22 *Transactio super bonis fideicommissi fieri non potest cum illo, qui per sententiam iam fuit exclusus ab eodem fideicommisso.*

23 *Caducitatem euitare non potest, qui transactionis prætextu, scienter fideicommissum interuertit, & illius bona alienat in eum, qui nullum ius habet.*

24 *Transactio facta super bonis fideicommissi non obligat successores, qui numquam possederunt, nec possident.*

25 *Pater si interueniat in transactione facta per filias, ad auctorizzandas eorum personas dicitur interuenisse.*

26 *Consensus, & auctoritas patris in contractu filij intelligitur ad formam decisionum, ad quas ille se refert.*

27 *Promissio de rato nihil operatur contra illum, qui non ratificauit.*

28 *Nullitates non attenduntur, nisi sint de tribus substantialibus.*

29 *Nullitates, etiam quæ non sunt de tribus, considerantur tamen ad excludendum executionem decreti, vel mandati.*

30 *Executionem mandati excludit recessus à lite.*

31 *Recessus à lite parat exceptionem litis finitæ, & impedit litis ingressum, ac etiam executionem mandati relaxati.*

32 *Transactio facta vigore mandati procuræ postea quam rerum status fuit mutatus, non substinetur, sed vid. num. seqq.*

33 *Sententia interim lata, & in iudicatum transacta, tollit transactionem factam vigore mandati procuræ antecedenter emanati.*

34 *Transactioni non est locus lite finita per sententiam, quæ etiam in iudicatum sit transacta.*

35 *Decisiones Rotales sunt actus merè extraiudiciales.*

36 *Transactio validè fit etiam post sententiam, si ab ea fuerit appellatum.*

37 *Appellatione pendente res adhuc dicitur dubia.*
38 *Mandatum generale factum ad transigendum semper durat, donec reuocatum sit, & nu. seq.*
39 *Mandatum procuræ, illiusque reuocatio depedet à voluntate mandantis.*
40 *Consensus, Beneplacitum, & ratihabitio ex quibus resultet.*
41 *Transactio valida est exceptio litis finitæ.*
42 *Immissioni, aut associationi locus esse non potest, si transactio sit de medio.*
43 *Transactio per tres conformes reuocari debet, antequam associatio, vel immissio concedenda sit.*

DECISIO CCXXXVII.

POst plures decisiones coram R. P. D. meo Taia fuit relaxatum mandatum de associando in fauorem P. F. Io: Pauli, & Capitanei Petri Antonij fratrum de Pichis contra Comitem Adrianum, & eius filios de Torellis pro consecutione tertiæ partis bonorum ab ipsis recuperarorum ex causa fideicommissi iuxtà cōuentionem initam in instrumento retrocessionis iurium factæ eidem Comiti Adriano per fratres prædictos de Pichis, à quo mandato appellatione interposita, commissaque mihi causa cum clausula, *si quid exequendum*, occasione transactionis inter Partes subsequutæ inquirendum proposui.

An mandatum Rotale sit exequendum, an verò obstet transactio in casu &c.

Et dubitandi ratio pendere ex eo maxime videbatur, quia mandatum dicebatur validum, & iustum, adeoque exequendum, Validum; vtcumque fuerit relaxatum, non
1 reuocato alio † mandato consimili concesso ab A. C. † quia
2 cum commissio sit cum clausula *quam*, & *quas* potuit Rota, sine præuia reuocatione, & tanquam in prima procedere, Coccin. *decis.* 881. *num.* 4. & 5. Rota *coram Manzaned. decis.* 714. *num.* 2. Et si non fuerint Rotæ communicatæ facultates A. C. tum quia in commissione adest clausula, si quid exe-
3 quendum, † quæ etiam in Rota viam exequutiuam præseruat, Bich. *dec.* 574. *n.* 25. & *seqq.* Card. Cels. *decis.* 92. *n* 16.

Iustum verò, cum iustitia resultet ex tribus decisionibus editis coram R. P. D. meo Taia; eamque non turbat, quod census, ad quem pro tertia parte fuit concessa associatio
4 non fuerit vnquam possessus à Comite Adriano, † sed ab eius filijs, contra quos vtpote tertios non potest concedi associatio, quia satisfacit decisio 27. Martij 1675. §. *non contrarium*: Occupatores siquidem relaxarunt bona fideicommissaria Comiti Adriano principaliter, & primariò, cum prior ad ea esset vocatus, & succedere in ipsis deberet, antequam eius filij succederent.

Neque attendi debet, quod bona fuerint recuperata ex causa litis motæ à filijs, quibus censetur facta relaxatio, & non Comiti Adriano Patri, vel ij Patri, ad summum tanquam administratori; quia eius nomine non fuit lis mota, eòquod bonis ipsis per cessionem renunciauerat, verum reprobata retrocessione, bene ipsi tanquam successori in fideicommisso facta fuit relaxatio, vt in dicta decisione R. P. D. mei Taiæ.

Minuique officit, quod Comes Adrianus ecciderit à fideicommisso faciendo alienationem bonorum pro tertia parte in fratres de Pichis.

Quia non ea est hæc alienatio, quæ pœnam mereatur ca-
5 ducitatis, † cum sit concordia prudenter facta, vt vitarentur iura, & facilius possent bona fideicommissi à detentori-
6 bus euinci, † & ideò facta bona fide obligat etiam successores, Rot. *coram Cels. decis.* 101. *num.* 3. & *coram Royas decis.* 477. *in fine*, & *decis.* 13. *in princ. par.* 14. *recent.* & non pro fructibus tantùm percipiendis, & durante vita Comitis Adriani, sed & pro translatione dominij subsistere debet.

Quod verò ad secundam dubij partem, non videbatur obstare posse transactio; quia cum mandatum ad transigendum factum fuerit P. F. Io: Paulo, qui transegit, & nomine Conuentus sui, & fratris, de an. 1667. longè antea quam
7 prodierint decisiones Rotales, † & relaxatum sit mandatum de associando, inseruire non potest, murato notabiliter rerum statu, iuxta *cons. Rum.* 67. *n.* 8. & *seqq. lib.* 4. Bich. *decis.* 500. *nu.* 34. & *seqq.*

Et quamuis super approbatione concordiæ fuerint porrectæ preces Sac. Congregationi Episcoporum, & Regularium, & subsecuti actus pro earum verificatione coram Eminentissimo Vrbis Vicario.

Attamen non possunt hæc suffragari pro approbatione concordiæ, & ratificatione mandati ex parte Petri Antonij, qui laicus poterat sine vlla facultate impetrata à Sac. Congregatione transigere, † sed quæcumque sunt gesta, 8
censentur facta ad instantiam P. Fr. Io: Pauli, qui erat in causa, & † tamquam Regularis inconsulta Sacra Congre- 9
gatione, & non impetrata ab eadem facultate transigere non poterat, Rot. *coram Pen. decis.* 1220. *num.* 8 Bich. *decis.* 500. *nu.* 48. & ideo nullius momenti videbatur transactio.

Quibus nihilominus posthabitis, placuit DD. opposita resolutio, & mandatum non exequendum, obstareque transactionem asseruerunt.

Validitatem mandati non approbarunt, quia cum fuerit relaxatum vigore clausulæ constituti insertæ instrumento retrocessionis, † hoc fieri non poterat, quando A. C. 10
aliud simile mandatum de associando relaxauerat, † quod 11
& fuerat iam executioni demandatum; Vnde virtus clausulæ Constituti iam expirauerat, † Ridolph. *in prax. par.* 2. 12
cap. 5. *num.* 61. Caualer. *decis.* 5. *num.* 4.

Neque robur sumere potest à clausula *quam*, & *quas*
† commissioni inserta; quia esto, quod Rota procedere 13
posset, prout in prima, attamen de facto non ita processit, nec † clausula ipsa fuit ad speciem reducta, prout fieri de- 14
bere, notat Coccin. *decis.* 1982. *numer.* 8. & 9. maxime cum vnum mandatum sit ab alio diuersum, vt in hoc casu, in quo A. C. relaxauerat mandatum pro annuis scut. 200. Rota vero relaxauit aliud pro associatione ad tertiam partem
† bonorum, potissimum cum non sint communicatæ fa- 15
cultates A. C. prout asserit necessarium, Coccin. *decis.* 78. *numer.* 9.

Quæ ratio est, † vt neque possit suffragari clausula *si quid* 16
exequendum stante diuersitate materiæ, & mandati, in quibus terminis non loquuntur decisiones coram Cels. 92. *num.* 16. & *coram Bich. dec.* 574. *nu.* 23. quæ supponunt materiæ identitatem.

Et augetur fortius, respectu Comitis Pij, & aliorum fratrum de Torellis possidentium, qui non contraxerunt cum fratribus de Pichis, nec partem aliquam habuerunt in instrumento, cui fuit adiecta clausula *Constituti*, † quæ non 17
operatur contra non habentes causam à constituente, Post. *de manut. obseru.* 20. *n.* 32. Seraphin. *decis.* 300. *num.* 6. Caualer. *decis.* 28. *num* 6.

Iustitiam verò eiusdem mandati excludere illud fuit visum, quod instrumentum retrocessionis, cuius vigore agitur, non caret dolo, quia retrocessa fuere in ipso iura iam extincta per sententiam, quæ destituta appellatione iam transierat in † iudicatum, quod tamen fuit supressum à 18
retrocedente, qui geminam sententiam contrariam passus fuerat; alteram nomine proprio, & fratris; alteram verò tanquam cessionarius, & ideò retrocessionarius non remanet obligatus, † cum ei non fuerint expressa, quæ ipsum pos- 19
sent à contrahendo retrahere Alexan. *cons.* 14. *numero quarto lib. quinto* Surd. *consil.* 13 *numer.* 34. & *seq.* Menoch. *consil.* 1178. *num.* 16.

Immò, & eo magis, quo per hoc ipsum instrumentum retrocessionis Comes Adrianus retrocessionarius exciderat ab omni fideicommissi iure; promittens enim tertiam partem bonorum, † quæ recuperare contigerit, contraue- 20
nit expresse voluntati testatoris fideicommittentis, qui alienationem prohibuit sub pœna caducitatis; non enim huiusmodi promissio facta fuit occupatori, aut detentori ad bona ipsa euincenda, † quod casu concordia obligat successo- 21
res, maxime si controuersia sit super fideicommissi existentia, & purificatione, Card. Cels. *decis.* 101. *num.* 3. & *decis.* 13. *in princ. par.* 14. *recentior.*

At verò promissio facta in retrocessione de participanda tertia parte † & cum tertio iam excluso à fideicommisso 22
per sententiam, † & ideò promittens interuertit fideicom- 23
missum, & cum sciente id faciat, non potest se excusare, aut subtrahere à lege caducitatis, tanquam alienans, *l. pero §. fratre iuncta l cum pater §. libertis ff. de legat.* 2. Caualer. *decis.* 34. *numero sexto* & *decis.* 69. *numero secundo* & *decis.* 108. *numero primo.*

At extra omne dubium est, quod hæc Comitis Adriani conuentio, seù concordia non obligauit Comitem Pium,
† & alios eius filios, cum nunquam ipsi possederint, nec ho- 24
die possideant, & causa super fideicommisso non fuit commissa in Rota instante Comite Adriano, sed Comite Pio, & alijs eius filijs, in quorum fauorem prodiere decisiones coram *Card. Celso* 338. & *coram Oralora decis.* 172. *part.* 14. *recentior.*

Ne-

Neque vrget, quod Comes Adrianus interuenerit in tran-
factione inita à filijs cum occupatore, seù detentore fidei-
25 commissi, quia cum ipse non esset in causa, † censetur in-
26 teruenisse ad auctorandas personas filiorum, † præcipuè
cum verba concordiæ se referant ad decisiones Rotales pro
filijs emanatas, Rota *decis.281. num.16. & seq. part. 14. re-
cent. & decis.23. numer.25. & decis.49. numer.19. part. 15. re-
centior.*

Non attento, quod retrocessionem acceptauerit, & inie-
rit nomine etiam filiorum, pro quibus promisit de rato;
27 † quia cum non ratificauerint, nulla eorundem consurgere
potest obligatio, ex eo, quod in hac parte causam à Patre
non haberent, *l. ab eo C. de fideic.*

28 Et quamuis nullitates non consueuerint attendi, † nisi sint
de tribus substantialibus Rot. *coram Gregor. decis.192. num. 5.
29 & 508. num 2. & coram Cels. decis.210. numer.9.* † hæ tamen
vilæ sunt considerandæ ad iustius excludendam executio-
nem decreti, Merlin. *decis.11. num.* 20.

Quam eo magis impediri DD. dixerunt à transactione
inita de anno 1677. inter filios de Tautellis, & P. Fr. Io:
Paulum de Pichis, non solum nomine proprio, sed tan-
quam Procuratorem Capitanei Petri Antonij eius fratris,
quæ per extensum data fuit in Summario, & per quam so-
lutis scut.750. pro vna vice tantum, in forma, de qua in
instrumento transactionis recessum fuit hinc inde à lite præ-
30 senti, † qui sane recessus excludit executionem mandati,
31 cum dicat exceptionem peremptoriam litis finitæ, † quæ
ingressum litis, ac proinde mandati executionem impe-
dit, *l. fratris tui C. de transact.* Rot. *decis.* 300. *numer. 2. par.
16. recent.*

Neque validitatem transactionis tollit defectus auctori-
tatis in P. Fr. Io: Paulo transigente ex eo, quod mandatum
ad transigendum factum fuerit anno 1667. Transactio au-
tem ipsa anno 1677. sicque post decisiones Rotales emana-
32 tas, ac mutatum rerum statum, † & relaxatum manda-
tum de associando, quasi impetita auctoritas euanuerit,
iuxtà *cons. Ruin.67. num.8. lib. 5.*

Quia vrgeret quidem obiecto si ante transactionem super-
33 uenisset † sententia, quæ etiam fecisset transitum in iu-
dicatum, in quibus terminis loquitur Ruin. *d. cons.67. num.
8.* vbi, & de excessu finium mandati ad transigendum agit,
ex quo etiam capite ibi transactio mutabat; lite enim fini-
34 ta per sententiam, † quæ transierit in iudicatum, locus
non est transactioni, *l. si causa cognita C. de transact.* cum sit
de re dubia, & litigiosa, non gratuita pretio, *l.1. ff. de
transact.*

At verò in hoc casu nulla intercessit sententia, sed solæ
35 decisiones Rotales, † quæ sunt merè extraiudiciales; à
36 relaxatione verò mandati interposita fuerat † appellatio,
qua stante, omninò valide transigitur, *d. l. si causa cognita
C. de transact. l. post rem ff. eodem* Decian. *respons. 56. numer.
37 27* cum res adhuc sit dubia, † & litigiosa, & sub Iudice,
l.2. C. de transact. Rot. *decis.107. num.6. par.15. rec.*

Magisque cum mandatum non fuerit restrictum ad cer-
38 tum tempus, † aut certam instantiam, sed generale, &
39 pro litibus factis, & faciendis; † Vnde durat donec osten-
datur reuocatum voluntate mandantis, à qua omnino de-
pendet, *l. si verò §. penult. l. si quid §. 1. ff. mand.*

Sed & ei accesserit de recenti licentia Sac. Congregationis
Episcoporum, & Regularium, & eius virtute decretum
Eminentissimi Vrbis Vicarij anno scilicet proxime præteri-
to, nedum pro P. Fr. Io: Paulo transigente, sed & pro Ca-
pitaneo Petro Antonio eius fratre, in cuius potiorem vtili-
40 tatem transactio gerebatur, † quæ omnia faciunt præsumi
eiusdem Capitanei consensum, beneplacitum, & ra-
tihabitionem ad tradita per Rota *decis. 337. parte 17.
recentior.*

41 Transactione igitur † stante cum necessario mandato,
& solemnibus inita, quæ est exceptio litis finitæ *cap.1. de lit.
42 contest. in 6. & ibi* Gloss. *in verbo finita*, locus † immissio-
43 ni, aut associationi esse non potest, nisi transactio † re-
scindatur, & tollatur de medio per tres sententias confor-
mes, Caualer. *decis.550. num.2. & 3.* Rot. *decis.86. numer. 8.
par.6. recent.*

Et ita resolutum vtrunque &c.

R. P. D. TAIA.

postea S. R. Ecclesiæ Cardinali.

Æsina Bonorum.

Mercurij 8. Iunij 1678.

ARGVMENTVM.

Prætendebatur creditum ex transactione, vel fuisse extinctum, vel saltem præscriptum, sed neutrum subsistere visum est, quia quietantia, licet generalis, restringebatur, tamen ad rem, de qua agitur, & eo magis, quia agebatur de credito, quod purificari debuerat ex morte, & ideo illud non erat necessarium, nec poterat dici ex causa de præsenti Præscriptio verò pariter cessabat, quia non erat quadragenaria, prout in obligatione Camerali, & iuramento requiritur.

SVMMARIVM.

1 *Hæres quandoque instituitur ille, qui habet nomen testatoris, in honorem ipsius.*
2 *Substitutio facta si sine filijs expirat per mortem etiam cum vnica filia.*
3 *Sine Filijs decedere non dicitur, qui obijt cum vno, vel vnica filia.*
4 *Debitum dicitur extinctum ex quietantia inuicem generaliter facta.*
5 *Creditum, & debitum in quietantia, seu transactione generali, si non continetur inter præseruata, comprehenditur inter remissa.*
6 *Quietantia, seu transactio licet generalis semper restringitur ad ea, de quibus est actum.*
7 *Debitum non potest dici remissum, vel extinctum, si purificari debuerat ex morte, & ita non erat necessarium, & ex causa de præsenti.*
8 *Præscriptio quadragenaria requiritur in obligatione Camerali, & vbi agitur de iuramento.*
9 *Vsufructuario defuncto bona reuertuntur ad proprietarium, qui ab eo tempore in illis incipit ius habere.*

DECISIO CCXXXVIII.

DVo fratres Ioannes Nicolaus, & Balthassar de testamento Benedicti fratris litigantes transegerunt, & conuenerunt præcipuè: Che Baldassar dopo la sua morte consegnarà à Gio: Nicolò suo fratello tante Terre con le Case ad elettione di Baldassar per la valuta di scudi 1200. da stimarsi da due Periti con patto, che se Baldassar in vita non dichiarasse &c. & Ioannes Nicolaus concede à Balthassar durante la vita di lui l'vsufrutto della Possessione di Piceitù, qual vsufrutto dopo la morte di detto Baldassar ipso facto resti à Gio: Nicolò, e suoi heredi senza alcuna eccettione, e di più detto Gio: Nicolò concede al medesimo Baldassar durante la vita di lui, e della moglie l'habitatione della Casa vecchia, e che essi morti ricada à Gio: Nicolò, e suoi senza poter allegare eccettione alcuna 20. Octobris 1622.

Balthassar viuens declarauit Terras velle consignare in prædio Maccarati per duos Peritos extimandas 7. Augusti
1624. Obijt Balthassar Senior hærede scripto Balthassare
Iuniore fortè in honorem nominis sui, † vt ille in §. *pater* 1
cum filia l. cum filius 76. ff. de leg. 2. Deindè obijt secundus Ioannes Nicolaus, qui exheredatis Angelo, & Desiderio filijs masculis, instituit hæredes Theodorum, & Balthassarem nepotes suos ex Angelo filio cum substitutione, vt infra: E morendo Teodoro, ò Baldassare senza figli, che la parte della mia eredità vada all'altro suo fratello, non intendendo però d'escludere le figlie femine, le quali voglio, che succedano quando non vi siano figli maschi, tertia obijt Petra Balthassaris Senioris vxor, & vltimus obijt Theodorus hæres Ioannis Nicolai ex semisse cum Balthassare fratre hærede ex alio semisse, relicta vnica filia Camilla, nunc viuente, quæ agens contra Balthassarem Patruum obtinuit ab A. C. mandatum executiuum contra bo-

S 2 na

na hæreditaria Balthassaris Senioris pro scut. 600. rata dd.
scut. 1200. iuxtà æstimationem Peritorum præcedentem, &
adhuc mandatum de associando ad medietatem Prædij, &
domus.

Appellante autem Balthassare, commissaque causa Rotę,
& hodie proposito dubio: An mandata relaxata ab
A. C. sint exequenda, DD. vnanimes exequenda di-
xerunt.

Nec placuit ratam Theodori fuisse debitam Balthassari
cohæredi ex certa parte substituto; ibi morendo Teodoro,
a ò Baldassar senza figli, † voglio che la parte della mia ere-
dità vadi all'altro suo fratello: Deficit enim conditio, mor-
tuo Theodoro cum filijs filia Camilla, non enim est sine li-
3 beris, cui † vel vnus filius, vel vna filia est *l. non est 142.*
ff. de verb. signif. & abunde Fusar. *de substit. ab initio qu. 402.*
& ibi Rota in multis decisionibus, & præcipuè *decis. 317.*
num. 3. par. 1. recentior. Confirmante antecedentem cum
alijs, & alibi millies, itaut hæc sit indubitata opinio, &
ipse testator declarauit: Non intendendo però d'escludere
le figlie femine, le quali voglio, che succedino, quando
non vi siano figli maschi, ex quibus videtur induci vocatio
fæminarum hæredum grauatorum deficientibus masculis,
& licet contradicerent informantes pro Balthassare, quod
apud Doctores sit incontrouersum, & incontrouertibile
fæminam filiam Theodori exclusam esse à Balthassare ma-
sculo, superadditis aliquibus coniecturis ex testamento, &
testamentarijs verbis morendo Teodoro, e Baldassar senza
figli, che la parte della mia eredità vada all'altro suo fra-
tello: planè recadere debet alteri nisi extent filij alterius de-
cedentis positis in conditione in reciproca substitutione, &
planius se declarat testator non intendendo, excludere le
figlie femine.

Minus placuit coniectura ex Codicillo Ioannis Nicolai
11. Septembris 1638 post testamentum 5. Decembris 1635.
qui sciens instituisse hæredes æquis partibus Theodorum,
& Balthassarem nepotes, & Balthassarem nepotem fuisse
institutum vniuersalem hæredem à Balthassare proprio fra-
tre melioris que conditionis futurum Balthassarem Theodo-
ro, volens inter eos quantum possibile erat seruare æquali-
tatem bonorum, quatenus hæreditas Balthassaris Senioris
deueniret in Balthassarem iuniorem nepotem, tunc præle-
gauit quasdam possessiones Theodoro, ex qua voluntate
seruandi æqualitatem in quantitate bonorum, inferebant
informantes pro Balthassare, voluisse etiam seruare quãtum
possibile erat æqualitatem in qualitate, vt sicut hæreditas
relicta Balthassari erat arctissimo fideicommisso supposita
fauore masculorum cum exclusione fæminarum, sic essent
supposita fideicommisso cum eadem exclusione fæminarum
bona prælegata Theodoro, ne aliàs insurgeret inæqualitas,
quod Theodorus haberet bona libera transitoria ad fæmi-
nas, Balthassar verò bona vinculata numquam ad fæminas
peruentura.

Quia Ioannes Nicolaus Codicillans amans nepotes suos,
& videns, quod Balthassar ditior foret Theodoro, causa
hæreditatis acquirendæ Balthassaris fratris sui, satis habuit
quod satis voluit seruare æqualitatem, quo quomodo vltra
non cogitans, nec prouidens, tàm subtiliter nisi forte dica-
mus, quod voluerit prouidere simpliciter, & liberè præ-
legandu certos fundos multo minores tamen comparatione
hæreditatis Balthassaris, & voluit quoquomodo hac liber-
tate prælegati æquiparare successione hæreditatis pinguis,
sed grauatæ pluribus vinculis.

Neque similiter placuit alia exceptio de credito extincto
ex transactione 29. Aprilis 1648. in qua Ioannes Nicolaus, &
Balthassar ex causa hæreditatis Benedicti fratris, & admi-
nistrationis gestæ à Baltassare dd. bonorum hæreditariorum:
Il medesimo Baldassare fà fine, e quietatione generale à
Gio: Nicolò &c. E la detta quietatione fà non solo rispetto
alli conti, & administratione sudetta, ma per qualsiuoglia
pretensione, negotio, & interesse di dare, & hauere, si come
anco dall'altra parte Gio: Nicolò per se, † e suoi approua, e
4 ratifica li conti di detta amministratione, assolue, e libera, e fà
quietatione generale al medesimo Baldassar &c. Ex quibus
excipiebatur pro Balthassare de debito extincto, vt supra al-
5 legata decisione coram *Bich. 332. num. 7. & 8.* † Addito,
quod alia præseruata fuerit, vnde si hoc creditum non sit
inter præseruata, sit inter remissa iuxta *decis. 229. num. 27.*
à vers. nec nouo, quia in transactione par. 11. & dec. 249. num.
5. à vers. concurrit etiam par. 15. præsertim lapsis tot annis à
morte Balthassaris anno 1640. quibus Theodorus Camillæ
Pater nihil petijt vnquam.

Quia concordia, & computatio, seu rationum dispun-
ctio, & transactio fuit super administratione, & ex causa
ipsius administrationis rerum communium, † vnde libera- 6
tio quantumuis generaliter concepta restringitur ad ea de
quibus est actum §. *Lucius Titius l. emptor prædij 48. ff. de*
pact. & ibi notat Bart maximè, quod hoc debitum, quod
prætenditur, aut remissum, aut extinctum nondum con-
stabat, cum purificandum esset ex morte, † & à morte Bal- 7
thassaris, & ita non erat necessarium, & ex causa de præ-
senti, vt in opposita coram *Bich. decis. 332. d. num. 8.* & vtrin-
que abhominandus erat tristis euentus † præmorientiæ 8
Balthassaris, & superuiuentiæ Ioannis Nicolai ad super
his transigendum.

Taciturnitas verò tanti temporis non morosa, sed casua-
lis visa est, nam ab an. 1640. obitus Balthassaris Senioris,
vsque ad annum 1658. obitus Ioannis Nicolai, & hic anno-
rum 18. nihil præiudicialis fuit, præsertim nondum aper-
ta successione Theodoro, & à morte ipsius Theodori aper-
ta successione Camillæ anniculæ natę præcedente anno
1657. in annum 1669. nulla præscriptio perfecta est, † & ta- 9
men quadragenaria hic requireretur, tàm ex actione vigore
obligationis Cameralis, quàm ex solo quoque iuramento
Seraph. *priuil. 57. ex num. 1.* Rota *decis. 417. num. 12. part. 16.*
cum alleg.

De mandato de associando minus dubium fuit, quia cum
bona fuerint à Ioanne Nicolao data in vsumfructum Bal-
thassari planè cum reseruatione proprietatis, Camilla vti
hæres ipsius Ioannis Nicolai potest petere associationem vti
Domina finitus enim fuit vsusfructus morte vsufructuarij,
& reuersus ad proprietatem, & ex eo tempore nudę proprie-
tatis Dominus incipit plenam in re habere potestatem §. *pe-*
nult. & vlt. instit. de vsufruct.

Et ità vtraque parte informante resolutum fuit.

R. P. D. RONDININO.

Papien Bonorum.

Mercurij 8. Iunij 1678.

ARGVMENTVM.

Agitur de obligatione mulieris facta fauore emptoris bonorum fideicommissi, quæ cum non fuerit reducta ad simplicem remissionem hypothecæ, veram obligationem importat, de cuius iuribus emptor, non autem possessor immissus à iudice excipere potest, quia ille non erat legitimus possessor; hic autem se pro spoliato non habebat; Rursùs de dotis assecuratione tractatur, quæ constante matrimonio con conceditur, nisi priùs concludenter probata vergentia viri ad inopiam, maximè contra tertium.

SVMMARIVM.

1 *Mulieris obligatio facta pro viro nomine proprio, & insolidum, non reducitur ad simplicem consensum, & remissionem hypothecæ, sed veram obligationem importat, & nu. 2.*

3 *Decreto iudicis interposito, omnia ritè, & rectè gesta præsumuntur.*

4 *Mulieris vel minoris contractus cæteras solemnitates non requirit, si Princeps supremus illos cum solo iudicis decreto fieri mandauit.*

5 *Possessor ad tuendam suam possessionem non excipit de iure tertij, si adhuc legitimus possessor non sit.*

6 *Possidens vigore sententiæ iudicis à quo, adhuc dicitur non possidere in gradu appellationis interpositæ.*

7 *Possessor legitimus quis dicatur attenditur litis initium.*

8 *Actor quis sit, vel reus ad effectum agendi, vel excipiendi litis spectatur initium.*

9 *Emptor potest excipere de iuribus creditorum anteriorum, dimissorum ex pretio rei emptæ, à se soluto.*

10 *Cessio licet requiratur ad effectum agendi, non tamen est necessaria ad effectum excipiendi.*

11 *Possessor sua possessione priuatus per iudicem, à quo, adhuc habetur pro possessore in gradu appellationis.*

12 *Appellatio suspendit effectum sententiæ, etiam quod illa fuerint exequuta.*

13 *Mu-*

13 *Mulier constante matrimonio non agit pro assecuratione suæ dotis, nisi prius concludenter probata vergentia viri ad inopiam.*
14 *Vergentia viri ad inopiam probari debet concludenter quando agitur contra tertium possessorem.*
15 *Assecurationi dotis quatenus sit locus constante matrimonio, ob vergentiam viri ad inopiam, & an illius excussio necessaria sit.*
16 *Dotis restitutionem vigore* auth. res quæ C. com. de legat. *Primogenitura ascendentis non impedit.*
17 *Tertius possessor bonorum fideicommissi ad tuendam suam possessionem potest excipere de iuribus mulieris sibi obligatæ vigore* auth. res quæ C. comm. de legat.
18 *Hæres tenetur seruare factum defuncti, donec exhibito inuentario rationem reddat.*
19 *Sententia iniusta non priuat possessorem sua possessione, nisi ille habuerit se pro spoliato.*

DECISIO CCXXXIX.

BOnum ius Comitis Hieronymi Hyacinti de Ruare, etiam ad effectum manutentionis, de quo Dominis constitit ipso solum audito; iterum hodie informantibus Comitissa Christina Parella, & Comite Benedicto de Tapparellis Coniugibus, assistere adhuc eidem D. Comiti de Ruere visum est, prout R.P.D. Valliatus ab A. C. deputatus iudicauerat, qui per decretum manutentionem eidem Comiti concessit, & per sententiam reuocauit illam Internuntij Taurinen. aduersus eundem Comitem latam permanendo in decisis 14. * Martij 1678. coram me.

Visa sunt enim subsistere tria fundamenta decisionis, quorum primum innititur obligationi, quam habet Comes de Ruere emptor controuersorum bonorum vnà cum promissione de euictione Comitissæ Eleonoræ vxoris Comitis Gasparis Tapparelli venditoris vsque ad medietatem dotis, dotalibus iuribus translatis in Comitem de Ruere empto-
1 rem, † quibus tamquam anterioribus, ipsa repellit Comitissam Christianam vxorem Comitis Benedicti de Tapparellis, qui prædicti Co. Gasparis pariter de Tapparellis filius est, pro sua dote assecuranda, agentem veluti poste-
2 riorem, vt in decisione probatur, † cùm contrahentes non steterint in terminis simplicis remissionis hypothecæ, in quibus loquuntur Andreol. *contr. 162. ex nu. 2.* Moder. Caotianen. *allegat. 4. num. 31. ad 35. vol 1. & in appendic. num. 32. & 33.* Thomat. *decis. 109 ex num. 10.* Galerat. *de renunciat. centur. 5. renunciat. 66. sub num. 13. in decimatertia declaratione*, Rota *in Romana Saluiani coram* Manzaned. *apud* Marches. *de commiss. super Eugeniana par. 2. n. 7. pag. 469. & coram Dunoz. iun. dec. 699. num. 3.*

Neque defectus solemnitatum Statuti irritat promissionem euictionis Comitissæ Eleonoræ, quibus tamquam anterioribus, vt dictum est, atque in seipsum translatis, Co. de Ruere emptor repellit Comitissam Christinam agentem pro assecuratione suæ dotis cum Serenissimus Dux Sabaudiæ, non obstantibus prohibitionibus legum, decretorum, & quocumque contrario, vt sunt illius verba, delegauit Iudicem ad interponendum suum decretum, constito de
3 rationabili veritate precum. † Decreto autem interposito, omnia ritè, ac rectè gesta fuisse credendum est, sublatis alijs solemnitatibus legum, & statutorum ex Principis
4 indulgentia, † qui ex primo ordine Senatori in Iudicem deputato cognitionem commisit, ad text. *in l. 2. vbi* Bald. Salicet. & alij, *C. quand. decr. opus non est*, Menoch. *cons. 478. num. 34. & seqq.* Cyriac. *controu. 200. ex num.* 20. Surd. *decis. 268. ex num. 1.* Et tamen hæc nullitas vt non proposita ab ipsa Comitissa Eleonora, non potest adduci, vt subditur in præcedenti decisione Causæ à Comitissa Christiana, quamuis vtpotè possidens dicatur, illam excipere posse de
5 iure tertij ad tuendam suam possessionem, † cum tempore motæ litis, & latæ sententiæ in partibus Co. de Ruere possideret, atque ideo cum appellauerit à sententia contraria,
6 neque se habuerit pro spoliato, sed animo retinuerit † ciuilem possessionem, non potest illa dici perfectè quæsita Comitissæ Christinæ, quæ adhuc dicitur non possidere, inspe-
7 cto tempore litis ante sententiam, † quod attendendum est ad dignoscendum, quis in litis initio possideret, necne, vt
8 quis esset actor, vel reus, † ad effectum agendi, vel excipiendi, vt tradunt Canonistæ *in cap. significauerunt*, vbi Felin. *nu. 13. de except.* Bald. *in l. si quis n. 3. C. de appellat.* Crauett. *cons. 182. num. 2.* Rota *coram Mohedan. decis. 5. de iudic. & rec. par. 6. decis. 254. sub nu. 2. & 4. & par. 8. decis. 243. n. 12.* & 13. *cum alijs in præcedenti decisione huius causæ 14. Martij 1678. §. iura autem, & §. seq. coram me.*

Secundum decisionis fundamentum pariter subsistere videbatur, quod nempè maior pars pretij per Comitem de Ruere emptorem soluti, cesserit in redemptionem eorundem bonorum ante constitutionem dotis Comitissæ Christianæ distractorum, cum pacto redimendi, reportata iurium cessione à primis emptoribus, vnà cum pacto de subingrediendo in eorum iuribus, vt ex litera ipsius instrumenti. Et tamen attenta possessione bonorum emptorum, in qua existebat Comes de Ruere tempore motæ litis, quod
vt mox dictum est, attendi debet, † liceret ei excipere de 9
iuribus anterioribus creditorum dimissorum ex pretio rei emptæ à se soluto, citrà illam cessionem, quæ requiritur
ad effectum agendi, † non verò ad effectum excipiendi, 10
iuxtà text. *in l. cum prior ff. de distract. pignor & in l. 1. ff. quib. mod. pign. vel hypoth. solu.* Gratian *discept. 269 num 8. & seq.* Merlin. *de pignor. lib. 4. quæst. 44. nu. 2. & seqq.* Rota *recent. par. 6. decis. 135. nu. 7. & 12. & seqq.* & alijs adductis *in Auenionen. bonorum 26. Ianuarij 1671. § non obstat, coram Reuerendiss. D. meo Albergato Decano*; Sufficit autem possessio tempore inchoati iudicij, quamuis Comes de Ruere hodie
non possideat, † quia habetur ac si possideret, pendente 11
appellatione, † quæ suspendit effectum sententiæ aduersus 12
eum latæ, vt in præcisis terminis post alios Rota *coram Mantica decis. 69. num. 3. & 4.*

Denique subsistit etiam tertium decisionis fundamentum, quod scilicet Comitissa Christina non potuerit intentare iudicium associationis constante matrimonio pro asse-
curatione suæ dotis, † nisi prius concludenter probata ver- 13
gentia viri ad inopiam. Et quamuis hodie replicetur, quod cum Maritus, & Socer essent in solidum obligati pro restitutione huius dotis, sufficiat probatio inopiæ alterius, videlicet Soceri, prout in casu nostro, tamen replicatio nullum habet fundamentum, neque in iure, neque in facto. Non in facto, quia notula data status hæreditatis Gasparis, est scriptura informis, quæ nullam facit probationem; Non in iure, quia iuxtà magis receptam sententiam non sufficit informis notula, sed requiritur probatio iuridica ipsius ino-
piæ, † quando agitur aduersus tertium possessorem, illius- 14
que creditorum præiudicium inuoluitur, extraiudiciali notula non inferendum vsque ad euidentissimam probationem, inquit Vulpian. de quo *in l. si constante 25.* & ibi præ alijs optimè distinguens Petr. Barbos. *sub num. 61. ff. solut. matrim.* Vrsil. *ad Afflict. decis. 9. in fin.* Fenzon. *ad Stat. Vrb. lib. 2. cap. 129. sub num. 7. & num. 31.* Merlin. *de pignor. lib. 3. quæst. 73. num. 21.* Rota *coram Coccin. decis. 2532. num. 8. 11. & seqq. & in Romana Vineæ 26. Februar. 1666 §. ex quibus coram Reuerendiss. D. meo Albergato Decano, & in Romana, seu Narnien. Censuum 6. Februarij 1668. sub §. non obstat, coram bo. me. Priolo*; quidquid sit an requiratur excussio Mariti, in quibus terminis, non autem in sententia, qua pronunciatur
nos versari in aliquo ex casibus, † in quibus constante ma- 15
trimonio est locus assecurationi dotis, loquitur in contrarium adducta *decis. 258. n. 12. post* Zacch. *de oblig. Camer.*

Neque bonum ius Comitis de Ruere tollitur ex prætenso supplemento primogenituræ, quod Comes Benedictus de Tapparellis prætendit ex bonis Comitis Gasparis Patris controuersorum bonorum venditoris. Etenim, vt dictum est in præterita decisione ante finem, Comitissa Eleonora vxor vendentis, & mater actoris, quam Comes de Ruere emptor repræsentat, est creditrix occasione dotis, cuius re-
stitutionem in bonis ascendentium, qualia sunt ista, † non 16
valet primogenitura ipsa impedire, iuxtà vulgatum text. *in auth. res quæ C. comm. de legat.* & in terminis ad tuendum
† possessorem considerauit Rota *in Imolen. fructuum Census* 17
4. Martij 1672. §. cum igitur coram Reuerendiss. D. meo Albergato Decano. Eo magis, quia Comes Benedictus vir Comitissæ Christinæ, est hæres Comitis Gasparis Patris vendito-
ris, † cuius proindè factum seruare tenetur quousque exhi- 18
bito inuentario rationem reddat, *vulgata l. cum à matre C. de rei vendicat. cum concordan.*

Proposito autem, quod constet de bono iure Comitis de Ruere emptoris, nulla cadere potest controuersia super manutentione illi debita aduersus sententiam Internuntij Tau-
rinen. eiusque executionem, † quæ tamquam euidenter 19
iniusta, non priuauit illum sua possessione, quam animo retinuit ciuiliter, quamuis naturaliter à Coniugibus de Taparellis occupatam, vt notant communiter Scribentes pro limitatione textus *in l. iustè possidet ff. de acquirend. possess.* Possh. *de manut. obseru. 12. num. 36. & seqq.* Rota *coram Mich.* de-

decis. 218. numero secundo & tertio & passim in alijs. Et ita, vtraque Parte informante, resolutum fuit.

Supra in hac eadem parte adest altera præsentis causæ decisio quæ ibi est in ordine 187.

R. P. D. T A I A.

postea S. R. E. Cardinali.

Æsina Bonorum.

Mercurij 8. Iunij 1678.

A R G V M E N T V M.

Manutentionem prætendebat vsufructuarius proprietario defuncto, eo magis, quia possessionem acceperat, sed illa, ei denegata, hæredi proprietarij conceditur, quia de sui anteriori possessione constabat, & quidem titulata, adeoque præferenda, vbi verò altera proprietarij clandestina visa est, tamquam capta hærede vsufructuarij possidente, & cum solo mandato, dummodo possessio sit vacans, & sine præiudicio habentium meliora, & potiora iura.

S V M M A R I V M.

1 *Manutentio proprietario debetur, mortuo vsufructuario.*
2 *Possessio naturalis vsufructuarij consolidatur cum possessione proprietarij.*
3 *Possessio quatenus faciat legitimum contradictorem possidentem ad impediendam immissionem, seu manutentionem hæredi, & num. 11.*
4 *Manutentio datur possidenti, etiam ex sola confessione partis, vocantis illum possessorem.*
5 *Possessio probatur ex actione intentata per aduersarium, & sic ex verbis libelli.*
6 *Possessio titulata præferenda est possessioni, non habenti aliquem titulum.*
7 *Possessio anterior etiam ciuilis possessioni posteriori naturali præfertur.*
8 *Possessionis in anterioritate consideranda, etiam spatium vnius solæ horæ attendendum est.*
9 *Pater habet vsumfructum in bonis aduentitijs filij.*
10 *Reseruatio possessionis vel alterius rei ab aliquo facta, intelligitur solum de portione reseruantis non autem de alia.*
11 *Possessio capta cum clausula* dummodo possessio sit vacans, & sine præiudicio &c. *alio existente in possessione, non suffragatur.*
12 *Possessio nulla, clandestina, & turbatiua non est manutenibilis, & quando illa talis dicenda sit.*

D E C I S I O CCXL.

BAlthasari concedenda manutentio dicebatur ab vno ex Dominis, vti probanti anteriorem possessionem ex transactione cum Angelo Patre 17. April. 1661. In qua Balthassar cessit Angelo simplicem vsumfructum: Senza però pregiuditio dell' intiero dominio, e possesso reale, e naturale, quale dominio, e possesso reale, e naturales in-
1 tenda sempre reseruato presso il medemo; † Vnde Angelo vsufructuario mortuo competit Balthassari manutentio contra Angeli hæredes, quasi tunc naturalis possessio vsu-
2 fructuarij † consolidetur cum possessione proprietarij, inquit Posth. *de manut. obseru. 16. num. 41.* Rot. *post d. tract. decis. 299. n. 5. & coram Coccin. decis. 1972 num. 6.* præcipuè ex Menoch. *rem. 1. possess. rem. 3. num. 26. vers. & quia non posset num. 21.*

Eoque magis, quia Balthassar confirmauit etiam naturalem possessionem, licet viuente Angelo deinde possidens,
3 & sane detinens, † cuius quæcumque possessio constituit eum legitimum contradictorem ad impediendam immissionem Camillæ, itaut Camilla possessionem capere non potuerit eo non citato.

Non obstante, quod Balthassar in quodam libello petierit immissionem in possessionem.

Quia libellus vigesima Iunij 1662. præcessit transactionem 17. Aprilis, & libellum 2. Iunij 1677. subsequuta fuit immissio, & denunciata postridie Camillæ, & Ludouico Marito.

Contrarium alij dixerunt, & dandam manutentionem Camillæ ex confessione Balthassaris in dicto libello anni
1662 † cum Balthassar petijt immissionem contra Camil- 4
lam vti possidentem, vt possessio probatur ex actione in-
tentata † per Aduersarium, & sic ex verbis libelli &c. apud 5
Posth. *de manut. obser. 19. num. 21. & 22. & post d. tract. dec. 182. num. 4. & decis. 208. & decis. 266. vtrobique num. 1. & coram Ludouis. decis. 200. numero tertio cum alleg. & adnot. numer. 5 & 6.*

Præsertim cum possessio Camillæ sit titulata ex testamen-
to Ioannis Nicolai, † vt in alia hodierna decisione de exe- 6
quutione mandatorum, & ideo præferenda inquit Rota *apud Posth. decis. 491. numero quinto* cum alijs, & anterior
ex dicta confessione, † quam anteriorem habens etiam ci- 7
uilem præfertur habenti naturalem posteriorem, † etiam 8
respectu horarum, & per vnam horam tantum, Posth. *obseru. 71. ex num. 2. & num. 8. & 9.* cum alleg. innumerabilibus.

Balthassari autem concedenda manutentio visa non est, quia nullam habet possessionem validam, illa enim, quam desumit cum dicto Instrumento transactionis cum Angelo patre, in quo Balthassar concessit. Angelo vsumfructum
bonorum hæreditariorum Ioannis Niculai † etiam com- 9
petentium ex patria potestate *§. Igitur liberi instit. per quas*
person. cuique acq. reseruata quoque sibi Possessione, † ve- 10
rificarur solum super medietate dictorum bonorum, quæ ad ipsum spectabat, non autem super alia medietate spectante ad Theodorum, pro qua hodie agit Camilla, vt apparet in ipsa transactione.

Alia autem possessio capta ab eodem Balthassare Angelo in extremis laborante, visa est nulla; Cum enim eo tempore Camilla possideret vt supra, non poterat Balthassar intrudi ex mandato de immittendo habente clausulam
† *Dummodo possessio sit vacans*, & sine præiudicio haben- 11
tium meliora, & potiora iura, imò possessio tamquam nul-
la † clandestina, & turbatiua non est manutenibilis, vt 12
dixit Rota *apud Posth. decis. 169. ex num. 5.* maximè *num. 7.* cum alijs.

Et ita vtraque parte informante resolutum fuit.

R. P. D. M A T T H Æ I O.

Romana Alimentorum.

Mercurij 8. Iunij 1678.

A R G V M E N T V M.

Ex bonis primogenituræ subiectis fratrem primogenitum teneri alere fratrem secundogenitum in hac decisione firmatur, non solum ex dispositione iuris, sed etiam ex obligatione illi in constitutione primogenituræ iniuncta; cum autem de quantitate alimentorum, & de obligatione ea præstandi extra domum dubitatum sit, illa à viribus patrimonij fuit desumpta, hæc autem concessa, stante lite inter eosdem fratres exorta.

S V M M A R I V M.

1 *Lites inter fratres amicabili concordia componendæ sunt.*
2 *Difficilius nihil magis est quam transactio inter fratres.*
3 *Frater tenetur alere alium fratrem pauperem, & numer. 24.*
4 *Primogenitus duplici iure tenetur alere secundogenitum tum ex præcepto legis, quam ex obligatione illi iniuncta.*
5 *Possessio tutorio nomine capta, eius nomine, non autem alio referenda est.*
6 *Frater quatenus bona fratris iure familiaritatis, non autem iure proprio administrasse dicatur.*
7 *Bona fideicommisso, vel primogenituræ subiecta spectant*

ad

ad vocatum, etiam incapacem, si alij vocati non existunt.

8 *Successio bonorum fideicommissi remanet penes grauatum etiam incapacem si alij fideicommissarij non sint, nec spectat ad venientes ab intestato.*

9 *Renunciare non potest secundogenitus bona secundogenituræ, vt alimenta consequatur à primogenito.*

10 *Commutatio dotis, vel bonorum fideicommissi de pecunijs ad speciem, velè contra, inuito fideicommissario fieri non potest.*

11 *Alimentorum præstatio taxari debet iudicis arbitrio, & num. seqq.*

12 *Iudex in taxatione alimentorum principaliter attendere debet vires patrimonij.*

13 *Primogenitus licet secundogenitum alere teneatur prius tamen sua, suæque familiæ alimenta detrahere debet.*

14 *Alimenta quatenus, & ex quibus à iudice congruè taxata dicantur, & n. anteced. & seqq.*

15 *Alimenta futura paratam executionem habere debeat.*

16 *Venter non patitur dilationem.*

17 *Alimenta debita ad vnam mensam an possit commutari in pecuniam, & n. 19. & seqq.*

18 *Manutentio debet restringi ad statum, & terminos possessionis.*

19 *Iudex, stante legitima causa, potest alimenta præstanda in domo taxare etiam extra domum.*

20 *Lis dicitur causa iusta, & legitima petendi, & assignandi alimenta extra domum.*

21 *Frater litigans cum fratre habent legitimam causam diuertendi à domo, & mensa fratris, & petendi alimenta extra illam.*

22 *Filius litigans cum patre potest ab eo petere alimenta, etiam extra domum patris.*

23 *Alimenta præstita à fratre suo fratri quatenus non ex charitate, & dilectione fraterna, sed ex obligatione potius dicantur præstita.*

24 *Frater ex iuris præcepto, cessante etiam quacumque obligatione illi per patrem, vel alios iniuncta, tenetur alere fratrem, & sup. n. 3.*

DECISIO CCXLI.

A Mandato ab A. C. relaxato fauore Domini Abbatis
Philippi Sannesij pro scut. 400. loco mandati de ma-
nutenendo in quasi possessione consequendi alimenta à D.
Duce eius fratre, prouocante tam D. Abbate, quàm D.
Duce, commissaque mihi Causa à Signatura cum clausu-
la, *si quid exequendum*, eoque proposito sub die 12. Aprilis
proximi præteriti, placuit Dominis imponere, vt fieret
1 concordia, † prout decet inter fratres iuxta dispositionem
Statuti Vrbis *cap. 100. lib. 1.* & cum inter eosdem multos tra-
ctatus habuerim, ad hoc, vt amicabili compositione semi-
na iurgium, & contentionum inter illos exortatum extin-
guerentur, & cum in cassum tempus, & laborem con-
2 sumpserim, quia nil difficiliùs, † quàm concordia inter
fratres; Ideò reproposui supradictum dubium, & manda-
tum prædictum esse exequendum iuxtà modum responde-
runt, nempè quod Abbas teneatur recipere pro rata dd.
scut 400. bona existentia in Prouincia Marchiæ iuxtà ratam
fructuum, ex illis percipiendorum, & supplementum de-
beat D. Dux subministrare ex fructibus bonorum primoge-
nituræ subiectorum, vsque ad integram summam dd. scut.
3 400. † quia frater tenetur alere alium fratrem pauperem,
iuxtà *gloss. fin. in l. qui filiorum ff. vbi fil. educ. deb. §. si quis igitur in auth. quibus modis nat. effic. sui*, Surd. *de alim. tit. 1. qu.*
25. Rot. *dec. 30. nu. 4. par. 7. rec.*

Quod etiam locum sibi vendicat in primogenito, qui
possidet maioratum, ex fructibus quorum bonorum tene-
tur alimenta subministrare fratri, & in casu, de quo agi-
tur non potest D. Dux se eximere ab huiusmodi obligatione,
ex quo vltra præceptum legis, illi fuit iniunctum in primo-
4 genitura, † vt alere deberet secundum genitum, vt ex do-
natione producta Summ. *numer. 2.* Molin. *de primog. Hisp. lib. 2. capit. 15. numer. 70.* Surd. *de aliment. tit. 3. quæst. 3. numer. 1.*

Nec conqueri potest D. Abbas, quod ex fructibus secun-
dogenito assignatis existentibus in Prouincia Marchiæ de-
beat pro rata recipere huiusmodi alimenta, quia de anno
1618. quo fuerunt institutæ primogenituræ huius domus
postquam primo loco fuerunt assignata ad fauorem primo-
geniti bona vniuersa existentia in Vrbe, vnà cum Terris,
& Castris, alia bona patrimonialia existentia in Prouincia
Marchiæ fuerunt secundogenito assignata, ad hoc, vt ex
illis ali possit vna cum sua vxore, & filijs, quorum posses-
sionem adeptus fuit mediante Ducissa Matre Tutrice, &
Curatrice, & illorum administrationem semper penès se re-
tinuit, & ideò cum Ducissa in apprehensione possessionis
expresserit nomen, & qualitatem † Tutricis, dicitur no- 5
mine ipsius possessionem cepisse, & possessio Tutoris nomi-
ne iacta censetur, ad tradit per Bald *in l. post dotem n. 15. ff. sol. matr. & in l. 1. §. nunciatio num. 13. & seq. ff. de nou. oper. nunc.* Paris. *cons. 78. num. 46. lib. 1.* Tiraq. *de retract. lignag. §. 10. glos. 1. num. 15.* Rot. *penes Post. decis. 116. per tot.*

Non obstat, quod D. Abbas eadem bona secundogeni-
turæ non possideat, sed hodie reperiantur penès D. Ducem,
qui illorum fructus exegit, vt in Summario Abbatis *num. 7.*
quia etsi Ministri D. Ducis se ingesserint in administratione
illorum bonorum, non tamen ex hoc argui debet, quod
D. Abbas remanserit illorum dominio † denudatus, quia 6
D. Dux non ratione dominij illa administrauit, sed titulo
familiaritatis, & communicationis fratrum, vt ex ipsa Epi-
stola Ministri d. Summario *num. 7.* apparet, dum in ea red-
ditur ratio, quod bona reddiderunt ipsi Abbati, quod vti-
que Minister executus non fuisset, si ad D. Ducem absolu-
to dominio eadem bona spectassent, & hoc firmum rema-
nere videtur, etiamsi pro parte D. Abbatis obijci posset ip-
sum euasisse incapacem huius secundogenituræ, ex quo in
lege in ea imposita debebat ducere vxorem, quoniam valdè
leue fuit existimatum hoc motiuum, dum non adsunt alij
vocati, & ideò non remansit priuatus bonis † huiusmodi 7
secundogenituræ subiectis, & ea remanent libera ipsius gra-
uati, † nec successio pertinet ad venientes ab intestato, *l.* 8
hæres meus in princ. l. quibus diebus §. quidem Titio ff. de condit. & demonst. l. extraneum C. de hær. milit. Salicet. *in l. vlt. col. 2. vers. quære an prædicto C. de indic. vid. toll.* Rimin. *cons. 54. num. 7. lib. 2.* Cæphal. *cons. 59. num. 16. lib. 1* Menoch. *cons. 273. num. 13. lib. 3. & cons. 525. nu. 5. & seq. lib. 6.* Fusar. *de substit. quæst. 278. & quæst. 586. num. 2.*

Minus competit D. Abbati renunciatio dictorum bono-
rum ad secundogenituram spectantium ad effectum, vt va-
leat consequi alimenta à primogenito, † quoniam non est 9
amplius locus renunciationi, nec illa admitti debet in præ-
iudicium primogeniti, qui non tenetur subministrare pecu-
nias promptim, & minutatim loco bonorum, † & illo 10
inuito hæc commutatio fieri nequit, vt de dote vigore *Auth. res quæ* firmatum fuit *in decis. 239. numer. 9. & seq. part. 5. recent.*

Neque se grauatum dici potest D. Abbas ex quo alimen-
ta sibi assignata fuerint in annuis scut. 400. quæ non suffi-
ciunt, vt ipse condecenter viuere possit, iuxtà statum, &
gradum ipsius familiæ; quoniam quamuis præstatio alimen-
torum veniat taxanda Iudicis arbitrio, † qui regulare de- 11
bet illorum præstationem à dignitate personarum, quanti-
tate patrimonij, & consuetudine loci, iuxtà text. *in l. 2. & 3. ff. vbi pupil. educar. debeat*, Menoch. *de arbitr. casu 169. num 1. & seq. lib. 2.* Simon. de Prætis *de interpr. vlt. vol. lib. 4. dub. 11. num. 58. & seq.* Marescot. *var. resol. lib. 2. cap 83. n. 12.* Rot. *coram Cels. decis. 65. n. 7. & dec. 418. n. 5. par. 4. tom. 2. rec.*

Attamen Iudex præ oculis principaliter habere debet vi-
res bonorum, ex quibus detrahi debent alimenta, † & opti- 12
mè examinare quantitatem patrimonij, & iuxtà illud ta-
xare debet præstationem alimentorum, iuxtà text. *in l. cum plures §. vltimo* ibi: *pro facultate patrimonij ff. de adminis. tutor.* Rot. *coram Pen. decis. 184. in fin. & decis. 7. num. 5. par. 13. rec.* Itaq; enim D. Ducis patrimonium, qui in subsidium,
vltra bona secundogenituræ obnoxia, debet subministrare
vsque ad summam scutorum 400. sit valdè tenue, & non
ascendat ad annua scuta 4000. vt in Summario *nu. 5.* † & ex 13
his tenetur ipse prius alere se, & quatuor filios, & eius pri-
mogenitum vna cum tota familia iuxtà statum Ducalem,
& dignitatem eius familiæ; Ideoque DD. censuerunt taxa-
tionem prædictam factam ad fauorem D. Abbatis, esse ra-
tionabilem, nec mereri augumentum, etiamsi in nobilita-
te familiæ ipse fulgeat; † & congruam esse huiusmodi ta- 14
xationem iuxtà sensum Rotæ iuremeritò firmatum fuit *in decis. 7. num. 6. vsq. ad fin. par. 15. rec.*

Et ex his omnibus resultat iustitia mandati ab A. C. rela-
xati ad fauorem D. Abbatis, & resolutio Sac. Rotæ pro scu-
tis 400. loco mandati de manutenendo in quasi possessione
consequendi alimenta à D. Duce eius fratre, in qua D. Ab-
bas repetitur, quod executionem paratam habere debet,
cum agatur de alimentis futuris, † quæ celerem expeditio- 15

19 nem exposcunt, † quia venter non patitur dilationem, *l. fin. ff. de appell. recep.* Marant. *de ord. iud. par. 6. vers. quandoque appellat. n. 229.* Surd. *de alim. tit. 8. priuil. 60. à n. 8. cum plur. seqq.* etiamsi objiciatur per D. Ducem, quod hæc quasi possessio probetur, & admittatur solum respectu conuictus ad vnam mensam, adeout non possit alterari, & mutari in pe-
17 cuniam, † ex quo manutentio debet restringi † iuxtà termi-
18 nos, & statum possessionis Gregor. XV. *decis. 569. num. 1. & ibi Adden. num. 6.*

Placuit enim responsio, quod ex iusta causa Iudex potest alimenta aliàs præstanda in domo, & mensa soluere deben-
19 tis, † ea decernere, & taxare etiam extra domum, & pro
20 iusta causa † reputatur lis inter dd. fratres exorta, quia tunc frater habet iustam causam diuertendi à domo, & men-
21 sa fratris, † & petendi alimenta extra illam, vt in fortio-
22 ribus terminis † de filio litigante cum patre firmauit Rot. *decis. 160. num. 13. cum seqq. par. 12. rec. & in Vrbeuetana legatorum 6. Martij 1676. coram R. P. D. Calataiu.*

Minus subsistit, quod hæc alimenta fuerint per D. Ducem fratri præstita ex beneuolentia, & dilectione fraterna, & ex propria liberalitate, & ipsi actus cum sint facultatiui inducere nequeant quasi possessionem ad effectum vt ex illis
23 concedi possit manutentio; † quoniam fundamentum visum fuit corruere in casu, de quo agitur, dum constat de obligatione antecedente ipsius D. Ducis, ex dispositione, & ordinatione facta per fundatores primogenituræ, qui expressum onus imposuerunt primogenito ad præstanda alimenta secundogenitis, & hæc præcedens obligatio excludit omnem aliam præsumptam voluntatem, & remouet quamcumque liberalitatem, & etiam cessante d. dispositio-
24 ne D. Dux ex iuris præcepto † tenetur alere fratrem, vt supra firmatum fuit *in d. decis. 30. nu. 4. par. 7. rec.*

Attenta præsertim tenuitate reddituum bonorum in Prouincia Marchiæ existentium, quæ hodie effecta sunt deterrimæ conditionis, non solum ob defectum culturæ, & deficientia animalium, sed etiam ob alienationem nonnullorum bonorum, vt patet ex præsenti Summario n. 4. & ex alio additionali *nu. 1.*

Et ideò resolutum fuit, vtraque Parte informante, exequendum esse mandatum A. C. concedens D. Abbati manutentionem pro exequutione alimentorum in summa scutorum 400. iuxta modum, vt supra expressum.

Infra in hac eadem parte adest altera præsentis causæ decisio sub die 7. Decembris 1678. coram eodem Reuerendissimo Damasceno.

R. P. D. E M E R I X.

Neapolitana Beneficij.

Mercurij 8. Iunij 1678.

A R G V M E N T V M.

Iuspatronatus laicale à Testatore constitutum erat, quod deindè Ecclesiæ relictum, vtpotè subiacens Regulæ Cancellariæ reseruatoriæ mensium, ac etiam vigore indulti fuerat ab Episcopo collatum; illud tamen præsentato à Patrono deberi deciditur, quia adhuc naturam laicalem retinebat, tam ex declaratione Testatoris, quàm ex verbis in fundatione appositis, quod illius præsentatio spectaret ad patronum in omni casu, & toties quoties vacatio successerit, quæ verificari non possent, si illud reseruationibus subiaceret.

S V M M A R I V M.

1 *Præsentatus intra legitima tempora, si habeat qualitates requisitas proculdubio instituendus est, & num. 12.*

2 *Iuspatronatus laicale per transitum ad personas Ecclesiasticas, efficitur Ecclesiasticum, & num. 4.*

3 *Iuspatronatus reseruatum pro hæredibus cum facultate præsentandi toties quoties vacatio contigerit, dicitur laicale, non Ecclesiasticum.*

5 *Iuspatronatus Ecclesiasticum potest tamen retinere naturam laicalem ad effectum excludendi reseruationes, & n. seqq.*

6 *Iurispatronatus præsentatio non spectaret ad patronum in omni casu, & toties quoties vacatio contigerit, si illud reseruationibus esset subiectum.*

7 *Iuspatronatus dicitur laicale, si testator professus est, se illud constituisse laicale.*

5 *Iurispatronatus qualitas extra fundationem alterari non potest.*

9 *per Codicillos declarare potest testator ea, quæ in testamento disposuit.*

10 *Iuspatronatus laicale in testamento constitutum, etiam si relinquatur Ecclesiæ, potest tamen à testatore declarari, & effici quod illud non desinat esse laicale.*

11 *Verba hæredes, & successores in reseruatione iurispatronatus, comprehendunt tam hæredes, & successores laicos, quam Ecclesiasticos.*

12 *Beneficium de iurepatronatus debetur præsentato à patrono, non autem instituto ab Episcopo, & quando supra n. 1.*

13 *Beneficium de iurepatronatus, licet spectet ad Ecclesiam, non tamen subiacet reseruationi regulæ mensium, si illud adhuc laicalem retinet naturam.*

D E C I S I O CCXLII.

CVm de mense Februarij 1675. vacasset perpetuum simplex Beneficium sub inuocatione Sancti Ianuarij in Ecclesia Beatæ Mariæ Lauretanæ Neapolis de iurepatronatus Patrum Congregationis Oratorij, vt hæredum Francisci Racrami, Eminentissimus Archiepiscopus tam sua auctoritate Ordinaria, quam vigore indulti Apostolici illud contulit Iosepho de Nobilibus. È contra verò dicti Patres intra legitima tempora præsentarunt Fuluium Gribellium; Quapropter orta inter illos controuersia, eaque ad Rotam deuoluta, contigit hodie dubitari, An Fuluius sit instituendus, & affirmatiua prodijt resolutio, † quia de 1
iurepatronatus, præsentatione intra legitima tempora, & de idoneitate Fuluij non fuit difficultas, & reseruatio regulæ mensium, qua Iosephus se tueri nitebatur, eo quia hoc iuspatronatus, tametsi à principio laicale, † per tran- 2
situm ad Ecclesiasticas personas effectum fuit Ecclesiasticum, iuxtà textum, *glossam, & DD. in cap. vnico de iurepatron. in 6.* non intrat in hoc casu ex quo in Instrumento fundationis illud legitur reseruatum hæredibus, & succes-
soribus † eiusdem Francisci, cum facultate præsentandi 3
in omni casu renunciationis, & collationis, & in defectum hæredum cum potestate nominandi personam beneuisam, cum simili iure præsentandi toties quoties casus vacationis contigerit, prout latiùs continetur in eodem Instrumento, Summario Iosephi *num. 2.* in omnibus, & per omnia successiuè approbato, & canonizato in sententia desuper ab Ordinario lata, Summ. Fuluij *num. 1.*

Hinc enim resultat, quod licèt hoc iuspatronatus per transitum ad personas Ecclesiasticas, ad Patres scilicet Orato-
rij hæredes Fundatoris, † euaserit Ecclesiasticum quoad 4
pertinentiam, † retinuerit tamen naturam laicalem, ad 5
effectum excludendi reseruationes, nam alias si illis subia-
ceret, † non posset per Patronos fieri præsentatio in omni 6
casu &c. & toties quoties vacatio contigerit, vt in puncto respondet Rota *decis. 769. num. 7. & seq. coram Dunozet. iun. decis. 274. nu. 9. coram Royas decis. 327. num. 4. & 5. recent. par. 15. in Pampilonen. beneficij de los Arcos 19. Iun. 1673. §. Institutio, & in Florentina Capellaniæ 7. Martij 1677. §. visum est cum seq. coram R. P. D. meo Bouilemont.*

Accedit, quod Fundator in Codicillis dixit, † quod 7
erexerat iuspatronatus laicale, Summario Fuluij *num. 2.* & licèt extra fundationem non possit alterari qualitas iurispa-
tronatus, † nihilominus quia isti Codicilli fuerunt condi- 8
ti postquam ipse instituerat hæredes Patres Oratorij, † be- 9
nè possunt declarare eundem Fundatorem voluisse in fundatione per verba supra recensita, quod hoc iuspatronatus retineret qualitatem laicalem ad effectum excludendi re-
seruationes, † etiamsi transiret ad personas Ecclesiasticas, 10
Rota *decis. 327. num. 6. & 7. rec. part. 15. & in Regien. Beneficij 9. Aprilis 1666. §. & si quæ dubitas, & 16. Nouembris 1667. §. & quatenus coram R. P. D. meo Bouilemont.*

Nec in facto subsistit, quod illa verba, toties quoties va-
catio contigerit, dirigantur ad hæredes laicos, † quia cum 11
sint apposita hæredibus, & successoribus quibuscumq; absque vlla restrictione, dicto Summario Fuluij n. 1. tamquam generalia comprehendunt omnes hæredes tam Ecclesiasticos, quàm laicos, iuxtà text. *in l. 1. §. generaliter ff. de legat. præstan.* Barbos. *axiom. 222. num. 76.* Gregor. *decis. 327. nu. 3.*

Fir-

Firmato autem, quod iuspatronatus retinuerit naturam
laicalem, vt supra, consequens etiam est, Fuluium à dictis
12 Patribus præsentatum esse instituendum, † cum indubita-
13 tum sit illud vti tale † non subiacere reseruationi regulæ
mensium, vt latè declarat Gonzal. *ad d. reg. glos. 18. per tot.* Spad. *lib. 2. cons. 21. num. 2.* Rot. *coram Seraph. decis. 1032. num. 5.* Dunoz. iun. *decis. 769 num. 7.* et aliàs passim.

Et ita, vtraque parte informante, resolutum fuit.

R. P. D. MATTHÆIO.

Romana Saluiani.

Veneris 4. Martij 1678.

ARGVMENTVM.

Notabilis quæstio deciditur in materia restitutionis dotis vigore *auth. res quæ C. com. de legatis*, quæ licèt etiam cum priuilegio prælationis in bonis fideicommissi procedat, tamen priuilegium cessare dicebatur, quia bona penès vltimum ex vocatis remanserunt libera, & ideò suis creditoribus prætendebantur obnoxia; sed pro prælatione dotis deciditur, quia adhuc illius priuilegium extabat, tamquam incipiens, & ducens anterioritatem ab ipsa die conditi fideicommissi, non autem constitutionis, vel restitutionis dotis, quod solum ad alium effectum attenditur.

SVMMARIVM.

1 *Priuilegium* auth. res quę C. comm. de legat. *competit etiam contra creditores anteriores eiusdem dotis.*
2 *Mulier pro restitutione sua dotis habet iura anteriora à die obitus fideicommittentis.*
3 *Tempus dotis relictæ attenditur, non autem illud, quo eadem dos constituta est.*
4 *Fideicommissum licet in vltimo grauato expiret, & ab eo die bona incipiant esse libera, tamen hypotheca dotalis adhuc durat.*
5 *Dotis constitutio, vel restitutio vigore* auth. res quę *etiam contra creditores vltimi grauati incipit à die constituti fideicommissi.*
6 *Dotis satisfactio non resultat ex consequutione bonorum mobilium in vxore quamuis illa protestata sit possidere iure proprio.*
7 *Datio solutum non resultat, nisi ex declaratione iudicis, vel ex consensu partis, itaut solum factum, vel declaratio creditoris non sufficiat.*
8 *Creditor retinens bona sui debitoris, si non præcesserint requisita dationis in solutum, dicitur illa retinere in pignus.*
9 *Cautela* Angeli, *inhibitio, seu declaratio creditoris obtenta, & respectiuè facta super bonis sui debitoris non important dominium, sed resoluuntur in pignus.*
10 *Venditio rerum debitorum tempore perituvarum creditori permittitur.*
11 *Possessio creditoris de bonis debitoris enunciata, vel confessata iure proprio, adhuc resoluitur in pignus, & quando.*
12 *Ius proprium dicitur etiam de eo, quod retinetur in pignus, & excludit illius dominium.*
13 *Pignus, vel dominium importasse retentionem bonorum debitoris à creditore factam, illius obseruantia declarat.*
14 *Dominium ex quibuscumque actibus non resultat deficiente potestate illud acquirendi.*
15 *Solutio prius cedit in causam fructuum, deinde quod remanet in satisfactionem sortis imputatur.*
16 *in Dotis restitutione non cedit summa ab vxore recepta, & prius ab eadem vxore de proprio soluta in satisfactionem dotis communis filiæ.*
17 *Solutionem fuisse ab vxore factam de proprijs pecunijs ex quibus remaneat probatum.*
18 *Bona fideicommissi penes vltimum ex vocatis remanent libera.*
19 *Tempus restitutionis dotis attenditur in materia priuilegij* auth. res quę C. com. de legat.
20 *Dos patri, & filio solum, licet fideicommissum expiret in filio, adhuc detrahitur de bonis fideicommissi, etiam cum priuilegio prælationis* auth. res quę C. com. de legat.
21 *Bona fideicommissi in quemcumque vadant, semper transeunt cum onere solutionis, & restitutionis dotis debitæ descendentibus fideicommittentis.*
22 *Priuilegium* auth. res quę C. com. de legat. *non transit in singularem successorem.*
23 *Detractio legitimæ remanet consumpta, & penitus extincta ex alienatione bonorum fideicommissi.*
24 *Alienationes primo loco factæ, ipsæ imputantur in legitimam.*
25 *Legitima an censeatur electa in bonis, super quibus fuit impositus census, & num. 26.*

DECISIO CCXLIII.

SVffectus in locum R. P. D. mei Calataiù, qui à Rege Catholico fuit destinatus Magnus Cancellarius in Ciuitate Mediolanensi, proposui dubium, An standum, vel recedendum esset à decisis, & quia factum huius causæ fuit sufficienter extensum in decisione sub die 11.° Ianuarij 1677. coram R. P. D. Vbago edita opere pretium esse existimaui illud ampliùs non repetere, sed ad hoc, vt splendor veritatis clariùs elucescat, tantummodo examinare iurium fundamenta, ob quæ prodierunt decisiones in hac causa sub die 13. Maij 1676. 15. Ianuarij 1677. & 4. Februarij 1678. coram RR. PP. DD. Vbago, & Calataiu, ex quibus conuenerunt Domini persistendum esse in decisis.

Nixa sunt decisionum fundamenta *in Auth. res quæ C. Communia de legatis*, in quibus firmatum fuit competere
Hortensiæ ex illius priuilegio potioritatem pro recupera-
tione suæ dotis contra Archiconfraternitatem Consalonis,
quæ etiam si deducat suum creditum contractum de anno
1602. & 1606 & illud Hortensiæ sit fundatum in instrumen-
to dotis celebrato de anno 1611. quo nupsit Francisco Cri-
bellio. † Attamen decisiones firmant creditum dotale 1
eiusdem Hortensiæ gaudere anterioritate, & potioritate
credito d. Archiconfraternitatis ex valido iuris fomento,
quod cum agatur de domo fideicommissi vinculo obnoxia,
mulier ex priuilegio dictæ Authenticæ res quæ suam an-
terioritatem, & potioritatem demetitur à die obitus fi-
deicommittentis, † quod euenit longè ante creditum Ar- 2
chiconfraternitatis, & propterea hodie attendenda sit ori-
go, & primæuum tempus, in quo domus relicta fuit ob-
noxia pro restitutione dotis, non † autem tempus puri- 3
ficatæ conditionis Imol. *in l. si is qui pro emptore nu. 20. in princ. ff. de vsucap. vbi* Rom. *num. 15. vers. respondetur etiam* Crot. *nu. 134.* Fusar. *de subst. quæst. 612. à num. 2. cum plur. seqq.* Rot. *coram Merlin. decis. 657. numer. 4. cum plur. seqq. & decis. 199. numer. 1. cum plur. seqq. part. 8. & decis. 40. numer. 11. part. 9. recent.*

Cuius Conclusionis præcipua, & fundamentalis ratio
oriri patet ex eo vt firmant *decisiones in hac eadem causa emanatæ sub die 11. Maij 1675. §. quo ad primam partem cor. R. P. D. Taia, & sub die 13. Maij 1676. §. iniustitia coram R. P. D. Vbago*, quod licet quo ad vltimum hæredem grauatum dissol-
uatur vinculum fideicommissi, & ab eo die bona incipiunt
esse obnoxia eius creditoribus: † Attamen hypotheca do- 4
talis non resoluitur, & remanet eo modo libera, quo
pendente fideicommissi casu ad fauorem mulieris orta fuit
itaut præferatur cuicumque intermedio creditori, & ipsi-
met vltimo grauato. Rot. *coram Seraph. decis. 693. numer. 2. & 3.*

Itaque cum Hortensia remanserit creditrix dotis sibi con-
stitutæ de tempore, quo nupsit, potuit pro illius restitutio-
ne petere immissionem, seù associationem super domo,
de qua agitur sibi speciali obligatione obnoxia pro eadem
restitutione, & vinculo fideicommissi subiecta, & sic eua-
sit potior, & est præferenda Archiconfraternitati, † cum 5
pro restitutione dotis faciendæ illi in vim dictæ Authenticæ
competat hypotheca cum priuilegio prælationis in bonis fi-
deicommisso subiectis, & alienari prohibitis, dum neque
Archiconfraternitas docet adesse bona libera magis, & sufficientia, ex quibus ipsa satisfieri queat, vt tradunt Castr. *in l. mulier 22 §. cum proponeretur sub numer. 3. ff. ad Trebellianum*, Curt. *in l. filius famil. §. Diui num. 171. ff. de legat. 1.* Gozzadin. *cons.*

din.*cons.79.numer.10.* Castr.*cons.35.numer. 2. vers. his non ob-*
stan.& cons.219.nu.3.vers. & sic dicendum par. 1. Decius *cons.*
319.per tot. Roland.*cons.85.à num.29.vsque ad 34.lib. 1.* Didac.
var.resol.lib.3.cap.6.num.10.vers.4.notandum Menoch.*de præ-*
sumpt.lib.4.præsumpt.190.num.1.& seqq.& de Arbitr.cas. 182.
num.69. Peregr.*de fidcicom art 42.numer.13.& 31.* Oldus *de fi-*
deicom.ex prohib.alien.quæst.44.art.8.num. 138. & seqq. Canc.
var.resol.part.1.cap.1.num.175. Ioseph. Ludouic. *decis. Lucen.*
28.num.91 & seqq. Thes.*decis.151.per tot.* Rot. *coram Seraph.*
decis.678.num 5.& decis.37.num.4.par.1 diuers.& decis. 312.à
num.3.vsque ad 18 par.6.rec.& fuit dictum in Romana dotis 13.
Februarij 1641 coram bo.mem.Panzirolo.

Nec satisfactio Hortensiæ argui potest ex mobilibus ad
maritum spectantibus, ad eius manus peruentis post illius
obitum, quibus vsa fuit, & intimauit Cautelam Angeli cum
protestatione se possidere iure proprio, quoniam obiectum
in alijs cunctis propositionibus repertum, dixerunt Domi-
ni non obstare, quia huiusmodi possessio mobilium non in-
6 ducit in mulieribus verum, & reale dominium, † cum
vt plurimum vxores sequuto obitu viri irruant sine aliquo
obstaculo in illorum possessionem, & inhibitionibus se
muniat ad hoc vt pugnare possint contra creditorum ve-
xationes Achil.*decis.4 in fin. de caus. possess. & propriet.* Rot.
penès Pol.b. de manut. decis. 230. numer. 3. & 4. & decis. 143.
numer. 4. part. 2. diuers. & decis. 761. numer. 2. & 3. part. 2.
recent.

Quamobrem dici non potest Hortensiam satisfactionem
suæ dotis recepisse ex possessione dd. mobilium, dum nullibi
docetur ipsam obtinuisse illorum possessionem cum Iudicis
decreto, qui dd. mobilia ei adiudicasset, vel adesse Partis
7 consensum, † sine quibus datio insolutum induci nequit
Rot *coram Duran decis.26 numer.23.& coram Rojas decis.362.*
numer. 15. & in rec. decis. 182. num. 18. & seq. part. 10. Et
propterea cum deficiat datio insolutum, habet locum
8 præsumptio, quod mobilia fuerint occupata ab ipsa mu-
liere pro maiori securitate sui crediti dotalis, & quod illa
noluerit retinere nisi in pignus, & nullo modo appropriare
in proprium, & reale ipsius dominium iuxta doctrinam Cu-
man.*in l. res obligata 60. num. 5. ante finem vers. & hæc proce-*
dunt ff. de legat.1 & in fortioribus terminis firmauit Rot. *de-*
cis.82.num.7.8.& 9.post Merlin.*de pignor.& in recent.dec 182.*
num.8 par. 10.& in Romana domus 6.Febr.1640. coram bo.mem.
Panzirolo §.& vltimo.

Et sine aliqua hæsitatione excluditur huiusmodi datio
insolutum etiam si ipsa Hortensia nonnulla mobilia distra-
xerit, & allegauerit Cautelam Angeli, & protestata fuerit
9 ad ipsam iure proprio spectare, † quia in illis duabus con-
iecturis, vti remotis, & æquiuocis nullum fieri potest fun-
damentum ad probandum retentionem mobilium factam
fuisse insolutum, stante, quod cedere huiusmodi præsum-
ptiones, & coniecturæ debeant veritati in eo fundatæ,
10 † quod vtilis venditio rerum periturarum creditori in pi-
gnus possidenti non denegatur iuxta text. *in l. si conuenerit ff.*
de pignor. Merlin.*de pignor.lib.4.quæst 93.numer.1.* & per con-
sequens enunciatio per ipsam facta possidere iure proprio
11 referenda venit ad simplicem hypothecam, † attento,
12 quod etiam dici potest ius proprium, † & iste titulus ex-
cludit verum, & proprium dominium, Bald.*in l. perpe-*
tuitatis numer. 1. C. de prob Ruin. *cons. 137. numer. 8. lib. 2.*
Menoch. *cons. 22. numer. 26.* Rot. *decis. 129. num.18.& decis.*
210. num. 55. & 56. part. 6.& decis.182.num.11.12.& 13. par.
10.recent.

Ac insuper mirificè confert ad excludendam huiusmodi
dationem insolutum obseruantia, quæ postea subsequuta
fuit, quia eadem mobilia fuerunt postmodum de anno 1672.
13 effectiuè insolutum tradita eidem Hortensiæ, † ex quo
apparet, & euidenter conuincitur, quod antea non aderat
alia retentio nisi in pignus, & ex postea subsequutis opti-
41 mè inferri potest, quod ab initio gestum fuerit, † & defi-
ciente potestate ab initio illius defectus ex dd. actibus sup-
pleri nequaquam potuit, Parlador. *rerum quotid lib. 2.cap.*
fin. part. 4. §. 5.numer. 20. Rot. *d. decis. 182.numer. 18. part.*
10. recent.

Igitur ex his omnibus firmata ab initio retentionem mo-
bilium in pignus, & non insolutum sequitur, quod valor
dd. mobilium non sit calculandus iuxta tempus effectiuæ
traditionis in scut. 5035. sed in scut. 445. & his addenda
sunt duo cambia in totum scut. 350. per mulierem exacta,
& si quid aliud per eandem docebitur alienatum, & non
bonificatum, & vlterius, quod interusuria dotalia vsque
ad d. diem integraliter decurrerunt, & deinde postea pro
intranti quantitate crediti non † satisfacti, cum dicta 15
receptio priùs cedere debeat in causam fructuum, & dein-
de in solutionem, & extinctionem sortis principalis iuxta
text. *in l. in ijs verò §. Imperator ff. de solution. l. cum ea sortis*
ff. de pignorat. action. Gratian. *disc. for. cap. 24. numer. 21.*
Rot. *coram Eminentiss. Ottbob. decis. 242. numer. 8. & decis.*
229.num.2.& 3.par.9.rec.

Parique consideratione animaduertebant DD. non esse
enumeranda in satisfactionem crediti dotalis eiusdem Hor-
tensiæ scut. 2500. recepta à Bonadies pro restitutione dotis
Portiæ filiæ. Quia ista summa fuit soluta à dicta Horten-
sia de proprio, † & per consequens eidem Hortensiæ 16
competebat ius exigendi eandem summam pro releua-
tione suæ indemnitatis, ad quam poterat compelli mari-
tus, & eius hæres Roland. *cons. 64. numer. 6. lib. 1.* Crauett.
cons. 71.numer.1.& seqq. Surd.*cons.488.numer. 21.* Amat. Pa-
norm.*resp.23.num.13.* Mastrill.*decis.186.num.8.& 9.* Castrill.
decis.203.num.3. & 4. Rot. *coram Dunozet. iun. decis. 637. nu-*
mer. 23.

De cuius solutionis factæ de proprijs pecunijs eiusdem
Hortensiæ veritate ambigi nequit, quia quoad scuta 892.
quod fuerint soluta de proprijs pecunijs eiusdem Hortensiæ
patet ex partitis in Sac. Monte Pietatis existentibus, &
quoad reliqua valde clarè probatum remanet ex assertione
eiusdem Bonadies, qui dixit velle restituere d. Hortensiæ
eandem summam, quam ab illa receperat, quæ cum sit
adminiculata ex attestatione R. P. D Buratti, & aliorum,
vt in Summario d. Hortensiæ *num. 7. 8. & 9.* videtur † esse 17
sufficiens ad probandum pecunias in dotem datas Portiæ
filiæ fuisse proprias ipsius Hortensiæ dotantis ad text. *in l.*
instrumento C. de probat. Farinac. *de test. quæst. 57. numer. 95.*
& 96. Rot.*decis.173.num.2.part.3. & decis. 148. num. 23. part.*
10. recent.

Non obstat, quod fideicommissum expirauerit in Ioan-
ne Baptista Patre Francisci, & proinde † penès eum domus 18
ista controuersa, aliaque bona remanserint libera, & effe-
cta eiusdem proprium Patrimonium per text *in l. cum Pa-*
ter §. liberis ff. de legat.2. & idcircò hodiè non possit ipsa Hor-
tensia agere virtute dispositionis *d. Authentica res quæ* ad
quem † effectum attenditur tempus restitutionis dotis iux- 19
ta sensum Rotæ *coram Seraph. decis. 693. num. 5. & in Roma-*
na bonorum 29. Nouembris 1660. §. neque aduersatur coram Re-
uerendissimo Albergato Decano. Quoniam cum non solum
Francisco, sed etiam Ioanni Baptistæ Patri soluta fuerit dos
Hortensiæ, & pro istius restitutione se obligauerit, vt in
Summario datu in responsione *num. 1.* exceptio † ista cor- 20
ruit, ex quo quæsitum fuit ius Hortensiæ super bonis fidei-
commissarijs, & hypotheca illius vigore contracta, radi-
cata remansit in ipsis bonis fideicommisso subiectis, † & 21
cum isto onere transiuerunt penès eos, in quos eadem bo-
na transitum fecerunt, & permanent fixa penès eosdem
apud quos eadem bona reperiuntur; Bald.*in l. fin. C. de dot.*
promiss. Abb.*consil 15.ante numer.1.lib.2.* Hond. *cons. 50. num.*
17 & 18 lib.2. Mantic.*de tacit.lib.12.tit.16.num.26. & tit. 18.*
num.14. Rot.*decis.312.num.2.& 3 part.6. & decis. 30. num. 12.*
par 7.rec.

Istaque ratio pariter fauet ad remouendum aliud obie-
ctum, quod scilicet Archiconfraternitas euadere possit an-
terior credito dotali Portiæ matris Francisci cum certi, &
indubitati iuris sit priuilegium *Authenticæ res quæ* † non 22
debere transire in singularem successorem iuxta opinionem,
quam probarunt. Cur.Iun.*in dicta Authentica num. 22. quem*
sequitur Padill.*ibidem num.71.* Petrus *de fideicom.quæst.8. num.*
447 & seq. Peregr.*eodem tract.art.42.num.43. & 44.* Menoch.
de præsumpt.lib.4.præsumpt 189. num. 194. Fusar. *de substit.*
quæst.531.num. 46. & 47. Rot.*post Zacch. de obligat. Camer.*
decis.189.num.39.& 40.

Cæterum non obstare videtur prætensio detractionis le-
gitimæ debitæ Ioanni Baptistæ in bonis Io: Angeli fideicom-
mittentis, à quo Archiconfraternitas causam habet. Quia
etiam si verum sit, quod hæreditas Ioannis Angeli fue-
rit valde pinguis, tamen negari non potest, quod Io: Ba-
ptista vna cum Francisco filio totam penitus hæreditatem
distraxerint, & hoc manifestè deducitur ex alienationibus
ab eisdem profusa manu factis in ingenti quantitate, vt pa-
tet ex Summario dato sub die 11. Ianuar 1677. coram R.
P. D. Vbago *numer. 1.* & post dictas alienationes idem Io:
Baptista, & Franciscus obtinuerunt derogationem fidei-
commissi pro summa scut. 15. mil. cuius vigore facta fuit
alienatio aliorum bonorum, vt constat ex Summario da-
to die 4. Februarij 1677. coram R. P. D. Calataiu *numer. 4.*
& in

& in his alienationibus creditum, de quo agitur fuit con-
23 ſumptum, † & remanſit per plures alienationes ab eo-
dem factas penitus extinctum, & reſolutum. Natt. *conſ.* 199. *num* 11. *lib.* 1. Peregr. *de fideicom. art.* 34. *num.* 14. Merlin. *de legit. lib.* 2. *tit.* 2. *quæſt.* 4. *num.* 3. Rot. *poſt eundem deciſ.* 140. *num.* 4. *& deciſ.* 141. *nu.* 5 *& deciſ.* 266. *num.* 15. *&* 16. *par.* 5. *recent. & in Sabinen. Prædij prima Aprilis.*

Neque obſtat replicatio, quod impoſitiones cenſuum pro
quibus agunt aduerſarij ſint anteriores dote Hortenſiæ ra-
24 tione legitimæ debitæ Io: Baptiſtæ filio † teſtatoris, quia
omiſſo, quod adſunt aliæ alienationes anteriores, quæ
prius imputantur iuxta text. *in l. Marcellus §. res quæ ff. ad
Trebell.* & omiſſa diſputatione; An impoſitiones cenſuum
25 † deſeruiant pro electione legitimæ in qua quæſtione Rota
variauit, vt patet ex *deciſ.* 299. *num.* 484. *part.* 9. *recent.* atta-
men admiſſa etiam opinione, quod per impoſitionem cen-
26 ſus, † dicatur electa legitima in re, ſuper qua cenſus fuit
impoſitus iuxta firmata per Rot. *in d. deciſ.* 299. *part.* 9. Iſta in
caſu noſtro non applicantur, cum cenſus non fuerint impo-
ſiti ſuper domo, de qua agitur, atque ideò non poteſt dici,
quod iſta domus fuerit electa pro legitima, dum ſuper ea
cenſus non fuit impoſitus.

Vnde cum ex his euidenter pateat hypothecam, vna cum ſua potioritate fuiſſe contractam in tempore ſolutionis dotis, quo fideicommiſſum vigebat, & propterea eadem bona tranſierunt in quoſcumque cum onere prædicto, vt fuit firmatum in alijs deciſionibus in hac editis. Ideò fuit vtraque parte informante reſolutum eidem Hortenſiæ competere immiſſionem in domo, de qua agitur.

Plures deciſiones ſunt in hac cauſa, altera, quæ eſt ſupra in hac eadem parte 163. in ordine, cuius in calce etiam aliam concordantem inuenies, omiſſa altera ſub die 11. Ianuarij 1677. coram bonæ mem. Vbaldo, quia illius deciſiones iam ſub prælo eſſe cognouimus.

REVERENDISS. D. ALBERGATO

Sacræ Rotæ Decano.

Romana Primogenituræ de Cæſarinis.

Lunæ 13. Iunij 1678.

A R G V M E N T V M.

Pendente conditione fideicommiſſi, illius bona à grauato alteri ex fideicommiſſarijs ſunt conceſſa, ſed conceſſionem retractandam eſſe deciditur, quia præmaturam reſtitutionem in præiudicium vocatorum ille facere non poterat, ac etiam quia non valuit ipſe duriorem reddere conditionem illorum circa adeptionem poſſeſſionis in caſum obitus eiuſdem grauati, non obſtante quod eadem translatio laudabiliter facta diceretur, ad conſeruationem ſplendoris familiæ, quia hoc excuſabat quidem à pœna, non autem retractationem impedire poterat.

S V M M A R I V M.

1 *Poſſeſſio bonorum fideicommiſſi non poteſt à grauato in alium transferri ad præiudicium vocatorum, & aliter translata, retractari debet.*

2 *Res in eodem ſtatu reponenda eſt, quo per antea erat, ſi illius innouatio alijs præiudicare poterat. & ſup. num. 1. & ſeqq.*

3 *Actus licèt laudabiliter factus, ſi incipit poſtea eſſe præiudicialis alteri, reduci debet in priſtinum.*

4 *Bonorum fideicommiſſi translatio bona fide facta à grauato in perſonam aliorum, liberat à pœna caducitatis, non autem à retractatione.*

5 *Grauatus reſtituere perſonæ certæ ex incertis, non poteſt in præiudicium vocatorum potius reſtituere vni, quàm alteri.*

6 *Grauatus non poteſt declarare, quis in fideicommiſſo ſucceſſurus ſit, cum hoc à ſola voluntate Teſtatoris dependeat.*

7 *Declaratio voluntatis Teſtatoris dubiæ circa perſonam ſubſtitutorum fieri debet à iudice, non autem à grauato.*

8 *Grauatus poteſt declarare voluntatem Teſtatoris, quando nemo, præter ipſum, lædi, vel damnificari poteſt.*

9 *Retractatio poſſeſſionis bonorum fideicommiſſi in alios translatæ fieri debet à grauato, etiamſi perſona ſucceſſura declarata non ſit.*

10 *Iudex reuocare debet poſſeſſionem bonorum fideicommiſſi pendente conditione, alijs à grauata conceſſam, quamuis adhuc non declaret quis in eodem fideicommiſſo ſucceſſurus ſit.*

D E C I S I O CCXLIV.

CVm in ſtatu religioſo vitam duceret Excellentiſſima Domina Liuia Cæſarina Neptis maior Excellentiſſimi Domini Ducis Philippi Cæſarini, qui indè agnoſcens neminem poſt ipſius Ducis obitum ſine filijs exiſtere habilem ad primogenituram Excellentiſſimæ ſuæ Familiæ præter Excellentiſſimam Dominam Cleriam alteram Neptem maiorem, eam collocauit in matrimonium cum Excellentiſſimo Domino Principe Sonnini, in quam, eiuſque filios tranſtulit poſſeſſionem bonorum Primogenituræ per triduum ante obitum ipſius Domini transferentis; Hinc Domina Liuia (quæ ſtatum religioſum poſtea deſeruit, & matrimonium contraxit cum Excellentiſſimo Domino Federico Sfortia) prætendens hanc translationem tamquam ſibi, ſuiſque filijs præiudicialem ſua intereſſe retractari, aliàs eſſe locum præuentiuæ declarationi ſuper purificatione Primogenituræ; Et cum ſub die 13. Maij proximi præteriti Rota reſponderit non eſſe locum præuentiuæ, reſeruato tamen particulari diſcuſſioni articulo retractationis, ſuper quo aſſumpta hodie diſputatione, Domini cenſuerunt eſſe locum retractationi.

Cum enim actus translationis poſſeſſionis † poſſit infer- 1
re præiudicium vocatis circa adeptionem poſſeſſionis in ca-
ſu obitus Domini Ducis ſine filijs, debet & poteſt ab eo-
dem Domino Ducis retractari, † & res in eo ſtatu reponi, 2
quo foret ſi minimè factus fuiſſet, iuxtà ſententiam Bald. *in l. quoties la prima num.* 10. *C. de fideic.* de Marin. *reſol.* 18. *numer.* 60. *lib.* 2. Poreir. *deciſ. Portugal.* 129. *num.* 3. Cyriac. *controu.* 312. *num.* 18. Actolin. *controu.* 84. *num.* 27. Magon. *deciſ. Flor.* 92. *num.* 3. *&* 4. Noguerol. *alleg.* 19. *num.* 13. Peregr. *de iur. fiſc. lib.* 3. *tit.* 1. *ſub numer.* 12. Rot. *deciſ.* 67. *numer.* 9. *coram Peutinger.*

Nec obſtat, quod iſta translatio poſſeſſionis tunc fuerit
actus prudens, & laudabilis, † quia tunc non exiſtebat 3
alius capax primogenituræ, quia tametſi ab initio Domi-
nus Dux exiſtens in bona fide prudenter, & laudabiliter ſe
geſſerit, hoc dumtaxat liberat illum ab incurſu caducitatis
in eadem primogenitura comminatæ primogenitis alienan-
tibus bona illi ſubiecta, † non autem excuſat à retracta- 4
tione, cùm ipſe tamquam grauatus reſtituere incertæ ex
certis perſonis, † nec potuerit in præiudicium eorum, 5
qui ſe poſt eius obitum ſine filijs maſculis vocatos, præ-
tendunt facere prematurè in vita reſtitutionem vt aduer-
tunt Bart. *in l. poſt mortem ſub num.* 5. *C. de fideic.* Molin. *de primog. lib.* 5 *cap.* 4. Olea *de ceſ. iur. tit.* 3. *q.* 4. *n.* 35. Fuſar *de ſubſtit. qu.* 602. *n.* 4. Peregr. *de fideic. art.* 2. *n.* 51. Petr. Greg *de feud. par.* 4. *quæſt.* 10. *num.* 26. Fontanel. *deciſ.* 59. *num.* 8. *& deciſ.* 40. *num.* 14. Rot. *deciſ.* 1. *num.* 2. *& deciſ.* 13. *num.* 3. *coram Vbald. & deciſ.* 468. *&* 469. *vtrobique n.* 2 *par.* 4. *diuerſ.* Nec potuerit decla-
rare, quis ſit ſucceſſurus, † cum id pendeat à voluntate 6
Teſtatoris, † quam declarare in caſu dubietatis ad Iudi- 7
cem ſpectat, *l. voluntas C. de fideic.* non autem ad grauatum,
† cui ſolum permittitur declaratio, quando nemo præter 8
ipſum lædi, vel damnificari poteſt, vt dicit Bartol. *in l. ſi quis à filio §. ſi quis plures num* 2. *ff. de legat.* 1. Ruin. *conſ.* 128 *ſub nu.* 1. *lib.* 2. Mantic. *de coniect. lib.* 3. *tit.* 1. *num.* 25. *&* 26. Rot. *deciſ.* 100. *num.* 5. *par.* 2. *diuerſ.*

Similiter non obſtat, quod adhuc non ſit canonizatum
ius dictæ Liuiæ, eiuſque filiorum, † quia Rota hodie 9
non intendens in reliquis iuribus alicui præiudicare, non
ingreditur diſputationem ſuper meritis, nec declarat ad
quem ſpectet ſucceſſio in primogenitura eueniente caſu
† purificationis illius, ſed dumtaxat firmat eſſe locum retra- 10
ctationi actus præiudicialis, ad quod perſonæ de familia,

quæ

quæ de tempore faciendæ restitutionis à grauato succedere prætendat, *l. Peto §. fratre ff. de legat. 2.* Noguerol. *alleg. 19. nu. 14.* Molin. *de primog. lib. 4 cap. 1. num. 12. & seqq.*

Et ita vtraque parte informante resolutum fuit.

Altera præsentis causæ decisio habetur impressa supra in hac eadem parte, vbi est in ordine 217.

REVERENDISS. D. ALBERGATO,

Sacræ Rotæ Decano.

Interamnen. Fideicommissi.

Lunæ 13. Iunij 1678.

A R G V M E N T V M.

Super bonis, in quibus Testator maiorem affectionem habebat, particulare fideicommissum fuisse ab eo constitutum deciditur, ex speciali prohibitione alienationis, addita ratione, vt illa perpetuò remanerent in familia, & ad hoc, vt eius memoria conseruaretur, quod proindè descensiuum, & reciprocum visum est, cum alioquin hæc enixa Testatoris voluntas impleri minimè potuisset.

S V M M A R I V M.

1 *Bona expressè alienari prohibita, addita ratione vt perpetuo remaneant in familia, perpetuo quoque, & descensiuo fideicommisso sunt obnoxia.*

2 *Reciprocum fideicommissum resultat ex speciali prohibitione, imo ratione perpetuo conseruandi bona inter filios, & descendentes in infinitum.*

3 *Fideicommissum, necessario inducitur si alias sine eo testatoris voluntas impleri non posset.*

4 *Fideicommissum particulare resultat ex speciali prohibitione alienationis certorum bonorum, facta pro conseruatione memoriæ ipsius testatoris.*

5 *Memoria testatoris conseruari non posset, nisi bona transirent de vna linea ad aliam, non autem quod altera defecta, terminaret cum illa.*

6 *Fideicommissum particulare resultat, si vltra dispositionem generalis fideicommissi de certis bonis, cum eodem onere particulariter est dispositum.*

7 *Fideicommissum particulare à testatore dicitur constitutum super bonis in quibus ille maiorem affectionem habebat.*

Veluti si agitur de domo propria ipsius testatoris, ab eoque etiam inhabitata, & sup. d num. 1.

D E C I S I O CCXLV.

IN resolutione capta coram me sub die 15. Februarij 1677. decisum fuit quoad fideicommissum vniuersale constare de re iudicata sententiæ Auditoris Cam. Areosti latæ ad fauorem Abbatis Octauiani Spadæ, & aliorum; quo verò ad fideicommissum particulare constare de causis restitutionis in integrum ad fauorem Ioannis Mariæ, & aliorum de Perottis, & reproposita hodie Causa super vtroque, dilata resolutione respectu fideicommissi vniuersalis, quo verò ad fideicommissum particulare, steterunt Domini in decisis, moti ex iisdem rationibus in præterita decisione deductis.

Nam Pompeius Testator strictè prohibuit Paulo, & Ludouico filijs primo institutis alienationem etiam per viam vltimæ voluntatis domus per ipsum fideicommittentem tunc inhabitatæ, ac Apothecæ subtus eandem, & Molendinorum ad vsum molendi oleas, & triticum, ratio-
1 nem exprimens, † vt huiusmodi bona perpetuò remaneant in familia, & filijs, & descendentibus in infinitum ipsius Testatoris; vnde Domini iterum eliciebant illius voluntatem super prædictis bonis constituendi perpetuum, & descensiuum fideicommissum, cum per talem prohibi-
2 tionem, † seù potiùs per dictam rationem sic prohibendi, vt bona remaneant penès descendentes in infinitum inductum censeatur ex Testatoris expresso præcepto reciprocum fideicommissum inter ipsos vocatos, & descendentes
eorum, † aliàs non posset impleri enixissima illa volun- 3
tas conseruandi bona in familia, Altograd. *cons. 92. num. 14. lib. 1.* Rot. *in Perusina fideicommissi de Bigazz. 14 Nouembris 1605. coram Lutia impress. apud* Giouagn. *cons. 75. num. 72. lib. 1. & in Firma. a fideicommissi 16. Aprilis 1663. §. de fideicommiss a coram bo. me. Cardinali Vicecomite*, & probant alij in præterita decisione relati *§. existentia.*

Id quoque suadent alia verba testamenti, ibi: Et hoc pro conseruanda memoria, & bonis ipsius Testatoris: † *Ex* 4
quibus pernecesse desumitur, quod hæc bona in perpetuum stare debeant sub fideicommisso particulari, † aliàs si de- 5
fecta vna linea non transirent ad aliam, non remanerent perpetuo in Familia, nec in eis conseruaretur memoria Testatoris, vt ipse voluit, ad tradit per Altograd. *cons. 92. num. 14. lib. 2.* Rot. *decis. 411. num. 7. & seqq. & decis. 472. num. 9. par. 14. rec.* & latè dictum fuit *in Firmana fideicommissi de Tulcbis 28. Nouembris 1670. § Quamuis enim, & §. Præcipuè coram R. P. D. meo Vicecomite, & in alia decisione huius causæ §. Quod etiam.*

Et ista enixa voluntas disponentis † eo magis deprehen- 6
ditur ex generali dispositione bonorum successiuè facta fauore masculorum in infinitum, cum enim de Domo, Apotheca, & Molendinis particulariter disposuerit, & cum replicata ratione conseruandi in Familia, & pro sua me-
moria, † dicendum hinc est habuisse ad hæc bona maio- 7
rem affectionem, quàm ad alia, plus de his, quam de alijs voluisse cum in alijs non ita enixè voluntatem suam declarauerit, nec particularem rationem expresserit, *ad text. in l. Balista ff. ad Trebell.* Rota *decis. 293. num. 6. coram bo. me. Cardinali Celso.*

Et ita, vtraque Parte informante, resolutum fuit.

Supra in hac eadem parte adest altera præsentis Causæ decisio coram eodem Reuerendissimo Domino Albergato Decano, quæ est ibi in ordine decisio 20.

R. P. D. P A V L V C C I O.

Romana Locationis.

Lunæ 13. Iunij 1678.

A R G V M E N T V M.

Exceptiones plures hinc indè opponebantur inter Conductorem, & Locatorem, quæ pro partitarum diuersitate sunt admissæ, & respectiuè reiectæ, tam iuxtà relationem Peritorum, de quibus plura in decisione deducuntur, quàm etiam quia ex eodem instrumento resultabant, ideoque non sunt exclusæ, licèt essent turbidæ, vel altiorem haberent indaginem, etiam ad effectum retardandi obligationem cameralem.

S V M M A R I V M.

1 *Lex contractus, & sibi ipsis à contrahentibus apposita, est vndequaque seruanda.*

2 *Relatio periti erronea in parte, habetur pro erronea in totum, nec ei aliqua fides adhibetur.*

3 *Nullitas electionis peritorum examinari non eget, quoties illorum relatio de erroneitate conuincitur.*

4 *Suspectus iudex, vel peritus in curia solo iuramento allegatur.*

5 *Peritus secundus non potest dici quod adhæserit relationi priorum peritorum, si expresse dixit super illis iudicare non potuisse.*

6 *Relationi tertij periti, redigentis ad quantitatem legitimam summas exorbitantes aliorum peritorum, standum est.*

7 *Processus in infinitum dari non debet.*

8 *in Electionem tertij periti consensisse dicuntur partes, quæ post recusationem aliorum peritorum nouam electionem petierunt.*

9 *Compensationem quatenus importare possint vel non partitæ illiquidæ, & solum probatæ in genere, & num. seqq.*

10 Ex-

10 *Exceptio proueniens ex eodem instrumento opponi potest etiam contra obligationem cameralem.*

11 *Exceptio illiquida, & requirens altiorem indaginem, admittitur adhuc, si ex eodem instrumento resultat.*

12 *Executio oblationis cameralis retardatur etiam per exceptiones illiquidas, & requirentes altiorem indaginem, si ex eodem instrumento proueniunt.*

13 *Actionem habere non potest qui non adimpleuit ex parte sua, quamuis reus suam exceptionem solummodo in genere probet.*

DECISIO CCXLVI.

1 NIhil immutandum Domini censuerunt quoad obligationem DD. de Verospijs, † quæ ex aperta lege contractus inter partes resultat; *l. 1. §. si conuenit ff. deposit*, sed standum decis. 24. Ianuarij 1676. coram R. P. D. meo Calatain nunc Magno Mediolani Cancellario, in cuius locum subrogatus Causam hodie ex noua audientia proposui.

Verum moderandam decisionem dixerunt in ea parte, qua admittit liquidationem damnorum ob non factam pratorum expurgationem à Dominis de Verospijs in scutis 429. 50. rata vt infra manente executione mandati A. C. in scutis 131. b. 25. pro prætensis damnis non factæ expurgationis fouearum, & omissæ plantationis salicum iuxtà legem locationis, & conductionis respectiuè.

Nam quoad summam scutorum 429. 50. non est visa sufficiens damnorum liquidatio in hac summa.

Vel enim ea desumitur à relatione Peritorum, qui primo fuerunt electi, cumque ea apparuerit erronea in vno capite, 2 † in omnibus redarguitur erronea, nec ipsi standum, cum fidem non mereatur, sed imò fides ei adimatur in totum post Castr. *cons.* 361. *num.* 4. & Soccin. iun. *cons.* 131. *num.* 11. *lib.* 3. Rot. *coram Greg. decis.* 79. *num.* 2. & *ibi* Adden. & *cor. Bich. dec.* 596. *num.* 10.

3 Quæ sanè erroneitatis exceptio satis visa est, † absque eo, quod nullitas electionis eorundem Peritorum exactius expendatur, & examinetur, vt in facto deducitur, ad normam eorum, quæ tradit Ridolph. *in prax. parte* 1. *cap.* 8. *num.* 11. & Adden. ad Burat. *decis.* 70. *num.* 14. maximè cum DD. de Verospijs eosdem Peritos suspectos dixerunt, nec sine ratione, cum eos nimium grauauerint, & in Curia solo 4 iuramento † liceat dare de suspicione, Rot. *decis.* 290. *nu.* 1. & 2. & *decis.* 455. *num.* 13. *par.* 14. *rec.*

Si verò desumatur damnorum liquidatio in dicta summa scutorum 429. 50. ex relatione secundi Periti, & nullo modo subsistit, quia super hac partita nihil ipse retulit, neque enim admitti potest, quod supponitur in decisione, quæ reuidetur, quando secundus Peritus adhæserit rela5 tioni duorum Peritorum, † quia apertè nimis oppositum euincunt verba ipsius relationis, dico non hauere più luogo la reuisione, stante che volendo stimare la spesa della cioccatura, & il pregiuditio successo, era necessario vedere li detti Prati, prima che fossero cioccati, onde sopra di ciò non può giudicare cosa alcuna.

Quod verò ad pretensa damna ob non factam excauationem fouearum, & amissam plantationem salicum, 6 † standum vtique liquidationi tertij Periti redigentis exor7 bitantes summas duorum Peritorum ad scuta 131. 25. † ne detur processus in infinitum, Add. ad Buratt. *decis.* 70. *num.* 14. præcipuè quia cum Partes in eius electionem consense8 rint, † ex quo post recusationem duorum Peritorum nouam electionem petierunt, Gratian. *disc. for. disc.* 734. *num.* 42.

Quo verò ad damna è conuerso prætensa per Dominos de Verospijs ob non factam cooperitionem Capannarum, ad quam tenebatur ex lege expressa locationis D. Dux Strozzius, & ob quam omissionem Domini de Verospijs compulsi sunt tenere animalia sub dio, & sæoum fuit passum notabile detrimentum, vtcumque decisio, quæ reuidetur ea non censuerit consideranda ad effectum compen9 sationis † tamquam illiquida, nec probata in genere, aut in specie per testes deponentes non de facto, sed de possibili; attamen cum damnum sit certum in genere, præcipuè in fæno ob tegumentum factum ex sola scarsica, & non ex tegulis, vt fuerat conuentum, Dominis fuit visum hanc exceptionem non esse posthabendam, saltem ad retardandam obligationem Cameralem contra Dominos de 10 Verospijs Conductores; † est enim exceptio consurgens ex eodem instrumento, ac proindè eiusdem naturæ, ac est actio principalis, vndè & opponi potest, licèt instrumentum sit vallatum obligatione Camerali, Galles. *ad obligat. Camer. quæst.* 17. *num.* 7. & 8. & *ibi* Zacch. *num.* 101. esse enim, quod requireret altiorem indaginem † ob non factam præ- 11 cisam liquidationem, Rot. *apud Zacch. de obligat. Camer. dec.* 8. adhuc enim impedire † potest executionem obligationis 12 Cameralis, *d. decis.* 8. *num.* 1.

Et præsertim quoad ratam non liquidam cioccaturæ, prout vocatur, ob non implementum illorum de Verospiis; quamuis enim ex parte eorundem damna in genere tantum probentur, † attamen, cum & Dominus Dux non imple- 13 uerit ex parte sua, hoc satis est, vt excludatur, quo minus possit agere ex causa non implementi, & vt admittatur compensatio, Gratian. *discept. for.* 301. *num.* 13. Rot. *coram Greg. decis.* 261. *num.* 3. & *decis.* 46. *num.* 1. *par.* 3. *rec. decis.* 215. *n.* 4. *par.* 5. & *decis.* 95. *num.* 5. & *seq. par.* 8. *rec.*

Et ita, vtraque parte informante, resolutum fuit.

Supra in alio præcedenti tom 2. par. 18. adest altera præsentis causæ decisio, ibi in ordine 632. Typographorum incuria apposita sub nomine bonæ memoriæ Vbaghi.

R. P. D. TAIA.

postea S. R. E. Cardinali.

Calaguritana Beneficij del Busto.

Lunæ 13. Iunij 1678.

ARGVMENTVM.

Subdelegatio examinatorum in partibus in hac decisione conceditur, quia de solo simplici beneficio agebatur, & quod magis est, extra Italiam, quo in casu propter periculum itineris, & notabiles expensas, quæ quis subire teneretur, receditur a regula, de illud coram Iudice appellationis faciendo, eo magis, quia non prouocabatur ad nouum concursum, & ambo litigatores erant in partibus.

SVMMARIVM.

1 *Motus proprius s. m.* Clementis VIII. *de conferendis simplicibus beneficijs Calagaritanis per concursum, & ipse etiam sanctus nuncupatur.*

2 *Examen delegatur in partibus ad euitanda pericula terræ, & maris, ac etiam expensas itineris quæ alias quis subire cogeretur, & num. seqq.*

3 *Accedere ad Vrbem de longissimis partibus quis non cogitur propter magna pericula, & expensas, quæ exinde resultant, & num. 9.*

4 *Examen in Vrbe non practicatur, nisi in parochialibus, & intra Italiam, & num. 7.*

5 *Examinis delegatio in partibus, eo magis conceditur, vbi non prouocatur ad nouum concursum, & examen, & ambo litigantes sunt in partibus.*

6 *Examen fieri debet in Curia, non autem subdelegari in partibus, si appellatum est ad Curiam.*

7 *Constit.* Beati Pij V. *de appellat. ad Sedem Apostolicam, & prouocationem prælecti ad nouum examen, traditur, & declaratur num. anteced. & seqq.*

8 *Gratificationi quatenus locus magis esse debeat in simplicibus beneficijs, quam curatis.*

9 *Itineris grauamen plus esse non debet, quam causa principalis.*

10 *Examinis nullitas resultat, si de aliquo examinato nulla mentio ab examinatoribus facta sit.*

DECISIO CCXLVII.

IVxta Constitutionem, seu motum proprium s. m. Clem. VIII. ipsum quoque motum proprium Sanctum de conferendis simplicibus Beneficijs Calaguritanæ Diœcesis per concursum, † itant si vnus approbatur idoneus ad cu- 1 ram animarum, illi conferatur, si plures, tunc eligatur vnus ex illis per viam gratificationis, examinati fuerunt, vacante

cante simplici beneficio supradicto, Philippus, & Gregorius, & Io: Baptista Clerici, & filij naturales, & patrimoniales Ecclesiæ parochialis dicti Oppidi del Busto, sed examinatores retulerunt idoneos Philippum, & Gregorium, sine mentione Io: Baptistæ, adeò nec approbati. Vndè appellauit Io. Baptista petendo examinari, & orta contentione dumtaxat de subrogando nouo examine, an in loco, vt petit Io. Baptista, aut in Vrbe, vt petit Philippus, Gregorio recedente, proposito dubio, an sit subdelegandum nouum examen in partibus Domini responderunt subdelegandum.

Ratione æquitatis, & iuris, quod valdè onerosum, & damnosum videretur propter magna pericula (quibus his
2 maximè temporibus quoque, & magis) † terræ scateut, &
Maria, etsi quis à longissimis Hispaniæ occidentis Regionibus per varios casus per tot discrimina rerum in latium tendere cogeretur, & tot dispendia ferre viarum &c. in alia Calaguritana Beneficij de Ocon 15. Decembris 1649. *coram Arguell. decis. 109. ex numer. 7.* tam comptè, quàm doctè confirmata in *decis.* 116. auctoritate quoque Sac. Congre-
3 gationis Concil. de examine † in Vrbe, quæ non hoc
practicauit, nisi in Parochialibus, & intrà Italiam *d. decis. 109. num. 16. vers & tandem*, & in simili Calaguritana Beneficij S Martini præcipuè iuxta dd. decisiones Rot. *decis.*
4 231. *num. vlt. par.* 11. & facilius adeoque libentius, † quod
Io. Baptista, non prouocat ad nouum concursum, & examen &c. & ambo sunt in partibus &c. *d. decis. 109. num. 15. d vers. nos verò, & num. 16. vers. & ambo.*

Vnus tamen dicebat non subdelegandum examen in
5 partibus, sed in Vrbe, vbi fieri debet, † quando, vt
in præsenti casu fuit à tali grauamine appellatum ad Curiam ex Rota in alia Calaguritana Beneficij de Lumbreras *coram Peuting. decis. 263. numer. 4. & coram Card. Cels. decis. 5.* confirmata quoque in *decis.* 24. vasiasque decisiones potiusque diuersas ipse dicebat inniti certis causis, vel impedimentis infirmitatis, seruitij Ecclesiæ, notoriæ nullitatis examinis.

Contrarium sensere alij, & consentere ex suprascriptis, & alijs allegatis, & faciliè allegandis, recentius respondendo *d. decis. 5. & 24.* quibus hæret *d. decis.* 263. agere de
6 beneficio Parochiali, † & Constitutionem s. m. nunc
etiam B. Pij Quinti in ordine aliarum 33. de appell. ad Sedem Apostolicam, ac prælecti ad nouum examen coram
7 ipso appellationis Iudice prouocatione in *d. decis. 5. numer.*
9. & clarius in *d. decis. 25. numer. 5 & 6.* & præter eas al-
8 leg. satis per se oleat *d. decis.* 263. agendo de † gratificatione
dum gratificati non nisi ad simplicia beneficia habiles relati existunt, alii verò supradicti instantes etiam ad curam *numer.* 6. & satis, superque præoccupata hæc, & huiusmodi fuerunt *coram Arguell. d. decis. 109 numer. 11. d vers. non obstant* modu videlicet, quæ in contrarium trahuntur non deducuntur præcipuè in alleg. Maioricen. parochialis, quæ ibidem in margine declarantur supradictæ *decis. 5. & 24. co-*
9 *ram Card. Cels.* & ita maximè ne longè pluris † sit grauamen itineris, quam causæ principalis, vt ex Ioan. Andr. *ad specul.* refertur *d. decis. 109. numer.* 10 & ne fortè in alia via, quam iuris causa cadat, & succumbat appellans.

Et eò demum libentius stante nullitate prædicti examinis
10 ex eo resultante, † quod nulla fuerit facta ab examinatoribus relatio quia etiam mentio dicti Ioannis Baptistæ contra formam dicti motus proprij, vt aliàs decisum fuit in simili Calaguritana *coram Pæn. Lugd. edit. decis. 1637. numer. 4. confirmata coram Sacrato decis. 488 num. 1. par. 2. recent. cum alijs adnot. ad Pen.*

Et ita vtraque parte informante, resolutum fuit.

R. P. D. PAVLVCCIO.

Bononien. Fideicommissi de Campanis.

Lunæ 13. Iunij 1678.

ARGVMENTVM.

Bona à principio empta, pro quibus sola pars pretij soluta erat, fuerant deinde per plures annos in locationem retenta, cumque hæredes emptoris exciperent de dominio, simplices tamen conductores declarati sunt, vt proinde neque illis retentio competeret pro summa soluta, quia longe plus consequuti fuerant ex illorum fructibus, quam importaret eorum creditum.

SVMMARIVM.

1 *Contractus emptionis, & venditionis, resoluitur in contractum locationis, & conductionis, & quando.*
2 *Traditio possessionis facta emptori, qui pretium non soluit, non operatur translationem veræ possessionis, sed nudam detentationem importat.*
3 *Colonus, & conductor nudam, & simplicem detentationem habere dicuntur.*
4 *Plus iuris in alium nemo transferre potest, quam ipse habeat.*
5 *de Repræsentante idem est iudicium, ac de repræsentato.*
6 *Conductionis titulus nullum præsefert dominium.*
7 *Conductor non potest refricare quæstionem dominij aduersus suum locatorem.*
8 *Retentio quatenus competat emptori pro rata pretij ab eo persoluti, eiusque fructibus vide num. seq.*
9 *Creditor si plus recepit ex fructibus bonorum sui debitoris, quam importaret suum creditum, de illo remanet satisfactus.*
10 *Obligatio, & promissio facta in concordia, quæ nulla declarata est, ipsa etiam corruit, & euanescit.*

DECISIO CCXLVIII.

SVbrogatus in vicem R. P. D. Calataiu magni Mediolanen. Cancellarij in hac causa, eandem hodie iterum proposui ex noua audientia concessa super Decisione 30. Aprilis 1677. coram eodem nunc Magno Cancellario dubitans: An sit standum, vel recedendum à decisis.

Et DD. standum in decisis censuerunt probantes maximè fundamentum eiusdem *Decisionis in §. ex alio*, quo stante, inane existimarunt agere de noua facti concordia, & insistere super consumptione detractionum, quæ per Matthæum, & Ioannem Baptistam de Campanis, qui alienarunt prædium controuersum fieri debuissent, & quarum virtute Moniales S. Agnetis alienationem Prædij substinere nituntur.

Fundamentum autem, & valdè vrgens illud est, quia Rengherius emit hoc Prædium de anno 1642. pretio librarum 7750. pro quo soluit tantum lib. 2250. addito expressè pacto, quod reliquum Prædium retinebat iure Affictus vsque ad totalem integri pretij solutionem per septem scilicet annos quibus elapsis, & pretio non soluto, locatio continuare deberet de triennio in triennium pro pensione annua librarum 320 reseruata interim Matthæo venditori speciali, & expressa hypotheca super Prædio vendito prout ex instrumento in Summario exhibito *num.* 1. hocque locationis titulo Prædium extitit penes Rengherium ab anno 1642. vsque ad annum 1649.

Et euidenter hoc ipsum roboratur ex eo, quod anno 1649. 25. Aprilis idem Rengherius recedens coram Iudice ab instrumento emptionis dixit expressè, se ampliùs non teneri ad solutionem fructuum, & pretij restantis. Imò eodem anno 1649. die 1. Decembris iterum Prædium conduxit per alios quinque annos, & pro annua pensione librar. 430. vt pariter in Summario *num.* 2.

Hæcque indubia conuentio operatur, vt contractus † em- 1
ptionis interim resoluatur in contractum locationis, & conductionis, qui expressè ipsimet contractu emptionis est insertus *l. cum manu sata* 80. *§. nemo potest ff. de contrahen. empt.* vbi eleganter ad rem Iuris Consultus; *Nemo potest videri eam rem vendidisse, de cuius dominio agitur*, ne ad emptorem transeat, sed hoc vt locatio est, *aut aliud genus contractus l. Iulianus §. offerri ff. de act. empt.* Et quęcumque vigore huiusce
contractus sit facta traditio emptori † non operatur veræ 2
possessionis translationem, sed nudam detentationem,
† qualis Colonum, & Conductorem propriè doceat *l. seruus* 3
emptor. 16. ff. de peric. & com. rei vend. Gratian. *disc. c. 206. num. 9. & 12.* Rota *coram Card Celso decis. 365. num. 2. & post* Merlin. *de pignor. decis. 75. num. 16.*

Quia ergo nemo plus iuris in alium trasferre potest
† quam ipse habeat *l. nemo plus ff. de reg. iur.* idemque iudica- 4
mus de repræsentante, † ac de repræsentato *l. Lossa ff. de relig.* 5
& sumpt. funer.

Nullum ius maius prætendere possunt Moniales, quam habuerit eorum Auctor Rengherius, quem repræsentant qui-

6 quique solo Conductionis titulo, † qui nullum præseferat dominium *l. non solet 39. ff. locati* retinuit Prædium, quod cum retinuerint, & retineant adhuc Moniales, ex tot fructibus inde perceptis videtur ipsis sa-
7 tisfactum, neque tamquam Conductrices † quæstionem dominij aduersus sorores de Campanis locatrices excitare possunt *l. si quis Conductionis C. locati*, quæ sanè dimissa quacumque alia circa fideicommissum, & detractiones disquisitione fatis ex non iure Aduersariarum Monialium obtinere debent.

Neque possunt Moniales asserere pro rata pretij ex
8 eo, quod in ipso emptionis actu Rengherius † earum auctor soluerit lib. 2250. in partem pretij Conuenti, pro qua, & etiam pro fructibus vti retentione valeant.

Quia cum Rengherius, vt supra firmatum fuit non soluerit nisi libras 2250. in actu emptionis, & remanserit debitor Affictuum prædictis sororibus de Campanis decursorum ab anno 1642. vsque ad annum 1649. ad rationem libr. 320. quolibet anno, & à dicto anno 1649. ex quo Prædium denuo condoxit, eosdem Affictus soluere deberet vsque ad annum 1655. in annuis lib. 430. & ab anno 1673. vsque ad præsens Moniales d. Rengherij hæredes Prædium controuersum eo-
9 dem titulo Affictus occupauerint, † satis clarè ex calculo aritmetico conuincitur, quod tàm Rengherius, quàm Moniales eius hæredes in longè maiori summa debitrices remaneant ad tradita per Rotam *cor. Eminentissimo Ottbobono decis. 201. & in Romana assecurationis 7. Februarij 1676. §. neque magis coram me*.

Necobstare visum fuit, quod in instrumento locationis factæ de anno 1649. in executionem Concordiæ inter easdem partes initæ dictæ sorores de Campagnis promiserint soluere prædicto Rengherio lib. 300. pro assertis melioramentis, & alias libr. 700. pro quibus ab eisdem sororibus data fuit illi facultas retinendi huiusmodi summas in prænarratis Affictibus, quia cum talis Concordia declarata fuerit nulla per tres sententias conformes, tamquam
10 emanata ex causis euidenter falsis, † aperte resultat, quod omnis promissio euanuerit, sicut in his terminis declarauit Rota apud Posth. *de manut. decis. 14. num. 9. & in recent. decis. 24. num. 30. par. 10.*

Quo vnico fundamento sic validissimè stante, diuertendum ad alia DD. non censuerunt, si quę enim videantur contraria, aut extranea, aut soluta satis fuere in præteritis Decisionibus.

Et ita, vtraque Parte informante, resolutum fuit.

Supra in hac eadem parte adest altera præsentis causæ decisio, quæ est in ordine 54.

R. P. D. T A I A.

Posteà S. R. E. Cardinali.

Nullius S. Edisti Bonorum.

Lunæ 13. Iunij 1678.

A R G V M E N T V M.

Legatum bonorum emphyteuticorum factum erat pro dote Capellæ, quod licet impugnaretur ex eo, quod Ecclesia non fuisset capax illorum, ipsam tamen ad effectum vendendi capacem esse deciditur, ac etiam pro erogando pretium in opus sibi iniunctum, quamuis alias ipsa emphyteusim pro se retinere non posset.

S V M M A R I V M.

1 *Bona Emphyteutica non possunt alienari in Ecclesiam, & loca pia.*
2 *Ecclesia, & loca pia dicuntur personæ potentes, ad hoc, vt in illa emphyteusis alienari non possit.*
3 *Constitutio* Bonifaciana *facit emphyteusim esse transitoriam ad quoscunque.*
4 *Ecclesia non est capax bonorum emphyteuticorum, etiam attenta Constitutione* Bonifaciana.
5 *Transactio facta contra literalem dispositionem testamenti, est ipso iure nulla.*
6 *Bona emphyteutica Ecclesiæ quando redacta sint ad instar allodialium.*
7 *Ecclesia, vel locus pius licet non fiat capaces emphyteusis, possunt tamen esse capaces de pretio, & numer. seqq.*
Amplia, vt ibidem.
8 *Ecclesia, an sit capax bonorum emphyteuticorum plurimum prævalet obseruantia.*
9 *Ecclesia, seu Monasterium, licet ex priuilegio possint retinere bona emphyteutica, de consuetudine tamen ea solum retinent ad effectum vendendi, & quando.*

D E C I S I O CCXLIX.

COncesserat A. C. immissionem in bona hæreditaria Deliæ matris, & Lucretiæ filiæ Carolo legatario, tam nomine proprio, quam vti Capellano per dictas Testatrices nominato in Capella construenda, contra Ioannem Petrum, & alios detentores bonorum ex Concordia, seu transactione inita cum dicto Carolo legatario, & Capellano, rescissa per dictum A. C. transactione prædicta, tamquam sine causa, & super iure claro, quam concessionem confirmauit Rota duabus Decisionibus prima Iulij 1675. & 10. Febr. 1676. coram R. P. D. meo Rondinino, declarando transijsse sententiam in iudicatum, & denegando restitutionem in integrum; Placuit autem Signaturæ committere denuo causam cum clausula Alteri, qui ad legitimam executionem procedat, & hodie proposito de more dubio, an sit procedendum ad executionem, DD. præceden. responderunt, vno tamen reluctante.

Dicebat enim non præcedendum, quia bona ex forma Capitulorum Abbatiæ, & inuestiturarum sunt Emphyteutica, † & expresse prohibita alienari in Ecclesias, & loca 1
Pia, quæ ad hunc effectum dicuntur personæ potentes,
† in quas expresse vigore pacti non potest fieri alienatio ad 2
Rot. *coram Ludouis. decis. 529. ex numer. 10. coram Merlin. dec. 384 ex numer. 21.* & in terminis Bonifacianæ, quæ facit Emphyteusim transitoriam, ad quoscumque, attamen Ecclesia non dicitur capax talis Emphyteusis ex adnotatis ad Ludouis. *decis 520. num. vlt. vers. nec huic limitationi*, † maximè 4
ex Rota *coram Remboldo in Ferrarien. bonorum 3 Iunij 1629 & est decis. 118. ex num. 11. tom. 2. part. 4. recent.* eoque magis, quod Emphyteusis non est hæreditaria, sed gentilitia pro filijs, & nepotibus, &c.

Non obstante licentia testandi concessa ab Abbate, vti linea iam finita in præiudicium proximorum, sed & ipsa licentia limitata est: Salua però, e sempre reseruate le ragioni del Abbatia, conforme alli Capitoli, e stili di essa, e non altrimente.

Contrarium alij dixerunt, & procedendum esse ad legitimam executionem dicebant iniustitiam transactionis sumi ex testamento Deliæ, & Lucretiæ, *vt de* bonorum controuersorum pretio constituatur dos Capellæ, † ac proin- 5
de non substinetur transactio posterior contra literalem dispositionem ex late deductis in dictis Decisionibus prima Iulij 1675. §. *restitutio*, & 10. Februarij 1676. §. *cum enim*, quarum fundamenta iterum placuerunt, ad quæ se remiserunt DD. in Suffragijs. Et ego cum illis.

Nec obstat denuo obiectum, quod agatur de bonis Emphyteuticis, quæ ex Constitutionibus, & inuestituris, vti expresse prohibita alienari in loca Pia, non potuerint relinqui pro dote Capellæ. Quia tollitur ex facto; ex Capitulis enim Abbatiæ apparet huiusmodi bona esse *instar* allodia-
lium, † vt alias considerauit Rota *coram Dunoz. decis. 44.* 6
numer. 23. vers. tum quia bona, post aliam Decisionem *coram Pirouano*, & consequenter potuerunt relinqui pro dote, maximè, quod dos constituenda est de pretio bonorum, & adest consensus Abbatis, † vt ponderat Add. ad Ludouis. *dicta decis. 520 num. vlt. vers. limitatur secundo*, cum alijs relatis *in dicta prima decis. prima Iulij 1675. §. ex hac*.

Et multum mouit DD. obseruantia in sententia A. C.
pro Monachis Cisterciensibus declaratis † capacibus ad ef- 8
fectum vendendi maximéque obseruantia Congregationis specialis Cardinalis Abbatis 23. Iulij 1662. vti de illa sententia diu expensa dictum est: Si è discorso lungamente la materia &c. e si è risoluto, che li Monachi siano capaci delli beni lasciategli, ad effectum vendendi tantùm, & a. Septembris sequen. dictum est; Che si dij alli Monachi la risolutione presa, e che si spediscano li memoriali; Quidquid, & quantum replicaretur de specialibus priuilegijs Monachorum Cisterciensium ex Constitutione Celestini

Quinti,

Quinti, data 5. Kalend. Octobris anno primo exaltationis ad Pontificatum, & renunciationis illius, quæ deducta fuerunt in Congregatione, vnà cum alijs priuilegijs communitatus huic Ordini Monachorum à Paulo Quinto in duplici Constitutione 23. aliàs 18. nam re-
9 spondebant informantes pro Carolo, † non fuisse exhibita priuilegia Monachorum, quæ illos arctent ad vendendum, sed priuilegia deducta concedunt facultatem retinendi, & tamen iuxtà consuetudinem Abbatiæ coacti fuerunt dd. Monachi vendere prænia tantùm licentia retinendi ad hunc effectum, & ampliùs deductæ aliæ licentiæ Eminentiss. Card. Alterij moderni Abbatis concessæ Locis Pijs instituntis retinendi bona relicta titulo hæreditario, vel alio quocumque relicto, ad effectum tantum distrahendi in Vasallos cum consensu ministrorum, & participandi pretium pro executione piorum operum.

Et ita vtraque &c.

REVERENDISS. D. ALBERGATO

Sacræ Rotæ Decano.

Romana Pecuniaria.

Lunæ 17. Iunij 1678.

A R G V M E N T V M.

Particularis quietantia facta erat à Matre Tutrice suorum filiorum, etiam cũ interuentu procuratoris patrui eorundẽ pupillorũ, quæ cũ duplici defectu laborare diceretur, altero solemnitatum, altero non comprehensionis crediti illorum, sed ab vtroque sanata, valida declarata est, quia solemnitates non erant necessariæ, neque respectu matris, quæ contraxerat tamquam tutrix, neque ratione pupillorum, quia non agebatur de liberatione generali facta ad fauorem Tutoris, sed de quietantia vnius debiti particularis, quæ nullas solemnitates requirit; comprehensio verò crediti eorum satis resultare visa est, quia creditor maioris quantitatis longè minus receperat, & ideò illud excomputasse necessariò dicendum est.

S V M M A R I V M.

1 *Debitor per quietantiam sibi à creditore factam dicitur penitus liberatus.*
2 *Mandatum relaxari non potest pro debito extincto.*
3 *Mulieres ex Statuto Vrbis* lib. 1. cap. 151. *etiam in quietantia tenentur seruare solemnitates.*
4 *Mulier se obligans non proprio, sed tutorio nomine suorum filiorum, statuti solemnitates non seruat.*
5 *Liberatio gratiosa debitoris pupilli à testatore facta statutarias solemnitates requirit.*
6 *Quietantia generalis administratoris facta per pupillum ad fauorem sui Tutoris, sine solemnitatibus non sustinetur.*
7 *Quietantia particularis facta à tutrice cum solidatione quorundam computorum, præiudicat pupillo, quamuis solemnitatibus destituta sit.*
8 *In contractu pupillorum omnis cessat fraus si mater, & patruus interuenerunt in illo.*
9 *Mater, & patruus non præsumuntur quidquam confiteri voluisse in præiudicium pupillorum, & ad commodum extranei.*
10 *Filij etiam pupilli perseuerare teneatur in conductione bonorum, & Casalis ab eorum patre suscepta.*
11 *in Solutione minoris summæ facta creditori maioris quantitatis, censetur excomputatum totum id, quod creditor debitori debebat.*
12 *Excomputatio, & computatio veræ solutioni æquiparantur.*
13 *Creditor non præsumitur, quod à suo debitore pecunias ad interesse recipisset.*
14 *Creditor si quis fuisset, summam ab ipso debitam suo creditori non soluisset.*
15 *Quietantia præsumitur ritè, & rectè facta si per quadraginta, & amplius annos nihil contra eam oppositum sit.*
16 *Solutionis præsumptio à Statuto Vrbis inducta per spatium 16. annorum, eo magis resultat, si etiam coniecturæ concurrant.*
17 *Tutor si aliquid emit, quod inseruire debuisset pupillo, pro eodem pupillo præsumitur emisse.*
18 *Contractus à tutore initus ex quibus deducatur spectare ad pupillum.*
19 *Pecuniæ præsumuntur soluentis, quamuis solum per eius manus dicantur receptæ, si debitum ad ipsum spectabat.*
20 *Solutio omnis præsumitur facta ex causa præcedentis contractus.*
21 *Solutio facta matri tutrici, quæ se publicè pro tutrice gerebat, valet, & sustinetur, & illius quietantia liberat debitorem.*
22 *à Matre tutrice quæ facta sunt remanent valida, & pupillo præiudicant, licet non satisdederit.*
23 *Quietantia tutoris perinde habetur, ac si ab ipsis pupillis fuisset facta.*
24 *in Contractu pupilli non dicitur tutor contrahere, sed pupillus in persona sui Tutoris.*

D E C I S I O CCL.

ADhuc non expleto primo anno conductionis ad nouennium Casalis Auguzzani conducti à Baptista Inuernitio, & Hieronymo Alexandrino, ille decessit scriptis sibi hæredibus eius filijs pupillis, quibus cum non expediret in conductione perseuerare, Nicolaus eorum Patruus vnà cum dicto Hieronymo vendidit Paulo Cordiali cum pacto subintrandi, prout cum effectu subintrauit in conductione noualia, Boues, & reliqua Instrumenta fundi, quorum pretium à Peritis æstimandum, consignatione sequuta, emptor promisit soluere medietatem, scilicet infra mensem, & residuum in festo Natiuitatis D. N. Iesu Christi tunc currentis anni 1629. & quia pupilli propter vsum, & manutentionem hospitiorum hæreditariorum indigebant fæno, Nicolaus emit ab eodem Paulo pro ipsis pupillis omnes herbas falciatiuas pratorum Casalis pro toto tempore conductionis ad rationem scutorum 14. pro rubro, vndè cum Paulus occasione dd. herbarum anno 1633. esset creditor hæreditatis Baptistæ in magna summa, obtinuit mandatum contra bona hæreditaria, ad quorum imminentem deliberationem euitandam, Paula mater, & tutrix simul cum Laurentio Inuernitio Procuratore dicti Nicolai patrui pupillorum cum decreto Iudicis, alijsque solemnitatibus susceperunt ad censum scuta 850. quæ fuerunt soluta dicta Cordiali, cum quo facti etiam deindè calculis tam super pretio herbarum, quam noualium, Bobum, & aliorum, fuit ad inuicem facta mutua, & generalis quietantia, nullis tamen adhibitis solemnitatibus, ex quarum defectu post 45. annos prætendens Antonius Bartholomæus Bergaminus ass. hæres fideicommissarius Baptistæ illam non sustineri, egit pro consecutione pretij noualium, & aliorum, vt supra venditorum, & citato Horatio filio Pauli, obtinuit ab A.C. contra bona hæreditaria eiusdem Pauli mandatum executiuum, quod hodiè Domini in gradu appellationis censuerunt, non esse exequendum, moti ex iustitia, † quia dum aderat 1
quietantia pretij legitimè facta à Tutrice Paula, remanserat liberatus, † & consequenter pro debito iam soluto, 2
& extincto, non poterat mandatum relaxari, ad Text. in §. 1. *instit. quib. mod. sol. oblig.* Rota *decis.* 18. *numer.* 3. *coram Card. Celsa.*

Nullatenus releuante, quod quietantia appareat destituta solemnitatibus præscriptis in quietationibus mulierum & minorum à Statuto Vrbis *lib.* 1. *cap.* 151. † siquidem respe- 3
ctu matris nullæ in quietantia desiderabantur solemnitates statutariæ, † dum illam non proprio, sed tutorio nomine fi- 4
liorum ipsa fecerat, Alex. *in l. quæsitum num.* 3. *vers. tamen adhuc idem puto, ff. de in ius vocan.* Ias. *in l. more num.* 51. *vers. sed* Raphael *ff. de acquir. hæredit.* Cephal. *cons.* 579. *num.* 6. *lib.* 4. Paris. *cons.* 98. *num.* 37. *lib.* 1. Gabr. *cons.* 29 *num* 46. *lib.* 2. Carpan. *ad statut. Mediolan cap.* 328 *n.* 122. *vers. contrarium verius,* Vin. *inter commun. verb. statutum disponens quod mulier. opin.* 796. *nu.* 28. Tiraquel. *de leg. connubial. gloss.* 5. *verb. contractus num.* 175. *& seq.* Marant. *in praxi iudic. par.* 4. *dist.* 16. *n.* 38. *&* 39. Granut. *theorem.* 25. *n.* 36. Grat. *disc.* 878. *nu.* 5. Scacc. *de iudic lib.* 2. *cap.* 2. *num.*

nu.502. & in puncto statuti Vrbis idem Scacc. vbi supra n.504. qui testatur de vera, communique opinione Io. Andr. de Georg. *alleg.44.nu.23.cum plurib.seqq.par.1.* & firmauit Rota
5 *decis.106. nu.16.par.3.rec.* minusque respectu † pupillorum, quia in præsenti facti specie non agitur de gratiosa liberatione alicuius pupillaris debitoris facta per Tutorem, in quibus terminis loquitur Gratian. *discept.409. num.25.* Nec de generali quietantia administrationis gestæ facta Tutori per
6 pupillum, † vt in casu Ancharan. *cons.330 nu.2.& 4* aut de nuda, & simplici confessione de recepto, vt in casu *decis.184. coram Celso*, sed de confessione de recepto facta per Tutricē
7 † cum solidatione quorundam computorum, vndique adminiculata, quo casu talis confessio nequit in controuersiam deduci quin præiudicet pupillis, Gratian. *discept.878.nu.14. cum plurib.seqq.* & benè distinguit Rot. *cor.Card.Celso d.dec. 184.n.10.& seqq.sac.mem.Greg.XV. dec.506.n.2. & cor.Royas dec.488.n.3.in rec.dec.305.n.2.p.5. dec.28.n.8.p.7.dec.285. n.4. & dec.466.n.eod p.13.& post Zacch de oblig.cam dec.111.n.9.* & tradit ad rem Mart. *vot.Pisan.136. per tot.* signanter *nu.3.*

Pro adminiculis autem, & coniecturis ponderarunt DD. primo, quod fuit emissa ex parte pupillorum à matre Tutrice in solidum, & à Nicolao patruo mediante Laurentio
8 Inuernitio procuratore constituto, † ex quarum personarum sanguinis coniunctione omnis fraudis suspicio abesse Menoch *præsumpt.40.num.17.lib.3.* Rota *decis.39.num.3.par. 7.recent. & coram Burat. dec.239. nu.6.* credibile quippè non
9 est † matrem, & patruum voluisse quidquam fateri contra rei veritatem, vt filij, & nepotes pupilli læderentur ab extraneo, Rota *decis.28.num.9.par.7.rec.& coram Buratt.d.decis.239.num.7.*

Secundò, quod de eo tempore Cordialis licèt esset creditor pupillorum in summa scutor.386. 60. pro totidem solutis Societati Sanctiss. Saluatoris ex causa affictuum decurso-
10 rum ante eius subingressum in conductione Casalis, † consequentèr debitorum à pupillis patris hæredibus, qui vel tales in conductione perseuerare tenebantur, vt præcisè loquendo de patre defuncto durante affictu Casalis firmauit Rota *in Romana affictus 23 Februarij* 1663. *coram bon. mem. Priolo*, & vlterius aliorum scutorum 1456. pro pretio herbarum, vt Summario Horatij *num.3.& 9.* Nihilominus recepit tantùm à Tutrice scuta 850. pretij census prædicti; itaut verisimile sit ad effugiendam solutionem reliquatum
11 matrem Tutricem, † & patruum ei excomputasse, & compensasse pretium noualium, Bobum, & aliarum rerum debitum ab ipso Cordiali pupillis, iuxtà tradita per Rota *decis.439.num.8.coram sac.mem. Gregor.XV. & in recen.decis.*
12 *254.num.9.par.5.* Etenim † excomputatio, & compensatio veræ solutioni æquiparantur, Rot. *coram Seraph.decis.302. num.2.& 3. & coram Celso decis 98.num.6.7. & 9.*

Tertium adminiculum resultat ex eo, quod hæreditas patris erat multo ære alieno grauata, præsertim quampluribus societatibus officiorum, pro quarum vna extinguenda pariter mater Tutrix, & patruus in solidum eadem die ceperunt ad censum à Cordiali scuta 650. d.Summario *num.5.* quod vtique non fecissent, si re vera Cordialis fuisset debi-
13 tor pupillorum, † quo casu potiùs curassent, quod iste so-
14 cietatem extinxisset, † ex pecunijs debitis pupillis, minusque ei soluissent supradicta scuta 850. Honded. *cons.47. num. 34.lib.1.* Ancharan. *cons.434.nu.3.vers. Accedit huic præsumptioni*, Aym. *cons.129.num.9. vers. imo ex sola solutione*, Andreol. *controu.166.num.19.* Cyriac. *controu.280.num.5.* Mart. Medic. *decis.84.nu 5.* Rota *diuers.dec.724.nu.9.vers. Postremo par.4.& in rec.decis.279. nu.2. vers. in proposito cum pluribus seqq.par.4.tom.2.& decis.305. num.3.par.5.*

Demum pro altero adminiculo ponderatus fuit lapsus quadraginta quinque annorum à die emanatæ confessionis,
15 † quæ ob tanti temporis cursum magis præsumi debet vera, rectèque facta, vt in specie animaduertit Flores de Mena *var.quæst cap.15.num.14.* Rota *decis.285. num.15. par.13.*
16 *rec.* maximè concurrente Statuto Vrbis, † quod ex solo lapsu sexdecim annorum debiti solutionem, & satisfactionem præsumit, Merlin. *decis.124. num.1. cum seqq.* & regu-
17 lare est, quod solutio præsumatur † ex lapsu temporis alijs concurrentibus coniecturis, Menoch. *cons.1257.num.9.* Caren. *resol.108 num 4.& seqq.* Cyriac. *controu.516.numer.14.& 16.* Merend. *contr.var.lib.24.cap.18.nu.16.& seqq.* Odd. *cons. 23.num.58.* Andreol. *contr. 318. num.12. & seqq.* Rota *decis. 823.num 6.coram Dunoz.*

Non obstat, quod dicatur erronea, eo quia herbæ falciatiuæ Pratorum fuerant emptæ per Nicolaum patruum, ad quem propterea, & non ad pupillos illarum pretium spectaret; Obiectum namque cessat ex lectura Instrumenti venditionis noualium, Bobum, & stiliorum insimul, ac emptionis dictarum herbarum, in quo apertè dignoscitur, Nicolaum semper contraxisse, ac stipulatum fuisse nomine pupillorum, eorumque bona hæreditaria paterna obligasse,
non propria ipsius Nicolai, † & meritò, quia herbæ con- 18
cernebant manutentionem Hospitiorum eiusdem hæreditatis, patris pupillorum, Rota *decis.54. num.6. & 9. par. 12.*
rec. & hoc argumentum † ad firmandum contractum spe- 19
ctare ad pupillos admisit Rota *in Camernien. Census 21. Iunij 1655.coram me.*

Cessat quoque motiuum, quod scuta 389. 60. soluta per Cordialem Societati Sanctissimi Saluatoris pro affictibus decursis ante subingressum in conductione Casalis, non intelligantur fuisse ipsius propria, dum partitæ loquuntur tantum per eius manus soluta. Quia stante indigentia pecuniarum, qua premebantur Pupilli ob debita Patris hæreditaria, attentaque præcedente obligatione Cordialis in dicto subingressu specificè contracta de soluendis pro ipsis Pupillis etiam illis affictibus decursis in primo anno ante sub-
ingressum ipsius Cordialis, certe † non possunt intelligi 20
alterius nisi soluentis, licet reperiantur descripta in partitis tantùm per Cordialis manus soluta, optimè Gratian. *discept 950. num. 14.* & firmauit Rota *in Foroliuien. pecuniaria 28 Iunij 1675. § licet coram Illustrissimo Domino Calataiu*,
cum omnis † solutio præsumatur facta ex causa præceden- 21
tia contractus Maur. *de solut.cap.8. num.1. & in dicta Foroliuien. pecuniaria dicto § licet.*

Nil denique facit, quod mater Tutrix non adimpleuerat solemnia, adeoque eius confessio, seu quietantia minimè veniat attendenda, nam vltra, quod id negabant informantes pro Horatio, satis visa fuit responsio, quod cum publicè, & palàm, & coràm Iudicibus interponentibus decreta ma-
ter se gereret pro Tutrice suorum † filiorum, validè sol- 22
uerit Cordialis, & reportando ab ea confessionem de recepto, seù quietantiam plenissimè euaserit liberatus Socin. Sen. *cons.153.num.5. vers. respondeo in primis vol.2.* Rota *coram Buratto decis.526.num.8. & coram Royas decis.204. num.*
15.& in recen.decis.43.num 2.in fin. par.4. † vbi quod gesta 23
per matrem Tutricem sunt valida, licèt non satisdederit illa, nec adimpleuerit solemnia, etiam in præiudicium Bergamini asser. hæredis fideicommissarij, tùm quia sufficit in præsenti casu talem confessionem, seù quietantiam sustineri in præiudicium Pupillorum pro detractatione legitimæ, proculdubio ipsis competentis super bonis hæreditarijs paternis. Tùm quia concurrentibus coniecturis superiùs
recensitis, eius veritatem suadentibus, † perindè babe- 24
tur, ac si confessio, seù quietantia matris Tutricis facta fuis-
set à filijs, † cum in contractu Pupilli non videatur Tutor 25
contrahere, sed Pupillis in persona Tutoris Bald. *in l.si Pupilli §.1. numer.2.ff. de negoc.gest.* Lamberteng. *de contract. gloss.10.num.31.cum alijs in Camerinen. census 21. Iunij 1655. §.1.coram me.*

Et ita, vtraque Parte informante, resolutum fuit.

R. P. D. PAVLVCCIO.

Praten. Iuris Conferendi.

Veneris 17.Iunij 1678.

ARGVMENTVM.

Capitulares esse prętendebant Beneficiati, Capellani Portionarij, alijque huiusmodi, ex eo quia interessent Capitulo, in eoque vocem haberent, sed hoc quoad solum interesse commune reducitur, communemque massam, ęqualiter, seu distributiuè diuidendam, non autem in cæteris actibus, quæ ijs exceptis, à solis Canonicis exerciti sunt, & exerceri debuerant, quales præceteris actus iurisdictionales dicuntur.

SVMMARIVM.

1 *Capitulum Cathedralis Ecclesię de solis Canonicis constare intelligitur.*
2 *Canonici Ecclesiæ Cathedralis constituunt vnum corpus cum Episcopo, tamquam suo capite.*

3 *Capitulum, Senatus Ecclesiæ appellatur, & Canonici Senatores esse dicuntur.*

4 *Episcopus cum suo Capitulo, & Canonicis grauiora Ecclesiæ tractare, & administrare debet.*

5 *Canonici fratres Episcopi dicuntur.*

6 *in Capitulo alij etiam præter Canonicos esse possunt, illius corpus repræsentare, in eo vocem habere, & dici de Capitulo, & num. seq.*

7 *Beneficiati, Capellani, & aliæ etiam personæ quatenus priuilegio, consuetudine, vel statuto fieri, & esse possint de Capitulo, & num. 10. & seqq.*

8 *Priuilegium, Statutum, et consuetudo tantum tribuant, quantum expressè largiantur, & num. seqq.*

9 *Limitata causa, limitatum producit effectum.*

10 *Capellani Beneficiati, & aliæ personæ huiusmodi eatenus admittuntur in Capitulo, quatenus importat eorum interesse.*

11 *Beneficiati, Capellani, alijque similes ad Capitulum solum vocari consueuerunt in ijs, quæ respiciunt massam communem, & num. 30.*

12 *in Iurisdictionalibus Beneficiati, & Capellani non admittuntur in Capitulo, & num. 30.*

13 *ab Oeconomicis ad iurisdictionalia non valet argumentum, nec fit extentio, & num. 30.*

14 *Iurisdictionales actus distinguuntur ab actibus, quæ respiciunt simplicem œconomiam.*

15 *Capellani, seu Beneficiati si post eorum interesse tractatum, è Capitulo sunt dimissi, exinde resultat illos non esse de Capitulo, & num. 39.*

16 *Constitutio generaliter, & indefinitè loquens, generaliter etiam, & indefinitè intelligenda est.*

17 *Canonicis, Beneficiatis, & Capellanis massa capitularis est quandoque communis.*

18 *Canonicorum propria sunt ea, quæ iurisdictionem respiciunt.*

19 *Constitutio restringenda est ad formam consuetudinis.*

20 *Verba* prout hactenus obseruatum est *non stant causatiue, scilicet quia hactenus obseruatum est, sed conditionaliter, quatenus scilicet obseruatum sit.*

21 *Dictio,* prout, *relata ad actum, de quo certò constat, semper stat restrictiuè, & limitatiuè.*

22 *Constitutio si vniuersaliter omnia comprehenderet, determinatio specialis fuisset superflua.*

23 *Discretiua denotat diuersitatem, tam actus, quam personarum.*

24 *Rubrica generaliter loquens, generaliter est intelligenda, maximè si non apparet de ratione in contrarium.*

25 *ex Priuilegio potius, & consuetudine, quam ex hominis dispositione aliquid spectare ex quibus dignoscatur.*

Legata ex dispositione hominis spectant num. 25.

26 *Constitutionum intellectus benè resultat ex actu proximo editionis earundem Constitutionum.*

27 *Vicarij Capitularis electio ad solum Capitulum, & Canonicos pertinet exclusis etiam Portionarijs, Capellanis, & Beneficiatis, & num. 33.*

28 *Capituli appellatione veniunt soli Canonici, & alij, qui solum de consuetudine habent vocem in eo, & n. 30.*

29 *Episcopo defuncto iurisdictio deuoluitur ad Capitulum.*

30 *Beneficiati Portionarij, Capellani, & huiusmodi non comprehenduntur sub nomine Capituli in ijs omnibus, quæ massam communem non respiciunt.*

31 *Obseruantia, præscriptione centenaria munita, præbet titulum irrefragabilem.*

32 *Obseruantia sola quadragenaria sufficit, vbi adstipulatur dispositioni iuris communis.*

33 *Causa vniuersalis actus attenditur, non autem particularis, eaque omnes actus pariformiter determinat.*

34 *Minus quod est cui non licet, nec ideo licere debet, quod est plus.*

35 *Centenariam iam completam non eneruat, aut dirimit actus particulares in contrarium gestos.*

36 *Actus ex vrbanitate, & conniuentia concessus, & qui ita valet interpretari, non præiudicat.*

37 *Actus vt possit inferre præiudicium ius habenti, debet esse legitima obseruantia præscriptus.*

38 *Præscriptio quadragenaria requiritur contra Canonicos, & Ecclesiam.*

40 *Sententia in iudicatum, transacta in dubium reuocari non potest.*

41 *Res iudicata pro veritate habetur.*

42 *Sententia transacta in iudicatum attenditur, donec transportatis actis per viam restitutionis in integrum reuocata sit.*

43 *à Voluntate testatoris tota res geritur.*

44 *Capituli appellatione veniunt soli Canonici, non autem, qui iure speciali vocem habeant in eo.*

45 *Verba* Capitulum, & Canonici *eo magis probant illius appellatione non venire alios, præter Canonicos ipsos.*

46 *Dictio,* & *apposita inter genus, & speciem stat declaratiuè.*

47 *Dictio,* & *exponitur pro* idest, *& quando ante antecedenti.*

48 *Dictio* est, *est personalissima, & demonstratiua indiuiduorum.*

49 *Admissio, Concessio, vel huiusmodi si facta fiat, quatenus non aduersetur voluntas testatoris, vel disponentis, ea aduersante nihil operantur.*

50 *Obseruantia ad nihilum inseruit, si à conditione dependeat, quotiescumque non verificatur conditio.*

DECISIO CCLI.

EX iis, quæ denuo per Dignitates, & Canonicos distinctè, ac dilucidè in facto proponebantur, DD. recedendo a decisis sub die 10. Ianuarii proximi præteriti resoluerunt constare de bono iure Dignitatum, & Canonicorum asserentes.

Fundata est siquidem ipsorum intentio in iuris commu-
nis apertissima assistentia, quo attento † Capitulum Ca- 1
thedralis Ecclesiæ de solis Canonicis constare intelligitur,
eaque vocis acceptio absolutè sumpta stat in eo tanquam
principaliori significato ex celebri *gloss. traditione ad cap.
pen. verb. Assistos de Cler. non resid. Compostellan. ad cap. 1.
num. 4. versic. num. quid proportionarii de electione* Barb. *de
Canon. & Dignit. Eccl. cap 4. numer. 37. Capon. aq. decis. 84.
per tot. part* 1. Caualer. *decis. 57 num. 1. Cels. decis. 237. num. 1.*
Bich. *decis. 126. numer. 78. & nouissimè in Auenionen. Iuris interessendi 27. Nouembris 1671. §. 1. coram R. P. D. meo Rondinino:* † Constituunt enim corpus vnum cum Episcopo 2
tamquam capite Barbos. *iur. Eccles. vniu. lib. 1. cap 4. num.*
18. eosque Senatum Ecclesiæ appellarunt, & in his
Senatoriam auctoritatem agnouerunt, † *Sancti Patres Igna-* 3
tius in Epist. ad Smirnen. & Hyeronimus Epist. ad Tit. cap. 1.
cum quo, & eius Consilio Episcopus grauiora Ecclesiæ † 4
tractaret, & administraret *Can. Episcopus 24. dist. cap. nullus causam 15. quæst. 7. ex Carthaginen. Conc. decretis:*
† Vnde, & Fratres Episcopi dicuntur *cap. quanta de his*, 5
quæ fiunt à Prælat. Cassan. in Catal. glor. mund. part. 4. consid.
33. §. 3.

Hæc vtcumque verissima non tamen excludunt, quin,
& alii præter Canonicos ingredi possint mysticum corpus
† Capituli, & votum in eo habere, ac dici de Capi- 6
tulo Gonzal. *ad reg. 8 gloss. 45. numer. 43.* siue priuilegio, si-
ue statuto, † siue consuetudine *Gemin. ad capit. fin. numer. 5.* 7
& ibi Franc. numer. 6. de præb. in 6. Barbos. *de Canon. & Dignit. cap. 45. num. 17.* Rota *apud Pesth. decis. 201 numer. 3 cum
aliis in præteritis. decis.* sed eatenus tantum quatenus priuile-
gium, † statutum, aut consuetudo largiatur, nec vltra, † 8
cum limitata causa limitatum pariat effectum *l. in agris ff.* 9
de acquir. rer. domin.

Hic autem ipsissimus est status Capellanorum in Ec-
clesia Praten. qui quidem attentis Constitutionibus par-
ticularibus dicuntur esse, & sunt de Capitulo, at non sim-
pliciter, † & absolutè, sed secundum quid, in iis scilicet 10
quæ respiciunt Massam, & interesse commune cum Cano-
nicis, & pro quibus consueuerunt vocari ad † Capitu- 11
lum, & admitti Tondut. *quæst. benef. par. 1. cap. 1. num. 5.*
Rota *coram Verall. decis. 84. numer. 4. & par. 2 diuers. decis. 40.
num 4. & seqq. & dec. 16. num 7. & 8. part. 15. rec.* † non item 12
in iurisdictionalibus, ad quæ ab Œconomicis extensio fieri
non potest † Gonzal. *ad reg. 8. gloss. 45. num. 44. & seqq.* Rota *co-* 13
*ram Cocem. decis. 539. num. 3 & seqq. & dec 1411. n. 2. & 1717 n.
4. cor.* Merlin. *dec. 697. nu. 13. cor.* Bichio *decis. 167 nu. 15. & 17.*
vbi † præcisè distinguitur inter actus respicientes commune 14
interesse, & actus iurisdictionales.

Ex hic status obseruantia vetustissima, & semper practicata inuincibiliter demonstratur, nouissimè enim, & in hac ipsa causæ propositione fusissimè in Summario exhibita sunt documenta quàm plurima, ex quibus *à numer. 1. vsque ad numer. 40.* omnimoda separatio Dignitatum, & Canonicorum à Capellanis ostenditur, & gesta ab ipsis sine vllo Capellanorum interuentu enumerantur, tum ex Bullis Summorum Pontificum ad præpositum, & Canonicos tantum Praten. directis vsque de anno 1172. Tum ex collationibus Canonicatuum ab iisdem solis factis; Tum

ex pos-

ex possessione pluries collata Præpositis de nouo electis à
solis Canonicis, Tùm demum ex pluribus alijs actibus ita
15 gestis, † vt cum hactenus interfuissent Capellani, cum
agеretur de horum interesse communi, subinde fuerint di-
missi, & exclusi à Capitulo ijque recensentur in Summario
num.33.ad 34.

Et licet prætendatur, quod Capellani facti sint absolutè
16 de Capitulo ex rub. secunda, & quinta Veterum † Con-
stitutionum, ex quo Constitutiones ipsæ generaliter, &
indefinitè loquantur *leg. de pretio ff. de publ. in rerum act.*
Neutræ tamen ad id proficiunt: Non rub. secunda quia
in ea non simpliciter dicitur Capellanos venire nomine Ca-
pituli, sed adijcitur. Qui de antiqua, & approbata con-
suetudine vocem in Capitulo habere consueuerunt, & in-
ferius, vt hactenus obseruatum est; Cumque ex actis
Capitularibus datis in nouo Summario *numer. 1. vsque
ad numer.* 19. constet Capellanos antè Constitutiones non
17 consueuisse habere vocem in Capitulo, nisi in ijs, † quæ
respicerent Massam Capitularem, quæ communis est Ca-
18 nonicis, & Capellanis, † non verò in iurisdictionalibus,
quæ Canonicorum sunt propria, iam constitutio restrin-
19 genda † est ad formam consuetudinis *leg. si interpretatio-
ne ff. de legibus*, vt ad rem appositè scribit Tondut. *quæst.
& resolut. benef. capit.1 numer.5.* Rota *decis. 84. part. 1. nu-
mer. 5 coram Verall.* Nullatenus admisso, quod verba illa
prout hactenus obseruatum est accipi debeant causatiuè,
20 hoc est, quia hactenus obseruatum est, † & non condi-
tionaliter, quatenus scilicet obseruatum est, cum parti-
cula, *prout* relata ad actum de quo certo constat, semper
stet restrictiuè, & limitatiuè, vt pluribus fusissime conge-
21 stis probat Barbos. *de dict. vsu freq. dict. 296. numer. 2.* † &
in terminis eorundem verborum, prout hactenus obser-
uatum est, quod stent conditionaliter Tondut. *vbi supra
numer. 5.* Coccin. *decis. 448. numer. 11.* R. P. D. Fagnan.
in capit. cum Ecclesiarum num. 28. de offic. ordin. & Rota *in
Baren. Iurisdictionis 10. Maij 1677. coram me.*

Rub. verò quinta post enumeratas promiscuè materias,
tam concernentes iurisdictionem, quam Massam com-
munem, & post præscriptum modum conuocandi Capitu-
lum distinguit alia negocia tractari, & concludi debere à
Dignitatibus, & Canonicis tantum ibi: Declarantes,
quod res, & negocia ad Dignitates, & Canonicos de per se
insolidum pertinentia, & spectantia per duas partes ex tri-
bus ipsorum sic vocatorum, & præsentium pertractentur,
& concludantur.

Atque alia gerenda esse à supradictis Dignitatibus, &
Canonicis vna cum Capellanis ibi: In alijs verò rebus ad
Dignitates Canonicos, & Capellanos coniunctim spectan-
tibus ex quibus sanè colligitur Capellanos vigore præce-
dentis rubricæ secundæ non fuisse in omnibus, & per om-
22 nia effectos de Capitulo, † aliàs distincta determinatio
rerum à solis Canonicis, & Dignitatibus gerendarum, &
aliarum, quæ ab ijsdem in simul cum Capellanis deliberari
deberent, fuisset superflua contra *text. in l. final. §. 5. ff. quis
ordo in bon poss. ser.* Castr. *consil. 175. num. 4. vol. 1.* Dec. *consil.
414. num. 2.* Surd. *decis. 277. num. 4.*

Indèque fit, vt actus proferantur quam plures, in qui-
bus cum ageretur de spectantibus ad solos Canonicos, Ca-
pellani diuerso respectu interfuere, vt in nouorum Ca-
nonicatuum erectione, post erectum nouum Canonica-
tum à Canonicis, accesserunt, & interfuerunt, cum age-
retur de contribuendo, pro statuendis distributionibus quo-
tidianis pro nouo Canonico, sicut, & alijs pluribus
actibus adfuere, quatenus de Massa communi, & eo-
rum interesse ageretur, qui casus enumerantur in Sum-
23 mario Canonicorum successiuè per temporum † seriem;
& ex hac discretiua apparet actuum diuersitas, in qui-
bus adesse debeant soli Canonici, & in quibus etiam
Capellani Rota *coram Gregor. decis. 434. num. 6. & decis. 303.
num. 7. & 8. part. 16. rec. & ad rem notabilis est decis. 309. num. 7.
par. 6. recent.*

Nec dicatur prædictam discretiuam Rubricæ verificari
in materijs pertinentibus iure particularium legatorum ad
solos Canonicos, quia talia legata nullibi probantur,
nec adest vlla ratio, cur rubrica generaliter, & indefinitè
24 loquens debeat restringi potius ad actus legatorum, † si quę
adsunt, quam comprehendere cæteros alio iure compe-
tentes, & in omnem casum obiectum destruitur ex alijs
clarioribus verbis eiusdem rubricæ quintæ ibi: similiter
etiam de his, quæ ad Dignitates, & Canonicos diuisim ex
priuilegio, vel consuetudine pertineant facere, & obser-

uari volumus, & mandamus, quæ † manifestè ostendunt 25
materias ex dispositione rubricæ tractandas à solis Canoni-
cis, & Dignitatibus ad illos spectare ex priuilegio, vel con-
suetudine, non ex hominis dispositione vt spectarent præ-
tensa legata ad *tex. in §. legatum instit. de legatis.*

Hancque actuum diuersitatem, ac separationem consul-
tissime agnouit Laudum *CLAR. MEM. D. CARDINA-
LIS LEOPOLDI MEDICES*, quod tanquam latum cum
Consilio prudentum, & insignium virorum cum exacta di-
scussione, & examine Facti, & Iuris, addit momentum in-
gens.

Cæterum valdè vrget, quod anno 1532. Vicarius Cardi-
nalis Præpositi, cui ex rub. 38. earundem Constitutionum
reseruata fuerat facultas illas declarandi literas Commen-
datitias eiusdem Cardinalis petentis Canonicorum, & Ca-
pituli consensum resignationi Rectoriæ ad fauorem sui fa-
miliaris, expulsis Capellanis curauit præsentari, ac perle-
gi, nec non consensum præstari à solis Canonicis, † vndè 26
ex isto actu, tam proximo compilationi Constitutionum
intellectus earundem magis dilucidatur iuxtà *text. in l. sed
Iulianus §. proinde ff. ad maced. l. quædam ff. de reb. dub.* Buratt.
decis. 173. num. 19. Cels. *decis. 263. num. 5.* Rota *decis. 114. num.
4. part. 16. recent.*

A generalibus hisce opportunè ad singularia, de quibus,
& quorum gratia inter partes est controuersia, & disceptatio.

Et primo quoad electionem Vicarij Capitularis vacante
Episcopali Sede; DD. censuerunt constare de bono iure
Canonicorum priuatiuè quoad Capellanos.

Ea enim mens est *Sacros. Concil. Trident. sess. 24. de reform.
cap. 16. interpretante Sacra Eminentiss. Cardinalium Congrega-
tione 13. Septembris 1647.* † vt scilicet electio Vicarij Capitu- 27
laris ad solum Capitulum Canonicorum pertineat, etiamsi
Portionarij, Beneficiati, & Capellani haberent vocem in
Capitulo cum Canonicis; cum in dispositionibus pertinen-
tibus ad Capitulum veniant Canonici soli, & non alij qui
de consuetudine vocem habeant in Capitulo † R. P. D. 28
Fagnan. *ad cap. nullus numer. 39. & seqq. de elect.* Marchett. *in
prax. Vicar. Capitular. par. 1. tit. 1. numer. 87.* Marcell. Vulpe *in
prax. Iudicial. for Eccles. cap. 44. num. 3.* Antonell. *de regim. Ec-
cles. lib. 4. cap. vlt. num. 40.*

Cum enim vita functo Episcopo iurisdictio deuoluatur
ad Capitulum † *gloss. ad cap. his, quæ, & ad cap. cum olim de* 29
Maior. & obed. & ad cap. illa nè Sede Vac. Panuin. *de offic. &
potest. Capitul Sede Vac. par. 1. quæst. 1. nu. 5.* Azzor *Instit. moral.
part. 2. lib. 3. cap 27. quæst. 6.* Barbos. *Iur. Eccles. Vniu. lib. 1 cap.
32. num. 61.* de Capitulo propriè dicto id accipi debet, quod
ex solis Canonicis constat, & non de Capellanis in Ecclesia
Praten. qui non sunt de Capitulo quoad iurisdictionalia, † 30
sed quoad Oeconomica ratione massæ communis Rota *co-
ram Bich. decis. 525. num. 2. & 26. & coram Eminentissimo Ot-
thobon. decis. 220. num. 3. & 4. per tot.*

Maximè cum constet Vicarium Capitularem in eadem
Ecclesia Pratensi à 100. annorum spatio fuisse † semper ele- 31
ctum à Canonicis solis, Capellanis exclusis, vt in Summa-
rio Canonicorum *num.* 30. quæ obseruantia sic præscripta
titulum præbet irrefragabilem, cum alioquin, vel sola qua-
dragenaria sufficeret, † ad stipulante iuris dispositione Ro- 32
ta *coram Coccin. decis. 559. num. 2.*

Neque turbat, quod illa centenaria electio Vicarij Capi-
tularis non fuerit facta vacante Sede per obitum Episcopi,
qui nondum datus fuerat Ecclesiæ Pratensi sed per obitum
Præpositi, cum èconträ in prima electione Vicarij Capitu-
laris de anno 1656. quo tempore Ecclesia Pratensi erat ere-
cta in Cathedralem, Capellani electioni Vicarij Capitula-
ris interfuerint.

Nam non spectatur in hac materia actus singularitas, sed
vniuersalitas causæ; Vndè sicuti dum Ecclesia Pratensi erat
Collegiata, non interueniebant Capellani in electione Vi-
carij Capitularis per obitum Præpositi, multo minus inter-
uenire debent, † dum eligitur Vicarius in locum Episcopi; 33
causa siquidem vniuersalis omnes actus pariformiter deter-
minat Rota *decis. 316. num. 12. & 13. part. 9. rec. decis. 266. nu.
4. part. 15. & coram Royas decis. 279. num. 10.* & cui non licet,
quod est minus, nec licere debet, † quod est plus Barbos. 34
axiom. 180. num. 2.

Admissio autem ad electionem anno 1656. non releuat;
Neque enim censeri potest tantæ efficaciæ, † vt dirimere 35
valeat centenariam præscriptionem iam completam *Add.
ad Gregor. decis. 51. num. 8.* Rota *coram Mantic. decis. 296. num.
4.* Buratt. *decis. 734. num. 10.* Maximè cum sit vnicus actus,
qui potuit Capellanis ex vrbanitate, & conniuentia

36 concedi, & turbatiuus, † qui vt posset præiudicare Cano-
nicis, & Dignitatibus opus esset obseruantia legitime præ-
37 scripta, † vt dixit Rota *decis. 351. num. 7. par. 6. rec. & co-*
38 *ram Cels. decis. 237. num. 3. & 4.* † & saltem quadragenaria, vt
lo *decis. 559. num. 3. & 4. coram Coccino.*

Constare secundo DD. dixerunt de bono lure Dignita-
tum, & Canonicorum quoad Collationem, & præsenta-
tionem ad beneficia de iurepatronatus Capituli, cum exhi-
beantur in Summario *num.* 31. plures præsentationes à ceo-
tum annis, & vltra, factæ à solis Canonicis scientibus,
39 & patientibus Capellanis, † qui fuere etiam à Capitulo
dimissi, & sine vlla contradictione exierunt; Nec officit,
quod in vnico actu in instrumento scilicet mandati procu-
ræ facti de anno 1574. clar. mem. Cardinali de Medices ad
præsentandum ad omnia beneficia Capituli interfuerint,
& Capellani; quia eum mandatum esset generale pro
omnibus beneficijs inter quæ sunt, & illa Abbatiæ San-
cti Fabiani, & Plebaniæ Cerreti, in quibus tamquam vni-
tis massæ communi ius habent Capellani, debuere meri-
tò, & ipsi interuenire, & ad hæc duo beneficia eorum
ius esse restrictum, illud euincit, quod mandatum fa-
ctum fuit à Canonicis, & Capellanis, tam coniunctim, &
insolidum, quam diuisim, vt scilicet quoad antedicta be-
neficia, quorum ius commune est eum Canonicis insoli-
dum, quò verò ad alia à solis Canonicis de per se singula
singulis congruè referendo, sicque conciliantur, & qui-
cumque alij actus adducti, & communiter facti, in quibus
verificatur interesse Massæ communis. Quod benè decla-
ratur ex mandato procuræ antecedenti anno 1573. eidem
Cardinali Ferdinando à solis Canonicis iuxtà eiuidem pe-
titionem concesso dicto Summario *num.* 29. *littera C.* atque
ex alijs duobus subsequentibus mandatis factis in perso-
nam Cardinalis Caroli de Medices, etenim die 16. Octo-
bris 1619. Dignitates, & Canonici constituerunt procura-
torem irreuocabilem dictum Cardinalem ad præsentan-
dum ad omnia beneficia Capituli, & quoniam in eo non
comprehendebatur facultas præsentandi ad beneficia San-
cti Fabiani reseruatur Capellanis in sententia anni 1585.
vt mox dicetur, ideò ijdem Capellani capitulariter con-
gregati vna cum Canonicis die 4. Nouembris sequentis nar-
rando mandatum procuræ prædictum à solis Canonicis ex-
pletum, & fatendo alia beneficia esse de Iurepatronatus
Dignitatum, & Canonicorum constituerunt eundem
Cardinalem procuratorem ad præsentandum ad benefi-
cium S. Martini de Vergaio, tamquam procedentem ex
prædicta Abbatia S. Fabiani dicto Summario *num.* 37. Et
in hac parte remouet omne dubium sententia lata 10. Octo-
bris 1585. & nouissimè compulsata de qua in Summario
Canonicorum *numer.* 38. & confirmata, vt in eodem Sum-
mario *numer.* 39. qua fuit declaratum Capellanos non pos-
se interuenire collationi beneficiorum, seù præsentationi,
nisi illorum (sunt verba sententiæ) ad Abbatiam S. Fabia-
ni, & Plebaniam Cerreti Guidi spectantium, & perti-
nentium hodie auctoritate Apostolica Capitulo Ecclesiæ
40 Praten. vnitorum. † Quæ sententia cum transierit in iu-
dicatum in dubium reuocari non potest *l. ingenuum ff. de*
stat. hom. l. res iudicata ff. de reg. iur. sed pro veritate habenda
41 † *l. 1. ff. de re iudic.* donec transportatis actis, & impe-
42 trata in integrum restitutione fuerit reuocata † Rota *de-*
cis. 127. num 1. par. 15. recent.

Et demum quoad distributionem dotium relictarum à
D. de Benamatis, consenserunt DD. constare pariter de
bono iure Canonicorum, quibus assistere est visa mens, &
43 voluntas Testatoris, † à qua tota res geritur *l. in conditio-*
nibus ff. de condit. & demonstr. § disponat auth. de nupt. Is enim
44 dotium distributionem iniunxit Capitulo, † cuius appella-
tione veniunt soli Canonici, non autem Beneficiati, ijque,
qui ex iure speciali vocem in Capitulo habere prætendunt.
Franc. *ad cap. fin. num. 6 de præb. in 6* Marcell. à Vulpe *in prax.*
Iudicial for. Ecclesi. cap. 41. numer. 3. Antonell. *de regim. Eccles.*
lib. 4. cap. vlt. numer. 40. Marchett. *in prax Vic. Capitular. par. 1.*
tit. 1. num. 89.

Nec dixit tantum Capitulo, sed addidit Capitulo, & Ca-
45 nonicis, quæ particula intermedia, & adhibita inter genus,
46 & speciem stat declaratiuè, † æquipollet, & exponitur,
47 † *idest* Gonzal. *ad Reg. 8. Cancell. gloss. 3. num. 3.* Rot. *decis. 327.*
num. 3. part. 2. diuers. & decis. 38. num. 13 part. 6. rec. & decis.
273. num. 35. part. 7. & decis. 181. num. 22. part. 11. rec. Immò
adijciens: Grauando in ciò la coscienza di essi Signori Ca-
nonici, eos præcise demonstrauit ipsorum industriam eli-
gens *l. nullibi ibi pro sua coscientia, vbi* Bald. *num. 4.* Ias. *num. 12.*
C. de Episcopis, & Clericis Franc. Leo *in Thesaur. for. Eccles.*
par. 1. cap. 13. num. 49. & 50. par. 2. cap. 2. nu. 16 Barbos. *de claus.*
claus. 24. num. 8. Sanch. *de Matrim. lib 8. disput. 27. num. 43.* Rosa
de exequut. lit. Apostolic. cap. 6. num. 417. In puncto Rota *in Flo-*
rentina Capellaniæ 7. Maij 1677. § nec obstat coram R. P. D. meo
Bourlemen.

Addita præcipuè dictione illa, & pronomine *Essi*, † 48
quod personalissimum est, ac ad Indiuiduum demonstra-
tiuum Gratian. *discept. forens. 104. num. 13* Bald. *cons. 304. nu.*
1. lib. 5. Rota *decis. 387. numer. 30. & decis. 551. numer. 15.*
par. 13. recent.

Nec Capellanis suffragari potest, quod fuerint ad do-
tium distributionem per viginti annos admissi, † quando 49
hæc admissio fuit expressè conditionalis, quatenus non
aduersetur voluntas Testatoris, quæ ex supradictis expres-
se resistit, vtpotè solis Canonicis distributionem ipsam man-
dans, † sicque conditio deficit, & inanis redditur admis- 50
sio, seù obseruantia ab ipsa conditione dependens *l. qui ab-*
sentis § qui possessionem ff. de acquir. possess. Rot. *coram Carill.*
decis. 249. num. 3.

Quæ omnia eò præstius vrgent in ordine ad manutentio-
nem, quò Capellani non valuerunt impetrare absolutio-
nem ab incursu periurij, nisi cum clausula: Non retardata
executione Laudi, Concessa autem ipsis manutentione,
laudum non obtineret exequutionem suam, cum actus
omnes supradictos determinet ad fauorem Canonicorum,
vt ex Summario præterito Capellanorum *num.* 6.
Et ita, vtraque Parte Informante, resolutum fuit.

Supra in hac eadem parte adest altera præsentis causæ deci-
sio, quæ est ibi in ordine 144.

R. P. D. T A I A.

postea S. R. E. Cardinali.

Bononien. Fideicommissi, seu Primo-
geniture.

Veneris 17. Iunij 1678.

A R G V M E N T V M.

Quæstio illa simplicis denominationis Colle-
gij, de quo magis intelligenda sit, vbi plura
fuerint in Ciuitate Collegia, hic non minus
ex facto, quam de iure deciditur, fauore Col-
legij iuris Pontificij, & Cæsarei Ciuitatis
Bononiæ, ad exclusionem alterius Collegij
Aduocatorum, & Iudicum, quia ratione
præeminentiæ, & dignitatis sic intelligen-
da visa est, sicque etiam inibi de facto pra-
cticata, non solum ex obseruantia, sed ex
publicis instrumentis, à quibus plenissimè
comprobata est.

S V M M A R I V M.

1 *Vnusquisque in suo proprio negotio magis hebetior est, quam in alieno.*

2 *Defectus, seu vitia aliena, quia in anteriora mantica ponimus, ideo acutissimè videmus, nostra verò, quia in posteriore posita sunt, ideo non videmus.*

3 *Collegio simpliciter nominato, vbi duo sunt Collegia, de quo magis intelligendum sit, & vide per totam.*

4 *Ciuitatis proprio nomine expressa, sine superaddito verbo Ciuitatis, intelligitur de Comitatu; secus verò si adiciatur etiam verbum Ciuitatis.*

5 *Testator vni collegio adscriptus, si Collegium nominauerit de suo Collegio intellexisse dicendum est, & num. 16.*

6 *Testator si vnius Confraternitatis erat Confrater, & Confraternitatem simpliciter exprimat, suam Confraternitatem intelligitur expressisse.*

7 *Prælationem concedere minus dilecto, vel testatori odioso, maximum reputaretur absurdum.*

8 *Vnius expressio verificari non potest in vno, repræsentante duo corpora.*

9 *Collegium iuris Pontificii, & Cæsarei in Ciuitate Bononiæ sint ne duo, vel vnicum tantum Collegium.*

10 *Verba probata in numero singulari non possunt comprehendere*

id,

id; quod pluralitatem demonstrat.

11 *Fideicommissa duo, puta alterum in casum mortis, & alterum in casum alienationis non comprehendunt verba de uno tantum fideicommisso loquentia.*

12 *Collegium Aduocator. & Iudic. Ciuitat. Bononiæ, an ratione antiquitatis sit in maiori dignitate, & æstimatione Collegij Iur. Pontificij, & Cæsarei eiusdem Ciuit. & nu. 20. 27. & per totam.*

13 *Collegium Aduocatorum, & Iudicum, & Collegium iuris Pontificij, & Cæsarei Ciuitatis Bononiæ quale præcedat.*

14 *R.P.D. Ratta Senior fuit Auditor Sacri Palatij.*

15 *Collegio DD. Doctorum Bononiensium expresso, de quo magis intelligatur, & practicatum sit numer. 17. 18. seqq. & per totam.*

16 *Affectio testatoris attenditur in vocatione ab eo facta, quæ promiscuè potest referri duobus.*

17 *Collegio, Ecclesia, vel huiusmodi simpliciter nominatis, vbi duæ sunt Ecclesiæ, Collegia, vel huiusmodi eiusdem nominis, quale intelligatur de eis, ex obseruantia declaratur, & tota decis.*

20 *Doctor de Collegio simpliciter nominatus intelligitur de Collegio iuris Pontificij, & Cæsarei.*

21 *Collegium iuris Pontificij, & Cæsarei Ciuitatis Bononiæ, sine comparatione dicitur præcellere Collegium Iudicum, & Aduocatorum, & num. 26.*

22 *Doctores de Collegijs Ciuitatis Bononiæ quomodo, & quibus denominationibus in publicis documentis exprimantur.*

23 *Verba ambigua accipi debent in potentiori significatione.*

24 *Verba ambigua intelliguntur de digniore, & excellentiore subiecto.*

25 *Ius ciuile intelligitur de iure ciuili Romanorum.*

28 *Causa efficiens sua effectui præcedere debet.*

29 *Antiquitas, quid, & qualiter possit dignitati conferre.*

30 *Collegium Aduocatorum, & Iudicum etiam in ipso Statuto Bononiæ cum suo adiuncto Aduocatorum, & Iudicum adnotatur.*

DECISIO CCLII.

VSque adeò, vt opportunè præfatus est Ludouicus Mo-
1 lina *de primog.* in suo quisque † negocio hebetior est,
quam in alieno, & aliena in anteriore mantica videmus;
2 † Nostra verò in posteriore non videmus; vt Doctor Iaco-
bus Canobius nobilis Bononiensis, testatus 10. Septembris
1590. mancando la descendenza mascolina &c. vuole, che
subentri, e succeda vn primogenito della famiglia de Signo-
ri Bolognetti, nato di legitimo matrimonio, da nominarsi
&c. per il Collegio de Signori Dottori di Collegio della Cit-
tà di Bologna, e che in caso di morte senza figlioli i Signori
Dottori di detto Collegio nominino vn altro Primogeni-
to della detta famiglia de Bolognetti, sinche se ne ritroue-
rà -- instituerit, pro Primogenito litem de Primogenito ipso
nominando, & inter Collegia nominantia, altero Colle-
gio iuris Pontificij, & iuris Cæsarei nominante Carolum
22. Nouembris 1674. & altero Collegio Aduocatorum, &
Iudicum nominante Hieronymum postridie 23. mensis
eiusdem, & hodie dubitatum sit inter informatos, vt disputa-
tum inter informantes, cui danda immissio sit.

Vni ex Dominis visa est danda Hieronymo nominato à
Collegio Aduocatorum, & Iudicum, adeoque nunc Pau-
lo filio, non subsistente illa nominatione Caroli, & nunc
Antonij aliorumque filiorum Caroli à Collegio iuris Pon-
tificij, & Cæsarei, in primis, quod verba: Per il Colle-
3 gio de Signori Dottori di Collegio della Città di † Bolo-
gna, verè aptari non possint, nisi Collegio Aduocatorum,
& Iudicum, composito ex Ciuibus destinatis ad publica
officia Ciuitatis, & iurisdictionem voluntariam exercen-
tibus in contractibus minorum, & ideo nuncupato Colle-
gio Ciuitatis, vt destinato ad regimen ciuium, quod
etiam obseruatur in Statuto Bononiæ Collegium hoc no-
minante Collegium Ciuitatis; Collegium autem iuris
Pontificij, & iuris Cæsarei Collegium Bononiæ, omisso
4 nomine Ciuitatis, † quo casu appellatione Bononiæ, ab-
que nomine Ciuitatis, Comitatus comprehendit Rota *de-
cis. 58. numer. 5.* secùs ab appellatione Ciuitatis, vt adiecto
nomine Ciuitatis, vt Ciuitatis Bononiæ, sicut Florentiæ
d. decis. 58. num. vlt. par. 9.

5 Ex prosequendo coniecturas visa est illi fortissima, †
quod testator esset Collegio iudicum adscriptus, vt de Con-
6 fraternitate, cuius † Confrater esset ille testator Rota *de-
cis. 310. numer. 6.* confirmata *in decis. 330. parte 10.* è contra
reiecto alio Collegio iuris Pontificij, & Cæsarei, vndè
resultaret absurdum, † quo Collegium odiosum, adeò mi- 7
nus dilectum penès Testorem, prælationem haberet, vt
inquit Rot. *dec. 44 n. 5. p. 14.* cum alleg.

Adijciebat, quod Testator nominauit vnicum Colle-
gium, † quod verificari non potest in Collegio iuris Ponti- 8
ficij, & iuris Cæsarei, cum sint duo Collegia distincta, † 9
vt in Constitutionibus Montis Pietatis de Præcedentibus
in terzo, sia eletto per li Collegij di raggion Canonica, e
raggion Ciuile delli Dottori di Bologna, vt in singulari
numero prolata † non possunt, vtrumque, sed vnum tan- 10
tum comprehendere, sicut de duobus fideicommissis, † 11
altero in casum mortis, altero alienationis, & fideicomis-
so in singulari numero prolato inquit Rota *coram Ludouis.
decis. 433. num. 7.*

Quodque Collegium Aduocatorum, & Iudicum † sit 12
in maiori dignitate, & existimatione ratione Antiquita-
tis, vt dicunt testes, & ratione iurisdictionis, adeout præ-
cedat, † quando omnia Collegia, etiam ipsa conueniunt, 13
& testamentum bon. mem. Rattæ † Auditoris Sac. Pala- 14
tij 2. Nouembris 1597. similiter volentis, che il Collegio
de Signori Dottori di Bologna nomini &c. obseruatum pro 15
Collegio iuris Pontificij, & iuris Cæsarei referebat, ille
ad affectionem testatoris † aggregati illi Collegio, & ideo 16
redarguebat hunc testatorem sensisse de alio Collegio
Aduocatorum, & Iudicum, cui fuerat aggrega-
tus.

Et de Constitutione Clementis Octaui officium Aduo-
catorum Pauperum per vnum ex Doctoribus Collegij Do-
ctorum à notis, seu Romanis Pontificibus successoribus
nostris ex tribus, ex eisdem Doctoribus à toto Collegio
præsentandis, seu nominandis eligendum &c. de Aduocato
pauperum 9. Iunij 1599. credidit ille testibus, testificanti-
bus antiquitus electum à Collegio Aduocatorum, & Iu-
dicum, & adhuc elegi, & si non opera cosa alcuna, ma
noi altri del Collegio de Giudici lo cauiamo per mantene-
re il Ius inquiunt ipsi.

Sed Antonio eiusque fratribus Caroli nominati filijs dan-
dam immissionem alij responderunt, & hoc ius nominan-
di spectare ad Collegium iuris Pontificij, & iuris Cæsa-
rei, vt spectauit, ex testamento bon. mem. Rattæ, † qui 17
in caso, che mancassero &c. venè ad formulam voglio (in-
quit,) che il Collegio de Signori Dottori di Bologna nomi-
ni tre Cittadini Bolognesi &c. la qual nominatione s'hab-
bia da mandare à Roma alla Rota Romana la quale ne
elegga ad arbitrio suo, è quello, che più le piacerà an-
corche concorresse qualcuno nel qual Collegio de Signori
Dottori di Bologna concorresse vnitamente d'accordo, &
in caso di quest'elettione l'eletto habbia à dare scudi 50.
per vno alli Signori Auditori di Rota; scudi 15. alli Si-
gnori Dottori del Collegio di Bologna, & in eodem te-
stamento reliquerat al Collegio de Signori Dottori di Bo-
logna il credito, che hò con i Signori Campeggi, quale
riscosso voglio, che s'inuesta, sin tanto, che arriui al
frutto di lire 1000. l'anno, de quali frutti si maritino
ogn'anno cinque zitelle, da eleggersi dal detto Colle-
gio, singulis autem annis Collegium iuris Pontificij, &
Cæsarei Legatum exequitur dotando Puellas † Colle- 18
gio Iudicum vidente serente, & non contradicente,
cum tamen testator esset etiam de Collegio Iudicum.

Et ex simili testamento Cardinalis Guzzadini prima Se-
ptemb. 1628. che la nominatione si faccia da Signori Dottori
del Collegio di Bologna, vt facta fuit.

Et ex huiusmodi Constitutione Montis Pietatis, & ad-
ditione circa electionem &c. vno per il Collegio de Dottori
ogn'anno &c. & aliàs 16. Martij 1575 congregatis DD.
Præsidentibus Sacr. Montis Pietatis Ciuitatis Bononiæ,
vnus ab Almo Collegio Doctorum datum &c. quod om-
nes Doctores vtriusque Collegij &c. videlicet iuris Pontifi-
cij, & iuris Cæsarei, ex qua Constitutione idem Colle-
gium iuris Pontificij, & iuris Cæsarei quolibet anno elegit
Præsidem Montis.

Et ex dicta Constitutione Clementis Octaui, & alijs,
ex quibus constitit, quodcumque Collegium sit Aduoca-
torum, et Iudicum, nomine Collegij Doctorum Bononiæ,
et Ciuitatis Bononiæ. Per il Collegio de Signori Dottori
del Collegio della Città di Bologna, † antonomasticè in- 19
telligi Collegium iuris Pontificij, et iuris Cæsarei, vt
comprobarunt, et confirmarunt tres testes, duo Sacerdotes
de ipso Collegio Aduocatorum, et Iudicum legitime exa-

minati , che quando siamo nominati noi altri del Colle-
gio de Giudici , si dice Dottore del Collegio de Giudici ,
20 † ma quando sono nominati quelli del Collegio Ciuile ,
e Canonico si dicano , e chiamano Dottori del Collegio, &
Io (inquit vnus) hò lette l'Istorie dell'Alidosio , e Gherar-
dazzi , & vltimamente anche del Signor Pompeo Vizza-
ni , i quali quando nominano qualche Dottore , che fos-
se solo del Collegio de Giudici , dicano: eta del Collegio
de Giudici , e quando erano delli Collegij Ciuile , e Ca-
nonico , ò Filosofi , ò Medici , dicono: Dottori Collegia-
ti semplicemente , & Io (inquit vnus) non singularis , sed
singulariter inferens , spenderei di proprio mille scudi per
essere habile à Collegij Ciuile , e Canonico di Bologna , e
non spenderei vn soldo per esser Conualidatore de contratti
de Minori , quod est etiam de Collegio Aduocatorum , &
Iudicum hoc ius neque proprium habente , vnde Collegium
Iudicum nominatur , & non plus vltra .

Et insistendo nominationi Doctorum de Collegio , &
generaliter pro Doctoribus de Collegio iuris Pontificij , &
iuris Cæsarei confirmarunt omnia , & omnifariam testi-
monia ex clarissimis iuris peritis , & Historijs ex testamen-
tis , & Statutis , & Constitutionibus Sac. Montis Pietatis ,
ita confirmatis à Leone X. & Clemente Octauo ipso lo-
quente , & nominante vnum ex Collegijs Doctorum eius-
dem Ciuitatis inueniendo vnum Doctorem Collegij iuris
Pontificij , & iuris Cæsarei , & ex Epistolis Cardinalium ,
& Principum ad hoc Collegium generali nomine Collegij
Doctorum , & ex priuilegio Caroli V. priuilegijque sub-
stantia creandi Notarios , legitimandi , dispensandi , dan-
di tutores , emancipandi , Decreta interponendi , manu-
mittendi , restituendi in integrum , vt in priuilegio dato
21 Bononiæ 5. Ian. 1530. quibus † adeo præcedit , exceditque
Collegium hoc illius comparatione , si comparabile quidem
ex testibus ipsis suprascriptis , che il Collegio de Giudici
non hà numero alcuno determinato , e vien composto da
vna adunanza confusa , senza scelta &c. senza precedente
esame , ma subito , che sono Dottorati , bastando l'essa-
me , al quale sono stati soggetti , quando sono stati addot-
torati , e senza tenere publica , ò priuata conclusione , ò
lettura , e con la sola spesa di 28. in 30. lire &c. entra ciascun
Dottore immediatamente in detto Collegio , e tutti ad vn
istesso modo son capaci degl'officij di detto Collegio , senza
alcuna antianità , il qual Collegio non hà alcuna rendita ,
& il Collegio de Dottori conferisce la laurea , hà numero
prefisso de Dottori tanto in Canonico , quanto in Ciuile ,
non vi può essere ammesso , chi non hà l'origine , e la qua-
lità che ricercano le Costitutioni , e tra le altre l'hauer dife-
se publiche Conclusioni , e letto almeno per tre anni la ma-
teria Legale , di quel grado , che si domanda nel publico
studio , proinde concludendo , che secondo il commune vso
di parlare in questa nostra Città di Bologna , e dopoi , che
mi ricordo il Collegio de Giudici mai in alcun tempo , e
luogo si troua nominato , se non con questi due nomi , co-
pulatiuamente di Collegio de Giudici , vel de Collegio Iu-
dicum , ne ad vn Dottore del Collegio de Giudici può con-
uenire come già mai gli si è attribuito , ne di presente gli si
attribuisce il nome di Collegiato , o Dottore di Collegio ,
ma sempre sono stati chiamati come di presente si chiama-
no Dottori del Collegio de Giudici , nell'atto però solo di
interponere Decreti , e nell'altre occasioni vengano chia-
mati I. V. D. tantùm , ne mai Dottore di Collegio , o
Collegiati .

Tribus his , & huiusmodi testibus ipsius Collegij Aduo-
catorum , & Iudicum , similes accesserunt duo præcipuè
Notarij , & omnibus testibus contestatio publica Notario-
rum Ciuitatis Bononiæ , & fides , qualiter quandocum-
22 que contingit celebrari instrumentum , † in quo interue-
niat aliquis Doctor legitimus , tamquam principalis con-
trahens , si ipse sit de Collegio DD. Doctorum , scilicet
conferentium Gradum Doctoratus , tunc semper post no-
men , & cognomen dicti Doctoris , ponimus dignitatem
Collegij scilicet N. N. I. V. Doctor Collegiatus , si verò
non sit de dicto Collegio , etiamsi sit de Collegio Iudicum ,
ponimus tantum N. N. I. V. D. si verò interueniat instru-
mento ad effectum interponendi auctoritatem pro validi-
tate contractus minorum , tunc semper exprimimus I. V.
D. ac vnus ex DD. Doctoribus de Collegio Iudicum Ci-
uitatis Bononiæ , sicque si Doctor interponens Decretum ,
seu auctoritatem , vt supra sit etiam de Collegio DD. Do-
ctorum conferend. gradum Doctoratus exprimimus dicen-
do I. V. D. Collegiatus , & vnus ex Dominis Doctori-
bus de Collegio Iudicum Ciuitatis Bononiæ , & hoc de
præsenti practicatur ab omnibus Notarijs Bononiæ , se-
quendo stylum , & consuetudinem antiquam Notariorum
antecessorum nostrorum , prout de hac veritate apparet in
instrumentis publicis .

Adeoque est communis hæc denominatio , vt idem Hie-
ronymus pro hac nominatione adiuerit primum , vti pri-
marium Collegium hoc ius Pontificij , & Cæsarei , à quo
reiectus , ad Collegium Iudicum recurrit ; Insuper Bidel-
li conuocando Collegas huius Collegij , retulerunt se exe-
quutos fuisse intimationem Doctoribus Almi Collegij DD.
Aduocatorum , & Iudicum , eos proprio nomine appel-
lando , vt in alijs actis .

Ad hæc , & plura in Summario 30. numerorum , nec
numeris omnibus absoluto , & forsitan absoluendo ; Per il
Collegio de Signori Dottori di Collegio della Città di Bo-
logna , quin etiam per il Collegio delli Signori Dottori ,
simpliciter intellectum est Collegium Doctorum iuris Pon-
tificij , & iuris Cæsarei , † vt verba ambigua accipi de- 23
beant in potentiori significatione Mantic. *de coniecturis tit. 1.*
numer. 6. lib. 5. Fusar. *de substit. qu. 241. num. 14. & qu. 341.*
num. 3. † & de digniore subiecto Mantic. *d. tit. 1. num. 7.* & 24
de nobiliore Mantic. *tit. 6. num. 4. lib. 8.* & per excellentiam ,
vt ius Ciuile † pro iure Ciuili Romanorum *§. sed ius quidem* 25
instit. de iur. natur. & ibi gloss. Ostien. cum similibus apud
Io. Fabr. & alio , & opportunè simplici nomine Collegij de
Collegio Senensi , & de Collegio Paduano eorumque con-
trouersia , & medio sublimi Collegio Bononien. dirimen.
Campeg. de stat. exclus. fœmin. qu. 3. nu. 20. & nouissimè gra-
uissimeque in forma aliorum , & Breue SS. D. N. Innocen-
tij XI. Aduocatum Pauperum per vnum ex Doctoribus
Collegij Ciuitatis Bononiæ à Romano Pontifice ex orato-
ribus à toto Collegio nominandis , eligendum , electum-
que , & ipsum inter cæteros à toto Collegio Doctorum di-
ctæ Ciuitatis nominatum &c. in Breui quarta Febr. 1678.
recepto ab ipso Collegio 28. eiusdem , vt fuit nouissimè ele-
ctus Doctor Giouagnonus .

Ex his , & huiusmodi ex facto magis , quam de iure sa-
tisfactum visum est oppositis , & in primis Collegio Aduo-
catorum , & Iudicum non composito ex Ciuibus destina-
tis ad publica officia Ciuitatis vix iurisdictionem volunta-
riam exercentibus , † è contra verò Collegio iuris Pontifi- 26
cij , & iuris Cæsarei longè melioris qualitatis , & maioris
auctoritatis , vt supra .

Præcedere itaque Collegium hoc Doctorum etiam tem-
pore Collegio Aduocatorum , & Iudicum , consequens
est , † imò præcedens ipsa denominatio , quia nemo po- 27
test esse de Collegio Doctorum , & Iudicum , nisi antea
Doctoratus à Collegio Doctorum , † vt efficiens præce- 28
dens effecto .

Quod testator esset adscriptus Collegio Aduocatorum ,
& Iudicum , & reiectus à Collegio iuris Pontificij , &
Cæsarei non subsistit , quia ex libro Aggregationum su-
per habilitate , vel inhabilitate ad petendum Collegium
Doctorum &c. Iacobi Canobij , & aliorum , Patres legiti-
mè Congregati pari voto , & vnanimiter pronunciarunt
esse habiles , tam respectu ciuilitatis , quam legitimæ na-
tiuitatis , & propterea Collegio prædicto aggregari in omni-
bus , & per omnia iuxta formam Constitutionum &c. quid-
quid acciderit præcipuè causa certi , & determinati nume-
ri , vt supra , & placuit exemplum testium pro veritate
testificantium pro altero Collegio , etiamsi alterius essent ,
atque ita Iacobi Canobij testantis , pro rectitudine , & di-
gnitate , & merito , præferentes meritum Collegij iuris
Pontificij , & iuris Cæsarei , quam præmium Collegij
Aduocatorum , & Iudicum .

Quod testator nominauerit vnicum Collegium , quod
verificari non possit in Collegio iuris Pontificij , & iuri
Cæsarei , cum sint duo Collegia distincta , vt in Consti-
tutionibus &c. visum fuit resolutum ex libro Constitutio-
num Collegij iuris Pontificij , & consimili Constitutione
Collegij iuris Cæsarei , vbi conuenientibus in vnum ex
causis communibus Pontificij , & Cæsarei iuris Collegio-
rum Ciuitatis Bononiæ Doctoribus , vnumque corpus con-
ficientibus non ad maiorem singulorum corporum partem
veram commixtione , & vnionem compacta ad indiui-
duum , & vnum corpus &c. vltra contraria , & su-
prascriptis .

De maiori dignitate nihil visum est respondendum vl-
tra testimonia testium Collegij Aduocatorum , & Iudi-
cum suprascripta , & abundè in Summario , quoque non
solum

29 solum in processu explicationem, † & quidquid conferat
antiquitas dignitati, multa possunt præstare antiquitati,
ne alias præstaret corpus animæ, & spiritui caro, & triti-
co glandes.
Et ad Statutum Bononiæ nominans Collegium Aduo-
catorum, & Iudicum Collegium Ciuitatis, Collegium
autem Iuris Pontificij, & Iuris Cæsarei Collegium Bono-
30 niæ, obseruatum est, † Collegium Aduocatorum, & Iu-
dicum cum hoc adiuncto reperiri ita connotatum, vt in
Rubrica de appellatione, & licet in corpore quandoque,
sed relato si autem expresso relatiua, & repetitiua dictione
dicendo d. Collegium.
Et ità vtraque parte informante resolutum fuit.

REVERENDISS. D. ALBERGATO
Sacræ Rotæ DECANO.
Romana Pensionis.
Veneris 17. Iunij 1678.

ARGVMENTVM.

Bigamus, & Gubernator Ciuitatis dicebatur amisisse priuilegia clericatus, ac etiam pensionibus remansisse priuatus; sed neutrum conceditur, quia bigamia præseruata erat ab officio Equitis militum per ipsum possesso; Gubernij autem administratio de sui natura non importabat exercitium illorum actuum, qui sunt statui clericali contrarij, illique omninò incompatibiles, modò tamen non probetur actu, vel habitu fuisse descensum ad pœnam sanguinis, & mutilationis membrorum.

SVMMARIVM.

1 *Bigamus dicitur qui ducit in vxorem viduam, & est incapax pensionis.*
2 *Bigamus remanet spoliatus omni priuilegio clericali, merusque laicus reputatur.*
3 *Clericatui renunciasse dicitur qui exercet officium incompatibile cum clericatu.*
4 *Pensiones dantur ratione clericatus, quo cessante, & ipsæ etiam cessant, tamquam effectus à sua causa.*
5 *Miles Lauretanus etiam vxoratus, & bigamus potest retinere pensiones vsque ad summam ducatorum 200.*
6 *Indultum, & præuentiua dispensatio præseruat ab incursu bigamiæ, & facit remanere in eodem statu, quo quis erat ante matrimonium.*
7 *Bullam Pontificiam non reperiri in Bullario nihil facit, si appareat impressa tipis cameralibus, & eam pro indubitata Doctores supponant sustineri Pensionem.*
8 *Clericus administrando gubernia, non tamen dicitur exercuisse actus cum clericatu incompatibiles.*
9 *Iurisdictio exercendi actus etiam criminales leues non repugnat statui clericali, dummodo non se extendat ad mutilationem membrorum.*
10 *Clericus vt amittat pensiones per assumptionem officij sæcularis, requiritur quod illud sit omnino incompatibile, & contrarium statui clericali.*
11 *Clericis non solum actu, sed etiam habitu est probibita potestas infligendi pœnam sanguinis, seu mutilationis membrorum.*
12 *Clericus immiscendo se officijs sæcularibus non omnino contrarijs statui clericali, si post trinam monitionem non resipiscat, seque ab illis abstineat.*
Tunc contra illum ad pœnam priuationis proceditur, non autem antea ibidem.
13 *Clericus Gubernator non ex eo quod iurisdictio merum, mixtum imperium, & gladij potestatem contineat.*
Dicitur exercuisse actus clericatui omnino contrarios, quia non ex inde resultat talem facultatem sibi fuisse concessam ibidem.
14 *Potestas meri, & mixti imperij, quæ competit Principi, non ideo dicitur suo Gubernatori communicata, & concessa, nisi probetur.*
15 *Priuatio beneficij, seu pensionis non incurritur, nisi in casibus à iure expressis.*
16 *Priuatio puta beneficij, vel pensionis, in aliquo canone, vel lege expressa, in dubio intelligitur de illa, quæ fit per sententiam, non autem, quæ ipso iure incurritur.*

DECISIO CCLIII.

DVplici ratione Canonicus Crucianus renuebat solue-
re pensionem super fructibus sui Canonicatus San-
ctæ Mariæ in Vialata reseruatam ad fauorem Petri Leoni,
& ab isto translatam in Petrum eius Nepotem; Primò, quia
Translatarius ducendo in Vxorem viduam effectus fuerit
† bigamus, & consequenter incapax pensionis, Rota *decis.* 1
519. *num.* 5. *par.* 2. *rec.* Adden. ad Gregor. *decis.* 516. *num.* 13 cum
bigamus omni priuilegio Clericali nudatus sit, † merusque 2
laicus reputetur, iuxtà text. *in cap. vnic. de bigam. in* 6. Paris.
de resignat. lib. 1. *qu.* 4 *num.* 18. Garz. *de benef. par.* 7. *cap.* 6. *num.* 2.
Adden. ad Greg. *d. decis.* 516, *num.* 12.
Secundò, quia idem Translatarius exercuerit gubernium
Baronale Principis Romani, nempè Castri Viani; Vndè ra-
tione incompatibilitatis officij cum Clericatu, huic renun-
ciasse censeatur, † & sic fuisse extinctam pensionem, vt 3
pluribus relatis firmatum fuit *in Romana Pensionis* 25. *Iunij*
1668. *coram me*; Pensiones enim dantur ratione Clericatus,
† quo cessante, & illæ cessant tamquam effectus à sua cau- 4
sa, Put. *decis.* 449. *num.* 3. *lib.* 2.
Sed his minimè obstantibus Rota censuit pensionem sub-
stineri, nam per contractum matrimonij, & incursum bi-
gamiæ licèt de iure vacent beneficia, & extinguantur pen-
siones, † tamen in casu præsenti cum Petrus sit Miles Lau- 5
retanus gaudet priuilegio retinendi pensiones vsque ad
summam ducatorum 200. etiamsi vxoratus, & bigamus,
vt in indultis fa. me. Sixti V. & præcipuè in eo sub datum
Romæ apud Sanctum Petrum anno Incarnationis Domi-
nicæ 1588. Kalen. Nouembris, † quod indultum, & præuen- 6
tiua dispensatio illorum præseruauit ab incursu bigamiæ,
ita vt remanserit in eodem statu, quo erat ante matrimo-
nium, iuxta plenè deducta per Rotam *dec.* 12 *a.* 29. *& seqq.*
& decis. 50. *à num.* 9. *par.* 5. *rec. & in decis.* 255. *num* 4. *&* 395. *nu.*
1. *coram bo. me. Card. Celso, & in decis.* 247. *&* 512. *par.* 13. *rec.*
nil vrgente huiusmodi vltimum indultum Sixtinum non
reperiri in Bullario, † quia de eius legalitate non videtur du- 7
bitandum, cum appareat impressum typis Cameræ Aposto-
licæ, illudque pro certo supponunt Tondut. *de Pension. cap.*
27. *n.* 29. *&* 30. Adden. ad Buratt. *dec.* 791. *n.* 15
Quo verò ad secundum, licèt Petrus gubernium Viani
administrauerit, non tamen probatur, quod actu, vel habitu
sæua, & actus incompatibiles cum Clericatu exercuerit, vel
exercere potuerit, prout necesse est concludenter probare,
† ad hoc, vt dicatur renunciatum Clericatui, & sint amis- 8
sæ † pensiones, cum iurisdictio exercendi quosdam actus 9
leues, etiam in criminalibus, dummodo tamen ad muti-
lationem membrorum non se extendat, non repugnat sta-
tui Clericali, iuxtà decretalem Alexandri III. *in cap. Ar-*
chiepiscopatu de raptor. ibique Barbos. *in collect.* Abb. *in cap.*
Clericis num. 9. *&* 10. *ne Cleric. vel Monach. ibique* Io. Andr. *nu.*
4. *in fin.* Butrius *nu.* 3. *in fine*, Boich. *eodem num.* 6. Thesaur. *iur.*
Eccles. par. 3. *cap.* 4. *num.* 11. *&* 12. Couar. *in Clementina si furio-*
sus par. 2. §. 3. *num.* 9. *de homicid.* Diaz. *in prax. crimin. Canon. qu.*
56. *ad med. versus debent tamen*, Bellett. *disquisit. Clerical. par.*
1. *tit. de discipl. Cleric.* §. 26. *sub num.* 10. *&* 14. & faciunt tra-
dita per Farinac. *in fragm. crimin. par.* 1. *lit. C. num* 355. *&* 389.
vt enim Clericus pensiones amittat per assequutionem offi-
cij sæcularis; vndè argui possit renunciatio Clericatui, † re- 10
quiritur, quod illud sit omninò incompatibile, & contra-
rium statui Clericali, habeatque potestatem infligendi pœ-
nam sanguinis, seu mutilationis membrorum, † quod est 11
Clericis omninò prohibitum, actu, & habitu, & ipso iure
priuationem inducit, vt distinguendo, & conciliando DD.
& decis. tradit Rota *decis.* 279. *nu.* 4. *&* 5. *par.* 16. *rec.* † secus 12
autem quando Clericus se immiscet in ijs, quæ non omninò
sunt contraria, & incompatibilia cum suo statu Clericali,
nihilque præferentia, pro quo reperiatur imposita ipso iu-
re pœna priuationis, quo casu, si præuia trina monitio-
ne à Superiore facienda, ille non resipuerit, seque à præ-
dictis abstinuerit procedi potest ad priuationem, vt plenè
dictum fuit in eadem *decis.* 279. *à num* 6. *in d. par.* 16. *in recent.*
Gigas *de pens. quæst.* 55. *num.* 3 Cardinal. de Lugo *respons.*
moral. lib. 5. *dub.* 22. *num.* 8. & nouissimè distinctum fuit *in Me-*
diolanen. pensionis 7. *Februarij proximè præteriti* §. *ex alia quo-*
que coram R.P.D. meo Taia.
Nec ad probandum, quod Petrus saltem habitu, &

potentia valuerit in gobernio exercere actus incompatibiles
13 cum Clericatu, † visum est sufficere, quod Castrum emptum fuerit cum mero, mixto imperio, & gladij potestate; quia quidquid sit, an ex hoc probata remaneat talis
14 Iurisdictio in Principe emente, † certum est, quod non probatur communicata Petro Gubernatori deputata talis facultas procedendi ad pœnas criminales statui Clericali contrarias, & cum priuatio beneficij, seu pensionis non in-
15 curratur ipso iure, † nisi in casibus à iure expressis, secundum Innoc. *in cap. bonæ de elect.* & communiter tradunt Rebuff. *in prax. de modo amitten. benef.* Rot. in terminis fortioribus *in Perusina pensionis 29. Ianuarij* 1663. *§. non obstat coram Eminentiss. Cerro*, in dubio capi debet ea interpretatio pro
16 priuatione per † sententiam, non autem ipso iure, vt per Text. *in cap. in pœnis de regul. iur. in* 6. dixit Rota *in alleg. decis. 279. num. 13. par. 16. recent.*

Et ita, vtraque Parte informante, resolutum fuit.

R. P. D. PAVLVCCIO.

Compostellana Iurisdictionis.

Veneris 17. Iunii 1678.

ARGVMENTVM.

Cumulatiua iurisdictio est concessa Capitulo cum Episcopo in puniendis Clericis Capitularibus, non solum quia de illius quasi possessione constabat, verum etiam quia transactio, adeoq; titulus assistebat, vt proindè illi non sit denegata manutentio, quamuis horum exercitium ad solam domesticam, & fraternam correctionem limitari prætenderetur, quia potiùs apparuit veram, & propriam iurisdictionem competere, ex vsu carceris, forma appellationis præscripta, & alijs etiam ex sequenti Summario, & Decisione videndis.

SVMMARIVM.

1 *Manutentio datur possidenti de tempore motæ litis, & magis etiam antea, & n. seqq. vbi amplia.*
2 *Possessio titulata eo fortius manuteneri debet.*
3 *Scientia, & patientia resultat ab obseruantia vna cum temporis lapsu.*
4 *Possessionem ad acquirendam, vel quasi non requiritur scientia partis, vbi adest titulus saltim putatiuus.*
5 *Manutentionis in iudicio non attenduntur quæ respiciant validitatem, & subsistentiam concordiæ, sed ad petitorium reiciuntur.*
6 *Capitulum quatenus habeat iurisdictionem cumulatiuam cum Archiepiscopo, vid. per totam decisionem.*
7 *Præuenientis, & præuenti eadem est conditio.*
8 *Verbum* iurisdictio, *& verbum* punire *vtramque punitionem publicam, & priuatam important.*
9 *Iurisdictio propria, & vera resultat ex indefinita facultate mulctandi, non quidem ad certam summam restricta.*
10 *Carceris vsus propriam, & ordinariam iurisdictionem importat.*
11 *Correctionis fraternæ, & domesticæ iurisdictionis limites excedit facultas sumendi informationes, & modus appellandi præscriptus.*
12 *Capitulum habet ius correctionis fraternæ in capitulares suos, eosque domesticè corrigendi.*
13 *Ius non quod cuique ordinariè competit, sed extraordinarium resultat, si illud ex consuetudine immemorabili deducatur, & n. 17.*
14 *Transactio, seu concordia non debet esse de indubitabili, sed de re dubia.*
15 *Episcopus habet iuris assistentiam in puniendo suos clericos de capitulo.*
16 *Capitulum ante* Sacr. Concil. Trident. *habebat iurisdictionem cumulatiuam cum Episcopo circa punitionem suorum clericorum.*
17 *Ius commune non allegatur, vbi competit ius singulare, & num. 13.*
18 *Capitulum ex consuetudine potest habere ius corrigendi suos capitulares.*
19 *Ecclesia habens consuetudinem corrigendi clericos, ipsa illos corrigere debet.*
20 *Episcopus quatenus possit quascumque visitare Ecclesias, & clericos delinquentes corrigere, & num. seqq.*
21 *Capitulum si solam iurisdictionem cumulatiuam cum Episcopo habere prætendat, hoc non repugnat Concilio eam tribuente Episcopo.*
22 *Concilium* Tridentinum *tribuit quidem iurisdictionem Episcopo, sed non impedit, vel tollit cumulatiuam, vel præuentiuam capituli.*
23 *Manutentio eo magis in iurisdictionalibus competit, si vltra quasi possessionem, etiam fumus concurrit.*
24 *Actus vnicus in iurisdictionalibus sufficit, & possessionem conseruat.*
25 *in Facultatiuis non acquiritur possessio, nisi prohibitio cum acquiescentia concurrat.*
26 *Actus vnicus, & particularis sufficit ad acquirendam possessionem, vbi causa est vniuersalis.*
27 *Causa eadem, eademque iurisdictio non debet diuerso iure censeri.*
28 *Iurisdictio cumulatiua cuicumque competit in solidum, & illius præfertur, qui præoccupauit in ea.*
29 *Iurisdictione concessa ea omnia competunt, sine quibus illa explicari non potest.*
30 *Iudicium summarium respuit quemcumque ordinem iudiciarium, & telam solemnis iudicij.*

DECISIO CCLIV.

RESoluerunt DD. dandum esse mandatum de manutenendo Capitulo, & Canonicis in exercitio Iurisdictionis procedendi in Capitulares, & alios Ecclesiasticos inferioris ordinis delinquentes intra ambitum Ecclesiæ Cathedralis, eosque mulctandi pœnis pecuniarijs, ac puniendi pœna nuncupata, Beatæ Iacobæ, alijsque pœnis iuxta grauitatem, & qualitatem delicti, cum priuatione ad tempus vocis actiuæ, & passiuæ, necnon recipiendi confessiones reorum, carceris decernendi, & assignandi.

Constare siquidem fecerunt de quasi possessione exercendi iurisdictionem huiusmodi quoad testes prædictos non solum de tempore motæ litis, sed etiam longissimo antea per actus quamplurimos possessorios successiuè in Summario, & diligenter relatos vltrà centum annos: † Quæ sanè 1
sic fundata quasi possessio, nedum sufficit, sed & exuberat pro manutentione in summarissimo possessorio concedendo, *l. prima §. fin. ff. vti possidet l. sicut §. Aristo ff. si seru. vind. §. retinendæ instit. tit. de interdict.* Abb. *ad cap. cum Ecclesia Sutrina num. 23. de caus. poss. & propriet.* Posth. *de manut. obser. 73. num. 1. & seqq.* Rot. *decis. 643. num. 3. par. 2. recent. cor. Bich. decis. 192. num. 2. coram Celso decis. 394. num. 1. & decis. 52. num. 1. post Tambur. de iure Abbat. tom. 3.* & nouissimè *in Barchinonen. iurisdictionis 27. Iunij* 1674. *§. Et hodie coram R. P. D. meo Taia.*

Cui validè adstipulatur confessio eiusdem Promotoris fiscalis nunciata in articulis coram Reuerendissimo Nuntio exhibitis, prout in Summario.

Sed, & validius geminata concordia inter Archiepiscopum, & Capitulum alias in hac ipsa materia inita; Altera de anno 1597 Altera de anno 1651.

Huiusmodi autem concordiæ validissimum titulum præbent, † vndè & possessio tamquam titulata magis venit 2
manutenenda, *cap. licet causam, & ibi* Felin. *num. 9. de probat.* Boich. *decis. 486. num. 10. decis. 394. num. 2. coram Cels. & in Marianen. iuris eligendi Caratos 2. Aprilis 1677. § Possessionis coram R. P. D. meo Vicecomite, ac 10. Decembris 1677. §. Et quamuis titulus coram R. P. D. meo Bourl.* maximè quia in exequutionem dd. concordiarum, ac antiquissimæ possessionis Capituli exercendi iurisdictionem cumulatiuam ad præuentionem cum Archiepiscopo bo. me. Carillo, Archiepiscopus Compostellanus, & olim huius Tribunalis Auditor meritissimus omnia gesta per eius Prouisorem nulla, & inualida declarauit, eo quod voluit non obstante præuaricatione Capituli in cognitione causæ criminalis contra Capitulares intemeratæ procedere, causamque ad Capitulum remisit, vt in Summario eiusdem Capituli *num. 8.*

Quibus addita obseruantia per actus quamplures, vt supra exhibitos, † ex quibus scientia, & patientia Archiepisco- 3
porum resultat, & præsumitur, iuncto temporis lapsu, Rot. *coram Mantic. Andr. decis. 34. num. 15. decis. 184. num. 4. par. 2. rec.* vtcumque ea non sit necessaria, vbi adest titulus putatiuus, † Bich. *decis. 194. num. 7. & decis. 267. num. 22.* Ius Capi- 4
tuli,

tuli, maximè ad intentum manutentionis redditur irre-
fragabile.
Quidquid afferatur contra earundem concordiarum sub-
sistentiam, & contra ea, quæ à Capitulo in comprobatio-
5 nem suæ quasi possessionis adducuntur, † id enim omne
remitti debet ad petitorium, nec manutentionem potest
rememorari possidenti, Rota *coram Bich. decis.418.num.14.*
decis. 168. num. 3. & 9. coram Eminentiss. Ottbob & decis.
394. *nu.3. coram Card. Celso.*
Neque potest hæc Capituli iurisdictio, quam exercet
in Capitulares, & alios inferioris ordinis intrà ambi-
tum Ecclesiæ delinquentes restringi, itaut dicatur non
esse publica, & fori contentiosi, sed domestica, quæ
exerceatur per modum correctionis fraternæ, per subtra-
ctionem fructuum, & distributionum, & per priuationem
vocis actiuæ, & passiuæ.
Plura siquidem sunt, quæ huiusmodi limitationem, &
interpretationem excludant.
Nam Capitulum concurrit in solidum cum Archiepisco-
6 po † sub præuentione, vnde par, & æqualis est iurisdictio
7 † præuenientis, & præuenti, *l. si quis postea 7. ff. de indic.*
cap. Proposuisti de for. compet. cap. complures de offic. dele-
gati in 6. Carleual. *de iudic. tit. 1. disput. 2. num. 872.* Cuiac.
lib. 13. obs. cap. 11. in fine, Tondut. *de præuent. par. 1. cap. 1.*
num. 2.
Potissimum cum concordia generaliter de delictis loqua-
tur, nec ad vllam singularem speciem se restringat, & vta-
8 tur iurisdictionis, & puniendi verbo, † quod vtrumque
publicam potestatem indicat, Ant. Gouean. *lib. 2. de iurisd.*
in princ. num. 58. Si itaque iurisdictio est, & Capituli eadem
erit, & non domestica, aut impropria.
Nec minus domesticam, & impropriam iurisdictionem
9 excludit mulctandi † facultas, non quidem ad certam
summam, sed indefinitam, *l. 4. 5. & 6 C. de mod. mult.*
& ius in carcerem tradendi, & retinendi, quo vtroque vsus
10 est Decanus in delinquentes, † & hoc vtrumque dicit
actum propriæ, & ordinariæ iurisdictionis, Magistrati-
bus competentis, Bart. *ad l. Imperium ff. de iurisd. omn. iu-*
dic. Farinac. *in prax. crim. qu. 25. num. 6.* Decian. *in prax.*
pariter crim. lib. 7. cap. 10. num. 53. Mascard. *de probat. concl.*
947. *num. 4.*
Demum eandem impropriam iurisdictionem reijcit con-
cordia, quæ firmat, sumendas esse informationes, &
modum præscribit admittendæ appellationis, de qualitate,
11 & loco carceris assignando, † quæ omnia longius excedunt
limites fraternæ correctionis, & domesticæ iurisdictionis,
Panormit. *ad cap. Cum contingat num. 29. de for. compet.* Fe-
lin. *ad cap. cum omnes num. 19. de Constit.* Bart. *ad leg. fin. C. de*
Colleg.
12 Imò cum hæc ipsa † cuicumque Capitulo competat, vt
13 notant Felin. & Abb. *vbi sup.* manc † fuisset eandem ex
immemorabili consuetudine asserere, & super eadem con-
14 cordiam inire, quæ de re dubia esse debet, † & non de in-
dubitabili, *l. 1. ff de transact.* Bich. *decis. 192. num. 12. & Se-*
raph. *decis. 710. nu. 2.*
Quibus stantibus, concordijs non potest suffragari Archie-
15 piscopo iuris communis assistentia, † cui potissimum inni-
titur, ex *cap. cum Episcopus de offic ord. in 6.* Tùm quia
Capitulum in cognitione causarum criminalium contra
Capitulares de iure communi habet iurisdictionem cumu-
latiuam cum Episcopo, quod magis ius commune, in ca-
16 su, in quo versamur suffragari debet Capitulo, † cum de il-
lius exercitio ante Concilium Tridentinum nequeat dub-
tari, vt in puncto similis iurisdictionis cumulatiuæ dixit
Rot. *coram Mant. decis. 207. num. 2.* tùm etiam, quia non
17 est allegabile ius commune, † vbi ius singulare ex immemo-
rabili consuetudine, & concordia inter partes inita inualuit,
& obtinet, *l. ius singulare ff. de legib.* Rot. *dec. 29. num. 4. par.*
4. rec. tunc enim correctio Capitularium non est adeo pro-
18 pria † Episcopi, quin & Capitularibus ipsis ex consuetudine
competere possit, apertissimè *Text. in cap. irrefragabili 13.*
§. Excessus de offic. Ordin. Excessus tamen Canonicorum
19 Cathedralis Ecclesiæ; qui consueuerunt corrigi per † Capi-
tulum, per ipsum in illis Ecclesijs, quæ talem hactenus con-
suetudinem habuerunt, corrigantur; Et ibi R. P.D. bo. me.
Fagnan. *& num. 51.* singulariter de Capitulis Hispan. Gon-
zal. *ibid. num. 3.*
Nec magis niti potest Archiepiscopus nouissimo iure
20 † Concil. Tridentini *sess. 6. de reform. cap. 4. & sess. 25. cap.*
6. quatenus ibi statuit, vt Episcopus non obstante quacum-
que exemptione, consuetudine, aut Concordia Capitula vi-
sitare possit. Hic verò, quod etiam extrà visitationem, non
obstante exemptione in Capitulares delinquentes iurisdi-
ctionem criminalem exercere valeat, assumptis duobus Ca-
pitularibus adiunctis.
Nam præterquam quod Sac. Concilium non tollit sen-
tentias, & concordias, † vt ad *sess. 6. cap. 4. n. 15. & 16.* no- 21
tat Barbos. cum Capitulum solam cumulatiuam iurisdictio-
nem sub præuentione prætendat, non videtur pugnare cum
dispositione Concilij, sed ipsi potiùs se conformare, Conci-
lium siquidem excitat iurisdictionem Episcopi in Capitula
exempta, quàm alias, stante exemptione, non fuisset ha-
biturus, † at non priuat Capitula, & Prælatos inferiores 22
ea iurisdictione, quæ ex priuilegio, aut legitima consuetu-
dine competebat, nec impedit, quo minus eam cumulatiuè,
& præuentiuè exercere possit, vt ex Sacr. Congregatione
Concilij testatur Garz. *de benef. par. 1. cap. 2. num. 194.* Gon-
zal. *ad reg 8. in proœm §. 5. num. 5.* Grat. *discept. 154 num. 40.*
Barbos. *de offic. & potest. Episc. alleg. 73. num. 4. & in collect.*
sess. 25. cap. 6. num. 15.
Adeout quasi possessio Capituli non habeat iuris resisten-
tiam, vtcumque ius ipsi non assisteret, qua stante, & ad-
dita etiam concordia, sufficiens fumus adest, † ob quem 23
debeat manutentio concedi, vt rectè distinguit Posth.
de manut. obseru. 44. numer. 1. & Rota *coram Bich. decis.*
339.
Nec impedire debet, quod retroactis hucusquè tempo-
ribus Capitulum nunquam receperit confessiones reorum,
quasi in hac parte nulla adsit possessio, quæ valeat manu-
teneri.
Quia imò constat ex facto receptam fuisse nomine Capi-
tuli confessionem † à reis, qui actus licèt vnicus Capitu- 24
lum in quacumque possessione constituit recipiendi confes-
siones à delinquentibus in futurum, Posth. *de manut. obser.*
18. num. 10.
Et esto quod Capitulum nunquam amplius confessiones
reorum recepisset, non tamen pro his recipiendis censeri
debet exclusum, quia cum duplex modus legitimus verifi-
candi delicta, adsit per examen quinque Testium, & con-
fessiones reorum adhibitus, vnus alterum non extinguit,
cum vterque sit in facultate, nec indè ius quæsitum Pro-
motori fiscali censeri potest, nisi eiusdem prohibitio, † & 25
impedimentum cum acquiescentia probet, quæ omninò
necessaria est, vt acquisita possessio in facultatiuis dici va-
leat, Posth. *de manut. obseru. 33. numer. 28.* Lotter. *de*
re benef. lib. 2. quæst. 31 num. 29. Adden. ad Gregor. *dec. 162.*
Ac proindè sat erit Capitulo probasse, quod pro delicto-
rum verificatione processus confecerit, testes examinauerit,
aliaque præstiterit, quæ ad eorum validitatem sunt necessa-
ria, idque propter causæ amplitudinem, seu vniuersalita-
tem, † ex qua per actum vnicum, etiam particularem ab- 26
solutè acquiritur possessio, vt eleganter post Lotter. *de re be-*
nefic. lib. 1. qu. 25. num. 70. aduertit Posth. *obseru. 73. num. 133.*
vbi numer. 140. exemplificat appositè in materia iurisdi-
ctionis.
Sicut itaque non foret negandum, quin esset danda ma-
nutentio Archiepiscopo habenti cumulatiuè iurisdictionem
sub præuentione cum Capitulorum in quasi possessione re-
cipiendi confessiones a reis, quamuis nunquam recessisset,
dum constaret alios actus exercuisse ex vi iurisdictionis suæ,
tamquam causæ vniuersalis, ità nec potest denegari Capitu-
lo parem iurisdictionem habenti, † ne causa, & eadem 27
vtriusque iurisdictio diuerso iure censeatur contra *legem*
Eum qui ædes ff. de vsucap. Iurisdictio enim cumulatiua plu-
ribus competit in solidum, † & eadem est, ac præfertur, 28
qui præoccupauit, Couar. *pract. quæst. cap vltimo*, & iuris-
dictione concessa, † ea omnia competunt, sine quibus ip- 29
sa explicari non potest, *l. 2 ff. de iurisd. omn. iudic.* Dunoz.
iun. *decis. 652. num. 7.*
Neque interuertere potest hanc Capituli facultatem ac-
cipiendi confessiones reorum, id quod legitur in secunda
concordia, & hoc summariè, & executiuè vigore infor-
mationis, quæ ad instruendum animum Capituli re-
quiritur.
Non enim censendum est voluisse transigentes tollere
substantialia iudicis, sed tantum solemnem telam, & dif-
fusum ordinem iudiciarium, † quem respuit summarij iudi- 30
cij natura, vt tradit Marant. *in prax. par. 4. dist. 9. num. 8.*
& 9. vbi ait: Non tamen potest omitti citatio. Et inferius:
Nec potest Iudex omittere probationes necessarias: latè
prosequitur Modern. *de protect. Reg. par. 2. cap. 13. num. 148.*
Namque transigentium mentem indicant verba illa: Vi-
gore

gore informationis, quæ ad instruendum animum capituli requiritur, quæ magis confirmatur ex subsequuta obseruantia, cum Capitulum ipsum post vtramque concordiam, etsi summariè processerit, nunquam tamen omiserit substantialia Iudicis citando reos, testes examinando, & alias probationes exigendo, sine quibus iudicantium animi instrui ad iustitiam non possunt.

Consilito igitur de quasi possessione Capituli exercendi iurisdictionem cumulatiuam ad præuentionem cum Archiepiscopo per longum tempus ante motam litem, & de ipso motæ litis tempore, fuit meritò resolutum ipsi dandam manutentionem, vtraq; parte informante.

REVERENDISS. D. ALBERGATO

Sacræ Rotæ Decano.

Imolen. Bonorum.

Lunæ 20. Iunij 1678.

ARGVMENTVM.

Deuolutio pœnalis ob alienationem emphyteusis factam irrequisito domino directo, sub conditione conceditur, quatenus infra tempus præfixum nō petatur ab emphyteuta consensus, eique etiam debitum solvatur laudemium, quia de illius directo dominio satis constare visum est ex instrumento inuestituræ, aliisque etiam coniecturis, & adminiculis, quæ contra inuestitum, & habentem causam ab eo plusquam probare dicuntur.

SVMMARIVM.

1 *Dominium directum plenè & concludenter probari debet, vbi agitur ad deuolutionem, vel in pœnam alienationis irrequisito domino, vel non soluti canonis.*

2 *Instrumentum inuestituræ, iunctis adminiculis, probat dominium, tam contra inuestitum, quam contra habentes causam ab eo.*

3 *Renouatio inuestituræ, & continuata solutio canonis dicantur adminicula sufficientia super comprobatione dominij ab instrumento inuestituræ resultante.*

4 *Dominium directum remanet comprobatum ab expressione facta in instrumento emptionis, quot bona empta erant illi subiecta.*

5 *Consensus domini directi requiritur in alienatione bonorum emphyteuticorum.*

6 *Consensus Domini directi peti debet ab Emphyteuta alienante.*

7 *Alienatio emphyteusis facta irrequisito domino directo, de stricto iuris rigore caducitatem importat.*

8 *Caducitatis à pœna excusanda quælibet causa sufficit secundum obseruantiam Rotæ.*

9 *Caducitatis pœna nunquam declaratur à Rota, nisi prius dato congruo tempore ad moram purgandam, vel petendum consensum.*

10 *Associatio ad rem emphiteuticam domino directo conceditur, nisi infra tempus præfixum emphyteuta soluerit canonem, vel consensum petierit.*

11 *Dominus directus tenetur præstare consensum emphyteutæ alienanti, sibi tamen laudemio soluto.*

12 *Laudemium debetur Domino directo approbanti, & laudanti contractum alienationis, & personam noui emphyteutæ.*

DECISIO CCLV.

DECISVM fuerat coram me sub die * 14. Februarij proximè præteritii, non esse dandam Reuerendissimo Imolen. petitam associationem ad Tenutam nuncupatam le Spazzate ob deuolutionem, quæ prætendebatur incursa propter alienationem factam à Communitate Imolæ in Codrunchos, & Saxatellos; irrequisito ipso Episcopo, sub cuius Cathedralis Ecclesiæ dominio directo eandem Tenuta reperitur; sed re proposita Causa sub die secunda Maij proximè præteriti dilata fuit resolutio, qua hodie ad examen reuocata, conclusum fuit esse recedendum à decisis iuxta modum infra exprimendum.

Quamvis enim in die præteritæ resolutionis Rota secundum ea, quæ tunc proponebantur, censuerit non sufficienter probatum dominium directum Ecclesiæ, † quod plenè 1
probari debet, quando agitur ad deuolutionem in pœnam alienationis, irrequisito domino, vel non soluti Canonis, vt inquit Rota *in Romana Castri Orciani 2. Martij 1674. §. primo coram R.P.D. meo Emerix*, tamen ex ijs, quæ nunc fuerunt deducta ab Informantibus pro Episcopo, visum est, illud plenè probari, nam concurrit publicum instrumentum inuestituræ anno 1540. concessæ ad fauorem Communitatis
à clar. me. Card. Rodulpho, tunc Ecclesiam regente, † 2
quod iunctis adminiculis, probat dominium inuestientis contra inuestitum, & causam ab eo habentes, iuxta *Theor. Bart. in l. ad probationem C. locat. &* Rip *in l. si aliquam rem n. 39. ff. de acquir. possess.* Rota *decis. 36. num. 3. par. 7. rec.* & plenè distinctum fuit in eadem *Romana Castri Orciani 15. Iunii 1672 §. & quamuis coram R. P. D. meo Emerix, confirmata 24. Ianuar. 1676. coram eodem.*

In præsenti non desunt adminicula, quia ex duobus alijs instrumentis de anno 1435. & 1503. liquet, Episcopum renouasse inuestituram de 29. in 29. annis Hominibus, & consiliariis Terræ Concilium, concurrit etiam continua Canonum solutio facta Episcopis vsque in hodiernam diem, † 3
quæ omnia simul iuncta probant dominium, cum agatur contra ipsam Communitatem inuestitam, & contra illos, qui causam ab ea habent, mediante instrumento emptionis, † cum expressione, quod bona sunt supposita directo 4
dominio Ecclesiæ, Rot. *decis. 290. num. 4 par. 1. recent. & decis. 402. num. 8. coram Bich. & decis. 33. num. 5. par. 13. recent. & decis. 65 num. 6. par. 10. & decis. 984. num. 7. coram Dunoz. & in Fesulana bonorum 30 Aprilis 1668. §. dominium verò coram Reuerendiss. Alexandrino.*

Hinc probato sufficienter directo dominio Ecclesiæ, sequitur quod Communitas teneatur Episcopum recognoscere in Dominum, petendo ab eo assensum in venditione reseruatum, † cum de iure talis assensus requiratur in aliena- 5
tionibus rerum, quæ, sub dominio directo, seu proprietate alterius reperiuntur, iuxta *Text. liter. in l. fin. C. de iur.*
emphyt. † & peti debet ab Emphyteuta alienante, vt per 6
eundem *Textum in d. l. fin.* tradunt *Paris. de Pat. de feud. reinteg. cap. 143. per tot.* Borsatt. *cons. 56. num. 17. lib. 1.* & alij relati per *Falgin. de emphyt. tit. de alienat. qu. 4. n. 1. & de laudem. qu. 3. num. 6.*

Et licet alienatio irrequisito Domino facta de re emphy-
teutica, seu feudali † de rigore iuris caducitatem inducat, 7
nihilominus huiusmodi rigore posthabito, † Rota semper 8
mitius agit quacunque causam admittens ad excusandum emphyteotam, seu feudatarium à pœna caducitatis, vt plenè firmatum fuit in antecedenti *decis. §. quinimò*, & nunquam
ad declarationem caducitatis procedit, † nisi priùs congruo 9
tempore dato ad moram purgandam, vel consensum petendum, vt seruatum legitur in *decis. 165. in fin. par 10. recent.* Quamobrem eodem modo in præsenti facti specie procedendo Domini decreuerunt, quod Episcopo detur asso-
ciatio, † nisi infra quadrimestre Communitas illum reco- 10
gnouerit in Dominum, & requisiuerit illius assensum, quem Episcopus ad formam antiquarum inuestiturarum
præstare teneatur, † soluto eidem laudemio, cum 11
certum sit in iure, laudemium deberi Domino directo lau-
danti, † & approbandi contractum alienationis, & perso- 12
nam noui acquirentis, vt ait *Afflict. in cap. 1. §. illud primo num. 14. de prohibit. alien. per Federic.* & docet *Iason. in d. l. fin. n. 43. C. de iur. emphyt.* cum alijs per *Hartman. Pistor. in eius paruo tract. de Laudem. n. 2. & 3. impress. inter. tract. diuers. de Laud. fol. mihi 275.*

Et ita vtraque parte informante resolutum fuit.

R. P. D. EMERIX.

Romana prætensi inuestimenti.

Lunæ 20. Iunij 1678.

ARGVMENTVM.

Post quinquaginta, & amplius annos noua redditio rationis petebatur à substituto, contra hæredes Tutoris, qui à pupillo liberatus erat,

erat, quem tamen pro ea non teneri deciditur, quia nec suus auctor, si viueret, teneretur, ex amplissima solidatione sibi coram Iudice facta, eo magis quia etiam libri consignati sunt, & ita adhuc impossibile foret eam iterum reddere, quod si substituti aliquid sibi deesse prætendant, agere debent contra hæredes grauati, non autem contra alios hæredes eiusdem tutoris, qui à pupillo fuerat absolutus.

S V M M A R I V M.

1 *Hæres non potest cogi ad nouam redditionem rationis, ad quam non teneretur defunctus si viueret.*
Amplia, & fortius si ille non informatus post 30. & amplius annos fuisset conuentus ibidem.
2 *Iudex interponendo decretum, præsumitur adhibuisse eam diligentiam, & causæ cognitionem, quam adhibere tenebatur.*
3 *Ratio semel reddita post quinquaginta, & plures annos, iterum reddi, aut retractari non debet.*
4 *Rationis noua peti non potest, si errori calculi cum iuramento renuntiatum sit.*
5 *Ratio noua reddi non potest, si libri administrationis consignati fuerint partibus.*
6 *Librorum consignatio à tutore facta pupillo, etiam librum tutelarem importat.*
7 *Liber tutelaris ad paternam hæreditatem spectat, & ad pupillum.*
8 *Inuentarium non remanet defectuosum si in eo describuntur scripturæ in genere existentes in sacculo, etiam absque indiuiduali expressione illarum.*
9 *Substitutus petens redditionem rationis agere debet contra hæredes grauati, non contra tutorem qui illam reddidit, & de ea fuit etiam quietatus.*

D E C I S I O CCLVI.

FRanciscus, & Santa de Saluatorijs vti substituti in testamento quond. Iacobi de Saluatorijs rogato sub die 19. Februarij 1619. obtinuerunt ab A. C. mandatum executiuum pro restitutione scutorum 726. vna cum fructibus a die purificatæ substitutionis contra Venerabilem Archiconfraternitatem B. Mariæ de Plantu hæredem quond. Aloysij Zanini vnius ex Tutoribus à dicto Iacobo Testatore datis Francisco Seniori eius filio hæredi instituto, sub prætextu, quod similis summa à dicto Aloysio, & Ioanne Andrea Contutore retracta ex venditione olerum, quorundam Hortorum iuxtà præceptum Testatoris, non doceatur inuestita ad commodum, & beneficium hæredum, tam instituti, quàm substitutorum, vnde interposita pro parte eiusdem Archiconfraternitatis appellatione, & dato dubio ad formam rescripti Signaturæ: An mandatum A.C. foret exequendum, DD. negatiuè responderunt, ex vnico fundamento, quod Aloysius vsque sub die 30. Martij 1627. integram, & fidelem rationem tutelæ, & curæ reddidit Francisco Seniori hæredi grauato, & ab eo amplissimam liberationem, & quietantiam reportauit, vt in copia Instrumenti publici per extensum dati, ac proinde, sicuti Aloysius si viueret cogi non
1 posset ad nouam redditionem rationis, † ita eo minus ad illam adstringi debet Archiconfraternitas eius hæres de gestis non informata post lapsum quinquaginta annorum, & vltra, Castr. *cons. 126. n. 1. vers. tollitur etiam ex altera lib. 2.* Cephalus *cons. 240. num. 8. vers. 3. pro ista lib. 2.* Corn. *cons. 279 num. 3. vers. ideo non esset lib. 4.* Rota *coram* Dunoz. Sen. *dec. 253. num. 4. & 5.*

Nec videtur obstare, communis regula, quod ratio semel reddita, iterum reddi debeat constito de errore, vel dolo; nam in præsenti de neutro docetur, & vtrumque excludit præsentia, ac decretum Iudicis, coram quo Franciscus iam effectus maior medio iuramento declarauit, & fassus fuit Aloysium Tutorem in tutela, & cura, ac rerum, & bonorum suorum administratione omni fide, & diligentia se gessisse, necnon mediantibus communibus amicis per multos dies ante computa maturé, & diligenter reuisa, approbata, ac solidata fuisse, & propterea cum successiuè coram eodem Iudice libri titulares, omnesque aliæ scripturæ, ac iustificationes, ex quibus ratio reddi posset, fuerint dimisse penes eundem Franciscum, & ipse eodem contextu coram
Iudice, † qui præsumitur adhibuisse eam diligentiam, quam 2
adhibere tenetur, iuxta Theoricam Iason *in l. fin. §. licentia num. 4. C. de iur. deliber.* approbatam à Rota *coram Cardinali Seraphino decis. 371. num. 3.* fecerit quietantiam generalissimis, & amplissimis clausulis conceptam, & iuramento firmatam cum pacto, & promissione de illi semper, & perpetuo stando, & de non contraueniendo tacité, vel expressé, directé, vel indirecté, sub quouis prætextu, ingenio, vel titulo &c. per se ipsum, vel interpositam personam, in iudicio, vel extra, vt patet ex dicto instrumento quietantiæ
per extensum dato, † vtique hodie post lapsum quinqua- 3
ginta annorum, & vltra nullo modo permitti debet vlterior calculi reuisio, & retractatio, per Text. *in l. vnica C. de error. Calculi,* & firmauit Rota *decis. 188. n. 6. & seqq. par. 8. rec.* Paris. *cons. 89. num. 6. & 11. libro 1.* Menoch. *de arbitr. iud. casu 200. numero 38. & 39.* † attenta præsertim re- 4
nunciatione iurata exceptioni erroris calculi, Rot. *decis. 188. num. 6. par. 8. recent.* & supradicta consignatione omnium li-
brorum, ac scripturarum, † per quam impossibilis reddita 5
fuit iterata redditio rationis, ad *text. in l. semel C. de apoc. pub. lib. 10.* Dec. *cons. 94. n. 4. post med. vers. quia respondetur* Menoch. *de arbitr. iudic. cas. 209. num. 37. vsque ad 40.* Rot. *coram Peuting. decis. 483. n. 24. vers. & si ipsa, & coram Coccin. dec. 1802. n. 1. cum duob. seqq.*

Nec dolus bené probatur ex eo, quod in principio eiusdem instrumenti enuncietur liber Tutelaris existere penes Tutorem, quia hoc non excludit, quin idem postea in actu stipulationis consignatus fuerit Francisco, prout ipse fatetur ibi: Sibi à dicto Aloysio traditam fuisse liberam restitutionem omnium bonorum vnà cum omnibus scripturis, & li-
bris ad eum, & ad dictam hæreditatem spectantibus, † sub 6
quorum nomine venire librum tutelarem non est dubium.
cum ipse præcipué ad paternam † hæreditatem, & ad pu- 7
pillum spectet Rota *coram Dunoz. Sen. decis. 230. num. 8. cum seq.*

Minus præsumi potest dolus ob non confectum particulare inuentarium scripturarum, quia non est defectuosum
inuentarium, † in quo describuntur in genere scri- 8
pturæ in sacculis existentes absque eo, quod nominatim indiuiduentur, Rot. *coram Coccino decis. 151. num. 8.* Seraph. *decis. 371. num. 2.* Nec denique releuat, quod non reperiatur inuestimentum prætii olerum, in summa scutorum 726. quæ per Testatorem inuestiri iussa fuerunt, nam cum potuerint inuestiri in censibus, & vt supra dictum est, omnes libri, scripturæ, & notuię Francisco primo
hæredi consignatæ fuerint, † si hodie ille non reperian- 9
tur post lapsum tanti temporis non est Archiconfraternitati imputandum, sed debent substituti dirigere suas actiones contra hæreditatem Francisci hæredis grauati, qui fassus fuit omnia, sibi restituta fuisse, Coccin. *decis. 1802. num. 2. & 3.*

Et ita, vtraque parte informante, resolutum fuit.

R. P. D. P A V L V C C I O.

Compostellana iuris examinandi.

Lunæ 20. Iunii 1678.

A R G V M E N T V M.

Lamentabiles Parochorum quærelæ proponuntur super nouo examine eis ab Episcopo successore indicto, quod ab illis tamquam semel approbatis, non amplius subeundum esse prætendebatur; Episcopum vero pro sola quiete suæ conscientiæ eos cogere posse deciditur, quibus non ideo aliquam iniuriam facere visum est, cum nonnisi, præuio huiusmodi examine, de eorum sufficientia sibi constare potuerit, ad hoc, vt de grege sibi credito aliquam rationem Omnipotenti Deo reddere non teneatur, super recta administratione Sacramentorum Ecclesiæ.

S V M M A R I V M.

1 *Parochi semel ab Episcopo approbati sine noua, & legitima causa, ad aliud examen vocari non debent. & num. seqq.*

& peritia, de qua quidem cognouit Prædeceſſor, vt conſulat quieti conſcientiæ ſuæ, quam ratiocinationem induxit Capon. *contr. forenſ. contr.42. num.8. poſt* Ioan. Sanchez *in ſelect. Sacram. diſput.48.*

Hucuſque reſpiciens Sac. Congregatin Epiſcoporum, & Regularium ſapientiſſimè reſcripſit in vna Placentina 28. Auguſt. 1628. referente Barboſa *in ſumma Apoſt. d. collect. 339. num.11.* Examinare iterum poteſt Epiſcopus tam in Viſitatione, quàm extra ſuper doctrina, & literatura Parochos approbatos ab Anteceſſoribus tempore prouiſionis Parochialium, idem Barboſ. *de Offic. & poteſt. Paroch. cap. 2. num.10. & ad* Concil. Trid. *ſeſſ.21 cap.6. nu.4.*

Neque pugnant reſcripta ab eadem Sacra Congregatione in Cauſa Pampilonen. conſulente hoc ipſo Compoſtellano Archiepiſcopo, tunc Pampilonen. quatenus permittunt Epiſcopo nouum Parochorum examen, vbi rationabilis cauſa adſit, & ſuſpicio imperitiæ, illa enim non loquuntur de Epiſcopo ſucceſſore, ſed de eodem met, qui approba-
18 uerat, † contra quem vrget ſemper præſumptio habilitatis, & peritiæ ſemel admiſſæ, donec ea per ſuperuenientem ſuſpicionem imperitiæ elidatur.

De hac Sacræ Congregationis Intentione dubitare non ſinit aliud poſterius eiuſdem reſponſum *in Tridentina iuris examinandi 18. Aprilis 1671.*

Conſulta enim, an poſſit idemmet Ordinarius examinatos, & ad confeſſiones audiendas, ac curam animarum exercendam, Eccleſiaſque Parochiales obtinendas idoneos repertos, & approbatos ad nouum examen vocare, quando nulla adeſt rationabilis ſuſpicio de illorum imperitia; Reſpondit ſeruandam eſſe declarationem aliàs editam ſub die 22. Septembris 1668. Pampilonen. quæ ſanè non poteſt eſſe, & intelligi, niſi de Epiſcopo approbante, de quo in Tridentina quærebatur, aliàs Sacra Congregatio ad eam non remiſiſſet.

Sed & anno 1651. Sacra Congregatin Epiſcoporum, & Regularium ſuper generali edicto clar. mem. Cardinalis Philomarini, vocantis indiſtinctè Parochos omnes ad nouum examen ad conſultationem nonnullorum Parochorum, reſpondit edictum ſuſtineri, referente Capon. edictum ipſum, illudque propinante iuridicis fundamentis, *d.*
19 *contr.42.* † quæ Sacræ Congregationis reſponſa Rota cum debito cultu ſuſcipere conſueuit, quidquid per Rot. *deciſ.71. num.15. par.14. rec.* quod quidem magis comprobatur, cum liceat dicto Archiepiſcopo ſucceſſori examinare Parochos in Viſitatione, pro qua exactè perficienda ipſos examinare poteſt Dian. *par.4. tract.4. reſol.49.* Barbaſtren. *de Paroch. par.1. cap.2. num.10.*

20 Neque eſt cui conquærantur † Parochi, quod ſua ipſorum approbatio ſit à iure, vt tradit Vaſquez *in ſecunda parte tom.4. quæſt.93. dub.5. num.1.* Ius ipſis ſit quæſitum in perpetuum, ac indefinitè; neque enim ad tempus ſunt declarati idonei ad munus Parochiale.

21 Ideoque hoc Ius non ſit ipſis auferendum † donec apertiſſimis indicijs de ipſorum inhabilitate conſtet *l. id quod mandatum, ff. de regul. iuris*, nemo enim præſumitur ma-
22 lus, donèc contrarium probetur, † *cap. dudum de præbend. cap. inter dilectos de fid. inſtrum. l. ſeruos ff. de manumiſſ. teſtam.*

Ac temerarium videatur iudicium ſuſpicari Parochum ſemel examinatum, & approbatum in imperitiam incidiſ-
23 ſe, † planeque iniurioſum, ſine apertis indicijs hanc de eo opinionem concipere, Leonard. *Leſſ. de iuſtit. & iur. lib.2. cap.29. dub.4. nu.34.*

Verùm non viſa ſunt hæc attendenda; Omiſſo enim, quod nimis probant, cum æquè hæc dici poſſint de quolibet approbato, cui per approbationem certè fuit ius quæſitum, & pariter iniuria fieret, & tamen ſic approbatum, vt Parochum, non dubitatur quin Epiſcopus pro
24 ſuo libito poſſit examinare, † ideo cum nimis probent, nihil probant.

Quidquid ſit de iure Iuſtitiæ Parochis per approbationem
25 quæſitu, † quod tamen ſine dubitatione non tranſit, Capon. *d. controu.42. num.30.*

Certè hoc ius qualecumque ſit, eſt priuatum Parocho-
26 rum bonum, † quod collatum cum animarum cura, quæ
27 eſt bonum publicum cedere ipſi debet, † ac poſt haberi, Auth. *res quæ C. commun. de legat. lib.1. ff. de vſucap.* Huicque proprio, & priuato iuri ſatis conſultum cenſebitur, ſi non impediatur ipſorum iuriſdictio, quo caſu Epiſcopus eos idoneos repererit.

28 Neque in iniuria, aut temerarium Iudicium, † ſeu improbiorem ſenſum retorquetur ſuſpicio, dum ipſis examen indicitur.

Epiſcopus enim ſine indicijs, & ex ſola ſuſpicione impe-
ritiæ ad examen vocans iniuriam non infert, † cum conſu- 29
lere intendat, & præcauere bono gregis, adeoque & ſuo, quo caſu nulla iniuria aſt poſthabere bonum alienum bono proprio, ſi aliter huic non liceat conſulere, vt docet Diuus Thom. 2.2. *qu.60. art.4. ad 3. & ibi Caiet.* Nec facit iniuriam
qui vtitur Iure ſuo, † *cap. cum Eccleſia de elect. l. iniuriarum* 30
ff. de iniur.

Neque præſumuntur mali, † niſi merè ſpeculatiuè; non 31
enim habentur de facto pro imperitis, ſed agitur cum ipſis tamquam cum imperitis, & ſic communi gregis bono conſu-
latur, † & præcauetur malum, quod ſuboriri poſſet, Leſſ. 32
de iuſt. & iur. lib.2. cap.29. dub.4. nu.40.

Examinabit igitur Epiſcopus, & præſertim ſucceſſor, cui perſpecta non poteſt eſſe ſine examine ſufficientia Parochorum, qui à Prædeceſſore intitulati fuere ad effectum, vt non
reperta idoneitate congrua († vt mutabilis eſt hominum 33
ſcientia, & peritia) Coadiutores eis dare poſſit, donec habi-
les reddantur, ad præſcriptum Tridentini Concilij, † quod 34
hanc facultatem indulget, & præuiam examinis, ac neceſſariam indulſiſſe præſumitur, *l. 2. ff. de iuriſd. omn. iud. l. ad rem l. ad leg. legitimum ff. de procur.*

Et iuſtius in hoc caſu, quo Parochi Compoſtellani Diœ-
ceſis † pro maiori eorum parte ſunt de iurepatronatus Lai- 35
corum, ac proindè non conferuntur huiuſmodi Parochiæ præuio examine per concurſum ab Examinatoribus Synodalibus, ſed prouidentur ad præſentationem Patronorum
per ſimplicem approbationem † Ordinarij, quæ præſum- 37
ptionem non inducit idoneitatis adeò vrgentem, ſicut examen per concurſum, & ideò rationabilius motiuum eos vocandi ad examen habuit Archiepiſcopus, pro recta ad-
miniſtratione ſui Gregis, † pro quo rationem Omnipoten- 38
ti Deo eſt redditurus, Diuus Paulus *Epiſtol. ad Hebræos cap.13. 17.*

Et ita vtraque parte informante reſolutum fuit.

Sequens Deciſio ipſa etiam in eadem cauſa facta eſt, prout etiam aliæ duæ emanarunt, quæ ſupra in hac parte ſunt impreſſæ in ordine 166. & ſequen.

R. P. D. PAVLVCCIO.

Compoſtellana Iuris examinandi ſuper Remotione Vicecuratorum.

Lunæ 20. Iunij 1678.

ARGVMENTVM.

Vicarios, ſeu Vicecuratos ab Epiſcopo deputatos remoueri prętendebant Parochi, ſe nouo examini ſubijcere recuſantes, ſed quia illud pro ſola quiete conſcientiæ Epiſcopo ſucceſſori fuit in præcedenti deciſione conceſſum, ante hoc nouum examen dd. Vicarios, ſeu Vicecuratos remouendos non eſſe deciditur quia nimiam inhabilitatem præſeferebat huiuſmodi examinis recuſatio ab Epiſcopo ſucceſſore, tamquam legitimo medico, ſolummodo requiſita.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopus ſucceſſor, tamquam legitimus medicus examinare poteſt Parochos ab eius anteceſſore approbatos ad eorum peritiam explorandam.*

2 *Inhabilitas reſultat ex recuſatione ſe nouo ſubiciendi examini.*

3 *Epiſcopus poteſt ſuſpendere Parochos, ſe denuo examinari recuſantes, eorumque loco Vicarios, ſeu Vicecuratos deputare.*

4 *Appellatione pendente ſuper negotio principali, nihil innouari poteſt ſuper illius acceſſorio.*

5 *Vicecuratorum deputatio facta ab Epiſcopo loco Parochorum, ſe examinare recuſantium, appellationem non admittit.*

6 *Appellatio ſuſpenſiua non conceditur à decretis factis ab Epiſ-*

Episcopo in actu Visitationis.
7 *Examen nullum non attenditur.*
8 *Nullum dicitur examen si factum est non citato legitimo contradictore, & num. seq.*
9 *Procurator Fiscalis Episcopi ipse solum dicitur legitimus contradictor in materia approbationis Parochorum.*
10 *Examen, & approbatio subsequuta post appellationem interpositam ad Rotam sunt ipso iure nulla, & attentata.*
11 *Vicecuratorum remotionem si Parochus, qui se renuit examinare, reuocare velit, nouo examini se subicere debet, & num. 13.*
12 *Examen nouum subdelegatur in partibus post commissam Causam appellationis in Rota.*

DECISIO CCLVIII.

DEliberato recessu à decisis super puncto principali, &
1 fundato, quod Archiepiscopus successor † pro sola
quiete conscientiæ suæ, sine alius causæ allegatione potuerit ad examen vocare Parochos suæ Diœcesis, Domini omninò consequens censuerunt, interim Vicecuratos ab eo deputatos in vicem Parochorum contumacium non esse remouendos.

Archiepiscopus siquidem ritè, & rectè processit oblato Parochis examine, tanquam vero, & legitimo Medico ad eorum peritiam explorandam Gonzal. *ad regul.* 8. *glos.* 4. *num.* 106 Tondut, *quæst benefic. par.* 2. *cap.* 5. §. 5. *num.* 6. Paris. *de resignat. Benef. lib.* 10. *qu.* 5. *num* 66. eoque per
2 eosdem † recusato, facile depræhendit eorum inhabilitatem, Castropal. *oper. moral. de Sacram. part.* 4. *tract.* 23. *disput. vnic. punct.* 19. §. 4. *num.* 5. ac proinde potuit eosdem
3 suspendere, & in eorum Ecclesijs, † ac Curæ exercitio Vicarios, seu Vicecuratos deputare iuxtà apertissimam dispositionem *Concil. Trident. sess.* 21. *de reform. cap* 6. & frequentia Doctorum vota Gonzal. *ad reg.* 8. *glos.* 5. §. 9. *num.* 29. Garz. *de benef. par.* 4. *cap.* 5. *num.* 7. Franc. Leo *in Thesaur. Eccles for. par.* 2. *cap.* 2. *num.* 15. Zerol. *in prax. Episc. par.* 1 *verb. Parochia*, Barbos. *de off. & pot. Episc. alleg.* 63. *num.* 6.

4 Pendente autem principali iudicio † nihil innouari debet super accessorio *cap. accessorium de reg. iur. in* 6.

5 Maximè, cum hæc Vicecuratorum deputatio † non admittat appellationem suspensiuam ex dicto *Trid. decreto sess.* 21. *cap.* 6. ex quo præsertim fuit decreta in Visitatione,
6 † contra quam nulla dari potest appellatio, quæ executionem suspendat ex eodem *Trident. sess.* 24. *de reform. cap.* 10.

Neque Parochis suffragari potest quasi de eorum habilitate iam constet, ex quo fuerint examinati mandato Reuerendissimi Nuntij Hispaniarum, & in eodem examine ap-
7 probati; † quia examen illud non videtur attendendum
8 cum arguatur nullum, & attentatum; † nullum, quia fuit peractum non citato Procuratore Fiscali Curiæ Archiepis-
9 copalis, † qui erat legitimus contradictor, & cum quo pendebat causa super Parochorum inhabilitate Rot. *cor. Dunoz. iun. decis.* 946. *num.* 11 & 12.

Attentatum verò, quia examen ipsum, & approbatio sequuta fuit post interpositam appellationem ad Rotam ab
10 ipso Procuratore Fiscali, † quo casu examen attentatum declarauit Rot. *coram Bich. decis.* 545. *num.* 25.

Cum verò declaratio habilitatis proueniens ab illo examine non possit attendi, si propriam habilitatem Parochi
11 ostendere velint † ad effectum obtinendi remotionem Vi-
12 cecuratorum, † rectus ordo esset, vt impetrent à Rota subdelegationem noui examinis in Partibus, & approbationem exhibeant, prout seruatum aliàs in terminis punctualibus decreuit *Sac. Conc. Trindent. sess.* 21. *cap.* 6. *apud Pen. decis.* 444. *num.* 3.

Hoc autem non præstito, & non constito priùs de sufficientia, & habilitate Parochorum, de qua constare non po-
13 test, nisi per nouum examen, † interim non posse deueniri ad remotionem Vicecuratorum fuit conclusum vtraque parte informante.

Hæc, & alia præcedens decisio ambæ sunt in eadem causa, cuius in calce cæteras concordantes inuenies.

R. P. D. RONDININO.

Romana, seù Ferentina Bonorum.

Mercurij 22. Iunij 1678.

ARGVMENTVM.

Controuertebatur recognitio librorum tutelarium, quatenus esset illa facienda per testes, simpliciter habentes notam manum scribentis, vel quod ipsi adhuc illos scribere vidisse deponant, & communem recognitionem sufficere fuit decisum; quia agebatur de libris, in quorum conscriptione non adhibentur testes, nec aliqua fraudis suspicio concurreret, ob quam rigorosa requireretur recognitio, maximè quia ijdem libri solum pro adminiculis adducebantur.

SVMMARIVM.

1 *Recognitio manus contentæ in libris fit per testes caracterem scribentis notum habentes, num. seqq.*
2 *Recognitio scripturarum in quarum conscriptione non adhibentur testes fit simpliciter per testes habentes notam manum scribentis.*
3 *Scripturam ad recognoscendam quatenus requirantur testes eam scribere vidisse deponentes.*
4 *Comparatio literarum admittitur in recognitione scripturæ, quæ in libris familiaribus existit.*
5 *Recognitio manus, quæ fit per comparationem literarum in quibus scripturis correpta non sit, & sup. à num.* 1.
6 *Recognitio manus solum pro adminiculis facienda, non autem pro integra probatione, non adeo exacta requiritur. Sed sufficit quod facta sit per comparationem literarum ibidem.*
7 *Recognitio manus rigorosè facienda est in iudicio criminali, vel vbi adest suspicio fraudis, aut testes super ea adducendi exceptiones paterentur.*
8 *Testes Sacerdotes non possunt dici quod aliquam exceptionem patiantur.*
9 *Recognitio manus qualiter sit facienda, tota residet arbitrio iudicis.*

DECISIO CCLIX.

A. C. Caprara claræ memoriæ Cardinali de Maximis ex remedio *leg. finalis C. de edicto D. Adrian. tollen.* immissionem concessit in bonis gentilitijs, quæ data fuerant in solutum Marchionissæ Catharinæ Parabiacchiæ de Maximis pro suis iuribus, potissimum dotalibus, quia nempè creditum Marchionissę videbatur illiquidum ex redditibus bonorum occasione tutelæ, & curæ, & administrationis filiorum perceptis; Deuoluta autem ad prouocationem Marchionissæ Causa ad hoc Sacrum Tribunal, antequam procederetur ad cognitionem meritorum, emersit quæstio super recognitione facienda librorum familiarium, & scripturarum, ex quibus Marchionissa prætendit administrationis suæ perfectam rationem reddidisse, vt exindè tollatur illiquiditatis exceptio aduersus sua credita.

Hanc itaque recognitionem † faciendam esse per testes 1
habentes notum characterem scribentis, reddita ratione
scientiæ hodie Domini dixerunt, cum hic sit modus semper
in Curia, & in Sac. Palatio receptus, † quotiescumque agi- 2
tur de priuatis scripturis, in quibus conscribendis testes adhiberi non solent, vt pro limitanda iuris censura volentis
† recognoscendam scripturam testes scribere vidisse in 3
Auth. & si contractus, vbi communiter Scribentes *C. de fid. instrum.* præcisè disponit Vrbis Statutum *lib.* 1. *cap.* 84. & ibi Fenzon. *ex num.* 9. Veltr. *in prax. lib.* 6. *cap.* 1. *sub nu.* 5. Salust. Tiber. *in prax. A.C. lib.* 1. *cap.* 34. *nu.* 10. Ridulphin. *in prax. p.* 1. *c.* 2. *n.* 139. Reuerendiss. de Luca *disc.* 67. *de text. sub n.* 1. & 2. Rota *coram Put. decis.* 18. *de fid. instrumen. & in diuers. par.* 1. *decis.* 570. *num.* 2. & *par.* 2. *decis.* 124. *nu.* 3. & 4. & *in recent. par.* 3. *decis.* 92. *sub num.* 2. & *par.* 4. *decis.* 663. *num.* 5. & *par.* 9. *decis.* 139. *numer.* 1. & *seqq.* & *par.* 13. *decis.* 53. *ex numer.* 1. *decis.* 285. *numer.* 7. & *seqq.* & *decis.* 163. *pariter ex numer.* 1. Seraphin. *decis.* 1163. *numer.* 4. & Coccin. *decis.* 817. *numer.*

mer. 1. & decis. 1868. numer. 2. & 3. vbi potissimum quia agitur de scripturis Romanis, confectis in Curia, *& decis. 1869. num. 8.*

Quæ omnia facilius procedunt, cum agatur de rationi-
4 bus, eorumque libris familiaribus, † quo casu sufficiunt
testes habentes notum characterem scribentis, comperta
5 harum similitudine, † quia hoc casu ex iure nouissimo Au-
thenticorum non est correcta dispositio *text. in l. compara-
tione C. de fid. instrum.* vt declarant Scribentes *in d. authentic.
& si contius C. illo eodem tit. Castren cons. 87. sub num 2. par.
2. Gamm. decis. 34. num. 16.* Adden. *ad vestr. in prax. lib. 6. cap.
1. num. 27.* Menoch. *de arbitr. iudic. cas. 114 n. 23.* Rot. *coram
Merlin. decis. 398. sub n. 4. & 5. & in recen par. 13. decis. 372.
num 14.* Quinimò ipsi libri rationum, & scripturæ familiares
adducuntur pro adminiculo, non verò pro integra probatio-
6 ne, † quo casu non adeo exacta recognitio requiritur, sed
sufficit per characteris comparationem, vt post alios Rota
recent. par. 13. d. decis. 372. num. 5.

Contraria autem procedunt, quando ageretur criminali-
7 tèr, vel † adest fraudis suspicio, vel testes essent non in-
tegræ fidei, & paterentur exceptiones, quas non patiuntur
8 illi, quos D. Marchionissa adducere intendit, † ipsa Sacer-
dotali dignitate præditos, aut animus iudicis aliundè in-
9 strueretur ad exactiorem recognitionem requirendam, †
cuius Religioni totum remittitur, in quibus terminis proce-
dunt deducta per Posth. *de manut. obseruat. 98. n. 4.* Rot. *co-
ram Cyrill. decis. 254. ex n. 4. & in recen. par. 16. decis. 328. sub
nu. 5. & 6.* cum alijs pro Marchione Camillo de Maximis,
defuncti Cardinalis Successore deductis.

Et ita, vtraque Parte informante, resolutum fuit.

R. P. D. PAVLVCCIO.

Bononien. Transactionis.

Mercurij 22. Iunij 1678.

ARGVMENTVM.

Vsuraria prætendebatur annua præstatio in transactione promissa, quasi ex credito pecuniario nullos fructus conueniri potuerint; verum quia illa ad eandem transactionem, non autem ad purum creditum correspectiua erat, ideo de aliqua vsura eam redargui non posse deciditur; plura ideo non solum de hac materia vsurarum, sed etiam de dote, illius augumento, legato legitimæ, & alijs ex sequenti Summario videndis, in hac præsenti decisione adducuntur.

SVMMARIVM.

1 *Transactioni standum est, quia facit rem probatam, & manifestam.*

2 *Fructus ex credito pecuniario non debentur sine labe vsuræ, & quidquid fuit solutum cadere debet in sortem, & num. 23.*

3 *Vsurarum suspicio cadere non potest, vbi non adest mutuum siue verum, siue palliatum, & nu. 6.*

4 *Fructus sine labe vsuræ possunt per viam transactionis in contractum deduci.*

5 *In Transactione quidquid hinc inde datur, vel promittitur vim mutuæ cuiusdam compensationis habet.*

6 *In Transactione nullum potest considerari mutuum siue explicitum, siue tacitum, & nu. 3.*

7 *Fructus promissi intuitu retardatæ solutionis sortis, sunt vsurarij.*

8 *Fructus in transactione promissi dicuntur correspectiuè ad ratam remissam, non autem ad retardatam solutionem sortis.*

9 *Fructus in transactione promissi eo magis debentur, si debebantur ex credito, ex quo adhuc illi consequi poterant.*

10 *Fructus debentur ex legato pio, maxime hærede constituto in mora.*

11 *Fructus debentur pro legato facto filio pro omni, & toto eo, quod ab hæreditate patris prætendere posset.*

12 *Fructus legitimæ debentur etiam, quod illa sit in pecunia numerata relicta.*

13 *Fructus pro legato dotis, & illius augumenti de iure debentur, & n. seqq.*

14 *Dotis augumentum sequitur naturam eiusdem dotis, & n. 17.*

15 *Pars sequi debet normam, & naturam totius.*

16 *pro Dote debentur fructus, si illa à patre legetur.*

17 *Augumentum sequitur naturam sui principalis, cui adijcitur.*

18 *de Augumento dotis idem censetur, ac de ipsa dote.*

19 *Dotis augumentum fieri potest à patre, non solum vbi matrimonium contrahendum est, sed etiam si illud sit iam contractum.*

20 *ex Augumento dotis facto filiæ iam nuptæ ijdem debentur fructus, ac de ipsa dote.*

21 *Legatum augumenti dotis factum ad seruandam æqualitatem inter filias, etiam fructus habere potest.*

22 *Oblatio præstandi fructus pro tempore dilatæ solutionis dotis, illius augumenti, eiusdemque legati substinetur, & valida reputatur.*

24 *Decisiones reuocatæ non habentur in consideratione.*

25 *Vsuraria non est promissio soluendi fructus in transactione facta.*

26 *Promissio soluendi fructus facta correspectiuè ad summam remissam, ad vsuras referri non debet.*

27 *Dotes Monialium non possunt excedere summam Monasterio dari solitam.*

28 *Dotes Monialium commensurandæ sunt iuxta congruam substentationem ipsarum arbitrio Ordinarij taxandam.*

29 *Dotes Monialium excessiuæ, in eo quod iustam mensuram excedunt, restituuntur.*

30 *Pater pro suo libito potest augere dotem suæ filiæ Monialis, maximè si hoc faciat ad seruandum inter suos filios æqualitatem.*

31 *à matrimonio carnali ad spirituale valet argumentum.*

32 *ad Opera pietatis fideles cogendi non sunt vltra debitum iustitiæ, nisi velint.*

33 *à Charitatis operibus exercendis pro stimulo suæ pietatis nemo prohibendus est.*

DECISIO CCLX.

IAcobus Fracassatus per publicum instrumentum anno 1616. Sor. Venerandæ filiæ suæ ingredienti Monasterium SS. Geruasij, & Protasij in Ciuitate Bononiæ promisit libr. 4000. pro dote, ex quibus soluit illicò libr. 2000. & alias 2000. promisit se soluturum infra annum, prout etiam soluit; addita insuper obligatione soluendi libr. 48. in annos singulos pro prouisionibus eiusdem Monialis filiæ suæ.

Idem anno 1618. in testamento, cum quo decessit, tribus filiabus in sæculo existentibus reliquit pro dote libr. 8000. pro qualibet ipsarum, & vt inter filias ipsas seruaretur æqualitas, reliquit pariter Sorori Venerandæ supplementum vsque ad libr. 8000. computata quantitate iam Monasterio soluta, sed ita tamen, vt recepto huiusmodi supplemento, cessarent prouisiones, & nihil vltra vigore instrumenti petere posset.

Hæreditaria bona Iacobi peruenerunt excessione filiarum in Bartholomæum de Vitalibus, & subindè ex venditione in Antonium Carneualium, & Io. Dominicum de Blanchis, contra quem anno 1648. Moniales SS. Geruasij, & Protasij ex persona dictæ Sororis Venerandæ iudicium intentarunt in Saluiano super quadam possessione de hæreditate dicti Iacobi per eum acquisita, pro supplemento prædicto, & eius fructibus, necnon pro annuis prouisionibus libr. 48. vsque tunc annuatim decursis, & pro decurrendis vsque ad actualem solutionem d. supplementi, & fauorabilem sententiam obtinuere.

Appellatione pendente coram A. C. de anno 1652. inita fuit transactio, in qua Moniales, remissis omnibus expensis, cesserunt Blanco omnia iura, quæ ex persona Sororis Venerandæ ipsis, & earum Monasterio competerent super bonis d. Iacobi pro supplemento, & annuis præstationibus iam debitis; Et è conuerso Blanchus promisit soluere Monialibus supplementum ipsum in librar. 4000. & interim donec solueret, præstare in annos singulos pro fructibus libr. 200. quas Blancus, & eius hæres soluerunt per annos 20. donec demum Moniales pro supplemento, & annua præstatione iudicium intentarunt, Bononię primùm, mox, & in gradu appellationis coram A. C. & vtrobique fauorabilem sententiam retulerunt; & appellatione

denuo

deouo intetposita, causaque mihi commissa, proposui dubium, an constet de credito Monialium, & pro qua summa, in casu &c.

Cui DD. responderuot, constare de credito, & in summa libr. 4000.

Respondeo fundamentum omninò euidens præbuit Instrumentum transactioois ioter partes stipulatum, cui stan-
1 dum; † cum faciat rem probatam, & maoifestam, *l. cum precibus, C. de probat. cap. licet causam ext. eodem* Coccin. *decis. 2226. num. 3.*

Nec visum est attendendum obiectum, quod annua hæc præstatio libr. 200 sit planè vsuraria, quia cum creditum sit
2 mere pecuniarium, † non potuerunt fructus io pactum deduci, sioe labe vsuræ, sed quidquid fuit solutum, cedere debet in extinctionem sortis, Leotard. *de vsur q. 72. num. 3. & seqq. & num. 38. & seqq.* Cels. *decis. 277. num. 1. & decis. 291. num. 1.* quæ spatio 20. annorum ex annuis libr. 200. iam solutis, debet esse extincta. Calculus enim adamussim respondet.

3 Quia, † ex quo non adest in hoc casu mutuum, siue verum, siue palliatum nolla cadere potest suspicio vsuræ Mantic. *de tacit. & ambig. lib. 8. tit. 18. num. 1. & 12.* Laimao. *lib. 3. de iust. tract. 4. cap. 14. num. 1.* Marescott. *var. resol. lib. 2. cap. 133. num. 1.* Cabassut. *in theor. & prax. iur. Canon. lib. 6. cap. 7. num. 1. & 2.* Rota laudans tanquam communem sententiam *Dec. 58. num. 16. par. 13. recent.* suere siquidem con-
4 uentæ, † & promissæ in apertissimo transactionis contractu, io queoi possunt libere huiusmodi præstationes deduci, nec vlla subest damnati fænoris suspicio, vt non semel asseruit Rota, & præcipuè *coram Vbald. decis. 490. nu. 3. par. 2. recent. & decis. 236. num. 6. decis. 330. num. 8. par. 13. rec. & decis. 74. par. 14.*

Ea potissimum ratione, quam expendit Mantic. *vbi su-*
5 *pra num. 29.* † quia, quod datur hinc inde in transactione, rationem mutuæ cuiusdam compensationis habeat, quæ sane ratio in hoc monialium contractu maxime viget; Quandoquidem remiserunt ipsæ annuam præstationem libr. 48. in annos singulos, donec supplementum persolueretur libr. 4000. nec non libr. 1632. cum ad eam summam annuæ præstationes debitæ, & non solutæ iam ascendissent, & insuper expensas litis, quam iniustè passas fuisse dici poterat, cum sententiam fauorabilem iam retulissent.

Vnde rectissime potuit ipsis promitti solutio libr. 200. annuatim, quousque librar. 4000. præstarentur ad rationem, & taxam quinque pro quolibet centenario, vt colligi potest, quæ rata minui deberet, quo casu pars aliqua ex summa librar. 4000. persolueretur.

6 Quæ sane mutua quædam promissio, & compensatio † est in vim transactionis, & non vsuraria labes, cum nullum possit assignari mutuum, nedum explicitum, sed neque implicitum.

7 Neque vrgeri potest, † quod libr. 200. annuæ censeantor promissæ intuitu retardatæ solutionis libr. 400. supplementi, adeoque rationem vsurariam inducant, *cap. in ciuitate cap. consuluit, de vsur.*

Quia potius censeri debent promissæ correspectiuè ad quantitatem à Monialibus antecedenter remissam cum ea sit natura transactionis, vt in prædictis *decis. 236. numer. 6. par. 13. & decis. 74. numer. 4. vers. & insuper par. 14. recent.* præsertim attentis illis verbis — Versa vice in Rauennaten. Concordiæ 5. Martij 1638. coram *Carill. inter impressas dec. 86. num. 15.*

8 Hæcque fortius † procedere visa sont io præsenti facti specie, cum causa ex qua debita erat quantitas de se sufficeret, vt ex ea fructus prætendi licitè posent erat namque debita ex legato Moniali facto. Quod cum sit Legatum Pium, meritò debentur fructus, potissimum in mora con-
9 stituto hærede, † *l. qui solidum, §. etiam ff. de legat. 2. l. Titia §. vsuras ff. eodem l. 4. C. de vsur. & fruct. legat.* Crass. *de success. in art. officium hæredis qu. 12. circa med.*

Magis, quia huiusmodi Legatum foit factom à Patre fi-
10 liæ pro omni, † & toto eo, quod ipsa prætendere posset de bonis, & hæreditate paterna, vt in testamento dato in Sum-
11 mario, † sicque pro legitima, & eius sopplemenro; qoo casu debentur fructus, etiam si relictum esset in pecunia numerata Bald. *ad l. non eis num. 3. C. famil. hercisc.* Rip. *ad l. fideicommissariam num. 44. 45. ff. ad Sen. consult.* Trebell. Seraphin. *decis. 1406. num. 7.* Rota *post Merlin. de pignor. decis. 138. num. 2. & seqq. & coram Zarat. decis. 76. num. 16.*

12 Certius, quia † Legatum fuit factum in augmentum do-
13 tis, † ac proinde sequi debet naturam principalis, † & tanquam pars normam totius, *l. quæ de tota ff. de rei vind.* 14
Euerard. *in Centur. leg. à toto ad partem*; Pro dote autem debeti † fructus si legetur à patre firmat Leotard *de vsur. qu.* 15
18. num. 22. † & in puncto augmenti dotis, † quod debeantur 16
fructus, ex quo augmentum regulatur secundum natu- 17
ram sui principalis *l. si ex toto l. quod in rerum §. si quid post, ff. de leg. 2.* & idem censendum de augmento dotis, † ac de 18
dote ipsa *l. inter socerum §. cum inter ff. de pact. dotal. l. etiam C. de iur. dot.* Surd. *de alim. tit. 1. qu. 42. num. 76.* Rota *decis. 300. num. 8. & 9. par. 6. & decis. 226. num. 1. par. 12. rec.*

Nec dubitari sioit, quin hoc sit augmentum dotis, quod filia esset iam Mooialis, & iam dotata, qoia cum Legatum sit factum à Patre, qui dotare tenetur, & † congruè, quid- 19
quid addit, vere auget dotem idque fieri potest, † non so- 20
lum cum de proximo contrahendum est matrimonium, sed etiam cum est iam contractum eoque constante Bald. *ad leg. etiam C. de iur. dot.* Gratian. *disc. for. disc. 498. num. 13.* Rota *post Fenzon. ad Stat. Vrb. decis. 84. §. tum etiam.* Imò ex huiusmodi augumento à Patre facto ad fauorem filiæ iam nuptę, ac dotatæ deberi fructus prout ex ipsa dote tradit Surd. *de aliment. tit. 1. qu. 42 numer. 75. & seqq.* Gratian. *decis. March. 213. in addit. num. 3. & 4.* Posth. *resol. 46. num. 51.* Staiban. *de interesse dotis num. 35. & seqq.* † præcipuè quando prout hic 21
factum est ad seruandam ęqualitatem inter filias, vt considerat Paris. *cons. 126. num. 4. 15. & seqq. tom. 1.* Ideoque validius subsistetur † obligatio ad præstandos fructus pro tem- 22
pore dilatæ solutionis, Rot. *in Romana fructuum coram Orano allegat. in dicta decis. 84. post Fenzon.*

Quæ rationes tollunt fundamentum, quo opponebator, quod si creditum Monialium sit merè pecuniarium, & natura sua non fructiferum; Quia vtcumque debeatur pecunia numerata, causa tamen, in quam debetur, quæcumque ea sit ex supradictis, siue transactio, siue legitima, siue augmentum dotis, apta est ex natura sua ad producendos fructus, ex iam allegatis; Nunc maius robur accipit à decisionibus adductis † coram *Cels. dec. 277. & 291.* in quibus aper- 23
tè, quod ex credito pecuniario fructus prętendi non possuot sine labe vsuræ; † quia decisiones illæ reuocatæ fuerunt, 24
& ab illis fuit recessum, vt *decis. 236. & 330. p. 13. recent.* Et hæ ipsæ recedentes confirmatę subinde fuerunt *decis. 74. par. 14. recent.* Ideoque nullum io contrarium præbent momentum; & licet in hisce coofirmatis aliquid legatur de fructibus quidem pecuniæ, sed correspectiuis ad certa bona; attamen demum absolutè concluduot, † quod pro- 25
missio in eo casu non poterat dici vsuraria, quia fuerat facta in transactione *dicta decis. 236. num. 6. & 330. num. 9.* Et eo magis in hoc casu, in quo Moniales creditum clarum, & indubium libr. 48. annuarum dimiserunt, nec non prætensionem fructuum libr. 4000. cum alijs supra ponderatis, † & cum promissio sit facta ad hæc omnia correspecti- 26
uè, nec potest, aut debet vllo modo referri ad vsuras, Gratian. *discept. 679. numer. 36.* Rota *d. decis. 74. vers. & insuper par. 14.*

Neqoe rectè adaptari visa est doctrina ex Tamburrin. *de iur. Abbat. disp. 5. qu. 4. num. 1. & qu. 5. num. 4.* † quod si dotes 27
Monialium, quæ integræ soluuntur ante professionem, non possint excedere summam † solitam dari Monasterio 28
pro Mooialis sustentatione arbitrio Ordinarij iuxta decreta Sac. Congregationis Episcoporum, & Regularium ideoque hoc sopplementum oon possit ceoseri augmentum dotis, sed merum Legatum à Patre relictum.

Quia certa quidem debet esse dos Monialium, † nec ex- 29
cedere potest, vbi si coactè à Monialibus vltra taxam prætenderetur, & quidqoid excederet, veniret restituendum, Tamburrin. *d. qu. 5. num. 4.* Sed hoc oon excludit, quo minus Pater, si velit, † possit liberaliter augere dotem filiæ 30
Mooiali, & redigere ad ęqualitatem dotis, quam dedit alijs filiabus pro matrimonio carnali, † vt optime se explicat 31
Tamburrin. *vbi supra d. num. 4.* arguendo semper à matrimonio carnali ad spirituale *cap. inter corporalia de translat. Episc.* Et meritò quidem, † quia cum non sint cogendi fi- 32
deles ad opera pietatis vltra debitum iustitiæ, † ita non 33
sunt prohibendi ab illis pro libito exercendis iuxta stimulum charitatis *c. bonæ rei 12. qu. 2.*

Et ita vtraque parte informante resolutum fuit.

R. P. D.

R. P. D. T A I A.

Posteà S. R. E. Cardinali.

Romana Pecuniaria.

Mercurij 22. Iunij 1678.

A R G V M E N T V M.

Fructus non restitutæ dotis deberi mulieri viduæ Statuto Ciuitatis Viterbij cauetur, & quidem etiam absque vlla interpellatione, quod Statutum in iure validum est; hinc cum quæreretur à quo die illorum inciperet hypotheca, sub dubia DD. opinio refertur, cum distinctione tamen, quatenus nempe illi ex interpellatione deberi incipiant, vel interpellatio non sit principium productiuum acquisitionis ipsorum.

S V M M A R I V M.

1 *Graduationis, seu concursus in iudicio primo ponuntur anteriores, & deinde alij iuxta computationem temporis.*

2 *Statutum* Viterbij *mandat superlucrari dotis lucrum à coniuge superstite.*

3 *Hæres si vult suum consequi creditum ab hæreditate subducere debet fructus ab ipso perceptos, ac etiam percipiendos.*

4 *Fructus dotis ex Statuto Viterbij debentur viduæ ad rationem septem cum dimidio, etiam nulla præcedente interpellatione.*

5 *Statutum mandans viduæ deberi fructus dotales nulla adhuc interpellatione sequuta est in iure validum, et sustinetur.*

6 *Fructus non restitutæ dotis quam habeant hypothecam, an à die matrimonij, obitus viri, vel interpellationis non est constans DD. sententia.*

7 *Fructus dotis viduæ deberi cum hypotheca à die contracti matrimonij plerumque DD. tenuere.*

8 *Fructus si non petuntur ex sola mora, sumunt hypothecam à die celebrati contractus, alias secus, & num. seqq.*

10 *Interpellatio vbi ipsa est principium causatiuum consequutionis fructuum, tunc illi debentur à solo die quo eadem interpellatio facta est.*

11 *Mulier non prohibetur consequi fructus dotis si illi fuerit impedita executio mandati pro eadem dote relaxati.*

12 *Auditores Rotæ si in decidendo causam inter se discordant, tunc respondetur de canon liquere.*

D E C I S I O CCLXI.

CONtendentibus multis creditoribus Francisci de bonis
eius hæreditarijs, existentibus apud Aloysiam illius
hæredem mediatam ex persona Antonij mariti, et filij dicti
Francisci, ac etiam de graduatione in eorum creditis per
sententiam difinitiuam ab A. C. pronunciatam; appellantibus
communiter omnibus, causaque deducta ad Rotam,
dubitatum est hodie, An, et quomodo sit facienda graduatio
pro dotibus, alimentis, siue legitima, et alijs de quibus
agitur, et Domini responderunt faciendam esse iuxta modum
infrascriptum.

1 In primo gradu † ponendo Iuliam creditricem census
scutorum sexcentum, vt ex Instrumento die 15. Iunij
1646.

In secundo Aloysiam pro dote scutorum mille, et quingentorum
ex contractu, et instrumento die 13. Iunij 1648.
2 et lucro dotalis † ad formam Statuti Viterbij scutorum
centum quinquaginta, sicuti etiam pro scutis 460. impensis
3 pro soluendis debitis hæreditarijs Francisci, † sed deductis
fructibus ab hæreditate perceptis, et percipiendis iuxta rationem
habendam.

In super pro alimentis, siue fructibus præstandis mulieri
soluto matrimonio ad rationem scutorum septem cum di-
4 midio pro quolibet centenario, et anno, † etiam nulla præcedente
interpellatione, vel mora regulari ad literam

Statuti Viterbij, de cuius validitate, & efficacia, † discur- 5
rit late Dominus de Luca *de dote discursu 122. num. 3. & 4. libro sexto.*

An autem fructus isti dotales † habeant hypothecam 6
parem, ac dos à die contracti matrimonij, vel disparem
ab interpellatione, aut à morte mariti, maximè nisi vnicè
controuertebant informantes, aut alias controuertitur
in alia longe grauiori causa *Romana dotis proposita die septima
Februarij, & 17. Iunij huius præsentis anni coram Reuerendo
Patre Domino meo Bourlemont* adhuc indecisa, & deductis
vndique decisionibus † pro hypotheca à die contractus co- 7
ram *Bichio decis. 250. à num. 40. & decis. 268. num. 4. vers. quinimo parte 16.* cum alijs vtrinque allegatis.

Super quo articulo vnus ex Dominis, & vnicus dixit ponendam
secundo loco, vt supra Aloysiam, non solum pro
dote, & lucro dotis, & ære alieno hæreditario soluto, sed
etiam pro fructibus, & interusurijs dotalibus ipsi debitis à
die interpellationis, siue litis motæ pro restitutione suæ
dotis contra curatorem deputatum viri hæreditati ad formam,
& taxam Statuti Viterbij, pro quibus competit
eadem hypotheca, & anterioritas dotis, † quia non pe- 8
tuntur fructus solum ex mora, † quo casu habent ante- 9
rioritatem à die interpellationis, sed ex promissione, &
obligatione facta à viro in instrumento matrimoniali, † quo 10
casu interpellatio non est principium causatiuum, sed
excitatiuum promissionis præcedentis prout distinguendo
firmat Rota *decisio 268. numero primo parte 6. recent.*

Non obstante, quod Aloysia obtinuerit mandatum ab
A. C pro restitutione dotis, & debuerit procurare exequutionem
per subhastationem bonorum, † quia apparet fuisse 11
impeditam per concursum aliorum creditorum in Summario
ipsius Aloysiæ *num. 1.*

In tertio, & quarto gradu de creditis Angelæ Felicis, &
Ceciliæ, Mariæ Catharinæ, et Mariæ Candidæ filiabus
Francisci, et illius Legatarijs, quarum Mariæ Catharinæ,
et Mariæ Candidæ cessionaria est Aloysia, fuit discordia
non solum inter partes de creditis ipsis, et de graduatione
quatenus subsisterent, sed etiam fuit inter dominos super
vtroque, † et ideo nihil potuit liquere. 12

De alijs verò gradibus, et creditis in graduatione ab Auditore
Cameræ declaratis parum actum est inter partes, et
nihil à Dominis.

Et ita vtraque parte informante resolutum fuit.

REVERENDISS. D. ALBERGATO

Sacræ Rotæ Decano.

Calciaten. Iuris cognoscendi causas.

Mercurij 22. Iunij 1678.

A R G V M E N T V M.

Concordatum erat inter Episcopum, & Capitulum super iure cognoscendi causas, posteaquam Episcopus tres sententias conformes obtinuerat, & etiam exequutoriales expedierat, propter quod impugnabatur transactio, tamquam facta super iure claro, sed illam substinendam esse deciditur, quia adhuc remanebant reliquiæ iudicij cum causa fuisset commissa in gradu restitutionis in integrum, maximè quia aliquid etiam decidendum remanebat super declaratione delictorum, quæ postea in transactione explicata sunt, & demum quia eadem transactio confirmata erat à Sede Apostolica, præuio illius examine facto in Congregatione Concilij.

S V M M A R I V M.

1 *Transactio habet vim rei iudicatæ, & dicitur exceptio litis finitæ.*

2 *Reipublicæ interest abbreuiari lites, eusque semel finitas amplius suscitari non debere.*

3 *Confirmatio Apostolica dicitur facta in forma specifica, & ex certa scientia, quando fuit insertus totus tenor, seu substantia contractus.*

4 *Confirmatio Apostolica dicitur facta in forma specifica, & cum causæ cognitione, si emanauit de voto alicuius S. Congregationis Emin. Cardinalium.*

5 *Confirmatio ex certa scientia addit robur concordiæ, & actui confirmato.*

6 *Confirmatio ex certa scientia afficit non solum partes contrahentes, sed etiam successores earum.*

7 *Confirmatio ex certa scientia ligat manus iudicis, ne possit de viribus rei confirmatæ cognoscere sine mandato Pontificis, & num. 20.*

8 *Clausula sublata, & decretum irritans claudunt os parti, & afficiunt etiam iudices, eorumque iurisdictionem tollunt.*

9 *Transactio à Sede Apostolica confirmata non subiacet* Concilio Tridentino *circa visitationem, & correctionem Capitularium.*

10 *Rigor iuris quandoque summa iniuria à DD. appellatur.*

11 *Calagaritana Diœcesis dicitur esse amplissima.*

12 *Delinquentes Clerici, & Coniudices in delictis leuibus extra propriam Ecclesiam extrahendi non sunt.*

13 *Transactio fieri potest etiam post rem iudicatam, & in gradu restitutionis in integrum, stante dubietate articuli, & per totam.*

14 *Transactionem ad sustinendam sufficit modica occasio dubitandi, imo quælibet prætensio, etiam non iuridica.*

15 *Transactionis ad effectum sufficit rem esse dubiam, vt illa excludat euidentem calumniam.*

16 *Lis non dicitur extincta, sed durat, si adest commissio nullitatis, & restitutionis in integrum.*

17 *Restitutio in integrum litem instaurat, & rem iudicatam offuscat.*

17 *Lis non dicitur vndequaque finita, si adhuc aliquid præseruatur in illa, & remanet aliquid, quod decidendum sit.*

18 *Transactio confirmata à Papa præuia approbatione Sac. Congregationis Concilij, non potest ab alio inferiore reuideri.*

21 *Litis sola mentio sufficit in confirmatione Apostolica, & multò magis si etiam res iudicata fuerit narrata Pontifici.*

22 *à Lite recedens satis lucrari dicitur.*

23 *in Transactione satis dicitur datum, & remissum, si per illam fuerit à lite recessum.*

24 *Sententiæ, & exequutoriales quamuis generales declarantur, & restringuntur à decisionibus in causa factis.*

25 *Transactio non dicitur facta super re iudicata, si in ea declaratur solum, quod erat dubium, & non sufficienter expressum.*

26 *Declarans non dicitur de nouo dare, vel statuere.*

27 *Confirmatio relationem habens ad actum confirmatum, non suffragatur, nisi constito de relato.*

28 *Confirmatio Apostolica cum insertione tenoris attenditur, & sustinetur etiam quamuis de actu confirmato non constet.*

29 *Relatio facta per verba* prout in concordia, *vbi illius tenor, & substantia fuit expressa, respicit potius tenorem verborum, quam substantiam ipsam.*

30 *Confirmatio facta ex certa scientia probat, & valet absque aliqua exhibitione confirmati.*

31 *Confirmatio Apostolica eo magis, sine actu confirmato sustinetur, si & illius tenor sit insertus, & illa ex voto alicuius S. Congregationis processerit.*

32 *Concessio, seu dispositio Principis continens, quid certum, valet etiam si de eo, quod refert, aliter non constet.*

33 *Verba relatiua in concessione, seu dispositione Pontificis aliquod certum continente, dicuntur stare demonstratiuè, & causatiuè, non autem conditionaliter.*

34 *Supplicatio, à quo fuerit porrecta probari non debet, vbi Papa aliquid ex certa scientia concedit.*

35 *Supplicatio si non fuisset vndequaque iustificata, etiam respectu personarum supplicantium, à Papæ ministris non fuisset executioni demandata.*

36 *Supplicationem fuisse factam ab eo, cuius nomine fuit porrecta, probatur ex arduitate negotij, & ex impensa pro ea requisita.*

37 *Supplicatio ab eo dicitur porrecta, à quo Summus Pontifex asserit, illam sibi fuisse factam.*

38 *Papæ de facto proprio, & de actu gesto testanti stari debet.*

39 *Successor Episcopi non impugnat assertionem Pontificis dicentis sibi, ab illius antecessore fuisse supplicatum.*

40 *Confessio in supplicatione emissa, contra supplicantem plenè probat.*

41 *Inobseruantia non deducitur ex quo, vel non venerit casus, vel aliquis fuerit impeditus.*

42 *non Vsus ex in curia, aut errore procedens, non præiudicat, si tractetur de validitate, & subsistentia actus.*

43 *Sententiæ quamuis per appellationem suspensæ, aut etiam si earum aliqua fuerit attentata; faciunt tamen veritatis adminiculum, & boni iuris præsumptionem inducunt.*

44 *Sententiæ si in aliquo suffragari non possint, tamen recipiendæ sunt tanquam responsa prudentum ex quo illa talia esse dicuntur.*

DECISIO CCLXII.

Litem, & Controuersiam diu in hoc nostro Tribunali agitatam inter Episcopum Calaguritanum, & Calciatensem, & Capitulum Calciatense super eo, quod Præbendati Capituli delinquentes non essent iudicandi nisi in Ciuitate Calciatensi, non verò in alijs locis amplissimæ Diœcesis, sustulit, & extinxit amicabilis Concordia, qua firmatum fuit, licere Episcopo delinquentes vnà cum Coniudicibus extrahere à Ciuitate Calciatensi in quatuor tantum casibus, seu delictis atrocioribus, videlicet Læsæ Maiestatis Diuinæ, & humanæ, fabricationis falsæ monetæ, nefandi criminis, & fractionis clausuræ Monialium cum stupro; In reliquis verò conuentum fuit, vt Episcopus dum præsens non est, nec in dicta Ciuitate residet, teneatur committere alicui ex Præbendatis eiusdem Ecclesiæ Calciatensis sibi beneuiso, quod ipse vna cum adiunctis causam cognoscat, quæ Concordia fuit Apostolica auctoritate roborata per fa. me. Innocentium X. præuio examine, ac Voto Sac. Congregationis Concilij, vt ex eius tenore dato in Summario Capituli *numer.* 1. Verùm, quia Concordiam in quodam casu, qui nuper accidit, modernus Episcopus seruare recusabat, sed succumbens per tres sententias Metropolitani Burgen., Nuntij Apostolici Hispaniarum, & Delegati Apostolici (licèt in hac tertia fuerit attentatum) prouocauit ad Rotam, mihique causa commissa, Dubium proposui super obseruatione Concordiæ, & Domini seruandam esse resoluerunt.

Transactio enim habet vim rei iudicatæ, & dicitur † ex- 1
ceptio litis finitæ, eamque decet omnino seruari, ne lites
iam sopitæ, et extinctæ denuò suscitentur contra Republi-
cæ vtilitatem, † cuius interest lites abbreuiari iuxta text. *in* 2
c. finem litibus de dol. & contum. & in l. fratres 10. l. causas 16. &
l. quamuis 39. C. de transact. Rot. *coram Carillo decis. 211. numer.*
1. & 2. & coram Dunozet. iun. decis. 603. numer 1. & coram bo.
me. Card. Celso decis. 68. num. 1. & in recen. decis. 107. num. 1.
par. 15.

Maximè dum illa Concordia fuit per Sedem Apostoli-
cam in forma specifica, et ex certa scientia confirmata, † vt 3
dicitur quando, prout hic, fuit insertus totus illius tenor,
seu substantia Glos. *in c. Pastoralis §. præterea verb. ex certa*
scientia de offic. de legat. R. P. D. Fagnan. *in c. 1. nu. 12. cum seq.*
de confirm. vtil. vel inutil. Ruin *cons. 231. num. 4. lib. 1.* Garz. *de*
Benef. par. 3. cap. 2. num. 226. cum seqq. Tondut. Sanleger *qu. be-*
nef. 56. sub num. 8. Rot. *diuers. dec. 36. n. 1. & seqq. par. 2. & in rec.*
decis. 192. num. 3. par. 1. & decis. 339. num. 2 par. 2. & decis. 158.
num. 8. par. 6. & coram Coccin. decis. 1763 num. 6. & seqq. &
coram Bich. decis. 57. num 4. Nec non præuio matuto exami-
ne, et ex Voto Sac. Congregationis Concilij, Partibus
auditis emanato, † quod pariter ostendit confirmatio- 4
nem in forma specifica, et cum causæ cognitione fuisse
concessam Alex *cons. 133. num. 14 vers. ad hoc etiam accedit*
lib. 5. Cephal. *cons. 439. num 35.* Tondut. *d. resol. benefic. 56.*
nu. 14. Rota *in rec. dec. 192. sub nu. 3. vers. tum etiam, quia, & de-*
cis. 210. num. 1. par. 1. & decis. 612. numer. 2 par. 2. & decis.
93. numer. 17. & seqq. par. 10. & coram Rojas decis. 238. nu-
mer. 2.

Quæ confirmatio ex certa scientia maius robur, et vim
addit Concordiæ, † itaut ex personali efficiatur realis, et 5
afficiat nedum ipsos transigentes, † verumetiam successo- 6
res, vt docent Innoc. *in c. fin. num. 2. de transact.* Io. Andr.
in c. de cætero num. 15. eodem tit. Hostien. *in c. veniens 8. n. 3. pa-*
riter eodem tit. vbi etiam Butr. *numer. 15.* Anchar. *numer. 1.*

Imol.

Imol. *num.* 13. R.P.D. Fagnan. *numer.* 3. alijsque scribentes ,
& dixit Rot. *in rec. decis.* 218. *nu.* 6. *par.* 7. *& coram Royas decis.*
219. *num.* 11. *& coram Bich. decis.* 267. *numer.* 5. *&* 295. *num.* 3. *&*
coram Cels. decis. 68. *num.* 2. *& in Pistorien. Parochialis* 1. *Fe-*
bruarij 1641. *§. fundamentum coram bo. me. Meltio*, & ita obligat
7 successores , vt † liget etiam manus Iudicis , vt ob reue-
rentiam non possit cognoscere de quæstione exorta super re
confirmata sine mandato Papæ *c.* 1. *& ibi gloss. in verb. exorta*
& R.P.D Fagnan. *numer.* 14. *de confirm. vtil. vel inutil.* stanti-
8 bus præsertim clausula sublata , & decreto irritante, † quæ
claudunt os Parti , Iudicesque afficiunt , & ipsorum Iurisdi-
ctionem tollunt Lotter. *de re benefic. lib.* 3. *qu.* 12. *num.* 61. Rot.
coram Mantic. decis. 309. *numer.* 14. *& coram Carill. decis.* 132.
num. 12.

Non obstante dispositione Sacr. Concil. Trident. *sess.* 6. *cap.*
4. *& sess.* 25. *cap.* 6. *de reform.* circa Visitationem , & Corre-
9 ctionem Capitularium , † quia illud non comprehendit
transactiones à Sede Apostolica in forma specifica confir-
matas , vt in terminis similium transactionum inter Epi-
scopos , & Capitula super Iurisdictione tradunt Gonzal. *ad*
regul. 8. *glos.* 25. *sub num.* 13. *vers. hinc non multum distat cum seq.*
Tondut. *resol. benefic.* 62. *num.* 5. R. P. D. Fagnan. *in c. venicus*
sub num. 6. *vers. quo fit , vt Concilium de transact. & in cit. cap.* 1.
num. 24. *& seqq. de confirmat. vtil. vel inutil.* Rot. *in rec. dec.* 105.
num. 17. *cum seqq. par.* 7.

Præterea transactio nitebatur magnæ æquitati à Docto-
ribus sæpissimè amplexa. Nam licet fauore Episcopi latæ
fuissent tres sententiæ conformes Rotales, relaxatis etiam
exequutorialibus tamen causa pendebat in gradu appella-
tionis , seu restitutionis in integrum indecisa , & sententiæ
patiebantur multas difficultates Iniustitiæ , & nullitatum ,
vt dicitur in confirmatione Apostolica , cum de summo
10 Iuris rigore, † (qui summa iniuria quandoque à Doctoribus
appellatur) possit Episcopus in quacumque parte suæ
11 Diœcesis Capitulares , & Clericos extrahere , † tamen
12 data amplitudine Diœcesis , vt est Calaguritana , † non vi-
debantur ex quadam æquitate in delictis leuibus extra pro-
priam Ecclesiam trahendi Clerici , & Coniudices propter
multa incommoda , & damna , quæ Capitularibus , Con-
iudicibus , & Clericis euenirent , vt probat decisio huius
causæ coram *Remboldo* 477. *per totam*, & admittitur in altera
impressa in *recent. decis.* 537. *nu.* 11. *par.* 4. *tom.* 3. & latè probat
quoque Gratian. *discept.* 892. *numer.* 8. *& seqq.* Barbos. *de*
Episcop. alleg. 8. *numer.* 5. *& in Collect. ad c. cum Episcopus* 7.
numer. 6. *ibique etiam* Passerin. *sub num.* 8. *de offic. ordin.* & de-
clarauit Rot. *in Valuen. præeminentiarum cor. R.P.D. meo Taia*
impress. in rec. decis. 215. *num.* 6. *cum duobus seqq. par.* 13. vbi re-
fertur per extensum elegans declaratio Congregationis Sac.
Concilij.

13 Stante autem prædicta dubietate , † rectè potuit iniri
Concordia etiam post rem iudicatam in gradu appellatio-
nis, & restitutionis in integrum Marcabrun. *cons.* 17. *num.* 29.
Mantic. *de tacit. lib.* 20. *tit.* 1. *num.* 21. *vers. sed tamen*, Rot. *coram*
Coccin. decis. 396. *num.* 3. *&* 4. *& decis.* 491. *num.* 3. *& in recen.*
decis. 218. *nu.* 26. *par.* 7. *& in Bonon. fideicommissi de Bonfilijs* 24.
Ianuarij 1663. *§. quinimò coram bo. me. Verospio*. Ad transactio-
14 nem quippè † sustinendam , sufficit modica occasio dubi-
tandi , imò quælibet prætensio etiam non iuridica Rot. *in*
rec. dec. 263. *num.* 2. *par.* 3. *& decis.* 67. *num.* 5. *par.* 11. *& coram*
Eminentissimo Ottbob. decis. 25. *num.* 16. *cum seq. & in d. Bonon.*
fideicommissi de Bonfilijs coram Verospin, & ita sufficit rem es-
15 se dubiam , † vt excludat euidentem calumniam Mantic.
de tacit. lib. 26. *tit.* 1. *num.* 17. *& seqq.* Adden. ad Gregor. *dec.* 149.
num. 6. *&* Rot. *cor. Caualer. decis.* 407. *nu.* 7. *& seq. & cor. Merlin.*
dec. 799. *sub num.* 20. *in fine cum seq.*

Et hinc cessat obiectum , quod transactio vti facta post
rem iudicatam , & expeditas executoriales, dicatur facta su-
16 per iure claro , & ideò sit nulla ; † Quia vltra , quod lis
adhuc durabat , dum aderat commissio nullitatis , seu re-
17 stitutionis in integrum , quæ litem † antiquam instaurat ,
& rem iudicatam offuscat , vt ait Rot. *coram Coccin. dec.* 372.
num. 1. *& coram Vbaldo Iuniore decis.* 55. *num.* 6. *cum seq. tom.* 3.
& de ea fuit dubitatum ab ipsa Rota, dum coram *Carillo dec.*
18 129. *num.* 3. *vers. nec obstat* , firmatur , † licuisse Capitulo , in
præsentatione exequutorialium , exceptiones opponere , &
iura sibi præseruare , & *in §. finali* dicitur , quod circa ea ,
quæ petebat particulariter Episcopus disputari , dum casus
venerit dubitabitur ex quo fit , quod lis non erat terminata ,
19 & res iudicata patiebatur dubietatem , † quare potuit vali-
dè iniri transactio ea non obstante ex *Doctoribus* , *& Decisio-*
nibus in antecedenti §. *cumulatis* .

In præsenti tollitur omnis amaritudo , quia cum Papæ
fuerit narratum adesse tres sententias conformes , vna cum
exequutorialibus , & sic rem iudicatam , & ipse adhuc
cum præcedente discussione negocij in Sac. Congregatione
Concilij , Concordiam approbauit ; † Inde aperte sequitur , 20
non licere inferiori illam ex eodem capite rei iudicatæ re-
darguere , cum Papa confirmans optimè sciuerit per expres-
sam narratiuam ei factam , † cum tamen esset sufficiens so- 21
la mentio litis , dum res iudicata erat deducta in Controuer-
siam per commissionem restitutionis in integrum Rota *co-*
ram Coccin. decis. 396. *num.* 5. *&* 6.

Nec subsistit altera prætensa nullitas , quod pro parte Ca-
pituli nihil fuerit datum , aut remissum contra naturam
transactionis , & dum Episcopus habebat pro se sententias ,
& exequutoriales enormiter læsus fuerit ex restrictione fa-
cta per Concordiam , quia vltra , quod non parum lucratur ,
† qui à lite recedit , † ex quo satis dicitur datum , & remis- 22
sum Alex. *cons.* 122. *num.* 12. *lib.* 2. Rot. *in recent. decis.* 86. *nu.* 20. 23
& 21. *par.* 6.

Aduertendum est , quod causa pendebat in Rota super
cognitione delictorum grauium , & sententiæ , & exequuto-
riales generaliter loquentes ad illa sunt restringendæ , cum
decisiones , † ex quibus sententiæ Rotales declarantur 24
Rot. *in rec. decis.* 319. *num.* 23. *vers. maximè, quin par.* 9. *& coram*
Bich. dec. 370. *num.* 5. expressè loquantur de causis atrociori-
bus , vt legitur in *decis.* 58. Carilli. *num.* 6. vbi admittitur tan-
quam probata consuetudo immemorabilis cognoscendi cau-
sas in Ciuitate Calciaten. & ei respondetur esse verificabi-
lem quoad delicta leuia , non autem quoad grauiora , &
atrociora , de quibus tunc agebatur ; Vnde remanebant
declarandi , qui essent isti casus atrociores , & grauiores ,
& videtur petitum fuisse subscribi particularia dubia ad ef-
fectum reportandi declarationem Rotalem , & fuit re-
sponsum , quod cùm casus euenerit , disputabitur , vt in
decis. 129. in fine coram eodem Carillo , & sic patet , quod
lis erat tantum super causis atrocioribus , & per consequens
sententiæ , & exequutoriales ad illas erant restrictæ , vn-
dè Partes transigendo , & declarando , casus atrociores es-
se quatuor supra expressos , non potest dici transegisse su-
per ipsa re iudicata , † sed potiùs id , quod erat dubium , 25
& non expressum declarasse , cum declarans , † non di- 26
catur de nouo dare , vel statuere *l. hæredes palam* 21. *§. sed si*
quis post ad fin. ff. de testam. Oldrad. *cons.* 224. *num.* 10. *vers. Præ-*
tereà non obstat , *& cons.* 318. *ad fin. vers. ad articulos* Rot. *in re-*
cen. decis. 137. *numer.* 12. *& decis.* 252. *numer.* 16. *par.* 9. Et stan-
te hac dubietate , benè potuit deueniri ad transactionem ex
supra firmatis.

Hinc tollitur etiam asserta inuerisimilitudo , quod Epi-
scopus post rem iudicatam , & exequutoriales cedere vo-
luerit huic liti , quia non cessit rei iudicatæ , sed illam decla-
rauit , & fuit transactum super dubijs adhuc pendentibus ,
imò retorqueretur inuerisimilitudo , quia non fuerunt abso-
lutè executæ prædictæ exequutoriales , nec taxatæ expen-
sæ , vt fuisset factum , si res iudicata fuisset perfectè con-
sumata .

Minus resistit aliud obiectum , quod non constet de tran-
sactione , de qua cum habeatur relatio in Breui confirmato-
tio , † non valeat suffragari nisi constito de relato iuxta 27
text. *in l. si ita scripserit ff. de condit. & demonstr. Auth. si quis in*
aliquo C. de eden. Nam plures huic regulæ , & obiecto appli-
cantur limitationes , tam in Facto , quam in Iure .

Et primo aduerti debet , quod in Breui confirmationis
adest insertus totus tenor Concordiæ per septem Capitula
† distincta , quo casu etiam si non constet de actu confirma- 28
to , & relato , confirmatio valet , & actus probatur Surdus
cons. 419. *num.* 21. *cum seqq.* Ruin. *cons.* 31. *num.* 6. *lib.* 1. R.P.D.
Fagnan. *in c. si quis num.* 13. *de confirm. vtil. vel inutil* Cancer.
var. resolut. par. 3. *cap.* 3. *num.* 217. *cum seqq.* Rota *diuers. dec.* 36.
num. 1. *cum seqq. par.* 2. *& in recen. decis.* 339. *num.* 4. *vers. quia*
respondetur par. 2. *& decis.* 352. *numer.* 2. *par.* 4. *& dec.* 126. *num.*
20. *& seq. par.* 7. Ita vt nihil faciat relatio ad eandem habita
per verba , *Prout in dicta Concordia , &c.* † quia dum supra 29
est expressus tenor , & substantia , relatio respicit potius te-
norem verborum , quàm substantiam ipsam , vt respondit
Rota *inter diuers. dicta decis.* 36. *num.* 2. *par.* 2.

Secundo dicta confirmatio emanauit de Voto Sac. Con-
gregationis Concilij , & ideò dicitur ex certa scientia , vt su-
pra fuit dictum , † quando autem confirmatio est ex certa 30
scientia probat , & valet absque aliqua exhibitione confir-
mati Ruin. *cons.* 231. *num.* 3. *ad fin. & seq. lib.* 1. *&* Rota *diuers.*
dicta decis. 36. *numer.* 5. *par.* 2. Quod eò magis venit admit-

tendum in casu præsenti, in quo insertio tenoris, & confir-
matio ex Voto Congregationis, quæ ex certa scientia dici-
31 tur † concurrunt Rota *diuers. dicta decis. 36. num. 14 par. 2. & in recent. decis. 226. num. 22. par. 7.*
Tertio limitatur regula textus *in auth. si quis in aliquo C. de eden.* in Papa, & in quocumque alio Principe superiorem
32 non recognoscente, † cuius concessio, aut dispositio,
dum continet, quid certum, valet etiam si de eo, quod
refert, non constet, quia tunc verba relatiua stare dicun-
33 tur demonstratiuè, & causatiuè, † non autem conditio-
naliter, vt distinguendo firmat Cancer. *d. cap. 3 num. 219. lib 3. & ex Boer. decis. 247. nu 3.* alijsque ionumeris Gabr. Parexa *de vniuers. instrum edit. tit. 7. resol 9. numer. 33. & seqq. & signanter numer. 35.* Vbi, quod limitatio est verissima, &
propterea non esset opus respondere motiuo, quod non con-
34 stet, à quo fuerit facta narratio, & supplicatio, † quia siuè à
Parte, siue à Papa fiat narratio, procedunt superius firma-
ta, vt ait Rota *diuers. dicta decis. 36. num. 4 par. 2 & in rec. dicta dec. 353. sub num. 4. par. 4.*

Sed ex abundanti aduertebant Domini, quod confir-
matio de qua agitur, non emanauit sub tabulis, sed præuio
examine Congregationis, & de eius Voto per Secretariam
35 Breuium, † in qua Ministri Summi Pontificis vigilantis-
simi non permisissent talem confirmationem extorqueri,
nisi de mandato, & vtriusque supplicantis consensu clarè
constitisset, vt est notoria praxis, & de iure ita præsu-
mendum est, dum in confirmatione adest absolutio Epi-
scopi à censuris, negocium est graue, & impensa non modi-
36 ca, † quæ circumstantiæ faciunt præsumere supplicatio-
nem factam fuisse ab eo, sub cuius nomine cantat Add. ad Gregor. *decis. 331. numer. 19.* Rota *coram Dunozet. Iun. decis. 966. numer. 8. & seqq. & coram Vbald. decis. 664. numer. 3 parte 2.*

At, quod tollere videbatur omnem difficultatem est,
quod Papa ipse in literis, confirmationis narrat, sibi ab vtro-
que, tam Episcopo, quàm Capitulo fuisse supplicatum;
37 vnde † non videtur posse controuerti adfuisse consensum
38 Episcopi, dum de eo testatur Papa, † cui tanquam de
facto secum gesto testanti standum est Rota *diuers. dec. 171. numer. 2. par. 1.* & in terminis indiuidualibus est plena decis.
Merlin. 838. à princ. vsque ad numer. 4. & consequenter non po-
test hodie Episcopus successor dicere, quod narrata in Con-
39 cordia non sint vera, † quia dum Papa dicit, pro parte
Episcopi omnia fuisse narrata, non valet illius confessio im-
40 pugnari, † cum confessio in supplicatione emissa probet
contra supplicantem *l. cum precum C. de liber. caus.* Rota *coram Verali. decis. 190. num. 3 par. 1. & in rec. dec 155. num. 1. par. 5.*

Insubsistens demum visa est obiectio inobseruantiæ præ-
dictæ Concordiæ, quia non constat, quod euenerit aliquis
casus, & quod Canonici, & Capitulum fuerint impediti
41 causa vti, † quibus deficientibus non potest deduci aliqua
inobseruantia, vt firmat Rota *coram Celso decis. 68. numer. 11. & 12.* & in alijs sæpissimè. Imò etiam si Canonici ea vsi
non fuissent per multos annos aliqua in curia, aut errore
42 detenti, non per hoc sibi præiudicassent, † dum constat de
valida, & subsistente confirmatione, vt tradit Tondut. San-
leger. *quæst. benefic. 62. num. 7 &* Rota *coram Seraph. decis. 696. num. 4.* & alijs cumulatis in *Conuersana iurisdictionis 26. Nouembris 1677. § plus dicebant coram R. P. D. meo Taia.*

Vlteriùs in comprobationem omnium prædictorum con-
siderabat vnus ex Dominis tres sententias in partibus Capi-
tulum reportasse, quarum prima lata fuit à Metropolitano
Burgen. de statu Ecclesiarum sibi subditarum verisimiliter
informato, & pro suo suffraganeo facilius responsuro, qua-
rum vltima licèt attentata, & aliæ per appellationem su-
43 spensæ, † magnum nihilominus veritatis adminiculum,
& boni iuris præsumptionem indicare sæpissime dixit Rota,
& signanter in *rec. decis. 198. num. 8. & 9. par. 13.* & alibi pas-
sim, & subdebat ille, saltem, vt responsa Prudentum esse
44 recipiendas, † quoniam illorum responsa sententiæ dicun-
tur in *§. responsa Prudentum Instit. de iur. natural. Gent. & Ciuil.*

Et ita alijs leuioribus omissis, conclusum fuit concordiam esse seruandam vtraque parte informante &c.

R. P. D. PAVLVCCIO.

Romana Dotis.

Mercurij 22. Iunij 1678.

ARGVMENTVM.

Cedens creditum exactum, vel alijs præcedenter cessum se tueri prætendebat ex adiectione verborum facta cum clausula *tale quale è*, sed ea non obstante, ad illud supplendum, & pretium cessionario refundendum condemnatus est, quia cum de exactione, & præcedenti cessione constaret, dubitatum non est de manutentione crediti cessi, pro quo ideo a Rota relaxatur mandatum, quia facultates A. C. illi communicatæ sunt, hoc non impediente sententia contraria, quia vel erat iniusta, vel substantiam crediti non tangebat, & ideo viam exequutiuam vulnerare non poterat.

SVMMARIVM.

1 *Debitor, qui soluit partem sui debiti, adhuc remanet debitor pro residuo.*
2 *Instrumentum publicum facit probationem probatam, & numer. 1.*
3 *Mandatum etiam à Rota relaxatur pro credito obligatione Camerali vallato, si illi fuerint communicata facultates A. C.*
4 *Sententia iniusta non vulnerat obligationem Cameralem, nec tollit viam exequutiuam.*
5 *Sententia prouisionalis, quæ reum totaliter non absoluit, sed iura præseruat, non tangit instrumentum, aut obligationem illius, nec viam exequutiuam adimit.*
6 *Instrumentum est fundamentum obligationis.*
7 *Cedens creditum per verba,* tale quale è, *ad quid teneatur, & obligatus remaneat, num seqq.*
8 *Verba* tale quale è, *in cessione apposita an referantur potius ad crediti exigibilitatem, vel illius realitatem, veritatem, & subsistentiam.*
9 *Nomen debitoris cessum si sit distractum, quid præstare teneatur cedens.*
10 *Creditum cessum non fuisse verum, probatur si tempore cessionis erat minoris summæ, quam illa, pro qua fuerat cessum.*
11 *Peritis relationi standum est, donec doceatur de errore.*
12 *Creditum minoris summæ cessum pro summa maiori, augeri non potest ex fructibus, quos non constat fuisse debitos.*
13 *Fructus, qui debiti non probantur, ad augendum, & substinendum cessionem computari non possunt ad beneficium cedentis.*
14 *Cessio facta de effectibus alicuius loci intelligitur de credito in eo loco ad cedentem spectante, nisi de alijs effectibus doceatur.*
15 *Cedens creditum cum alio commune, pro sua tantum portione illud cessisse censetur.*
16 *Cedens creditum exactum incidit in crimen stellionatus.*

DECISIO CCLXIII.

COllocauit in matrimonium Comes Octauius Ripa Mariam Olimpiam filiam suam D. Bartholomeo Vecchiarellio, dotemque constituit in scut. 10000. monetæ, ad quorum computum cessit eidem D. Vecchiarellio creditum scut. 3800. monetæ, quod ex maiori summa consequi debebat à Comite Scipione de Rubeis Sansecundo hærede bo. mem. Co. Federici, & Troili de Rubeis Sansecundo ex causa pretij cuiusdam Casalis venditi vsque de anno 1624 promisitque cum iuramento, d. creditum ad se spectare, nec alteri cessisse nullumue contractum de eo, aut aliqua eius parte cum alio iniuisse, sed manutenere nomen debitoris cessum, verum, & reale quidem, sed cedere tale quale est.

Detecto per D. Bartholomeum Vecchiarellium, quod creditum scut. 3800. sit insubsistens, eò quod fuerit per Co.

Octa-

Octauium anteà exactum, egit contra hæreditatem eiu-
sdem pro summa principali cessa, & pro fructibus dotali-
bus ad rationem septem cum dimidio pro quolibet cente-
nario, ad formam Statuti Vrbis, contestatoque iudicio co-
ram R. P. D. Scarincio Iudice deputato ab A. C. manauit
sententia absoluens hæreditatem reseruato tamen iure ei-
dem D. Bartholomeo competente etiam vigore instrumenti
dotalis, si probauerit, creditum contra DD. de Sansecundis
sibi cessum, non fuisse tempore cessionis verum, & sub-
sistens.

Appellatione interposita, commissa fuit mihi causa per
Signaturam cum facultatibus A. C. ac proindè proposui Du-
bium: An sit relaxandum mandatum in casu &c.

Cui DD. affirmatiuè respondendum censuerunt.

Credito enim Mariæ Olimpiæ, & Bartholomei coniu-
gum fundamentum præbet instrumentum dotale de anno
1658. in quo promisit pro dote filiæ scut. 10000. ex quibus
1 soluit scuta 6200. † sicquè remanet debitor in scutis 3800.
ex latè firmatis in *Romana Pecuniaria 16. Maij proximi præ-
teriti coram R. P. D. meo Vicecomite*. Vndè cum instrumen-
2 tum faciat † probationem probatam *l. cum precibus C. de pro-
bat*. Rot. *decis. 97 num. 2. & decis. 411. num. 4. par. 16. recent.* &
3 sit vallatum obligatione Camerali, † sintquè communica-
tæ facultates A. C. mandatum meritò est relaxandum Rot.
*decis. 161. num. 1. par. 6. & decis. 196. nu. 9. par. 12. recent. Dunoz.
lun. decis. 900. num. 1.*

Indeque cum sententia appareat iniusta, vulnerata
4 † dici non potest via executiua Zacch. ad Gallel. *de oblig. Ca-
mer. qu. 37. num. 35.* Ridolph. *in prax. par. 1. cap. 8. num. 222.* Imò,
& eò minùs, quo sententia non sit absoluta, sed potius pro-
uisionalis, non enim absoluit in totum, sed præseruat ius
5 exequutionis post factas diligentias, & probatinoes; † vndè
non tangit instrumentum dotale, quod est fundamentum
6 † obligationis, nec viam executiuam adimit, latè per Zac-
ch. *vbi supra num. 38. & 39.* Grat. *disc. 130. num. 6. & seqq.* Rot.
*decis. 166. numer. 6. & decis. 353. num. 7. & seqq. par. 4. rec.
tom. 2.*

Nec dici potest satisfactum obligationi per Co. Octauium
ex eo, quod cesserit per instrumentum prædictam summam
7 scut. 3800. & creditum *tale qual'è* † nulla promissa exigibili-
tate, quasi per cessionem huiusmodi, & traditionem instru-
menti fuerit liberatus, & si sponsi creditum non exegerint
Rot. *coram Peuting. decis. 323. num. 12.*

Quia cessio illa crediti cum adiectione *tale qual'è* non re-
8 spicit exigibilitatem, sed operatur, † quod nomen cessum
debeat esse verum, reale, & subsistens *l. si nomen ff. de hæ-
red. vel act. vend.* vbi ad rem eleganter Iurisconsultus si no-
9 men sit distractum locupletem † esse debitorem non debere
præstari, debitorem autem esse prestari nisi conuenit, Mant.
de tacit. & ambig. lib. 4. tit. 23. numer. 9. Cenc de Cens. *quæst.
72. numer. 23. vers. vel cederet* Olea *de cess. iur. tit. 7. quæst. 3.
num. 7. in fine*, Duran. *decis. 404. num. 5.* Greg. *decis. 579. num. 3.
& par. 16. rec. decis. 393. num. 2.* vbi in terminis crediti cessi *ta-
le qual'è*.

Maximè cum Co. Octauius in Capitulis matrimoniali-
bus ità se expresserit sc. 5000. del credito verò, e reale però
tale qual'è, e che hà di maggior somma col Sig. Conte Scipio-
ne de Rossi di Sansecondo, & in instrumento dotali, supra-
dictus D. Co. Octauius affirmauit &c. creditum per ipsum,
vt supra cessum &c. ad ipsum spectare, & pertinere, nec
esse alteri cessum &c.

Creditum autem cessum non fuisse tunc verum, & subsi-
10 stens euincebatur ex pluribus, † & primo, quia cessum fuit
creditum scut. 3800. & tamen ex instrumento Concordiæ
cum Co. Sansecundo debitore cesso constat, quod vniuersum
creditum remanebat lib. 15958. quæ constituunt scuta 1999.
& sic summam crediti cessi longè minorem, vt habetur ex
11 relatione Periti, cui † standum est, donec non docetur de
errore Rot. *coram Greg. decis. 167. num. 7. & decis. 428. num. 8.
par. 13. rec.*

Neque prædicta summa augeri potest pretextu fructuum
12 † cum enim non constet, quod isti debeantur, & onus pro-
bandi incumbit Co. Octauio cedenti, tanquam fundamen-
13 tum suæ intentionis, † Ideoque ad illius beneficium neque-
unt imputari *cap. vlt. §. sanè de iur. iur. l. ei, qui ff. de probat.*
Rot. *decis. 68. num. 1. coram Mantic.*

Secundò ex prædicta summa libr. Mediolanen. 15958. de-
duci debent libræ 6095. pro quibus Co. Sansecundo debitor
assignauit Co. Octauio duas Apothecas annuæ pensionis
libr. 275. in vsumfructum cum pacto redimendi, easquè
postmodùm DD. fratres de Ripa cum speciali mandato
procuræ Co. Octauij vendiderunt Hieronymo Poliago, cer-
to constituto pretio, pro quo idem Poliago se obligauit sol-
uere pro fructibus compensatiuis annuas libras 300. vt ex
instrumento, quas exegit Co. Octauius quoadusquè vixit,
& modò D. Comitissa eius vxor, vt ex partitis extractis ex
Banco Parauicini datis in Summario.

Tertiò detrahi debent aliæ libræ 7863. integrantes d. sum-
mam libr. 15958 quia de anno 1628. Co. Octauius cesserat
Philippo Carolo Ripæ eius fratri ducat. 1400. vt ex instru-
mento cessionis dato in Summario (quamuis dd. libræ 7863.
constituant solam summam ducat. 1367.) & licèt non fue-
rit dictum in hoc instrumento cessionis, quod ducatoni es-
sent exigendi à Com. Sansecundo, sed ex effectibus, quos
Co. Octauius Mediolani habebat. † Attamen, quia plura- 13
litas creditorum non præsumitur, censendum est, cessionem
factam esse de credito suo Grat. *disc. 553. num. 57.* Coccin. *de-
cis. 1855. num. 9.*

Subsistit etiam alia cessio antecedenter facta cuidam de
Cittadinis, & licèt fuerit eidem satisfactum, vt ex instru-
mento satisfactionis in Summario exhibito, attamen, hæc
ipsa retorquebatur, cum ex eodem instrumento colligitur
fuisse satisfactum ex eodem hoc credito.

His addebatur, quod & si creditum extaret, integraliter,
tamen non spectaret ad Co. Octauium, sed ad omnes alios
fratres; Vndè † pro quinta tantum parte cedere potuisset 14
iuxta regulam text. *in l. qui tabernas de contrahen. empt. & in
cap. Pastoralis de donat.*

Ex quibus omnibus concludebatur, Co. Octauium Ri-
pam nullum habuisse creditum exigendum à Co Sansecun-
do in vim instrumenti de anno 1624. attenta præsertim ces-
sione facta Co. Carolo Philipo fratri suo, qua stante secun-
dam, seu aliam in dotem filiæ D. Bartholomeo Vecchiarel-
li facere non poterat Olea *de cess. iur. tit. 7. quæst. 2. per
tot. vbi numer. 6.* quod sic cedens † incidit in stellionatus 15
crimen *l. tutor §. primo l. si quis in pignore § final. ff. de pignorat.
act. l. & quæ nondùm §. fin. ff. eodem* Guzman. *de euiction. quæst.
35. numer. 43.* Rot. *apud eundem* Olea *decis. 22. num. 10.*

Et ita DD. visum est vtraque parte informante.

R. P. D. EMERIX.

Bononien. Trebellianicæ.

Mercurij 22. Iunij 1678.

ARGVMENTVM.

Trebellianica erat filijs prohibita per illa ver-
ba, *cuiuscumque prohibitionis alienationis, ad
hoc vt bona omnia conseruarentur inter voca-
tos*; Cum autem pretenderetur illam ex par-
ticulari consuetudine Bononiæ prohiberi
non potuisse filijs primi gradus, ad eam pro-
bandam pluries fuit petita remissoria, sem-
per tamen denegata, vtpote contraria inue-
teratæ opinioni Rotæ, adhuc in causis Bono-
niensibus practicatæ, quod nempe illam
etiam filijs primi gradus prohiberi possit.

SVMMARIVM.

1 *Remedium l. diffamari C. de ingenuis, & manumiss. in-
tentari potest etiam pro habenda manutentione.*

2 *Consuetudo non probari permittitur, quod Trebellianica
prohiberi non possit filijs primi gradus, & quare numer.
seqq.*

3 *Probatio dicitur irreleuans, & incompatibilis si tendit ad
euertendam opinionem, quam ab antiquissimo tempore sem-
per tenuit Rota.*

4 *Trebellianicam prohiberi posse etiam filijs primi gradus, sem-
per fuit constans, atque inuariabilis opinio Rotæ Romanæ,
& num. 8.*

5 *Remissoria non conceditur ad probandum consuetudinem,
quod filijs primi gradus non possit prohiberi Trebellianica,
& num. 2.*

6 *Immissio fideicommissario conceditur, docto de fideicommisso,
legitimatione personarum, identitate bonorum, & posses-
sione rei conuenti.*

7 *Trebellianica dicitur à testatore prohibita ex prohibitione*

cuiuscumque generis alienationum ad hoc vt bona omnia conseruentur inter vocatos.

9 *Consuetudo, quod Trebellianica prohiberi non possit filijs primi gradus à Rota excluditur, & improbabilis est ex tot, & tantis decisionibus contrarijs.*

Amplia, quia hoc etiam practicatur in Ciuitate Bononiæ ex decisionibus in causis Bononiensibus factis ibidem, & num. 4. & 8.

10 *Fructus secundum iuris dispositionem debentur à die motæ litis.*

DECISIO CCLXIV.

CVm per obitum Cosmi Bargellini purificatum fuisset ad fauorem Comitis Odoardi fideicommissum, vsque de anno 1551. ordinatum à Comite Antonio Galeatio de Bargellinis, fratres de Areostis hæredes dicti Cosmi in-
1 troduxerunt in Rota iudicium *l. diffamari* † super manutentione in possessione omnium bonorum prædicto fideicommisso subiectorum, verùm agnita post modùm eiusdem fideicommissi indubitata purificatione restituerunt eadem bona, detracta legitima, & dote Isottæ matris Testatoris, nec non retentis nonnullis alijs pro Trebellianica, sub conditione, tamen, quod si Rota definiret, Trebellianicam non deberi, tenerentur etiam illa restituere, vna cum fructibus Domino Comiti Odoardo, seu alijs ad fideicommissum vocatis, vt latiùs continetur in instrumento transactionis dato sub die 20. Martij 1676. Summario *numero primo*.

Cumque in prosequutione causæ Fratres de Areostis voluissent probare in Ciuitate Bononiæ vigere, seu viguisse consuetudinem, quod filijs primi gradus non possit, seu non
2 potuerit prohiberi detractio Trebellianicæ, † fuit ipsis coram Eminentissimo Otthobono, tunc nostri Ordinis sapientissimo Auditore, bis denegata remissoria, propter
3 † irreleuantiam, & incompatibilitatem articulorum,
4 tendentium ad euertendam opinionem, † quam ab antiquo semper tenuit Rota, vt per Cassad. *decis. 4. de testam. Crescen. decis. 2. eodem tit.* Seraph. *decis. 553. num. 8.* & in specie probauit in causa Bonon. *de Sancto Petro coram Cardinali Plateæ anno* 1587. & successiuè in alijs relatis in *decis. 36. & 45. per Eminentissimum Otthob.* & canonizatis in *rec. decis. 385. & 374. vtrobique numer. 8. par. 11. decis. 277. numer. 11. parte 13.*

Vndè causa nunc reassumpta per Comitem Iacobum Philippum, Astorgium, & Vincentium de Bargellinis in fideicommisso successores contra Comitem Carolum Philippum Mariam de Areostis bonorum possessorem, ac transigentium hæredem, placuit præuia confirmatione deci-
5 sionum Eminentissimi Otthoboni † super denegatione remissoriæ concedendam esse immissionem, & restituendos fructus; quantum enim pertinet ad primam partem dubij,
6 fideicommissum † est incontrouertibile, & fuit ab Authoribus Philippi Mariæ approbatum dicto Summario *numero primo, & secundo*, legitimatio personarum acturum liquet ex *numero tertio, & quarto*, identitas bonorum, & possessio rei conuenti ex *numero primo, & quinto*, Prohibitio Trebel-
7 lianicæ ex eo † ipso, quod Testator interdixit omne genus alienationis sub ea ratione, & pœna, quia voluit bona omnia integre peruenire ad substitutos iuxta tex. *in Auth. sed in C. ad l. falcid.* & in corpore vndè sumitur *§. si quando collat. 9.* Neuizan. *cons. 2. per tot.* Rot. *coram Coccin. decis. 253. num. 1. cum seqq. & coram Eminentissimo Otthob. decis. 28. num. 37. & decis. 3. num. 10. par. 6. decis. 330. num 25 par. 12.* cum alijs cumulatis in *Romana fideicommissi de Cribellis 16. Iunij 1671. §. fin. coram Reuerendissimo D. Decano.*

Quod autem Testator potuerit eandem Trebellianicam
8 prohibere etiam filijs primi gradus, † iam est abundè deci-
9 sum, & probatio contrariæ consuetudinis † hodiè magis excluditur per lapsum temporis, & successiuas decisiones, quæ illam reddunt omninò improbabilem.

Quo verò ad secundam partem dubij, illa procedit de plano, tam propter eorundem transigentium præcisam conuentionem sæpè dicto Summario *numer. 1.* quam propter ip-
10 sius met iuris dispositionem, † secundum quam fructus debentur à die motæ litis *l. sed & si lege §. si ante litem ff. de pet. hæred. l. Iulianus §. 1 ff de rei vindic.* Gregor. *decis. 74* *Eminentissimus Otthob. decis. 87. vtrobique num. 1.* cum alijs concordantibus.

Et ita, vtraque parte informante, resolutum fuit.

REVERENDISS. D. ALBERGATO
Sacræ Rotæ Decano.

Romana Pensionum.

Mercurij 22. Iunij 1678.

ARGVMENTVM.

De assignatione alimentorum tractatur, eaque præstita puellis, taxari visa sunt ad rationem, qua pro illis Monasterio soluerentur; Rursus agitur de pensionibus domorum, pro quibus exequutiuè procedendum esse deciditur ex Statuto Vrbis *lib. 1. cap.* 88. quod sicuti practicatur ab A.C. ita etiam practicari potest à Rota, cui facultates eiusdem A.C. communicatæ sint; Et demum de exceptione à creditore facta quatenus illius voluntatem declaret, super quibus bonis ipse satisfieri velit.

SVMMARIVM.

1 *Alimenta puellis ab aliquo præstitis regulantur à solito, quod soluitur pro eisdem puellis educatis in Monasterio, & num. 12.*

2 *Statutum Vrbis* lib. 1. cap. 88. *disponit in causis pensionum domorum agi posse exequutiuè, & summariè.*

3 *Clausula* summariè simpliciter, & sine strepitu, ac figura iudicij *viam exequutiuam importat.*

4 *Auditori Cameræ communicatæ sunt à summis Pontificibus omnes facultates cæteris quibuscumque Tribunalibus Vrbis competentes.*

5 *Rota procedit exequutiuè communicatis, sibi facultatibus A.C. in illis causis, in quibus idem A. C. exequutiuè procedere poterat.*

6 *Retensio creditori concedenda est.*

7 *Retensio, quæ creditori competeret, competit etiam illius hæredi.*

8 *Exceptio à creditore facta declarat suam voluntatem super quibus bonis ipse velit satisfactionem consequi.*

9 *Exceptio creditoris excludit voluntatem se satisfaciendi super alijs bonis sui debitoris.*

10 *Dictio* donec *limitatiua esse dicitur.*

11 *Fructus, seu domorum pensiones alicui assignatæ, donec ille de aliquo credito fuerit satisfactus, eo satisfacto ad assignantem, non autem ad assignatarium spectant.*

DECISIO CCLXV.

IVxtà modum mox exprimendum DD. confirmantes decisionem editam sub die 4. Maij 1675. iterum responderunt esse relaxandum mandatum ad instantiam hæredis Iacobi Ceuæ, contra bona hereditaria Honorati Gioi pro pensionibus decursis, & non solutis Palatij ad Cursum per istum inhabitati, detractis tamen alimentis præstitis ab ipso Honorato Sororibus Iacobi, præuio calculo iudicialiter faciendo, in quo demandarunt alimenta taxari, † & re- 1
gulari à solito, quod soluitur Monasterijs Puellas educandas retinentibus, vt in simili seruatum fuit *in Rauennaten. Bonorum 4. Maij 1673. §. Incipiendo, & 12. Iunij 1676. §. & quidem coram me.*

Obligationem namque Honorati pro supradictis pensionibus ad ratam annuorum scutorum 69. etiam in præsenti disputatione informantes pro Monasterio Sanctissimæ Visitationis mediato eius hærede agnoscebant, neutiquàm posse in controuersiam deduci, minusquè viam executiuam competentem ex Statuto Vrbis *lib. 1. cap. 88.* disponen-
te † in huiusmodi causis pensionum domorum procedi sum- 2
mariè simpliciter sine strepitu, & figura iudicij, † quas 3
clausulas importare viam executiuam in terminis firmatum fuit *decis. 335. num. 4 par. 10. rec.* cuius statuti vigore sicu-
ti A.C. potuisset procedere executiuè, † ex quo illi com- 4
municatæ sunt à summis Pontificibus omnes facultates cæteris quibuscumque tribunalibus competentes, vt notat Ridolphin *in praxi par. 1. cap. 1. num. 1. & 2.* & firmauit Rota *in Romana seù Panormitana pecuniaria 20. Iunij 1661. § 1. cor. bo. me. Leone Vorosp.* Ità pariter Rota attentis facultatibus
eiusdem A. C. sibi à Signatura Iustitiæ † communicatis 5

iuxtà

iuxtà *decis*. 292. *num*. 30. *par*. 12. *rec*. & aliàs in præterita decis.
allegatas §. *Quia obiectum*.

Detrahi tamen debent alimenta, quia Iacobus 9. Decem-
bris 1645. mediante instrumento obligatione Camerali val-
lato specificè assignauit huiuimodi pensiones suis sororibus
ad effectum exigendi, & erogandi pro earum alimentis,
ac etiam inuestiendi donec compleuerint integram quanti-
tatem dotis cuilibet ipsarum debitæ ex dispositione testa-
mentaria Pontij Senioris, adeout pensiones inde decursæ
liberè spectent ad sorores assignatarias pro concurrenti
quantitate alimentorum, quæ cum fuerint eis præstita ab
6 Honorato, † meritò huic competit retentio tanquam earun-
dem creditori Surd. *cons*. 4. *num*. 5. *& seq*. Cyriac. *contr*. 224. *nu*.
7 13. Bich *decis*. 260. *n*. 12. † consequenter Monasterio quoque
mediato istius hæredi Cels. *decis*. 240. *num*. 2. & firmauit Rota
in præcedenti decis. §. *præterea*.

Nullatenus subsistente, quod Honoratus in protestatio-
ne iudicialiter facta 18. Augusti 1651. declarauerit pro credi-
to alimentorum velle se retinere Domum in via Cartario-
rum; Tale quid enim protestatio data in Summar. Aloy-
sij *num*. 7. non concludit dum loquitur simpliciter pro diuer-
sis creditis, immò quod sub illis non fuerit comprehensum
creditum alimentorum conuincitur ex epistola Summar.
Monasterij *numer*. 3. ab Honorato præcedenter sub die 26.
Iunij eiusdem anni scripta marito Annæ vnius ex supradi-
ctis sororibus de Ceuis ibi, nella lite degl'alimenti &c.
quando io habbia la sentenza fauoreuole come spero non
eseguirò ne farò alcuni atti ne beni, che sono nell'heredi-
tà del detto Pontio Seniore &c huiusmodi quippè exceptio,
8 † vtique declarat animum Honorati velle se satisfacere de
alimentis super sc. 69. annuę pensionis Domus per ipsum in-
habitatæ Alex. *cons*. 217. *num*. 29. *vol*. 2. Rota *coram Greg. decis*.
509. *num*. 3. *& in recent. decis*. 95. *nu*. 6. *par*. 6. & excludit volun-
9 tatem se satisfaciendi de ijsdem alimentis † super alijs bonis
hæreditarijs Pontij Senioris, Surd. *cons*. 416. *nu*. 10. Rota *co-
ram Cels. dec*. 367. *num*. 18.

Quantitate autem alimentorum detracta, summa, quæ
remanet pensionum solui debet hæredi Iacobi Ceuæ, quia
licet ipse assignauerit suis sororibus pensiones, de quibus
agitur, etiam pro earum dotibus, nihilominus assignatio
pro dotibus fuit conditionalis, nempè ad effectum inuestien-
di, & restrictiuè ad tempus, quo dotes debitum reciperent
10 complementum, stante dictione *donec*, † quam esse limita-
tiuam notant Bartol. *in l*. 1. *num*. 15. *ff. de condit. & demonstr*.
Surd. *cons*. 439. *num* 9 *&* 10. Rota *coram Coccin. decis*. 2235. *nu*.
8. *& in rec. decis*. 162. *num*. 3. *par*. 2 *& decis*. 150. *num* 6. *par*. 16.
Quocirca cum in confesso sit apud Partes dotes, vel ex di-
ctis pensionibus, vel aliundè iam fuisse à Iacobo integrè so-
11 lutas, † nequit proindè dubitari quin purificata hodie con-
ditione, sub qua assignatio emanauit, pensiones, quæ re-
manent non amplius ad assignatarias, sed ad ipsum assi-
gnantem pertineant, vt optimè animaduertit decisio, quæ
reuidetur §. *quia talis assignatio*, *cum* §. *seq*.

12 Alimenta verò DD. existimarunt esse taxanda † ad ra-
tionem solitæ quantitatis, quam recipiunt Monasteria pro
puellis ibidem educandis, perindè ac si Honoratus illa sub-
ministrasset dictis Sororibus degentibus in Monasterio, quia
per assignationem pensionum Palatij ad Cursum Iacobus
voluit solum prouidere suis Sororibus, quæ molestaban-
tur super pensionibus aliarum domorum ipsis præcedenter
assignatis, vt scilicet loco illarum nouas has pensiones con-
sequerentur liberè, & absque vlla prorsus difficultate in exi-
gendo; imò protestatus fuit se minimè recedere, sed in-
hærere antecedenti alimentorum assignationi, quæ legitur
facta tempore quo Sorores puellæ educabantur in Monaste-
rio, & apertè restricta pro necessario victu, & vestitu, Sum-
mario Aloysij *num*. 3. propterea non in plus alimentorum se
obligauit, quàm antea esset obligatus, & sic perindè ac
eius Sorores adhuc degerent in Monasterio, prout de clau-
sula *non recedendo*, quod intelligatur quoad omnia conten-
ta in primo Instrumento, præterquam quaod expresse
commutata in secundo docet Mart. *de claus*. *par*. 1. *claus*.
78.

Circa denique simulationem assignationis præfatarum
pensionum repetitam ab informantibus pro Aloysio, DD.
transierunt cum responsionibus datis in antecedenti decis. à
§. *è contra*, vsque ad §. *præterea*. Et quoad Canones solutos
Ven. Hospitali S. Iacobi Incurabilium de Vrbe proprieta-
rio, necnon expensas factas pro reaptationibus eiusdem Do-
mus, quarum omnium detractionem Monasterium sibi cō-
petere declarari pariter conabatur, responderunt non esse

præsentis dubij restricti ad solam detractionem alimento-
rum, ideò huiusmodi declarationem, quatenus opus sit par-
ticulari disputationi faciendam reseruarunt. Vtraque Par-
te informante &c.

*Supra in alia præcedenti parte 18. tom. 2. adest altera præsen-
tis Causæ decisio, ibi in ordine 307.*

R. P. D. EMERIX.

Anconitana Fructuum.

Mercurij 22. Iunij 1678.

ARGVMENTVM.

Vtilis est decisio, quæ ignorantes hæredes bona fide adeuntes potest per sæpè iuuare, eo in casu, quo fuerit deindè compertum bona inuentariata defuncti non ad illum, sed ad ipsum hæredem spectare, cui ob id repudiatio est concessa, propter enormissimam læsionem, quam pateretur, si cum suis bonis, quæ credebat hæreditaria defuncti, illius debita soluere teneretur.

SVMMARIVM.

1 *Hæres non dicitur qui repudiauit hæreditatem, etiam post eam aditam, & quando vide nu. seqq.*
2 *Hæres potest repudiare hæreditatem si detegit bona inuentariata defuncti ad illum non spectasse.*
3 *Repudiatio hæreditatis validè fieri potest ab hærede, quamuis illam præcedenter admisisset, si ei restitutio in integrum competebat.*
4 *Restitutio in integrum aduersus inconsultè aditam hæreditatem ex capite enormissimæ læsionis conceditur.*
5 *Læsio etiam enormissima propter ignorantiam conceditur.*
6 *Hæres dicitur enormissimè læsus si ex suis proprijs bonis, quæ credebat esse hæreditaria defuncti, illius debita soluere teneretur.*
7 *Repudiatione hæreditatis valida existente, cessant fundamenta aditionis, præcedentes factæ, & actuum ex ea resultantium.*
8 *Possessio bonorum defuncti non inducit aditionem hæreditatis illius, quoties referri potest ad alium titulum, quam hæreditarium.*
9 *Aditio hæreditatis non resultat ex possessione bonorum defuncti, stante repudiatione, & declaratione hæredis, se alio titulo ea retinere velle.*
10 *Declarationi adeuntis, seu repudiantis hæreditatem standum est, & quando vid. sup. num. antecedentibus.*

DECISIO CCLXVI.

CVm fundamento, quod Guidobaldus Auctor Andreę
fuisset hæres Francisci, Rota sub die 3. Iulij 1676.
ipso non informante, censuit exequendum esse manda-
tum pro fructibus vnius census scutorum quingentorum in
sorte à dicto Francisco impositi de anno 1600. ad commo-
dum Camillæ, & aliud de nouo relaxandum pro alijs
fructibus decursis à die obitus d. Guidobaldi vsque ad prę-
sens, sed detecta ex facto hodie ab Andrea melius dilucida-
to insubsistentia huiusmodi fundamenti, Domini recesse-
runt à decisis.

Non subsistit enim, quod Guidobaldus fuerit hæres
Francisci Patrui, † quia constat de illius expressa repudia- 1
tione paulò post aditam hæreditatem ob superuentam sibi
scientiam quod bona inuentariata non aliter erant Franci-
sci, † qui tamen illa retinuerat iure pignoris ad effectum sci- 2
licet percipiendi annua scuta mille sua vita durante, sed
liberè, & proprio iure spectabant ad ipsum Guidobaldum
tamquam hæredem Ioannis Baptistæ Patris, ad cuius fa-
uorem Franciscus per viam transactionis, & donationis
initæ vsque ab anno 1603. ea omnia post suum obitum ces-
serat, reseruatis sibi tantummodo scutis mille annuis, &
facultate disponendi de summa † scutorum 10000. quę 3
repudiatio validè fieri potuit à Guidobaldo, etiam si il-
lam antecedenter adiuisset, † cum ipsi competeret re- 4
stitutio in integrum aduersus hæreditatem inconsultò

5 aditam ex capite enormissimæ læsionis, † resultantis ab
huiusmodi ignorantia, propter quam alias Guidobaldus
6 vel hæres Francisci coactus fuisset soluere illius † debita hæreditaria, ex bonis, quæ ad ipsum Guidobaldum liberè, & iure proprio spectabant, prout fauore Andreæ conuenti ex persona dicti Guidobaldi firmauit Rota *in Anconitana, seu Maceraten. Census prima Iulij 1676. coram R. P. D. Bourlemont.*

Data autem validitate repudiationis dictæ hæreditatis,
7 † cessant quoque fundamenta aditionis deductæ in decisione, quæ reuidetur §. *Neque subsistere*, ex possessione bonorum hæreditariorum Francisci continuata à Guidobaldo
8 vsque ad suum obitum, † omisso namque quod ex simplici possessione bonorum hæreditariorum neutiquam inducitur aditio, quoties possessio referri potest ad alium titulum, quàm hæreditarium, Mantic. *de coniect. vltim. volunt. lib. 12. tit. 12. sub num. 8 §. porrò in fin. vers. & hoc sanè intelligendum*, Rota *coram Caualer. decis. 452. nu. 1. & 2. & in recent. dec. 143. nu. 21. par. 15. & in Bononien. fideicommissi de Victorijs 16. Iunij 1673. §. secundo non subsistit, & 8. Iunij 1674. §. fin. coram me.* Ad-
9 huc Dominis visa fuit tolli quæcumque difficultas † ex prædicta repudiatione per Guidobaldum facta cum expressa declaratione se velle retinere bona Francisci non titulo eius hæreditario, sed ex causa dictæ transactionis, & do-
10 nationis, † cui declarationi adeuntis, vel repudiantis hæreditatem standum esse tradunt Crauett. *cons. 33. sub num. 11. vers. imo statur* Barry *de success. lib. 11. tit. 3. sub num. 1. vers. eadem ratione*, Mascard. *de probat. conclus. 45. numer. 32. vol. 1.* Adden. ad Buratt. *dec. 207. num. 18.*

Et ita vtraque parte informante resolutum fuit.

Decisio, quæ hic reuocata fuit habetur impressa in alia præcedenti parte 18. tom. 2. vbi est in ordine 722.

REVERENDISS. D. ALBERGATO
Sacræ Rotæ Decano.

Elnen. Commutationis Legatis.

Mercurij 22. Iunij 1678.

A R G V M E N T V M.

Solam materiam commutationis voluntatis defuncti continet hæc decisio, ad eum casum, quo illa nedum in aliud opus pium facta erat, sed etiam extrà Ciuitatem a moriente declaratam, quia illa impleri non poterat iuxtà modum à Testatore demandatum, ac etiam quia aderat iusta causa bellorum, quibus subiacebat Ciuitas legataria; in nihilo releuante altero defectu omissæ citationis Communitatis, & Clericorum eiusdem Ciuitatis, quia aderat consensus Exequutorum, ijdemque principale interesse non habebant.

S V M M A R I V M.

1 *Commutatio vltimarum voluntatum fit à Papa cum consensu interesse habentium, & qui tales esse dicantur. numer. 12. cum seqq.*

2 *Commutatio voluntatis defuncti fieri potest, si ex testibus, & peritis constat illam adimpleri non posse. & num. seq.*

3 *Architectis, & peritis in arte standum est.*

4 *Commutatio voluntatis defuncti fieri potest, si constat de impossibilitate illius adimplementi.*

5 *ad Commutandam voluntatem defuncti sufficit non solum impossibilitas physica, sed etiam moralis.*

6 *Commutatio voluntatis defuncti fieri debet in rem magis commodam, vtilem, & rationabilem. & num. seqq.*

7 *Commutatio voluntatis defuncti fit etiam in aliena Ciuitate, stante periculo ruinæ, bellorum Ciuitatis Legatariæ.*

8 *Commutatio voluntatis defuncti remittitur arbitrio Episcopi.*

9 *Episcopus habet notitiam indigentiæ suæ Diœcesis.*

10 *Commutatio voluntatis defuncti narrata Pontifici substinetur.*

11 *Papa habet omnem potestatem commutandi voluntates defunctorum.*

12 *in Commutatione voluntatis defuncti sufficit consensus Exequutorum.*

13 *Administratores fabricæ Ecclesiæ dicuntur superintendentes dumtaxat materialitatis eiusdem fabricæ.*

14 *Clericorum Vniuersitas non habet particulare interesse in commutatione voluntatis defuncti, & quando.*

15 *Interesse, vt quis habere dicatur, & ob id vocari debuisset requiritur, quod si fuisset vocatus, actum impedire potuisset.*

D E C I S I O CCLXVII.

DVplas 300. vna cum annuo reddito, scutorum 30. duarum domorum legauit Benedictus Fabricæ Cathedralis Elnen. ad effectum erogandi in absolutionem incepti Presbyteri, quo perfecto, annum redditum prædictum celebrationibus missarum perpetuis attribuit, sed animaduertens Capitulum dictæ Ecclesiæ, nunc residens in Collegiata Sancti Ioannis Oppidi Perpiniani, hoc legatum esse insufficiens & forsan opus, & impensum posse deperdi propter periculum demolitionis, imminens causa bellorum, ibi sæpè flagrantium, preces porrexit Summo Pontifici, à quo impetrauit commutari huiusmodi voluntatem defuncti in Erectionem Altaris in dicta Ecclesia Sancti Ioannis in honorem Sanctarum Eulaliæ, & Iulittæ Protettricum illius Diœcesis, accedente etiam consen-
su Interesse habentium; † vndè cum vniuersitas Clerico- 1
rum Ciuitatis appellasset à sententia lata pro exequutione literarum Apostolicarum super huiusmodi gratia expeditarum commissa fuit Causa R.P.D. meo Vbago, quia præuijs duabus decisionibus sub diebus 19. * Iunij 1676. & 21. Iunij 1677. subscripsit sententiam rotalem pro validitate commutationis, quæ hodie coram me in gradu appellationis iterum interpositæ, ad trutinam reuocata, confirmationis robur obtinuit.

Incontrouertibilis est illius validitas, & iustitia liquet ex eo, quod plenè probatum fuit coram Executore in literis Apostolicis deputato, summam relictam nullo modo satis esse ad complendum modum à defuncto piè demandatum, cum vix ad id tria, aut quatuor millia duplarum
sufficerent, † vt affirmant testes, & testantur † Architecti, 2
quibus tamquam in arte peritis standum esse monet text. *in* 3
l. inter artifices ff. de solut. propterea data impossibilitate adimplendi præcisam voluntatem defuncti, † rectè fuit legatum commutatum in alterum opus pium, cum ad effectum commutandi voluntatem non solum sufficiat impos-
sibilitas physica adimplendi id præcisè volitum † à de- 5
functo, verùm etiam moralis, vt tradunt Abbas *in cap. vos quidam de testam. Genuen. practicab. Ecclesiast. 214. sub nu. 1.* Barbos. *de potest. Episc. allegat 83. num. 3.* & alij in secunda decisione huius Causæ §. *adimplementum coram R. P. D. meo Vbago.*

Nec dicatur commutationem esse faciendam in alium vsum pium magis commodum in ipsa Ciuitate Elnen.
† quia licèt commutanda sit voluntas in aliam rem magis 6
vtilem, & rationabilem, Ricc. *collect. decis. par. 4. decis. 1170.* Grat. *discept. 458. num. 30.* & firmat prima *decisio §. posito au-*
tem. Tamen quia Ciuitas subiacet ruinæ, † rectè fuit id adim- 7
pletum per erectionem dicti Altaris demandati ab Episco-
po, † cuius arbitrio id à iure remittitur, cum ipsi † innote- 8
scant indigentiæ suæ Diœcesis, vt post Vgolin *de offic. & po-* 9
test. Episc. cap. 61. n. 1. § quare, tradit eadem prima decis. huius Causæ § *huiusmodi, & secunda §. obiectio vero*, & cum omnia
narrata fuerint Sanctissimo, qui gratiam concessit, † non 10
est vltra quærendum, cum Papa habeat amplissimam pote-
statem † derogandi, & commutandi has supremas volunta- 11
tes defunctorum, Clement. *quia contingit de relig. domibus*, plenè Moneta *de commutat. vltim volunt. cap. 1. num. 248.*

Omissa demum citatio administratorum fabricæ Ecclesiæ, & Vniuersitatis Clericorum non causauit nullitatem, quia vltrà quod accessit consensus executorum testamen-
tatiorum † quem sufficere probat vtraque decisio edita co- 12
ram R. P. D. meo Vbago, Administratores tamquam su-
perintendentes dumtaxat materialitati fabricæ † non 13
erant citandi, prout nec Vniuersitas † Clericorum, quia 14
ipsa non habet particulare interesse, ratione cuius citanda esset; Ad hoc enim vt quis dare possit de nullitate actus,
ex eo † quod non fuerit citatus in illo debet aliquid adduce- 15
re, vnde appareat, quod si fuisset citatus potuisset actum impedire,

pedire, Vant. *de nullit. tit. quib. modis sententia nulla defendi possit num. 18.* Surd. *cons. 181. nu. 28.* Vbert. *de citat cap. 14. n. 100. tom. 3.* & probant decisiones antecedentis instantiæ, cum quibus Domini quoque transierunt in hac resolutione, quæ capta fuit Capitulo tantum informante; Procuratore tamen alterius partis pluries intimato.

Altera, & prima decis. præsentis Causæ fuit apposita sup. præcedenti par. 18. tom. 2. vbi est in ordine 744. Alia verò fuit omissa, quia decis. bon. mem. Vbagi sunt sub prælo, & forsan impressæ.

R. P. D. EMERIX.

Maceraten. Fideicommissi.

Mercurij 22. Iunij 1678.

ARGVMENTVM.

Quia detractiones legitimæ, & trebellianicæ dicuntur certæ ratione loci, & quotæ, ideò sicuti illæ non impediunt immissionem fideicommissario pro indiuiso, ita & nec minus effectum possessionis tollunt, vt proindè manutentio vtrique sit concessa, fideicommissario, nempè & hæredi simul, vnicuique tamen ad normam suæ possessionis, illi pro fideicommisso, huic autem pro detractionibus sibi competentibus.

SVMMARIVM.

1 *Manutentio pluribus possessoribus vnicuique ad normam suæ possessionis conceditur.*

2 *Fideicommissarijs, & hæredibus grauatis simul manutentio conceditur, illis pro fideicommisso, huic autem pro suis detractionibus.*

3 *Detractiones legitimæ, & trebellianicæ, tamquam certæ ratione loci, & quotæ non impediunt fideicommissario immissionem, & respectiuè manutentionem pro indiuiso.*

4 *Cippi appellatione comprehenduntur etiam descendentes ex fœminis, vbi ex vocatione fœminarum non fuit habita ratio conseruandi agnationem.*

5 *Lineæ fœmininæ vocatio comprehendit nedum nepotes, sed etiam pronepotes, cæterosque descendentes ex fœminis.*

6 *Descendentes positi in conditione, attenta substitutione piæ causæ, digressu ad plures gradus substitutionum, alijsque etiam coniecturis censentur vocati.*

7 *Filii in conditione positi vt dicantur ex coniecturis vocati, si agitur de descendentibus testatoris, leuiores coniecturæ sufficiunt.*

8 *Fideicommissum solum conditionaliter reuocatum, non purificata conditione, remanet firmum, & in suo robore.*

9 *Fideicommissum factum in testamento in codicillis dicitur approbatum, si testamentum in eisdem codicillis confirmatum sit.*

DECISIO CCLXVIII.

DOmini ex eisdem rationibus, ex quibus sub die 16. Iunij anni præteriti censuerunt vtrique Parti dandam esse manutentionem pro indiuiso in possessione bonorum, de quibus agitur, hodie responderunt standum esse in decisis.

Cum enim vtraque pars possideat, Clara scilicet ex titulo hæreditario Ioannis Francisci hæredis grauati; fratres verò de Nigris in vim mandati de immittendo relaxati ab A. C. vigore fideicommissi purificati ad eorum fauorem,
1 manutentio pariter est concedenda vnicuique pro indiuiso ad normam suæ possessionis, nempè Claræ pro rata detractionum legitimæ, & Trebellianicæ, quas ex persona Ioannis Francisci eius Auctoris illi competere firmatum fuit in
2 alia decisione sub hodierna die coram me † emanata; Dictis autem fratribus in reliquis bonis fideicommissarijs, siquidem detractiones legitimæ, & trebellianicæ, tamquam
3 certæ ratione quotæ, & loci, † non impediunt immissionem pro indiuiso, nec respectiuè manutentionem fauore fideicommissariorum, Adden. ad Greg. *decis. 185. num. 4. & 206. num. 13.* Rota *coram Buratt. decis. 63. num. 10. ibique* Adden. *sub nu. 14.* & nouissimè *in Bononien. fideicommissi de Malueetijs 28. Martij præsentis anni § præsupposito coram R. P. D. meo Vbago.*

Cæterum existentiam fideicommissi, eiusque purificationem ad fauorem dd. Fratrum DD. iterum confirmarunt, iuxtà deducta *in decis. §. fideicommissum,* desumendo illorum vocationem tùm ex substitutione † Cippi, cuius appella- 4
tione comprehenduntur etiam descendentes ex fœminis, quando prout in præsenti ob vocationem fœminarum nulla fuit habita ratio conseruandæ agnationis, Rot. *decis. 518. num. 6. & 9. cum seqq. par. 4. tom. 1. & coram Arguell. dec. 65. num. 51.* cum alijs allegatis in decisione, quæ reuidetur; tùm etiam ex substitutione lineæ † fœmininæ, cuius appella- 5
tione veniunt nedum nepotes, quin etiam pronepotes, cæterosque descendentes ex fœminis, Ancharan. *cons. 95. nu. 7.* Rota *coram Dunoz. Iun. decis. 984. num 4. & seqq. & in rec. decis. 424. sub num. 1. par. 1. decis. 97. par. 7. decis. 356. numer. 12. par. 14.*

Et licèt dd. fratres descendentes ex linea fœminina dicantur solum positi in conditione, non autem expressè vocati,
† tamen attenta substitutione piæ causæ in defectum lineæ 6
masculinæ, & fœmininæ, necnon digressus ad plures gradus substitutionum, alijsque coniecturis ponderatis *in decis. 24. Ianuar. 1674. & 20. Aprilis 1676. coram R. P. D. Calatain, & in alia §. In præsenti autem coram me.* Iterum DD. visum fuit, neutiquam dubitari posse de vocatione eorundem, maximè quia cum sint descendentes ipsius Testatoris, † pro 7
earum vocatione sufficiunt leuiores, & minus vrgentes coniecturæ, Rota *coram Merlino decis. 447. num. 2. coram Bich. decis. 424. num. 12. & in Bononien. fideicommissi de Gozzadinis 27. Aprilis 1674. & 26. April. 1675. coram R. P. D. meo Calatain,* confirmata 8. *Iunij 1676. coram Reuer. P. D. meo Rondinino.*

Non obsistat repetitum obiectum prætensæ reuocationis dicti fideicommissi factæ per subsequentem dispositionem codicillarem, in quo scribentes pro clarà fortius hodie insistebant, quia reuocatio fideicommissi fuit facta in codicillis conditionaliter, quatenus filij Testatoris sine filijs decessissent, & proindè, † cum in casum non purificatæ, con- 8
ditionis, qui euenit per obitum vnius ex filiabus Testatoris cum filia, non fuerit reformata disposit in testamentaria, fideicommissum remansit in suo robore, Natt. *consil. 483. num. 4.* Attenta præsertim approbatione testamenti facta à Codicillante in singulis illius partibus, excepto † dicto ca- 9
su, quæ operatur, vt in Codicillis censeantur repetita reliqua in testamento disposits, vt aduertit idem Natt. *cons. 483. num. 13.* Fusar. *de substit. quæst. 451. num. 5. cum seq.* Rota *decis. 51. num. 2. par. 6. decis. 347. num 9. par. 14. rec.* & fuit plenè responsum *in decis. 24. Ianuarij 1674. coram Calatain,* & in alia præcedenti coram me, cum quibus iterum DD. transierunt.

Et ita, vtraque parte informante, resolutum fuit.

Altera præsentis causæ decisio est impressa supra in hac eadem parte 96. in ordine.

R. P. D. RONDININO.

Lucana emphyteusis.

Lunæ 27. Iunij 1678.

ARGVMENTVM.

Tam ex capite alienationis, quàm ex capite non solutionis canonum dicebatur incursa caducitas, quæ tamen à Rota admissa non est, quia alienationem non importabat sola facultas francandi bona Ecclesiæ, cum subrogatione aliorum maioris redditus, & augumento canonis. Rursus quia altera alienatio adducta, facta erat cum consensu domini directi, ac etiam canones fuerant recepti, & si qui adhuc soluendi remansissent, eosemphyteuta erat soluere paratus, propter quod ille semper ad moræ purgationem admittitur.

SVM-

S V M M A R I V M.

1 *Actor plenè, & concludenter fundamentum suæ intentionis probare tenetur.*
2 *Deuolutionem allegans concludentissimis probationibus illam verificare debet.*
3 *Deuolutio non incurritur facultate francandi concessa de bonis Ecclesiæ, cum subrogatione aliorum maioris valoris, & augumento canonis.*
4 *Bonorum Ecclesiæ affrancatio cum subrogatione aliorum maioris redditus, & augumento canonis dicitur à iure permissa.*
5 *Caducitas non resultat ex alienatione bonorum emphyteuticorum, cui accessit consensus domini directi.*
6 *Dominus directus, recipiendo canones, excluditur à iure petendi caducitatem.*
7 *Alienationis, & caducitatis scientia præsumitur ex receptione canonum, facta per longissimum tempus 30. & amplius annorum.*
8 *Canones recepti ab eo, in quem facta fuit alienatio, necessariam scientiam alienationis, & caducitatis important.*
9 *Caducitatis, & deuolutionis ad effectum non attenditur, quod emphyteuta remaneat debitor canonum, quos ille soluere est paratus.*
10 *Moræ purgatio ad excludendam caducitatem semper admittitur, & hæc est opinio Rotæ ex canonica æquitate desumpta.*

D E C I S I O CCLXIX.

OB permutationem quorundam bonorum Abbatiæ Sancti Saluatoris Cantignani irrequisito Domino factam, & ob non solutos canones per biennium, & vltra, Reuerendissimus Bonuisius Nuntius Pontificius ad Cæsarem prædictæ Abbatiæ Titularis obtinuit ab Ordinario sententiam aduersus Georgios emphyteutas super dimissione bonorum emphyteuticorum, nisi infra sex menses dedissent Abbatiæ permutationem Terrarum iuxtà præsentem æstimationem, & soluissent canonem; Cum verò A. C. Panciaticus sententiam hanc infirmauerit, causaque ad Rotam deuoluta fuerit, primo dubitatum fuit: An causa esset deserta, vel potiùs proroganda essent fatalia, causamque desertam non fuisse, sed fatalia proroganda esse decisum fuit * 24. Nouembris 1677. coram me; Nunc verò prosequendo disputationem principalem, dedi dubium: An constaret de deuolutione, itaut sit danda associatio, vel potius reintegratio, quod negatiuè resolutum fuit.

Ratio est, quia deuolutio non benè desumitur neque ex instrumento anni 1529. neque ex instrumentis annorum 1620. & 1652. cum tamen qui se in deuolutione fundat illam
1 plenè, & concludenter probare † debet iuxta regulam
Textus *in l. 2. ff. de probat. & in l. actor C. illo eodem titulo*, in his terminis deducta *in Racanaten. bonorum 6. Martij 1675. coram R. P. D. meo Emerix*, & passim in alijs.

Non potest desumi deuolutio ex instrumento anni 1529.
2 † quia in eo nulla sit alienatio bonorum Ecclesiæ, † sed
3 datur simplex facultas affrancandi bona semper, & quandocumque, cum subrogatione tamen aliorum maioris redditus, & cum augmento canonis, quod videtur licitum, vt in simili respondit Rota *in recentior. part. 2. decisione 684. numer. 7.*

Nec etiam deuolutio desumitur ex instrumentis annorum 1620. & 1652. quia alienationes in eisdem instrumentis factæ fuerunt cum explicita narratiua, quod bona erant emphyteutica, & cum expressa obligatione soluendi canones, & cum eadem facultate francandi mediante subroga-
4 tione bonorum in primo instrumento † conuenta, quibus omnibus accessit etiam consensus Abbatis, atque vlterius fuerunt per longissimum tempus recepti canones,
5 † quod sufficit ad reparandam caducitatem, † quamuis
6 non probetur ipsius caducitatis scientia expressa, quia satis
7 præsumitur † quando lapsum est longum tempus à die alienationis, vt in hoc casu, quo lapsi sunt 34. anni, & quod
8 magis est, recepti fuerunt † canones, quos soluit ille, in quem facta fuerat alienatio, Addentes ad Buratt. *decis. 617. nu. 8.* Rota *post Torres de pactis futuræ successionis dec. 81. n. 36. 51. & seqq.*

Prætensio verò, quod factis calculis emphyteutæ rema-
9 neant debitores canonum in aliquot annis, † non suffragatur ad effectum, de quo agitur, cum emphyteutæ se offerant promptos soluere residuum, in quo apparebit illos remanere debitores; Rota autem ex æquitate canonica
† semper admittit moræ purgationem ex deductis per Ful- 10
gin. *de emphyteusi titulo de solation. canon. quæstione 6. num. 22.* Gratian. *discept. 378. numero vndecimo, & disceptat. 919. ex numero tertio*, Rota *coram Dunozetto Iuniore decis. 799. num. 24. & coram Bichio decis. 485. num. 30.*

Et ita, vtraque Parte informante, resolutum fuit.

Supra in hac eadem parte decimanona adest altera, quæ in hac Causa emanauit decisio, ibi in ordine 131.

REVERENDISS. D. ALBERGATO

Sacræ Rotæ DECANO.

Rauennaten. Saluiani.

Lunæ 27. Iunij 1678.

A R G V M E N T V M.

De probatione Catastri tractatur, etiam contra tertium, quia illud ex pluribus adminiculatum erat, ac proindè non solum antiquam possessionem debitoris probare deciditur; verum etiam identitatem bonorum ex eo resultare declaratur, quia eadem possessio ita fuerat de vno in alium successiuè translata, donec ad vltimum possessorem deuenerit.

S V M M A R I V M.

1 *Catastrum, iunctis pluribus adminiculis plenè probat etiam contra tertium.*
2 *Catastrum probat possessionem etiam de tempore subsequenti.*
3 *Possessio semel probata præsumitur continuata vsque ad mortem, nisi de illius interruptione doceatur.*
4 *Catastrum non conficitur quolibet anno, sed durat per longum tempus.*
5 *Bona semel descripta in Catastro sub partita alicuius, numquam mutantur, nisi per obitum, vel venditionem, vel donec fuerint in alterius partitam translata.*
6 *Possessio antiqua debitoris probatur ex fide Catastri, ex quo deducitur illam de sui persona successiue deuenisse in alias, & num. 10.*
7 *Testes, & instrumenta si pro solis coniecturis adducantur, & pro comprobatione Catastri, non requiritur, quod sint omni exceptione maioris, & documenta vndequaque perfecta.*
8 *Probationes leuiores in antiquis sufficiunt, & maximè vltra sæculum.*
9 *Identitas bonorum probatur ex confrontatione confinium.*
10 *Identitas bonorum probatur ex partitis Catastri, ex quibus resultat illa deuenisse de vno in alium, donec ad vltimum possessorem sint translata, & num. 6.*
11 *Decisiones facillimè confirmantur, si contra eas nihil noui deducitur.*

D E C I S I O CCLXX.

IN conflictu duarum præcedentium decisionum coram me editarum sub diebus 7. Aprilis 1676. * & 19. Ianuarij proximè præteriti præualuerunt hodie fundamenta, & rationes, quibus innititur vltima concedens immissionem Pompilijs ideoque in illa standum esse Domini responderunt, quia satis ex ibi deductis constat de possessione prædij controuersi apud Scapuccinum debitorem, quod solum negatur ab Informantibus pro Marchione, & fratribus de Spadis, illa enim probatur ex publico, & antiquo Catastro,
† quod iunctis pluribus, & vrgentibus adminiculis ibidem 1
recensitis plenè probat etiam contra tertium, & firmauit Ruin. *consil. 40. num. 8. lib. 4.* Coccin. *decis. 2090. num. 5.* & alij plures adducti *in §. 1. decisionis confirmatæ*.

Nihil subsistit, quod Catastrum, vti factum de anno
1569. † probare non possit possessionem de anno 1580. quo 2
contracta fuit obligatio, de qua agitur, † quia possessio 3

se-

semel probata, præsumitur continuata vsque ad mortem, nisi de interruptione doceatur, Glos. & Doct. *in l. siue possidetis C. de probat.* Natt. *cons.* 400. *nu.* 6. Peregrin. *de fideicommiss. art.* 44. *num.* 16. Rot. *decis.* 294. *num.* 5. *par.* 2. *rec. coram Merlin decis.* 294. *nu.* 1. *& in Romana fideicommiss. Ioannis Podiani de Ferratinis* 4. *Decembris* 1673 *§. Identitas cor. Illustriss. Magno Cancel. Mediolanen. & in Romana fideicommissi Io: Petri de Caffarellis* 27. *Aprilis proximè præteriti §. Ista autem coram me.*

Et hæc præsumptio in casu nostro redditur indubitabilis,
4 quia Catastrum non conficitur quolibet anno, † sed durat
per longum tempus, adeout eadem bona, quæ semel descri-
5 pta fuerunt in partita alicuius, nunquam † exindè mutantur, nisi per obitum, vel venditionem per possessores facta fuerint in alterius partitam, & nomen translata, & descripta, & tamen non solum in casu nostro non iustificatur de anno contractæ hypothecæ fuisse idem Prædium inter alterius bona in Catastro descriptum, quin immo apparet, quod eademmet die promissæ indemnitatis ipse Franciscus super Tornaturis 30. cum enunciatiua cohærentiæ aliorum bonorum imposuit censum, & pro alijs Tornaturis emphyteuticis soluit Canones vsque ad annum 1595. Summ. actorum *nu.* 10. *&* 11. & post mortem eiusdem Francisci debitoris deuenisse ad filium, cum enunciatiua, quod erat idem prius adnotatum in Catastro sub nomine Francisci Patris, & quod successiuè à nepotibus venditum fuit Guazzimano,
6 & ab isto Paulo Spadæ, † ex quo valdè corroboratur prædicta iuridica præsumptio, & eiusdem Prædij possessio apud Franciscum debitorem probatur ex adductis in eadem vltim. *decisione §. possessio verò.*

Minimè obstant ea, quæ obijciuntur contra testes, & in-
7 strumentum census anni 1580. quia cum † ista deducta non fuerint pro concludentibus probationibus, sed pro adminiculando Catastro, necessarium non est, quod sint documenta vndequaque perfecta, sed sufficit, quod simul iuncta cum alijs coniecturis in eadem præterita decisione recensitis corroborent fidem Catastri, præsertim cum agatur de
8 probando factum antiquum ferè vltrà sæculum, † in quo etiam probationes minus concludentes admitti solent, vt ad propositum firmat Soccin. Sen. *cons.* 80. *num.* 2. *lib.* 2. Rot. *decis.* 360 *numer.* 10. *par.* 15. *recen. & coram Seraph. decis.* 462. *numero secundo & coram Dunoz. Iun. decis.* 358. *num.* 26. *& in dicta Romana fideicommissi de Caffarellis §. demorum coram me.*

9 Identitas † verò satis probata remanet ex confrontatione Confinium facta in vltima *decisione §. concordant, & seqq.* vbi latè responsum fuit omnibus contrarietatibus, & diuer-
sitatibus hodiè repetitis ab Informantibus pro fratribus de
10 Spadis, & conuincitur ex partitis eiusdem Catastri, † ex quibus patet, quod hoc prædium post obitum Francisci debitoris descriptum fuit in partita Siluij filij, cum enunciatiua, quod erat idem anteà adnotatum inter bona Francisci, & cum simili assertione translatum, subindè apparet ex partita Siluij in illam Guazzimanni, & successiuè in Paulum Spadam auctores reorum, quod ad probandam identitatem sufficit Genn. *de script. priuat. lib.* 5. *tit. de lib. æstimi qu.* 1. *num.* 27. *& seq.* Rota *coram Cels. decis.* 295. *nu.* 2. alijque adducti in eadem vltima *decis. §. possessio verò.*

Retentia verò quam prætendunt fratres de Spadis pro Societate officij scut. 2000. à Paulo eorum auctore excomputata in emptione huius prædij, eis non competit ex rationi-
11 bus relatis in præterita *decis. §. penultimo, & finali,* † contra quas cum nihil hodie deducatur superuacaneum est iam dicta repetere, & propterea Domini in vltimo loco decisis permanserunt, vtraque parte audita.

Decisio 19. *Ianuarij istius præsentis anni in hac eadem causa emanata, est impressa supra in hac parte* 151. *in ordine.*

R. P. D. EMERIX.

Sipontina prætensi Spolij.

Lunæ 27. Iunij 1678.

ARGVMENTVM.

Ad reintegrandum debitorem, Capitulum creditor condemnatum erat, sed quia condemnatio visa est nulla, & iniusta, illi restitutio in integrum fuit concessa: Hæc vtraque apparere visa est, quia sine transportatione actorum iudex appellationis processerat, eo in casu, quo de credito satis euidenter constabat ex agnitione debitoris, & vlterius, quia illud comprobatum erat ex testibus eiusdem Capituli, qui vbi prout hic non agitur de interesse singulorum, pro eo benè probant.

SVMMARIVM.

1 *Nullitas sententiæ resultat, si acta primæ instantiæ transportata non sint.*
2 *Iudex appellationis, sine vlla transportatione actorum nulliter procedit.*
3 *Creditor si exequutione, & deliberatione legitimè factis, adhuc debitorem reintegrare fuit coactus, & iniustè dicitur condemnatus.*
4 *Restitutio in integrum semper conceditur ad reparandam læsionem.*
5 *Acta transportare debens non sufficit, quod fecerit diligentias contra partem, quæ vlterius illa habere denegauerit.*
6 *Notarius, & actuarius conseruare debet acta, eaque tradere partibus transportanda tenetur.*
7 *Diligentiæ super transportatione actorum fieri debent contra Notarium, non autem contra partem, & supra num. 5.*
8 *Debitor, qui suam obligationem agnouit, non potest amplius opponere, illam non fuisse legitimè probatam.*
9 *Testes de Capitulo probant pro eodem Capitulo, si de illius solum, non autem singulorum Canonicorum, & Capitularium interesse tractetur.*

DECISIO CCLXXI.

CVm Capitulum Terræ Cirignolæ creditor Vincentij Mariæ in decem curribus frumenti, & hordei ex causa locationis cuiusdam Ruris, seù Agri, obtinuisset à Vicario Apostolico mandatum executiuum contra Cæsarem Thophanum, qui nomine dicti Vincentij eidem Ruri præerat, & soluere se obligauerat pro amotione sequestri, per Regiam Curiam Ciuitatis Foggiæ appositi super recollectis in dicto Rure, vt in Summario dato sub die vigesima septima Aprilis proximè præteriti *numero primo, secundo, tertio, & sequentibus,* illudque exequi fecisset super quodam grege ducentum viginti porcorum successiuè deliberato ad extinctionem candelæ pro ducatis trecentis viginti quatuor, & postmodum in gradu appellationis Reuerendus Pater Dominus Scariocius condemnasset idem Capitulum ad reintegrationem gregis, & in illius locum ad solutionem ducatorum octocentum sexaginta, vt in dicto Summario *numero* 15. fuit mihi, ob non interpositam in tempore appellationem, commissa per Signaturam Iustitiæ causa restitutionis in integrum, ad cuius formam dato dubio: An constet de re iudicata, vel potiùs de causis restitutionis in integrum hodiè de illis constare Domini responderunt, tàm ex capite nullitatis, quàm iniustæ sententiæ.

Nullitas visa fuit resultare ex eo, † quòd acta primæ in- 1
stantiæ non fuerunt transportata coram Reuerendo Patre
Domino Scariocio, & absque illis † iudex appellationis 2
semper procedit nullitèr Rota *decis.* 35. *num.* 20. *& sequentibus par.* 10. *recent.* cum ibi cumulatis.

Iniustitia verò, quia licet dictus grex ducentum viginti porcorum legitimè executatus, & deliberatus fuisset pro trecentis viginti quatuor ducatis ad effectum extinguendi
debitum per Cæsarem, vt supra contractum, † hoc tamen 3
non obstante Capitulum condemnatum fuit ad solutionem octocentum sexaginta ducatorum in locum illius reintegra-
tionis, ac si Cæsarem violenter expoliasset dicto grege, † pro 4
qua læsione reparanda, restitutio omninò concedenda venit Rota *coram Seraph. decis.* 245. *num.* 2. *& in recent. par.* 10. *decis.* 46. *num.* 4. *&* 5. *& parte* 8. *decis.* 241. *num.* 1. *&* 8. & alias sæpissimè.

Neque euitari potest nullitas sub prætextu, quòd non steterit per Cæsarem quominùs transportauerit acta primæ instantiæ, sed per Procuratorem Capituli, qui dixit talia acta
non habere, † & ex hoc remanserit legitimè excusatus à 5
tali obligatione iuxta *decisionem* 335. Butatt. *& ibi* Adden.
cum similibus, † quia hæc doctrina posset applicari, si Cæ- 6
sar

ſar ſuas feciſſet legitimas inſtantias Notario Actuario, cau-
7 ſæ, † qui acta habere, & tradere debebat, prout factum fuit in caſu dictæ deciſionis Buratti, ſecùs autem in præſenti, vbi de tali diligentia non docetur.

Minùs iniuſtitia ex eo, quòd non ſit ſtandum teſtibus pro parte Capituli inductis, tanquam de gremio Capituli, & in cauſa illius Intereſſe tangente deponentibus, quia præ-
8 ter quod Ceſat obligationem ſuam aliàs agnouit, † dum ſe obtulit promptum ſatisfacere, dummodò ſibi traderetur mandatum relaxatum contra Vincentium, in cuius ſubſidium ſe tantùm obligatum eſſe dicebat, vt in præterito Summario *num.* 7 reſponſum enim fuit hic agi de intereſſe
9 Capituli, † & non de intereſſe Canonicorum, ſiue Capitularium, vti ſingulorum, quo in caſu teſtes de Capitulo benè faciunt fidem, iuxta millies approbatam diſtinctionem ſanctæ memoriæ Gregor. *deciſ.* 340. & *ibi* Adden. *numero* 14.

Et ita vtraque Parte informante, reſolutum fuit.

R. P. D. EMERIX.

Neapolitana Fabricæ.

Lunæ 27. Iunij 1678.

ARGVMENTVM.

Noua cauſa Tramontanæ iterum ventilatur in Rota, ſuper eleuatione fabricæ, quæ aſpectum ſolis vicino impedire dicebatur, ingreſſum ventorum, & proſpectum monitum, quæ omnia in præſenti deciſione ſunt reiecta, non ex eo ſolum, quod illa minus concludenter probari viſa ſint, verum etiam, quia quatenus verificata, non releuant, cum non impediatur vicinus ſuum ædificium altius tollere, etiam ſi luminibus vicini officiatur.

SVMMARIVM.

1 *Ædificare in ſuo ſolo, & ædificium altiùs tollere vnicuique licet, etiam ſi ex inde damnum aliquod vicino inferatur.*
2 *Ædificare ad æmulationem nemo preſumitur.*
3 *Æmulatio non præſumitur in Religioſis fabricantibus, præſertim pro ſeruitio, & augumento cultus diuini.*
4 *Monaſterium non prohibetur fabricare iuxta aliud monaſterium, ſi inter vtrumque adſit ſpatium à iure, vel à Conſtitutione locali requiſitum.*
5 *Ædificium altius tollere, an poſſit prohibere vicinus, ob impedimentum ſolis, quod ſibi reſultat, & numero ſeq.*
6 *Ædificare in ſuo ſolo vnicuique licet etiamſi luminibus vicini præiudicetur, vel officiatur.*
7 *Ædificium eleuare, an prohibeatur vicinus ob impedimentum ingreſſus ventorum vicino reſultans.*
8 *Ventorum ingreſſus ſufficit, vel à lateribus, vel per reunionem, vel per deſcenſum, ne ob illius deficientiam impediri poſſit eleuatio vicini ædificij.*
9 *Æris ſalubritatem non tollit denegatus ingreſſus aliquorum ventorum, cum ille non excludat introire alios æquè ſalubres.*
10 *Ædificiorum eleuationi non obſtat proſpectus maris.*
11 *Proſpectus montium non impedit, quod vicinus ſuum ædificium altius extollere poſſit.*
12 *Mulieris ſtaturam excedit altitudo palmorum octo.*
13 *Proſpectus non eſt à iure prohibitus inter moniales, quia ceſſat in illo inhoneſtas, & ſcandalum.*
14 *Seruitus non ædificandi ſicuti non inducitur per quodcumque tempus etiam longiſſimum, ita nec acquiritur ius prohibendi, quin ædificetur.*
15 *Seruitutis in materia non ſimplices coniecturæ, ſed concludentiſſimæ probationes requiruntur.*
16 *Prohibitione circum ſepta monaſterij, aliud monaſterium, vel pius locus ædificatur, non comprehendit augumentationem monaſterij precedenter ædificati.*

DECISIO CCLXXII.

Rota cenſuit licere Monialibus D. Ioſe... ...i Neapolis perficere Fabricam Eccleſiæ ... ...ori Cuppolæ, & Dormitorij iuxta altitudinem ... modum ab Eminentiſſimo ordinario. & ... Auditore Cameræ reſpectiuè præſcriptum, quia habent pro ſe Regulam, quod liceat vnicuiquè in ſuo ædificare, & ædificia altius eleuare † etiam ſi in huiuſmodi ele- 1
uatione vicino damnum aliquod, & præiudicium inferatur vulgata *l. ſi in ædib. Cod. de ſeruit.* & *aqua* Gail. *obſeru.* 69. *nu.* 1. *lib.* 2. Cepol. *de ſeruit. cap.* 62. *per totum*, dummodo id non faciat ad æmulationem prout † in dubio non præſumitur, 2
maximè in Monialibus † fabricantibus pro ſeruitio, & au- 3
gumento cultus diuini Menoch *de arbitr. lib.* 2. *Centur.* 2. *caſ.* 136. *num.* 9. Caill. *vbi ſupra num.* 3. cum alijs adductis *in Bononien. feneſtrarum* 13. *Aprilis* 1663. *coram bon. mem. Auunculo meo.*

Vnde cum inter Fabricam eleuandam, & Monaſterium Monialium Donnæ Reginæ Aduerſariarum intercedat non ſolum debita, ſed maior diſtantia requiſita à Pragmatica ſanctione Ciuitatis Neapolis, vt conſtat ex planta, & relatione Periti Summario *num.* 3. † vtique nullo iure prohi- 4
beri poteſt vlterior illius proſecutio, vt in terminis ſimilis Fabricæ latè firmat *deciſ.* 375. *per tot. coram bo. me. Cardinali Celſo.*

Non refert igitur prætenſa priuatio ſolis certis † anni 5
temporibus cauſanda in Monaſterio Aduerſario, quia illa viſa fuit leuis conſiderationis, attento, quod per eleuationem nouæ Fabricæ in modico augeatur vmbra, niſi circa horas occaſus ſolis, vt in dicta relatione Periti Summario *num.* 3. *littera B.* quæ priuatio etiam non attenditur de iure, quod vnicuique permittit in ſuo edificare, etiam ſi † lu- 6
minibus vicini præiudicetur, vel officiatur Honded. *conſ.* 80. *num.* 16. & 31. & *conſ.* 81. *num.* 35. *lib.* 1. Celſ. *d. deciſ.* 375. *num.* 2. & Duran. *deciſ.* 430. *num* 1.

Prout, nec ſubſiſtit impedimentum ingreſſus ventorum ſalubrium, † præcipuè occidentalium, quia illud non 7
plenè probatur, imo ex dicta relatione Periti Summario *num.* 3. *littera C.* conſtat eoſdem ventos occidentales non impediri per nouam Fabricam, niſi directè in centrum palmis, in reliquis verò 220. habere apertum aditum, † li- 8
cet ſufficeret dictorum ventorum ingreſſus, vel à lateribus, vel per reunionem, vel per deſcenſum, vt firmauit Rot. *coram Buratto deciſ.* 691. *num.* 8. Et tamen data omnimoda excluſione dictorum ventorum, † adhuc ad aeris inſalu- 9
britatem neceſſariò non poſſet inferri, cum ingreſſus aliorum æquè ſalubrium non excludatur, vt proſequitur eadem *deciſ. num.* 9. & 10.

Minus releuat impedimentum proſpectus montis Sancti Martini, cum is aliundè Monialibus Aduerſarijs pateat, & licet aliundè non pateret, adhuc non releuaret, † quia 10
ſi impedimentum proſpectus maris non obſtat, vt in dicta *deciſ. Celſi* 375. *num.* 5. & *ſeqq.* à fortiori † non debet obſta- 11
re impedimentum proſpectus montis.

Fruſtrà etiam adducitur proſpectus in Monaſterium Aduerſarium, cum per ſententiam A. C. Caprara feneſtra Chori conſtrui debeat ad lumen, non ad proſpectum; proſpectus verò à Laſtrico omnino tollitur per altitudinem parietis palm. 8. † quæ altitudo ſtaturam mulieris excedit, 12
aliæ autem feneſtræ Dormitorij ſunt in ſitu inferiori muro clauſuræ Monialium Aduerſariarum, cum dictum Dormitorium non debeat extolli vltra palmum vnum, & quarta parte alterius palmi ſupradictum murum clauſuræ, vltra, quod prædictus proſpectus † non eſt prohibitus inter Mo- 13
niales, dum inter eas ceſſat inhoneſtas, & ſcandalum, vt agnouit Rota *in Romana Tramontanæ* 7. *Iunij* 1623. *coram Pirouano* impreſſa apud Fenzon. *ad Stat. Vrbis lib.* 1. *cap.* 104. *num.* 5. & *ſeq.*

Neque poteſt dici inducta ſeruitus altius non tollendi ex eo, quod huc vſque Moniales Monaſterij Sancti Ioſephi non ædificauerint vltrà murum clauſuræ Monialium Aduerſariorum, quia, nec per longiſſimum, quodque tempus inducitur dicta † ſeruitus, & ſic neque acquiritur di- 14
cta facultas prohibendi, quin ædificetur Spereli. *deciſ.* 53. *num.* 15. & *ſeq.* cum in hac materia non ſimplices coniecturæ, † ſed probationes concludentiſſimæ requirantur, vt 15
reſpondit Rota *deciſ.* 587. *nu.* 7. *deciſ.* 596. *nu.* 10. & *deciſ.* 611. *nu.* 2. *par.* 15. *recent.*

Deniquè, nec releuat Breue ſa. me. Vrbani Octaui à Monialibus Monaſterij Donnæ Reginæ obtentum, nec circum-

circa eorum Monasterium Conseruatorium, aut Pius locus
construeretur, nisi seruata in omnibus forma Concilij Tri-
16 dentini, & Constitutionis Clementis Octaui &c. † quia
non habet locum in Monasterijs alijsque locis pijs de illo
tempore erectis, etiam augmentandis, vt in puncto aug-
mentationis dicit Barbosa *de iure Eccles. vniuers. lib. 2. cap. 22. num. 78.* Rodriguez *quaest. regul. tom. 2. qu. 30. artic. 9. post med.* Tamb. *de iure Abbat. tom. 3. disput. 5. qu. 1. nu 9.* Lezan. *oper. moral. tom 2. verbo Monasteria num. 34.* Cesped. *de empt. regul. cap. 1. dub. 10. num. 3.*

Et ita vtraque Parte informante, resolutum fuit.

Decisio, quae hic immediate subsequitur, ipsa etiam in eadem causa facta est.

R. P. D. EMERIX.

Neapolitana Fabricae.

Lunae 27. Iunij 1678.

ARGVMENTVM.

Prosequutio Fabricae attentata dicta erat, sed contrarium fuit decisum, quia inhibitio respiciebat certum, & particularem modum fabricandi, vbi verò fides extraiudicialis, etiam lite pendente extorta, loquebatur de alio modo ab ipsa inhibitione diuerso; quod eo magis procedere dictum est, quia agebatur de attentatis, quae sapiunt delictum, & ideo erant omnino, & plenè, ac concludenter probanda.

SVMMARIVM.

1 *Attentata facilius euitantur, si super negotio principali resolutum sit fauore illius, quem praetenditur attentasse.*
2 *Attentata non censentur commissa, nisi iudicis concurrat contemptus.*
3 *Contemptus iudicis non resultat ex inhibitione ad certam causam, vel modum restricta.*
4 *Inhibitio ad certum, & particularem modum fabricandi concessa, non causat attentata in alio.*
5 *Fides super contrauentione adducta, si loquitur de modo diuerso, non deseruit pro probatione attentatorum.*
6 *Fides extorta lite pendente, & sine citatione partis, nihil probat, nec aliquam fidem meretur.*
7 *Attentata non probantur ex fide extraiudiciali, extorta lite pendente.*
8 *Delictum, & ea, quae illud sapiunt sunt concludenter probanda.*
9 *Attentata dicuntur delictum, & propterea plenam, & concludentem probationem requirunt.*

DECISIO CCLXXIII.

IN sequelam alterius resolutionis captae in hac eadem au-
1 dientia super negotio principali, † responsum fuit non
constare de attentatis, quae veniant reuocanda, ea siquidem
2 commissa minime censentur, nisi † Iudicis concurrat con-
temptus Parisius *consilio 41. num. 36.* Rota *decis. 75. num. pri-*
3 *mo par. 14. recentiorum*, † qui in praesenti non probatur per
continuationem Fabricae contra inhibitionem Eminentis-
4 simi Domini Archiepiscopi Neapolitani, † tum quia illa
fuit restricta ad certum, & particularem fabricandi modum,
& fides adductae in Summario Monialium venerabilis Mo-
nasterij Donnae Reginae *numero quarta* ad probandam conti-
5 nuationem loquuntur de diuerso modo, † qui non contine-
tur sub dicta inhibitione, tum etiam, quia eaedem fides sunt
6 simplices fides † extortae lite pendente, & sine partis cita-
tione, quae nullam faciunt fidem Rota *decis. 318. num. 4. &*
decis. 471. num. 5. decis. 323. num 4. par. 2. decis. 82. num. 15. par.
7 *7. decis. 146. num. 18. par. 9. recent.* & alibi passim † etiam in
Iudicio attentatorum Rota *decis. 310. num. 10. par. 9.*
8 Et tamen attentata cum sapiant delictum plenè, † & con-
cludenter essent probanda *legi finali Cod. de probationibus*, &
9 in puncto attentatorum † Rota *decis. 251. num. 3. decis. 310.*
num. 10. par. 9. & decis. 197. num. 4. par. 13. recent. Inhibitioni
autem, quae elicitur ex Breui sanctae memoriae Vrbani Octa-

ui abundè satisfactum, fuit in alia decisione super negotio principali.

Et ita, vtraque Parte informante resolutum fuit.

Altera decisio immediatè praecedens emanata coram eodem Reuerendo Patre Domino Emerix in hac eadem causa facta est.

REVERENDISS. D. ALBERGATO

Sacrae Rotae Decano.

Terdonen. Praepositurae.

Lunae 27. Iunij 1678.

ARGVMENTVM.

Impetratum fuerat à Papa beneficium optatum sed exequutio Literarum Apostolicarum denegata est, quia probata non erat reseruatio Pontificis, cum collatio spectaret non ad Episcopum, vt fuerat Papae narratum, sed simultaneè ad Episcopum, & Capitulum, vel etiam ad solum Capitulum vigore particularis Consuetudinis, propter, quod eadem reseruatio neutiquam subsistebat, plura itaque de huiusmodi, & de electionis materia in praesenti decisione deducuntur.

SVMMARIVM.

1. *Arbitrium regulatur à iure.*
2 *Literae Apostolicae, vbi sunt iustificatae, etiam stante clausula, arbitrio, exequutioni demandandae sunt.*
3 *Literae Apostolicae non iustificatae ex clausula* arbitrio *exequutioni demandari non possunt.*
4 *Literae Apostolicae plenè, & concludenter iustificari debent.*
5 *Reseruatio beneficij, si est fundamentum gratiae est omnino probanda.*
6 *Reseruatio beneficij dicitur fundamentum gratiae, si in ea sit apposita clausula* dummodo collatio ad nos hac vice pertineat.
7 *Clausula* dummodo collatio ad nos hac vice pertineat *facit gratiam conditionalem, & num. 6.*
8 *Alternatiua mensium suffragatur Episcopo in beneficijs liberae collationis, non autem in ijs, quae simultaneè spectant ad ipsum, & Capitulum.*
9 *Beneficia, quae non sunt prima dignitas in Cathedrali conferuntur simultaneè ab Episcopo, & Capitulo.*
10 *Consuetudo conformis dispositioni iuris communis eo magis attendenda est.*
11 *Consuetudo valet excludere ius conferendi simultaneum inter Episcopum, & Capitulum, illudque tribuere vni, etiam priuatiuè, quoad alium.*
12 *Consuetudo excludens simultaneam collationem beneficiorum inter Episcopum, & Capitulum non est irrationabilis, sed iuri communi conformis sup. num. 10.*
13 *Beneficiatus electus à Capitulo quatenus ius habere dicatur, si ab Episcopo confirmatus non sit, & numer. seq.*
14 *Episcopus sciens electionem factam à Capitulo, & non contradicens, illam dicitur approbare.*
15 *Consensus tacitus, & approbatio ex scientia cum acquiescentia resultat.*
16 *Electio fieri debet infra sex menses.*
17 *Eligendi tempus currit à die nouae dimissionis, seu cessionis factae ab electo, perinde, ac si esset noua vacatio.*
18 *Beneficium non efficitur litigiosum per solam litem in mero possessorio vertentem.*
19 *Electio de beneficio validè fieri potest ab eligente, quamuis super illius possessione litigeatur inter ius habere praetendentes.*
20 *Gratia si neutri cognosci, & decidi non debet in iudicio exequutionis Literarum Apostolicarum.*
21 *Dubia diuersa in Rota non concernantur, nec cumulantur, sed vnicuique sua disputatio particularis relinquitur.*

DECISIO CCLXXIV.

PRæposituram Ecclesiæ Cathedralis Terdonen. vacantem per obitum Pernigotti de mense Septembris 1673. quam Henricus Rampinus Canonicus antiquior iuxtà consuetudinem, & statuta dictæ Ecclesiæ per optionem obtinuerat, post captam ab illo possessionem, Ioannes Baptista Petius impetrauit à Sede Apostolica tamquam reseruatam ratione mensis Septembris, qui Episcopo gaudente alternatiua est reseruatus, literisque Apostolicis expeditis, & præsentatis Terdonen. Vicario executori, obtinuit immitti in possessione dictæ Præpositurae non citato Rampino Possessore, minusque Capitulo, de quorum interesse agebatur; Deindè Petius cum supposito, quod Capitulum recusaret parere executioni literarum Apostolicarum extorsit, (nemine pariter citato) à Sac. Congregatione Concilij rescriptum, vt Eminentissimus Metropolitanus Mediolani, etiam mediantibus censuris compelleret Capitulum, & Rampinum ad parendum Decreto executoris, prout ad euitandas censuras, & cum alijs protestationibus paruerunt, tradendo Petio possessionem Præpositurae. Verum, quia Rampinus ad effugiendas lites, dimissa Præpositura, vigore regressus sibi reseruati in euentum, in quem opt o Præpositurae controuerteretur ad possessionem Canonicatus, reuersus fuit, Capitulum ad dictam Præposituram elegit Petrum Mariam Butterium; Ad cuius, & Capituli instantiam à dicto decreto executoris commissa mihi successiue causa cum clausula Parito literis arbitrio Rotæ, ac apposito sequestro proposui dubium: An intret arbitrium pro retardatione, & Domini affirmatiuè responderunt.

1 Etenim cum arbitrium reguletur à iure, vt † relatis concordantibus notat Barbos. *claus.10. num.2.* Ideò sicuti in 2 terminis dictæ clausulæ † ius mandat literas Apostolicas iustificatas vniuersaliter exequi iuxtà text. *in C. si Capitulo de concess. Præbend. in 6.* sic etiam talis rigor per eandem 3 clausulam remittitur, † quando literæ prout hic, non apparent iustificatæ mediante iustificatione narratorum, qua 4 deficiente executionem non merentur, † cum plenè, & concludenter iustificari debeant ad tradita per Doctores *in C. literis de rescript. & in eodem C. si capitulo*, Rot. *decis.323. numer.3. part.16. recent. & in Frisingen. indulti 14. Ianuarij proximi præteriti §. quo etiam coram me.*

Pro iustificatione autem narratorum debuisset Petius verificare reseruationem, quæ est fundamentum, & substan-5 tia suæ gratiæ, dum † Papa illum prouidit cum clausula, 6 dummodò collatio ad nos hac vice pertineat, † quæ solet apponi in similibus prouisionibus factis tamquam de reseruato Rot. *coram Duran. decis.306. num.10. & decis.350. num. 6.* 7 & facit gratiam conditionalem, si, & † quatenus beneficium reseruatum existat Rot. *coram Gregor. decis. 314. numer. 2. & 3. in rec. decis.142. num.5. & 6. par.5.*

Defecit verò Petius in huiusmodi probatione reseruationis, quia licet ipse probauerit vacationem Præpositurae de mense Septembris, qui Episcopo acceptante alternatiuam efficitur reseruatus, nihilominus ponderatum fuit alternatiuam mensium suffragari dumtaxat in beneficijs liberæ col-8 lationis Episcopi, † non autem extendi ad ea beneficia, quæ sunt simultaneæ collationis inter Episcopum, & alium inferiorem Collatorem, vt clarè disponitur *in regul.8. hodiè nouæ Cancellariæ*, ibique prosequitur Gonzal. *glos.45. num.1. & seqq.* Spad. *cons.74. num. 3. lib.2.* Rot. *coram Gregor. decis.95. num.2.* & ibi Adden. *num.6. coram Baratt. decis.805. num.2. coram Arguell. decis.34. num 9. & seqq. in rec. decis.683. num.1. & per tot. parte 3. decis.100. num.2. par.4. tom.2.* Et proindè non comprehendere hanc Præposituram, quæ cum non sit 9 prima dignitas in Cathedrali, † spectat ad simultaneam Collationem Episcopi cum Capitulo, tam ex dispositione iuris in *cap. cum Ecclesia Vulterana*, *ibique* Fagnan. *num.18. de elect.* Gonzal. *ad regul.8. dicta gloss.45. in princip. à num.36.* Garz. *de benef. par.1. num.505. & cap.4. num 20. cum seqq.* Barbos. *de Canon. & dignit. cap. 14. num.5.* Rot. *coram Cauaier decis.238. num.1 & in rec. decis.683. num.1. par.3. d. decis. 500. nu. 1. par.4. tom.2.* Quam etiam ex particulari consuetudine Ecclesiæ Terdonen. iuxtà quam Capitulum eligere Præpositum, illumque Episcopus confirmare consueuit prout doctum fuit ex pluribus prouisionibus, seù electionibus factis à Capitulo, & ab Episcopo confirmatis Summario Butterij *num.1* Quæ consuetudo multò magis venit atten-10 denda in casu præsenti, † vti conformis iuri, cum illa etiam valeat excludere ius conferendi simultaneum inter Episcopum, & Capitulum, † vnique tribuere ius conferendi etiam 11 priuatiuè, quo ad alium Lotter. *de re benef. lib.2. qu.25. num. 6.* Garz. *de benef. par.5. d. cap.4. num.72.* Rot. *coram Pen. dec. 593. num.3. & in rec. decis 124. per tot. par.3. dec.244. num.2. cum seqq. par.16.* quam consuetudinem † non esse irrationa-12 bile affirmat *glos. in cap. vlt. verb. rationabilis de consuetud.* & dixit Barbos. *de potest. Episcop. allegat.127. num.9. & 10.* Spad. *cons. 74. num.7. lib.2.* quem refert, & sequitur Rot. *Nouarien. Canonicatus 28. Iunij 1677. §. quamuis coram me.*

Nil refragante defectu confirmationis ordinarij, sine qua in hac Præpositura simultaneæ collationis non potest dici acquisitum Butterio electo à Capitulo ius ad rem considerabile; † quia satis fuit Episcopum sciuisse, & non contradi- 13 xisse † electionis factæ à Capitulo ex scientia enim, & 14 acquiescentia illius † resultat tacitus consensus, & appro- 15 batio Gonzal. *d. glos.45. num.69. & 70.* Garz. *de benef. par.5. cap.4. numer.42.* Lotter. *de re benef. d. lib.2. qu.20. numer. 24. & 25.* Rota *coram Coccino decis. 212. num.4. & seq.*

Minus ius Butterij excluditur sub prætextu, quod eius electio fuerit nulla, tamquam emanata post sex menses à die vacationis. Quia prout apparet ex facti serie superius recensita, statim post secutam vacationem per obitum Pernigotti Rampinus Præposituram optauit iuxtà consuetudinem, & statuta dictæ Ecclesiæ cumque posteà dimiserit, seù renunciauerit dictæ † optioni, Capitulum 16 elegit Butterium infrà sex menses à die factæ dimissionis, & sic intra legitima tempora, dum tempus eligendi † cur- 17 sit à die dimissionis, seù cessionis factæ ab Electo, perinde, ac si esset noua vacatio per text. *expressum in cap. si electio de elect. in 6.*

Nec valet dici, quod electio Butterij fuerit attentata propter pendentiam litis inter Petium, & Capitulum, siuè Rampinum, qui optauerat, quia cum lis esset in mero possessorio adipiscendæ possessionis vigore literarum Apostolicarum, † beneficium non fuit indè effectum litigiosum 18 Spad. *consil.61. num.5. & 6. lib 2.* Rot. *in Verdunen. Canonicatus 28. Aprilis 1595. §. aut lis coram clar. mem. Card. Pamphilio impress. post dictum consil.* Spad. *& decis.342. num.2. par.2. recent.* & consequenter Capitulum, nec remansit impeditum, † sed potuit legitimè ad electionem Butterij deueni- 19 re Spad. *d. consil.61. num 9.* Lancellot. *de attent. part.1. cap.3. num.143.* Rot. *coram Put. decis 28. lib.1. & d. 335. num 5. coram Gregor.* Demum nec posset excusari Petius ab onere iustificationis literarum Apostolicarum sub prætextu gratiæ si neutri, quam dubitans de insubsistentia primæ à Sanctissimo impetrauit, † quia hæc erit particulariter discutienda, 20 cum hodiè solum agatur de executione prouisionis Apostolicæ obtentæ vigore reseruationis orientis ex vacatione in mense reseruato, cum iuxtà laudabilem stylum huius Sacri Tribunalis † non sint coacernandæ dispositiones, & cu- 21 mulanda dubia omninò, vt præcisè seruatum fuit in *decis. 378. in fin. coram Bich.*

Et ita vnica tantum parte hodiè informante resolutum est, altera tamen intimationibus continuò lacessita, & audita in alia propositione sub die 4. Iunij 1677. in qua fuit dilata resolutio.

R. P. D. RONDININO.

Toletana, seu Granaten. Pensionis.

Lunæ 27. Iunij 5678.

ARGVMENTVM.

Pro substinenda pensione valor beneficij discutitur, qui tamen satis probari visus est ex testibus, de eo deponentibus, partitis librorum decimalium, iuncta etiam solutione pensionis ab Antecessores facta, ex quibus omnibus simul iunctis, quia probatio decennalis resultabat, qui est superlatiuus modus in hac materia, pensionem ideo substineri deciditur.

SVMMARIVM.

1 *Testes probant valorem beneficij, de eo concludenter deponant, deductis oneribus, & nu.7.*

2 *Valor beneficij benè probatur ex testibus si cum illis etiam par-*

partitæ librorum decimalium concurrant.
3 *in Probando valore beneficij omnia simul iuncta considerari debent.*
4 *Pensio ab Antecessore soluta coadiuuat probationem valoris beneficij à pensionario factam.*
5 *Extractio partitarum facta citata parte plenè probat.*
6 *Testes examinati cum interrogatorijs plenam faciunt probationem.*
7 *Testes plenè probant si non habent exceptionem, neque in persona, neque in dictis.*
8 *Testium dicta non sunt cauillanda, sed coadiuuanda.*
9 *Valor beneficij non excluditur ex eo, quod illius fructus pro aliquo anno ad valorem narratum non ascenderint.*
10 *Pensionem ad substinendam sufficit, quod per decennium valor beneficij, computato anno fertili, cum anno sterili, ad narratum valorem ascenderint.*
11 *Fructuum, & valoris beneficij probatio ea magis rigorosa est, quæ ex integro, decennio desumitur.*
12 *Valor monetarum plenè probatur ex persona publici Argentarij ex proprio officio, atque ex delegatione Principis deputati.*
13 *Valorem beneficij sufficit probare de tempore narratiuæ, & de tempore gratiæ.*

DECISIO CCLXXV.

ROtali sententia infirmata, pensionem deberi ab Eminentissimo Portocarrero Beneficij Sanctæ Mariæ de Alcala la Real prouiso resulutum fuerat 19. Iunij 1676. coram me, quam decisionem hodie Domini confirmarunt.

Valor beneficij, ex cuius probationis defectu contraria sententia prodierat, hodie iustificatum fuit in ducatis 400. quemadmodum expressus fuit ex depositiunibus testium,
1 † qui deponunt de prædictu valore cum deductione onerum, qui redactus ad ducatos auri de Camera, vt ex calculo pro Gabriele Estrada pensionario in præterita positione exhibito, narratum valorem, quinimo etiam maiorem
2 iustificat, † iunctis partitis librorum decimalium formiter extractis, ex quibus repartita summa vnicuique ex quinque beneficiatis, quorum vnus est Eminentissimus Portocarrerus, idem valor comprobatur, vna cum partitis administraturum Hospitalis Proxenetarum valorem tritici,
3 & ordei ad eundem finem comprobantibus, † quæ omnia
4 simul iuncta, quemadmodum fieri debet, † cum adminiculo solutionis pensiunis ab Antecessure Eminentissimi Cardinalis, plenè probant ex deductis per Lother. *de re benef. lib. 1. quæst 43. ex num. 8. R. P. D. de Luca de pensionib. discurs. 6. ex num 14. & discurs. 8. num. 7.* Rota *recent. par. 1. decis. 350. num. 2. & part. 9. decis. 358. sub num. 10. & seqq. & part. 12. decis. 201. numer. 6. & coram Merlin. decis. 587. ex numer. 2.*

Neque contra testes, & partitas librorum quidquam op-
5 poni posse videtur, † cum partitæ sint extractæ formiter
6 cum præsentia procuratorum D. Cardinalis, † atque testes sint pariter examinati cum assistentia interpretis, depo-
7 nantque, vt dictum est deductis oneribus, † citra vllam exceptionem in personam, vel in dicto, cum vt in præte-
8 rita decisione dicebatur eorum dicta † non sint cauillanda, sed iuuanda, vt substineantur ad regulam textus *in cap. cum ta 8. de testibus* cum concordantibus.

Nulla habita ratione, quod anno 1666. fructus beneficij non ascenderent ad valorem narratum in literis reseruatio-
9 nis, † Etenim ad substinendam reseruationem pensionis non requiritur, quod fructus beneficij singulis annis ad
10 præcisum valorem ascendant, † sed satis est, quod ex integro decennio facta adæquatione annorum fertilium cum
11 sterilibus, † valor narratus vniformiter constituatur, ita vt, quod deest in vno anno, suppleatur ex eo, quod superest in aliu anno iuxta praxim magis rigorosam, quam antiquitus Rota præscripsit, & DD. sequuti sunt, de quibus Garzias *de benefic. par. 5. cap. 3. num. 220. & seqq. & num. 228. & seqq.* Rota *coram Bichio decis. 142. num. 13. & coram Dunozz. iunior. decis. 542. numer. 9.* cum alijs in principio adductis.

Quod verò attinet ad valorem monetæ realis de Vellon, quorum vigintiquinque constituere prætendebatur vnum reale de octo, nihil in contrarium facere videbatur, quia huic prætensioni resistit attestatio Prouisoris auri Ciuitatis de Alcala, vna cum testibus in præterita positione pro Pensionariu deductis, qui pariter deponunt anno 1665. monetam, quam realem de octo dicunt valuisse quindecim, & sexdecim reales de Vellon, iuxta quam computationem fuit datus calculus in responsione pro Estrada Pensionario in eadem præterita positione, in quo calculu apparet narratiuam valoris 400. ducatorum fuisse veram, † quæ pro- 12
batio, vt in fine præteritæ decisionis dicebatur, tamquam proueniens ex persona publici Argentarij ex proprio officio, atque ex delegatione Episcopi Granatensis ad hoc deputati, est præferenda pro habendo vero valore monetarum ex deductis per Rotam *recent. par. 1. decis. 315. per totam, & par. 6. decis. 188. sub num. 5. & coram Dunozz. iunior. decis. 846. num. 7.* quem valorem sufficit tempore narratiuæ, † iustificasse 13
Rota *coram Buratt. decis. 428. num. 1.* cum similibus.

Et ita Gabriele de Estrada informante, & Emin. Portocarrero legitimè monito Domini responderunt.

Altera præsentis causæ decisio est impressa in alio præcedenti tom. 2. par. 18. vbi est in ordine 745.

REVERENDISS. D. ALBERGATO
Sacræ Rotæ DECANO.

Vicen. Parochialis.

Lunæ 27. Iunij 1678.

ARGVMENTVM.

Quamuis hoc Sacrum Tribunal habeat in votis plerumque inclinare contra obtinentes beneficia aliena, in hac tamen decisione exequutioni demandatur gratia, *certo modo*, obtenta, quia permutatum erat beneficium parochiale ab eo, qui die immediate sequenti aliam parochialem obtinuerat, cum alio beneficio simplici modici redditus, propter quod cum impetrario non subsisteret, & duplici nullitate laboraret, ideo illius impetratio, quamuis, *certo modo*, obtenta, valida declarata est.

SVMMARIVM.

1 *Arbitrium, licet relaxet aliquid de iuris rigore, tamen debet esse eiusdem iuris communis, dispositioni conforme.*
2 *Exequutio literarum Apostolicarum non potest retardari, quotiescumque illæ fuerint iustificatæ.*
3 *Beneficium parochiale permutare non potest, qui ad aliam parochialem habuit concursum, eamque die permutationi sequente consequutus est.*
4 *Vicarius capitularis non potest conferre beneficia deuoluto.*
5 *Permutatio facta à non habente aliquod ius in beneficio permutato, remanet nulla.*
6 *Permutatio beneficij modici redditus, fieri nequit cum beneficio pinguiori.*
7 *Permutatio facta de beneficio pinguiori cum alio beneficio modici redditus, præsumitur fraudolenta.*
8 *Literæ Apostolicæ iam exequutæ, ex clausula* arbitrio *amplius retractari non possunt.*
9 *Arbitrium impedire quidem potest exequutionem faciendam, non autem retardare iam factam.*
10 *Exequutio iam facta in causa etiam appellabili, non retractatur per commissionem signata cum clausula* arbitrio.
11 *Exequutio nulla, vel attentata, qua via reuocanda sit, vbi in commissione adiecta sit clausula præseruatiua illius.*
12 *Gratia reualidatoria, vel vt dicunt,* per inde valere *sanat omnes defectus, & retrotrahitur ad diem gratiæ principalis.*

DECISIO CCLXXVI.

OBtinebat Ioannes Solernou Parochialem Ecclesiam SS. Asiscli, & Victoriæ loci de Reiadell, & ex causa per-

permutationis cum simplici beneficio, de quo nuper fuerat
tanquam de deuoluto, prouisus Benedictus Verdera à Vi-
cario Capitulari Vicen. illam idem Ioannes liberè resigna-
uit, & dimisit in manibus ipsius Vicarij, qui eam prædicto
Benedicto, contulit, sed agnoscens Iacobus Calueria insub-
sistentiam huius resignationis Parochialem vti certo modo
vacantem propter nullitatem resignationis, seu dimissionis
impetrauit à Dataria, & expeditis de more literis Aposto-
licis suæ prouisionis, illisque præsentatis Officiali Episcopi
Vicen. exequutori deputato, reportauit ab eo sententiam
super executione, cuius vigore possessionem adeptus fuit,
verum cum Benedictus adiuisset Signaturam Iustitiæ, com-
missa mihi fuit causa appellationis cum clausula, Parito li-
teris arbitrio Rotæ, vndè dubitaui: An arbitrium intraret
pro retardatione exequutionis, & negatiua prodijt resolutio.
1 Nam arbitrium quamuis relaxet iuris rigorem, † tamen
debet esse iuri conforme iuxta praxim in hoc S. Tribunali
inconcussè seruatam ex regula textus *in l. si duobus §. sed & si quis C. commun. de legat. ibique.* Bartol. *num. 56. & in extrauag. ad regimen. verb. videtur* Paris. *cons. 36. nu. 5. lib. 1.* Rot.
decis. 509. num. 1. par. 14. rec. Iuris autem dispositio non per-
2 mittit retractari executionem literarum Apostolicarum †
quoties illæ apparent iustificatæ *cap. si Capitulo ibique gloss. in verb. exequat. de concess. Præben.* Rot. *decis. 109. num. 2.* &
quotidie in alijs.

Iustificatio literarum, de quibus agitur, liquet ex eo,
quod in facto constat Benedictum fuisse prouisum à Vicario
Capitulari sub die 8. Aprilis 1674. de simplici Beneficio, de
Pertica nullius, aut exigui valoris, tanquam de deuoluto,
& eadem die Ioannem, qui istam Parochialem possidebat,
3 & concurrebat ad aliam pinguiorem, † quam die sequenti
sibi conferri obtinuit, permutasse dictam Parochialem de
Reiadell, tunc possessam cum dicto Beneficio, ad effectum,
vt Benedictus ad cuius fauorem illam in manibus Vicarij
4 dimittere non poterat, cum hoc palliato modo eam † con-
sequeretur; Vnde cum Vicarius capitularis conferre nequeat
deuoluta Barbos. *de potest. Episcopi alleg. 126. num. 70. vers. deinde part. 3. Quarant. Sum. Bullar. verb. Capitulum Sede Vacante* Antonellus *de regimine Ecclesiastice lib. 4. cap. vlt. num.*
5 *46.* Benedictus tanquam nullum ius habens in Beneficio †
nulliter permutauit Rot. *decis. 1376. num. 18. coram Coccino*
quinimo ex alio capite nulla fuit permutatio, cum Benefi-
6 cium de Pertica, nullius siue modici redditus, † permutari
non valeat cum pinguiori obstante Constitutione Pij Quar-
ti, de qua meminit Rot. *dicta decis. 1376. num. 18. coram Coccino, & in decis. 176. num. 7. coram Merlin.* & tradit Lotter.
de re benef. lib. 1. quæst. 31. n. 25. & duobus seqq. vbi testatur
7 † permutationes huiusmodi præsumi fraudulentas.

Ideo cum ex testibus pro parte Iacobi examinatis probe-
tur tenuitas fructuum huius Beneficij, nullo modo compa-
rabilis cum illis Parochialis, eo magis iustificata remanet
narratiua Bullarum, & consequenter non est locus arbitrio,
8 quod multo minus intrare potest, † quando, vt hic senten-
tia exequutoris habuit totalem executionem mediante
actuali immissione prouisi Apostolici in possessionem Bene-
ficij, & ratio est, quia arbitrium habet vim retardanti exe-
9 quutionem faciendam, † non autem retardandi iam fa-
ctam Marches. *de commiss. par. 1. cap. 2. fol. 205. num. 75.* Rot.
coram Gregor. decis. 70. num. ..... & coram Caualer. decis. 277. num. 1. & decis. 1057. eod. num. coram Coccin. & decis. 275. in fine coram Bich.

Nec placuit motiuum, quod possessio capta sit attentata,
ex quo causa prætendatur fuisse appellabilem, quia, quid
sit de hoc, cum commissio signata fuerit cum dicta clausula
10 *Parito arbitrio,* † exequutio iam facta non potest vigore
huius clausulæ retractari, vt probant auctoritates præceden-
11 ter allegatæ, sed si nulla, aut attentata prætenditur, † age-
se oportere ad reuocationem alia competenti via admonet
Rot. *d. decis. 70. num. 1. vers. & quando coram Greg. & decis. 287. num. 2. coram Caualer.*

Opposita verò obreptio, resultans ex expressione non ve-
ri valoris expressi per Iacobum, non suffragatur, quia fuit
12 obtenta gratia reualidatoria, seu Perinde † valere, quæ sa-
nat omnes defectus, & retrotrahitur ad diem gratiæ, acsi
tunc id, quod erat exprimendum fuisset expressum Calde-
rin. *cons. 1. de rescript.* Lotter. *de re benef. lib. 2. qu. 54. num. 58.* Rot. *coram Bich decis. 325. num. 11.* quę noua gratia exhi-
bita, & iustificata fuit cum narratiua emissa in primis lite-
ris Apostolicis coram earum exequutore, qui merito proces-
sit ad exequutionem, pro cuius retardatione, nec arbitrium
intrare Rota respondit vtraque parte informante &c.

Decisio, quæ hic immediatè subsequitur ipsa etiam emanauit in eadem causa.

REVERENDISS. D. ALBERGATO

Sacræ Rotæ Decano.

Vicen. Parochialis.

Lunæ 27. Iunij 1678.

ARGVMENTVM.

Nouo possessori manutentio conceditur, quia primus fuerat reiectus à iudice, eiusque possessio etiam alteri tradita; cumque illius sententia, neque de nullitate, neque de iniustitiæ notoria redargueretur, & quidem ex ijsdem actis resultante, aduersus factum iudicis ritè, & rectè procedentis, prout de iure præsumitur, numquam manutentionem concedi deciditur.

SVMMARIVM.

1 *Arbitrium pro retardatione literarum Apostolicarum, vbi non intrat, etiam mandatum de manutenendo conceditur.*
2 *Manutentio datur immisso à iudice, qui ritè, & rectè processit, & adhuc possidere cœpit, & num. 4.*
3 *Possessio probatur ex immissione obtenta auctoritate iudicis.*
4 *Possessio legitima dicitur, quæ à iudice fuit concessa.*
5 *Possidere iustè dicitur ille, qui auctore Prætore possidet.*
6 *Manutentio antiquiori possessori non datur, si ille à Iudice priuatus sit.*
7 *Iudex potest possessorem sua possessione priuare, illamque transferre in alium.*
8 *Iudex ritè, & rectè processisse præsumitur, donec ab eo, qui prætendit spolium, patens, & notoria nullitas, vel iniustitia probetur.*
9 *Nullitas, & iniustitia notoria probari debent ex ijsdem actis.*
10 *Manutentio contra factum Iudicis non conceditur nisi probata notoria nullitate, vel iniustitia, quæ ex ijsdem actis resultat.*
11 *Nullitas, & iniustitia notoria excluditur ex fundamentis in decisione deductis.*
12 *Manutentionis in iudicio persæpè Rota transire solet cum fundamentis super bono iure, vel in negotio principali deductis.*

DECISIO CCLXXVII.

Sicut in alia decisione, quæ sub hac eadem hodierna die
emanauit coram me, firmatum fuit non intrare arbi-
trium pro retardatione literarum Apostolicarum proui-
sionis Iacobi Caluariæ, † & ita eidem resolutum fuit dan- 1
dum esse mandatum de manutenendo † ex quo ipse in vim 2
sententiæ ritè, & latæ ab exequutore in literis Apostolicis
deputato fuit immissus, & inceperit possidere, vnde illius
possessio ex immissione † obtenta Iudicis auctoritate pro- 3
bata remanet Posthius *de manutention. obseruatione 17. num. 3. & decis. 398. num. 2. apud eundem,* & quidem legitima
† in qua propterea est manutenendus, cum iustè possidere 4
dicatur, † qui Auctore Prætore possidet, *l. prima, & se-* 5
cunda ff. ne vis fiat et & c. l. iustè possidet ff. de acquirenda possessione, cum alijs per Posth. *vbi proximè num. 1.*

Non obstat, quod manutentio dari debeat antiquiori pos-
sessori, † quia quando Iudex ritè, & rectè procedit, pri- 6
uat possessorem sua possessione, † illamque transfert in 7
alium etiam ad effectum manutentionis, *l. qui vniuersitas, l. item cum Prætor ff. de acquir. possess.* Posth. *dicta obseru. 12. num. 25.* Rota *decis. 158. num. 1. coram Royas, & decis. 918. nu. 5. coram Dunoz.* & semper ritè, & rectè Iudex processisse
præsumitur † donec ab eo, qui prætendit spolium, pro- 8
betur patens nullitas aut notoria iniustitia, † resultans ex 9
eisdem actis, quæ nullo velamine offuscari possit, † aliàs 10
manutentio contra factum Iudicis concedi non potest, ple-
nè Posth. *vbi suprà,* & præcipuè *num. 8.* Rota *decis. 9. post eum, & in dicta decis. 158. num. 21. coram Royas.*

In præsenti autem nedum talis nullitas, seu iniustitia

non

11 non probatur, † imò funditus excluditur ex deductis in alia
12 decisione, cum qua Domini transierunt, † etiam in ista, quæ super manutentione emanauit, vtraque parte audita &c.

Decisio hic immediatè præcedens coram eodem Reuerendiss. D. Albergato Decano emanauit in hac eadem Causa.

R. P. D. EMERIX.

Romana Diuisionis Domorum.

Lunæ 27. Iunij 1678.

ARGVMENTVM.

Vtilis est decisio, quia continet praxim diuidendi rem communem, vt nempè illa pro portione consocij habentis bona coherentia, eidem consocio assignetur, & quod in hoc iudicio, communi diuidundo, non requiratur probatio dominij, sed sola possessione sufficiat, quæ in præsenti satis ex locationibus constabat vna cum receptione pensionum; Rursus quod tertius veniens ad causam, si non possidet, non impediat expeditionem illius inter litigantes, maximè si non portio ab ipso prætensa alienari prætendatur, sed altera, in qua ille nullum ius habet.

SVMMARIVM.

1 *D. NICOLAVS SEVEROLVS præcellens Aduocatus Sacri Consistorij nuncupatur.*
2 *Possidentes domos, vel bona communia, quæ commodam patiantur diuisionem, & quorum redditus sint æquales, coguntur ad diuisionem, & ad assignandum vnicuique suam partem.*
3 *Instrumentum diuisionis, seu venditionis bonorum quoties faciendum est, fieri debet cum solitis clausulis, iuxta formularium loci eorundem bonorum.*
4 *Instrumentum si quis facere tenetur, & recusat illud faciendum est à iudice ex officio.*
5 *Diuisio bonorum communium ita fieri debet, vt consocio habenti bona contigua, assignetur illa portio, quæ suis bonis cohæret.*
6 *In Diuisionis iudicio non requiritur probatio dominij, sed solum sufficit de sua possessione docere.*
7 *Possessio ex locatione probatur, & depositione eorum, qui domum conduxerunt, & locatori pensionem soluerunt, & num. 8.*
9 *Tertius veniens ad causam si non possidet non impedit illius expeditionem inter litigantes ipsos.*
10 *Tertius veniens ad causam, eo minus impedit expeditionem inter litigantes, si non agitur de alienanda portione ab ipso prætensa, sed solum illa, in qua idem nullam habet ius.*

DECISIO CCLXXVIII.

1 DNIcolaus Seuerolus † Sacri Consistorij præcellens Aduocatus, duas obtinuit sententias à Reuerendo Patre Domino Vicesgerente, vnam nempè super diuisione Domus magnæ per ipsum inhabitatæ, de qua amplius non est controuersia, & alteram super diuisione duarum Domuncularum ab ipso pro indiuiso possessarum cum Reuerendissimo Domino Episcopo Eugubino, & Iosepho fratribus de Totis in Via, quæ à Platea Mineruæ, retrò Ecclesiam Beatæ Mariæ Rotundæ, tendit ad Ecclesiam Sancti Eustachij, in qua declaratum fuit, easdem Domunculas vti patientes commodam diuisionem, & ha-
2 bentes eosdem valorem, & redditus, † esse diuidendas, assignando dicto Excellentissimo Domino Aduocato, illam, quæ cohæret eius bonis, & nouis ædificijs, & aliam
3 Dominis fratribus de Totis, † cum mutua obligatione conficiendi instrumentum diuisionis cum promissione euictionis, traditionis rei liberæ, liberationis à molestijs, &
4 reliquis clausulis iuxta formularium Vrbis, † aliàs conficiendum esse ex officio; Vnde interposita, mihique commissa appellatione dubitaui. An, & quomodo sit facienda diuisio, & Domini responderunt, diuisionem esse faciendam ad formam sententiæ Illustrissimi Vicesgerentis, datæ in Summario *num. 5.*

Cum enim Domus, de quibus agitur, commodam patiantur diuisionem, & reperiantur positæ inter bona Dominorum de Totis, & dicti Domini Aduocati, rectè fuit ipsi assignata illa cohærens eius bonis, † & altera, quæ est vnita 5
cum Apotheca Barbitonsoris propria fratrum de Totis, eisdem fratribus; Sic enim fieri debere diuisiones de bonis intermedijs, firmat Io: Vincent. *de Anna singul. 158.* Valasc. *de partition. c. 22. n. 19. capyc. decis. 42. num. 22.*

Non obstat, quod D. Aduocatus non probet dominium, sed solum possessionem, quia in hoc iudicio † probatio do- 6
minij non requiritur, sed sufficit probare possessionem Bart. *in l. si duo in princip. num. 5. versic. & si mihi, ff. vti possidet,* Castrens. *in l. si probatum secunda num. 4. C. commun. diuid.* † 7
quæ in præsenti benè iustificatur ex locatione Domus, & depositionibus illorum, qui dictam domum ab eo conduxerunt, eique soluerunt pensiones, Summar. *num.* 10. ex locatione enim, & solutione pensionum, † optimè probari pos- 8
sessionem firmat Textus *in l. quamuis §. 1. ff. de acquir. possess.* & dicit Posthius *de manut. obseruat. 23. num. 31. &* Rota *post eundem decis. 140. num. 9. & decis. 141. num. 3.*

Neque visa est attendenda instantia Patrum Sanctæ Mariæ supra Mineruam, petentium differri causam, ratione prætensi eorum interesse, † quia Domini dixerunt, quod 9
etiamsi essent admissi, nihilominus dum ipsi non possident, non possunt retardare expeditionem causæ inter D. Seuerolum, & de Totis, iuxta *decis. Brisignetti 4. de iudic. in antiquiorib.* quam perpetuò seruauit Rota, vt in decisionibus relatis per Hieronymum Leo *decis. Valentin. 11. num. 18. & 20. & in recent. decis. 357. num. 8. & 9. par. 6. decis. 287. num. 11. par. 8. coram Coccin. dec. 237. num. 3. coram Cels. decis. 53. num. 4. & 5 coram Bich. decis. 24. num. 7. in Bononien. fideicommissi de Amoriniis 5. Aprilis 1669. §. finali coram Eminentiss. Domino Cardinali Carpineo, & in Romana, seu Balneoregien. fideicommissi 14. Iunij anni præteriti coram me.*

Præsertim cum hic non agatur de alienanda illa portione Domunculæ, in qua Patres Sanctæ Mariæ supra Mineruam ius habere prætendunt, † sed solum de alienanda portione 10
Dominorum de Totis, in qua dicti Patres nihil petunt, neque prætendunt, itaut saluum, & illæsum ipsis remaneat ius in alia portione ab eis prætensa.

Et ita, Domino Aduocato tantùm informante, Dominis de Totis sæpè citatis, & diù expectatis, decisum fuit.

Inferius in hac eadem parte sub die 5. Decembris eiusdem anni 1678. coram d. R. P. D. Emerix erit altera in hac causa Decisio.

R. P. D. EMERIX.

Romana Donationis.

Lunæ 27. Iunij 1678.

ARGVMENTVM.

Baronalis qualitas rursus in hac præsenti decisione traditur, & declaratur, plenè deducta ex possessione bonorum Baronalium, ex confessione facta in libello porrecto Pontifici pro obtinenda licentia vendendi, & demum ex illorum venditione sequuta, non obstante, quod dd. bona à præcedente possessore fuissent per antea alteri personæ cessa, quia & non vera cessio, sed promissio cedendi visa est, ac etiam quia non obtento beneplacito Apostolico in simplicem administrationem resoluta erat.

SVMMARIVM.

1 *Bulla Baronum Clementis VIII. declaratur.*
2 *Baro dicitur ille, qui possidet Castra iurisdictionalia, etiam si reuocabiliter possideat.*
3 *Baronem aliquem esse ex sui confessione probatur, maximè contra illius hæredem.*
4 *Baronalis qualitas probatur ex supplicatione facta Pontifici de vendendo bona Baronalia, cum illorum successiua venditione sequuta.*

5 *Cessio vera quando dicatur, & quando simplex promissio cedendi.*

6 *Cessio, seu venditio facta sub conditione beneplaciti Apostolici ab emptore, vel cessionario impetrandi, eo non obtento in simplicem administrationem resoluitur ibidem.*

7 *Venditia, seu cessio bonorum iurisdictionalium requirit beneplacitum Apostolicum.*

8 *Baro dicitur possessor bonorum Baronalium, quamuis dd. bona vigore fideicommissi spectarent ad alium, & quando.*

9 *Fideicommissarius si tenetur capere fideicommissum de manu hæredis, non impedit quod possessor per antea verus, & legitimus possessor extiterit.*

10 *Facultatem habens soluendi in pecunia, vel bonis, soluendo in pecunia, an dicatur dominium bonorum acquirere, & retinere voluisse.*

DECISIO CCLXXIX.

PLacuit hodie Dominis confirmandam esse Sententiam
Rotalem, qua præuijs duabus decisionibus per Reuerendum Patrem D. meum Calataiu nunc Magnum Cancellarium Mediolani confirmata fuit præcedens, in qua præuijs alijs tribus Reuerendi Patris D. mei Boutlemont pronunciauerat Raphaelem fuisse Baronem; Ratio resolutionis fuit eadem approbata in omnibus superadictis deci-
1 sionibus, nempè quod ad effectum constituendi aliquem †
Baronem iuxta disposita *in Bulla sac. mem. Clement. VIII. in §. 9.* sufficit, quod ipse bona iurisdictionalia quouis titulo, &
2 modo iure dominij, vel quasi, † tametsi resolubiliter tenuerit, & possederit, sic autem tenuisse, & possedisse Raphaelem, omissis alijs contra Angelum eius hæredem satis probatum rursus dicebatur ex propria ipsius Raphaelis confes-
3 sione † emissa in libello porrecto sac. mem. Innocentio X.
4 pro venditione Castrorum Cantalupi, & Bordellæ † ad ipsum vti hæredem Annæ vxoris spectantium, atque ex successiua illorum venditione, per *Text. in cap. per tuas de prob. & in l. si superatus, vbi Bart. num. 4 ff. de pignor.* latè firmatum fuit in omnibus præcedentibus decisionibus.

Neque obstare visa fuit cessio præcedenter facta ab Anna Petro Panduphino, ex qua prætenditur Raphaelem nullum postea ius potuisse acquirere super Castris prædictis: Etenim obiecto plenè satisfacit responsio aliàs data, quod
5 scilicet ea non fuerit vera, & effectiua cessio, † quin potiùs promissio cedendi, vt percipitur ex verbis relatis in decis. huius causæ 1. *Aprilis 1669. §. quoniam fuit coram Eminentiss. Cerro*; & legitur facta sub expressa conditione, quod
6 cessionarius suis sumptibus † teneretur impetrare Beneplacitum Apostolicum, quod cum Panduphinus non obtinuerit, remansit purus administrator, vt firmatur in vltima *decis. coram D. Calataiu §. 2. & ante in decis. 10. Decemb. 1670. coram R. P. D. meo Bourlemont §. multo minus*, vbi aduertitur
7 id maximè procedere in hoc casu, † in quo tam ex conuentione partium, quàm etiam de iure requirebatur d. beneplacitum ex dispositione Bullarum Clementis Octaui, aliorumque Successorum Pontificum adductis *in d. decis. coram Eminentissimo Cerro §. quintimo in fine*.

Minus refragatur aliud obiectum desumptum ex materno fideicommisso reciproco, cuius vigore prætenditur omne ius super Castris prædictis per mortem Annæ transi-
8 uisse in Portiam eius sororem, † nam id pariter tollitur ex deductis in alijs decisionibus, nimirum ex eo, quod Portia non solum admisit Raphaelem in Condominum,
9 † sed etiam quia ipsa tenebatur fideicommissum capere de manu hæredis, cui competebant detractiones legitimæ, & trebellianicæ, vt in *d. decis. coram R. P. D. meo Bourlemont §. fin.*

Denique nil faciat; quod Anna in suo testamento reliquerit in arbitrio Pandulphini, vel soluere de propria pecunia dotem, pro qua ipse fideiusserat, vel in eius solutionem
10 assignare Castra Cantalupi, † & Bondellæ, Vndè deducitur, quod dum dotem soluit in pecunia censeri debeat dominium Castrorum penès se retinuisse; id enim non procedit, nisi aliundè doceatur Pandulphinum vtendo optione sibi legata prædictum dominium aliàs adeptum fuisse; tantum autem abest, vt hoc probetur quod potiùs ex eodem Instrumento venditionis appareat Pandolphinum quoque venditioni consensisse ad hoc, vt ex pretio sibi, ac alijs creditoribus satisfieret. Et propterea dum in contrarium ad docendum de dominio Raphaelis, præter plures actus iurisdictionales vrgent confessiones superius adductæ, & Raphael potuit pecuniam recipere vti creditor dotis, & d. Castra retinere vti hæres propriæ vxoris, iterum conclusum fuit ipsum fuisse Baronem, & sententiam esse confirmandam, vtraque parte informante.

R. P. D. PAVLVCCIO.

Terracinen. Legati.

Lunæ 27. Iunij 1678.

ARGVMENTVM.

Occasione legati à matre filiæ relicti, an illud in computum dotis fuerit à patre eidem filię traditum, petita remissoria conceditur, quia releuantia materiæ articulatæ in dubium reuocata non est, eo magis quia plurimum de fumo constabat, tam ex testibus, quàm ex testamento eiusdem patris, qui tamen in prophanis, vt hic, nequaquam dicitur necessarius.

SVMMARIVM.

1 *Remissoria eo magis in prophanis conceditur, vbi datur fumus materiæ articulatæ, & articuli sunt releuantes.*

2 *Releuantia vnius articuli, etiam sine fumo sufficit ad obtinendum remissoriam in prophanis.*

3 *Probationum in materia non est angustianda facultas.*

4 *Fumus materiæ articulatæ ex scripturis, & testium depositionibus resultat.*

5 *Legatum à matre suæ filiæ relictum quatenus comprehendatur in dotem à patre eiusdem filiæ traditam.*

6 *Releuantia articulorum resultat, si probatio deinde facienda plurimum prodesset ad causam.*

7 *Remissoria denegatur ad probandum contrarium illius quod constat per scripturas.*

8 *Pater quod voluerit filiam dotare de proprio, vel etiam de bonis maternis ex quibus resultet, vel excludatur.*

9 *Remissoria, & examen, vel in Curia, vel extra Curiam concedendum, attenditur an locus examinis sit in districtu, vel non.*

DECISIO CCLXXX.

LAta Sententia ad normam decisionis 4. * Iunij 1677. & expeditis exequutorialibus ad fauorem Lauiniæ, & Mariæ Flaminiæ sororum de Quatrassis pro legato ijsdem relicto à Victoria Vara earum matre, illisque exequutis in bonis hæreditarijs ipsius matris, Dominicus Antonius; & Marcus Maria fratres, Signaturam Iustitiæ adiuerunt, & rescriptum obtinuerunt Rotæ ex integro; Commissaque mihi Causa, proposui dubium, tam super negocio principali, An legatum debeatur, vel sit imputandum in dotem, quàm An sit danda remissoria, & dilata resolutione super negotio principali, ad secundum dubium super remissoria, censuerunt Domini affirmatiuè respondendum.

Cum versemur in prophanis, detur fumus, ijsque vehementissimus veritatis materiæ articulatæ, & articuli sint
ipsi releuantes, † quibus concurrentibus, remissoria negari 1
non consueuit, cum sufficiat releuantia vnius articuli, † 2
etiam non docto de fumo, Rota *decis. 312. nu. 2. coram Mantic. & decis. 164. num. 1. & 295. num. 3 par. 16. rec. & in Anconitana Domus 26. Iunij 1675. coram R. P. D. meo Emerix*. Pro-
bationum siquidem facultas † non est angustianda, *cap. quo-* 3
niam, vt lit. non contest. l. quoniam C. de hæret.

Fumus veritatis materiæ articulatæ resultat ex deductis
in Summario super meritis causæ, † nempè ex testamen- 4
to Francisci Genitoris dotantis condito ante capitula matrimonialia. In eo etenim filiabus ipsis reliquebat in computum dotis controuersos 80. tumulos terræ legatos à
Victoria matre, necnon Vineam della Folla, † ac etiam 5
resultat ex depositionibus testium, quorum aliqui interuenere tamquam mediatores in contractu matrimoniali, attestantium eundem Franciscum verè voluisse legatum in dote comprehendere, & de facto ita fuisse conuentum, cum viris filiarum, ipsis etiam scientibus, & consentientibus, d.
Summario *numer. 2. 3. 5. & 6.* † quibus probatis, dubitari 6

non

non potest de dictorum articulorum releuantia, Zarat. *decis. 93. num. 3. & decis. 393. num. 1. par. 13. & decis. 194. num. 3. par. 16. rec.* cum alijs supra relatis.

Neccum veritate asseritur contrarium resultare ex scri-
7 pturis, scilicet ex capitulis ipsis matrimonialibus, † ideo-
que denegandam remissoriam, Rota *decis. 135. num. 3. par. 4. rec. & decis. 13. num. 13. par. 10.*

Quoniam non legitur in capitulis, quod Franciscus Pu-
8 ter dotabat ex proprio, non comprehenso legato, † sed sim-
pliciter, quod nomine dotis promittebat scuta 4000. modò in eisdem descripto pro rata videlicet in dictis tumulis 80. terræ, necnon vineam dictam *la Folla*, quæ sanè sic expressa magis comprobant intentionem petentium remissoriam,
9 ideoque visa est concedenda, vel admittendi articuli, †
quatenus Terra Sermonetę sit in districtu iuxtà stylum Rotæ, de quo testatur Coccio. *notabil.* 126.

Et ita, vtraque Parte informante, resolutum fuit.

Altera præsentis causæ decisio emanauit coram R. P. D. Calatain, quæ superius in hac eadem parte fuit apposita, in ordine 78.

R. P. D. TAIA.

postea S.R.E. Cardinali.

Burgi S. Donini Beneficij.

Veneris 27. Iunij 1678.

ARGVMENTVM.

Duo principaliter complectitur hæc decisio, alterum subrogationis gratiosæ, & requisitorum illius, præcipuè litis inter duos priores collitigantes vertentis; Alterum verò de incompatibilitate beneficiorum, quatenus nempè secundum, vel tertium beneficium obtinens, prius antea consequutum dimittere debeat, cuius occasione firmatur etiam ex huiusmodi credulitate, Patronum etiam priori beneficiato viuente, alium sibi beneficiatum præsentare potuisse.

SVMMARIVM.

1 *Congrua beneficiati quanta sit iure cautam non reperitur, quin potius ex personæ qualitate, & locorum diuersitate vnusquisque sibi iudex est.*
2 *Vacatio primi beneficij non resultat per assecutionem, & retentionem secundi, sed vlterius concurrere debet fructuum perceptio.*
3 *Dimissio beneficij quatenus sine consensu Ordinarij sit nulla, & num. seq.*
4 *Beneficij dimissionis nullitas ad quos effectus consideretur.*
5 *Calumniam impetrantis beneficium ad excludendam, requiritur quod illa sit adeo patens, vt nulla possit excusatione, aut tergiuersatione celari.*
6 *Subrogatur gratiosa ex quibus dicatur esse subreptia.*
7 *Subrogatio gratiosa non habet locum, vbi lis inulla, & calumniosa detegitur.*
8 *Subrogatio gratiosa non intrat, quotiescumque non adest lis super titulo beneficij.*
9 *Lis ex parte Actoris non dicitur super titulo beneficij, si illud non petitur vti suum, & collatum, sed solum vti debitum, & conferendum.*
10 *Lis quoad Reum non dicitur super titulo beneficij, si ille petitur amoueri, & postea beneficium sibi conferri, nisi post latam sententiam priuationis.*
11 *Gratiosam subrogationem ad obtinendam sufficit qualibet lis, & titulus etiam coloratus suffragatur.*
12 *Lis ad effectum impediendi subrogationem gratiosam, requirit non ius clarum, & notorium ante motam litem, vbi etiam quid ex postea attendatur.*
13 *Calumniam litis ad euitandam sola instantia, & in ea probabilitas boni iuris suffragatur.*
14 *Bonum ius impetrantis subrogationem gratiosam an sit de necessitate probandum.*
15 *Patronus, viuente beneficiato, alium præsentare non potest ob votam captandæ mortis.*
16 *Patrono præsentante, quia credebat beneficium vacare, quod non vacat, si postea beneficiatus moriatur, an præsentatio conualescat.*
17 *Vacatio prioris beneficio succedit per assecutionem secundi absque dispensatione Pontificis, & num. seqq.*
18 *Incompatibilitas beneficij consideratur etiam in simplicibus, si vnum est sufficiens ad congruam substentationem beneficiati.*
19 *in Beneficijs iurispatronatus non fit collatio, sed institutio.*
20 *Beneficium primum, etiam de iurepatronatus, non potest retineri cum alio, postea obtento sine dispensatione Sedis Apostolicæ.*
21 *Beneficium iurispatronatus caueri potest in fundatione, quod possit insimul etiam cum alijs retineri.*
22 *Beneficia iurispatronatus caduut sub dispositione Sacri Concilij Tridentini.*
23 *Beneficiatus assequendo nouum beneficium, quod sibi pro substentatione sufficiat, aliud, & alia antecedenter obtenta tenetur dimittere.*
24 *Patronus credens beneficium iurispatronatus vacasse per alterius assequutionem à beneficiato facta, legitimè potuit alium ad beneficiam præsentare.*
25 *Calumnia litis quoad beneficiatum excluditur ex sola credulitate Patroni, quod ipsum præsentare potuerit.*
26 *Lis vt calumniosa dici possit in materia subrogationis gratiosæ, calumnia euidentissima esse debet.*
27 *Beneficium ex testibus probatur sufficiens ad congruam substentationem beneficiati, si illi deponant, alium beneficiatum, se, & familiam commodè substentasse.*
28 *Dimissio beneficij quatenus dimittenti non suffragetur.*

DECISIO CCLXXXI.

ASsecutione, & retentione trium Beneficiorum, quæ adeptus fuerat Franciscus præsentatus ad tertium controuersum, Fabius Patronus existimans ex pluribus Beneficijs vltra modum Sacri Concilij Tridentini *cap. 17. de reformat. sess. 24.* vacasse suum Iurispatronatus, præsentauit Carolum apud Ordinarium, & affixis de more edictis, citatoque Francisco, excitata lis est, & agitata multis annis, donec mortuo Francisco, credens Carolus finire litem, impetrauit gratiosam subrogationem in iuribus Francisci, sed Fabius Patronus adhuc præsentauit Iacobum, cum quo lis fuit instaurata, & Vicarius sententia diffinitiua, Caroli præsentationem confirmauit, & institutionem demandauit, Iacobus autem appellauit, & hodie propositum est de more dubium; An, & quis sit instituendus, propositum alias primo Februarij 1677. & 27. Aprilis 1678. nunquam resolutum, & nunc sic, Carolum instituendum.

Etenim vnus ex Dominis adhuc persistit in præcedenti
suffragio; Primò, quia illi non constitit Beneficium à Fran-
cisco obtentum potuisse sufficere ad congruam illius sub-
stentationem, illorum fructibus ascendentibus ad scut. 75.
monetæ Romanæ, non inueniena ipse in iure texatam con-
gruam substentationem, † quin potiùs ex personæ qualita- 1
te, & locorum diuersitate vnusquisque sibi Iudex sit, vt in-
quit Gonzal. *ad reg. 8. gloss. 15. num. 39.*

Secundo, quia vacatio priorum Beneficiorum non resul-
tat ex sola consecutione tertij, & retentione priorum, † 2
sed vlterius debet concurrere fructuum perceptio ex primis
Beneficijs, vt apud Barbos. *ad dictum Concil. d. cap. 17. num.* 10.
in pręsenti autem casu quamuis testes deponant Franciscum
possedisse post assecutionem tertij, duo priora, tamen non
concludunt fructus ex illis percepisse, & è conuerso constat
Franciscum alterum ex dictis Beneficijs dimisisse, etiam si
esset ordinatus ad titulum Beneficij dimissi, † adeout ipsa 3
dimissio absque consensu Ordinarij fuerit nulla, apud Bar-
bos. *ad Conc. cap. 2. de reform. sess. 21. numer. 27.* quia præter-
quam quod opinio contraria est communiter recepta apud
Barbos. *ibid. num. seq.* nullitas huius dimissionis possit oppo-
ni ad alios effectus, † non autem vbi sufficit dimittentem 4
abstinuisse à perceptione fructuum, quoquomodo animum
suum declarauerit.

Quę dicuntur de possibilitate vacationis sufficiente ad ex-
cludendam calumniam Caroli impetrantis, † quæ ad hunc 5
effectum requiritur adeo patens, vt nulla possit excusatio-
ne, aut tergiuersatione celari, inquit Rota *coram Eminentiss. D. Cardinali Ottbobono decis. 90. nu. vlt.* cum alijs non vi-
dentur applicari in casu, in quo subrogatio ipsa est subrepti-
tia, cum Carolus Sanctissimo non exposuerit præcedentem
pręsentationem Iacobi, litemque cum ipso vertentem, aliasque Iacobi circumstantias, † vndè remanet subreptitia, & 6

executionem non meretur, vt *in Gerunden. beneficij 13. Ian.*
prox. prat coram R. P. D meo Vicecom. Tùm etiam quia cum
ex prædictis lis contra Franciscum à Carolo mota, appareat
7 iniusta, † & calumniosa, non habet locum subrogatio,
ex Mandos. *ad reg. 29. de subrogan. quæst. 11. nu. 6.* Rota *coram*
Cassador. decis. 7. de rer. permut.

Vlterius (addit ipse) in præsenti casu non erat locus sub-
8 rogationi, † quia lis inter Franciscum possidentem, &
Carolum impetrantem non erat super titulo beneficij, Rota
coram Coccin. decis. 1215. & decis. 1235. Non ex parte Acto-
9 ris, quia non probat beneficium vti suum, † & collatum,
sed vti debitum, & conferendum, *Adnot. ad Buratt. decis.*
927 num. 28. & 29. Rot. *coram Ludouis. dec. 305. num. 6. & tota*
decis. 335. & coram Dunoz. iun. decis. 45. num. 6. 18. 19. vbi con-
trarijs respondetur; non ex parte Rei, quia cum Actor pe-
teret possessorem amoueri propter retentionem trium be-
10 neficiorum, & eo amoto, beneficium sibi conferri † neque
ex parte Rei dicitur lis super titulo, nisi post latam senten-
tiam super priuatione, Lotter. *de re benef. lib. 2. qu. 20. num. 25.*
& seqq. Rota *coram Buratt. d. decis. 957. num. 28. & 59. & co-*
ram Dunoz. d. decis. 45. numer. 6. & 18. & 19. & clarius *coram*
Vbald. decis. 630. num 4. & seq. Ita ille.

Contrarium alij pro Carolo responderunt, Carolum in-
stituendum in Beneficio simplici iurispatronatus laicorum,
de quo agitur, qui habet subrogationem in iuribus Franci-
sci primi collitigantis, quam à Sede Apostolica obtinuit ob
11 litem inter ipsos vertentem, † ad quam validè obtinendam
sufficit quælibet lis, & titulus etiam coloratus, & sufficit
litem non esse notoriè iniustam, & adesse aliquam colora-
tam probabilem causam litigandi, multis abundè alleg. &
abundantibus *dec. 217. num. 9. par. 16. & in ead. causa dec. 91.*
num. vlt. par. 17.

Itaut ad hoc, ne ex non iure collitigantis lis in proposito
12 dicatur calumniosa, † requiritur illud non ius esse clarum,
& notorium ante motum iudicium, & post verò sola in-
13 stantia, & probabilitas boni iuris, † adumbrata aliquo il-
lius colore, apta est ad euitandam calumniæ præsumptio-
nem, Rota *dec. 403. num. 3. & 4. par. 14.* pro multis mihi alle-
gatis, neque cum paucis ibidem, maximè sequenti *num. 5.*
14 † vbi non est necesse docere de bono iure impetrantis sub-
rogationem.

In casu autem calumniæ, non probatur, quod Fabius præ-
sentauerit Carolum viuente Francisco, & viuente Benefi-
15 ciato † Patronus non valet præsentare alium ad idem Be-
neficium propter votum captandæ mortis, *cap. 2. & cap. ex*
tenore 13. de concess. præben.

Quoniam non indè probatæ remanent calumniæ collliti-
gantis, dum Fabius, qui Carolum præsentauit existimauit
Beneficium non esse plenum, sed vacans, & suam volunta-
tem mutauit, & eam confirmauit literis Vicario Parmensi
scriptis, & cum postea secuta fuerit mors Francisci, qui Be-
16 neficium habebat, † dicitur conualescere, & haberi de-
bet, ac si facta fuisset per mortem eiusdem Francisci; An
verò Beneficium vacaret, si Patronus præsentauit ad Bene-
ficium, quod putabat vacare, licèt nondum vacaret, super-
ueniente vacatione conualidatur, & à die, qua Beneficium
verè vacat, conualescit præsentatio nulla, nisi probetur mu-
tata voluntas &c. quæ optimè firmauit Marescott. *var. resol.*
cap. 33. num. 4. vers. sed quid si Patronus lib. 2. superaddit Lot-
ter. *de re benef. qu. 6. ex nu. 19. lib. 2. &* Viuian. *de iurepatr. cap.*
2. num. 28. d. vers. & præsentationi lib. 3. ex decis. allegat. maxi-
mè coram *Blanchette*, quæ est apud Garz. *de benef. cap. 3. nu.*
17. par. 11. & coram Millino, quæ est decis. 265. num. 4.

At cessat omnis hæsitatio, stante quod Beneficium con-
trouersum vacauerit per assecutionem, & retentionem
17 trium Beneficiorum † absque dispensatione Apostolica ob-
tentorum ab eodem Francisco contra dispositionem Sacro
Concil. Trid. *sess. 7. de reform. cap. 4. & sess. 24. de reform. cap.*
17. & semper seruauit Sac. Congreg. eiusdem Concilij, non
solum in beneficijs residentiam principaliter requirentibus,
18 sed etiam cuiuscumque tituli, & qualitatis, † adeout in-
compatibilitas, etiam in simplicibus consideretur, quando
vnum est sufficiens ad congruam Beneficiati substentatio-
19 nem, etiam in Beneficijs iurispatronatus, † in quibus non
fit collatio, sed institutio, Barbos. *ad d. cap. 17. num. 8.* vbi est
decisum Beneficium tertium simplex etiam de iurepatrona-
20 tus † non posse retineri cum duobus alijs prius obtentis, abs-
que Sedis Apostolicæ dispensatione, & de *off. & pot. Episco-*
pi alleg. 62. num. 10 vers. rerum autem breui, bonaque declara-
21 tione alleg. Garz. *de benefic. cap. 5. num. 228. lib. 11.* † nisi ca-
ueatur in fundatione, vt simul cum alijs retineri possit, &

simpliciter cum Beneficia quoque iurispatronatus † cadant 22
sub dispositione Sacri Concilij, inquit *D. de Luca. de iurepa-*
tronatus discurs. 13. num. vlt. versic. cum ita quoque libro 13.
Rota *decis. 206. num. 5. vers. comprehendere par. 13.*

Superaddito, quod cum tertium Beneficium Præpositure
esset sufficiens congruæ substentationi, † Franciscus pro- 23
pter illius assecutionem, & retentionem teneatur dimittere
ambo priora, Paris. *de resig. par. 1. num. 138. lib. 3.* Garz. *d. cap.*
5. num. 262. & 268. & 570. Barbos. *ad conc. d. cap. 17. num. 6.*

Stante hac incompatibilitate, potuit credere Fabius Pa-
tronus Beneficium, ad quod præsentauit Iacobum, quod
obtinebat Franciscus, † ipso iure vacasse iure meritò ex 24
dispositione Sacri Concilij, & declaratione Sacræ Congre-
gationis eiusdem; & ita ad illud præsentare Carolum, † ex 25
quibus excluditur saltem calumnia litis superuenientis, quæ
obstare possit subrogationi gratiosæ, quam Carolus postea à
Sede Apostolica impetrauit, ex suprascriptis, non repeten-
dis, præcipuè de requisita calumnia † adeò patenti, vt nulla 26
possit excusatione, aut tergiuersatione celari.

Quod autem esset sufficiens pro congrua substentatione
Francisci vltimum ex Beneficijs, quæ ipse habebat, adeptus
possessionem pacificam Præpositure probatur ex annuo red-
ditu scut. 90. circiter, vt deponunt testes pro Carolo exami-
nati, qui dicunt ascendere ad huiusmodi summam, & † An- 27
tecessores cum soli fructibus huius Beneficij commodè se
cum familijs substentasse, & in illis Partibus huiusmodi
redditus videntur sufficientes ad substentationem Clerici.

Nec valet, quod Franciscus dimiserit vnum ex dictis
Beneficijs, † quia dimissio secuta est longè post bimestre, 28
& longè post litis contestationem, & nulla fuit etiam di-
missio absque vlla abdicatione iuris proprij, cum fuerit ad
illius titulum ordinatus, nulla mentione tituli, nullaque
licentia Ordinarij, & cum iis esset inter præsentatos, quæ-
cumque alia præsentatio dicitur attentata, & ad minus cu-
mulatiuè facta censetur, & postea sequuto decessu vnius ex
collitigantibus, præfertur in concursu præsentatio quasi pos-
sidentis.

Atque ita hæc sic DD. vtraque Parte informante.

R. P. D. EMERIX.

Tolentina Census.

Veneris 5. Iunij 1678.

ARGVMENTVM.

Breuis est decisio, sed in praxi admodum ne-
cessaria super transportatione actorum in
dies contingente, firmans quod licèt in pro-
phanis acta integrè transportanda non sint
ad formam Concilij, etiamsi lis agatur co-
ram Ecclesiastico, non tamen sufficit trans-
portare ea solum acta, quæ concernunt in-
tentionem actoris, sed vna simul etiam illa
quæ respiciunt exceptionem rei transpor-
tanda sunt, quamuis causa ad vnum tan-
tum articulum sit restricta.

SVMMARIVM.

1 *Actis non transportatis iudex appellationis suam mode-*
rare debet inhibitionem.

2 *Moderatio inhibitionis Rotalis non conceditur, nisi præ-*
uia commissione executoriali, & post præfixum terminum
ad transportandum acta.

3 *Acta omnia in causa prophana transportari non debent,*
& num. 6

4 *Concilium Tridentinum super transportatione actorum*
traditur, & declaratur, & sup. num. 3. & seqq.

5 *Transportatio actorum, quæ integra non requiritur in pro-*
phanis, habet locum etiam si causa disputetur coram iu-
dice Ecclesiastico.

6 *Transportatio actorum in causa prophana fieri debet so-*
lum de illis, quæ tendunt ad decisionem causæ, & sup.
num. 3.

7 *Acta solum transportanda sunt, quæ concernunt articu-*
lum controuersum, quamuis super alijs per antea litiga-
tum sit.

8 *Trans-*

8 *Transportatio actorum in causa etiam ad vnum solum articulum redacta, continere æque debet intentionem actoris, ac exceptionem rei.*
9 *Acta non dicuntur integra si non comprebendunt simul fundamenta, & rationes vtriusque partis litigantis.*

D E C I S I O CCLXXXII.

DOmini responderunt non constare de integra trans-
1 portatione † actorum, & per consequens moderan-
dam esse inhibitionem Rotalem ad formam commissionis
2 executorialis per Catharinam obtentæ, † & in executio-
nem termini illius vigore præfixi iuxtà praxim, de qua Ri-
dolphinus *in prax. part. 1. cap. 13. num. 640. cum seqq.*
3 Non obstat, quod versemur in causa prophana, † in qua
4 non requiritur transportatio omnium actorum † iuxtà di-
sposita à Sacro Concil. Trident. *sess. 24. cap. 20. de reformat.*
5 etiamsi illa agatur † coram Iudice Ecclesiastico, vt sæpè
admisit Rota, & signantèr coram *Caualer. decis. 67. numer. 2. coram sanct. mem Gregorio XV. decis. 308. nu. 13. & ibi addentes*
6 *tes num. 15. &* 16. sed sufficit transportare ea acta, † quæ ten-
dunt ad decisionem in causæ, Barbos. *ad Sac. Concil. d. sess. 2. numer. 73.* Rota *in Leodien. dominij de Stouodia* impressa post Fenzon. *ad Statutum Vrbis decis. 165. & coram Emmentissimo Domino Cardinali Ottbobono decis. 29. num. 7. &* 8.

Ac propterea cum Ludouicus appellans vltimo loco re-
nunciauerit omnibus alijs exceptionibus, restricta tantum-
modo disputatione ad compensationem ex causa census per
Hieronymum eius Auctorem acquisiti contra Nicolam
7 Auctorem Catharinæ, † vtique compellendus non sit ad
transportandum alia acta, quam illa, quæ concernunt ar-
ticulum compensationis, quia placuit responsio, & benè
Ludouicum solum transportasse ea acta, quæ pro illius par-
te producta fuerunt ad fundandam huiusmodi compensa-
8 tionem, † omissis alijs pro parte Catherinæ productis ad il-
lam excludendam indicatis in eius Summario *numer. vnico*,
& signanter instrumento, in quo Hieronymus Auctor dicti
Ludouici se obligauit ex pretio prædij olim venditi Domi-
no Duci Sannesio extinguere debita Alexandri, ac Cæsaris,
ac nominatum censum, ex cuius causa obijcitur compensa-
tio, necnon duobus alijs instrumentis solutionum fructuum
9 eiusdem census indebite, vt prætenditur perceptorum, † ex
quibus in omnem casum excluditur obiecta compensatio,
itaut nec respectu huius articuli acta sint integrè transpor-
tata.

Et ità vtraque parte informante fuit decisum.

R. P. D. R O N D I N I N O,

Ciuitatis Castelli Bonorum.

Veneris 1. Iulij 1678.

A R G V M E N T V M:

Prohibitus fuerat hæres, ne sé intromitteret in hæreditate, nisi prius adimpleret Testatoris præceptum, quod cum facere neglexisset, ad restitutionem fructuum condemnatus est, etiam cum tacita hypotheca, pro reintegratione fideicommissi, quia probata scientia testamenti, & contentorum in eo, subintrabat dolus, ex quo semper tacita hypotheca resultat; quando autem, & ex quibus huiusmodi scientia in præsenti deduceretur, ex sequenti Summario, & decisione videndum est.

S V M M A R I V M.

1 *Scientia testamenti, & illius oneris, ac pœnæ contrauentionis in eo iniunctæ, ex quibus resultet.*
2 *pro Reintegratione fideicommissi datur hypotheca, quæ resultat, ex dolo grauati, dissipantis fructus fideicommissario debitos.*
3 *Hypotheca quatenus detur pro restitutione fructuum, quos grauatus substituto restituere tenetur.*
4 *Dolo posito, datur actio, quæ alias non competeret, etiam si dubitaretur illam competere posse.*

5 *Deceptis succurrit prætor, & quomodo supra n. anteced. & seqq.*
6 *ex Dolo resultat, & oritur tacita hypotheca.*
7 *Hæres adeundo simpliciter hæreditatem, dicitur se adstringere voluisse omnibus volitis per testatorem.*
8 *Testator si mandauit, quod hæres antequam se immisceat in hæreditate, aliquid impleat, huiusmodi actus aditionem præcedere debet.*
9 *Declaratio animi ab aliquo facta, tollit quamcumque suam prætensam credulitatem contrariam.*
10 *Ignorantiam probare debet hæres ne teneatur restituere fructus iuxta testatoris præceptum.*

D E C I S I O CCLXXXIII.

PRædium Pocaiæ prius, & deindè illud Pescheriæ donauit Episcopus Antonius Maria Gratianus Carolo ex fratre Nepoti, reseruato sibi vsufructu, vna cum onere fideicommissi, & conditionibus apponendis à se ipso in vltimis tabulis; In his verò ipso Carolo Nepoti hæredi instituto, mandauit, vt prædium Calalbæ, prædio Pescheriæ coniunctum, ab ipso Carolo emptum, ijsdem legibus primogenialibus adstringeretur, quibus illa à se ipso donata, adiecta lege, quod nisi his hæres obtemperauerit, hæreditati se immiscere nequeat, & fructibus hæreditarijs tamdiu priuetur, quamdiu obtemperet, ad substitutos deferendis. Ea lege non adimpleta plurium annorum spatio fructus perceptos Carolus damnatus est restituere Ioanni Baptistæ filio, cui Episcopus Testator illos legauerat, pro quibus idem Carolus in solutum dedit prædium Sancti Antonij, & alia bona libera; Cum autem pro fructibus census, cuius erat debitor Carolus, Domini de Aptis obtinuerint sententiam immissionis ab A. C. Bulgarino infirmatam in secunda instantia quoad prædium Celalbæ à Reuerendissimo Beuilaqua, & confirmatam quoad aliud prædium Sancti Antonij, & alia bona, deindè R. P. D. meus Bourlemont prædictas sententias reuocauit, denegando Actoribus immissionem, eo quod prædium Celalbæ erat fideicommissarium, & illud S. Antonij vna cum bonis liberis spectabat ad Io: Paulum, prædicti Ioannis Baptistæ filium ob narratam dationem in solutum eius patri factam.

Ab hac vltima sententia commissa mihi appellationis causa, illam infirmandam esse Domini dixerunt 4. Martij proximè præteriti coram me, à qua decisione ex rationibus hodie deductis pro Gratiano Domini recesserunt.

Corruit enim fundamentum decisionis, quod Carolus
fructibus, pro quibus successit datio in solutum, priuatus
non fuerit ob non dolosam credulitatem non incundæ ca-
ducitatis ob onera testamentaria non impleta; Etenim præ-
suppposita scientia testamenti in Carolo, ac omnium in eo
scriptorum, † ex solutione legatorum in eodem testamen- 1
to, ex compromisso facto ex causa istius hæreditatis, cum
indiuidua relatione ad idem testamentum enunciando, il-
lius diem, & mensem, & ex eo quod non sumus in hære-
de suo, sed in extraneo ex fratre Nepote, qui hæreditatem
Testatoris adire non poterat, nisi vigore testamenti per ne-
cesse agnoscendi, ac etiam ex epistolis emanatis inter bona
memoria Remboldum, & eundem Carolum occasione ap-
probandi testamenti, ex traditis per Bartol. *in l. qui Romæ 122. §. duo fratres num. 13. ff. de verb. oblig.* Rota *coram Pen. decis. 1044. num. 2. & in rec. par. 16. decis. 155. num. 13. ad fin. & num. 15. & par. 14. decis. 265. sub num. 11.* sequitur proindè, vt
dum Episcopus Testator expressè prohibuit, ne Carolus hæ-
res se immisceret in hæreditate, illiusque administratione,
& præsertim in fructuum perceptione, nisi prius supposuis-
set legibus fideicommissarijs, & primogenialibus prædium
Celalbæ emptum ab ipso Carolo, qui neque ante, neque
post aditionem verbo, nec facto vnquam declarauit, se il-
lud supponere remanserit ipse in dolo tamquam contra præ-
ceptum Testatoris dissipans fructus fideicommissarios debi-
tos Ioanni Baptistæ filio substituto, † cuius fauore orta fuit 2
hypotheca pro reintegratione fideicommissi exercibilis, &
sufficiens ad substinendam dationem in solutum hac de cau-
sa factam, Ciriac. *contr. 282. num. 18. & seqq.* Altograd. *cons. 68. num. 26. & 32. vol. 1.* Caren. *resol. 137. num 6.* Mart. Medic. *inter decis. Senen. exam. 23. nu. 44. Reuerendiss. de Luca de credit. disc. 36. num. 14. & seqq.* Ioseph de Rosa *consult. 24. nu. 17.* Rota *coram Zarat decis. 39. num. 29. & in rec. par. 12. decis. 7. num. 10. & in decis. huius Causæ 4. Martij proximè præteriti §. neque alia coram me.*

Et quamuis in ea decisione relata fuerit opinio *Peregrini*
3 *de fideicommissis art. 45. num. 49. vers. & in proposito*, † quod
nempè pro fructibus, ad quorum restitutionem hæres gra-
uatus tenetur, nulla detur hypotheca, id tamen dictum
fuit cum supposito, quod non adesset dolus, prout etiam do-
lo circumscripto loquitur ipse *Peregrinus*; Posito enim
4 dolo † datur actio, quæ aliàs non competeret, vel etiam si
5 dubitetur an competat, quia sic deceptis † Prætor ipse suc-
currit in *l. 1. in principio, & in l. & eleganter. §. non solum*
6 *autem ff. de dolo malo*; Ex dolo † autem oritur hypotheca
tacita, iuxtà Textum, vbi Bartol. *in l. final. vers. sed quando
interuenit dolus ff. in quibus causis pign. tacit. contrahatur*,
Neguson. *de pignor. par. 2. membr. 4. num. 164. vers. 22. casus*,
Merlin. *eod. tract. lib. 2. quæst. 90.* Montic. *de tacit. & ambig.
conuention. lib. 11. tit. 14. numer. 5 in fine*, & in alijs terminis
Thesaur. *lib. 0. quæst. foren. 84. numer. 7. & seqq.* Rota *coram
Dunoz. iun. decis. 631 num. 18.*

Neque ad excusandum dolum Caroli hæredis, ad quem
summa Causæ restringebatur, visa est subsistere exceptio,
quod ipse adeundo hæreditatem absque beneficio legis, &
7 inuentarij, † se adstringere voluerit omnibus volitis per
Testatorem, vt in fine præteritæ decisionis dictum fuit;
Etenim cum acceptatio fideicommissi, & suppositio prædij
Celalbæ fuerit per Testatorem iniuncta Carolo, antequam
hæreditatem adiret, vel quoquo modo in ea se immisceret,
8 † debuisset præcedere actus positiuus, & expressus acce-
ptationis testamenti, & retentionis bonorum, vt etiam ani-
maduersum fuit *in decis.* huius Causæ *in rec. par. 14. decis.
275.* Quinimo Carolus ipse animum suum declarauit alie-
num à suppositione prædij Celalbæ oneribus fideicommis-
sarijs, dum post aditam hæreditatem Episcopi patrui super
eodem prædio Celalbæ, tamquam libero, & ad se spectan-
te, censum imposuit, pro cuius fructibus Domini de Aptis
egerunt; Ideoque cum habeatur declaratio sui animi ab ipso
9 facta, † inanis est quæstio suæ credulitatis, ad notissimum
text. in l. ille, aut ille ff. de legat. 3.

Minusque hæc doli excusatio deduci videbatur ex ani-
maduersione, quod Carolus non fuerit expressè damnatus
restituere fructus Pescheriæ, & Pochaiæ sibi in vita donato-
rum, sed tantum hæreditariorum, & ideò saltem credere
potuerit ad illorum restitutionem non teneri; Etenim cum
ex tenore donationis, & testamenti apertè deprehendatur,
quod illos quoque restituere deberet, vt latè dictum fuit *in
decis. Causæ 27. Aprilis 1663. §. Nec vrget, & seqq. coram*
10 *Reuerendissimo Beuilaqua*; † Sequitur eum, qui vtriusque
notitiam habebat non potuisse de tali obligatione habere
ignorantiam probabilem, prout requiritur ad eum excu-
sandum, vt post alios Cyriac. *contr. 131. num. 49. & controu.
539. num. 8. & 9* Mogon. *decis.* Lucen. *49 litera C. vers. doli ex-
clusiua*, Rota *post 2. vol. consil* Farinac. *decis. 58. num. 8.*

Et ita, vtraque Parte informante, resolutum fuit.

Altera præsentis Causæ decisio, quæ hic reuocata est, fuit impressa supra in hac eadem parte, vbi est in ordine 176.

R. P. D. PAVLVCCIO.

Barchinonen. Census.

Veneris 1. Iunij 1678.

ARGVMENTVM.

Quasi possessio exigendi controuersa non erat, imò potius per solutionem approbata, & proindè possessori manutentio conceditur, non obstante sententia absolutoria in petitorio pronunciata, quia cum illa fuerit per appellationem suspensa, effectum manutentionis impedire non poterat.

SVMMARIVM.

1 *Manutentio possessori, vel quasi conceditur, & num. 3.*
2 *Quasi possessio exigendi probatur ex quietantijs, ac etiam ex depositionibus testium.*
4 *Sententia declarans nullitatem census, non impedit manutentionem in quasi possessione exigendi fructus.*
5 *Sententia per appellationem suspensa, per inde est ac si non emanasset.*
6 *Sententia lata in petitorio, non afficit possessorium.*
7 *Possessorium nihil habet commune cum petitorio.*
8 *Possessio respicit nudum factum.*
9 *Possessor sua possessione priuari non debet donec, & quousque fuerit terminatum petitorium.*
10 *Appellatione pendente nihil innouari debet.*
11 *Manutentio eo magis possessori, vel quasi conceditur, si altera pars renunciauit iudicio possessorio.*
12 *Quasi possessio exigendi, per solutionem factam dicitur agnita, & acceptata.*

DECISIO CCLXXXIV.

PEndente lite coram Officiali Barchinonensi occasione
cuiusdam annui census Quarteriarum sexdecim fru-
menti, in cuius exigendi quasi possessione ex istis Raphael
Podellos Præpositus de Palatio Tordera nuncupatus, & à
longo tempore extitisse ostendit Præpositos prædecessores
suos, à Rectoribus Parochialis Ecclesiæ B. Mariæ dicti Op-
pidi, Petrus Galcerãdus modernus Rector eiusdem Ecclesiæ
renunciauit iudicio possessorio, moxque reportauit senten-
tiam in petitorio, ipsum non teneri ad vlteriorem census so-
lutionem, à quo ob indè citra se abstinuit Raphael, & appel-
latione interposita, Causaque mihi commissa, proposui du-
bium: An sit dandum mandatum de manutenendo.

Et affirmatiuè resoluendum Domini censuere, † quia 1
Raphael docuit de quasi possessione exigendi censum, Tùm
ex instrumentis quietantiæ in actu solutionis reportatis, † 2
tùm etiam ex testium depositionibus, vt in Summario *num.
1. & 2.* † ac proindè ipsi concedendam manutentionem, *§.* 3
Retinendæ institut. titul. de interdict. Rota *coram Coccin. dec.
354 num 1.*

Et licèt emanauerit sententia declarans nullitatem cen-
sus, de quo agitur, † hæc tamen manutentionem non im- 4
pedit, ex quo suspensa per appellationem ad effectum, de
quo agitur, † perindè est, ac si non emanasset, cum senten- 5
tia lata in petitorio † non afficiat possessorium, † quod cum 6
petitorio nihil habet commune, *l. naturaliter §. Nihil com-* 7
mune ff. de acquir. vel amitt. possess. cum possessio † nudum 8
factum respiciat Rota penes Posth. *decis. 657. num. 10.* & quo-
usque fuit terminatum petitorium, † non debet possessor 9
sua possessione priuari, Rota *decis. 18. num. 6. par. 14. recent.
in Verulana Bonorum super manutentione 12. Iulij 1678. co-
ram Reuerendo Patre Domino meo Rondinino*, ac appellatio-
ne pendente † nihil innouandum *Rubric. & toto tit. ff. nil.* 10
nou. appell pendente, Scacc. *de appellat. lib 3. cap. 2. quæst 3.
num. 28.* maximè in hoc casu, † quo Parochus iudicio posses- 11
sorio renunciauit, dicto Summ *num. 3.* † & aliàs possessio- 12
nem agnouit soluendo, *l. 1. ff. de confessis.*

Et ita resolutum, Raphaele tantùm informante.

R. P. D. TAIA.

postea S. R. E. Cardinali.

Vrbeuetana Releuationis Indemnitatis.

Veneris 1. Iulij 1678.

ARGVMENTVM.

Fructus propter euictionem passam à cohærede deberi deciduntur, quia præscriptio opposita non currebat durante lite cum deliberatario, & erat etiam interrupta per monitorium, quod licet amissum, ex pluribus tamen identificatum fuit, exceptio verò, quod euictio fuerit iniusta, retorqueretur, quia si ille à suo cohærede interpellatus, ipse etiam rem hæreditariam non defendit, iniustitiam euictionis allegare non meretur.

SVMMARIVM.

1 *Præscriptio non currit contra creditorem litigantem cum deliberatario super nullitate, & iniustitia deliberationis.*
2 *Præscriptio Statutaria Vrbis 16. annorum non currit contra forensem.*
3 *Præscriptio interrumpitur per monitorium reproductum, & negatum.*

4 *Lis*

4 *Lis remanet contestata ex negatione facta inter partes.*
5 *Præscriptio semel interrupta, denuo inchoari debet.*
6 *Monitorium non exhibitum, & cuius tenor non iustificatur, quatenus ad interrumpendam præscriptionem sufficiat.*
7 *Monitorium, quod non exhibetur, ex quibus tamen remaneat identificatum, & num. 8.*
9 *Euictio sequuta per imprudentiam partis, tollit actionem repetendi fructus, & quando vide numer. seqq.*
10 *Damnorum appellatione veniunt etiam fructus.*
11 *Euictionis in iudicio debentur quoque fructus, qui percipi potuerunt, si res non fuisset euicta.*
12 *Cohæres interpellatus à cohærede si litem non defendit, non potest cohæredi euictionem passo, opponere litem fuisse iniustam.*

DECISIO CCLXXXV.

PRoposita causa extrà numerum: An sit standum, vel recedendum à decisis 19. * Ianuarij proximè præteriti, & suffragantibus tribus Dominis, licèt vnus propenderet ad dilationem petitam à reo, nihilominus conuenientibus in resolutione, responsum est standum in decisis.

Quia, vt dicebant exceptio præsumptæ satisfactionis ex
præscriptione, iam dudum fuit reiecta in alijs decisionibus
coram Reuerendissimis DD. meis Albergato Decano, &
Archiepiscopo Damasceno, Sac. Palatij Apostolici Præfe-
cto, & in duabus nouissimis editis in hac instantia. Siqui-
1 dem, aut nulla potuit currere præscriptio ab anno 1595. †
dum Deianira litigabat cum deliberatario Prędij super nul-
litate, & iniustitia subhastationis *ad decis. 79. num. 4. par. 15.*
& coram Bichio decis. 50. numer. 4. aut si præscriptio incepit
currere à die interpellationis Constantiæ, & Iulij illius filij
die septima Ianuarij 1595. non potuit currere nisi illa iuris
communis, triginta, vel quadraginta annorum (statutaria
2 præscriptione Vrbis 16. † annorum non afficiente Deia-
niram forensem) & remansit interrupta, & inercisa anno
3 1616. † per monitorium executum contra Iulium filium
Constantiæ, qui successiuè monitorium per consuetam for-
4 mulam penès acta negauit, † & ex negatione lis fuit con-
5 testata, † ità vt præscriptio denuò debuerit inchoari, per
tex. l. vlt. C. de præscript. 30. vel 40. annorum, & ex alijs alle-
gatis in decis. 16. Iunij 1677. §. & verùm est, & in decis. 19. Ia-
nuarij 1678. §. alij steterunt.

Nulla habita, aut habenda ratione, quod monitorium
6 non exhibeatur, † nec illius tenor.

Quia vltrà deducta in dicta decisione 16. Iunij §. *atque*
vt vnus, & in alia 19. Ianuarij §. nec visum est subsistere, ho-
diè pro comperto est, monitorium illud fuisse factum in
hac causa, & occasione huius reuelationis indemnitatis,
7 † quia repetitum fuit coram A. C. in prosequutione cau-
sæ, vt ex comparitionibus in actis die 13. Iunij 1616. & 27.
Aprilis 1663. deductis in hodierno Summario *numer. 1. & 2.*
adeòque cum nulla alia lis præter istam reperiatur introdu-
cta per acta illius Notarij; in qua procedendum esset via
ordinaria per monitorium, & clara sit actorum vicinitas
8 nimirum exequutio monitorij, & negatio illius facta à †
Iulio, visum est DD. ex omnibus simul ponderatis remane-
re identificatum monitorium, & sublatam oppositam præ-
scriptionem.

Aliam exceptionem super incompetentia actionis ad
fructus Prædij pro parte euicta, eo quia euictio secuta sit
9 per imprudentiam Deianiræ, † quæ non poterat conue-
niri, nisi pro virili, pariter dixerunt DD. reiectam fuisse
in vltima decisione §. *demum, quia visum est, cum §§. seqq.*
Et vltrà expressum pactum conuentum in diuisione inter
dictas sorores, quod quælibet pars si tantùm grauata pro
medietate æris alieni, tàm detecti, quàm de nouo emergen-
tis, & si vltrà medietatem grauaretur, liberanda foret à
quocumque damno, & interesse, concurrit quoque inter-
pellatio facta Constantiæ an. 1595. à die contestationis litis,
in qua declarauit velle consequi contributionem scutor. 550.
dimidio valore fundi euicti, & insuper pro eo, quod interes-
10 set ad rationem scutorum quinque pro centenario, † & tri-
11 tum est nomine damnorum, venire fructus, † qui percipi
non potuerunt ob euictionem, ex allegatis in vltima deci-
sione §. *vltimo.*

Nihil obstante vt dicebant, quod euictio fuerit iniusta
pro dicta medietate prædij; Quia, vt responsum est in vlti-
ma decisione §. *quia creditor*; Constantia fuit interpellata
pro releuatione indemnitatis, statim, ac molestię illatæ fue-
runt à creditore hæreditario pro integro debito, & deindè ea
defuncta fuit similiter interpellatus Ioannes Baptista Pater,
& legitimus Administrator Iulij infantis, qui tanto magis
debuerat defendere rem hæreditariam, quo erat iniustior
euictio, † vndè eorum culpa in non faciendo defensionem, 12
& præcipuè appellando à decreto subhastationis iniusto, ho-
die suffragari non potest Reo illorum successori, & tanto mi-
nus, vt contra Deianiram illam possit opponere *ad gloss. in*
verbo Posse in fine l. Emptor aliàs ex empto, §. ibidem lib. 2.
responsor. ff. de act. empt. cum ibi alleg. Mangil. *de euict. qu. 16.*
num. 3.

Et ita altera tantum Parte informante resolutum fuit.

Plures decisiones factæ sunt in hac causa, quas quia concordauimus supra in calce alterius decis. 149. in eadem causa emanatæ, ad illas lectorum remittimus.

REVERENDISS. D. ALBERGATO

Sacræ Rotæ Decano.

Romana Filiationis, & Alimentorum.

Veneris 1. Iunij 1678.

ARGVMENTVM.

Ad alimenta consequenda agebat filia, quæ illi, pendente iudicio filiationis sunt concessa, quia qualiscumque probatio super ea requisita, secundum diuersas opiniones DD. hic concurrere visa est, ex tractatu, præstatione alimentorum, facta à patre, ac etiam ex alijs, quę satis superabbundare dicuntur, cum super ijs sola summaria cognitio, non autem perfecta probatio requiratur.

SVMMARIVM.

1 *Filiationis iudicio pendente, compellitur Reus ad subministranda Actori alimenta, donec pronuncietur illum non esse Filium.*
2 *Filius ad effectum alimentorum quasi possessionem filiationis probare tenetur.*
3 *Alimenta, vt consequatur filius, lite pendente, sufficit, quod aliquam præsumptionem adducat, super qualitate suæ filiationis.*
4 *Probatio filiationis ad effectum alimentorum non est facienda concludenter, sed solum summariè, & simpliciter facta suffragatur.*
5 *Filiationis probatio ex quibus dicatur esse sufficiens ad effectum alimentorum.*
6 *Probatio filiationis aliter fieri debet ad declarandum aliquem esse filium, aliter verò pro consequendis alimentis lite pendente.*
7 *Paupertas de iure præsumitur, tamquam connaturalis homini.*
8 *Diues, quod aliquis sit probari debet, cum præsumptio iuris sit in contrarium.*
9 *Pauperem se esse probare non debet filius, cum pro eo militet ratio nihil possidendi, si paterno subsidio destitutus sit.*

DECISIO CCLXXXVI.

MAndatum relaxatum ab A. C. contra bona hæredi-
taria Iacobi Giaccherini pro scutis tribus menstrua-
tim soluendis in causam alimentorum Mariæ Felici Cæci-
liæ asserenti, se illius filiam naturalem Rota coram me sub
die * 9. Maij proximi præteriti censuit exequendum; &
causa hodie reproposita, steterit in decisis ad effectum alimen-
torum tantum, quia mota quæstione filiationis, ea penden-
te, † Iudex reum compellere debet ad subministrandum 1
actori alimenta, donec diffinitiuè pronuncietur illum, non
esse filium *l. si instituta §. de inofficioso ff. inoff. testam. glos. in*
cap. 2. verb. nutriantur, qui filij sint legitimi, & in lege vltima
verb. vel examinabit vers. interim C. de alend. liber. plenè Rot.
decis. 34. num. 1. par. 16. recent.

Et licet hoc indistinctè non admittatur, cum nonnulli
Doctores voluerint, quod ex parte actoris † requiratur 2
quasi possessio filiationis, vt sentit Bart. *in l. si neget num. 1.*

ff. de liberis agnoscendis Dec. cons. 66. num. 1. lib. 2. Rebuff. *de*
senten prouis. glos. a. *num.* 21. Aliqui verò tenuerint sufficere
3 aliquam præsumptionem dumtaxat, † quæ Iudicem ducat
in opinionem, quod actor sit filius, vt voluit Alberic. *in ea-*
dem leg. si neget, quem sequuntur Gabriel. *cons. 25. num. 2. lib.*
1. & Surd. *de alimentis tit. 1. quæst. 112. num. 21. & sequentibus;*
tamen omnes concordant, quod in probando, siue vno, si-
4 ue altero ex dictis requisitis, præcedere † non debeat eui-
dens, & absoluta probatio, sed summaria cognitio suffi-
ciat, vt allegato textu in *l. si quis à liberis ff. de liberis agno-*
scendis, & alijs auctoritatibus dicit Rota *in citata decis. 34.*
num. 5. par. 16. rec.

In proposito ad præsumendam filiationem, vel illius
quasi possessionem cognoscendam moti sunt Domini, tum
ex assidua, & inhonesta consuetudine habita à Giacche-
rino cum Magdalena matre huius puellæ, de qua depo-
nunt testes pro ea examinati, tum ex dicto Petrosini,
qui eandem à sacro fonte leuasse affirmat, rogatus ab eo-
dem Giaccherino, pro cuius filia fuit in libro Baptisma-
tis descripta, tum demum ex ipsa præstatione alimento-
rum ab eodem donec vixit facta prædictæ puellæ, quam
5 filiam appellabat, vt ijdem testes deponunt, quæ † omnia
ad effectum de quo agitur superabundant, vt aduertit Ro-
ta *decis. 34. num. 8. cum tribus seqq.* nam hodie non agitur de
probanda filiatione principaliter ad effectum decidendi li-
6 tem super ea pendentem; † sed dumtaxat ad effectum ob-
tinendi alimenta per modum prouisionis, donec lis termi-
netur, vt distinguendo notat sæpe allegata *decis. 34. num. 19.*
par. 16. recent.

Et facilius Domini in hanc resolutionem venerunt, quia
ex deductis pro parte istius puellæ constat de eius paupertа-
7 te, † quæ vltra, quod de iure præsumitur, tanquam con-
8 naturalis, cum nemo † diues præsumatur iuxta moralem
textum in canone sicut 47. distinct. cuius verba referuntur in
Romana legitimæ super alimentis 3. Iunij 1669. §. paupertas co-
ram Reuerendiss. D. meo Beuilaqua Patriarca Alexandrino,
non est illa à filio rigidè probanda, cum pro eo militet par-
9 ticularis ratio nihil possidendi, † si paterno subsidio appa-
reat destitutus, vt reprobatis contrarijs dixit Rota *in d. decis.*
34. num. 22 par. 16. recen. & in allegata Romana legitimæ *di-*
cto §. paupertas coram Reuerendissimo Alexand.

Et ità vtraque parte informante resolutum fuit.

Supra in hac eadem parte adest altera præsentis causæ de-
cisio, quæ est in ordine 215.

R. P. D. E M E R I X.

Auximana Fideicommissi.

Veneris 1. Iunij 1678.

A R G V M E N T V M.

Ex quo testator, fratribus institutis, demandauerit, quod si eorum alter vxorem non duxerit, & filios non procreauerit, possent alij, sequentes in ordine, deducere vxorem, & filios habere, prætendebant illorum filij ipsos fuisse vocatos, sed negatiue resoluitur, quia ex hoc videbatur potius matrimonium consultum, quam præceptiuè ordinatum, & ideo nulla dicitur inducta vocatio, neque ex coniecturis resultans deficientibus digressu ad plures gradus substitutionum, & conseruatione agnationis, non deducta à manutentione familiæ, quia solum filij nominati sunt, sine vlla qualitate masculinitatis.

S V M M A R I V M.

1 *Filij non dicuntur in conditione positi, aut vocati si testator dixit, quod si aliqui sui filij vxorem non ducant, & filios non habeant.*
Possint etiam alij ducere vxorem, & procreare filios ibidem.
2 *Matrimonium quatenus potius dicatur à testatore consultum, & procreatio sobolis, quam aliqua filiorum fuerit inducta vocatio.*
3 *Filij in conditione positi, vt inter transuersales dicantur vocati, requiruntur coniecturæ admodum fortes, & concludentes.*
4 *Coniecturæ omnes dicuntur inefficaces pro inducenda vocatione filiorum in conditione positorum, si vna saltem non concurrit ex ijs, quas semper Rota admittere solet.*
5 *Digressus ad plures gradus substitutionum, aut conseruatio agnationis requiritur, adhuc, vt filij in conditione positi dicantur ex coniecturis vocati.*
6 *Familiæ conseruatio, & manutentio expressa à testatore, qui simpliciter vocauit filios, non dicitur respicere agnationem.*
7 *Masculi, & fœminæ dicuntur æqualiter à testatore vocati sub solo nomine filij, quamuis conseruatio, seu manutentio familiæ fuisset adiecta.*
8 *Prohibitio alienationis adiecta solis hæredibus, etiam si verbis amplissimis sit concepta, nihil operatur.*
9 *Prohibitio alienationis non inducit vocationem filiorum in conditione positorum, si in casu contrauentionis, alteri, & non filij fuerint vocati.*
10 *Prohibitio alienationis facta omnibus, & in infinitum, non facit filios in conditione positos fuisse vocatos.*
11 *Fideicommissum in casum delicti, non inducit fideicommissum in casum mortis.*
12 *Fideicommissum non resultat ex onere perpetuo missarum, hæredibus, & descendentibus imposito.*

D E C I S I O CCLXXXVII.

AD impediendam executionem mandatorum à Iose-
pho Pranzono contra quondam Ascanium eius fra-
trem obtentorum Metellus, & Polisena dicti Ascanij filij
obtinuerunt ab A. C. Inhibitionem vigore prætensi fidei-
commissi Iosephi Senioris, quam cum idem A. C. post mo-
dum moderatus fuerit, ac successiuè per sententiam decla-
rauerit fideicommissum non existere; Signatura Iustitiæ
commisit mihi Causam appellationis, cum clausula si quid
exequendum: Quocirca dato dubio ad formam rescripti
affirmatiua prodijt resolutio; Quia vnica exceptio fideicom-
missi Iosephi Senioris corruit ex lectura Testamenti vtrin-
que dati Summario *numer.* 1. In quo filij Ascanij non solum
non fuerunt vocati, † sed neque positi in conditione ad ef- 1
fectum succedendi, vel excludendi substitutum, vt patet
ex ijs verbis: (Casu autem quo Ludouicus, & Ascanius
vxorem non ducant, nec filios habeant, possint alij vxorem
ducere) ad hunc effectum ab informantibus pro Metello
consideratis, † quæ dignoscuntur potius apposita ad con- 2
sulendum matrimonio, & sobolis procreationi, quam suc-
cessioni positorum in conditione Peregrin. *de fideicom. art.*
28 num. 22. post med & num. 23. Rota *decis. 2262. num. 3. & de-*
cis. 2279. num. 2. coram Coccin.

Hinc parum releuant coniecturæ ab eisdem congestæ
ad suadendum dd. filiorum vocationem; siquidem admisso
etiam, quod istæ alias aliquid operari possent, † nihilo- 3
minus cum simus in transuersalibus requirerentur valdè
fortes, & concludentes, vt sæpius dixit Rota, & præcipuè
coram *Busatt. decis 385 num. 1. & 2 & in Bononien. fideicom-*
missi de Gozzadinis 27. Aprilis 1674. §. 1. coram Domino meo
Calataiu.

Et tamen omnes deficiunt in casu nostro, vel si quæ ad-
sunt, redduntur inefficaces, non † concurrente vna saltem 4
ex ijs, quas semper Rota præcipuas in hac materia existima-
uit, nempè vel digressu ad plures gradus substitutionum
(quem hic non adesse nesciunt controuertere ipsemet scri-
bentes pro Metello) † vel contemplatione agnationis Rota 5
coram Peutinger. decis. 238 num. 4. & decis. 274. num. 16. & plenè
dictum fuit coram me in vna *Rauennaten. fideicommissi* 22.
Martij 1675. §. permisso enim, & §. non obstat, quod per Te-
statorem, confirmata 10. Ianuarij 1676.

Neque induci potest respectus ad conseruandam agnatio-
nem ex alijs verbis Testamenti vbi dicitur ad effectum pro-
creandi filios pro manutentione familiæ de Pranzonijs:
Cum enim Testator in tota sua dispositione filios simplici-
ter nominauerint, † nulla vnquam facta expressione ma- 6
sculinitatis, optimè infertur nullam habuisse consideratio-
nem agnationis, † sed tàm de masculis, quàm de fœminis 7
intellexisse, vt per *text. in l. si quis ità, & in l. si quis filiabus ff.*
de testam tutel. aduertit Rota *decis. 425. num. 6. & 7. par. 9. &*
decis. 123. num. 11. par. 16. recent.

Minus subsistit alia coniectura desumpta ex prohibitione
alienа-

alienationis, quia hæc legitur restricta ad solos hæredes institutos ibi: quibus hæredibus sic institutis expressè prohi-
8 buit &c. † quo casu dictam prohibitionem nihil operari censuit Rota *coram Burats. decis. 387. num. 10.* vbi ait id procedere quamuis dicta prohibitio concepta esset sub amplissimis verbis.

Eoquè magis dum in casu alienationis non fuerunt voca-
9 ti filij positi in conditione, † sed alij hæredes non alienantes, & in casu quo omnes alienauerint Alma Domus Laureta-
10 na, † ità in fortioribus terminis loquendo de prohibitione adiecta omnibus in infinitum Rota *coram Zarate, decis. 63. num. 5. vers. quapropter, & seq.*

His igitur sublatis nihil facit prætensum fideicommissum
11 in casu delicti, ad fauorem proximiorum † ex quo præcisè inferri non valet ad fideicommissum in casu mortis Rota *coram Dunoz. Iun. decis. 371. num. 2. & coram Eminentissimo Ottobon. decis. 255. num. 20. & in recen. decis. 115. num. 1. par. 3.*

Prout, nec etiam reinuestimentum sortis census in casu extinctionis iniunctum à Testatore pro perpetua celebratione Missarum cum assistentia hæredum, eorumque de-
12 scendentium: † nàm ex inde non videtur resultare tale perpetuum onus, vndè argui possit vocatio eorundem descendentium Giouagn. *cons. 97. num. 22.* Royas *decis. 123. num. 10.* Rota *decis. 231. num. 14. par 8. & decis. 383. num. 10. & 51. parte 15. recen.*

Frustra deniquè opponitur sententia A. C. Areosti declarans bona Iosephi Senioris esse subiecta fideicommisso, & quod huic sententiæ acquieuerit Ioseph Iunior. Quia præter alias responsiones placuit illa, quod dicta sententia loquitur de fideicommisso reciproco inter primos Institutos, non verò de fideicommisso perpetuò inter ipsorum descendentes.

Et ita vtraque Parte informante, resolutum fuit.

REVERENDISS. D. ALBERGATO

Sacræ Rotæ Decano.

Romana Saluiani.

Veneris 1. Iulij 1678.

A R G V M E N T V M.

Immissio creditori in Saluiano conceditur, quia illius requisita, non admodum controuersa, satis verificata erant; adeoque ad solam retentionem pro creditis anterioribus quæstione redacta; illa pro indiuisa, data est, quia agebatur de possidente iure dominij, cui non nisi pro summa anteriori creditori soluta competit retentio, quod secus esset, si tractaretur de possessore iure pignoris, qui indiuisam possessionem substinere non debet.

S V M M A R I V M.

1 *Saluianum conceditur pro refectione damnorum.*
2 *Creditum cum hypotheca probatur ex instrumento publico, obligatione Camerali vallato.*
3 *Possessio debitoris probatur ex instrumento venditionis ab eo factæ, vbi altera rei conuenti ex litis substentatione resultat.*
4 *Saluianum conceditur, quoties illius requisita concurrunt, quæ qualia sint, & quomodo iustificata remaneant vid. sup. d. num. 2.*
5 *Identitas probatur ex confrontatione confinium modernorum, & antiquorum.*
6 *Retentio competit solum pro intrante quantitate pretij soluti.*
7 *Immissio creditori pro indiuiso conceditur cum possessore, cui solum pro rata competebat retentio ex creditis anterioribus ab eo persolutis, & vide num. 9.*
8 *Possidens aliud est, quod possideat iure pignoris, aliud verò iure dominij, & quando, & ad quem effectum vid. num. seqq.*
9 *Creditor possidens iure pignoris, licet pro paruo credito, immissionem pro indiuiso fauore alterius creditoris sufferre non debet.*
10 *Possidens iure dominij non impedit immissionem pro indiuiso, concessa sibi sola retentione pro rata crediti anterioris ab eo persoluti.*

D E C I S I O CCLXXXVIII.

IMmissionem ex remedio vtilis Saluiani in possessionem Terrarum olim possessarum à Septimio Morontio, & nunc à fratribus de Ghislerijs, dandam esse iuxta modum in decisione exprimendum Archiconfraternitati Sanctorum Ioannis, Euangelistæ, & Petronij Nationis † Bo- 1
nonienlis pro refectione damnorum ab eadem passorum Rota respondit me proponente sub die 13. * Maij 1675. & ex eisdem rationibus reproposita hodie causa, stetit in decisis.

Nam visum iterum est constare de extremis in hoc iudicio iustificandis, quia creditum cum hypotheca † proba- 2
tur ex instrumento stipulato anno 1602. obligatione Camerali munito, in quo Septimius fideiussit, & se obligauit de quacunque euictione domus venditæ Antonio Naldo, qui illam postea vendidit Iosepho Frosciantí, & ex rata pretij emit loca nouem Montium Sixti, ab ipso postea legata Archiconfraternitati, quæ ne dicta loca montium deliberarentur ad instantiam illorum de Caualcantibus, qui propter passam euictionem eiusdem domus, fructus cuiusdam census exigere nequibant, cum illis transegit, & cessionem iurium reportauit, vt ex serie facti in præterita decisione recensiti; Possessio antiqua Septimij probatur ex instrumento venditionis de an. 1624. in fauorem Pauli
Ghislerij auctoris reorum, † quorum moderna possessio ex 3
litis substentatione conuincitur, vndè cum omnia extre-
ma huius interdicti adipiscendæ concurrant † denegari 4
non debet immissio Gloss. *in § item seruiana instit. titulo de actiou. Doctores in l. 1. ff. de salu. interdict. & in Romana Saluiani 1. Februarij 1673. coram me*, & in alijs sæpissimè.

Nec dubitari potest, quod domus euicta sit illa met vendita de anno 1602. à Vetera, cum fideiussione Septimij, quia ex combinatione, & confrontatione confinium antiquorum, & modernorum, ac alijs demonstrationibus, con-
stat domum esse † eandem, vndè probata remanet identi- 5
tas, vt plenè firmatum fuit in *Rauennaten. Saluiani 19. Ianuarij proximè præteriti coram me, & in Romana fideicommissi de Caffarellis 27. Aprilis huius anni pariter coram me.*

Minus ad euitandam immissionem suffragatur alias opposita retentio pro creditis anterioribus resultantibus ex erogatione pretij soluti in extinctione æris alieni à Septimio contracti, priusquam de euictione se obligasset, quia sicuti aduertit præterita decisio huiusmodi credita anteriora
dumtaxat ascendunt ad scuta 723. & b. 80. † pro quibus so- 6
lum potest competere retentio. Terrarum pro intranti quantitate, & in eo, quod superest dandam esse immis-
sionem Archiconfraternitati pro indiuiso, † iterum vi- 7
sum est dominis, sicuti fuit aliàs seruatum in *rec. decis. 294. num. 14. & 559 num. 5. par. 1. rec. & coram Caual. decis. 652. num. 4. & 5.* & nouissimè in dicta *Rauennaten. Saluiani 19. Ianuarij proximè præteriti §. fin. coram me*, vbi affertur distinctio in-
ter possidentem iure pignoris, & iure dominij, † in pri- 8
mo enim casu non datur immissio; † in secundo verò da- 9
tur pro indiuiso, † concessa dumtaxat retentione, posses- 10
sori ad mensuram crediti anterioris, quod idem tradunt Thomat. *dec. Maceraten. 206. nu. 47.* Merlin. *de pignor. lib. 4. qu. 44. numer. 16. & seqq.* & alij relati in eadem *Rauennaten. confirmata 22. Iunij proximè præteriti coram me.*

Et ita, vtraque parte informante, resolutum fuit.

Supra in alio præcedenti tomo 2. partis 18. adest altera præsentis causæ decisio, quæ est ibi in ordine 520.

R. P. D. M A T T H Æ I O.

Colonien. Canonicatus. 1

Veneris 1. Iulij 1678.

A R G V M E N T V M.

Fructus beneficij sequestrati, gratiosè subrogato deberi deciduntur, non obstante oppositione Capituli, quod nullum ius habere videbatur in illis, nec erat legitimus contradictor ad impediendam exequutionem literarum

rarum Apostolicarum, tum quia agebatur de fructibus post vtriusque collitigantis prouisionem decursis, tum etiam, quia illud nõ habebat parem titulum eiusdem speciei ad hunc effectum omnino necessarium.

S V M M A R I V M.

1 *Validitas mandati resultat, si nullus defectus contra illud opponitur, ex requisitis vulgatæ* decis. Caputaq.

2 *Exequutio sententiæ, & mandati conceditur, stante validitate, & iustitia, etiam si causa fuisset commissa cum clausula* si quid exequendum.

3 *Fructus beneficij prouiso Apostolico, & respectiuè subrogato debentur, & numer. 6. 10. & 11. ac per totam.*

4 *Subrogatus in iuribus defuncti statim, atque possessionem accepit, dicitur illam continuare etiam ex persona eiusdem defuncti.*

5 *in Subrogatione gratiosa non requiritur noua possessio, sed illa defuncti continuatur in subrogatum ex ipso ministerio Principis, & num. 16.*

6 *Sequestrum in beneficio non apponitur, nisi ad beneficium collitigantium.*

7 *Possessio capta à subrogato gratiosè non dicitur noua possessio, sed continuatio antiquæ.*

8 *Capitulum non est legitimus contradictor ad retardandam exequutionem literarum Apostolicarum gratiosè subrogati, & quando.*

9 *Contradictor legitimus, vt quis dicatur etiam in subrogatione gratiosa, requiritur titulus omnino par, & eiusdem speciei.*

10 *Fructus beneficij debiti post prouisiones amborum collitigantium omnes debentur subrogato in iuribus, & possessione defuncti, & numer. 3. 11. & seqq. ac per totam.*

11 *Fructus beneficij quatenus potius spectent ad Capitulum, vel ad subrogatum à Papa, & num. seqq.*

14 *Prouisus Apostolicus si non fuit citatus per Prouisum à Capitulo, adhuc dicitur possidere, & in sua possessione est manutenendus.*

15 *Prouisus quoquo modo de beneficio, si postea obtinuit prouisionem Apostolicam, dicitur mutasse causam suæ possessionis, & illius vigore possidere.*

16 *Subrogatus gratiosè posteaquam fuit immissus perinde habetur, ac si possideret à die obitus defuncti, etiam ad effectum acquisitionis fructuum.*

D E C I S I O CCLXXXIX.

VVernerus Franchen. de an. 1664. resignauit Canonicatum in Ecclesia Collegiata Sanctorum Duodecim Apostolorum Colonien. fauore Christiani Eller, & post signatam supplicationem, & literis expeditis Resignatarius vitam cum morte commutauit. Capitulum de eodem Canonicatu prouidit Mulhemium, eumque in possessionem intrusit, non citato, nec audito Vvernero Resignante, non obstante, quod in actuali possessione eiusdem Canonicatus continuaret, qui postea consequutus fuit prouisionem Apostolicam tanquam de reseruato, cum expresso mandato de respondendo de fructibus iuribus, & emolumentis.

Vnde cum postea inter istos prouisos fuerit introducta Causa in Rota, deuentum fuit ad appositionem sequestri 4. Maij 1671. & deindè sequestratarius fructus exegit, & dum lis pendebat, decessit dictus Mulhemius Prouisus à Capitulo, & interim Franchen Prouisus Apostolicus à Papa subrogationem in iuribus, & possessione defuncti, ac litis prosequendæ reportauit, & successiuè sententiam Rotalem super illius exequutione, & immissione in possessionem Canonicatus, ac fructuum perceptionem obtinuit, & deindè reuocato sequestro, fuit mandatum pro eisdem fructibus à sequestratarijs exactis de mense Aprilis 1677 relaxatum, & cum ab eodem mandato fuerit per Capitulum prouocatum, Signatura Causam commisit cum clausula si quid exequendum, & subscripto à R. P. D. meo Calataiu dubio, an mandatum de consignando sit exequendum, seù de nouo relaxandum, & à me proposito in locum illius suffecto DD. conuenerunt, mandatum esse exequendum.

Dicebant, validitatem esse incontrouertibilem, † ex 1
quo nullus defectus contra illud opponebatur ex requisitis
enumeratis in Decisione Caputaq. 260. *par.* 2. & iustitiam
metiti fuerunt ex motiuis infra deducendis, & his duobus
concurrentibus, neque sententijs, neque mandatis exequu-
tio retardanda venit, † etiamsi Signatura rescripserit cum 2
clausula si quid exequendum, quia stante iustitia, & va-
liditate, omninò procedendum est ad ipsius mandati exe-
quutionem, Gratian. *discept. for. cap. 968. num. 2. & seq.* Rot.
coram Merlin decis. 362. num. 2. & 3. & post Zacch. *de oblig. Ca-
mer. decis. 12 & coram Celso decis. 63. vtrobique num. 4. & decis.
302.* nu. 3. *par.* 10 *rec.*

Rationes, in quibus Iustitia fulgebat, visæ sunt ex eo re-
sultare, quia agitur de fructibus sequestratis propter litem
inter defunctum Prouisum à Capitulo, & Vvernerum
Franchec. Prouisum Apostolicum, & successiuè subroga-
tum, † qui subrogato debentur, & statim quo possessio- 3
nem facti adeptus fuit, † dicitur continuare illam etiam ex 4
persona defuncti Cephal. *cons. 63. num.* 10. *& seq.* Lancellott.
de attentat par. 2 cap. 4. num. 395. Paris. *de resignat. lib. 2. qu. 3. n.
70. & 74.* Guidopap. *decis. 356. num. 5.* Rota *decis. 1443. num. 4.
coram Coccin. & decis. 159. per tot. coram Puteo lib. 3. & decis.
449. per tot. par. 4. tom. 2. rec.*

Fundamentum autem, in quo nititur huiusmodi conclu-
sio prouenit ex speciali priuilegio subrogationis, in quo non
requiritur noua possessio, † sed illa defuncti in subrogatum 5
continuatur ministerio Principis translata, & ista sufficit
ad effectum, vt subrogatus fructus acquirat, & maximè
quando præcessit illorum sequestrum, † quod non apponi- 6
tur, nisi ad Beneficium collitigantium, & in his casibus
subrogatio gratiosa in locum defuncti, † nunquam dici po- 7
terit noua apprehensio, sed coniunctio antiquæ immissionis
defuncti possessioni facti cum possessione iuris ad fauorem
subrogati, Lancellott. *de attentat. d. par. 2. cap. 4. nu. 395.* Rot.
d. decis. 449. par. 4. tom. 2. recen.

Eoquè minus Capitulo competit aliquod ius impediendi
huius mandati de consignando exequutionem, † dum non 8
est legitimus Contradictor ad retardandam exequutionem
literarum Apostolicarum in huiusmodi gratiosa subroga-
tione, † quæ requirit titulum eiusdem speciei omninò pa- 9
rem in eadem qualitate subrogationis, Argel. *de legit. con-
tradict. quæst. 15. art. 1. num. 27. & art. 3. per tot.*

Quamobrem cum Capitulum impedire nequeat subro-
gato perceptionem fructuum, & cum illi spectent ad liti-
gantes, vti debiti post prouisiones, quæ in lite erant, † ideò 10
ipsi Vvernero vti subrogato, cessante spolio, debentur, vt
indiuidualiter probant text. *in cap. cum nos 4. in fin. de offic. or-
dinar & in cap. quia sæpè 40. in princip. de elect. in 6. & vtrobi-
què glosa* Calderin. *cons. 2. vers. tertius casus de pecul. Clericor.*
Ias. *cons. 75. num. 6 & seq. vol. 3.* Rot. *dec. 529. & decis. 722. vtro-
bique nu. 1. par. 4. tom. 3. rec.*

Nequè Capitulum post collationem dicti Canonicatus
aliquod ius super eisdem fructibus prætendere valet, quia
hic non agitur de fructibus inexactis, & non separatis à
mensa maturatis de tempore, quo non aderat Canonicus,
† sed quæstio est circa fructus separatos à mensa, & existen- 11
tes penes sequestratarium, quia si spectarent ad Capitu-
lum, lite pendente, iustè non fuissent sequestrati, &
ideò dum non docetur spectare ad Capitulum, vel ad hæ-
redes defuncti † vigore subrogationis debentur Fran- 12
chen subrogato, Rota *coram Coccin. d. decis. 1443. nu-
mer. 4.*

Nec contrarium firmat Rota *coram Vbaldo dec. 374. tom.*
2. quia ibi non agebatur de fructibus recollectis post litem
motam inter Prouisos, & sequestratis ad commodum eo-
rundem, siuè alterius ex eis, qui Victor fuisset, vt patet
ex lectura eiusdem, vt ex *decis. 766. prædictæ* confirmato- 13
riæ † ita nec applicatur doctrina Gonzal. *glos. 37. num. 27. cum* 13
decis. Dunozetti 336. num. 7. & coram Bichio decis. 256. num. 19.
quia in illis quæstio est de fructibus assignatis mensæ Capi-
tulari, quomodo, & inter quos sint distribuendi, &
egregiè in illis fuit firmatum, distribuendos esse inter Ca-
nonicos, qui tempore perceptionis possidebant, exclusis
alijs, qui de nouo interuenerunt, qui casus diuersus, &
extraneus est à dubio, de quo tractatur, vbi agitur de fructi-
bus exactis lite pendente post prouisiones hinc inde expedi-
tas, & possessionem actualem Vvernero consignatis, qui
non citatus à Prouiso per Capitulum, reputatur † verus 14
possessor, & in illius possessione est manutenendus Boccac.
de interdict. vti possidetis cap. 2. num. 66. Posth. *de manut. obser-
uat. 57. num. 9.*

Et ex

Et ex his Vvernero Francken fructus huiusmodi deben-
tur, tàm ex persona propria propter prouisionem Apostoli-
cam, cum expresso Decreto illi responderi, de fructibus,
15 iuncta possessione actuali, † cuius vigore dicitur mutasse
causam possessionis, & cæpisse possidere tanquam Prouisus,
Bald. *in l. 2 numer. 63. C. de seru. & aqu.* Put. *decis. 165. numer.
4. & seq.* Gregor. *decis. 346. num. 1.* Otthobon. *decis. 164. nu-
mer. 7.*

Tùm denique ex persona Mulhemij defuncti propter
subrogationem ad ius, & possessionem illius, ac litis prose-
cutionem per quam transfertur possessio defuncti in subro-
gatum, & continuatur potius possessio defuncti, quam
noua acquiratur, ita quod subrogatus posteaquam fuit im-
16 missus, † perindè habeatur, ac si à die obitus defuncti ve-
rè possideret, etiam ad effectum acquisitionis fructuum an-
te immissionem iuxtà *decis.* Caualer. *477. à nu. 2 ad finem* Ro-
yas *decis. 222. num. 1. & dicta decis. 449 à num. 16 par. 4. tom. 2.
recent.*

Et ita, vtraque Parte informante, resolutum fuit.

R. P. D. EMERIX.

Romana Pecuniaria.

Veneris 1. Iulij 1678.

ARGVMENTVM.

Fideiussori pro summa soluta indemnitatem petenti opponebatur, ipsum eam voluisse consequi super pretio aliorum bonorum, quasi quod plus ille petere non potuisset; Contrarium tamen fuit decisum, quia dicta declaratio importabat quidem assignationem ad commodum, & incommodum debitoris, non autem aliquam dationem insolutum concludere poterat, ad quem effectum necessaria erat conuentio superlucrandi, quidquid pluris ex ijsdem bonis fuisset retractum.

SVMMARIVM.

1 *Fideiussor posteaquam soluit, debet à suo principali debitore releuari indemnis.*

2 *Stipulatio dicitur commissa si euenerit casus in stipulationem deductus.*

3 *Mandatum ritè, & rectè relaxatur posteaquam stipulatio sit commissa.*

4 *Creditor indemnitatis, si pro releuatione declarauit recipere pretium ex certis bonis retrahendum, vltra illud, quid amplius pretendere non potest, sed vid. numer. seqq.*

5 *Assignatio creditori facta super bonis, modum recipiendi satisfactionem demonstrat, non autem inducit insolutum dationem.*

6 *Assignatio facta creditori, dicitur facta ad commodum, & incommodum debitoris, nec liberat assignantem, nisi satisfactione sequuta.*

7 *Creditor declarans recipere satisfactionem ex pretio bonorum, vt plus petere non possit, requiritur, quod illud voluerit donare.*

8 *Creditor, vt per assignationem bonorum, plus petere non possit, necessarium est pactum superlucrandi, quod pluris ex ijsdem bonis retraheretur.*

9 *Donationis, seu remissionis pro exclusione omnis interpretatio capienda est.*

DECISIO CCXC.

Domini responderunt exequendum esse mandatum
relaxatum ab Auditore Cameræ ad fauorem Co-
smi, & aliorum hæredum quondam Nerei Acciaioli
contra Equitem Petrum Pandulphinum pro releuatio-
ne indemnitatis à fideiussione, quam pro eo susceperat
1 in Apocha dotali Annæ Moronæ; † Cum enim Ne-
reus ex causa istius fideiussionis iudicialiter coactus fue-
rit soluere Raphaeli Viro Annæ scuta 8200. & Petrus
sub obligatione Camerali indemnem eum releuare pro-
misit, vt in Summario *numero secundo, quinto, &
sexto*, vtique † sequitur commissam fuisse stipulatio- 2
nem, † & per consequens iustè relaxatum manda- 3
tum, vt in his terminis firmat Rota *decisio 305. nu-
mero secundo parte 13. & decisio 80. numero 6. part. 16.
recent.*

Non obstat, quod Nereus in solidatione computo-
rum declarauerit se pro sua releuatione recepturum
pretium retrahendum ex quarta parte Castri Cantalu-
pi suo tempore vendendi Summario *numero decimo*;
& ideo † cum idem Castrum pro parte ad Annam 4
spectans venditum fuerit tantum pro scutis 3000. non
possit ipse pretendere releuationem nisi pro dicta ra-
ta, quia vltra alias responsiones ab informantibus da-
tas placuit, Dominis, quod ista conuentio non im-
portat receptionem insolutum, † sed solum modum 5
sibi satisfaciendi ad commodum tamen, & incommo-
dum assignantis, & ideo non liberat assignantem,
† nisi sequuta inde integra, & totali satisfactione; 6
vt pluribus rationibus, & auctoritatibus comprobat
Olea *de cessione iurium parte prima titulo 7. quæstione
3. numero 18. cum sequentibus* Leotardus *de vsuris quæ-
stione 39. numero 51. & 52.* cum alijs adductis per Ro-
tam *decisa 392. numero 25. & sequentibus parte 5. re-
centior. & in Neapolitana Pecuniaria 24 Februarij 1668.
§. verum Domini coram Reuerendo Patre Domino meo Bo-
urlemont.*

Tanto minus in presenti, vbi non apparet † de vl- 7
la causa donandi, vel remittendi id, quod minus Ne-
reus ex dicta venditione consequeretur, † nec vicis- 8
sim adest pactum superlucrandi, quod pluris ex eadem
venditione retractum fuisset, & tamen in dubio om-
nis interpretatio sumitur † pro exclusione donationis, 9
seù remissionis iuxta vulgat. textum *in §. cum de inde-
bito* vbi communiter Doctores *ff. de probationibus.*

Et ita vtraque parte informante resolutum fuit.

R. P. D. RONDININO.

Leodien. Abbatiæ.

Veneris 1. Iulij 1678.

ARGVMENTVM.

De duobus Abbatibus insimul electis, ille præfertur, qui nula macula inquisitus erat; vbi verò alter pluribus fuerat diffamatus criminibus, à quibus licèt absolutoriam obtinuisset; hæc tamen non suffragabatur illi; ad abstergendum infamiam facti, quæ sufficit ad aliquem repellendum à consecutione beneficij, quidquid foret, si ageretur de eo priuando beneficio, iam assequuto, in quo sola diffamatio non sufficeret, sed requireretur vlterius vera probatio delicti.

SVMMARIVM.

1 *Infamia iuris ad euitandam pœnam, licet ob imputata delicta, tolli potuisset, non tamen remouetur infamia facti in hominum opinione concepta.*

2 *Infamia facti sufficit ad aliquem repellendum à consequutione beneficij.*

3 *Ministra: Ecclesiæ decet omni penitus nota immunes esse.*

4 *Priuatio beneficij, iam assequuti, non incurritur ex sola hominum opinione ob imputata delicta, sed requiritur, quod illa verè fuerint commissa.*

5 *Innocentia rei non probatur ex sola dimissione à carceribus, ac etiam remissione fideiussionis, sub qua ille relaxatus erat.*

6 *Religiosus, qui sine licentia suorum superiorum accessit ad Vrbem, non potest eligi in Abbatem, vel aliud officium suæ religionis.*

7 *Diffamationis reliquiæ vt tollantur, non sufficit sententia absoluto-*

absolutorio ex capite innocentiæ, si non probatur accusationem processisse ex calumnia.

8 *Accusatio si temeraria non fuit, adhuc accusatus, & absolutus, licet sit immunis à delicto, non tamen remanet liber à suspicione delicti.*

9 *Suspicio sola delicti sufficit, vt quis repellatur à ministerio, & regimine Ecclesiæ, præsertim in concursu alterius maculam non habentis.*

10 *Eligens indignum remanet incapax tam eligendi, quam vt eligeretur.*

11 *Eligens personarum indignam, vt beneficio electionis priuetur, probari debet scientia indignitatis illius.*

DECISIO CCXCI.

IN Abbatem S. Egidij Ordinis S. Augustini propè Leodium à Canonicis regularibus eiusdem Monasterij, in electione discordibus, electus fuit Canonicus Io. Preal tunc in Vrbe commorans; Cum autem altera sanior pars Canonicorum elegisset Philippum à Bynatten, istum in Abbatem Vicarius Generalis Leodien. confirmauit, eique possessionem tradidit; Ab his verò deuoluta Causa ad hoc Sac. Tribunal cum in disputatione attentatorum dictum fuerit, vt apposito œconomo videretur de bono iure, super illo dubitani in locum Reuerendissimi Calataiu Cancellarij Mediolanen. in hac Causa subrogatus, atque de bono iure Philippi constare hodie responsum fuit.

Ratio resolutionis fuit, quia facultas omnis eligendi consolidata fuit in Canonicos, qui Philippum legitimè elegerunt, cum altera Pars incapacem elegisset; Talis enim erat Ioannes Preal de pluribus, & pluribus criminibus diffamatus ex latè deductis per informantes pro Philippo; Quibus omnibus, etiamsi scribentes pro ipso Ioanne Preal satisfacere conarentur, adhuc tamen non omnes responsiones Dominis placuerunt, ex quibus adhuc tolli potuis-
1 set infamia iuris ad euitandam pœnam, † sed non infamia facti ad declinandam hominum opinionem de ipso tot criminibus notato malè conceptam, etiam ab ipsis Electoribus ipsius delictorum optimè conscijs; hæc autem sola in-
2 famia facti † sufficit, vt aliquis repellatur à beneficio as-
3 sequendo, cum Ecclesiæ Dei ministros deceat † omni penitùs nota immunes esse, etiam in opinione Populorum, qui ideò arceri non debent à debita illis reuerentia, quidquid esset si ageretur de priuatione beneficij iam asse-
4 cuti, † quæ cum sit pœnalis, & supponat delictum,
5 istud non ex opinione aliorum, † sed ex facto ipso delinquentis committitur, Textus est *in can. laici distinct.* 33. *& in can. tantus* Daniel. *distinct.* 81. *& in cap. omnipotens de accusat.* Marescot. *var. res. lib.* 2 *cap.* 35. *numero* 18. *&* 19. Rota *coram Bichio decisio* 653. *numero* 12. *&* 13. *& decisio* 669. *numero* 8. *&* 9. *& coram Eminentiss. Ottbob. decisio* 202. *ex numero* 14. *& apud Zuff. de crim. process. legitim. decisio* 79. *per tot. & in Burgen. Abbatiæ* 22. *Iunij* 1671. §. *Ideoque coram Reuerendo Pater Domino meo Taia* 13. *Nouembr.* 1671. §. *nulla etenim coram me*, vbi concordantes.

Neque ad hunc effectum attenditur, quod ipse Preal è carceribus Vrbis, in quibus ex mandato Eminentissimi Vicarij detinebatur, relaxatus fuerit sub fideiussione,
6 quæ ei etiam postmodum fuit remissa; † Etenim præterquod solum carceratus fuerat propter delicta commissa in Vrbe, ad quam venerat sine licentia suorum Superiorum,
7 † & propterea ex isto etiam capite effectus fuerat ineligibilis, iuxta *Constitutionem Clementis VIII.* 60 §. 13. confirmatam per *Vrbanum VIII. Lezana in summa quæstione regul. cap.* 10. *numero* 16. *tom.* 1. *& verbo* Apostata *numero* 6. *in fine tom.* 2. Thesaur. *de pœnis Eccles. par.* 2. *cap.* 7. *verbo religiosi pag.* 294. vt reliquiæ diffamationis tollantur, illiusque macula abstergatur, neque sufficit absolutio ob innocentiam, quando non constat accusationem processisse ex calumnia, iuxta *cons.* 6. Nauar. *de accus.* quia posita delatione non te-
8 meraria, † adhuc sic delatus, & absolutus quamuis immunis remaneat à delicto, non tamen immunis est à su-
9 spicione delicti, † quæ sufficit, vt à ministerio Ecclesiastico iste repellatur in concursu potissimum alterius nulla maculas inquinati, Lotter. *de re benef. lib.* 2. *quæstione* 32. *numero* 150. *& sequentibus* Rota *coram Bichio d. decisione* 653. *numero* 16. *& seqq. & in Calaguritana Canonicatus doctoralis* 23. *Maij* 1669. §. 2. *clarius, & seqq. coram R.P.D. meo Emerix.*

E conuerso autem non intrat illatio, quod Ioannes Preal erat indignus, vt eligeretur, ipse quoque Philippus à Bynatten indignus effectus fuerit, quia illum postulauit,
† atque ideo incapax, vt in hac postea vacatione eligeret, 10
vel eligeretur, non enim probatur hæc postulatio Ioannis Preal in Abbatem facta à Philippo ex solo mandato ad postulandum, cum sola nominatio non sufficiat, nisi ipsa postulatio sequatur, neque etiam apparet, quia mandatum, quod integre exhibitum non fuit, verè importare possit, quod insuper penitùs ineffectuatum, neque appa-
ret, † quod ipse sciuerit. Item Preal verè indignum eo 11
tempore fuisse, prout ad hunc effectum requirebatur, vt post alios Sigismund. *à Bononia de elect. dub.* 38. *numero* 9. *&* 10. *P. Passerin. ille eod. tract. cap.* 29. *numero* 77. *&* 78. Barb. *de iur. Eccles. libro* 1. *cap.* 19. *numero* 66. 78. *& seqq.*

Et ita, vtraque parte informante, resolutum fuit.

R. P. D. RONDININO.

Romana augumenti Dotis.

Veneris 1. *Iulij* 1678.

ARGVMENTVM.

Declaratur, seu potiùs limitatur dispositio textus *in Autb. & si contractus C. de fid. instrum.* quatenus pro recognitione scripturæ requirit testes aliquem scribere vidisse deponentes, quod scilicet non procedat in ijs scripturis, in quorum conscriptione non adhibentur testes, in quibus tam ex Statuto Vrbis, ac vsu Curiæ, quam etiam S. Palatij, recognitio per comparationem literarum admittitur.

SVMMARIVM.

1 *Recognitio scripturæ facta parte non citata dicitur informis, & habetur ac si facta non esset.*

2 *Recognitio scripturæ formiter fieri dicitur, si fiat per comparationem ad certam scripturam, & num.* 7.

3 *Scripturæ in quibus conscribendis non adhibentur testes, de stylo Curiæ, & Sacri Palatij per comparationem facta, suffragatur, & num.* 5.

4 *Testes non requiritur quod deponant aliquem scribere vidisse, si agitur de scripturis, quibus in conscribendis non requiruntur testes.*

5 *Recognitio scripturæ à iure requisita per testes, quod viderint aliquem scribere, non recipitur à Statute vrbis, & vsu Curiæ, & quando sup. num.* 3.

6 *Testamenta, & apochæ priuatæ per comparationem recognosci possunt.*

7 *Scriptura certa requiritur ad recognoscendam scripturam per comparationem literarum, & sup. num.* 2.

8 *Scriptura per comparationem dicitur sufficienter recognita, quoties illius requisita fuerint seruata.*

9 *Recognitio scripturæ per comparationem denegatur in criminalibus, vel si adest suspicio falsitatis, vel testes non sint idonei, aut quid aliud in contrarium adducitur, & num. seqq.*

11 *Recognitio manus per* fenestrellas, *vel per* cancellos *quatenus requiratur, & sup. num.* 9. *cum seq.*

12 *Recognitio manus quomodo facienda sit arbitrio iudicantis relinquitur.*

13 *Recognitio manus, vel scripturæ facta per comparationem literarum cum suis requisitis, dicitur superlatiua probatio.*

14 *Recognitio manus non denegatur sub prætextu quod prosiitura non sit.*

15 *Iudiciorum ordo præposterari non debet.*

16 *Intempestiua esset decisio, illiusque iudicium, si primo de releuantia, postea verò de existentia scripturæ quæreretur.*

17 *Qualitas, quæ est accedens non debet præcedere substantiam.*

DE-

DECISIO CCXCII.

REuocaris sub Iudice decisionibus coram Eminentissimo Cerro, in cuius locum fui vniuersaliter subrogatus, cum inter Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales relatus fuit, præcipua quæstio erat, quando causam proposui 29. Martij 1675. & 27. Nouembris 1676. super apocha reuocante testamentum ipsius Bernardini Iacomini; Dato itaque dubio super recognitione characteris Iacomini testatoris, apocham recognoscendam esse per comparationem ad certam scripturam hodie DD. responderunt.

Recognoscenda enim erit apocha, quia licèt ex parte Rosei Iacomini, & Domini Marchionis Ginnetti, aliorumque creditorum eiusdem Iacomini, ei adhærentium recognita fuerit; adhuc tamen quia recognitio facta, informis fuit,
1 & parte † non citata, habetur ac si facta non fuisset, ex ratione textus *in l. 1. §. denunciari ff. de ventr. inspicien.* Ias. *consil. 67. volum. 3.* Gratian. *discept. 501. n. 14.* Rot. *rec. par. 4. decis. 159. sub num. 8. & 9.* quæ est repetita coram *Caril. decis. 254.*
2 Recognitio verò formiter facienda † sufficiens visa est per comparationem ad certam scripturam eiusdem Bernar-
3 dini iuxta stylum Curiæ huc modum † recognoscendi admittentis in ijs scripturis in quibus conscribendis testium præsentia non adhibetur qui ideo requirendi non sunt,
4 † vt deponant, quod viderint illam scribi iuxta dispositionem Text. *in auth. & si contractus C. de fide instrument.* quam
5 hunc in modum limitauit Vrbis Statutum *lib. 1. c. 84.* † vna cum Sacri Palatij, & totius Curiæ obseruantia etiam in istis
6 apochis priuatis, † & scripturis testamentarijs Gratian. *discept. 895. numer. 30. & seqq.* Rota *coram Puteo decis. 18. de fide instrum. & in diuersor. par. 1. decisio 553. numero secundo & coram Buratt. decis. 475. num. 6.* vbi Adden. *in fin. & in rec. par. 8. decis. 166. num. 20. & par. 15. decis. 328. numero 4.* cum alijs *in Romana, seu Ferentina bonorum 22. Iunij proximè præteriti coram me.* Facta enim comparatione per testes haben-
7 tes notam manum Bernardini, † constito prius de certa existentia alicuius scripturæ eiusdem manu conscriptæ, ad
8 quam scriptura recognoscenda comparanda sit, † dicitur sufficienter recognita seruatis requisitis, de quibus Menoch. *de arbitr. iudic. libr. 2. casu 114. num. 25. & seqq.* Cabal. *consul. 150. num. 5. & 6. volum. 1.* Rota *rec. par. 6. d. decis. 159. nu. 9. & seqq.*
9 Contraria enim procedunt † quando vrget suspicio falsitatis scripturæ recognoscendæ, in quam suspicionem hucusque DD. adduci non potuerunt, vel quando versamur
10 in criminalibus, † aut testes inducendi super recognitione essent non integræ fidei, aut alia adducerentur, quæ in exactiorem recognitionem per fenestrellas, vt dicitur,
11 † vel per cancellos, inter consimiles, aut simili modo re-
12 ligionem induceret indicantium, † quorum arbitrio id relinquitur, cum quo sensu procedunt deducta in contrarium ex text. *in authent. de instrument. caut. & fide,* Menoch. *de arbitr. iudic. d. casu 124. num. 20.* Ioseph. Ludouic. *decis. Perus. 7. num. 14. & 15. par. 1.* Aldouin. *cons. 13.* Vermigl. *consi. 134. num. 7.* Posth. *de manut. obseru. 98. num. 14.* cum alijs in prædicta *Romana, seu Ferentina; bonorum 22. Iunij proximè præteriti coram me.* Hic enim modus recognoscendi in his casibus ser-
13 uari solitus † est magnæ fidei, & superlatiuus, vt inquit Rota *rec. par. 3. decis. 192. num. 3. in fine, & par. 13. decis. 60. num. 1.*

An autem profutura sit recognitio istius apochæ pro reuocatione legatorum in testamento valido, & solemni
14 conscriptorum, super quo articulo certabant † hinc indè informantes, visum est DD. non esse præsentis inspectionis,
15 ne præposterato † iudiciorum ordine, cum quæritur de exi-
16 stentia † scripturæ intempestiua decisio emergat super illius
17 releuantia, & qualitas, † quæ est accidens, præcedat substantiam, contra text. *in cap. 1. & toto tit. de ordin. cognit. cum concordantibus.*

Et ita &c.

R. P. D. EMERIX.

Bononien. Fideicommissi, seu Prædij.

Veneris 1. Iulij 1678.

ARGVMENTVM.

Possessori ritè, & rectè in iudicio spoliato releuatio indemnitatis, & illius vigore etiam associatio conceditur, quia aderat clausula *constituti*, & *precarij*, & alia etiam requisita concurrebant; Rursus filios in conditione positos fuisse vocatos, & substitutum non admitti, nisi prius purificata conditione suæ vocationis, in hac præsenti Decisione deciditur.

SVMMARIVM.

1 *Releuatio indemnitatis debetur, si quis à iudice iustè fuerit spoliatus.*
2 *Associatio conceditur vigore clausulæ* precarij *in instrumento appositæ.*
3 *Clausula* constituti, & precarij *vt suum possit operari effectum, requirit probationem crediti, & vtriusque possessionis.*
Antiquæ nempè debitoris, & modernæ rei conuenti ibidem.
4 *Sententia iniusta reuocari debet.*
5 *Filij licet simpliciter in conditione positi, existentibus coniecturis dicuntur vocati.*
6 *Vulgaris substitutio dicitur illa, quæ est facta in casu, quo primus institutus non extaret.*
7 *Vocatus ad fideicommissum tenetur probare euentum suæ vocationis, eiusque conditionem fuisse purificatam.*
8 *Hæres tenetur obseruare, simul atque adimplere factum, & obligationem sui auctoris defuncti.*
9 *de Euictione quem tenet actio, eundem agentem repellit exceptio.*

DECISIO CCXCIII.

CArolus de Muti vti vocatus ex fideicommisso suorum maiorum, obtinuit ab Auditore Generali Bononiæ immitti in possessionem Prædij dell'Acquare, olim à Francisco, & Iulio fratribus de Mutia in dotem assignati Vrsinæ illorum Sorori, & Matri Vincentij Casarenghi, qui idcircò pro releuatione suæ indemnitatis petijt ab eodem Iudice associari vigore precarij in instrumento dotali Vrsinæ appositi ad possessionem cuiusdam domus olim à dd. fratribus possessæ: Verùm quia Marchio Iosephus de Vrsis à Ioanne Michaele Gypsio moderno eiusdem domus possessore Auctor laudatus absolutus fuit, & Auditor Eminentissimi Cardinalis Legati in gradu appellationis procedens cum voto Rotæ Bononiensis duas protulit sententias, vnam nempè confirmatoriam absolutoriæ latæ ad fauorem Marchionis Iosephi, & alteram reuocatoriam illius, per quam dicto Carolo immissio contra Vincentium decreta fuerat; Ideò commissa mihi ab vtraque noua appellatione, datum fuit dubium: An de cuius bono iure constet, & Domini, non informantibus hæredibus Caroli pendente lite defuncti, responderunt constare de bono iure vtriusque informantis.

Quantum enim attinet ad bonum ius Vincentij, illud concludit dilemma, quod scilicet, vel constet de fideicommisso ad fauorem Caroli, itaut ipsi iustè fuerit decreta im-
missio, † & competit Vincentio associatio ad domum, 1
† stante prædicta clausula precarij, & alijs requisitis ne- 2
cessarijs, † quæ in præsenti simul concurrunt, credito nem- 3
pè proueniente ab euictione Prædij dell'Acquare, possessione antiqua dd. Iulij, & Francisci, & tandem possessione moderna Ioannis Michaelis, vt in specie post Bartol. *in repetit. l. 3. C. de pign. sub num. 25. vers. sed pone, quod debitor,* firmat Rot. *post Cenc. de censib. dec. 149. & 250. vtrobique num. 1. cum seqq. & in recen. decis. 721. num. 1. par. 9.*

Vel non constat de fideicommisso, & tunc competit eidem reintegratio ad possessionem dicti Prædij, præuia reuocatione sententiæ immissionis latæ ab Auditore Genera-
li † tamquam iniustæ, iuxtà text. *in l. 1. C. de sent. & interloc.* 4
omn. iudic. Rota *coram Eminentiss. Ottbob. decis. 63. nu. 13. & in rec. dec. 43. nu. 6. & 7. par. 4. tom. 2.*

Quo verò ad bonum ius Marchionis Iosephi de eo Domini constare existimarunt, quia nullum docetur adesse fideicommissum fauore supradicti Caroli, non ex donatione Petri Francisci, & Iacobi fratrum de Mutia, cum ipsi iam ex testamento Caroli Senioris eorum Patris relato in Summario Marchionis *num. 2.* essent grauati erga filios, qui li-
cèt essent tantum positi in conditione, † tamen propter di- 5
gressus ad plures substitutionum gradus, & respectum ad

conseruationem agnationis, aliasque plures coniecturas, erant vocati, ad latè tradita per Rotam *in Rauennaten. fideicommissi 22. Martij 1675. coram me, & in Bononien. fideicommissi de Gozadinis 27. Aprilis 1674. coram D. meo Calatain.*

Minus ex antiquiori dispositione Bernardini ad fauorem
dictorum Francisci, & Iacobi, itaut Carolus eorum Pater
non potuerit illos grauare; Nam ibi filij Caroli non fuerunt
6 vocati, nisi per † vulgarem, nempè in casu, quo ipse Ca-
rolus non extaret, dicto Summario *num.* 1. vt in terminis
similibus consuluerunt Soccin. iun. *cons.* 180. *nu.* 38. *cum seqq.*
Menoch. *cons.* 466 *num.* 10. cum alijs adductis per Rotam *dec.*
49. *num.* 1. *&* 12. *par.* 13. *rec.* itaut Carolus Iunior, eiusque hæ-
redes prætendentes succedere vti vocati ex hac dispositione,
7 † teneantur probare euentum dictæ conditionis, videlicet
non existentiam D. Caroli Senioris de tempore delatæ suc-
cessionis, vt pluribus iuribus, & auctoritatibus firmat Ro-
ta *apud Posth. de manut. decis.* 302. *num.* 1. *& seq. & decis.* 527.
num. 13. *par.* 13. *recent.*

Accedit, quod Carolus Iunior est filius, & hæres Fran-
8 cisci dotantis, † & propterea dum ipse possidet plura bona
sui Patris non subiecta fideicommisso, sed obligata pro
9 euictione Prædij, intrat regula, † quem de euictione tenet
actio, eundem agentem repellit exceptio, *l. vindicantem ff.*
de euict. Rot. *decis.* 175. *num.* 17. *&* 267. *num.* 11. *par.* 8. *decis.* 41.
num. 16. *par.* 11. *rec.*

Et ità &c.

R. P. D. EMERIX.

Meliten. Census.

Veneris 1. Iulij 1678.

ARGVMENTVM.

Post declaratam insubsistentem donationem, qua se tuebantur filij, allegabant ipsi restitutionem dotis maternæ, quæ quia fuerat à Patre promissa, non præsumebatur soluta, quamuis instrumentum promissionis præcesserit, ac etiam diuturna alimentorum præstatio concurreret, vna cum lapsu temporis sine vlla petitione mariti, quia hæc omnia illius creditoribus præiudicare non poterat; Rursùs quia filij erant etiam hæredes Patris, & ideò sine inuentario, ac redditione rationis, creditum eiusdem dotis nequibant opponere.

SVMMARIVM.

1 *Dotis promissæ à patre repetitio non datur aduersus virum, nisi illa fuerit verè soluta.*
2 *Dotis solutio probari debet concludenter, quoties agitur de ea repetenda aduersus creditores mariti.*
3 *Dos non præsumitur soluta ex nuda præcedenti solutione, præstatione alimentorum, & lapsu longi temporis, sine aliqua instantia mariti, & quando.*
4 *Dotis restitutio opposita solum post declaratam insubsistentiam fideicommissi, vel donationis, non datur sine probatione veræ, & realis solutionis illius.*
5 *Dos non præsumitur soluta si in actu solutionis fieri debuisset instrumentum, & pecuniæ inuestitura.*
6 *Inuestimentum, & quietantiam conuentam nemo præsumitur ad sui fauorem omittere voluisse.*
7 *Filij qui vna simul sunt hæredes patris non iuuantur credito materno, nisi confecerint inuentarium, & rationem reddiderint.*
8 *Creditum dotis maternæ ex retentione bonorum patris vel remansit extinctum, aut saltem illiquidum.*
9 *Fundus censitus præsumitur sufficiens ad substentationem annui redditus, pro quo census fuit impositus.*
10 *Fructus dotales post obitum matris non amplius currunt, nec filijs debentur.*

DECISIO CCXCIV.

Fuerat bis decisum coram me fratribus de Sergijs vti hæredibus Lucretiæ eorum Matris competere retentionem ex causa crediti anterioris dotis maternæ contra Laudemiam, & litis Consortes agentes ex credito posteriori census, ac per consequens infirmandam esse sententiam Rotalem, in qua eidem Laudemiæ, & litis Consortibus decretum fuit mandatum de associando, prout in decisione sub die 5. Iulij 1677. & 4. Martij proximè præteriti pleniùs continetur.

Verùm Causa hodie rursùs ad trutinam reuocata, pla-
cuit Dominis recedere à decisis: Præmisso enim, quod in
præsenti excipitur de dote promissa à Patre, † cuius repe- 1
titio non datur aduersus virum, nisi illa fuerit verè soluta,
iuxtà literalem distinctionem text. *in l. si extraneas ff. de iur.*
dotium, quodque non agitur de ea simpliciter retinenda, vel
repetenda ab hæreditate Viri in præiudicium illius hære-
dum, sed in præiudicium creditorum, † quo casu ple- 2
nior probatio requiritur, per ea, quæ tradit Rota *decis.* 78.
par. 5. *recent.* & penes Merlin. *de pignor. decis.* 23. *vtrobique*
num. 2.

Coniecturæ aliàs ponderatæ, & desumptæ ex nuda præ-
cedenti promissione, diuturna alimentorum præstatione,
& lapsu longi temporis, absque eo, quod appareat Vi-
rum pro illa institisse, † non sunt sufficientes ad arguen- 3
dam solutionem, vt notat Andreol. *controuers.* 135. *num.* 1.
& 10. *& controuers.* 136. *num.* 2. *&* 3. Rota *decis.* 23. *num.* 9. *post*
Salgad. *labyrint. creditorum, & decis.* 23. *num.* 58 *penès* Mer-
lin. *de pignor.*

Tantò minùs, quod ab anno 1640. quo lis vertitur inter
has partes, hæc exceptio retentionis ex causa supradictæ
dotis nunquam fuit apposita, † donec Rota nullam, & 4
fraudolentum declarauerit donationem, qua iidem fratres
sæpiùs tuebantur; Et aduersus easdem coniecturas viget pa-
ctum expressum adiectum instrumento promissionis prædi-
ctæ dotis, quod in casu solutionis in parte, vel in totum fie-
ri debeat publicum instrumentum quietantiæ, † & pecu- 5
niæ solutæ impendi cum interuentu, & assensu Patris pro-
missoris in emptione tot bonorum stabilium pro securitate
dotis, † quod verisimile non est à patre neglectum fuisse, si 6
dos verè soluta fuisset, & propterea intrat præsumptio ex-
clusiua solutionis, Rota *d. dec.* 13. *num.* 9. *penès* Merlin. *de pi-*
gnoribus, & in Romana Dotis 11. Februarij 1656. §. Quinta co-
ram Reuerendiss. Beuilaqua.

Et tamen quando solutio aliquo modo probaretur, vel
præsumeretur, cum ex testibus hodie datis Summario *nu.*
2. constet fratres de Sergijs non solum possedisse fundum
censitum, sed etiam alia bona patris, intrat dilemma, quod
aut ipsi sunt hæredes patris, † & non possunt iuuari exce- 7
ptione crediti materni, nisi docto de legitimo Inuentario, &
reddita priùs ratione bonorum paternorum: Aut non sunt
hæredes patris, & prætendunt omnia bona possedisse iure
crediti dotalis materni, & cum nunquam obtinuerint ea si-
bi adiudicari, † illud fuit per perceptionem fructuum ex- 8
tinctùm, aut saltem effectum turbidum, ac per consequens
vsque modo inhabile, Cardinal. Cels. *dec.* 201. *num.* 13. cum
alijs adductis *in Asculana fideicommissi 22. Iunij 1672. §. minus*
coram R. P. D. meo Calatain.

Non suffragante responsione aliàs data, quod fructus
percepti ex fundo censito non excedunt scuta 30. annua, tùm
quia nulla datur iustificatio, † & contrarium præsumitur 9
eo ipso, quo super ipso impositus fuit census redditus annuo-
rum scutorum centum, vt in præsenti Summario *num.* 3. Bu-
rat. *decis.* 131. *num.* 6. Card. Celsus *decis.* 350. *nu.* 7. *&* Rota *post*
Merlin de pignorib. decis. 103. *num.* 11.

Tùm etiam quia, vt supra dictum est possederunt etiam
alia bona paterna, & post obitum matris † ex dote nulli 10
amplius fructus debebantur, vt notant communiter Docto-
res *in cap. salubriter de vsuris.*

Et ita, vtraque Parte informante, resolutum fuit.

REVERENDISS. D. ALBERGATO

Sacræ Rotæ Decano.

Romana Restitutionis Alimentorum.

Veneris 1. Iulij 1678.

ARGVMENTVM.

Laudabilis institutus RR. PP. Societatis Iesu in hac decisione deducitur, qui adeò laborant in Vinea Domini, vt eam faciant suaues fructus reddere, dulcesque, & maturas vuas producere, non autem labruscas, quod

hic

Hic præcisè explicatur ad normam Nobilissimi Seminarij Romani eis à Summis Pontificibus commendati, in quo recipiuntur Alumni quatenus perueniant ad Sacros Ordines, quod si facere neglexerint, alimenta recepta restituere tenentur.

S V M M A R I V M.

1 *Concilium Lateranense decreuit in vnaquaque cathedrali Magistros conduci, qui gratis clericos illius edocerent.*

2 *Consuetudine abrogata erat prouida dispositio Concilij Lateranensis in Cathedralibus gratis edocendi clericos.*

3 *Collegium Puerorum in Sacris literis erudiendorum in Cathedralibus, Ecclesijsque maioribus erigi Statuit Sac. Concilium Tridentinum, ac etiam san. mem. Pius IV. nu. 16.*

4 *Seminarium Romanum in Vrbe erexit san. mem. Pius IV.*

5 *Seminarium Romanum commendatum est piæ ac doctæ disciplinæ RR. Patrum Societatis Iesu.*

6 *RR. Patres Societatis Iesu more prouidi agricolæ adolescentulos in Seminarijs iugiter bonis artibus excolant.*

7 *Iuuentutis bona educatio in literis, præcipue sacris, commendatur, vt inde illa expectatas vuas in vinea Domini, non labruscas producat.*

8 *Obligatio patris restituendi alimenta filij in Seminario educati, quatenus ille nolit fieri Sacerdos.*

Purificata remanet, eo renuente gradum Sacerdotalem suscipere. ibid.

9 *Obligatio facta* conforme al solito *non dicitur vltronea, vel erronea, si non contineat plus, quam solitum, & consuetum importet.*

10 *Solitum dicitur quod pluries in casuum contingentia obseruatum est.*

11 *Collegium, Monasterium, vel aliam Vniuersitatem ingredientes præsumuntur se cum illius statutis conformare voluisse.*

12 *Sac. Concilium Tridentinum* sess. 23. cap. 18. *de reformatione super erectione Seminariorum traditur, & declaratur etiam à num. 1. & seqq.*

13 *Confessionis Sacramentalis audiendæ præceptum, in necessarium antecedens gradum Sacerdotalem supponit.*

14 *Sacramentum pænitentiæ administrare non valet charactere Sacerdotali non insignitus.*

15 *Confessarius ad fidelium confessiones audiendas debet specialiter approbari.*

16 *Pius IV. inhærendo dispositioni Sac. Concilij Trident. erectionem Collegiorum in Cathedralibus demandauit, eiusdemque dispositionem declarauit, & num. 4.*

17 *Concilium Trident. tempore Pii IV. absolutum est adeoque d. Pontificem præsumitur informatum, qualis fuerit Patrum intentio.*

18 *Papa dicitur supra Concilium, & omnium maximus est.*

19 *Executio obligationis cameralis non retardatur per exceptiones requirentes altiorem indaginem.*

20 *Seminarii Romani Alumni ad Sacros ordines promoueri debeat, alioquin tenentur restituere alimenta percepta, & sup. à n. 8. & per totam.*

21 *Decretum Eminentiss. Vicarii factum de ordine Sanctissimi, quod Alumni Seminarii Romani non se promouentes ad ordines Sacros, tenentur restituere alimenta percepta.*

Cum loquatur de Alumnis quocumque tempore ingressos, & ingressuros, comprehendi etiam antea receptos. ibidem, & n. seq.

22 *Verba clara decreti, seu cuiuscumque alterius dispositionis interpretationem non admittunt.*

DECISIO CCXCV.

1 QVamuis Concilium Lateranense decreuisset in vnaquaque Cathedrali Magistros conduci, † qui gratis
Clericos illius docerent, de quo *in cap. 1. & cap. quia nonnulli*
2 *de magistr.* &c. Tamen cum id † consuetudo non obseruaret,
vt refert Fusc. *de visit. cap. 16. num. 6.* nouissimè Concili. Trident. *sess. 23. de reformat. cap. 18.* statuit singulas Cathedrales
Metropolitanas, † atque his maiores Ecclesias continua- 3
re debere Collegium Puerorum Clericorum, qui ibi sacris
literis imbuerentur ad maius Diuini cultus augumentum,
& Christianæ plebis vtilitatem, vt aduertit Valenzuel. *cons.*
22. *num. 41. lib. 1.* quamobrem in aliorum exemplum sa. me.
Pius IV. † primitùs in Vrbe Seminarium Romanum erexit, 4
vt refert Ciaccon. *in vit. eiusdem tom. 3. col. 874.* in fine, iuxtà
nouiss. impress. quam Alumnorum educationem commen-
dauit † piæ, & doctæ disciplinæ Patrum Societatis † Iesu, 5
qui more prouidi Agricolæ huiusmodi adolescentulos, velu- 6
ti teneras plantas in Seminario iugiter bonis artibus exco-
lunt, vt indies translati, † expectatas vuas, non autem 7
labruscas in Vinea Domini producant; inter quos cum an-
no 1654. receptus fuisset Ioseph Belhomineus, qui postea
egressus an. 1672. non curans Sacris Ordinibus insigniri, egit
Seminarium pro solutione alimentorum, eidem annis octo,
& diebus septem subministratorum, & contra bona hæredi-
taria Ioannis Baptistæ illius patris ab Eminentiss. Vrbis Vi-
cario pro scut. 769. & b. 86. obtinuit mandatum, cuius exe-
cutio cum fuisset à Signatura Iustitiæ suspensa per commis-
sionem appellationis signatam cum clausula, *si quid exe-
quendum*, eaque mihi directa, dubitaui; An mandatum es-
set exequendum, & affirmatiua prodijt resolutio.

Siquidem Ioannes Baptista in forma Cameræ promisit
(sunt verba *instrumenti*) & se obligauit, quod Ioseph eius
filius admissus pro Alumno in Seminario Romano, suis
loco, & tempore ad Ordines Sacros etiam Presbyteratus
promouebitur, & in Altaris ministerio celebrabit, aliàs te-
neri voluit de suo proprio soluere Seminario omnia alimen-
ta per d. Seminarium d. Iosepho præstanda, † propterea cum 8
Ioseph paternam obligationem per promotionem ad Sacros
Ordines adimplere renuat, intrat de plano restitutio ali-
mentorum, promissa ab eius patre in euentum, in quem
ipse non promoueatur, iuxtà text. *in l. stipulationes non diui-
duntur ff. de verb. oblig.* Zacchias *de obligat. camer. quæst. 2. num.
5.* Rota *post eum decis. 262. num. 1. & decis. 406. nu. 1. coram Du-
nozett.* & passim in alijs.

Nec suffragatur, quod in Schedula à Patre Rectore dire-
cta Notario rogato de instrumentu, mentio non fiat de su-
sceptione Sacrorum Ordinum, sed dumtaxat dicatur: Ri-
ceuerà da Gio: Battista Belhomo l'obligo in forma Camera,
conforme il solito per Gioseppe suo figlio, che hauendo ot-
tenuto luogo trà Chierici di Seminario, promette seguire
vita, e stato Ecclesiastico, e Clericale, come s'vsa per al-
tri, che entrano in Seminario: Vndè insertebant Infor-
mantes pro Iosepho huiusmodi obligationem, vti non con-
tentam in d. Schedula esse vltroneam, seu erroneam,
quia vltra quod ibi non excluditur promotio ad Sacros Or-
dines, † sufficit, quod in d. Schedula dicatur, *conforme al so-* 9
lito &c. *come s'vsa per altri, che entrano in Seminario*, ad cu-
ius Schedulæ formam etiam Io. Baptista se obligauit, ibi:
iuxta stylum, & consuetudinem d. Seminarij, de quo d. Io. Bapti-
sta asseruit habere notitiam; ideò cum pro parte Seminarij
fuerint exhibitæ plures obligationes cum d. conditione su-
scipiendi Sacros Ordines factæ ab illis Clericis in eodem Se-
minario receptis, tam ante, quàm post ingressum Iosephi,
sequitur illa verba: *Conforme al solito &c. è come s'vsa per al-
tri, che entrano in Seminario*, intelligantur de obligatione,
quod filius suscepisset Sacros Ordines, cum facta sit, iuxtà
solitum, & dicatur solitum id, † quod pluries obseruatum est 10
in casuum contingentia, ad text. *in §. Pauonum instit. de rer.
diuis. & in l. lege §. igitur ff. de verb. signif. & in l. solet, ff. de ser.*
Bertazol. *de claus. claus. 51. gloss. 12. num. 2.* Barbos. *dict. 456. nu. 1.*
attentis potissimum statutis ipsius Seminarij, ibi: *à suo tempo
saranno promossi all'ordini minori, & altri maggiori*, † cum qui- 11
bus statutis in illud ingredientes, censeri debet, se voluisse
conformare, ad Rot. *decis. 471. num. 38. par. 9. recent.*

Minus releuat, quod Sac. Conc. Trid. *in d. sess. 23. cap. 18.
de reform.* † habens formam exigendi Seminarium Cleri- 12
corum expressè non iniunxerit Alumnis promotionem ad
Sacros Ordines.

Quia vltra quod Informantes pro Seminario responde-
bant id non solum à Concilio non excludi, imò potiùs in-
cludi, dum statuit Alumnos addiscere, quæ ad Sa-
cramentorum administrationem, & præcipuè ad confes-
siones audiendas videbuntur opportuna, † quod supponit in 13
necessarium antecedens Presbyteratum, aliosque Sacros
Ordines, cum nemo Sacramentum pænitentiæ administra-
re valeat, † nisi sit Sacerdotali charactere decoratus, *cap. om-* 14
*nes vtriusque de pænit. & remiss. & in eod. Concil. sess. 14. de re-
form. cap. 3. de Sacram. pænit.* propos. 1. num. 1. & quidem ad

fidelium

15 fidelium confessiones † audiendas specialiter approbatus, vt decernit idem Sac. Conc. *cap. 15. sess. 23. de reform.* quod etiam dicebant comprobari ex actibus Consistorialibus sa. me. Pij IV. in quibus habetur die 18. Augusti 1562. dixisse in
16 eodem Concilio Trid. statutum esse, † vt in omnibus metropolitanis, & Cathedralibus Ecclesijs Collegia constituerentur ad Iuuenes in disciplina Ecclesiastica instituendos, ex quibus postea Sacerdotes, Parochi, atque si opus esset, Episcopi eligerentur, ac proindè cogitasse opus tam sanctum nusquam meliùs, quàm in Vrbe inchoare, qui Pontifex cum Concilium suo tempore absolutum confirmauerit, &
17 Seminarium erexit, † optimè præsumitur informatus, qualis fuerit PP. intentio, illamque potuit declarare, & interpre-
18 tari, cum Papa sit supra Concilium, † & omnium maximus, *cap. solitæ de maiorit. & obedient.* sufficiens pro nunc, visa est responsio, quod agitur ad restitutionem alimentorum in casum non ascensus ad Sacros Ordines promissam
19 sub obligatione Camerali, † cuius executionem non retardatur per exceptiones turbidas, & requirentes altiorem indaginem, vt relatis concordan. dictum fuit *in Romana pecuniaria super executione mandati 11. Martij proximè præteriti §. quæ ad impedien. coram me.*

Porrò difficultatem remouet nouissimum decretum Eminentissimi Cardinalis Vicarij, qui facto verbo cum sa. me. Clemente Decimo, decreuit omnes Alumnos quocumque tempore ingressos, & ingressuros Seminarium, perpetuò debere incedere in habitu, & post egressum ab eo, ætate legitimè suffragante, ad omnes Sacros, etiam Presbyteratus
20 Ordines promoueri debere, † aliàs teneri, & obligatos esse voluit ad restituendum omnia alimenta, quę ab eodem Seminario perceperunt ad rationem scutor. 8. quolibet mense,
21 cuius decreti † vis porrigitur ad omnes Alumnos, quocumque tempore ingressos, vt deprehenditur ex lectura, quæ
22 vti nimis clara † interpretationem non admittit, ex regula Text. *in l. ille, aut ille, §. cum verbis ff. de legat. 3.*

Et ita vtraque parte informante resolutum fuit.

R. P. D. PAVLVCCIO.

Fauentina Manutentionis.

Veneris 1. Iulij 1678.

ARGVMENTVM.

Curatori, seù Administratori in bonis administratis manutentio conceditur, non solum quia illa, durante administratione ei denegari non debet, donec sit reddita ratio, verū etiam quia ipse causam possidendi mutauerat ob superuenientiam tituli fideicommissi per obitum minoris, vel pupilli, non obstante donatione eiusdem minoris, quia erat nulla, tamquam facta sine interuentu Curatoris, quem Pater illi constituerat, & vlterius non comprehendebat, nec comprehendere poterat bona eiusdem fideicommissi.

SVMMARIVM.

1 *Manutentio datur consequenter ad resoluta super attentatis.*
2 *Possessio, & manutentio administratori, durante administratione conceditur, & donec ipse rationem reddiderit.*
3 *Tutor, curator, seu administrator vocatus ad fideicommissum pupilli, eo defuncto potest sibi mutare causam suæ possessionis, ampliа vt num. seq.*
4 *Titulo nouo superueniente potest vnusquisque mutare causam suæ possessionis, etiam absque aliqua declaratione.*
5 *Mutatio possessionis ex causa superuenientis noui tituli, eo magis fieri potest, stante declaratione sequuta per decretum iudicis.*
6 *Donatio facta à filio sine auctoritate curatorum, quos pater illi constituerat, tamquam inhabili, remanet nulla.*
7 *contra Præceptum patris, vel testatoris si quæ gesta sunt, nullitatis vitio laborant.*
8 *Clausula* constituti *est accessoria contractus, & ideo non subsistente principali, nihil operatur.*
9 *in Donatione non dicuntur comprehensa bona fideicommisso, vel alteri restitutioni supposita.*
10 *Detractiones si sunt incertæ, clausula* constituti *non suffragatur.*
11 *Clausula*, constituti *super incertis, vel ratione incertorum, nihil operatur.*
12 *Manutentio, vel immissio non conceditur contra creditorem possidentem iure pignoris, nisi ei restituto suo credito, pro quo possidet.*

DECISIO CCXCVI.

CONQUERENTE Francisca de Marchetis Vxor relicta quondam Caroli à Pane, Claudium à Pane, cui Auditor Cameræ iam concesserat mandatum de manutenendo, postquam mutata causa possessionis, bona, quæ possidebat tamquam Curator eiusdem Caroli, cæpit possidere post eius obitum tamquam fideicommissarius substitutus; per eundem Claudium attentata fuisse commissa, sub die 21. Iunij anni præteriti 1677. coram me fuit resolutum non constare de attentatis; Quia verò Causa mihi commissa fuit cum facultate manutenendi quem de Iure.

Ideò dubitaui, An, & cui sit danda manutentio.

Et dandam Claudio Domini † dixerunt, planè conse- 1
quenter ad resoluta super attentatis.

Et siquidem extra omne dubium, quod Claudius, superstite adhuc Carolo, fuit in quasi possessione administrationis, & curæ, ac proindè fuit etiam ipsi ab Auditore Cameræ adiudicata & possessio, & manutentio, † tamquam de- 2
bita Administratori, durante administratione sua, & donec rationem reddiderit, Rota *coram Durano decis. 322. nu. 1. post Posth.* quam sequitur idem Posth. *de manut. obseruatione 52. num. 27.* cum alijs in præterita decisione allegatis.

Post obitum verò Caroli, & tamquam hæres ab intestato, & tamquam substitutus à patre eidem Carolo per fideicommissum, mutauit sibi † causam possessionis, & eadem 3
bona, in quorum possessione erat tamquam Administrator cæpit possidere nouo † titulo, quod facere potuit etiam sine 4
vlla declaratione, vt latè Duran. *d. decis. 322. post Posth. & coram Eminentiss. Ottobon. decis. 219. num. 15.* multoque magis declaratione † secuta per Iudicis decretum, vt in boccalu, 5
& constat in Summario *num. 6.*

Et quamuis Carolus donationem fecerit Franciscæ Vxori omnium bonorum inter viuos cum clausula *constituti*.

Hæc tamen nihil obstare fuit visa, cum exceptione, eaque non vna, & nimis parenti laboret.

Primò enim nullius roboris est donatio, vtpotè facta sine scientia, † consensu, & auctoritate Curatorum, quos pa- 6
ter in Testamento tamquam inhabili, Carolo filio assignauerat, † & sic contra expressum patris præceptum, *l. si Cu-* 7
ratorem C. de in integr. restit. min. vndè nec clausula *constituti*,
† quæ est accessoria, non subsistente principali aliquid ope- 8
rari potest, *cap. accessorium, de reg. iur. in 6.* Rota *penès Posth. decis. 227. num. 10.*

Secundò, donatio ipsa est restricta ab bona donatoris, cuius non sunt bona, de quibus agitur, quæ sunt subiecta fideicommisso patris, cuius testamentum Carolus acceptauit, & geminatè, imò & tertiò eius dispositioni consensit, † ideò 9
nec potuit, nec voluit hæc bona in donatione comprehendere, *l. unum ex famil. §. si falcidia*, & ibi Culac. *ff. de leg. 2.* Vrceol. *consult. for. cap. 45. num. 23. & seqq.* Rota *decis. 79. par. 13. recent.*

Nec admittendum confugium ad detractiones; quæ à Carolo donante ex fideicommisso fieri possent, vt super ipsis substineretur donatio.

Quia fuere expresè prohibitæ à Testatore cum cautela Soccini, imò & Carolus ipse approbans testamentum patris ipsi expresè renunciauit; † Et demum cum detractio- 10
nes ipsę sint incertæ, clausula *constituti* † ratione ipsarum ni- 11
hil potest operari, Rota *post Merlin. de pignor. decis. 105. num. 12. & decis. 33. impress. penès Pasell.*

Ideò dandam ex his omnibus manutentionem Claudio Domini resoluerunt, adiecta clausula, per quam iuribus dotalibus ipsius Franciscæ consulatur, *restituta, scilicet dote recepta*, † prout fieri consueuit, quando creditor possidet 12
Iure pignoris, Posth. *de manut. obseru. 54. num. 26. in fine*, nec Claudius dissentit.

Et ita, altera tantùm Parte informante, resolutum fuit.

REVERENDISS. D. ALBERGATO
Sacræ Rotæ Decano.

Carpentoraten. Bonorum.

Veneris 14. Nouembris 1678.

ARGVMENTVM.

Contractus minoris ratione iuramenti, etiam sine vlla causa substineri deciditur, quia non aderat statutum, contrarium disponens; Cumque ad illum annullandum adduceretur læsio, hæc non probari resoluitur ex testibus plures exceptiones habentibus, & præsertim valorem bonorum non concludentibus, maximè in concursu aliorum testium magis specificè deponentium, & habentium pro se iuris assistentiam, super veritate contractus, & valoris eorundem bonorum in eodem contractu expressi.

SVMMARIVM.

1 *Causæ expressia, an sit necessaria in contracta mulieris, si illius falsitas, vel insufficientia pretenditur, & vid. num. seqq.*
2 *Iuramentum supplet defectum solemnitatum de iure requisitarum in contractu minoris puberis.*
3 *Causam in contractu minoris non importat ex pretio debitorum pro sola erogatione pecuniarum in instrumento enunciata, & num. seqq.*
4 *Iudex ex quibus se potuerit inducere ad interponendum decretum in contracta minoris, quamuis aliquid non per modum causæ fuit illi expressum.*
5 *Instrumentum venditionis potest etiam continere mandatum ad soluendum sic, & sic.*
6 *Dolus in venditione non præsumitur nisi constet de læsione venditoris, & magno lucro emptoris.*
7 *Testes plures exceptiones habentes dicuntur insufficientes ad probandam læsionem.*
8 *Læsio probari debet plenè, & concludenter ad effectum rescissionis contractus, qui dicitur habere pro se præsumptionem iusti pretij.*
9 *Testes non probant valorem, nisi aliam reddant rationem, quod habitant in eodem loco, & per bona vendita transierunt.*
10 *Testes deponentes de proprio iudicio, non probant valorem.*
11 *Testes de auditu nihil probant, nec etiam in materia valoris.*
12 *Testes dicitur suspectus, si non recordatur de loco suæ habitationis de aliquo tempore, & postea recordatur de die mense, & anno, ac etiam de re non ad ipsum, sed ad alium spectante, & num. seqq.*
13 *Testis inuerisimilia deponeas non probat.*
14 *Testes propter nimiam reminiscentiam rei ad se non spectantis, & adamussim deponentes de tempore, nihil probant, & sup. nu. 12. & seqq.*
15 *Contradictio testium eorum depositiones omnino eneruat.*
16 *Testes in æstimandis bonis debent habere rationem de qualitatibus, & oneribus intrinsecis, & extrinsecis, quæ iisdem bonis adhærent, & nu. 20.*
17 *Valor bonorum diminuitur, si illa sunt subiecta emphyteusi, pro quibus soluitur canon.*
18 *Pretium bonorum extenuant inundationes, & reparationes, quibus illa subiacent.*
19 *Valor bonorum diminuitur si venditio, sine obligatione euictionis, facta sit à venditore ære alieno grauato.*
20 *Testes magis informati, & reddentes meliorem rationem sui dicti, in concursu aliorum præferuntur.*
21 *Testes super valore deponentes coadiuuantur ab instrumentis venditionum bonorum similium.*
22 *Actoris probationem reo sufficit aliqualiter offuscari, quia illius intentio est plenè, & concludenter probanda.*
23 *Læsio probari debet per plenas, & necessarias demonstrationes.*
24 *Fideicommissarius non tenetur soluere annuas præstationes*

decursas in vita grauati, & si soluit, vel soluere cogatur, ab illius hæredibus releuari debet.
25 *Bona emphyteutica, si non extincto prius canone vendita fuissent, longè minus vendita essent.*
26 *Senex octogenarius dicitur morti proximus.*
27 *Patruus præcipuè si sit senex, non præsumitur voluisse fraudare, & decipere proprias neptes.*
28 *de Læsione vbi constat, admittuntur præsumptiones super fraudulenti contractu alias secus.*
29 *Contractus si palam, & publicè, & in quocumque loco celebrari potuisset, inania fuissent incommoda, illum celebrandi in abscondito, vel alias similes cautelas adhibere.*
30 *Iudicis competentia super interpositione decreti in contractu minoris, ex situatione bonorum resuleat.*
31 *Mulier maior de iure communi obligatur etiam sine decreto iudicis, & aliqua causa, cum habeatur, ac si esset masculus maior.*
32 *Euictio ab aliquo præstanda ipsum agentem à limine iudicij repellit.*
33 *Minorum contractus iurati sine statuto disponente in contrarium remanent sub dispositione iuris communis.*
34 *Minor ratione iuramenti habetur pro maiore, cum iuramentum suppleat defectum ætatis.*

DECISIO CCXCVII.

OB defectum, seù insufficientiam causæ, & dolum præsumptum firmauerat Rota coram me sub die 11. Februarij 1675. constare de inualiditate instrumenti venditionis quorundam bonorum facta à Sororibus de Palletijs ad fauorem Spiritus Baculardi earum Auunculi, illisque concedendam esse reintegrationem ad bona vendita, hodiè possessa per Spiritum de Cheylus d. Emptoris hæredem; Verum in repropositione habita die 2. Decembris eiusdem anni fuit dilata resolutio, & pro dilucidatione facti concessa etiam fuit vtriquè Parti Remissoria, Vndè asportatis ad Curiam Processibus Remissorialibus, ex depositionibus Testium hinc indè examinatorum, ac ex ipso instrumento venditionis per extensum dato, apparuit, neutrum ex prædictis fundamentis præteritæ decisionis subsistere; Ideoquè ab illa recedendum esse Domini censuerunt.

Non quidem habet subsistentiam falsitas, seù insufficientia Causæ, quia in contractu, de quo agitur, venditrices nullam expresserunt causam, propter quam ad contractum venditionis deueniebant, vt constat ex lectura eiusdem instrumenti relati in hodierno Summario illorum de
Scipionibus *numer.* 1. † Ideoquè expressio Causæ in hac 1
venditione non erat necessaria, cum talis solemnitas à iure
communis requisita in *l. magis puto ff. de reb. eorum.* Suppleatur per iuramentum † ab eisdem venditricibus puberibus 2
interpositum ex clara, & vulgata dispositione text. *in Auth. Sacramenta puberum*, vbi communiter *DD. C. si aduers. vendit. cap. cum contingat de iure* Abb. *cons.* 108. *numer.* 1. *lib.* 2. Bertran. *cons.* 22. *num.* 2. *vers. sed respondeo lib.* 2. *par.* 2. Thesaur. *decis.* 66. *num.* 1. Hodiern. ad Surd. *decis.* 278. *num.* 35. Rota *coram Put. decis.* 244. *per tot. lib.* 3. & admittitur in decisione, quæ reuidetur §. *neque obstat.*

Nec releuat, quod quando reperitur expressa causa in instrumento, si hæc detegatur falsa, vel inepta, contractus corruat, quia licet in eodem instrumento exprimantur, & enumerentur plura debita venditricum, quæ ex pretio bonorum venditorum satisfieri debebant per emptorem, † hæc 3
tamen solutio eorundem non fuit enunciata pro causa necessaria alienationis, sed pro erogatione pecuniarum, quæ ex venditione retrahebantur, quod valdè differt Rota *decis.* 33. *num.* 9. *vers. & quoad par.* 4. *tom.* 2. *recent.* adeout super extinctione talium debitorum, nec fundauerit, nec fundare potuerit Iudex interpositionem Decreti, & auctorizationem contractus, cum debita enunciata fuerint postquam venditio consumata erat, & pretium stabilitum, imo per modum simplicis desiderij, & voluntatis contrahentium necessariæ, † quæ animum Iudicis mouere po- 4
tuerit ad interponendum Decretum, & licentiam vendendi, vt distinguendo firmat Rota *in Bonon. census* 3. *Martij* 1673. §. *minus releuat coram me*; confirmata 14. *Iunij* 1677. §. *nullitas coram R. P. D. meo Vbago*; & hoc patet ex verbis eiusdem instrumenti ibi: le dette venditrici hanno indicato al Signor Baculard di pagare in discarico loro la somma &c. Item detto Signor compratore pagarà &c. quæ non

causam venditionis, sed nouum contractum important,
5 scilicet mandati ad soluendom sic, & sic, † quod in eodem
instrumento fieri potest l. scire debemus 29. ff. de verb. obligat.
l. cum eisdem ff. de edil. edict. Rota diuers. decis. 768. num. 8. &
9. & coram Bich. decis. 28. num. 20.

Quo verò ad dolum ille excluditur ex eo, quod non docetur de læsione venditricum, vel magno locro emptoris, sine quibus nunquam præsumitur in venditione interuenisse Meooch. cons. 58. num. 23. Farinac. qu. 89. num. 56. & 57. Ciriac. conur. 454 num. 23. Rota decis. 478. num. 9. par. 4. tom. 2. recent. Nam Prædium controuersum venditum pro scutis 1987. ad rationem scut. 200. pro qualibet salma articulatunt actores, quod erat valoris scut. 300. pro qualibet salma, sed testes ad eorum instantiam examioati tales, & tantas patiuntur exceptiones, tam in personis, quàm in dictis,
7 † vt meritò insufficientes visi fuerint ad probandam læsio-
8 nem pro rescissione contractus † habentis præsumptionem
iusti pretij Bald. in l. per diuersas num. 8. in fin. C. mandati Rota decis. 553. num. 8. par. 3. diuers. & coram Buratt. decis. 338. num. 2.

Siquidem illorum dicta singillatim examinanda Primus nihil de valore deponit, secundus est decoctus, & pauper, quartus est Affictuarius actorum, & cognatus vnius ex venditricibus, & sexius est debitor eorundem de Scipionibus, & omoes nullam aliam rationem pro informatione valoris
9 adducunt, † quam habitationem io illa Regione, & transitum per idem Prædium, quæ noo concludit, vt in fortioribus Rota coram Baratt. dicta decis. 338. num. 7. quam sequitur Posth de subbast. inspect. 60. nu. 83. Tertius verò igoorat fioes bonorum, & deponit de proprio iudicio, & quar-
10 tus de auditu, † ideoque non probaot valorem, vt de proprio iudicio firmant Alex. cons. 74. num. 6. lib. 1. Rota diuers. dicta decis. 553. num. 5. coram Buratt. dicta decis. 338. nu. 12. &
11 coram Dunoz. Iun. decis. 113. num. 20. † & de auditu Posth. de subbast. dicta inspect. 60. num. 87. Caputaq. decis. 264. num. 7. par. 3. Buratt. d. decis. 338. num. 11. ad med. & demum quintus est valdè suspectus, quia non recordatur de loco suæ habita-
12 tionis anni 1638. † & tamen post 40. ferè annos recordatur præcisè de die, mense, & anno secutæ venditionis, in qua cum nullum haberet proprium interesse, non est verisimi-
13 le, quod tam præcisam de ea retinuerit memoriam; † ideò ei tanquam inuerisimilia deponeoti fides haberi non debet c. quia verisimile de præsumpt. & propter tam eximiam remi-
14 niscentiam rei ad se non spectantis † reiecit testes deponentes adamussim de tempore Rota decis. 67. num. 7. par. 10. recent. Quinimò consideratis eorundem depositionibus, etiam generaliter, sunt inter se contrarij, & varij, dum vnus ex eis, scilicet secundus super Interrogatorijs deponit. Terras venditas indistinctè valuisse scut. 300. pro qualibet salma, & deindè super articulis fatetur, quod aliquæ salmæ eraot d. valoris, aliæ scut. 250. & aliæ 200. Alij verò contestes valorem scut. 300 simpliciter probare conantur,
15 † quæ contradictio depositiones omnium eneruat cap. licet causam §. quamquam autem de probat. ibique glos. verb. quia sibi, & Canonistæ communiter l. eos, qui ff. ad leg. Cornel. de fals. Alex. cons. 114. num. 14. in fin. & num. 15. lib. 4. Rota coram Buratt. decis. 567. num. 8. & coram Dunoz. Iun. decis. 648. num. 3. & quod peius est in æstimando Prædio, rationem non habuerunt de qualitatibus, & oneribus intrinsecis, & ex-
16 trinsecis, quæ illi inhæreot, † & considerari debent à Testibus, ad hoc, vt verum valorem cognoscere possint Alex. cons. 54. num. 4. lib. 6. Posth. de subbast. inspect. 60. num. 53. Rota post ipsum decis. 40. num. 9. & 10. & post Mangil. eod. tract. decis. 39. num. 5. & in recent. decis. 648. num. 2. par. 1. & decis. 139. nu. 6. & 7. par. 16. recent.

Aliquæ enim salmæ erant suppositæ dominio directo al-
17 terius, cui Canon, & Laudemium soluebatur, † quod valorem minuit Surd. cons. 432. num. 76. in princ. Rota decis. 39. num. 5. ad med. post Mangil. de subbast. & coram Merlin. decis. 703. num. 4. & in par. 15. rec. decis. 198. num. 10. Aliquæ autem expositæ inundationibus, & reparationibus cuiusdam Tor-
18 rentis contigui, † quæ pretium bonorum extenuant Posth. de subbast. d. inspect. 60 num. 54. Rota post ipsum decis. 44. numer. 8. ad med. & decis. 648. nu. 2. par. 1. recent. Quinimò æstimatio totius Prædij ootabiliter diminuebatur ex eo, quod
19 venditrices pluribus debitis inuolutæ, † nullam præstabant cautionem de euictione pro securitate emptoris l. eum, qui §. melior ff. de in diem addict. Martin. Andr. decis. 109. num. 4. Rota post Posth. de subbast. dicta decis. 44. num. 8. in fine, & in rec. dicta decis. 648. num 2. par. 1. & decis. 377. num. 5. par. 6. recent.

Sed quatenus aliqualis probatio læsionis ex dictis talium testium argui posset, illa prorsus eliditur ex alijs ad instantiam Spiritus examinatis depooentibus iustum pretium Prædij controuersi fuisse scut. 200. pro qualibet salma, qui
veniunt etiam præferendi. † Tum, quia magis informati, 20
& reddentes meliorem rationem sui dicti, & considerantes qualitates intrinsecas, & extrinsecas eiosdem Felin. in c. in nost. a num. 10. de testib. Gabr. eod. tit. conclus. 4. num 59. & 60. Posth. de subbast. d. inspect. 60. nu. 97 & Rota post ipsum d. decis. 44. numer. 7. Tum, quia eorum depositio adminiculatur
† ex publicis instrumentis venditionum aliorum bonorum 21
contiguorum factarum pro eodem pretio. Rota coram Dunoz. Iun. decis. 734. num. 10. & dec. 298. numer. 14. par. 17. recent.

Non attentis aliquibus leuibus exceptionibus contra illos oppositis, quia in omnem casum sufficit ex eorum
depositionibus † aliqualiter offuscari probationem Acto 22
ris, ad quem spectat dilucidè læsionem probare † per 23
plenas, & necessarias demonstrationes Bald. cons. 77 num. 6. lib. 2. Rota post Posth. de subbast. decis. 47. in fine, coram Buratt. dicta decis. 338. num. 5. & in par. 16. recent. decis. 126. num. 11.

Exclusa ex his læsione, quæ est principale fundamentum doli præsumpti parum releuant coniecturæ ad illum probandum consideratæ ab informantibus pro Scipionibus; Prima enim desumpta ex falsitate, & suppositione crediti scut 158. non subsistit in facto, quia dicta somma erat verè debita à Sororibus venditricibus, vti hæredibus Ioannis eorum Patris, partim vti debitum proprium, partim verò pro fructibus cuiusdam annui censùs, qui debebat solui ab eodem Ioanne in vita, vti possessore bonorum fideicommissariorum Stephani Iuotoris, vt patet ex distincto, & iustificato calculo relato in responsione facti ab informantibus pro Spiritu dato die 2. Decembris 1675. Ideòque non obstat enunciatio in eodem instrumento venditionis emissa, quod eadem bona fideicommissaria ad Spiritum emptorem deuenerint, quia nihilominus ista, vt fideicommissarius non tenebatur de proprio soluere aoouas præstationes io vita hæ-
redis grauati maturatæ, † sed hoc onus ad illius hæredes 24
spectabat, à quibus repetere potest fideicommissarius casu quo à creditoribus soluere cogatur l. idem Iulianus §. hæres, vbi Doct. ff. de legat. 1. Peregr. de fideic. art. 4. num. 65. Molin. de Primog. Hispan. lib. 1. cap. 27. num. 8. vers. quod nedum Garz. de expens. cap. 16. num. 37. in fin.

Secunda deducta ex solutione scut. 80. facta à vendritri-
cibus pro extinctione Caooois, parum concludit, † quia 25
non facta tali extinctione, Prædium fuisset minoris venditum ex adductis supra §. aliquæ enim, & similiter tertia ex qualitate personarum retorquetur, quia emptor erat bonæ conditionis, & famæ, vt deponunt testes pro Spi-
ritu examinati, † & cum esset senex octogenarius, ideo- 26
què morti proximus Narbon. de ætat. ann. 80. qu. 6. numer. 2.
non præsumitur voluisse fraudare † & decipere proprias 27
neptes Rota post Torr. de pact. futur. success. decis. 82. numer. 32.

Quarta elicita ex expectata morte Patris, quinta ex abductione mulierum ad locum Paternarum, & sexta ex electione Iudicis Pedanei, tunc essent allegabiles, quando constaret de læsione venditricum, & magna vtilitate emptoris,
† secus autem quando venditio facta fuit iusto pretio, 28
† quia tunc ineptum fuisset talia incommoda subire, & 29
opportunitatem quærere pro ineundo contractu, qui coram omoibus in quocumque loco, & tempore stipulari poterat ex adductis supra §. quo verò ad dolum, & tamen singulatim refelluntur; tempus enim venditionis non fuit à Spiritu emptore expectatum, sed ab ipsis venditricibus electum, dum ex articulis à Scipionibus exhibitis, & testibus examinatis constat, quod Spiritus emptor nunquam requisiuit, vel coegit Sorores de Palletijs ad vendendum, sed ipsæmet, & maritus Margheritæ volus ex eis instarunt apud eundem Spiritum, & sollicitarunt Margharitam Summario Spiritus numer. 13. & 14. Abductio verò mulierum ad locum Paternarum similiter excluditur ex testibus in dicto Summario num. 14. in fin. deponentibus, quod venditrices de tampore ioiti contractus, & ante, & post vsque ad obitum semper habitarunt io eodem loco Paternarum, quinimo, quod Spiritus emptor ibi non habitabat, sed pro stipulando solum hoc instrumento illuc se contulit, facultas enim Iudicis interponentis Decretum comprobatur ex Iudicialibus sententijs ab eo latis dicto Sum-
mario num. 15. † & competentia illius ex situatione bono- 30
rum

rum resultat *l. si Prædium ibi : cum Decreto Præsidis Prouinciæ in qua situm est*, vbi communiter DD. *C. de Præd. min.* Bart. *in l. magis puta §. illud in secunda lectura numer. 2. ff. de reb. eorum* Gomez. *var. resol. lib. 2. cap. 14. nu. 18.* Simoncell. *de Decret. lib. 1. tit. 2. nu. 69.*

Ex quibus omnibus satis constat de validitate, & subsistentia venditionis, & tamen ex alio etiam capite repelluntur Scipiones ab intentata rescissione huius contractus; In eo enim vti principalis, principaliter, & insolidum se obligauit de euictione Margharita Actrix ipsorum actorum,
31 tunc maior ann. 25. † quæ obligatio sicuti etiam, sine aliqua solemnitate, & causa sustinetur, ac si esset facta à masculo maiore *l. 2. C. ad Senat. Consult. Velleian. l. aliquando l. nec interest l. debitrix ff. eod.* Gratian. *discept. forens. cap. 756. num.* 24 Rot. *rec. decis. 88. num. 7. & dec. 238. num. 13. par. 6. & decis. 338. num. 22. par. 17.* Ità eosdem Scipiones agentes ad rescis-
32 sionem repellit à iudicio † per vulgatam exceptionem *l. vindicantem ff. de euict.*

Nec subsistit, quod cum dictum Prædium venditum esset Margharitæ cum Sororibus minoribus commune iuuari ipsa possit beneficio minorum alijs Condominis competente. Quia contractus etiam respectu minorum substinetur ratione iuramenti ab eis præstiti, quando enim in loco non adest legitimum Statutum, dans certam formam contractibus minorum, sine qua illos etiam iuratos statuat non vale-
33 re, † cum contractus remaneat sub mera dispositione iuris communis intrat text. *in d. Auth. Sacramenta puberum, C. si aduersus vendit.* per quem minor vigore iuramenti in con-
34 tractu appositi habetur pro maiore, vt per dicta † Authentica vigore iuramenti suppleatur defectus ætatis, vt ibi tradunt communiter DD. & plenè firmat Seraphin. *de priuil. iuram. priuil. 83. num. 47.*

Et ità post tertiam causæ propositionem resolutum fuit recedendum esse à decisis vtraque Parte informante.

Altera præsentis causæ Decisio est impressa supra in præcedenti tom. 2. par. 18. vbi est in ordine 447.

R. P. D. TAIA.

postea S.R.E. Cardinali.

Pampilonen. duorum quartorum beneficij.

Lunæ 14. Nouembris 1678.

ARGVMENTVM.

Deuolutionem præsentationis iurispatronatus prætendebat Episcopus, super qua etiam ipse pronuntiauerat, sed illius sententia visa est notoriè iniusta, quia cum ageretur de iurepatronatus Clericorum, & Laicorum mixto, & præsentatio infra sex menses fuisset sequuta, nullam deuolutionem eidem competere fuit decisum.

SVMMARIVM.

1 *Præsentatio beneficij de iurepatronatus mixti Clericorum, & Laicorum simul fieri debet infra sex menses, & nu. 4. cum seqq.*
2 *Iniustitia maior est nullitas, quam ipsa nullitas, & numer. seqq.*
3 *Nullitas consequenter dicitur iniustitia notoria, & sup. num. 2.*
5 *Iuspatronatus adhuc dicitur mixtum Clericorum, & Laicorum etiam si Laici habeant maiorem partem vocum.*
6 *Sententia lata ex falsa causa non substinetur, quamuis habuisset causam veram.*
7 *Causa falsa expressa per iudicem in sententia reddit eam nullam.*
8 *Præsentatus à legitimis patronis, vel ab eorum maiori parte instituendus est.*
9 *Præsentatus à maiori parte patronorum, si est idoneus, præfertur præsentato à minori, quamuis maiores qualitates habenti.*
10 *Verba sententiæ non tamen operantur quatenus infertum, sed quatenus ex ipsis necessario infertur.*
11 *Patronus quando non dicatur fuisse negligens in præsentando, & num. 12.*
12 *Episcopus quatenus, & qualiter litem suam fecisse dicatur.*

DECISIO CCXCVIII.

VAcante huiusmodi beneficio suprascripto per obitum 31. Augusti, cuius patronatus, & præsentatio spectate dicitur ad octo aliquos Clericos, & aliquos Laicos, de quibus vno interim mortuo, fuit præsentatus Damianus à quatuor 17. Decemb. 1671. & Franciscus à tribus 19. eiusdem, & 11. Ianuarij sequentis, tempore semper opportuno intra sex menses † in patronatu mixto Clericorum, & Lai- 1
corum, & tamen Ordinarius pronunciauit, præsentationem Damiani à maiori parte, & præsentationem Francisci à minori, vtramque nullam, & declarauit esse deuolutam prouisionem ad Episcopum, quia elapsus esset annus, & vltrà à tempore vacationis, & in eius consequentiam vigore ordinis specialis, & in scriptis ad hunc effectum sibi datis ab Episcopo debuit adiudicare, & adiudicauit dd. duos quartos Beneficij iure deuoluto dicto Francisco in sententia Ordinarij, quam Nuntius confirmauit.

Commissa Rotæ causa cum clausula restitutionis in integrum, coram Reuerendissimo D. Albergato Decano, dubitatum fuit, an constet de re iudicata, vel de causis restitutionis, & informante solo Damiano, decisum est 15.* Nouembris 1677. (serius, ac grauius proposita causa) constare de causis restitutionis, & rursus coram R.P.D. meo Rondinino: An sententia rotalis esset confirmanda, vel infirmanda, esse quoque confirmandam 22.* Aprilis proximè lapsi, tertio tandem, & vltimo hodie: An sententia rotalis sit confirmanda, vel infirmanda, & confirmandam pariter est decisum.

Non solum ex nullitate sententiæ, atque adeo Iniustitia maxima, † vt nulla est maior iniustitia, quam nullitas ex 2
Innocentio &c. Scacc. *de sent. gloss. 14. qu. 11. num. 56. sub vers. confirmatur hæc limitatio, & de appel. quæst. 17. lim. 19. num. 4. sub vers. sed notoria*, prout notoria iniustitia † consequen- 3
ter est nullitas Abb. *coram Buratt. decis. 231. numer. 3.* & verè clara, & notabilis iniustitia notatur ex facto in facto ipso, vt supra, quod vacatio per obitum fuerit 31. Augusti 1671. & præsentationes ambæ mensibus Decembri, & Ianuario subseqq. sanè intra sex menses † ad præsentandum 4
in Patronatu Ecclesiastico, & mixto Laicorum, & Clericorum ad notam *gloss. vlt. cap. vnic. de iur. patr. in sexto in fine*, & cum alijs more suo ibi Barbos. *numer. 9. vbi num. 10.* † 5
Etiam si laici haberent maiorem partem: vnde viderit Ordinarius; & potius Episcopus de vigore ordinis specialis, & in scriptis, & deuolutam sibi prouisionem, quia elapsus esset annus, & vltra à tempore vacationis ad tempus quidem pronunciationis, non autem præsentationis intra sex menses, & ex negligentia sua ipsius Ordinarij, non procedentis, non autem non præsentantium patronorum.

Nec substinetur sententia ex alijs forsitan causis, quia Iudex motus est illa falsa allegatione, † & nihil valet illud 6
iudicium, & illa sententia, quamuis habuisset causam veram *l. qui testamento 40. ff. de excusat. tutor.* & scripsit ibi *Viuianus*, in casu, & pinguius, & clarius respondit *Collegium Paduanum apud* Ancharan. *cons. 208. nu. 8. post Hostiensem*, & alios Iudicem, qui causam exprimit &c. quia † sententia 7
non valet, si causa est falsa, amplius Scacc. *de sent. gloss. 14. qu. 32. num. 45.* cum alijs, & opportunè ad restitutionem in integrum, & alia remedia *num. 46.*

Cæterum iniustitia de legitimis præsentantibus, de idoneo præsentato, & à maiori parte patronorum, † eoque 8
instituendo, etiamsi † præsentatus à minore haberet ma- 9
iores qualitates ad *gloss. qui maioribus cap. 3. de iur. patr.* abundè Rot. *coram Buratt. decis. 942. num. 1. cum adnotatis sub num. 4.* & ipsa decisione confirmata, & in præsenti causa *d. decis. 15. Nouembris 1677. §. iniustitia* desumpta, si tantæ molis erat.

De alijs suscitatis, & dissolutis Domini se retulerunt ad decisiones præcedentes numeris omnibus absolutissimis, & ad ipsam sententiam Ordinarij à Francisco non impugnatam, vbi etiam propugnatur ad literam non solum præsentatio, sed electio facta in persona Damiani à maiori parte pro duobus quartis Beneficij, ad quæ fuit præsentatus expressim, & consequenter alia opposita etiam in Francisco sola expressa deuolutione, & causa deuolutionis, quia elapsus esset annus, ita vt compendio facti iudicio

iudicis ex supra allegatis, Damianus, vti præsentatus à
maiori parte fuerit instituendus, nisi eorum iudicio institu-
tio deuoluta fuisset in collationem, insuper quod verba sen-
10 tentiæ non tamen operantur quatenus inserunt, † sed qua-
tenus ex ipsis insertur necessario Inquit Scacc. *de sent glos.
14. qu. 4. sub num. 25. & de appell. qu. 17 lim. 6. memb. 9. nu. 12.
maximè vers. 3. etiam confirmo, & num. 70. & 71.*

Neque enim aliqua negligentia præsentantium obsuit
illis, & Ordinario profuit, quia præclara sententia pro de-
uolutione metitur tempus, & causam lapsi anni à vacatione,
11 & quia † nec negligentia aliqua potuit esse præsentatorum
ante promulgatum edictum, adeo ante ipsius edicti tem-
12 pus, † officio iudicis promulgandi *cap. vlt. de elect. in sexto
cum ibi not. à* Barbos. *num. 8. &* Viuian. *prax. iurispatr. tot.
cap. 1. maxime de offic. iudic. num. 25. & tot. cap. 2. in for-
mula edicti lib.* 9. ex quibus Ordinarius videtur fecisse li-
13 tem suam † alia forma, & alio fine, quam in *l. vlt. ff.
de var. & extraord. cognit. & principio instit. de oblig. quæ
quasi ex contract. nascun.* & Francisci quoque, vt quem à
minori parte præsentatum instituere poterat; ei alio deuo-
lutionis iure conferret.

Et ita altera tantum Parte Damiani primo, secundo,
& tertio semper informante, & numquam altera Franci-
sci diffidentis de præsentatione, & confidentis in deuolutio-
ne, & Ordinarij collatione sententiæ adiecta &c.

*Supra in hac eadem parte adsunt aliæ duæ decis. in hac causa
quæ sunt in ordine 129. & 197.*

R. P. D. T A I A.

Postea S. R. E. Cardinali.

Rom. seu Veliterna Affictus.

Sabbati Rota Martiniana 26. Nou. 1678.

A R G V M E N T V M.

Computationem plurium partitarum conti-
net hæc decisio, quarum alteram probatam
ex libris subducendam non esse deciditur,
vbi vero alias computandas esse firmatur,
quæ occasione traductionis frumenti, siue
ex area, ad horreum, siue ad Vrbem factæ
sunt, quia apparuerunt necessariò factæ,
pluraque commoda attulerunt, ac etiam
damna sustulere.

S V M M A R I V M.

1 *Scriptura producta per productionem censetur appro-
bata.*

2 *Legalitas libri, seu scriptura productæ semel per produ-
ctionem approbata, amplius reprobari, aut impugnari
non potest.*

3 *Productio facta per compulsum, & in partitis fauorabilibus
tantum adhuc in rationibus, & partitis annexis censetur
approbata, & separari non potest.*

4 *Acceptari debeat simul, aut in totum reprobari quæ vni-
tam rationem, & connexionem habent.*

5 *Probatio per scripturam præualet probationi factæ per
testes.*

6 *Actus censetur expletus sumptibus illius, qui eum facere
tenebatur, declara, vt num. seq.*

7 *Solutio non potest præsumi facta à Domino, vel ab eo, qui
illam facere debebat, si constat, quod fuerit facta ab
alio.*

8 *Soluens præsumitur solutionem fecisse ex titulo, & posses-
sione, quam habebat.*

9 *Expensa facta in traductione frumenti ab area ad horreum
vtilis, bonificanda est, ob plura commoda, quæ secum
attulit.*

10 *Expensæ æqualiter reficiuntur pro fructibus colligendis,
quam pro illi custodiendis.*

11 *Expensa traductionis frumenti recollecti in bonis affictatis,
ad Vrbem quatenus reficienda.*

12 *Frumentum, vel aliæ segetes, an debeant ab affictuarijs
traduci ad Vrbem cum animalibus existentibus in bonis
locatis.*

D E C I S I O CCXCIX.

INstante Reuerendissimo Capitulo Sancti Petri, propo-
situm fuit dubium vigesima tertia Martij proximè præ-
teriti, & vigesima secunda Iunij sequentis: An esset stan-
dum, vel recedendum à decisis, iam vigesima secunda
Martij 1662. coram bonæ memoriæ Verospin, quoad ex-
pensas factas in recollecta anni 1645. semperque irresolu-
tum, instante altera parte pro dilatione; Hodie pro ter-
tia vice Domini responderunt reformandam esse decisio-
nem, altera parte adhuc non informante.

Itaque Reuerendissimum Capitulum instabat à decisis
in tribus sequentibus summis recedi.

In prima scutorum centum sexaginta quinque, quæ in
dicta expensa demebantur à summa per Capitulum posita
scutorum tercentum triginta trium, eo quia conductores
asserebant dimidiam partem frumenti asportasse à Casale
ad Aream pro trituratione proprijs impensis, antequam sibi
adimeretur locatio, idque constaret ex dictis testium formi-
ter examinatorum.

Sed non esse demenda supradicta scuta centum sexagin-
ta quinque visum est Dominis, quia ex libro à conductori-
bus in actis producto, † & per productionem approbato, 1
descriptoque tempore non suspecto manu Francisci Anto-
nij, constat integra solutio scutorum tercentum triginta
trium facta à Francisco Antonio pro dicta asportatione to-
tius frumenti à Casale ad Aream, adeoque cum hodie in-
ter has partes non possit controuerti istius libri legali-
tas, † nec reprobari, aut impugnari sub prætexto pro- 2
ductionis factæ per compulsum, & in partitis fauorabili-
bus tantum, † cum in rationibus, & parti is annexis vnius 3
negotij non possit separari vna pars ab alia, † sed integrè 4
debeat acceptari, vel reprobari ex deductis luculenter in
*decisione reuisa §. quamcumque præterea, & sequenti §. licet
ipsa productio*, Idcirco stante probatione huiusce solutionis
integrè factæ per Franciscum Antonium, reiecerunt Do-
mini probationem conductorum per testes super medietate
expensarum soluta, † cum probatio per scripturam præ- 5
ualeat *l. census 10. ff. de probation.* Rota *coram Coccin. decis.
235. nu. 17. & coram Dunozett. decis. 113. nu. 19. & decis. 122 nu.
11.* cum allegatis.

Eademque ratione reiecerunt argumentum deductum
*in decisione §. quæ tamen responsio, & sequenti §. nec proba-
tio*, sumptum à præsumptione, † quod censeatur actus 6
expletus sumptibus illius, qui facere tenebatur, & sic
fuisse solutam traductionem frumenti ab eo qui erat Do-
minus, siquidem hoc posset allegari, † nisi liquido con- 7
staret contrarium de solutione facta per alium argum. *l. 2. C.
de alimentis pupillo præstitis*, accedente præsertim, quod
Franciscus Antonius, qui soluit habebat titulum condu-
ctionis, & possessionis illius affictus, † ex quibus vndi- 8
que iustificata visa est descriptio totius impensæ in dicta
summa expletæ ab ipso met Francisco Antonio scri-
bente.

Secunda summa expensarum factarum in traductioni
frumenti triturati ab Area, ad Horrea Casalis, & Ciuita-
tis Veliternæ, visa est quoque reficienda; maximè, quod
proinde prouisum est, vt non nocuerint imbres, † vnde tam 9
vtilis impensa non solum imputanda est, sed à conductori-
bus ratihabenda, agendaque gratia, quod non perierit,
aut deterius factum fuerit frumentum, & æqualiter re-
ficitur expensa pro fructibus colligendis, † quam pro 10
ijsdem custodiendis glos. *in verbo fructus cap. Grauis vn-
decimo de restitutione spoliatorum* Geminian. *consil. 85. nu.
4. & 5.*

Tertia demum summa expensarum traductionis fru-
menti ad Vrbem, quas locator non prætendit vltra scu-
tum vnum pro singulis rubris, visa pariter est non demen-
da, sed † reficienda vti solita ex assertione peritorum ar- 11
tis agrariæ, nec aliquid esse diminuendum † eo, quia tra- 12
ductio fieri potuerit per bubalos, & alia animalia Villæ,
seu Casalis locati, satisfacit enim in hac plenè decisio re-
uisa in §. *asportatio*, denique, & alijs sequentibus, ad quos
se Domini remiserunt, & in hac parte decisionem confir-
marunt.

Et ita, vtraque Parte informante, resolutum fuit.

REVE-

1

REVERENDISS. D. ALBERGATO

Sacræ Rotæ Decano.

Romana Subhastationis de Alexijs.

Sabbati Rota Martiniana 26. Nouembris 1678.

A R G V M E N T V M.

Creditori census, tam pro sorte, quam pro fructibus consignatur pretium bonorum debitoris, posteaquam fundus censitus, præuio iudicis mandato, & ratione anterioris hypothecæ subhastatus est, cum census exinde remaneat extinctus, non obstante præscriptione illi opposita, quia cum prosequutio iudicij ab eo præcedenter intentati sibi fuerit impedita, nulla præscriptio currere potuit, nec ipse aliqua negligentia notari.

S V M M A R I V M.

1 *Subhastari, vt possint bona debitoris penes creditorem existentia, requiritur specialis commissio Pontificis.*
2 *Datio insolutum impedit viam executiuam.*
3 *Instrumentum publicum facit probationem probatam.*
4 *Census vbi remansit extinctus, tunc creditori conceditur restitutio sortis.*
5 *Census remanet extinctus, si fundus censitus ratione anterioris hypothecæ, iudicis auctoritate subhastatus sit.*
6 *Solutione eius, quod debetur omnis tollitur obligatio.*
7 *Retrotractio obligationis, vel hypothecæ non habet locum in præiudicium creditoris, cui medio tempore fuit ius quæsitum.*
8 *Præscriptio creditori non currit posteaquam ille agere cæpit, & iudicium prosequi impeditus sit.*
9 *Præscriptio in negligentia fundatur.*

D E C I S I O   CCC.

PRo fructibus duorum censuum à qu. Alexio de Alexijs impositorum vnius scilicet in sorte scut. 300. sub die 27. Octobris 1598. & alterius scut. 600. 2. Iulij 1605. ad fauorem Io: Baptistæ Seo. à Sancto Petro, Felix illius hæres vna cum alijs pluribus concreditoribus eiusdem Alexij vsque ab anno 1620. immissionem in vim vtilis Saluiani interdicti ab A. C. obtinuit contra Iulium illius hæredem, & actualem etiam possessionem bonorum adeptus fuit. Quia vero Antonina Velina vxor prædicti Alexij, & creditrix scutorum 3000. pro residuo suæ dotis sub prætextu cuiusdam dationis insolutum sibi factæ de bonis communis debitoris, mandatum de immittendo, & successiue etiam de manutenendo in eisdem bonis obtinuit; hinc ad raclamationem aliorum creditorum commissa fuit cau-
1 sa in Rota † cum speciali rescripto Sanctissimi tribuentis facultatem subhastandi, & deliberandi omnia, & singula bona dicti Alexij, & disputato dubio coram Eminentissimo Cerro, tunc huius Sac. Tribunalis nostro Coauditore: An esset deueniendum ad subhastationem, licet die 12. Decembris 1644. negatiuè resolutum fuerit sub fal-
2 so supposito cuiusdam dationis insolutum, † quæ viam executiuam impediret, vt apparet ex decisione impressa post addit. ad Posth. *de subhastat. in 171. in ordine*, tamen comperto, quod nulla aderat legitima datio insolutum, ab illa recessum fuit sub diebus 15. Februarij, & 15. Martij 1648. vt in decisionibus 105. & 234. penes eundem Posth.

In executionem harum vltimarum resolutionum expedita fuit Causa, & de anno 1670. subhastata bona pro scutis 5000. quæ depositata fuerunt in S. Monte Pietatis; Instantibus autem Conuentu & Patribus Sancti Stephani del Cacco, vti hæredibus prædictæ Antoninæ pro consecutione dd. scutorum 3000. eius auctrici, vt supra debitorum fuit illis consignata cedula similis summæ; cumque pro consecutione residualium scutor. 2000. contendant, tam dicti Patres Sancti Stephani, quam Io: Antonius à Sancto Petro filius, & hæres dicti Ioannis Baptistæ interim defuncti, vti creditor sortis, & fructuum dd. censuum, Ideo propositum fuit hodie dubium: An, & cui sint consignandæ dictæ pecuniæ, & Domini Ioanni Antonio consignandas esse responderunt.

Creditum siquidem ipsius controuerti non potest, dum constat ex instrumentis publicis censuum supra relatis, & in actis exhibitis, † quæ faciunt probationem probatam ex 3
notis iuribus, adeout illorum vigore possit, & debeat idem Io: Antonius super bonis Alexij debitoris satisfactionem, & solutionem consequi, non solum pro fructibus decur-
sis † sed etiam pro sorte, quia cum fundi censiti fuerint me- 4
diante iudiciali auctoritate sciente, & citato Ioanne Baptista à Sancto Petro subhastati, & deliberati in Causam necessariam anterioris hypothecæ, † vtique census re- 5
manserunt extincti, & resoluti argum. *text. in l. fi. res ff. quib. mod. pign. vel hypoth. solu.* vbi Bart. & Ang. *Cenc. de Censib. quæst. 39. num. 6. vers. imo eo ipso* Rot. *coram Dunoz. Iun. decis. 159. & decis. 225. vtrobique num. 2. & decis. 140. num. 10. par. 11. recent.*

Nec talem consignationem impedire possunt Conuentus, & Patres, quia cum creditum Antoninæ eorum auctricis pro scutis 3000. firmatum in præcedentibus decisionibus Eminentissimi Cerri, fuerit mediante consignatio-
ne alterius cedulæ satisfactum, nulla † remanet eis actio 6
ex communi regula textus Instit. *tit. quib. mod. pign. vel hypoth. solu. in principio* communiter sequuti à Doctoribus pleno calamo relatis per Barbos. *axiom.* 210. *num. 1. &* Rot. *coram Dunoz. et. Iun. decis. 858. num. 3.*

Quinimo in concursu cum illis, saltem pro sorte, & fructibus primi census Ioannes Antonius semper est præferendus, vti creditor anterior, census enim fuit ab Alexio impositus die 27. Nouembris 1598. & obligatio ad fauorem Antoninæ contracta die 30. Decembris subsequentis non obstante pacto adiecto in instrumento dotali de mense Septembris præcedentis stipulato, quod scilicet Alexius eisdem obligationibus ad fauorem Antoninæ tunc factis accedere deberet, ex quo retrotractionem subsequutæ accessionis ad diem prædicti instrumenti dotalis prætendunt Patres;
† quia dicta retrotractio locum habere nequit in præiudi- 7
cium creditoris census, cui medio tempore fuit ius quæsitum Bart. *in l. si vxor §. si quis vxorem vers. vel aliter ff. ad l. Iul. de adulter.* Tiraquell. *de Iur. Constit. possess. ampliat. 17. num. 4. & 5.* & sæpe firmauit Rot. *vt in decis. 2217. num. 3. & seq. coram Coccin. in decis. 660. num. 10. coram Bich. in decis. 278. num. 7. coram Cels. & decis. 149. num. 7. par. 14. rec.*

Minus controuerti potest exactio fructuum ob præscriptionem 30. annorum, dum ex facti serie supra relata constat, quod auctores Ioannis Antonij pro illis instare cœperunt vsque ab anno 1620. à quo tempore vsque in hodiernam diem cum fuerit impedita solutio ab Antonina, & Pa-
tribus, nulla potest ei imputari negligentia, † nec oppo- 8
ni præscriptio, † quæ in eadem negligentia fundatur Bald. 9
in auth. nisi decennale num. 1. C. de bon. matern. Rot. *rec. decis. 407. num. 16. par. 5. & decis. 243. num. 13. par. 15.*

Et ita vnica parte informante fuit altera tamen pluries intimata decisum &c.

R. P. D. E M E R I X.

Romana Successionis.

Sabbati Rota Martiniana 26. Nouembris 1678.

A R G V M E N T V M.

Non solum dotis fructus ab hæreditate sui viri, mulieri deberi deciduntur, verum etiam eidem retentionem competere, tam pro credito ab ea persoluto, quàm pro alijs expensis similiter factis, vestimentis lugubribus sibi debitis, & alijs huiusmodi; Rursus de collatione tractatur, quatenus illa admittenda sit, & successiuè facienda de dote reddita inexigibili.

S V M M A R I V M.

1 *Fructus dotis ex Statuo Vrbis* lib. 1. cap. 137. *debentur viduæ post interpellationem factam hæredibus viri, vsque ad tempus quo illi eadem dos restituta fuerit.*

2 *Retentio super bonis viri vxori conceditur pro credito ab ea persoluto.*
3 *Iustitiæ, & æquitati quod consonum est denegari non debet.*
4 *Expensæ funeris viri factæ à vidua, ei bonificandi sunt.*
5 *Vestes lugubres debentur viduæ, tam ex dispositione iuris communis, quam ratione Statuti Vrbis* lib. 1. cap. 136.
6 *Reaptationes domorum in Vrbe taxantur ad rationem scutorum quinque pro centenario pensionum, quæ exiguntur ex illis.*
7 *Fructus dotis consistentis in pecunia, sine mora conferendi non sunt.*
8 *Dos reddita inexigibilis conferri non debet.*
9 *Collatio petita, si postea impugnata sit, non debetur, & quando nu. 8. & 10.*
10 *Interpellatio, & protestatio contraria facto, nihil operatur.*
11 *Expensæ factæ occasione alimentorum, & vestium propriarum filiarum quatenus repetantur ab vxore in bonis defuncti mariti.*

DECISIO CCCI.

PRosequendo hodie disputationem Causæ super partitis, quæ ab Elisabeth adducuntur ad diminuendam
hæreditatem Michaelis iuxta ordinem datum sub die 14.
Martij proximè præteriti, visum fuit Dominis bonifican-
1 dos esse fructus dotis ipsiusmet Elisabeth † à die quo interpellauit hæredes Michaelis viri vsque ad totum tempus,
quo ab eisdem hæredibus dilata fuit illius restitutio, &
quidem ad rationem septem cum dimidio pro quolibet centenario, & anno ad formam Statuti Vrbis *cap. 137. lib. 1.* vbi
Fenzon. *num 31. & 37.*

Secundò bonificanda esse scut. 505. per Elisabeth soluta
Franciscæ pro dote Barbaræ eius matris, & primæ vxoris
Michaelis, licèt à Francisca cessa fuerint iura cum conditione, dummodò contra ipsam directè, neque indirectè,
nec etiam in concursu &c. retorqueantur, quia vigore eorundem iurium Elisabetha non prætendit agere contra
2 Franciscum, † sed vult retinere bona hæreditatia Michaelis debitoris dotis ab ipsa solutæ, quod vti iustitiæ,
3 & æquitati consonum † non est ei denegandum, ad tradit.
in his terminis per Rot. *decis. 217. num. 2. coram Peutinger.*

4 Tertiò etiam admittendam partitam † expensarum fu-
5 neris Michaelis, & vestium lugubrium † Elisabethæ debitarum, iuxta *text. in l. impensa ff. d. religiosis, & sumpt. funer. & Stat. Vrbis cap.* 136. *lib. 1. ibique* Fenzon. *num. 1. & seqq.* & tradit Fontanell. *de pact. nupt. claus. 7. gloss. 3. par. 5. num. 26.*

Ac etiam melioramentorum factorum in Domo hæreditaria Michaelis, quæ tamen Domini hactenus solum approbarunt, in genere, desiderantes meliorem liquidationem ad bene distinguendum, an illa sint necessaria, vel potiùs vtilia, seu etiam voluptuosa, & sic dignoscendum quid,
& quantum veniat reficiendum.

Et quartò denique reliquam Canonum solutionem Proprietario dictæ Domus, & solitarum expensarum pro rea-
6 ptationibus, quæ in Domibus dietim fiunt, † & quidem
ad rationem quinque pro centenario pensionis annuæ iuxta
liquidationem pluries factam à Ruta *in decis.* 51. *num. 8. par. 13. recent.* & in alijs relatis in *Romana fideicommissi, seù Saluiani 1. Aprilis 1675. §. iterum in fine coram me.*

Non tamen conferendos esse per Franciscam vna cum
sorte fructus scutor. 1000 à Michaele patre ipsius viro promissorum pro dote, quia cum illa consistat in pecunia nu-
7 merata, & quibusdam mobilibus intructileris, † ex ea
nulli sunt conferendi fructus absque mora, vt distinguendum inter dotem consistentem in pecunia in his terminis
tradit Michalor. *de fratrib. par. 1. cap. 21. num. 27. vers. si tamen.*

Eoque minus in hoc casu quo per notoriam deteriora-
8 tionem viri facta est inexigibilis, † itaut satis durè processum fuerit cum Francisca, ordinando, vt ea conferatur, sicut in proposito per Text. *in auth. quod locum C. de collat.* obseruant Fontanell. *de pact. nupt. claus. 4. gloss. 1. num.* 45. & in terminis dotis Michalor. *de fratrib. d. par. 1. cap. 21. num. 5* Afflict. *decis. 247 num. 20.*

Et quamuis Elisabeth ipsam interpellauerit ad conferenda eadem scuta 1000. iuxtà sententiam R. P. D. Muti
cum protestatione, quod alias contra eam loco damnorum,
& interesse currerent fructus ad rationem sex pro quolibet
centenario, † tamen Aduersaria post dictam interpellatio- 9
nem, semper acerrimè impugnauit Franciscæ successionem, & diuisionem bonorum hæreditariorum Michaelis
Patris vsque in præsentem diem, vtique talis interpellatio,
& successiua protestatio † tamquam contraria facto nihil 10
operatur, ad text. *in l. cum in plures 62. §.* Locator. *horrei ff. de locat. & tradit. per* Rot. *decis.* 138. *num. 35. par. 17. rec.*

Prout nec etiam bonificanda alimenta per Elisabetham
præstita proprijs, & supradicti Michaelis ex secundo matrimonio filiabus, neque expensas pro vestibus lugubribus
earundem occasione mortis † patris, quia ista non sunt de- 11
ducenda ex esse hæreditario Michaelis in præiudicium
Franciscæ, sed ex portionibus proprijs dd. filiarum.

Quo verò ad crateres argenteas, & torquem aureum,
Domini transierunt cum alias decisione edita 16. Maij proximè præteriti §. *septima* coram me, quæ in præsenti disputatione de stylo est supponenda.

Et ita, vtraque parte informante, resolutum fuit.

R. P. D. PAVLVCCIO.

Romana Dotis.

Sabbati Rota Martiniana 26. Nouembris 1678.

ARGVMENTVM.

Impugnabatur creditum cessum vel quia non subsisteret, vel etiam quia antecedenter prætendebatur cessum, sed neutrum verificari visum est, quia probata illius existentia per instrumentum publicum, altera cessio apparuit facta de credito ab illo diuerso, & demum cum cessionarius non docuisset de aliquibus diligentijs factis contra debitorem cessum, vtrumque obiectum cessabat.

SVMMARIVM.

1 *Instrumentum publicum facit probationem probatam.*
2 *Fructus prouenientes ex pretio rei fructiferæ iustè deberi dicuntur, & n. seq.*
3 *Fructus licitè petuntur, & debentur ratione damnorum, & interesse.*
4 *Solutio non probatur ex instrumento promissionis.*
5 *Instrumentum promissionis non probat solutionem, maximè si in futurum sit conceptum, & num. 4.*
6 *Traditio, & solutio sunt quid facti, & ideo probari debent ab allegante.*
7 *Facta non præsumuntur, sed sunt omnino probanda.*
8 *Cessionarius non potest se reuertere, & pulsare cedentem, nisi ostendat, se pulsasse debitores cessos, eosque allegasse, & probasse actus solutionem.*
9 *Cessio secunda facta post primam cessionem, verificatur in reliqua parte, non autem de ea antecedenter cessa.*
10 *Cedenti quoad fieri potest imputari non debet delictum, quod eandem rem duabus personis cesserit.*
11 *Delictum ad excludendam, præsertim in viro nobili, omnis, & quæcumque possibilis interpretatio est capienda.*
12 *Hæres potest totum creditum sibi, & hæreditati commune, alteri personæ cedere.*
13 *Cessionarius etiam si creditum sit difficilis exactionis, docere debet de diligentijs contra debitorem factis, vt possit redire contra cedentem.*

DECISIO CCCII.

IN altera propositione huius Causæ ex concessa noua audientia, Informantes pro hæreditate quondam Comitis Octauij Ripæ, factum adeò exactè elucidarunt, vt consulti DD. responderint recedendum à decisis sub die 22.
Iunij proximè præteriti.

Non controuertitur creditum dotale Mariæ Olimpiæ, &
Bartholomæi Vecchiarelli Coniugum, vtpote fundatum
in instrumento dotali de anno 1656. † quod facit probatio- 1
nem probatam, *l. precibus C. de probation.* cum alijs, vt in
decisione, quæ reuidetur; sed visum est constare de veritate; & realitate crediti cessi in computum dotis non solum in scutis 3800. cessis, sed in maiori quantitate, in
li-

libris scilicet 49119. constituen. scut. 7117. monetæ Romanæ, vt ex relatione Periti.

Quæ summa cum esset debita à Comitibus de Rubeis à S. Secundo Comitibus de Ripa occasione pretij Casalis Mazzucchæ in eius computum promiserunt dare in solutum duas fostas, siue apothecas pro libris 33436. & soluere in nomerato alias libras 862. & Kal. Augusti alias libras 862. vt ex instrumento 21. Febr. 1624. reliquas verò libr. 13958. quæ supererant, & quæ constituunt summam scutorum 1999. monetæ Romanæ, ita soluere promiserunt, nempè libras 7863. in termino vnius anni cum dimidio, & interim soluere fructus compensatiuos ad rationem quinque cum dimidio pro quolibet centenario, & alias libras 6095. intra biennium, & interim soluere fructus, pro quibus assignarunt vsumfructum duarum apothecarum, quæ omnia nituntur instrumento dato in Summario *numero sexto*.

Comites de Sancto Secundo non tradiderunt fostas, seu
apothecas promissas, quia pridem eas vendiderunt clar.
mem. Cardin Sfortiæ Seniori, sicuti & defecerunt in solu-
tione summarum in numerato promissarum, & fructuum,
exceptis fructibus libt. 6095. perceptis ex apothecis ad id as-
signatis, qui sanè fructus sunt debiti ex conuentione expres-
2 sa inter partes, † iustè debiti, cum prouenirent ex pretio rei
frugiferæ cuiusmodi est Casale Mazzucchæ, ad text. *in l.
curabit C. de act. empt.* nec minus respectu fostarum, seu
apothecarum, non traditarum pro libt. 33436. nedum ex
3 *l. curabit*, † sed & ratione damnorum, & interesse, *l. fru-
ctus C. de act. empt.* Mantic. *de tacit. & ambig. lib. 4. tit. 26. nu.
12.* Rota *coram Cels. decis. 380. num. 8. & decis. 227. nu. 15. &
56. par. 17. recent.*

Qua stante non assignatione apothecarum, & non solutione summarum, & fructuum Comites Sancti Secundi remanent debitores in ingenti summa sortis principalis, & fructuum, ijs demptis, qui ex duabus fortis assignatis percepti fuere, vt firmauit Peritus in sua relatione Summ. *num. 7.*

Neque enim solutio probata prætendi potest ex instru-
4 mento promissionis, † quod solutionem non probat, Cy-
riac. *controu. 327. num. 20.* Bich. *decis. 379. num. 33. & decis.
416. num. 2.* Rota *in Romana pecuniaria 16. Maij proximè præ-
teriti coram R. P. D. meo Vicecomite.*

Esto quod creditum redactum esset ad libt. 13958. vt profitentur Informantes pro Bartholomæo, adhuc superest summa vltra quantitatem cessam, cum à tempore cessionis decursi sint fructus constituentes vna cum sorte principali scut. 8487. vt ex iam dicta relatione Periti.

Quæ omnia tollunt ex facto tria prima fundamenta præteritæ decisionis, cum constet de veritate crediti, de debito fructuum, & quod apothecæ locatæ Dom. Poliago à Comitibus de Ripa non fuere duæ illæ assignatæ in instrumento pro libr. 33436. sed aliæ duæ ijsdem traditæ in vsumfructum pro fructibus recompensatiuis lib. 6095.

Ideoque si asserata D. Bartholomæus Vecchiarellus apo-
thecas fuisse traditas pro libr. 33436. à Comitibus de S. Se-
cundo, ostendere id debet, cum ex iam dictis solum instru-
mentum promissionis non probet, maximè conceptum per
5 verba respicientia tempus futurum, † quæ non important
traditionem, aut solutionem respectiuè in actu stipulatio-
nis instrumenti, & cum traditio, & solutio sit quid facti,
6 † probari ab asserente debet, quia facta † non præsumun-
7 tur, *l. in bello §. facta ff. de captiu. & postlimin. reu. l. verum
est ff. de reg. iur.* Menoch. *de præsumpt. lib. 6. pag. 14. nu. 1.* nec
potest ipse tamquam cessionarius se conuertere, & conue-
nire cedentem Comitem Octauium, aut eius hæreditatem,
8 † nisi ostendat pulsatos à se debitores allegasse, & probasse
debiti solutionem, *gloss. ad l. Titius 50. ff. de act. empt.* Rota
cor. Seraph. dec. 1477. n. 7. & coram Peuting. dec. 423. num. 12.

Pariter corruere visum decisionis fundamentum, quod
Comes Octauius ex credito, cuius pars cessa fuit, anteceden-
ter cesserit Comiti Carolo Philippo fratri suo ducat. 1400.
quia non sunt hæc de corpore crediti controuersi cessi Gene-
10, sed de effectibus Medionali (vt loquitur instrumentum
ipsius cessionis) vbi Comites de Ripa bona plurima posside-
9 bant, vt ex instrumento in Summario exhibito, † in qui-
bus verificari debet cessio, ne aliàs Comiti Octaui rem ean-
10 dem cedendo duobus, † impingatur delictum, pro quo exclu-
11 dendo, præsertim in viro nobili, † capienda est quæcumque
possibilis interpretatio, *l. merito ff. pro Soc.* Patii. *de resignat.
benefic. lib. 14. quæst. 7. n. 55. & 56.* Rot. *coram Cel. decis. 395.
n. 13. & coram Dunoz. dec. 543. num. 45.*

Nec magis subsistere dicebatur motiuum, quod ex eodem credito cessa fuerit certa summa Lodouico Cittadino; tùm quia in actu cessionis ipse erat absens, nec cessionem acceptauit, tùm etiam quia ipsi aliundè fuit satisfactum ex effectibus, scilicet alijs ipsorum fratrum de Ripa, mediante persona cuiusdam Iosephi Parego, cui nihil est cum Comitibus de S Secundo, vt ex adductis in Summario satis constat *num. 9.*

Quod verò adhoc obijciebatur non potuisse Comitem
Octauium, stantibus alijs fratribus, de toto hoc credito,
sed de portione tantum sua cedendo disponere, facilè tolle-
batur, quia vigentibus controuersijs inter fratres ipsos de
Ripa, latum fuit laudum, quod reliqui fratres acceptan-
tes cesserunt Comiti Octauio pro sua eorum portione om-
nes effectus Medionali, inter quos, & huiusmodi creditum
continebatur, d. Summario *nu. 10.* eoque magis, quod de-
cedentibus ijsdem fratribus, Comes Octauius superstes in
eorum hæreditatibus † successit, ac proindè de toto credito 12
disponere valuit, *l. ea quæ in omnibus C. fam. ercisc. l. pa-
ctum C. de pact.* Cyriac. *controu. 193. num. 3.*

Et demum ex eo maximè dicebatur excludi Bartholo-
mei Actoris intentio, quod recta via ageret aduersus hære-
ditatem Comitis Octauij, nec prius ostenderet omnem di-
ligentiam à se adhibitam, † vt debitum etiamsi omninò 13
ad exigendum difficile, à debitore cesso exigeret, prout fa-
ciendum concludunt Baron. *de citat. sing. 7. nu. 2. tom. 2.* Olea
in addit. ad tract. de cess. iur. fol 231. Scacc. *de commerc. &
camb. §. secundo, glos. nu. 255. & seqq.*

Omissis alijs circumstantijs ab Informantibus ponderatis in puncto meri facti, ita DD. responderunt, recedendo à decisis, vtraque informante &c.

Altera decis. præsentis causæ habetur supra in hac eadem parte, vbi est in ordine 263.

REVERENDISS. D. ALBERGATO

Sacræ Rotæ Decano.

Auenionen. Donationis.

Veneris 2. Decembris 1678.

ARGVMENTVM.

Donauerat mater filio omnia sua bona, etiam illa, in quibus vsumfructum habebat, reseruato tamen sibi simili vsufructu suorum bonorum tantum, in casu quo filius cum ipsa inhabitare noluisset, quorum deindè separatione sequuta, contendebat filius restituere matri vsumfructum suæ dotis, debitæ ab hæreditate viri, quasi quod ille verificaretur in altera parte donationis, etiam quoad vsumfructum concessæ; sed contrarium est decisum, quia dos quamuis consequi debuisset super bonis viri, attamen præseruata remanebat in vsufructu suorum bonorum, sibi à donatrice specialitèr reseruatorum.

SVMMARIVM.

1 *Donatio, licet vniuersalis facta cum reseruatione vsusfructus in certum euentum, ita remanet modificata, vt omne ius ipsius reseruantis præseruatum sit.*

2 *Reseruatio vsusfructus sibi à donatore facta, quatenus respiciat potius bona propria ab ipso donata, vel etiam illa, in quibus idem donator solam hypothecam habebat.*

3 *Mulier non præsumitur habere, aliud nisi dotem, vel creditum dotalem contra hæreditatem sui viri.*

4 *Bonorum appellatione veniunt etiam iura, & actiones, & quando.*

5 *Reseruatio, & exceptio sunt, de regula, & secundum terminos regulæ intelligenda sunt.*

6 *Verbum dictorum repetit præcedentiam, eaque etiam informat.*

7 *Mulieri non habenti aliunde alimenta, debentur fructus dotales ex bonis mariti prædefuncti.*

8 *Statutum Auenionense taxans fructus dotales ad rationem*

septem pro centenario validum declaratur, & approbatur à Rota.

9 *Vniuersalitas, & amplitudo verborum restringitur, & limitatur ab alijs immediate sequentibus.*

10 *Reseruationes appositæ in inferiori parte instrumenti, censentur declaratæ, & repetitæ, etiam vbi verba generalia sunt apposita.*

11 *Dictio* infrascripti *quid importet, & operetur.*

12 *Verba generalia restringuntur, & intelliguntur cum limitatione sequentium, quæ totam dispositionem qualificant, & informant.*

13 *Correctio, & contradictio incontinenti non præsumitur, & ad eam euitandam omnis capitur interpretatio.*

14 *Promissio libertatis, & franchitiæ intelligitur de omnibus oneribus, & debitis, præter expressa.*

15 *Hæres creditor defuncti per imaginariam solutionem præsumitur sibi appropriasse tot bona, suo credito æquiualentia.*

16 *Vxor hæres, & creditrix pro sua dote præsumitur bona hæreditaria viri sibi per imaginariam solutionem appropriare voluisse.*

17 *Donatio facta ab hærede creditore defuncti, intelligitur etiam de bonis, quæ ille per imaginariam solutionem sibi appropriauerat.*

18 *Reseruatio sibi à donatore facta, inutilis esse non debet.*

19 *Immissio donatori conceditur super bonis, sibi incertum casum in donatione reseruatis.*

DECISIO CCCIII.

MAgdalena de Robert vxor, & hæres vniuersalis ex testamento quondam Pompei del Rhodes, cum onere tamen restituendi post obitum omnia bona Testatoris Francisco, & Ludouico communibus filijs, intuitu, & contemplatione matrimonij donauit Francisco inter viuos medietatem omnium suorum bonorum, & vlterius eidem præuentiuè restituit medietatem bonorum hæreditariorum Pompei, reseruato tamen ad fauorem ipsius Donatricis vsufructu tam bonorum donatorum, quàm præuentiuè relaxatorum ad effectum, vt exindè Sponsos secum conuiuentes alere deberet. Et casu quo (sunt verba instrumenti) dicti Coniuges nolint, aut non possint cohabitare concordes cum dicta D. de Robert eorum matre, & socera respectiuè, isto casu illa tenebitur, vt promisit, & promittit restituere dictam medietatem dd. bonorum, tam mobilium, quàm immobilium dicti q. Pompei de Rhodes prout ex nunc, prout ex tunc &c. Et è contra dicto casu separationis, remisit, & remittit d. suo filio tam quoad proprietatem, quàm quoad fructus, remanente tamen dicto casu vsufructu dd. bonorum d. Dominæ de Robert supra donatorum de suo proprio ad fauorem ipsius, pendente vita tantùm.

Purificata igitur (vt sæpè contingit d. conditione separationis filij, & nurus à matre, & socera respectiuè, ista vigore pacti reuersiui in donatione appositi institit apud eundem Franciscum donatarium ad hoc, vt ex fructibus bonorum hæreditariorum Pompei ab ipso possessorum sibi traderet vsumfructum medietatis suæ dotis, quam in summa librarum 21. mil. viro prædefuncto dederat, illoque recusante, sententiam fauorabilem reportauit à R. P. D. Altouito Eminentissimi Cardinalis Legati Auenionen. Auditore super manutentione, & respectiuè immissione ad dd. bona hæreditaria Pompei, à se antecedenter dimissa: Sed deuoluta Causa ad Rotam, dubitaui: An medietas bonorum remissa Francisco debeat esse immunis ab omnibus oneribus, & etiam à dote materna, seu potiùs matri sit danda immissio, seu retentio: Et licèt Causa bis proposita, scilicet 8. & 27. Iunij præteriti capi non potuerit resolutio, tandem hodie suffragantibus omnibus Dominis, negatiuè quoad primam partem, & affirmatiuè quoad secundam, decisum est.

Resolutio primæ partis dubij deducitur ex clara, & literali reseruatione vsusfructus expressè conuenta in d. donatione per verba supra relata, quæ cum habeat vim exceptio-
1 nis, † non solùm illam modificat & restringit, sed etiam conseruat reseruanti ius, quod priùs super donatis, seu dimissis habebat, Surd. *cons. 151. num. 29. & 30. & decis. 163. n. 17. & seq.* Crauett. *cons. 974. num. 17.* Ciriac. *controu. forens. cap. 757. num. 15. & seqq.*

Non obstat, quod reseruatio à Magdalena facta in casum separationis respiciat solum vsumfructum bonorum de proprio donatorum Francisco: Ideoque operari non possit reseruationem fructuum bonorum hæreditariorum Pompei, † quæ non erant propria Magdalenæ, sed simplici- 2
ter obligata pro restitutione suæ dotis, & hæredi dimissa tam in proprietate, quàm in vsufructu; Quia ex facti circumstantijs arguerunt Domini, quod d. reseruatio vsusfructus verificari solum possit in fructibus ex bonis mariti prædefuncti retrahendis, non enim apparet, quod Magdalena aliqua bona propria possederit, propterea intrat legalis præsumptio, quod nil aliud habuerit † præter dotem, vel 3
creditum dotale contra hæreditatem viri, per text. *in l. assiduis §. & hoc in fin. C. qui pot. in pign. hab. & l. denique §. nec commouemur ff. de minor. Angel. cons. 81. num. 2. versic. primo quia,* Soccio. Sen. *cons. 126. num. 2. lib. 1.* Rota *coram Peutinger. decis. 340. numer. 9. & coram Dunozett. iun. decis. 824. numer. 7.*

Quo posito resultat ineuitabile dilemma, Aut enim creditum dotale comprehenditur in donatione bonorum propriorum, aut non comprehenditur, si comprehenditur, prout etiam indicant illa geminata, & vniuersalia verba donationis, ibi: Medietatem omnium, & quorumcumque bonorum ipsius Dominæ de Robert, vbi sint, & in quibus consistant, possint esse, & consistere præsentium, & futurorum generaliter quorumcumque &c. † Quæ etiam ad iura, & 4
actiones extenduntur, iuxta magistralem distinctionem Rota *coram Royas decis. 282. num 8. & 9. decis. 317. nu. 5.* ergo comprehenditur etiam in reseruationis vsusfructus donorum propriorum, tum quia reseruatio est exceptio ex supradictis, † exceptio autem est de regula, & secundum termi- 5
nos regulæ intelligitur, *l. nam quod liquidæ §. fin. ff. de pen. legat. gloss. magn. in procem. tit. de regal. iur. in 6. post princip. vers. subsistentibus tamen,* Calder. *cons. 5 de iureiur.* Gemin. *cons. 65. num. 8. versic. nam ex quo,* Rota *decis. 144. num. 6. in fine par. 2. recent & cor. Bieb decis. 337. num. 9.*

Tùm quia donatio expressè refertur ad reseruationem sub illis verbis, ibi: Sub reseruationibus, qualitatibus, & conditionibus infrascriptis, & reseruatio est correspectiua, & correlatiua ad donationem, ibi: Remanente tamen d. casu vsufructu dd. bonorum, ex vi verbi *dictorum*, † quod præ- 6
cedentia repetit, & informat, Paril. *cons. 31. num. 26.* Menoch. *cons. 4. num. 27.* Surd. *cons. 163. num. 14.* Rota *coram Seraphin. decis. 584. num. 8.* Barbat. plures cumulans *dict. 87. n. 5. & seqq.*

Aut dictum creditum dotale non comprehenditur in donatione bonorum propriorum Magdalenæ, & cessat difficultas, cum ipsi non habenti aliundè alimenta, † debentur 7
fructus dotales ex bonis prædefuncti viri, tùm attenta dispositione iuris communis *in l. §. fin. autem C. de rei vxor. act. ac l. fin. §. præterea ad med. C. de iur. dot.* Afflict. *decis. 284. num. 4.* Poilb. *resolut. ciuil. 106. num. 72. & seq.* Rota *coram Dunoz. iun. decis. 745. num. 12.* tùm vigore patrij Statuti Auenionensis illos taxantis ad rationem septem † pro centena- 8
rio, quod refert, & approbat Rota *in Auenionen. pecuniaria* impressa post Merlin. *de pignor. decis. 145. num. 5.* & in alia impressa *par. 10. rec. decis. 130. num. 21.* confirmata 18. *Maij* 1648. §. *Demum coram Eminentiss. Cerro.*

Parum releuante ampla, & generali promissione libertatis immunitatis, & euictionis bonorum tam donatorum, quàm dimissorum facta cum illis effrenatis verbis, ibi: *Franca dictas* medietates dd. bonorum ab omnibus debitis & oneribus ab omni præterito vsque ad præsentem diem &c. Cum promissione de omni euictione vniuersali, & particulari quomodolibet procedat, siue de iure, siue de facto &c. & aliàs in meliori, & ampliori forma euictionis &c. † Illa 9
enim vniuersalitas, & amplitudo verborum restringitur, & limitatur ab alijs immediatè sequentibus, ibi: Sub reseruationibus, qualitatibus & conditionibus infrascriptis: Quæ operantur, vt reseruationes in inferiori parte appositæ, † 10
censeantur declaratæ, & expressæ in ea parte instrumenti, vbi generalis libertas promissa fuit ex vi illius dictionis, *infrascriptis*, † quam in nostris terminis explicant Surd. *cons.* 11
572. num. 19. vers. non obstat, & num. 54. versic. nec resistit, & Rota *coram Coccino decis. 1788. num. 35. & seqq. & decis. 2121. num. 46. & pluribus seqq.* itaut præcedentia verba generalia † restringantur, & operari non possint, nisi cum li- 12
mitatione sequentium, quæ totam dispositionem qualificant, & informant, argum. Text. *in l. Lucius Titius §. quæ habebat ff. ad Trebell.* Bart. *in l. generalis 32. §. vxori in fin. ff. de vsufr. ucl. legat.* Ruin. *cons. 78. num. 4. post med. vers. præterea lib. 1.* Surd. *d. cons. 472. num. 54. vers. nec resistit, & seqq.* Rota *coram Coccino d. decis. 1788. num. 79. & seqq.* & plenè

in

in Veliterna prædij 19. Iunij 1654. §. nec turbant, & §. seq. coram me.

Aliàs sequeretur instantanea correctio, & contradictio inter partem dispositiuam & reseruatiuam. In prima enim
promitteretur liberatio, & affrancatio bonorum hæreditariorum Pompei etiam à debito dotis: & in secunda reserua-
13 retur vsusfructus dotalis super eisdem bonis affrancatis, †
quod non præsumitur, & ad eam euitandam facienda est
omnis possibilis, & congrua interpretatio *l. non ad eam, ibique gloss. verb. præsens in fin. ff. de condit. & demonstr. cap. inter dilectos §. in omnibus versic. cæterum de fid. instrum.* Surd. *cons. 313. num. 107. ante med.* Rota *decis. 536. n. 94. par. 14. rec. & coram Dunoz. iun. decis. 715. nu. 4. & in Romana Beneficiatus Sancti Ioannis 16. Iunij 1670. §. mens Pontificis coram Reuerendissimo D. meo Alexandrino*; Dicendo scilicet,
14 quod promissio libertatis, & franchigiæ † intelligatur de
omnibus oneribus, & debitis præter expressa, vt declaratur
in l. doli, claus. 119. ff. de verb. obligat. Ias. *cons. 170. num. 2. volum. 4.* Ciriac. *controuers. forens. 555. num. 88.* Rot. *coram Buratt. decis. 390. num. 3. & in rec. decis. 204. n. 25. par. 8.*

Præterea animaduerterunt Domini, quod istud creditum
dotale Magdalenæ dici poterat de tempore donationis extinctum per imaginariam solutionem, seu appropriatio-
15 nem, † quam præsumitur sibi fecisse vxorem de bonis stabilibus Pompei ad manus ipsius, vti hæredis peruentis, per
Text. *in l. si ei cui §. 1. ante fin. ff. de euict.* Bart. & Castrens. *in l. peculium in 2. ff. de pecul.* Soccin. iun. *cons. 170. num. 9. lib. 2.*
16 vbi in specie de vxore † hærede, & creditrice dotis, & sæpius
dixit Rota *coram san. mem. Gregor. XV. decis. 67. num. 10. ibique addea. num. 15. & 16. coram Seraphin. decis. 1275. num. 1. & coram Merlin. decis. 711. num. 10.* & dictum fuit *in Veliterna census 1. Februarij 1677. §. cum etiam, & 27. Aprilis proximè præteriti §. Quibus coram me*: Ideoque donatio medie-
17 tatis bonorum propriorum Magdalenæ † intelligi debet de
illis bonis hæreditarijs Pompei, quæ sibi appropriauerat pro
18 dicto credito, in quibus cadit reseruatio vsusfructus, † ne
aliàs reseruatio remaneret inutilis, argum. text. *in l. fundus qui locatur, vbi glos. ff. de fund. instruct.* Rota *decis. 24. nu. 12. par. 11. recent.*

Quibus stantibus, facilis fuit resolutio secundæ partis
dubij, concedendo immissionem eidem Magdalenæ in vim
19 vtilis Saluiani interdicti † contra eadem bona hæreditaria
Pompei, relaxata Francisco vigore obligationis Cameralis,
& generalis hypothecæ ab ipso contractæ in eodem instrumento donacionis pro obseruatione promissorum, vt in simili practicatum fuit *coram Peutingerio decis. 178. num. 16. & 17.*

Et ita, vtraque parte informante, resolutum fuit.

R. P. D. RONDININO.

Auenionen. Fideicommissi.

Veneris 2. Decembris 1678.

ARGVMENTVM.

Sicuti liberorum appellatione non solum veniunt filij primi gradus, sed etiam vlteriores descendentes, maximè quando, prout hic, eorum descendentia per gradus distinctos fuit à Testatore vocata, ita etiam nomine filiarum non veniunt neptes, & proneptes, eo præsertim casu, quo Testator adiecit non solum personam patris, sed illas expressit cum dictione *detti*, de sui natura personalissima, coniecturis contrarijs non attentis, quia in hoc clara visa fuit Testatoris voluntas.

SVMMARIVM.

1 *Sententiæ validitas resultat, si in ea fuerint seruata requisita* decis. Caputaquensis, *iustitia verò deducitur ex decisione causæ.*

2 *Liberorum nomine veniunt non solum filij primi gradus, sed etiam vlteriores descendentes continentur.*

3 *Liberorum appellatione eo magis veniunt descendentes, si testator successiuam, & per gradus distinctos descendentiam vocauit.*

4 *Liberi, & filij quando accipiuntur pro sinonimis quid operentur, & quatenus sic fuerint à testatore intellecti vel non num. 6. & seqq.*

5 *Masculi ex fœminis excluduntur, siue fuerit contemplata agnatio, siue solum sint vocati masculi ex masculis.*

6 *Filiarum nomine quatenus etiam contineantur neptes, & proneptes, & n. seqq.*

7 *Neptes, & proneptes non veniunt appellatione filiarum, si sub nomine liberorum à testatore collocatæ sint.*

8 *Neptes, & proneptes non veniunt appellatione filiarum, si testator illas expressit sub nomine patris, & vlterius personalissimas dictiones adiecit.*

9 *Nomen patris quatenus operetur sub vocatione filiarum non venire neptes, & proneptes. & num. seq.*

10 *Dictio* detti, *est personalissima, & ideo adiecta personæ patris operatur sub vocatione suarum filiarum, neptes, & proneptes comprehendi non posse. & numer. 8. & seq.*

11 *Testamenti ab vna parte quando non liceat redarguere ad aliam, & num. seq.*

12 *Discretiuus modus loquendi, diuersam fuisse Testatoris dispositionem demonstrat.*

13 *Coniecturæ nihil operantur contra expressam voluntatem Testatoris.*

14 *Testator quando in vocatione filiarum dicatur respexisse ad tempus præsens, vel potius prouidisse etiam in futurum.*

15 *Tempus in futurum remotissimum non permittit dictio relatiua ad personam.*

16 *Remotiores succedere, exclusis proximioribus, non attenditur, quando sic Testator disposuit.*

17 *Prohibitio alienationis, & consideratio agnationis, restringuntur in casibus à Testatore volitis, nec ideo dispositionem extendunt.*

DECISIO CCCIV.

SEntentiam Rotalem hodie Domini confirmarunt, qua
dictum fuit, dandam esse immissionem Bartholomæo
de Berton, alijsque de Zanobijs in bona fideicommissaria
Dionysij Senioris de Gouse, quia illius validitas † appa- 1
ret ex actis, iuxta vulgat *decis. Caputaquen. 260. par. 2.* & iustitia ex decisione Causæ 22. Aprilis prox. præteriti coram Reu. P. D. meo Emerix Rotalem sententiam de more præcedenti.

Etenim fideicommissum, illiusque purificatio insurgunt
ex testamento Dionysij Senioris, in quo post deficientiam
Dionysij ex Antonetta filia nepotis, & aliorum filiorum
ipsiusmet Antonettæ, fuit vocatus Gabriel frater Testatoris, einsque descendentia masculina tantum, in cuius defectu substitutæ fuerunt filiæ Gabrielis, illorumq; liberi.
Ideoque cum defecerit descendentia Antonettæ, & Dionysij ipsius filij, fideicommissum purificatum fuit ad fauorem
Gabrielis Stephani nepotis Gabrielis fratris ipsius Testatoris; Quo sine masculis defuncto, cum alij non supersint ex
descendentia masculina Gabrielis fratris, succedere debent
filij, & descendentes ex filiabus fœminis prædicti Gabrielis
fratris Testatoris, quales sunt Bartholomæus de Berton,
& alij de Zanobijs, qui mediante Anna, & Isabella filiabus Gabrielis, ab eodem Gabriele descendunt, comprehenduntur in vltima substitutione liberorum nomine, † 2
quorum appellatione, non solum filij primi gradus, sed
vlteriores descendentes continentur, *l. cognoscere 56. & l. liberorum 220. ff. de verb. signif.* Peregr. *de fideicom. art. 22. nu. 43.* Valenz. *cons. 197. num. 7.* Rota *recen. part. 4. tom. 1. decis. 131. num. 2. & coram Card. Celso decis. 249. num. 5.* vbi concordantes.

In hoc potissimum casu, in quo Testator vocauit, vt
sunt verba Testamenti; Liberos masculos, & masculos
masculorum successiuè, & in eorum defectum filias Gabrielis, & liberos illarum filiarum successiuè pariter, & per
ordinem præferendo masculos filiabus, & illos primi gradus, illis secundi, quamdiu aderit de illis vsque ad vltimum.
Ex quibus verbis apparet, liberorum vocationem verificari non posse in filijs primi gradus, sed vlterius protrahi successiuè per alios gradus vsque ad vltimum descendentem
ipsarum filiarum Gabrielis fratris, ad quarum filios immediatos non restrinxit vocationem Dionysius Testator, † 3
cum successiuam, & per gradus distinctam descendentiam
liberorum considerauit, sed restrinxit ad descendentes à filia-

liabus Gabrielis, non vel immediatis, sed tamquam à ra-
dicibus, à quibus debent liberi prouenire, vt obseruat Ro-
ta *recent. part.4. tom.2. decis.4. ex num.3. & in decis. causæ §.
Etenim in fine*, quidquid sit in casu opposito, in quo Testa-
4 tores volunt immediatam successionem à filijs, † vel acci-
piunt pro synonimis nomina liberorum, & filiorum, in
quibus terminis procedunt deducta per Peregr. *de fideicom.
art.26. num.19.* Rota *coram Dunoz. iun. decis.3. sub numer.8. &
decis.981 num.15. & 16. & coram Bich. decis.232. ex num.6. &
in recent. par.14. decis.406. in princ.*

Neque istorum vocationi aduersatur prætensio Iosephi,
& aliorum de Gousce, & litis Consortium, aut ex persona
propria, aut ex diuersa; Non ex persona propria tanquam
contenti sub conditione masculorum ex masculis Gabrielis
fratris, qui positi sunt in conditione ante vocationem filia-
rum eiusdem Gabrielis, earumque liberorum, qui vocan-
tur solum masculos ex masculis: Etenim Ioseph, & alij
Consortes non sint masculi ex masculis ipsius Gabrielis, sed
descendunt ex Clementia filia Gabrielis Stephani, qui fuit
nepos prædicti Gabrielis fratris Testatoris, atque ideò, vt-
pote descendentes à fœmina non continentur sub prædicta
conditione, siue hic contemplata fuerit agnatio, siue non,
5 † quia sufficit, quod habita fuerit ratio masculinitatis per
masculos, vt masculi è fœminis excludantur, nisi vtraque
qualitas concurrat, Corn. *in l. 1. num.218. C. de condition. in-
stitut.* Surd. *cons.308. num.14.* Adden. *ad Buratt. decis.272. nu.
21.* Rota *recent. par.5. decis.84. nu.21. & 22. & par.11. decis.
95. ex num.2. & par.12. decis.330. num.17. & in decis. causa
§. Quia ipsis.*

Non etiam Ioseph, & alij impedire possunt vocationem
Actorum ex persona Gabrielis neptis, & Clementiæ pro-
neptis Gabrielis fratris Testatoris, post quem, eiusque mas-
culos cum filiæ ipsius, vt sæpe dictum est, substitute fuerunt,
6 † sub illarum nomine neptes quoque, & pronepes conti-
neantur, concurrentibus coniecturis, & verisimili mente
Testatoris. Videbatur scilicet Dominis meos Testatoris
contrarium suadere, qui clarè ostendit, vocando filias Ga-
7 brielis, & illarum liberos † habuisse pro diuersis nomen li-
berorum, & filiarum, atque ideò sub illarum appellatione
neptes, & pronepes non intellexisse, quas sub liberorum
vocatione collocauit, Corn. *cons.90. n.6. volum. 3.* Honded.
cons.60. sub num.63. volum. 1. Decian. *respons. 44. num 42. &
seqq. volum. 3.* Ciol. *cons.7. num.8.* Rota *coram Dunoz. decis.
454. nu.4. & decis.648. num. 19. & in rec. par.13. decis.378. ex
num.12. & in decisione huius causa §. Et quamuis.*

Quinimò cum Testator strictè acceperit nomen filiarum,
dicebant Domini cessare omnes coniecturas, vrgente clara
mente Testatoris, qui vocauit filias Gabrielis cum persona-
8 lissima dictione, *dicti*, Gabrielis, † quo casu non possunt ve-
nire neptes, vel pronepes, Cephal. *cons 606. num.61.* Fusar.
cons. 93. num.9. & seqq. Cyriac. *controu. 522. ex num.41.* Rota
*recent. par.2. decis.507. num.9. & par.13. decis.378. num.14.
& par.14. dicta decis.406. num.4. & 5. & in decisione Causæ §.
Exclusi, & seqq.* Etiamsi diceretur verba intelligenda esse
9 demonstratiue, † quia id procedere forsan posset, si nomen
Gabrielis esset simpliciter appositum ex ratione, de qua Ro-
ta *coram Bichio decis. 252. num.19. & in Romana fideicommissi
de Iustis 22. Iunij præteriti §. penultimo coram R. P. D. meo
10 Vicecomite*, † secus verò quando cum verbis restrictis, *dicti*,
Fusar. *cons.75. num.9.* Altograd. *cons.82. num.25. vol.2.* Rota
rec. par.4. tom.2. decis.473. ex num.27. & melius *coram Merlin.
decis.206. num.34. & in recent. par.14 decis.406. num.7.*

Et quoad hæc clarè se explicauit fideicommittens, qui
quando voluit, vocauit filias Gabrielis strictè acceptas in
primo gradu, vt mox dictum est, atque vt ab initio diceba-
tur, vocauit postea liberos illarum in sua amplitudine per
gradus distinctos, & successiuam vocationem illos admit-
tens, & denique in alia parte testamenti (in qua valdè insi-
stebant Scribentes contra decisionem) demonstrauit appel-
11 lationem liberorum intellexisse de filijs primi gradus, † à
qua tamen parte testamenti non licet ad hunc casum argue-
12 re, cùm potiùs ex discretiuo modo loquendi † diuersa in
singulis casibus dispositio seruanda sit, argumento textus
*in l. vnic. §. sin autem C. de caduc. tollen. & in cap. ad audientiam
de decim.* & præter auctoritates superius adductas in his ter-
minis Rota *rec. par.2. decis.507. num.7. & dec.667. num.5. &
coram Seraphin. decis.1486.*

Ex his verò cum clara appareat Testatoris voluntas, Ina-
nes visæ sunt coniecturæ, verisimilitudines, & absurda
considerata à Scribentibus contra decisionem, tùm quia ea
omnia reiecta fuerunt in decisione huius Causæ, & in ho-
dierna Causæ propositione à scribentibus pro ipsa decisione,
tum etiam quia coniecturæ non admittuntur † contra ex- 13
pressam mentem fideicommittentis ex regula textus *in l. il-
le, ff. de legat. 3. & in §. disponat. auth. de nupt.*

Et sanè coniectura, quæ deducebatur ex eo, quod Te-
stator vocauerit filias in remotissimum tempus, visa est re-
torqueri † cum potius fideicommittens intellexerit de fi- 14
liabus primi gradus in tempus præsens cum cogitans casum
præmorientiæ illarum, voluit illis non extantibus succe-
dere illarum liberos, vt benè Rota *in rec. par.13. decis.378.
ex num.15. & in decisione causæ §. quia coniecturæ.* Addita in-
super restrictiua dictione ad filias dicti Gabrielis, † quæ 15
extensionem in remotissimum tempus non permittit.

Altera autem coniectura deducta ex absurdo, quod suc-
cedant Actores remotiores exclusis proximioribus, † non 16
videtur attendenda, quando sic Testator disposuit, vt post
alios Rota *coram Dunozz. Iun. decis.981. sub num.15. & coram
Eminentissimo Ottbob. decis.244 sub num.2. & decis.271. nu. 2.
& 3. & in decisione, quæ reuidetur §. finali.*

Et denique aliæ coniecturæ in hodierna propositione de-
ductæ ex prohibita alienatione, & ex agnitionis considera-
tione cum similibus, † restringuntur in suis casibus à Te- 17
statore volitis, neque ideo dispositionem extendunt, vt in
terminis Rota *recent. par.14. decis.406. num.6. & seqq.* vbi
concordantes, & prius *in recent. part. 2. decis.667. nu-
mer.9 & seqq.*

Et ita vtraque parte informante resolutum fuit.

*Supra in hac eadem parte adest altera præsentis causæ decis.
coram R.P. D. Emerix, quæ est ibi in ordine 199.*

R. P. D. PAVLVCCIO.

Rom. seu Portuen. Fideicommissi.

Veneris 2. Decembris 1678.

ARGVMENTVM.

Tractatur materia assignationis à patre viuente factæ in fauorem filiorum, quod ea nempe alienationem, & contractum inter viuos importet, non autem vltimæ voluntatis, ideoque illa subsequuto testamento, & fideicommisso successiuè facto non subiaceat; Rursus etiam, quod creditor fideicommittentis, cui filius bona insolutum data sunt à fideicommissario molestari non possit, siue fideicommittens debitor principalis, siuè fideiussor existat.

SVMMARIVM.

1 *Bona assignata à patre viuente suis filijs, non cadunt sub fideicommisso ab eodem patre constituto.*
2 *Dispositio, quantumuis generalis, non porrigitur ad bona specialiter, & præcedenter disposita.*
3 *Verbum* assignare, & consignare *important translationem dominij, & actum irreuocabilem inter viuos.*
4 *Donatio insolutum, & assignatio, si exequutioni demandata sunt, amplius reuocari non possunt.*
5 *Clausula* ad habendum *radicat à se abdicatum fuisse dominium, & translatum in alium.*
6 *Alienatio inter patrem, & filium valida reputatur.*
7 *In Obligatione naturali nulla attenditur fictio.*
8 *Pater, & filius sunt duæ personæ realiter, & naturaliter distinctæ.*
9 *Obligatio naturalis inter patrem, & filium subsistit, & numer. 7.*
10 *Assignatio facta à patre in fauorem sui filij, eo magis irreuocabilis est, si pater vsumfructum sibi reseruauit, & aliquid ad effectum testandi.*
11 *Pater testator non presumitur in suo testamento comprehendere voluisse bona ab eo suis filijs præcedenter assignata, & supr. à num.1.*
12 *Clausula* constituti *licet per modum fictum, verum tamen dominium, & possessionem transfert.*
13 *Assignatio facta à patre filijs ex obseruantia declaratur, quod vero fuerit temporalis, seu perpetua.*
14 *Census impositio facta à filio super bonis sibi à patre assignatis,* 3
scien-

sciente, & consentiente patre, apertè demonstrat assignationem fuisse perpetuam.

15 *Verba* spectare, & pertinere, *referuntur ad titulum dominij præcedenter acquisiti.*

16 *Pater assignando bona filijs, eos tacitè emancipasse censentur.*

17 *Donatio inter patrem, & filium, stante tacita emancipatione, substinetur, & filius de bonis donatis potest liberè disponere.*

18 *Donatio inter patrem, & filium facta ad euertendas lites, & sic ob causam, non requirit solemnitates Statuti, ampliа, vt ibidem.*

19 *Assignatio facta à patre filio pro legitima, & tota eo, quod ille prætendere posset, non subiacet solemnitatibus Statuti.*

20 *Assignatio facta pluribus, altero tantum præsente, & stipulante pro absentibus, & substinetur.*

21 *Promissio de rato, & clausula alias &c. operantur, vt promittens factum alienum, teneatur de proprio, nec faciendo possibilia excusetur.*

22 *Ratihabitio ex longissimi temporis spatio presumitur.*

23 *Ratificata dicitur assignatio ex possessione bonorum assignatorum, & dispositione de eis facta tanquam de proprijs bonis.*

24 *Alienans bona, & super illis censum imponens dicitur de illis disponere, tanquam de suis bonis proprijs.*

25 *Creditor fideicommittentis, cui bona fideicommissi insolutum data sunt, aduersus fideicommissarium retentionem habet, amplia, vt ibidem, & num. seq.*

26 *Causam habens à creditore fideicommittentis eadem vtitur retentione, quæ ipsi creditori competeret.*

27 *Bona fideicommissi possunt pro debito fideicommittentis alienari.*

28 *Creditor fideicommittentis æquè agit contra fideicommittentem ipsum, ac super illius bonis, siue ille debitor principalis, siuè fideiussor existat.*

29 *Assignatio inter viuos, & actus translationis dominij à testatore viuente facti non irritantur per testamentum habens clausulam* cassans, annullans &c.

30 *Clausula* cassans, annullans &c. *verificantur in præcedentibus actibus ex causa mortis, non autem inter viuos à testatore factis.*

DECISIO CCCV.

PRæuiis duabus Decisionibus altera 23. Iunij 1670. * 5.
Decembris 1674. altera, lata fuit sententia per R. P. D.
meum Calatalu, nunc magnum Mediolani Cancellarium;
eaque dictum non esse dandam immissionem Antonio de
Effectis in bonis, quæ possessa ab Alphonso, & fratribus de
Ghislerijs, ipse petebat tanquam subiecta fideicommissi
Antonij Senioris eius Aui. Commissoque eiusdem senten-
tiæ examine in gradu appellationis per Signaturam, inqui-
rendum proposui; An sententia Rotalis sit confirmanda,
vel infirmanda.

Et DD. confirmanda responderunt tanquam validam,
& iustam.

Validam satis exhibuit actorum resolutio, nec validitas
ipsa controuertitur.

Iustam verò censuerunt ex ijsdem fermè fundamentis,
quę luculentissimè in prædictis preteritis Decisionibus pon-
derata fuere.

Vtcumque enim Antonius se vocatum probet ad fidei-
commissum Antonij Senioris eius Aui, non tamen danda
fuit ipsi immissio in bonis possessis à fratribus de Ghislerijs,
1 † quia fuere comprehensa in assignatione facta ab Antonio
Seniore filijs, & nepotibus suis antequam condiderat testa-
mentum, ac institueret fideicommissum. Per quam assigna-
tionem, cum adhuc viuenes Dominium transtulerit in fi-
2 lios, & nepotes, hinc est, † quod bona assignata censeri non
possunt comprehensa fideicommisso; & cū hæc ipsa bona nō
essent in eius hæreditate tempore conditi testamenti, quan-
tumuis generalis dispositio ad ea extendi non potest *l. se-
quens quæstio*, & ibi elegantèr Cuiac. *ff. de leg.* 2. Mantic. *de
coniect. lib. 7. tit. 8. num. 24. & 29.* Fusar. *de substit. quæst. 632.
num. 1. & 2.* Altograd. *cons. 8. num. 84.*

Translatum autem fuisse dominium in filios; adeoque
non fuisse hanc assignationem actum vltimæ voluntatis re-
uocabilem, sed inter viuos, & irreuocabilem, plura sunt,
quæ irrefragabiliter euincunt, in ipso assignationis instru-
mento contenta.

Exprimitur enim eiusdem assignationis intentio, quod
scilicet, ipso viuente, partem patrimonij, † & hæreditatis 3
ipsius velit *dare, assignare, & consignare*, quæ verba di-
cunt actum inter viuos irreuocabilem, & intentionem
transferendi dominij † confirmant, secuta maximè *datio- 4
ne, assignatione, & consignatione* Mart. *de success. leg. par. 4.
quæst. 21. artic. 11. num. 60.* Ruin. *cons. 187. num. 6. lib. 2.*

Magisque, quia adiectæ fuere clausulæ translatiuæ do-
minij, † & præcipuè clausula *ad habendum*, quæ indicat 5
à se abdicatum, & translatum dominium Mart. *vbi supra
num. 60. & de claus. claus. 5.* Menoch. *de præsumpt. lib. 4. præ-
sumpt. 196. num. 12.* Peregr. *de fideicom. tit. 6. num. 49.* Et cum
accesserit insuper instrumentum, † assignatio transit in na- 6
turam alienationis, quæ, vel inter patrem, & filium va-
lida, est *iat. ad l. frater, à fratre num. 40. ff. de condit. indebit.*
Mart. *vbi supra num. 62.* Seraphin. *de priuil. iuram. priuil. 112.
num. 3.* Andr. Gaii *lib. 2. obseru. 38. num. 11.* sublata enim ci-
uili identitatis fictione, † obligatio naturalis, in qua nul- 7
la attenditur fictio Nilig. *ad Douell. comm. iur. ciu. lib. 14. in
not. lit. A.* inter Patrem, † & filium tanquam inter duas 8
personas naturaliter distinctas, & diuersas subsistit, † *l.* 9
frater à fratre in princ. ff. de condit. indeb. eaque per iuramen-
tum confirmatur *cap. quamuis pactum de pac. in 6.*

Potissimum cum præter bona assignata pater reseruaue-
rit sibi residuum pro sui vsu, victu, † & facultate testan- 10
di, & de facto subinde testatus sit de eodem residuo. Hac
enim facta reseruatione exclusisse intelligitur, † bona as- 11
gnata tanquam extra eius dominium, nec de ijs intendisse,
aut voluisse testari, *l. cum Prætor ff. de iudic.* Gratian. *disc.
82. num. 6.* cum alijs ab eodem congestis.

Cumque hanc assignationem dixerit se fecisse ad auerten-
das lites, & iurgia inter filios ipsos, & nepotes, & sit sub-
secuta traditio saltem per clausulam constituti, † quæ (li- 12
cet per modum fictum) verum tamen dominium, & pos-
sessionem transfert *l. quod meo in princ. ff. de acquir. vel amitt.
poss. l. certè §. 1. ff. de precar.* Mantic. *de tacit. & ambig. lib.
13. cap. 23. num. 14.* Gratian. *disc. 321. num. 15.* Tiraquell. *de
iur. const. poss. ampl. 1. par. 2. num. 1.* iam de translato dominio
dubitari non potest, cumulatis præsertim supradictis omni-
bus circumstantijs.

Quibus robur addit praxis, & obseruantia; Nam filij
post factam assignationem; censum super assignatis bonis
imposuerunt sciente, † & consentiente patre, qui præ- 13
sens tanquam fideiussor, intercessit, nec contradixit † dum 14
filij in impositione census asseruere, bona censita esse eo-
rum propria, † & ad ipsos spectare, ac pertinere, vt in 15
instrumento in Summario exhibito, quæ verba asserti do-
minij ad titulum præcedentis assignationis referri debent, † 16
Menoch. *de præsumpt. lib. 3. præs. 49. numer. 9.* Et per hunc
actum censetur pater eosdem filios tacitè emancipasse, † quę 17
tacita emancipatio sufficit, vt subsistat donatio, & filij de
bonis donatis potuerint disponere Menoch. *de præsumpt. lib.
6. præs. 55. numer. 28.* Rota *decis. 24. numero quarto par.
14. recent.*

Neque ad huiusce donationis subsistentiam necessariæ
fuere solemnitates statutariæ Vrbis *cap. 149. cap. 150.* cum
non fuerit donatio simplex, sed ob causam facta ad auer-
tendas lites, † non inter patrem ipsum, & filios, sed in- 18
ter filios, & nepotes post eius obitum, nec non pro legiti-
ma, † & omni, & toto eo, quod ijdem filij, & nepotes 19
prætendere possent, qui, & se futuros contentos promi-
serunt Gratian. *disc. 592. & 249. num. 14.* Rot. *coram Mer-
lin. decis. 692. numero 9. & decis. 292. num. 32. part. 6. recent.*
Hæc tamen causa sufficit apprehensa, nec necesse est eam
impleri.

Licet nec admitti potest hanc assignationem fuisse condi-
tionalem, factam scilicet nepotibus absentibus, † quate- 20
nus eam ratam habuissent, quia assignatio portionum pro
nepotibus fuit facta Dominico vni ex nepotibus cum pro-
missione de rato, † & clausula alias &c. & ità, quod &c. 21
quæ extensæ operantur, vt promittens alienum factum de
proprio teneatur, nec faciendo possibilia excusetur. Add.
ad Buratt. decis. 64. num. 19. Rot. *decis. 150. in princ. & numer.
8. parte 11. recent. & coram Dunozzett. Iun. decis. 1004. nu-
mero quarto.*

Ratihabitio autem ex longissimi temporis spatio præsu-
mitur, † Rota *decis. 509. num. 8. par. 13. recent.* eamque 22
apertissimè probat bonorum assignatorum possessio, dispo-
sitio de ijsdem facta tanquam de proprijs, † tam alienan- 23
do, tàm census super ipsis imponendo, † Rot. *coram Ca- 24
ualer. decis. 100. num. 4. vers. denum coram Bichio decis. 616.
nu. 11. & par. 9. rec. decis. 352. nu. 38.*

Quo

Quo vero ad alia bona in assignatione non compreheosa,
& à fratribus de Ghisletijs possessa, DD. pariter existima-
runt non esse dandam immissionem, sed alia ratione, quia
scilicet, prædium nuncupatur in Vado del Vaschio, e
Monte Formello ad quod petitur immissio, fuit alienatum
pro censu imposito à nepotibus, quorum contractui acces-
serat fideiussor Antonius testator, & auctor fideicommissi,
25 † vt in nostro Summario *num.4.* ac proinde potest creditor,
cui datum fuit insolutum vti retentione, sicut etiam qui-
26 cumque causam ab eodem creditore babens † cum sit cer-
tum bona fideicommissi posse alienari pro debito fideicom-
27 mittentis † *l. Pater filium in 1. ff. de leg.3.* Peregrin. *de fideic.
artic.39. num.1.* Rot. *coram Eminentissimo Ottbob. decis. 206.
num.5. & sequentibus.*

Neque attendendum, quod census fuerit impositus à ne-
potibus, & Auus fuerit tantum fideiussor, quia creditori,
cui fuit facta datio insolutum, sat est, quod Auus esset debi-
tor obligatus principaliter, & insolidum, vt ex instrumen-
28 to fideiussionis cum potuisset, † etiam agere aduersus bo-
na ipsius fideicommittentis, & eorum distractionem impe-
trare, siuè esset fideiussor, siuè principalis debitor, Rota
coram Dunozzett. Iun decis.550. num.13. cum seq.

Stante autem assignatione antedicta, tanquam acta in-
29 ter viuos, † & dominij translatiua non suffragantur verba
in testamento regesta, *Cassans, & annullans omne aliud te-
stamentum, & vltimam voluntatem, tàm verbis, quàm scri-
30 ptura, vsque ad præsentem diem factam.* Cum † benè pos-
sint verificari de alijs scripturis, quæ forsan fuissent factæ
super bonis extra assignationem, & ea non comprehensis,
absque eo, quod indicent voluntatem reuocandi assignatio-
nem ipsam, quæ non fuit actus vltimæ voluntatis Altograd.
dicto cons.8. num.86. Et ita responsum videntibus omnibus
DD. & vtraque Parte informante.

Supra in alio præcedenti tom.1. part.18. adest altera in hac causa decis.283. in ordine, & ibi in calce concordatur alia, quæ in eadem causa emanauit 283. par.18. tom.1.

R. P. D. MATTHÆIO.

Rom. Prætensorum Alimentorum.

Veneris 2. Decembris 1678.

ARGVMENTVM.

Pro præstatione alimentorum bona fratri assignata erant, quæ tamen assignatio vsque ad certam ętatem, non autem in perpetuum durare debebat, itaut ea peruenta, frater debitor bona ipsa pro se retinere decidatur, & alimenta in pecunia, & respectiuè in bonis, seu alijs effectibus eidem fratri consignare teneatur quorum taxatio arbitrio iudicis est remissa, qui secundum dignitatem personarum, quantitatem patrimonij, & consuetudinem loci eadem statuere debet.

SVMMARIVM.

1 *Possessio capta relatiuè ad aliquod instrumentum, secundum illud, & non vltra intelligenda est.*
2 *Possessio non dicitur perpetua, si vsque ad certum tempus durare debet.*
3 *Possessio fratris non dicitur retenta iure familiaritatis, si proprio nomine continuata est, & de fructibus bonorum sit dispositum.*
4 *Bonorum assignatio inter fratres ita facienda est, vt euellatur ex ea omnis occasio litigandi.*
5 *Bona penes se potuit retinere debet, qui ea alteri assignando, attamen vltra eorum fructus, aliquid supplere tenetur.*
6 *Bona melius gubernantur, & custodiuntur ab eorum domino, quam ab assignatario illorum, qui solum temporaliter, vel ad vitam ea retinere debet, & num.7.*
8 *Alimenta debentur etiam diuiti, si non officio iudicis, sed iure actionis petita sint.*
9 *Bona fideicommisso, vel primogenituræ subiecta, sicuti liberari non possunt à dote, ita nec ab onere alimentorum descendentibus debitorum, & num.10.*
10 *Pater, & Ascendentes non possunt se liberari ab onere alendi filios, & descendentes.*
11 *Alimentorum taxatio, vt plurimum pendet ab arbitrio iudicis.*
12 *Iudex regulare debet præstationem alimentorum à dignitate personarum, quantitate patrimonij, & consuetudine loci.*

DECISIO CCCVI.

RElvctante, tàm D. Abbate, quàm D. Duce acquie-
scere resolutioni, captæ sub die 8. * Iunij proximè
elapsi, in qua dictum fuit mandatum ab A. C. relaxatum
ad fauorem D. Abbatis in locum mandati de manutenendo
in quasi possessione consequendi alimenta ab eodem Du-
ce eius fratre, pro scut. 400. annuis, prout ab infantia ab
eodem consecutus fuerat, mediante assignatione vnius rhe-
dæ, ac duorum famulorum, victus, & vestitus, & habi-
tationis, iterum hodiè reproposui causam, & DD. à me
consulti, non dubitarunt standum esse in decisis quoad par-
tem substantialem negotij principalis, nempè præstationis
alimentorum in scutis 400. annuis, sed solum recedendum
esse à decisis in altera parte, in qua firmatum fuerat tene-
ri ipsum Abbatem in computum dd. alimentorum recipe-
re annuos redditus bonorum Marchiæ, & supplementum,
vsque ad d. summam scutis 400. in pecunia ab eodem D.
Duce: hodiè verò teneri D. Ducem recipere bona Marchiæ
pro se, & præstare singulis annis in pecunia numerata, vl-
tra domum mobilibus exornata scut. 400. quolibet anno
conuenerunt.

In hanc autem postremam resolutionem; alterius reuo-
catoriam faciliùs conuolarunt, quia etiamsi huiusmodi bo-
norum possessio capta fuerit à Ducissa Matre, & Tutrice,
nomine D. Abbatis, tunc infantis, † ipsi nocere nequa- 1
quam valet, vti facta relatiuè ad formam ipsiusmet dona-
tionis, in qua possessio dd. bonorum permittitur secundoge-
nito, vsque ad ætatem viginti annorum, & non vltra, nisi
vxorem ducat, & secundum ramum familiæ constituat in
Prouincia Marchiæ, quod cum non adimpleuerit, ex quo
militiæ Ecclesiæ se addixit, nec post lapsum 20. annorum
in dd. bonis se immiscuerit, † dici nequit, quod possessio 2
capta per Ducissam fuerit perpetua, cum nullo vnquam
tempore ab eodem Abbate ratificata fuerit, & hodiè facto
melius dilucidato ex epistola ministri, data in Summario
num.7. apparet D. Ducem illam non administrasse iure fa-
miliaritatis, sed vti verus Dominus de illorum fructibus
† disposuit, ità vt excludat omnem actum familiaritatis, 3
Gratian. *discept. foren. cap. 954. numero primo* Rota *de-
cis.67. numero quinto coram Coccin. & decis. 26. numer.4. par.
13. recent.*

Obseruabant etiam DD. quod ex huiusmodi bonorum
assignatione eidem D. Duci euellebatur omnis radix litium,
† quæ inter eos de facili oriri poterat ex causa verificationis 4
quanti singulis annis ista bona reddere poterant, ad effe-
ctum videndi quid D. Dux esset suppleturus ex bonis primo-
genituræ: & D. Dux acquiescere potest huic resolutioni,
vt eidem fauorabili, quia, aut dd. bona reddere possunt
annua scut. 400. & habet recompensationem similium scut.
400. quæ soluturus est D. Abbati, † aut attenta eorum de- 5
terioratione reddere non valent d. summam, & nihilomi-
nus illam supplere tenebitur ex bonis Primogenituræ; &
proindè vtilius est eidem D. Duci, quod suo gubernio ma-
neant, † dum ex illorum insufficientia supplere obligatus 6
est, & faciliùs ei redditur, quod illa cum eius assistentia
augeantur, & in pristinum statum reducantur, quàm † si 7
starent sub cura eiusdem D. Abbatis, qui non haberet
Ministros, tàm accurato, vt ipse D. Dux habere po-
test.

Alimenta verò, quæ in præterita decisione fuit dictum
à D. Duce deberi eidem D. Abbati in summa scutorum 400.
annuorum vltra ea, quæ deducta fuerunt ad corroboran-
dum prętensiones eiusdem D. Abbatis, hodiè additur,
quod D. Abbas non exposcit alimenta à fratre, iure pieta-
tis, sed iure actionis ab eodem fratre, vti possidente bona
ascendentium, subiecta huic oneri alendi descendentes,
† quo casu etiam diuiti alimenta debentur *l. alim. & ibi* 8
Bald. Alex. & Decius *C. de transact.* Surd. *de alim. tit.7. qu.
15. numer.26. & seq.* Michelor. *de fratribus part. 3. capit.22.
numer.24.*

Vltra, quod constitutores secundo geniturę assignarunt
secundogenito non solum hęc bona Marchię, sed etiam
scuta 100. mille inuestienda, & hoc stante eò magis viden-
tur

tur eidem D. Abbati competere Iure actionis dd. alimenta
ex bonis communis ascendentis, & sicuti bona, quæ subij-
ciuntur Primogenituræ, non possunt exonerari huiusmo-
9 di vinculo in præiudicium congruæ dotis pro fœminis; †
ità nec fieri potest in præiudicium congruorum alimento-
rum pro masculis, dumtam dos, quam alimenta deben-
tur propter publicam vtilitatem, & ad explendum debitum
10 naturæ, † à quo ascendens, bona sua subijciendo fidei-
commisso, eximere non potest Barth. *in Auth. res quæ nu-
mer. 9. & ibi* Ias. *num. 31. C. communia de leg.* Castren. *cons. 80.
sub num. 1 vers. nihilominus* Ruin. *cons. 199 num. 8. & 9. lib. 2.*
Surd. *de alimentis tit. 1. quæst. 27. per tot.* Gratian. *discept. fo-
ren. cap. 832. numer. 31. cum trib. seqq.* Rota *decis. 408. numer.
13. & 14. parte quinta & decis. 412. à numer. 8. ad fin. part.
12. recent.*

Verum inspecta tenuitate Patrimonij, & Bonorum for-
tunæ D. Ducis, & obligatione, quam habet priùs alendi
se, & quatuor filias, & Primogenitum, vna cum tota fa-
milia iuxta statum Ducalem, existimarunt DD. iuxta ea,
quæ deducta fuerunt in præterita decisione esse sufficientia
scut. 400. annua assignata pro præstatione supradictorum
alimentorum vltra pensionem scut. 80. & scuta 40. annua
ex tot locis Montium, vna cum habitatione, & mobili-
11 bus, † cum, vt plurimum huiusmodi taxatio iudicis ar-
12 bitrio remittatur, † qui regulare debet illorum præstatio-
nem à dignitate Personarum, quantitate Patrimonij, &
consuetudine loci, iuxta text. *in l. 2. & 3 ff. vbi* Pupill. *educ.
deb.* Menoch. *de Arbitr. cas. 169. num. 1. & seq. lib. 2.* Simon.
de Pret. *de interpret. vlt. volunt. lib. 4. dub. 11. num. 58. & seq.*
Marescot. *var. resol. lib. 2. cap. 83. num. 13.* Rota *coram Cels.
decis. 67. numer. 7. & decis. 418. numer. 5. part. 4. tomo secundo
recentior.*

Et ità vtraque parte informante resolutum fuit.

*Altera præsentis causæ decisio est impressa supra in hac ea-
dem parte 241. in ordine.*

R. P. D. E M E R I X.

Rauennaten. Fideicommissi.

Veneris 2. Decembris 1678.

A R G V M E N T V M.

Fideicommissario immissio impediri prætendebatur, ex defectu identitatis bonorum, ex capite detractionum, ac etiam ratione melioramentorum, quæ tamen ijs non obstantibus est concessa, quia identitas ex diuisione resultabat, detractiones præsumebantur consumptæ ex omissione inuentarij cum alienationibus subsecutis, melioramenta verò probata non erant, & in omnem casum compensanda forent cum fructibus perceptis à die motæ litis.

S V M M A R I V M.

1 *Immissio fideicommissario conceditur quoties concurrunt requisita* l. fin. C. de edict. diui Hadrian. tollend.
2 *Vocatio fideicommissi remanet probata ex decisionibus in causa factis.*
3 *Decisiones Rotæ in noua causæ propositione supponendæ sunt.*
4 *Identitas bonorum ex diuisione resultat, ac etiam ex concessione, seu renouatione emphyteusis.*
5 *Detractiones dicuntur, consumptæ, vbi cum non confectione inuentarij, etiam alienationes concurrunt.*
6 *Detractiones, quæ consumptæ præsumuntur, sunt inefficaces ad impediendam, vel retardandam immissionem fideicommissario.*
7 *Melioramenta non dicuntur probata, si non docetur de statu antiquo, & quid fuerit impensum, quidque etiam melioratum sit.*
8 *Melioramenta compensantur cum fructibus perceptis à die motæ litis.*
9 *Concordia, quæ non habuit effectum, iudicium immissionis impedire non valet.*
10 *Immissio etiam pro confirmatione possessionis, conceditur.*

D E C I S I O CCCVII.

IN sequelam Decisionum in hac causa editarum sub die-
bus 22. Martij 1675. & 10. Ianuarij 1676. in quibus
firmatum fuit constare de fideicommisso Eqnitis Io. Senio-
ris, & de vocatione Hieronymi Actoris, fuit hodie eidem
decreta immissio super prædio Gattinellarum, † ex quo 1
concurrunt omnia requisita necessaria iuxta notata per
DD. *in l. fin. C. de edit. Diu. Adr. tollen.*

Præsuppositis enim fideicommisso, & vocatione Hiero-
nymi † ex resolutionibus prædictis † de stylo supponendis, 2
identitas prædij, quæ sola remanet in controuersia benè pro- 3
batur ex instrumentis renouationum inuestiturarum de eo-
dem Prædio factarum ab Abbatibus Sanctæ Mariæ in Por-
tu Rauennæ primo ad fauorem Ioannis Testatoris Summa-
rio *num. 2.* & successiuè ad fauorem illius filiorum Summa-
rio *num. 3.* & denique † ex instrumento diuisionis inter hos 4
secutæ Summario *num. 4.* ad plenè tradita per Rotam *decis.
415. num. 6. & seqq. par. 4. tom. 2. recen. & coram Zarat. decis.
39. num. 14. & seqq.*

Nec Iacobus, & alij rei conuenti possunt se tueri sub pre-
textu detractionum, quæ competebant grauatis eorum au-
ctoribus, quia illæ, quæ prætenduntur ratione legitimæ,
& Trebellianicæ † censentur consumptæ ex omissione in- 5
uentarij, & alienationibus antecedenter factis ab eisdem
grauatis, de quibus Summario *num. 5.* † & propterea sunt 6
inefficaces ad impediendam immissionem fideicommissa-
rijs ad text. *in l. Marcellus §. res, quæ ff. ad S. cons. Trebel.*
ibique Doctores, & pluries dixit Rota, vt coram Merlin.
*decis. 383. num. 15. & 16. coram Cels. decis. 335. numer. 9. co-
ram Arguel. decis. 48. numero primo & seqq. & in Romana
Saluiani 28. Iunij 1656. §. finali coram recol. mem. Auuncu-
lo meo.*

Alias autem prætensa ex causa melioramentorum facto-
rum in eodem Prædio à reis conuentis remanent improbatæ
ex quo de illis, nec in genere, nec in specie constat, dum
† non docetur de statu antiquo, & quid fuerit impensum, 7
& melioratum, & quatenus de eis aliquo modo constare
posset, † veniunt compensanda cum fructibus per reos con- 8
uentos perceptis spatio plurium annorum à die motæ litis
l. sumptus 49. ff. de rei vindic. & Rota *decis. 347. num. fin. par. 5.
decis. 249. n. 21. par. 6. & decis. 80. nu. 16. par. 15. recent.* & ali-
bi passim.

Non obstat, quod pendente lite, Iacobus, & litis con-
sortes dimiserint Hieronymo possessionem ex causa ineun-
dæ Concordiæ, quia † cum ea non habuerit effectum non 9
impedit, quo minus Hieronymo detur immissio † pro con- 10
firmatione suæ possessionis, vt in fortioribus terminis res-
pondit Rota *coram bon. me. Auunculo meo in Bononien. Quin-
tæ 3. Decembris 1660. §. tum etiam, quia impressa in recent.
par. 13. decis. 255. & prius in Romana fideicommissi de Nicoli-
nis 30. Iulij 1653. §. existentia enim coram Eminentissimo
Cerro.*

Et ita Hieronymo tantum informante, Iacobo, &
alijs citatis; & informare non curantibus resolutum
fuit &c.

*Supra in alio præcedenti tom. 2. par. 18 adsint aliæ duæ deci-
siones in hac causa emanatæ, quæ sunt in ordine 483. & 617.*

R. P. D. T A I A.

posteà S. R. E Cardinali.

Rom. seu Spoletana Legitimæ.

Lunæ 5. Decembris 1678.

A R G V M E N T V M.

Matri binubæ deberi supplementum legitimæ in hac decisione deciditur, non solum in vsufructu, sed etiam in proprietate, quia non aderant filij prioris matrimonij, omissa distinctione bonorum prouenientium à patre, & alijs à filio acquisitis, pro qua calculanda computatum est etiam lucrum dotis, quod tanquam debitum voluntarium, illam diminuere non poterat.

S V M-

S V M M A R I V M.

1 *Legitimæ supplementum petitur actione personali, & est remedium ordinarium, non possessorium.*
2 *Supplementum legitimæ debetur contra voluntatem defuncti.*
3 *Legitimæ supplementum aliud est, quod fuerit à patre prohibitum, aliud verò, quod aliquid simpliciter pro legitima sit relictum.*
4 *Subtilitates facti, vel iuris à iudicibus introduci non debent.*
5 *pro Legitima nulla competit hypotheca.*
6 *Legitimæ debetur matri, etiam binubæ, & vna cum fructibus.*
7 *Mater, siue binuba, siue non, semper succedit filio excepta sola donatione ante nuptiali.*
8 *Matri binubæ debetur solus vsusfructus legitimæ in bonis filij ex substantia paterna quæsitis.*
9 *Supplementum legitimæ non debetur matri binubæ, cui aliquid etiam minus legitima, à filio sit relictum.*
10 *Legitima matri binubæ debetur solum in vsufructu, & quando num. seq.*
11 *Proprietas bonorum filij non transit ad matrem binubam.*
12 *Matri binubæ debetur legitima in bonis filij, tam in vsufructu, quam in proprietate secundum opinionem Bartoli communiter receptam.*
13 *Legitima matris binubæ debetur de quibuscumque bonis, siue paternis, siue aliundè quæsitis.*
14 *Matri binubæ non extantibus filijs prioris matrimonij debetur legitima, etiam in plena proprietate.*
Amplia etiam si illi extarent, sed essent Religiosi, & inaccessibiles.
16 *Filius relinquens aliquid pro legitima suæ matri binubæ, omnem iniuriam, quoad non petitum tutorem, redditam rationem, & huiusmodi dicitur remisisse.*
17 *Matrem binubam à successione sui filij adulti non excludit exceptio non petiti tutoris.*
18 *Legitima matris, etiam binubæ est quota bonorum, deducto ære alieno, & funeris impensa.*
19 *Lucrum dotis computatur in statuenda hæreditate filij, pro assignanda legitima matri, & num. 21.*
20 *Lucrum dotis dicitur donatio propter nuptias, & etiam non expressum intelligitur in instrumento dotali appositum, & num. 25.*
21 *Lucrum dotis dicitur debitum voluntarium, cum ei renunciari possit.*
22 *Alienationis voluntariæ non præiudicant legitimæ.*
23 *Lucrum dotis eo ipso, quod à statuto defertur, in eo dicitur derogatum dispositioni iuris communis.*
24 *Legitima causæ lucratiuæ non subiacet, & num. 22.*
25 *Hæreditas filiorum parentibus luctuosa est.*

D E C I S I O CCCVIII.

CAmilla Testamento verè noncupatiuo iure institutionis omnique alio meliori modo reliquit Cæciliæ Matri icuta 10. In omnibus autem alijs suis bonis suum hæredem vniuersalem instituit Petrum Gellium virum; Mater autem iam ad secundas nuptias transierat, remanente penès eam tutela, confectoque priùs inuentario rerum, & bonorum, præstitaque satisdatione idonea rem Pupillæ saluam fore, Camillam in Monasterio constituit iuxtà præscriptum Breuis san. mem Clem. X. mortua Camilla filia, Cecilia mater egit coram A. C. pro legitima, & sententiam immissionis obtinuit pro triente tertia parte bonorum, Petrus autem adijt Signaturam, quæ rescripsit ad Rotam constito, quod sit locus Ægidianæ, & hodie proposito dubio, an sit locus Ægidianæ, seu potiùs legitima debeatur DD. responderunt, legitimam deberi.

Non esse locum Ægidianæ consenserunt omnes, quia etiam cum legitima deberetur, adhuc non potuisse procedi
1 per † immissionem, & remedium possessorium, quia legitimæ supplementum petitur actione personali ex lege, quæ est remedium extraordinarium, & non alia actione ad *l. omnimodo 32. C. de inoff. testam. & ibi* Gloss. *exigere* Merlin. *de legit. qu. 2. ex num. 6. tit. 4 lib. 5.* Grat. *discept. 198. num. 20.* Rot *decis. 184. num. 13.* vbi, & de ipsa actione personali *par. 4 diuersor.* & cum alijs *decis. 316. ex num. 5. part. 13. Adnot. ad* Ludouis. *decis. 489. num. 24. vltrà allegat. à* Merlin. *de pign. quæst. 97. num. 4. lib. 3.* cum relatione ad *quæst. 14. nu. 129.* Et à ratione, quia legitimarius agit ad supplementum non relictum contra voluntatem relinquentis, † vt per dilemma 2
discurrendo arguit *D. meus de Luca Sanctissimi D. N. Auditor de legit. disc. 26. num. 1. lib. 9.*

Et licet subtilius distinguendo Merlin. *de pignor. d. qu. 34. n. 134.* dicat, quod si testator certam pro legitima quantitatem relinquat, cum expresso pacto, legitimarius nihil aliud consequi possit, tunc pro supplemento legitimæ hypotheca non competat, quia agendo ad illud, venit contra
Patris Iudicium, † Competat verò si tacita hypotheca post 3
illud certum relictum pro legitima non prohibeat expresse agi ad supplementum, vt in sequenti *num. 135.*

DD. Nihilominus subtilem diuisionem facti, † vel iu- 4
ris subtilius introduci abhorrentes cum Iulin. *in l. donationes 25. in fin. C. de donat. inter vir. & vxor.* Contenti communi
opinione, † & vera, quod nulla lex tribuat hypothecam 5
filio pro legitima apud Merlin. *qu. 1. num. 3. ad vers. attamen in contrarium d. tit. 4.* Mantic. *de tacit. tit. 13. num. 26. ad vers. seq. quamuis lib. 11.* Gabr. *de legit. conclus. 5. in princ.* Secùs in supplemento legitimæ relictæ *num. 2.* Ideò concluserunt ex hoc capite sententiam laborare euidenti nullitate, nec posse esse locum Ægidianæ relicta quæstione de Clericatu Petri, ac reassumpti habitus, ac Tonsuræ, & ad quæstionem de legitima transierunt.

Itaquè legitimam debitam matri vna cum fructibus
etiam binubæ omnes vtique conuenerunt, † vt mater fi- 6
lio in bonis omnibus excepta ante nuptiali donatione succe-
dit † siuè nubat secundo, siue non §. *cum igitur de a nub.* 7
cap. 3. Nouell. 2. etiam ad correctionem §. *vltim. leg. 3. C. de nupt.* vt notat Gloss. *Constitutionem d. § cum igitur d. capit. 3.* Sperell. *decis. 32. num. 12 & ampliùs seq. decis. 33. cum alleg.*

Vnus ex DD. ad legitimam matris statuendam, distin-
guebat bona filiæ ex paterna substantia, † in quibus solus 8
vsusfructus etiam ex legitima pertineat ad matrem *auth. ex testam. Cod. de sec. nupt.* Michal. *de fratr. cap. 13. numero 48. parte terza cum alleg.* & præcipuè Merlin. *de legit. quæst. 7. numero 25. tit. 4. lib. 1. & magis quæst. 1. numero 5. tit. 2. libro 4. & coram Bich decis. 414 ex numero 8. & coram Card. Celso decis. 72. numero 15. & coram Peutinger. decis. 495. numero 11.*

Adeò vt (adiecit ille) si aliquid fuerit eidem matri reli-
ctum non accedens ad legitimam, † mater in bonis filij 9
non posset agere ad supplementum ex text. §. *hinc nos authentico de nupt. notat à* Merlin *de legit. quæst. 2. ex num. 6. tit. 2. lib. 4.*

Atque ità præsumptis bonis filiæ ex paterna substantia,
respondebat iste, † legitimam deberi in vsufructu Ceciliæ 10
matri, licet Camilla filia decesserit fratribus non relictis,
† quia in his bonis cum proprietas resideat apud filiam, non 11
trahatur, sed trahat vsumfructum, vt coram Bich. *d. decis. 414. num. 4. & 5.* non restricta, aut limitata *l. 3. C. de sec. nupt. à d. §. hinc nos, sed ampliata, vt in d. decis. 414. numero 23.*

Alij autem DD. etiam in proprietate legitimam Ceciliæ
matri deberi conuenerunt, maximè, † cum non concur- 12
rant fratres, aut sorores Camillæ, & deberi generaliter de
quibuscumque bonis, † siuè paternis, siuè aliundè quæsi- 13
tis, consenseruntque Bartol. *redarguenti Gloss. filij in auth. ex testamento C. de sec. nupt. num. 1. cum alleg.* contra quam consulendo, & iudicando quinquies assertiuam reprobasse, plenè Sperell. *d. decis. 33.* vbi de veriori, & communiori opinione, vt non extantibus alijs filijs prioris matrimonij ma-
ter habeat legitimam in plena proprietate, adeoquè † vna 14
cum fructibus ex expresso §. *si verò expectet. auth. de nupt. cap. 23. nou. 22. cum alleg. num. 12. vers. contraria tamen est verior,* maximè ex Rota *decis. 116. num. 10. & 11. & decis. 181. ex nu.*
10. † in eadem causa, & extantibus quoquè religiosis in 15
successibilibus *decis. 223. ex num. 5. & decis. 267. ex num. 17. in eadem causa par. 5. & coram Peuting. decis. 495. num. 14.* Disertusque causæ Patronus pro Cecilia super allegabat Riminald. Iun. *tot. cons. 305.* Mangil. *de imput. qu. 7. num. 20. cum pluribus seqq.* & præcipuè *num. 32.* Michalor. *de fratr. part. 3. n. 52.* Sanch. *de matrim. lib. 7. disput. 89. n. 36. & 37. R. P. D. de Luca de legit tot. disc. 11.* Rot. *coram Bich. dicta decis. 414. à num. 12. vsque ad 31.* quæ est præallegata pro clarior *decis. 200. num. 9. cum seqq.* post Merlin. *de legit. in d. disc. 11. sub numero 9.*

Nec obstiterunt alia opposita de tutela, aut non petito tutore, nec reddita ratione, & similia, quia de ratione reddita, & reliquato soluto in scut. 12. Constat ex Summario Ceciliæ *num. vlt.* vbi refert instrumentum quietationis at-

Apri-

16 Aprilis 1673. & Camilla moriens cum testamento, † &
super relinquens Ceciliæ matri, videtur comprobasse, vel
solutum, vel remissum ad tradit. à Mascard. *conclus.* 1314.
in fin. deindè à Surd. *tot. decis.* 105. & alia videntur præoccu-
pata in Breui Apostolico, & eius implemento, vt ex sen-
tentia Senatoris Capitolini præter singula sublata explica-
17 tissimè in Summario ipsius Ceciliæ, † & specialiter exceptio
de non petito Tutore non excludit matrem à successione fi-
lij posteà adulti *l. 3. C. ad Senat. consult. Tertul. l. 10. C. de legit.
hæred.* & vtrobique abundè Gloss. *& abundius* Rot. *coram
Bich. decis.* 414. *num.* 39. *cum alleg.*

Quotam verò, & quidem bonorum vti deducto ære alie-
18 no, † & funeris expensa §. *quarta autem l. 8. C. de inoff. te-
stam.* maximè in summa certa, & parua scutorum 10. re-
lictam, communiter DD. consenserunt fore computan-
dam, collato, & computato lucro dotis in statuenda hære-
19 ditate, vti debito voluntario, † & sanè voluntario ex sta-
tuto nominante hoc lucrum, donationem propter nuptias,
20 & censente † pactum in instrumentis dotalibus intelligi
appositum vt in Statuto 131. *de lucr. dot. lib. 1. & ibi* Fenzon.
num. 48. cum alleg. Rot. *coram Caual. dec.* 318. *num.* 2. *& coram
Bacatt. decis.* 291. *num. 6. & decis. 79. num. 3. & 4. apud* Man-
gil. *de subhast.* & hoc amplius voluntarium, quod contra-
21 hentes possunt declarare † nolle censeri pactum in instru-
mentis dotalibus intelligi appositum, imò contrarium quo-
que possunt pacisci, Proindeque vti voluntario, sic com-
22 putando ad faciendum assem † hæreditarium Merlin. *de
legit. quæst. 22. num. 4. tit. 1. lib. 2. cum alleg.* & propterea sicuti
23 non præiudicant legitimæ huiusmodi † voluntariæ dona-
tiones ad *l. 1. C. de inoff. donat.* quod, & supra sæpiùs decan-
tasse scripsit ipse Merlin. *d. num.* 4. Mangil. *de imput. quæst.
10. ab init. maximè num. 32. vers. & ratio cum* Couarr. & alijs
24 abundè, ità etiam cum statutum defert † huiusmodi lu-
crum censetur derogare dispositioni iuris communis, per
quod legitima non subiacet tali lucratiuæ causæ apud Mer-
lin. *d. num.* 4. nam tàm Statutum, quam pactum donationis
propter nuptias semper in instrumentis dotalibus apposi-
tum censetur *d. Statut.* 131. & difficilius in legitima parenti-
bus debita, quam liberis, quia hæreditas parenti delata,
25 † est luctuosa *l. vlt. C. de instit. & subst. it.* Mangil. *d. quæst.* 10.
d. num. 29. cum alleg.

Ex contrario autem Ceciliæ ratione locorum montium dotalium, quos retinuit pro restitutione suæ dotis, tenetur conferre in calculum hæreditarium, de quo deducenda est legitima scuta ducenta octuaginta, cum in ijs locis montium esset fundus dotalis pro summa scutorum 4000. dumtaxat, & valor locorum montium exuperans fuisset à marito restitutus, atque ita in restitutione dotis etiam ab vxore nunc reponendus ad commodum hęreditatis Camillæ.

Et ita, vtraque Parte informante, decisum fuit.

R. P. D. VICECOMITE

postea S. R. E. Cardinali.

Romana Peculiaris.

Lunæ 5. Decembris 1678.

ARGVMENTVM.

Opponebat creditor exceptionem rei non traditæ, sed quia debitorem amplissimè liberauerat in instrumento publico, obligatione Camerali vallato, ideo auditus non est, non solum, quia hoc ipse probare tenebatur, verum etiam, quia traditio adhuc in parte probata, ita etiam pro reliqua parte præsumenda erat, & demum, quia testes plenè, & concludenter deponebant de illa.

SVMMARIVM.

1 *Confessio de receptę facta in instrumento publico, obligatione Camerali vallato, probat receptionem, & respectiuè consignationem.*

2 *Iuramentum proprium impugnare nemo potest.*

3 *Exceptio rei non traditæ, & non consignatæ facta ab eo, qui traditionem, & consignationem fassus est, opponi debet infra 30. dies, amplia, vt num. 12.*

4 *Creditor, si etiam simpliciter confitendo, debitorem solemniter liberauit, contra illum amplius agere non potest, & num. seqq.*

5 *Confessio in qua creditor dixit debitorem amplius non teneri, vel illum pacto, vel acceptilatione liberauit, statim præiudicat.*

6 *Confessio dicitur facta sub spe futuræ consignationis, si agitur de rebus, quæ in acta instrumenti consignari non poterant.*

7 *Traditio, & consignatio, quæ alias à debitore probari debuisset, transfunditur in creditorem, si ille suum debitorem solemniter liberauit.*

8 *Excipiens de re non tradita duo copulatiuè probare debet, quod res sibi consignata non sit, & quod confessio emanauerit sub spe futuræ traditionis.*

9 *Exceptio rei non traditæ semper admittitur, si illi renunciatum non est.*

10 *Exceptio rei non traditæ non admittitur, si in aliqua parte traditio, seu consignatio probata sit.*

11 *Creditor sicuti recepit aliqua ex bonis ab eo in instrumento confessata, ita etiam alia recepisse præsumendum est.*

12 *Exceptio rei non traditæ opposita solum postquam quis fuit à patre conuentus, præsumitur opposita ad effugiendum iudicium.*

13 *Præcodium spatio longi temporis non præsumitur potuisse sustentari, sine stilijs.*

Animalia, prout sunt Vacchæ, & huiusmodi, spatio longi temporis non præsumuntur alimentari potuisse sine fœno, & palea num. 13.

Amplia, & fortius tempore hiemis, in quo prata sunt arida ibidem.

14 *Consignatio, & traditio ex præsumptione, & verisimilitudine probatur.*

15 *Traditio, & consignatio probatur si de vno facta est in alium, & ab eo deinde peruenit in alteram.*

16 *Consignatio, & traditio probatur ex testibus de ea deponentibus.*

17 *Inimicitia probata ex querela data contra vnum ex testibus, non afficit alios non querelatos.*

18 *Testes non querelati, & ideo non inimici partis querelantis, contra illam plenè probant.*

19 *Testes duos sufficiunt, etiam si plures examinati sint, qui aliqua exceptione notentur.*

20 *Querela dicitur parum releuans si non fuit sufficiens, quod iudex contra querelatum processerit.*

21 *Querela si leuis fuit, non est sufficiens ad inducendam inimicitiam, præsertim grauem.*

22 *Testes, vt propter inimicitiam, vel non probet, vel repellatur à testificando, inimicitia debet esse grauis.*

23 *Testes non sunt varij, si dicant in Præcodio nihil remansisse, quod patri consignatum non sit, & postea deponant remansisse aliquas formas casei.*

Si ipsi in prima eorum depositione, intellexerunt de stilijs, quod nihil cum caseo potest habere commune ibidem, & num. seq.

24 *Stiliorum Præcodij appellatione non venit caseum.*

DECISIO CCCIX.

DOmini hodie informantibus etiam DD. Sororibus de Ludouisijs recedendo à resolutis 16. Maij præteriti D. Valletta tantum audito, censuerunt, non esse exequendum mandatum, quod A. C. ad illius fauorem contra D. Principem Ludouisium relaxauerat pro scut. 2000. sine præiudicio aliorum prætensorum 2650. Quia Valletta de huiusmodi credito apparet satisfactus ex fœno, palea, ac stilijs ad vsum Præcodij insolutum receptis, prout ipse in publico instrumento obligatione Camerali, ac iuramento mu-
nito fassus est. † Hęc enim confessio, tam solemnis contra 1
ipsum plenè probat effectiuam receptionem, & respectiuè consignationem, nec ab eo contra proprium iuramentum
† impugnari potest, *l. generaliter, C. de non numer. pecun.* 2
Bald. *in l. peto num. 2. C. solut. matrim.* Mascard. *de probat. conclus. 360. num. 1. & seq.* Alex. *cons. 90. num. 3. & 4. vol. 3.* Cenc. *de censib. qu. 87. nu. 11.* Rota *coram* Penia *decis. 935. n. 1. & coram Coccia. decis. 735. sub nu. 3.*

Maximè, quia vlterius amplissimè quietauit, & liberauit Dominum Principem debitorem, renunciauit exceptio-
ni rei non traditę, siuè non factę consignationis, † & hanc 3
non opposuit intra 30. dies, sed longè post iuxta text. *notabilem*

bilem in l. in contractibus §. super cæteris C. de non numer. pe-
cun. vbi notant communiter scribentes, & in specie Angel.
4 Inquiens, quod si confessio emanauit solemniter † & de-
bitor est solemniter liberatus, nullo modo contra debitorem
talem agere potest, & Castrens. dicens, quod vbi creditor
5 confitetur debitorem non teneri, vel † illum pacto, vel
acceptilatione liberasset, tunc confessio statim præiudicat,
Hermosil. *ad l. partit. l. 9. tit. 1. par. 5. num. 7.* Ruin. *cons. 19.*
sub num. 10. vers. quia demum cum seqq. lib. 4. Bardellon. *cons.*
127. num. 4. vers. præterea cum seqq. & cons. 157. per tot. Natt.
consil. 196. num. 1. lib. 1. Bertazol. *cons. ciuil. 49. nu. 52. cum seqq.*
Gomez. *var. lib. 2. cap. 6. in fin.* Gait. *de credit. cap. 2. tit. 7. nu.*
1552. & seqq. Afflict. *decis. 105. nu. 2.* Rot. *coram Bich. decis.*
636. sub num. 7. & seqq.

Nec subsistit, quod dictæ confessio, quietantia, & respe-
ctiuè renunciatio factæ fuerint sub spe futuræ consignatio-
nis, ex quo fænum, palea, & stilia non poterant realiter,
& effectiuè tradi in actu stipulationis instrumenti, in Vrbe
6 celebrati. † Quia eis stantibus præsumitur facta realis, &
effectiua consignatio ante stipulationem, & onus probandi
7 contrarium, quod alias spectaret ad venditorem, † re-
funditur in emptorem, Barbos. *in l. final. numer. 5. C. de non*
numer. pecun. Hermosil. *ad l. partit. glos. 8. l. 9. tit. 1. par. 5. n. 9.*
benè Mantic. *de tacit. lib. 18. tit. 4. num. 7.* Riminald. iun. *cons.*
191. numer. 12. vbi, quod excipiens tenetur duo copulatiuè
8 probare, † scilicet, quod res non fuerit tradita, & confes-
sio emanauerit sub spe futuræ traditionis alias condemnatur
Bardellon. *cons. 121. num 2. & seqq.* Mut. *decis. 71. num. 9.* &
dixit Rota *coram Bich. dicta decis. 636. num. 12.* Nec in his ter-
minis loquuntur Gratian. *discept. 411. numer. 3. & seqq. &*
9 Natt. *cons. 360. num 4.* in opposito allegati, † quia in eo-
rum casibus non fuerat renunciatum exceptioni, rei non
traditæ, & vlterius in casu Nattæ ipse conductor excipiens
probauerat negatiuam, vt patet ex *num. 12.*

Quæ eo magis procedunt, dum aliundè conualidatur
10 confessio, & probatur effectiua consignatio, † & primò
ex quietantia ouium, & equarum ab ipso Valletta facta
Dominico Scattolæ sub die 20. Octobris 1671. in qua decla-
rauit, eas sibi fuisse traditas ab Angelo Paradiso tunc Vil-
lico Domini Principis sub die 17. Decembris 1670. Summa-
rio *num. 8.* & sic die ante stipulationem præsentis instrumen-
ti, celebrati die 18. eiusdem mensis eodem Summario *nu.*
11 4. † Sicuti enim recepit oues, & equas, ità præsumendum
est, recepisse fænum, paleam, & stilia in eodem instru-
mento contenta, & de quibus etiam quietauit Castrens.
cons. 301. sub num. 4. lib. 1. Parisi. *cons. 90. num. 4. & 5. lib. 1.* Af-
flict. *decis. 105. sub num. 2. vers. item, quia* Rot. *coram Bich. de-*
cis. 295. nu. 9. & seqq. & decis. 238. num. 6. post Zacch. *de obli-*
gat. Cameræ.

Præsertim verò, quia illa non petijt nisi postquam à DD.
Sororibus conuentus fuit pro solutione pretij herbarum, ei-
dem venditarum, & post lapsum nouem mensium: Ex
12 hoc † enim oritur non solum vehemens suspicio, quod
exceptio illorum non receptionis allegata fuerit ad effugien-
dam dicti pretij solutionem, sed etiam non leuis inuerisi-
militudo, quod spatio tanti temporis Prædium sine sti-
13 lijs; † ac animalia, sine fæno, & palea potuissent sub-
stentari, maximè tempore hyemis quo prata sunt arida,
14 ex qua præsumptione, & inuerisimilitudine probata † etiam
remanet consignatio ex traditis per Caren. *resol. 175. numer.*
10. & Rot. *decis. 41. num. 9. par. 11. recent.* Et quoad stilia res
etiam indubia redditur ex publico instrumento rogato sub
die 9. Iunij dicti anni 1671. dum in eo legitur, quod Ioannes
Franciscus Balliaoinus Custos Prædij pro D. Principe de
tempore consignationis vaccarum, & styliorum factæ Val-
15 lettæ, & ab ipso confirmatus, † illamet consignauit Ho-
ratio Seminario nouo Custodi per Vallettam deputato, vt
in d. Summar. *nu. 6.*

Secundo verò ex tribus testibus formiter examinatis, de
quibus in hodierno Summario DD. Sororum *num. 5. & 9.*
16 † ex quibus cessat etiam omne dubium, vt omissis generali-
bus benè ad rem notat Gratian. *discept. 873. nu. 6.*

Nec obstant exceptiones contra eorum personas, & dicta
deductæ; Nam ex ipsorummet depositionibus per exten-
sum datis in hodierno Summario DD. Sororum remanent
sublatæ; Et quidem prima, quod essent inimici Vallettæ,
vti ab eo quærelati, nam vltra quod quærela porrecta fuit
contra primum Testem tantum. dicto Summario *num. 17.*
17 † ideoque non afficit secundum, & tertium Testem, †
18 quorum proindè depositiones in suo robore permanent, ac
sufficiunt, *cap. in omni negotio, & cap. licet ex primo de Testib.*
l. vbi numerus ff. eodem. Illa vti parum releuans, † ac talis, 19
vt nec Iudex contra quærelatum processerit, † non fuit suf- 20
ficiens in inducendam inimicitiam, præsertim grauem, † 21
prout requiritur, vt Testis propter illam repellatur, Bart.
& alij DD. *in l. 3. in princ. ff. de Testib.* cum alijs per Farinacc.
qu. 12. n. 46. & seq. & de Testib. qu. 53. num. 52.

Secunda vero, quod sint varij, duo primus super 17. In-
terrogatorio, & secundus super 24. & 25. deposuerunt nil re-
mansisse in Prædio, quod non fuerit consignatum Val-
lettæ, & postea super 23. 24. & 27. respectiuè deposuerint
remansisse viginti tres formas Casei, retentas per Mini-
strum Domini Principis, cessat, † quia clarè loquuntur de 22
consignatione stiliorum ad vsum Prædij, aliorumque con-
tentorum in instrumento dationis in solutum, † non au- 23
tem de Caseo, qui etiam secundum eorum intellectum non
venit appellatione stiliorum, nec fuit comprehensus in da-
tione in solutum, dicto Summario *num. 4. 5. & 9.*

Tollitur etiam Tertia, quod sint mendaces, eo quia de-
ponant, consignationem Ouium factam fuisse eidem Val-
lettæ ab Angelo Paradiso, & tamen fuerit facta à Domini-
co Scattola, quem quietauit. Nam ex ipsamet quietantia
clarè constat fuisse Angelum, qui consignauit oues, ibi: Le
Pecore, che sono in custodia di Domenico Scattola &c. mi
furono consegnate da Angelo Paradisi nel 1670. alli 17. di
Decembre, in quel tempo Fattore in Fiano, dicto Sum-
mario *num. 8.*

Et denique nec in facto subsistit, quod ijdem Testes de-
posuerint in actu dictæ consignationis confectas fuisse per
Vallettam receptas, quibus potiùs, quàm Testium dictis
sit adhærendum, ex allegatis in præterita decisione §. *nil rele-*
uantibus in fine; Quia in eorum depositionibus hoc non le-
gitur, sed benè id se ignorare, vt in allegato Summario
numer. 15.

Et licet non foret necessarium examen articuli, an sub
exceptuatione Prædij Vaccarum rubearum, posita in da-
tione in solutum, per Procuratorem Domini Principis erga
eius Dominas Sorores, facta de Castro Fiani vnà cum suo
Territorio, & Pertinentijs, comprehendatur etiam Te-
nuta, vbi aderant Vacchæ, cum deficiente credito, man-
datum pro eo relaxatum remaneat iniustum, nec ideò exe-
quendum: Attamen ex deductis hodie pro Dominas Soro-
res existimarunt Domini, quod in ea exceptuatione com-
prehendantur dumtaxat Vacchæ, vnà cum stilijs, non au-
tem Tenuta.

Et ita vtraque parte informante resolutum fuit.

R. P. D. E M E R I X.

Romana Diuisionis Domorum.

Lunæ 5. Decembris 1678.

A R G V M E N T V M.

De duabus domibus, quæ diuidi poterant, vna assignatur vni, & altera alteri; Alia verò, quæ commodam diuisionem non patiebatur, maiorem partem habenti tota assignata est, ei obligatione iniuncta refundendi alteri parti suam portionem coæqualem, vel in pretio, vel in bonis iuxta æstimationem peritorum faciendam, quia sic remoueri visa sunt iurgia, semper in diuisione vitanda.

S V M M A R I V M.

1 *Diuisio domorum communium fit per assignationem vnius domus, vni, & alterius alteri.*
2 *Bona, vel domus, quæ non patiuntur commodam diuisionem, omnia, & tota assignari debent vni.*
3 *Domus, & bona si diuidi non possunt, assignantur illi, qui in eis maiorem habet partem.*
4 *in Diuisione recipiens totum, quod commodè diuidi non potest, tenetur refundere alteri vel pretium, vel bona ad æstimationem peritorum.*
5 *Diuisio ita fieri debet, vt vtrique parti consulatur.*
6 *in Diuisione partes ad pecuniam refundendam condemnari non debent, nisi quando diuisio aliter fieri non potest.*
7 *Diuisio bonorum licet separatim intentata, de omnibus tamen bonis simul fieri potest, & quando.*
8 *Statutum Vrbis* lib. 1. cap. 101. *de diuisione bonorum*
com-

constitutioni traditur, & declaratur sup. num. 6.
9 In Diuisione seruari debet aequitas.
10 Diuisio fieri debet prudenti iudicis arbitrio, cui illa à iure commissa est.
11 Diuisio ita fieri debet, vt dirimatur materia iurgiorum, & causa litigandi tollatur.

DECISIO CCCX.

CVm supposito, quod inter partes Collitigantes non esset amplius controuersia super diuisione Domus magnae, sed solum super diuisione aliarum duarum Domunculorum illi contiguarum, & existentium in via, quae à Platea Mineruae retrò Ecclesiam Beatae Mariae Rotundae tendit ad Ecclesiam Sancti Eustachij, fuit sub die 27. Iunij * proximè praeteriti informante tantùm Domino Aduocato Seuerolo resolutum, diuisionem esse faciendam ad formam sententiae Vicesgerentis, praeuia scilicet assignatio-
1 ne vnius vni, † & alterius alteri, prout latiùs continetur in decisione sub dicta die emanata; Sed causa hodie repropofita, & Dominis fratribus de Totis etiam in controuersiam reuocantibus diuisionem Domus magnae, Domini censuerunt decisionem esse reformandam; Ita quidem, vt diuisio Domunculorum fiat, prout in eadem decisio-
2 ne, & tota Domus † magna, quae non pariter commodam diuisionem, quaeque pro tribus ex quatuor partibus
3 spectat ad dictum Dominum Aduocatum, † tota huic assignetur, iuxta Textum *in §. eadem interueniunt, instit. de offic. iud. & in l. Sancimus 34. §. ne autem, ibique gloss. & Scribentes C. de donat.* Fontanell. *de pact. nuptial. clauf. 4. gloss. 9. par. 2. num. 75. & 82.* Vrsill. *ad afflict. decis. 23. num. 7.* & plenè Rota *decis. 359. num. 1. coram Burats.*
4 Et portio aequiualens † tribuatur fratribus de Totis in alia Domuncula, vel re, seù rebus inter easdem partes communiter, & concorditer per Peritos aestimandis; Sic
5 enim vtrique parti consuletur, † prout in hac materia faciendum esse monet Textus *l. iudicem 21. ff. commun. diuid.* & latiùs Statutum Vrbis *lib. 1. cap. 101.* neque alter alteri certa
6 pecunia condemnandus est, † nisi quando diuisio aliter expleri non potest, vt benè colligitur ex iuribus supra allegatis, & notant Tiraquell. *de primogen. quaest. 60. nu. 16.* Cyroc. *discept 67. num. 81.* Faber. *in Cod. lib 3. tit. 27. diffinition. 14.* Fontanell. *d. clauf. 4. gloss. 9. par. 2. num. 95.* Rota *coram Caual. decis. 8. num. 2.*

Non mouit Dominos, quod pro diuisione Domunculorum, & Domus magnae fuerint instituta diuersa iudicia, & propterea videatur de qualibet re separatim iudicari de-
7 bere, † quia cum ambo sint ad Rotam coram me deuoluta, & fratres de Totis hodie petant fieri diuisionem om-
8 nium rerum communium † ad formam Statuti Vrbis hoc expressè demandantis in *dicto cap. 101.* Domini sequendo
9 † aequitatem pro prudenti eorum arbitrio, † cui hoc remis-
10 sum est, Menoch. *lib. 2. centur. 2. casu 123. num. primo* Magon. *decis. Florentin. 46. num. 2.* Rota *dicta decis. 359. num. 4. coram*
11 *Burats.* † ad dirimendas lites concluserunt, diuisionem, vt supra esse faciendam.

Et ita, vtraque Parte informante, resolutum fuit.

Supra in hac eadem Parte adest altera praesentis Causae decisio coram eodem Reuerendo Patre Domino Emerix, quae ibi est in ordine 278.

REVERENDISS. D. ALBERGATO

Sacrae Rotae Decano.

Auximana Pecuniaria.

Veneris 9. Decembris 1678.

ARGVMENTVM.

Praetendebant filij se esse vocatos in donatione patris, sed illorum vocatio ad qualitatem haereditariam restringi visa est, quia donatio facta erat pro se, haeredibus, & successoribus, etiam cum clausula *ad habendum*, quod semper facit donationem pertransire ad extraneos, & hoc non obstante praetensa voluntate donantis, quae potius apparuit contraria, maximè quia manifestata solum post donationem factam, neque donatario, neque illius creditoribus praeiudicabat.

SVMMARIVM.

1 Filij non dicuntur ex propria persona vocati in donatione facta patri, pro se, haeredibus, & successoribus.
2 Donatio facta patri cum clausula ad habendum non potest dici acquisita filijs ex propria persona.
3 Clausula ad habendum tribuit facultatem disponendi, de bonis, eaque alienandi, etiam in extraneis.
4 Coniecturae non suffragantur, vbi verba sunt clara.
5 Coniecturae alias à Rota reiectae attendendae non sunt.
6 Donationem soli patri fuisse factam ostendit reclamatio donantis, ita donatarium dissipare bona, vt nihil eius filijs remansurum sit.
7 Voluntas donatarij manifestata solum post donationem factam, donatario, & eius creditoribus non praeiudicat.
8 Haeres per quatriennium, & vltra possidens bona haereditaria, sicuti de illius debitis praesumitur babuisse notitiam, ita nec potest iuuari beneficio restitutionis in integrum.
9 Aditio non resultat ex declaratione procuratoris factasine speciali mandato principalis.
10 Testes contra inducentem plenè probant.
11 Aditio haereditatis resultat ex petitione restitutionis in integrum.
12 Priuatio praesupponit habitum.
13 Donator ex fructibus rei donatae, & ex longa supellectili sibi in donatione reseruata, alia potest acquirere bona.

DECISIO CCCXI.

DVabus praecedentibus sententijs Rotalibus in hac Causa prolatis à RR. PP. Dominis meis Bourlemont, & Rondinino, non solum reuocata fuit praecedens A.C. per quam concedebatur fratribus de Gallis restitutio in integrum aduersus inconsultò aditam haereditatem Dioneae eorum Auiae, sed etiam declaratum, quod creditoribus Leonelli patris eorundem de Gallis non obstaret donatio illis facta ab eadem Dionea, quinimò quod ijdem fratres ad debita Dioneae tenebantur; Cumque fuisset mihi Causa appellationis ad instantiam Reorum commissa, petierunt appellantes, & obtinuerunt die 3. Decembris 1677. remissoriam ad effectum examinandi testes super multis articulis exhibitis, quare dilata tunc resolutione Dubij super confirmatione, vel infirmatione sententiarum Rotalium, & hodie remissoriali processu completo, & exhibito, pro illarum confirmatione responsum fuit.

Concurrit siquidem illarum validitas non controuersa, & insistit ex praecedentibus decisionibus apparens; Et quoad primam partem, in qua declaratur creditoribus Leonelli non obstare donationem, approbarunt Domini fundamenta alias deducta, quod scilicet, cum donatio facta fuerit Leonello expressè stipulanti pro se, haeredibus, & successoribus, † ipsi filij dici non possunt vocati, vti filij ex pro- 1
pria persona, & independenter à patre, sed solum vti illius haeredes ad donationem veniunt, illamque acquirunt debitis, & oneribus paternis obnoxiam, vt pluribus adductis firmatum fuit *in prima decisione huius Causae 2. Decembris 1675. §. primo coram R. P. D. meo Bourlemont, & in alia R. P. D. mei Rondinini § penult.* quibus addi potest Rot *decis. 456. num. 6. coram Peutinger. & Donat. Ant. de Marin. resolut. 39. per tot.* praecipuè attenta clausula *ad habendum* † apposita in in- 2
strumento, quae repugnat contemplationi, & vocationi filiorum independenter à patre, † cum tribuat facultatem disponendi de bonis donatis, illaque alienandi in quoscumque 3
extraneos, Gozad. *consil. 9. nu. 2.* Curt. iun. *consil. 40. n. 1.* Mantic. *de tacit. lib. 22. tit. 10. num. 25.* Rota *rec. decis. 162. nu. 1. par. 2. & dec. 74. nu. 15. par. 6.*

Quibus stantibus frustrà visae sunt allegari pro Gallis coniecturae: omisso enim, quod non attenduntur † quo- 4
ties verba (vt in casu nostro) sunt clara, vulgata *l. ille, aut ille ff. de legat.* adhuc tamen illae, † quae hodie repetun- 5
tur fuerunt singulatim confutatae *in d. prima decis. §. Praeter quod, & seqq.*

Nec ad hunc effectum quidquam releuat depositio testium nouiter examinatorum, referentium, quod Donatrix pluries declarauit eius animum comprehendendi in dona-

tione

tione etiam filios Leonelli , Tùm quia ex dictis eorundem
Summario Reorum *num.* 1. potiùs contrarium arguitur ,
dum deponunt Donatricem pluries conquæstam fuisse ,
quod Leonellus omnia dissipabat , itaut nihil pro filijs re-
6 maneret , † vndè arguitur , quod Donatrix non contro-
uertebat absolutam potestatem Leonelli alienantis,sed ęgrè
ferebat præiudicium indè resultans filijs; Tùm quia quate-
nus etiam ex depositione talium testium colligi posset vo-
luntas Donatricis , vocandi filios Leonelli , vel intelligi de-
7 bet , illos vocare voluisse vti hæredes patris, † vel in omnem
casum talis voluntas post donationem iam consumatam
manifestata, & contra clarum teñorem instrumenti, atten-
di non debet in præiudicium Donatarij, & Creditorum,qui-
bus fuit medio tempore ius quæsitum, *l.perfecti 4.C.de donat.*
Rota *in Rauennaten.successionis 31. Maij 1658. §.fin. coram bo.
mem.Priolo , & in Papien.pecuniaria 9.Maij 1672.§. verum co-
ram R.P D.meo Rondinino .*

Quo verò ad secundam partem dictarum sententiarum
condemnantem fratres de Gallis ad solutionem debitorum
Dioneæ , dixerunt Domini , clariorem esse iustitiam ea-
rundem ; Ipsi enim non solum hæreditatem debitricem
adiuerunt sine beneficio legis, & inuentarij,sed etiam illam
per quadriennium , & vltra administrarunt , & pacificè
8 possederunt , † per quem temporis lapsum sicuti inuerisi-
mile est , quod hæres notitiam non habeat de debitis hęredi-
tarijs, ita etiam impeditur eidem restitutio in integrum ad-
uersus inconsultò aditam hæreditatem , vt firmatum satis
fuit *in d.decis.R.P.D mei Bourlemont §.dixerunt etiam, & §.fi-
nal.*& hæreditatis aditio probatur ex iudicialibus declaratio-
nibus emissis de anno 1664.& 1668.contra quas nihil releuat
depositio testium nouiter examinatorum , & referentium ,
quod de stylo Ciuitatis Auximi solet quandoque in compa-
ritionibus adnotari præsentia principalium, licèt compareat
solus Procurator , deducendo ex eo , quod prima declaratio
facta nomine ipsorum fratrum de Gallis de an. 1664. proue-
nerit à solo Procuratore sine illorum præsentia , & mandato
9 speciali ; † Ideoque talem aditionem non concludit , ex
deductis per Gratian *discept.711.num.69.*

Nam testes in depositione data in Summario Capituli *nu.*
3. non solùm præcisè non probant talem stylum , dum di-
cunt , quod aliquando solent tales comparitiones fieri à
Procuratore cum præcedente ordine Principalis , quinimò
manifestè illum excludunt, dum deponunt,quod quando in
actis per Notarium adnotatur comparitio solius Principalis,
absque ea Procuratoris , vt fuit adnotata aditio fratrum de
Gallis , necesse est , quod omninò adfuerit Principalis , qui
testes cum ad instantiam Reorum fuerint inducti,& exami-
10 nati , † plenam, & concludentem probationem faciunt con-
tra ipsos inducentes , Farinac.*de testib.quæst 62.nu.243.*Hon-
ded.*cons.84.nu.50.lib.2.* Rot.*rec.dec.305 in fin.par.15.& coram
Bich.decis.214.nu.18.& in Romana dotis , & fructuum.14. Maij
1677.§.quarto quia coram Illustriss.D.meo Calasaio magno Can-
cell.Mediolanen.*

Et in omnem casum aditio sufficienter probatur ex dicta
alia subsequuta declaratione anni 1668. quæ de per se sola
11 † sufficeret, & ex petitione restitutionis in integrum , quæ
in necessarium antecedens præcedentem aditionem suppo-
12 nit , quemadmodum priuatio † supponit habitum , *l. de-
cem ff.de verb.obligat.*& faciunt tradit. per Odd.*de restit.in in-
tegr.quæst.25.num.59.*

Frustrà denique repetebant Informantes pro Gallis,quod
de statu hæreditario satis constet ex reseruatione scutorum
2000. ad effectum testandi à d. Dionea facta in donatione
omnium bonorum , quia aut inde suppleri prætendunt de-
fectum inuentarij, & non releuat , cum in eadem donatio-
ne Donatrix sibi reseruauerit etiam totam albam supelle-
13 ctilem , & vsum fructum bonorum donatorum , † ideò
potuit per spatium 33. annorum , quibus superuixit , alia
multa acquirere , vt ponderat *prima decisio R. P. D. mei Ron-
dinini §. neque dici potest , & secunda R. P. D. mei Bourlemont
§. dixerunt etiam .*

Aut illam reseruationem deducunt ad effectum obtinen-
di restitutionem in integrum aduersus inconsultò aditam
hæreditatem , quæ ex debitis tota absorbebatur , & retor-
quetur ; Vltra quod enim calculatis debitis Dioneæ in scutis
5300.& admisso quod hæreditas eiusdem esset solum scuto-
rum 2000. remanerent scut. 700. pro satisfactione Capituli,
adhuc tamen vlterius animaduertebant Domini , quod
omnia debita contracta per Dioneam, fuerunt fideiussiones
pro filio Leonello , qui cum matrem releuare promiserit ,
vtique dicendum est , quod in illius hæreditate remanebat
actio pro releuatione contra bona Leonelli vsque ad d. sum-
mam scutorum 2000. quæ bona cum hodie retineantur ab
ijdem fratribus de Gallis , ex quibus non vti Donatarijs ,
& ex propria persona contemplatis , sed vti hæredibus pa-
tris, vt supra firmatum fuit , ipsi nequaquam effugere va-
lent solutionem petiti debiti , vt in dictis præteritis decisio-
nibus , quarum fundamenta hodie Dominis placuerunt ,
vtraque Parte informante &c.

R. P. D. E M E R I X.

Romana Census.

Veneris 9. Decembris 1678.

A R G V M E N T V M.

Practicabilis est decisio in materia restitutionis fructuum in iudicio manutentionis,quos æquè in mandato de manutenēdo , ac etiam in Signaturæ rescripto cum.clausula , *sine præiudicio eiusdem mandati de manutenendo* , comprehensos esse deciditur ex natura ipsius manutentionis iudicij, quamuis illi petiti non sint, vel aliter in eodem mandato nō contineantur; Cumque ageretur de fructibus annuæ præstationis,illos etiam ante motam litem deberi similiter definitum est.

S V M M A R I V M.

1 *Fructus à die motæ litis deberi , in dubium reuocari non potest .*

2 *Manutentio comprehendit etiam fructus ex natura iudicij , quamuis illi petiti non sint , nec in mandato de manutenendo comprehensi .*

3 *Signatura rescribens cum clausula* sine præiudicio mandati de manutenendo *comprehendit etiam fructus in possessione contentos .*

4 *Fructus in iudicio manutentionis veniunt à die , quo quis in illorum perceptione turbatus est , vsque ad diem recuperatæ possessionis .*

5 *Fructibus debitis in manutentionis iudicio , quatenus examinari debeat vel non quo tempore sit petita manutentio , & num.seqq.*

6 *Fructus annuæ præstationis , etiam ante motam litem debentur ab ea die , quo fuit cessatum in solutione eorum , & num.seqq.*

7 *Fructus annuæ præstationis debentur tamquam sors , etiam sine vlla interpellatione .*

8 *Fructus aliud est ex annua præstatione deberi , aliud verò ex altera re fructifera , ad effectum computandi tempus , à quo illi currere debeant .*

D E C I S I O CCCXII.

POstquam Nicola Migliaccia in vim mandati de manu-
tenendo expediti ad formam decisionis editæ coram
me sub die vigesima Iunij 1677. & subindè per Signaturam
Iustitiæ canonizati cum clausula *sine præiudicio* , recupe-
rauit possessionem exigendi ex pensionibus Domorum ,
de quibus agitur annua scuta septuaginta debita pro fructi-
bus eius Census dotalis , dedi ad eiusdem instantiam Du-
bium : Ad quam summam sint liquidandi fructus , & Do-
mini hodie ipsa tantum informante , & Aduersarijs quam-
pluriès citatis , ac informare non curantibus , censuerunt
illos esse liquidandos in scutis duobus millibus , & cen-
tum ; Etenim quod fructus debeantur † nulla fuit apud 1
Dominos difficultas , quia speciale est in mandato de ma-
nutenendo , † vt ex natura ipsius remedij veniant fru- 2
ctus ; quamuis non petiti , neque in mandato compre-
hensi, & signatura quando rescribit cum clausula sine præ-
iudicio mandati de manutenendo , † intelligitur etiam re- 3
scripsisse quoad fructus in possessione comprehensos,vt ple-
nè firmauit Rota *coram Eminentissimo Domino Ottbobono dec.
166.per tot.& dec.260.num.21.& seqq.par.12.recent* cum alijs
cumulatis *in Interamnen.bonor.18.Iunij 1663.§.Et primo quoad
fructus coram Eminentiss.Domino Cerro .*

Quod autem sint liquidandi in scut. 2100. pariter transijt
sine difficultate , quia ab anno 1646. quo Turrianus eius vir
turbatus fuit in illorum perceptione vsque ad annum
præte-

4 præteritum, † quo Nicola possessionem recuperauit, facto
calculo arithmetico scutorum septuaginta in singulos an-
5 nos, ista constituunt debitum † in dicta quantitate absque
eo quod opus sit examinare à quo die inceperit lis super ma-
6 notentione, † dum versamur in annua præstatione, in qua
veniunt etiam fructus ante motam litem decursi tamquam
7 sors, † quæ sine alia interpellatione debetur pro toto tem-
8 pore retardatæ solutionis, † vt distinguendo inter fructus
annuæ præstationis, & alterius rei fructiferæ tradit Posth.
de manut. obseruat. 74. num. 11. & 12. & Rota *post illum dec. 471. per totam*.

Et ita, altera tantum parte informante, resolutum fuit.

R. P. D. PAVLVCCIO.

Colonien. Abbatissatus.

Veneris 9. Decembris 1678.

ARGVMENTVM.

Duplex electio Abbatissæ nulla declarata est; Altera quia facta fuit contra formam Concilij Lateranensis, cuius plura requisita enumerantur, & ideò notatur defectus publicationis non sequutæ in ipsa die, ipsoque actu electionis; Altera quia stante nullitate primæ electionis non poterat Archiepiscopus iure deuoluto eligere, cum non ad ipsum spectaret electio, sed nouiter fieri deberet, eo minus quia præcedens nullitas culpa sui Vicarij processerat, quæ proindè sicuti eidem Episcopo suffragari non poterat, ita & multo minus ius deuolutionis illi tribuere valebat.

SVMMARIVM.

1 *Ecclesia collegiata sæcularis an per obitum Abbatissæ viduata dici debeat.*
2 *Electio facienda iuxta formam Concilij generalis, non nisi de Lateranensi* in cap. quia propter de elect. *intelligenda est.*
3 *Electio facta contra formam Concilij remanet nulla, & num. seqq. & per totam.*
4 *Electionis scrutatores, eorum, & aliorum capitularium vota scrutare tenentur.*
5 *Vota electorum capitularium sunt à scrutatoribus describenda, non autem simpliciter notario exhibenda.*
6 *in Electione facienda ad formam Concilij generalis Lateranensis debet fieri collatio zeli ad zelum, meriti ad meritum, & numeri ad numerum.*
7 *Publicatio testamenti, vel hæredis quatenus statim facienda sit.*
8 *Electio celebrata ad formam Concilij Lateranensis incontinenti publicari debet.*
9 *Electio incontinenter non publicata est nulla cum omnibus gestis in illa.*
10 *Electionis publicatio nulla est, si in ea non fuerunt vocati, qui erant vocandi.*
11 *Confirmari non potest electio publicata, non vocatis ijs, qui erant omnino vocandi.*
12 *Publicationis electionis nullitas non sanatur, ex quo aliqui de Capitularibus exierunt de Capitulo.*
13 *Capitulares qui remanent, alijs exeuntibus de Capitulo, quia ad ipsos redigitur Capitulum, ipsi possunt eligere, & publicare electionem.*
14 *Capitulares remanentes in capitulo, alijs exeuntibus, possunt ad superiorem confugere, vt eos ad redeundum, & eligendum compellat.*
15 *Publicatio electionis non incontinenter facta nec excusatur ob ignorantiam, vel negligentiam, si commodè fieri poterat.*
16 *Publicatio electionis facta post moram, sine iudicis decreto remanet nulla.*
17 *Nullum quod est, nullum operatur effectum, cum non entis nullæ sint qualitates, vel partes.*
18 *Sententia lata post recusationem iudicis est nulla.*
19 *Episcopus non iuuatur nullitate electionis, quæ ab eius Vicario prouenit, vt inde deuolutionem acquirat.*
20 *per Alium qui facit per se ipsum facere videtur.*
21 *Electio nulla ob non seruatam formam Concilij Lateranensis, non ideo deuoluitur ad Ordinarium, sed nouæ electioni locus est.*
22 *Electio vt deuoluatur ad Ordinarium debet præcisè à lege, exprimi, & declarari, & quando.*
23 *Electio vt ratione nullitatis deuoluatur ad Episcopum, plura concurrere debent, & quæ illa sint vid. ibidem.*
24 *Vicarij factum in ipsum redundat Episcopum, quia illius personam repræsentat.*
25 *de Repræsentante idem est iudicium, ac de repræsentato.*
26 *Episcopus ex culpa sui Vicarij, adeoque propria, commodum reporture non debet.*

DECISIO CCCXIII.

PEr obitum q. Gudæ à Rauschemberg vacante Abbatia in Ecclesia Collegiata vtriusque Sanctæ Mariæ in Capitolio Ciuitatis Colonien. cùm electio spectaret ad capitulares, conuenerunt numero viginti quinque in Aulam Capitularem die 1. Decembris 1677 præsidente Vicario Generali Ordinarij Electoris Colonien & statuentes procedere per viam scrutinij, vt in Electione præcedenti fuerat etiam processum, elegerunt Scrutatores, seruatis seruandis, datisque omnibus votis ab Electoribus, fuerunt reperta tredecim pro D. Anna Salome à Bergh Seniorissa, decem pro D. Sophia Magdalena de Valbruch Canonissa, & alia duo vota data fuere alijs duabus Capitularibus, vnum pro qualibet.

Cumque à maiori votorum parte videatur electa prædicta Anna Salome, Vicarius Episcopalis excitauit dubium, num minor pars votorum deberet maiori accedere, & quasi difficultas maturius discutienda, non posset ex tempore tolli, exijt è Capitulo, secum ducens Notarium cum Protocollo votorum, sequentibus eum Capitularibus illis, qui minora vota pro D. Sophia Magdalena tribuerant, & protestantibus alijs Capitularibus.

Habito recursu ad Serenissimum Ordinarium Electorem Colonien. emanauit decretum, vt procederetur ad vlteriora Electionis, & die 17. Decembris fuit publicata Electio D. Annæ Salomæ, quæ in Electionem consensit, eamque acceptauit; Electio subindè irrita declarata fuit ab eodem Serenissimo Ordinario, qui iure deuoluto pro hac vice prætendens, denegauit confirmationem Annæ Salome electæ, & elegit D. Sophiam Magdalenam de Valbruch; Interposita autem appellatione, tamquam ab attentatis, commissaque mihi Causa, ipsam discutiendam proposui sub eo dubio: An, & de cuius bono iure constet in casu &c.

Et fuit resolutum de neutrius bono iure constare, non Annæ Salome, pro qua tredecim aderant vota.

Quidquid enim sit, an per obitum huius Abbatissæ Ec-
clesia † hæc Collegiata sæcularis, dici debeat viduata, iux- 1
tà Text. *in cap. quia propter 42. de elect.* Hoc certum, quod à
Capitularibus in hac electione facienda assumpta fuit for-
ma per scrutinium, quæ assumpta fuerat etiam in electio-
ne præcedenti D. Gudæ à Rauschembergh proximè defun-
ctæ Abbatissæ, iuxtà antiquam consuetudinem eiusdem
Ecclesiæ in vtraque electione assertam, ac enunciatam,
& præcipuè in publicatione electionis præcedentis dictum;
factoque scrutinio iuxtà formam Concilij Generalis &c.
† quod non aliud important, quàm *Lateranense Innocentij* 2
Tertij in cap. quia propter, de elect. quam formam *in d. cap. quia*
propter præscriptam † absolutè seruare defecerunt, Rot. 3
post Tamburr. de iur. Abbat. tomo 3. decis. 17. num. 1.

Eam autem non seruatam, sed laborare electionem multiplici defectu, pleraque sunt, quæ euidenter indicant ex ipso instrumento electionis emergentia.

Nam Scrutatores non sunt inuicem scrutati propria vo-
ta, nec aliorum Capitularium, † quod tamen tamquam ne- 4
cessarium præscribit Textus *in cap. quia propter*, & firmat
Rota *in Treuiren. Abbatiæ coram Coccin. decis. 1539. num. 35. & 1552. num. 9.*

Vota Capitularium non fuere descripta à Scrutatoribus,
sed singuli Capitulares exhibuerunt votum suum Notario,
† quod esse contra formam Textus *in cap. quia propter* affir- 5
mat Abbas *num. 9. &* Paiser. *de elect. cap. 16. à num. 36. & cap. 18. à num. 67.*

Immò neque facta collatio zeli ad zelum, meriti ad meri-
tum, numeri ad † numerum, quæ sanè collatio, præsertim nu- 6

meri ad nomerum est omninò necessaria, quando electio non est vnanimi omnium consensu celebrata, vt in *d. Treuiren. coram Coccino decis. 1539. à nu. 46. post* Abb. *ad cap. quia propter nu. 10.*

Et quamuis huiusmodi defectus videantur posse excusari, sed ineuitabilis etiam defectus est ille, quod electio celebrata die prima Decembris, non fuit publicata eodem die, & in eodem Capitulo, sed die 17. eiusdem mensis, sicque pluribus diebus, & actibus interusurijs, quod tamen ad-
7 uersatur apertis verbis Text. *in cap. quia propter*, † qui
ait, mox publicetur, hoc est incontinenti, non secus ac in
testamento condendo præscribitur *l. hæredes 21. ff. qui testam.*
8 *facer. poss. §. final.* † vt exponunt Tamburr. *de iur. Abbat. tom.*
2. disp. 5. qu. 5. num. 15. Petr. Greg. *de elect. cap. 16. num. 11.* Gon-
zal. *ad cap. quia propter numer. 6.* & confirmat Textus *in cap.*
cum post 46. & ibi gloss. protractam in fine, eodemque tit. de elect.
9 *cap. 19 num. 30. & 33.* vbi quod hic defectus † nullitatem in-
ducit scrutinij, & omnium cum eo gestorum.

Accedit, quod publicatio facta ab vno ex Scrutatoribus,
fuit facta in Capitulo, in quo non apparet vocandos fuisse
10 vocatos, aut interuenisse, † qui defectus adeo nullitatem
11 electionis inducit, † vt nec ea possit confirmari, Passer.
teste d. cap. 19. à num. 25 ad 26.

12 Neque subtrahere à nullitate † potest, quod recesserit à
Capitulo Præses Vicarius Episcopalis, cum reliquis Capitularibus, qui non pro Anna Salome, sed pro Sophia Magdalena à Valbruch fuerant suffragati, quia recedendo, cum censeantur noluisse, & seipsos constituerint extra
13 Capitulum † poterant qui remanserant, & ad quos redi-
gebatur Capitulum publicare, *cap. cum nobis 19. de elect. gloss.*
ad cap. quia propter verbo qui volunt eadem Rota *coram Millino dec. 410. nu. 2. & decis. 420. num. 1. & coram Coccin. dec. 2021.*
num. 41. & seqq. & decis. 2082. num. 3. vel ad Superiorem con-
14 fugere, † vt compelleret ad formam text. *in cap. publica-*
tum 58. de elect. & ideò inexcusabili omninò est dilata publi-
15 catio, & non facta incontinenti † verè dici potest non facta
ob ignorantiam, negligentiam, & incuriam, Passer. *d. cap.*
16 *19. num. 31.* Addens, quod publicatio facta post † moram si-
ne Iudicis decreto est nulla, nec vllum effectum potest ope-
17 rari, cum non eotis † nullæ sint qualitates *l. eius qui in Prouincia ff. si cert. pet.*

Et licet lata fuerit sententia per Vicarium Episcopalem
super nullitate electionis, ea tamen non fuit attendenda,
18 tùm quia nulla tamquam † lata postquam fuerat allegatus
suspectus, Rota *coram Dunoz. decis. 867. num. 2. & decis. 875.*
num. 1. tum etiam quia iniusta cum declaratæ nullitates pro-
19 cesserint ex culpa, & facto ipsius Vicarij, † vndè nec eidem
potest iuuare Archiepiscopus, qui eum electioni præpo-
20 suit, & qui per alium facit † per se ipsum facere videtur,
cap. qui per alium de regul. iur. in 6. l. quod iussu ff. eadem Barbos.
axiom. 92. num. 1.

Et hæc quidem satis superque visa ad excludendum bonum ius ex parte Annæ Salome, absque eo quod habeatur
ratio, Text. *in cap. indemnitatibus de elect. in 6. & in cap. auaritiæ eadem*, quorum ius adæquatè satis excludebatur per Informantes.

At verò nec constare de bono iure ex parte Sophiæ Magdalenæ Domini asseruerunt.

Quia electio de eius persona facta ab Ordinario Colonien. nullum ius ipsi tribuere potuit tamquam facta sine facultate, & iure eligendi, siue enim electio sit nulla ob non seruatam formam præscriptam *in cap. quia propter de elect.*
non tamen per hoc prætendi potest deuolutio ad Ordina-
21 rium, † sed sit locus nouæ electioni; Dum tamen Sum-
mus Pontifex manum non apposuerit, quia idem text. *in*
22 *cap. quia propter* nullitatem quidem inducit, † at de deuolu-
tione nec verbum, quod tamen esset omninò necessarium,
vt testatur Lotter. *de re benef. lib. 3. qu. 17. num. 105. latè* Passerin. *de elect. cap. 31. num. 23.*

23 Neque dici potest, † quod deuolutio huiusmodi constituatur ex *cap. Cumana 30. de election. cap. quamquam de elect. in 6.* quia in *cap. Cumana* Electores expressè à Summo Pontifice fuerant eligendi potestate priuati, ibi in fine Text. Electores hac vice eligendi facultate priuantes, & in *cap. quamquam* eatenus pœnam priuationis incurrant, aut deuolutio inducatur, quatenus eligentes scienter indignum elegerint, vt apparet ex ipso Textu, & eius litera, & ponderat Lotter. *vbi supra num. 105.* vbi requisita assignat ad effectum, vt ex nullitate electionis fiat deuolutio.

Quæ eo minus substineri potest in hoc casu, in quo quidquid inordinatum, & malè, ac contra ius gestum est,
culpa Vicarij Præsidentis, † quæ sanè in ipsum scrutinium 24
Archiepiscopum videtur redundare, cum eius personam re-
præsentaret, & idem sit iudicandum de repræsentante, † ac 25
de repræsentato, *l. Ossa ff. de relig. & sumpt. funer.* neque enim
decet, vt ex culpa sui Vicarij, † adeoque sua commodum 26
percipiat, Rota *decis. 140. num. 10. coram Gregor. & decis. 510. num. 24. par. 5. recentior.*

Nullo igitur dato iure deuolutionis in eligente, corruit, et est nulla ipsa electio, nec per eam ius aliquod electæ potest censeri quæsitum, sicque de neutrius bono iure constare fuit conclusum, vtraque Parte informante.

R. P. D. EMERIX.

Romana Donationis.

Veneris 9. Decembris 1678.

ARGVMENTVM.

Baronem, quis se vocauerat, tam in supplicatione Pontificis, quàm in venditione bonorum iurisdictionalium; Cumque ex hoc vnico actu nimis durum videretur filio soluere debita patris ad formam Clementinæ Constitutionis, durius esse visum est excludere creditores, qui iuxtà Constitutionem prædictam eorum pecunias eidem patri crediderant, vt proindè sub fide publica decipiendi non sint.

SVMMARIVM.

1 *Baro dicitur qui iure dominij, non autem iure pignoris bona iurisdictionalia possedit.*

2 *Possessio alicuius probatur ex confessione per eum facta in precibus Sanctissimo porrectis.*

3 *Possessio probatur etiam ex venditione per possidentem facta cum declaratione, quod bona vendita ad ipsum spectabant, & pertinebant.*

4 *Preces Principi porrectæ non possunt dici datæ ab alio, quàm à supplicante, si ipse postea gratia Principis vsus sit.*

5 *Venditio non excludit venditoris dominium, licet ipse noluerit de euictione teneri, & declarauerit, se solum vendere pro suo iure.*

6 *Venditor declarans nolle teneri de euictione, hac declaratione iuuatur solum euictione sequuta, non autem quod ipse verè venditor non sit.*

7 *Filius ex eo quod pater declarauerit se esse Baronem, illius debita soluere obligatus est.*

8 *Creditores alicui credentes iuxta formam Constitutionis Pontificis, æquum non est, quod sub fide publica decipiantur.*

9 *Lex vbi scripta est, iudicis partes sunt in illam exequenda, non autem contra eam æquitatem admittendo.*

10 *Æquitas tunc solum potest à iudice practicari, si verba legis fuerint dubia, secus autem si sint adeo clara, & interpretationem non admittant.*

DECISIO CCCXIV.

DOmini approbantes fundamenta decisionis editæ sub die 27. Iunij proximè præteriti, qua, iuxtà sententias aliàs latas, firmatum fuit, Raphaelem fuisse Baro-
nem, † ex quo constitit ipsum iure dominij, et non sim- 1
plicis pignoris possedisse bona iurisdictionalia ad verba, et
tensum Bullæ Clementis Octaui contra Barones Status
Ecclesiastici, in subleuamentum eorum, qui eis res, vel pe-
cunias suas crediderunt, hodie steterunt in decisis, † Etenim 2
prætermissis alijs, talis possessio Raphaelis abundè desumitur ex geminata eiusdem confessione, emissa tum in precibus porrectis fa. me. Innocentio PP. Decimo pro obtinenda facultate vendendi Castra Cantalupi, et Bardellæ, in quibus asseruit ipsum vti hæredem Annæ Vxoris insimul cum Portia eius Sororia possidere medietatem dictorum Castrorum, prout testatur idem Pontifex in Chirographo successiuè ad eorundem instantiam signato, ibi: Desiderando Portia Moroni, e Rafaele Andosilla eredi di Anna Moroni vender, si come ci hanno fatto esporre la metà de' Castelli di Cantalupo; e Bordella, con la sua Giurisdittione, beni, e ragioni, che essi possiedono.

Quam

Quam etiam in Instrumento venditionis dictorum Ca-
strorum ab eodem factæ vigore prędicti Chirographi, in quo
3 re, & verbis se talem declarauit, † asserendo eadem Ca-
stra ad ipsum vti hæredem prædictum pro quarta parte spe-
ctare, & pertinere, illaque in emptorem plenariè transfer-
re, ibi: D. Portia &c. & D. Raphael &c. in solidum tam con-
iunctim, quàm diuisim, & aliàs omni &c. inhærendo fa-
cultati ipsis concessæ à Sanctissimo Domino Nostro, prout
ex literis ab Illustrissimo D. Thesaurario expeditis in vim
Chirographi specialis eiusdem Sanctissimi &c. dictumque
Chirographum, & gratiam prædictam acceptando, ra-
tificando, & approbando vendiderunt, concesserunt &c.
D. Cæsari Palchouioiæ &c. d. medietatem Castri Canta-
lupi, & Bordellæ ad ipsos DD. Portiam, & Raphaelem,
vt supra pro indiuiso spectan. &c. cum dominio superiori,
& inferiori, ac plena, & omnimoda iurisdictione ciuili,
& criminali, omnibusque & singulis Vassallis &c. reser-
uatis tamen pœnis maleficiorum, damnorum datorum,
pensionibus, canonibus, alijsque redditibus bonorum,
& effectuum in præsenti venditione non comprehensurum
vsque, & per totum mensem Aprilis præteriti debitis ma-
turatis, & non exactis.

Neque ad destruendam confessionem tam claram ali-
cuius momenti est obiectum nouiter repetitum, quod non
constet preces in supradicto Chirographo enunciatas fuisse
4 à Raphaela, ex quo potuerint porrigi à sola Portia, † quia
hoc in præsenti nulla ratione dici potest, dum contrarium
liquidò resultat ex effectiua alienatione in vim prædicti
Chirographi successiuè facta non solum à Portia, sed etiam
à Raphaele, cum positiua acceptatione, & ratificatione
eiusdem Chirographi, & plena translatione dominii, ac
possessionis, quæ ponit extra omnem controuersiam preces
etiam porrectas fuisse à Raphaele, ipsumque tamquam
Condominum, & possessorem sæpedicti Castri gessisse per-
sonam veri, & proprij venditoris.

Et hinc non releuat, quod in eodem instrumento prote-
5 status fuerit se nolle teneri de euictione, † venditionemque
pro parte sua haberi pro simplici cessione iurium, quia hoc
6 quidem suffragari posset † ad effectum, vt secuta euictio-
ne, non valeret exindè ab emptore conueniri, iuxta Text.
in l. emptionibus ff. de pact. & in l. emptorem 52. §. fin. ff. de act. empt.
& vtrobique notata per *gloss. ac DD.* non autem quominus
dicatur verè, & propriè vendidisse, omniaque coæquali-
ter cum Portia in emptorem transtulisse, præter pœnas
maleficiorum, damnorum datorum, aliaque vt supra vtri-
que reseruata, quæ vtique benè perpensa, manifestè com-
probant non solum nudam, & momentaneam Raphaelis
possessionem, vt exagerabant Scribentes pro Angelo eius fi-
lio, sed veram, & continuatam cum effectiua fructuum
perceptione.

Nec ab hac sententia remouit Dominos æquitas, qua ni-
tebantur ijdem Scribentes, allegantes durum nimis viden-
7 dum, † quod ex hoc actu, qui solus ponit in claris qualitatem
Baronalem Raphaelis, iste compellatur substinere pondus
8 debitorum paternorum, † quia non minus æquum est, vt
Creditoribus, qui fidem Patris sequuti sunt, satisfiat, iuxtà
præallegatam Bullam Clementis Octaui, & quando lex
9 scripta est † clara, Iudicis partes sunt, secundum illam iudi-
care, non autem contra eam æquitatem admittere, vt re-
spondit Vlpian. *in l. prospexit ff. qui, & à quibus manum*, quid-
10 quid sit, quando verba legis non sunt adeo clara, † atque
tam generalia, vt excludant interpretationem ex bono, &
æquo, vt distinguendo tradit Facchin. *lib. 5. controu. iur. cap.
3. per tot.*

Et ita, vtraque Parte informante, resolutum fuit.

R. P. D. E M E R I X.

Bononien. Hæreditatis de Pepulis.

Lunæ 12. Decembris 1678.

A R G V M E N T V M.

Post consequutam dotem, quæ fuerat in Sac.
Monte depositata, etiam alimenta filia ince-
stuosa prætendebat, sibi in hac decisione de-
negata, quia ipsa vtrumque habere non po-
terat ab hæreditate paterna, quod si conquę-
rebatur eandem dotem, non sibi tantos fru-
ctus reddere, quantum importarent alimen-
ta prædicta, hoc sibi imputare debet, cur po-
tius vnum, quàm aliud consequi voluerit.

S V M M A R I V M.

1 *Filij incæstuosi remanent exclusi ab hæreditate paterna.*
2 *Filijs incæstuosi, & spurijs, quamuis exclusis ab hæredi-
tate patris, tamen de æquitate canonica eisdem alimenta
reseruantur.*
3 *Dos etiam filiæ incæstuosæ debetur in hæreditate sui
patris.*
4 *Dos licet in maiori quantitate taxata, reducitur ad summam
minorem, constito de veriori statu hæreditatis.*
5 *Alimenta si cessare vult hęres, qui deposuit dotem filiæ spu-
riæ, illius inuestimento consentire tenetur.*
6 *Dos filiæ spuriæ, vel incæstuosa loco alimentorum succedit.*
7 *Filia spuria, vel incæstuosa ab hæreditate sui patris non po-
test simul consequi dotem, & alimenta.*
8 *Alimenta filiæ incæstuosæ debentur vsque ad diem facti de-
positi dotis, & præstiti consensus illud pro eadem filia
inuestiri posse.*
9 *Dos filiæ incæstuosæ, quatenus correspondere debeat illius
alimentis.*
10 *Alimenta prouisionaliter taxata, non faciunt statum
quoad dotem constituendam, iuxta quantitatem ali-
mentorum.*
11 *Filia incæstuosa si potius dotem, quam alimenta consequi vo-
luit, sibi imputet, si illa non tantos fructus reddat, quantum
eadem importareat alimenta.*

D E C I S I O CCCXV.

POstquam Antonia, & Margarita per tres sententias
conformes exclusæ fuerunt à successione Comitis Ale-
xandri Mariæ † tamquam natæ ex complexu incæstuo- 1
so, reseruatis tamen alimentis de æquitate canonica † prę- 2
standis filijs, & spurijs, prout in decisione edita coram Re-
uerendissimo Domino meo Decano sub die 27. * Februarij
1673. ac eisdem alimentis vsque tunc præstitis, obtinue-
runt sibi dari dubium, An dos, vel potius alimenta debe-
rentur, ad quam summam, † & Rota respondit, de- 3
beri dotem, quæ successiuè taxata primò in scutis 3000. pro
qualibet coram Reuerendissimo D. Matthæio Archiepisco-
po Damasceno, † & deinde reducta ad scuta 2000. pro qua- 4
libet, Ex quo post longam discussionem super statu patri-
monij Comitis Alexandri Mariæ, constitit illud non ex-
cedere scuta 12000. prout in decisione 21. Ianuarij proximè
præteriti coram Domino meo Calataiu, tandem in execu-
tionem resolutionum, & mandatorum Rotalium, instan-
tibus, & sic petentibus eisdem Antonia, & Margharita
sororibus, depositata fuerit in Sacro Monte Pietatis Vrbis
ad effectum illis consignandi sequuto eorum matrimonio
carnali, vel spirituali, vt in Summario *numero 3. & se-
quenti.*

Verum, quia non obstante dicto deposito, et declara-
tione, seù protestatione subinde facta per Procuratorem Co-
mitissæ Elisabethæ Mariæ sororis, et hæredis ab intestato
Comitis Alexandri Mariæ se non impedire quin pecuniæ
depositatæ pro dote in Sacro Monte Pietatis inuestiantur
ad commodum, et beneficium † Aduersariarum, imo 5
interpellare Aduersarias ad hoc inuestimentum faciendum,
vt commodius possint sibi parare alimenta, vt latius con-
tinetur in eadem declaratione, seu protestatione Summario
numer. 7. ipsæ adhuc prætendebant Comitissam Elisabe-
tham Mariam teneri ad vlteriorem præstationem alimen-
torum, ideo dato, et proposito hodie à me desuper Dubio,
responsum fuit alimenta amplius non deberi, quia cum
dos filiæ spuriæ † succedat loco alimentorum, vt notant 6
Merlin. *de legitima tit. 2. quæst. 5. num. 22.* alijque per eum ibi
laudatis, et firmauit Rota in hac causa coram Reueren-
dissimo Domino meo Matthæio sub die 4. Iulij 1674. Et fi-
lia spuria † non possit consequi ex hæreditate paterna insi- 7
mul dotem, et alimenta Lucidor. *de illegit. cap. 19. & seq.*
Vtique dum Antonia, et Margharita consequi voluerunt,
et effectiuè consequutæ sunt dotem congruam mediante su-
pradicto deposito, † alimenta non debentur, nisi vsque ad 8
diem dictæ declarationis liberi depositi, et in fortioribus ter-
minis respondit Rot. *in Reatina fideicommissorum 4. Iulij 1674.
coram Reuerendo Patre Domino meo Rondiano* confirma-
ta *28. Iunij 1675. coram Reuerendo Patre Domino Bourle-
mont.*

Nec obstat, quod alimenta ex inuestimento percipienda
9 non respondeant quantitati prius subministratæ, † tum,
quia illa prius taxata fuerant prouisionaliter ad patrimo-
nium Comitis Alexandri Mariæ, tunc calculatum in scu-
10 tis 3100. † vt constat ex decisione edita coram bonæ memo-
riæ Peutingerio die 5. Decembris 1653. Tùm, quia Anto-
11 nia, & Margharita sibi imputare debent, † quod loco ali-
mentorum voluerint dotem, & hæredem reluctantem, &
alimenta offerentem ad illam condemnari obtinuerint, vt
ponderauit Rota in mox dicta Reatina fideicommissorum.
Et ita, vtraque Parte informante, resolutum fuit.

Supra in hac eadem parte adest altera præsentis causæ decisio in ordine 154. alia vero habetur impressa par. 18. tom. 1. vbi est in ordine 37.

R. P. D. VICECOMITE
postea S. R. E. Cardinali.

Amerina Bonorum.

Lunæ 12. Decembris 1678.

ARGVMENTVM.

Plures nullitates deliberationis remouentur, quia illa ob non seruatam formam Statuti, tollitur ex eo, quod tanquam laicale non comprehendit bona Ecclesiæ dominio directa, nec deliberationem in Curia Episcopali factam, eo magis, quia etiam in desuetudinem abierat; Altera verò citationis, seu intimationis cessabat ex cursu temporis, iuncta etiam scientia citati, ex illius mandato procuræ resultante, Rursus quia opponebatur etiam simulatio dotis, pro qua dicta deliberatio facta erat, hæc ex illius veritate tolli visum est, iunctis etiam pluribus adminiculis, ex sequenti Summario, & decisione videndis.

SVMMARIVM.

1 *Statutum* Amerinus *disponit ante deliberationem bona esse per peritos æstimanda, & numer. 2. cum seqq. vbi vid.*

3 *Statutum laicale super forma deliberationis faciendæ, non habet locum, si illa fiat in Curia Episcopali, & de bonis directo dominio Ecclesiæ subiectis.*

4 *Bona, quæ sunt de directo dominio Ecclesiæ à legibus, & Statutis laicalibus sunt immunia.*

5 *Statutum* Amerinum *de forma in deliberatione seruanda, abijt in desuetudinem, & num. seqq.*

6 *Statutum super forma iudicij non fuisse obseruatum, probatur ex attestatione Notarij actuarij.*

7 *Notario actuario, tamquam officiali attestanti de re ad eius officium spectante, plenè creditur, & nu. 8.*

9 *Statutum, quod in desuetudinem abijt attendi non debet.*

10 *Citatio personalis non requiritur in iudicio obligationis Cameralis, sed sufficit citatio domi.*

11 *Scientia citationis probatur in eo, qui tunc temporis fecit mandatum procuræ.*

12 *Scientia citationis, an, & quatenus sufficiat, & sup. num. 11.*

13 *Approbans deliberationem, illam amplius impugnare non potest.*

14 *Iudicij notitia, & illius approbatio quatenus etiam in absente resultet.*

15 *Testes examinati ad perpetuam rei memoriam, & lite pendente nihil probant, & num. 20. vbi amplia.*

16 *Deliberationis nullitas non attenditur si illa approbata sit.*

17 *Intimatio, & alia pro validitate deliberationis necessaria ex cursu temporis præsumuntur.*

18 *Confessio mariti, quod constitutio dotis pro certa portione fuerit ad pompam, non præiudicat vxori, eique ius quæsitum non tollit, & num. seqq. vbi amplia.*

19 *Maritus si erat vxoris infensus ob iudicium assecurationis dotis ab ea institutum, ac etiam in limine decoctionis, eo minus illi præiudicat.*

20 *Reuelationis monitorialium extraiudicialiter, & lite pendente procuratæ nihil probant.*

21 *Testes habentes exceptiones in concursu publici instrumenti non attenduntur.*

22 *Simulatio qualibet excluditur ex actibus iudicialibus in contrarium factis, ac etiam ex confessionibus in instrumento emissis, & num. 23.*

23 *Confessiones partium super vera constitutione dotis magis attenduntur, quam ea, quæ in contrarium adduci possunt, & num. 22.*

24 *Collusionis, & simulationis suspicio cessat, stante veritate crediti.*

25 *Veritas crediti adeo illius simulationem excludit, vt nec attendantur coniecturæ contrariæ, quæ alias sufficerent.*

26 *Consensus creditorum operatur, quod actus simulatus, in ipsorum fraudem factus dici non possit.*

DECISIO CCCXVI.

IN Donatione plurium bonorum emphyteuticorum facta Carolo Octauio Vlpio à Hieronymo Cirichello, censuerunt DD. sub die 28. Ianuarij proximi præt. non esse comprehensa quædam bona, præcedenter deliberata fauore Bartholomei eius Patris, pro satisfactionem dotis propriæ vxori promissæ, & ideò denegarunt eidem Carolo Octauio immissionem ad dicta bona, & concessa aduersus hanc resolutionem noua audientia, Carolus Octauius obiecit deliberationem prædictam fuisse nullam excessiuam, & simulatam, ac propterea bona non exijsse de dominio donantis, verùm, quia visum est obiecta non subsistere resolutum fuit standum esse in decisis.

Quo enim ad nullitatem, quæ deducebatur, tum ex
quo deuentum fuit ad deliberationem † antequam bona 1
æstimarentur à Peritis prout disponit Statutum Ameri-
num, tum ex quo citationes non fuerunt executæ personaliter, sed in domo Ameriæ, & de tempore, quo debitor permanebat Romæ, tum & tertio, quia fuit processum ad deliberationem, absque termino ad reluendum, & absque intimatione Decreti de deliberando, nullam ex prædictis resultare compertum est.

Non ex defectu æstimationis requisitæ à Statuto Ameri-
no, quia vltrà, quod Statutum, tanquam laicale † non po- 2
test habere locum in deliberationibus, quæ fiunt in Curia
Episcopali, † & de bonis subiectis directo dominio Eccle- 3
siæ Amerinæ, † quæ sunt à legibus, & Statutis Laicali- 4
bus immunia *DD. in cap. Beatæ Mariæ de Constit.* Rot. *decis. 84. num. 7. decis. 63. num. 6. par. 15. & decis. 54. par. 16. recent.* fuit animaduersum, quod Statutum loquitur de datione insolutum facta à creditoribus, non autem de deliberationibus fauore plus offerentium, & quod magis est idem Statu-
tum † abijt in desuetudinem, † cum ab anno 1634. ci- 5
tra non fuerit eius forma seruata † vt testatur Notarius 6
Actuarius, † cui vti de re ad sui officium spectante credi- 7
tur Rot. *coram Buratt. decis. 606. num. 12. & seq. coram Coccin.* 8
dec. 24. sub num 7 decis. 216. num. 2. & decis. 322. num. 2. & sæpè
alibi, † & ideò attendi non debet Riminald. Iun. *cons. 249.* 9
num. 27. cum seqq. Surd. *cons. 38. num. 9. & seqq.* Roland. *cons. 99. num. 5. & 6. lib. 2.*

Minùs ex defectu citationis, quia dum agebatur vigo-
re obligationis † Cameralis, non erat necessaria citatio 10
personalis, sed satis fuit domi Baron. *de citat. qu. 12. nu. 67. & seq.* Ridolphin. *in prax. par. 1. cap. 3. num. 89. & cap. 15. numer. 101.* Zacch. *de oblig. Camerali q. 27. num. 23.* etiam supposita absentia debitoris citati, qui de citationibus habuit notitiam,
vt constat † ex instrumento mandati procuræ, tunc tem- 11
poris ab eo facto Summario *num. 11.* & ex duabus epistolis ab eodem scriptis, in quarum prima etiam fatetur se potuisse conueniri in Ciuitate Ameriæ, & in secunda scripta post deliberationem, illam expressè approbauit dicto Summa-
rio *num. 3. & 12.* † quæ scientia sufficit Ricc. *in prax. Eccles.* 12
par. 1. resol. 439. numer. 7 Baron. *d. qu. 12. nu. 72.* Rot. *coram Coccin. decis. 224. sub num 24 & seqq.* Imò stante dicta approba-
tione, † non potest hodie ampliùs reprobari, ex regula de 13
qua Rot. *coram Coccin. decis. 1947. num. 7. & in recent. decis. 93. num. vltimo par. 10.*

Nec merentur attendi duo testes affirmantes Hieronymum paulò post obitum Marcelli Patris, securum anno

1639.

1659. Ameria discessisse, & ad dictam Ciuitatem nunquam
deinde fuisse reuersum, quoniam tali absentia supposita,
14 † non tamen exinde excluditur notitia iudicij, & appro-
batio deliberationis, quæ aliunde positiue eliciuntur ex
superiùs firmatis, sed præterea dicti testes, vltrà defe-
ctum, quod vti examinati ad perpetuam rei memoriam,
15 † lite pendente, nihil probant Rot. *decis.* 18. *num.* 27. *& dec.*
146. *num.* 18. *par.* 9. *recent.* conuincuntur mendaces, tam ex
comparitione iudiciali eiusdem Hieronymi coram Guber-
natore d. Ciuitatis anno 1641. Summar. additionali Io. An-
tonij *num.* 1. atque etiam ex instrumento executionis passæ
per ipsum Hieronymum super bonis mobilibus in domo
eius habitationis existentibus eodem Summario additionali
num. 2.

Et ex hac debitoris notitia, & respectiue approbatione,
16 † cessat altera prætensa nullitas ex asserto defectu intima-
tionis Decreti ex allegatis, quam etiam vna cum æstima-
17 tione, † alijsque requisitis necessarijs ex tanti temporis
lapsu præsumendum est interuenisse Grat. in specie *discept.*
511. *num.* 19. & generaliter Rota *coram Seraph. decis.* 108. *num.*
7. *coram Buratt. decis.* 45. *num.* 6. *&* 8. *& decis.* 161. *num.* 13. *par.*
10. *recent.*

Nec etiam ex defectu termini ad reluendum, quia iste
fuit concessus in ipso Decreto deliberationis, vt probatum
fuit ex processu mihi exhibito fol. 195. à tergo.

Quoad excessum verò prætensum, ex quo creditum dotis
non esset scut. 3500. prout cantat instrumentum dotale
enunciatum etiam in alijs duobus instrumentis, sed tantum
scut. 1200. ex quo alia scut. 300. fuerint promissa ad pom-
pam, ille non probatur ex confessione viri in quibusdam
18 epistolis emissa, † quia non valuit præiudicare vxori,
cui ius ex Constitutione quæsitum, tolli non poterat *l. At-
tilicinius ff. de pact. dot. l. quoties ff. solut. matr.* Rot. *coram
Merlin. decis.* 77. *num.* 9. *&* 50. *& decis.* 198. *num.* 1. *par.* 9. *rec.*
Potissimè, quia tunc erat infensus vxori ob iudicium ad
19 ea introductum pro assecuratione suæ dotis, † & erat in
statu decoctionis Buratt. *decis.* 90. *numer.* 2. *ibique* Adden. *&
decis.* 103. *num.* 1. *&* 2. Bich. *decis.* 190. *num.* 2. neque ex reuela-
tionibus duorum testium extraiudicialiter, & lite pen-
20 dente procuratis, † quia nullum gradum probationis con-
stituere possunt Rota *coram Canaler. decis.* 21. *numer.* 3. *&
coram Dunoz. iun. decis.* 864. *num.* 12. & alibi sæpè, Præsertim,
quia alter ex reuelantibus est inimicus Io. Antonij, dedit
pecunias Carolo Octauio ad societatem officij, vt posset
hanc litem prosequi, est eius continuus Commensalis, &
pluries fuit inquisitus pro iuramento falso Summario addi-
tionali Io. Antonij *num.* 4. 5. 6. & alter deponit de simplici
auditu à dicto viro, cuius assertio ex præmissis vxori non
præiudicat, & ideò tanquam patientibus releuantissimas
21 exceptiones, † eo minus eorum fidei in concursu publici in-
strumenti, in aliquo est deferendum Honded. *cons.* 93. *nu.* 50.
& seq. lib. 2. Menoch. *cons.* 431. *num.* 27. Grat. *discept.* 544. *num.* 4.
Surd. *decis.* 135. *sub num.* 51.

Et veritatem instrumenti dotalis benè comprobant non
solùm acta iudicialia an. 1644. & duæ confessiones Bartho-
lomei emissæ in instrumentis anni 1659. & 1662. Summario
22 Io. Antonij *num.* 7. *&* 8. † quæ eo magis assertam simulatio-
nem excludunt Rota *dec.* 198. *num.* 1. *& seq. par.* 9. *recent* sed
etiam ponderatio, quod neque Hieronymus in iudicio deli-
berationis, neque ipse Bartholomeus in iudicio assecuratio-
nis talem exceptionem opposuerint, prout illam verisimili-
ter allegassent si credidissent eam posse aliquo modo subsi-
stere, præcipuè, quia ex deductis in facto pro parte Ioan-
nis Antonij constat, quod ambo ægrè ferebant iudicialiter
conueniri, & concurrit vlterius ipsa confessio Caroli
Octauii, qui agendo tanquam hæres Brigittæ pro conse-
cutione eius tertiæ partis, idem instrumentum produxit,
& illius vigore obtinuit expediri mandatum habito respe-
23 ctu ad summam scut. 1500. † quæ confessio præualet in con-
trarium deductis, quando etiam aliquid releuarent Rot.
decis. 80. *num.* 26. *decis.* 347. *num.* 2. *& decis.* 373. *num.* 3. *par.* 16.
recent.

Denique non obstat simulatio, quæ prætenditur deduci,
ex quo tempore deliberationis debitor premebatur à credito-
ribus, in quorum proindè fraudem facta præsumatur, ma-
ximè, quia post eam adhuc soluit Canones bonorum em-
phyteuticorum, & quoad alia bona non fecit transferre par-
titas Catastri in fauorem deliberatarij, & in quibusdam epi-
stolis dicitur fassus fuisse simulationem.

24 Quoniam stante veritate crediti dotalis, exclusa † rema-
net omnis collusionis suspicio Capic. Latr. *consult.* 137. *num.*
67. Rota *post Merlin. de pignor. decis.* 48. *numer.* 15. *& decis.* 275.
num. 16. *par.* 16. *recent.* & quidem adeò efficaciter, † vt nec 26
admittantur in contrarium coniecturæ, quæ alias ad illam
probandam sufficerent Cyriac. *contr.* 255. *numer.* 28. *&* 52.
Rot. *post Merlin. d. decis.* 48. *num.* 15. *vers. & coniecturæ*, *& co-
ram Dunoz Iun. decis.* 719. *numer.* 10. præcipuè, quia vt constat
ex extractu fol. 196. deliberatio facta fuit de consensu om-
nium creditorum, quibus deliberatarius promisit excompu-
tatum suo credito, residuum soluere dicto Summario additio-
nali *num.* 11. † huiusmodi enim consensus excludit simula- 26
tionem in fraudem ipsorum consentientium ex vulgatis.

Cæterum ass. continuata possessio debitoris non solum
non fuit iustificata, sed imo contrarium fuit ostensum ex
datis in Summario Io. Antonij *num.* 12. quemadmodum pro-
bata non fuit confessio debitoris ex epistolis, Imò etiam il-
la supposita non releuaret in præiudicium vxoris de cuius
claro credito constat ex publico instrumento ex allegatis.

Et ita, vtraque parte informante, resolutum fuit.

REVERENDISS. D. ALBERGATO

Sattæ Rotæ Decano.

Calciaten. Iuris cognoscendi Causas.

Lunæ 12. Decembris 1678.

A R G V M E N T V M.

Transactionem substineri deciditur, quamuis factam, vt prætendebatur de iure claro, vel post rem iudicatam, quia neque vnum, neque alterum concurrebat; non primum ex limitante causæ, quam etiam æquitas subiungebat, minus alterum, quia res iudicata ex præseruatione illi concessa, adhuc in petitorio retractari poterat, prout nec minus fuit attentus defectus subreptionis, oppositus confirmationi Pontificis, quia, & præuia approbatione Sac. Congregationis Concilij illa confirmata erat, & etiam ex clausulis, seu aliàs, aliter, vel alio modo ille remanebat sublatus.

S V M M A R I V M.

1 *Clerici delinquentes eorumque coniudices præsertim in leuioribus criminibus extra propriam Ecclesiam trahendi non sunt.*

2 *Ius non dicitur omnino clarum, si aliquam habeat limitationem, & num. seqq.*

3 *Transactionem ad ineundam sufficit quælibet modica causa etiam non iuridica.*

4 *Res iudicata aliquam dicitur habere difficultatem, si adhuc iura partium præseruari poterant.*

5 *Transactio fieri potest etiam post rem indicatam, si illa adhuc aliquam dubietatem habeat, vel in gradu restitutionis in integrum facta sit.*

6 *Transactio fieri potest pro declaratione eorum, quæ nec in sententijs, nec in re iudicata explicata sunt.*

7 *in Transactione dicitur aliquid datum, quod in sententijs, & re iudicata non continetur.*

8 *Papa si transactionem prius in Congregatione* Concilij *examinatam, confirmauit, non est dubium, quod illam in omnibus approbauerit.*

9 *Papa potest non solum in aliquo, sed etiam in toto eximere Capitulum à iurisdictione sui Episcopi.*

10 *Subreptionem ad excludendam satis est, quod narratiua in aliqua parte verificetur.*

11 *in Gratiosis sufficit vnam partem alternatiuæ esse veram.*

12 *Exequutorialium effectum sufficit de facto esse suspensum, prout verè dicitur, si non adsit casus, ex quo ille possit exerceri.*

13 *Dictio*, seu aliàs *explicatur* aliter, *vel* alio modo.

14 *de Facto narratiuam verificari sufficit, si fuerit expressa cum dictione*, seu alias, *vel* alio modo.

15 *Dictio*, seu *ponit alium casum diuersum, ampliando præcedentem expressum.*

DECISIO CCCXVII.

DEcisum fuit 22. Iunij proximè præteriti coram me ser-
uandam esse Concordiam aliàs initam inter Episco-
pum Calaguritanum, & Calciaten. ac Capitulum Calcia-
ten. super iure cognoscendi Causas, & delicta Capitularium
prædictæ Ecclesiæ Calciaten. præuio examine Sac. Congre-
gationis Concilij à sa. me. Innocentio X. toto inserto tenore
approbatam, & confirmatam, pro cuius resolutionis con-
firmatione hodie DD. responderunt.

Agnoscebant in præsenti scribentes pro Episcopo verita-
tem Concordiæ nunc originaliter productæ, & datæ per ex-
tensum in præsenti Summario Capituli, nec impugnabant,
confirmationem fuisse de ordine Episcopi petitam, dum
constat de mandato Procuræ facto per Episcopum in perso-
nam Prudentij Gonzalez in Vrbe degentis dicto Summario
litera E. Ex quibus cessant in facto ea omnia, quæ circa
hæc aliàs dicebantur, & eò magis subsistunt Responsiones,
quæ in alia decisione fuerunt datæ in iure, quæ iterum Do-
minis placuerunt.

Tota vis scribentium pro Episcopo restringebatur in op-
pugnatione transactionis vti factæ super re clara, nihil ei da-
to, aut remisso, & quod subreptitiè Papa eam confirma-
uerit, sed neutrum ex his obiectis subsistere visum est;
Non primum, quod fuerit inita super iure claro, Nam aut
hoc ius clarum deducitur ex quo de iure Episcopus potest in
qualibet parte suæ Diœcesis causas Capitularium cognosce-
re, & cessat obiectum, quia data amplitudine Diœcesis,
1 vt est ista Calciatensis † non sunt de æquitate extra pro-
priam Ecclesiam trahendi Coniudices, & Clerici, maxi-
mè in Criminibus leuioribus propter incommoda, & alia
absurda considerata in decisione huius Causæ coram *Rem-
boldo decis. 477. per tot.* quod etiam admittit altera impressa
in recent. decis. 537. num. 11. par. 4. tom. 3. & alios Doct. &
Decisiones cumulat præterita *Decisio §. præterea transactio*;
Quare dum ius Episcopi habebat limitationem æquitatis,
2 non potest dici omninò clarum, † & per consequens su-
3 per eo potuit iniri transactio, † pro qua sufficit quælibet
modica occasio, & quælibet prætensio, etiam non iu-
ridica, Rot. *coram Eminentissimo Ottobono decisio 25. num 16.
& seq. cum alijs in præterita decisio §. stante autem.*

Aut verò hoc ius clarum deducitur ex quo ad fauorem
Episcopi fuissent latæ tres sententiæ conformes, & expe-
ditæ exequutoriales, & pariter non obstat, quia dum
sententiæ ex supra firmatis patiebantur aliquam dubieta-
tem, imò Rota ipse in Decisione coram *Carillo 129. num. 3.
vers. nec obstat* admisit licuisse Capitulo iura sibi præserua-
re, sequitur, rem iudicatam tunc pati aliquam difficulta-
4 tem, & posse saltem in petitorio retractari, † & ideo non
5 dicitur ius omninò clarum, † ideo potuit super eo etiam post
rem iudicatam in gradu restitutionis in integrum fieri tran-
sactio, vt firmant allegati in alia *Decis. §. stante autem, & seq.*

Cessat vlteriùs obiectum, ex quo transigentes non al-
terarunt substantiam rei iudicatæ, quæ iuxta tenorem De-
cisionum restringebatur ad sola delicta grauiora, & atrocio-
ra, sed solùm illam declararunt, concordando quænam es-
sent delicta leuia, & quæ grauiora, quod adhuc per Deci-
siones, & sententias decisum non fuerat, † & sic fortiùs 6
transactio sustinenda videtur, vt latè sic respondendo com-
probat præterita *Decisio §. & hinc cessat, & §. aduertendum*;
Ex qua etiam responsione tollitur aliud, quod nihil fuerit
Episcopo datum, † quia fuerunt ei concessi quatuor casus 7
atrociores, de quibus in Concordia, qui tamen non fuerunt
in Decisionibus, & Exequutorialibus specificè expressi, vt
in *eadem decisione §. nec subsistit, & seq.*

Insuper animaduerti debet, quod Papæ fuit narratum
adesse tres sententias conformes, & Exequutoriales, & ni-
hilominus ipse voluit examinari transactionem in Sac.
Congregatione Concilij, quo examine peracto, toto inser-
to tenore, illam confirmauit, † vnde sequitur, quod Papæ 8
per votum Congregationis omnia innotuerint, & potuit
per consequens in quocunque statu illam confirmare, dum
ipse potest non solùm in aliquo, † sed totum eximere Capi- 9
tulum à iurisdictione sui Episcopi, Tondut. *resol. benef. 62.
num. 6. lib. 1.*

Non subsistente, quod confirmatio subreptitiò fuerit ex-
torta, in quo versabatur alterum obiectum scribentium pro
Episcopo; Non enim verificatur in facto, quod Papæ nar-
ratum fuerit Causam iterum fuisse commissam in gradu re-
stitutionis in Integrum, sed fuit eidem expositum per mo-
dum alternatiuum ibi: seu alias effectu dd. literarum Exe-
quutorialium suspenso, & sic ad excludendam subreptio-
nem † satis est, quod narratiua in hac parte verificetur, cum 10
in gratiosis † sufficiat quod vna Pars ex alternatis sit vera, 11
ad text. *in c. in alternatiuis de regul. iur. in 6.* Lotter. *de re benef.
lib. 2 quæst. 47 num. 71.* Rota *coram Dunoz. iun. decis. 494. num. 7.
& coram Duran. decis. 103. num. 3.*

Ex facto autem liquet effectum dd. Exequutorialium
fuisse suspensum, † tum quia nullus tunc aderat in prom- 12
ptu casus, super quo possent exerceri, sed solùm consiste-
bant in facultate exercibili adueniente casu, vt aduertitur
in *decis.* 129. Carilli *sub numer. 4.* & sic effectus earum quie-
scebat de facto; Tum, quia in Causa nihil vltra fuit
actum, tam ex parte Episcopi, quam ex parte Capituli,
vndè cum illæ dictiones, *seu aliàs* † tanquam qualitatis 13
explicentur *aliter*, vel *alio modo*, vt firmat Rot. *coram Coc-
cin. decis. 1505. numer. 9.* sequitur, quod sufficiat de facto
verificari narratam suspensionem, siue † vno, siue alio 14
modo verificetur, vt in terminis similis clausulæ, Rota
in rec. decis. 297. num. 12. par. 17. & est conclusio passim rece-
pta in terminis vacationum, † nam in præsenti illa dictio, 15
seu alias ponit alium casum diuersum, ampliando præce-
dentem expressum, ita in puncto arguit Rota *coram Coc-
cin. d. decis. 1505. sub nu. 6. vers. nec potest vis fieri, & num. seq.*

Reliqua leuioris momenti vti sublata in præcedenti De-
cisione visa sunt non repetenda, sed cum Responsionibus in
ea datis DD. transierunt vtraque parte informante &c.

Supra in hac eadem parte decis. 262. est in eadem causa.

DECISIONES

In imprimendo omissæ, & aliæ plerumque in præcedentibus partibus eiusdem Compilatoris exoptatæ.

R. P. D. RONDININO.

Bononien. Prætensæ Simulationis Contractus.

Sabbati 23. Ianuarij 1677.

ARGVMENTVM.

Simulata prætendebatur venditio, facta cum pacto redimendi, & subsecuta locatione ad fauorem ipsius venditoris, verum quia modicitas pretij probata non erat, pro illius validitate deciditur, & proinde locatione finita, hæredibus emptoris vigore clausulæ *constituti* associatio conceditur, non obstante prætensa relatione Periti facta à Iudice incompetente, & in contumaciam Partis, quæ ideo valorem non probabat, minusque ille ex vnica venditione prædij vicini resultare poterat, pluribus adhuc in contrarium pro iustitia pretij concurrentibus.

SVMMARIVM.

1 *Associatio vigore clausulæ* constituti *conceditur etiam fauore hæredis.*

2 *Loca-*

2 *Locatori, locatione finita, datur associato ad bona locata.*
3 *Simulationis exceptio ex pluribus remouetur, & quæ illa sint ibidem, & num. seqq.*
4 *Venditio facta cum pacto redimendi, & subsequuta locatione fauore venditoris non improbatur à iure, & quotidie fit in Ciuitate Bononiæ.*
5 *Possessio venditoris non arguit simulationem, si ex noua causa locationis habita sit.*
6 *Pactum redimendi, cum subsecuta locatione fauore vendentis, non arguit simulationem, nisi etiam coniecturæ concurrant, & num. 3. cum seqq.*
7 *Relatio facta à perito electo à Iudice incompetente, causa pendente coram alio Iudice, & in contumaciam partis, remanet nulla.*
8 *Contumax non dicitur, qui coram Iudice incompetenti de perito concordare noluit.*
9 *Valor probari debet de tempore contractus, non autem de tempore præsenti.*
10 *Pretij quantitas non probatur ex notula perceptionis fructuum à debitore facta.*
11 *Notula priuata ab aliquo conscripta, non probat, nec pro, nec contra.*
12 *Valor bonorum non probatur ex venditione prædij vicini, & finitimi.*
13 *Probatio valoris non resultat ex venditione aliorum bonorum, quæ ex affectione, vel ex alijs causis procedere potuit.*
14 *Pretium, vt dicatur esse commune, plures similes venditiones requiruntur.*
15 *Pretij iustitia resultat, si vendita sunt bona fideicommissi, venditor erat admodum ære alieno grauatus, nulli fideiussores dati sint, & periculum euictionis imminebat.*
16 *Pactum redimendi de iusto valore diminuit.*

DECISIO CCCXVIII.

PRedium Crouariæ pro libris 10000. venditum à Benedicto cum obligatione Victorij de Victorijs, Dominicus Comellius emptor ad septennium locauit eidem Benedicto venditori pro annuis libris 600. adiecto pacto de more illius Religionis, illud retrouendendi durante dicto septennio expressæ conductionis, vel alterius tacitæ reconductionis; Defecerunt in solutione affictuum Benedictus, eoque defuncto Victorius, ideoque elapso septennio ad retrouendendum, seu, vt ipsi inquiunt, ad francandum concesso, Cohæredes Comelli emptoris per sententias Auditoris generalis Bononiæ, ab A. C. associati fuerunt ad bona empta, & successiuè venditoribus locata; Commissa autem mihi causa appellationis, dedi dubium: An, & de cuius bono iure constet, etiam ad effectum manutentionis, & quatenus opus sit reintegrationis, quod fauore illorum de Comellis resolutum fuit.

Ratio resolutionis desumpta fuit ex instrumento emptio-
1 nis cum clausula constituti, † cuius vigore Comellis hæredibus Dominici emptoris debita fuit associatio post finitum
2 tempus locationis ex regula textus *in l. 3. C. de pignor.* † quam in his terminis deduxit Rota *recent. par. 5. decis. 64. num. 2. & decis. 258. num. 1.* cum concordantibus.

3 Non attenta exceptione simulationis contractus, † quia pactum redimendi, & locatio subsequuta rei emptæ facta
4 ipsi venditori, non improbantur in iure, † & quotidie in illis partibus fiunt, atque ita continuatio possessionis non
5 arguit simulationem, † cum possessio sit ex noua causa con-
6 ductionis, † nisi concurrant vrgentes coniecturæ animum simulandi suadentes, vt adductis concordantibus Rota *recent. par. 15 decis. 2. numer. 1. & 2. & in Perusina simulationis contractus 8. Martij 1664. coram bon. mem. Verospio, 17. Iunij 1669. coram R. P. D. meo Vicecomite, & in Tudertina affictuum prædij 24. Februarij 1676. §. prout coram R. P. D. meo Calataiu*, & plenè in *Ferrarien. Bonorum 31. Ianuarij, & 15. Iunij 1676. coram Reuerendissimo D. meo Albergato Decano*; Minusque illa deduci potest ex relatione periti, quia cum
7 iste electus fuerit à iudice incompetente † pendente causa in Curia, quæ postea à Signatura remissa fuit ad Rotam, atque in contumaciam partis, quæ ob hanc litis pendentiam de
8 perito renuit concordare, † nulla ex inde insurgit probatio, tam ex defectu personæ, quam ipsius peritiæ, referentis
9 valorem bonorum de tempore præsenti, † cum in hoc iudicio inspiciatur valor de tempore contractus per ea, quæ in proposito deducunt Ridolphin. *in praxi par. 1. cap. 8. num. 15.* Rota *coram Coccin. decis. 1346. num. 18. & in Tudertina affictuum prædij 28. Martij 1672. §. de Peritis coram R. P. D. meo Taia, & 24. Februarij 1676. §. nec minus coram R. P. D. meo Calataiu.*

Minusque modicitas pretij † probatio ex notula quan- 10
titatis fructuum recollectorum à Benedicto venditore † con- 11
scripta, quia illa vti priuata, nec pro scribente, nec contra eum probat *Genua de scriptur. priuata lib. 5. tit. Scartafaccij num. 4. adden. ad Baratt. decis. 282. lit. B.* Rota Ianuen. *decis. 1. num. 12. &* Rota *nostra coram Buratto decis. 276. num. 11. & d. decis. 282. numer. 6 & in recent. par. 4. tom. 2. decis. 273. numer. 13.*

Nec denique probatio hæc insurgit ex venditione alterius prædij finitimi, † quia cum sit vnica non potest ex illa de- 12
sumi valor aliorum prædiorum vicinorum, cum præsumi possit, vel ratione affectionis, † vel alia de causa pro tan- 13
to pretio venditionem factam fuisse, nisi plures venditiones concurrerent, † quæ commune pretium constituere vide- 14
rentur iuxta notata per DD. *in l. pretia rerum 63. ff. ad l. falcid.* Grat. *discept. 461. num. 15. & 16.* Rota *in d. Tudertina affictuum 24. Februarij 1676. §. & vlterius coram R. P. D. meo Calataiu.*

Præterea ad excludendam pretij modicitatem, illiusque iustitiam asserendam, ponderabant DD. † prædium con- 15
trouersum esse suppositum fideicommisso in dies purificando, quodque venditor defunctus multo ære alieno grauatus erat, ideoque imminebat periculum euictionis ob illius creditores, quodque nulli sunt dati fideiussores pro euictione, & denique, quod iam est sequuta euictio quinque petiarum, atque adest pactum redimendi, † quod pariter diminuit de 16
iusto valore ex latè deductis in Romana Læsionis 11. Martij 1676. coram R. P. D. meo Bourlemont.

Et ita vtraque parte informante resolutum fuit.

R. P. D CALATAIV.

Asten. Præposituræ.

Veneris 29. Ianuarij 1677.

ARGVMENTVM.

Ob homicidium commissum prætendebatur Beneficiatum fuisse suo beneficio priuatum, quod deindè ab alio impetratum erat; cum autem de manutentione quæreretur, illa priori Beneficiato conceditur, quia in gradu appellationis illi absolutio, ac etiam restitutio fuit concessa; & proindè huic nouo impetranti, nec minus regulam de triennali possessore suffragari posse deciditur.

SVMMARIVM.

1 *Possessio probatur per publicum instrumentum adeptionis illius.*
2 *Possessio instrumentalis alio non existente in possessione plenè probat.*
3 *Possessio Beneficiati probatur ex confessione partis impetrantis beneficium ex causa priuationis illius.*
4 *Manutentio possidenti conceditur.*
5 *Manutentio Beneficiato conceditur aduersus impetrantem beneficium ex causa priuationis illius, & quando.*
6 *Decretum, seu rescriptum S. Congregationis directum Episcopo, vt beneficiatum condamnet ad triremes, & interim prouideat Ecclesiam.*
Non importat illum fuisse beneficio priuatum, ibidem.
7 *Priuationem beneficij non concludunt verba, quod beneficiatus condemnetur ad triremes, & interim consulatur Ecclesiæ.*
8 *Possessionem beneficij continuasse dicitur beneficiatus, quamuis de delicto inquisitus, si illud purgando, fuerit absolutus.*
9 *Condemnatio facta ab Episcopo Beneficiato non nocet, si ille in gradu appellationis absolutus sit.*
10 *Manutentionem non impedit priuatio beneficij facta ab Episcopo, si postea Beneficiatus fuerit absolutus.*
11 *Possessor pacificus, nec triennalis dicitur ille, qui vigore suæ prouisionis primum possessorem in iudicium vocare debuerat, & non vocauit.*

12 *Regula Cancellariæ de triennali possessore vitioso, & improbo possessori non suffragatur.*

DECISIO CCCXIX.

CVm Abbas Secundus Antonius Senarius impetrasset
à Sede Apostolica Præposituram Ecclesiæ Parochialis
Loci Scorzelenghi Asten. Diœcesis ob incapacitatem Ste-
phani Stratæ vltimi illius possessoris, qui, vt asseritur in
Literis Apostolicis, patrauerat homicidium, dubitans de
viribus suæ prouisionis, obtinuit commissionem iactationis
iactationum mihi directam; Vndè dedi dubium: An ipsi,
vel Stephano esset danda manutentio, quam Domini Ste-
phano dandam esse censuerunt.
1 Quia † constat de eius anteriori possessione per publi-
cum instrumentum possessionis, Summario eiusdem *num.* 3.
2 † quod alio tunc non possidente, plenam facit probatio-
nem, Bich. *decis.* 181. *numer.* 1. prout de eius continuatione
constat etiam ex depositione plurium testium, dicto Sum-
3 mario *num.* 4. iuncta confessione d. Abbatis Secundi, † qui
4 ex hac eadem causa dictum Beneficium impetrauit, † vn-
dè eidem venit danda manutentio, §. *retinendæ instit. de in-*
5 *terdict.* & in specie manutentionis concedendæ † Benefi-
ciato, aduersus eum, qui prætendebat possidere ob eius-
dem Beneficiati priuationem resultantem ex homicidio in
Seguntina, & Conchen. Beneficiorum 22. Iunij 1657. in princip. coram bon. mem. Priolo.

Non obstat, quod Stephanus amiserit possessionem Be-
neficij ob decretum Sacræ Congregationis Episcoporum, &
Regularium, quæ rescripsit Episcopo Astensi, vt illum ad
6 triremes condemnaret, † & interim prouideret, ne Ec-
clesia in spiritualibus, & temporalibus pateretur detrimen-
tum, quia contrarium conuincitur, tum ex verbis decreti
7 dictæ Sacræ † Congregationis, quæ talem priuationem
non important, sed tantum vt Ordinarius seruatis seruan-
dis, illum ad triremes condemnaret, & interim dum in-
strueretur iudicium, prouideret ad Ecclesiæ indemnitatem,
Summario Stephani *num.* 1. tùm etiam quia dictum decre-
8 tum non habuit effectum, † quia cum postmodum inqui-
situs, appellauerit ad Sacram Congregationem, ab eadem
fuerit admissa appellatio, & successiuè huc in carceres ad-
ductus, purgando delictum, fuerit absolutus, remittendo
illum ad Curam, dicto Summario *num.* 1. ideò possessionem,
quam habebat semper retinuit, ac per consequens si ab Or-
9 dinario fuerit condemnatus, † hoc casu condemnatio de-
10 linquenti non nocet, nec impedit, quod ei † manutentio
concedatur, Bich. *decis.* 399. *num* 10. & *decis.* 308. *num.* 11. *par.* 12. *rec.*

Minus releuat, quod Abbas Ferrarius sit possessor pacifi-
cus triennalis vigore prouisionis, quam à Sede Apostolica
11 reportauit, † quia talis dici non potest, quando, prout hic,
ex tenore Literarum Apostolicarum tenebatur citare Præ-
positum Stratam possessorem, quod cum non fecerit, dici-
12 tur vitiosus, & improbus possessor, † cui dicta regula non
suffragatur, Mandos. *ad reg. Cancellariæ 29. quæst. 5. num.* 2.
Rota *decis.* 178. *num* 18. *par.* 11. *rec.*

Et ita vtraque parte informante resolutum fuit.

R. P. D. CALATAIV.

Vrbeuetana Legatorum.

Veneris 27. Februarij 1677.

ARGVMENTVM.

Alimenta, victus, & vestitus legata sunt vxori in domo hæredis, quæ licèt à principio taxata in scutis 60. tamen quia visum est pro illis hæredem in sua domo, nonnisi annua scuta quadraginta impendere potuisse, ad hanc igitur summam fuerunt reducta, quia licèt verum sit, quod stante lite, etiam extra domum illa debeantur; attamen quia hæres plus impensurus non erat in eis, nil amplius legataria prætendere poterat.

SVMMARIVM.

1 *Alimenta victus, & vestitus alicui relicta à Rota taxata sunt in annuis scutis 60. sed vid. num. seqq. & num.* 9.

2 *Alimenta si à iudice excessiuè taxata fuerunt, reducenda sunt.*

3 *Alimenta vxori relicta in propria domo, & in communione cum filijs, quomodo, & in qua summa taxari debeant.*

4 *Conditio, quod legatum alimentorum præstetur in domo hæredis, & in illius mensa, censetur adiecta fauore eiusdem hæredis.*

5 *Hæres minus grauatur præstare alimenta legatario in propria domo, & in sua mensa, quàm extra.*

6 *Lites, & inimicitiæ inter hæredem, & legatarium subortæ, non permittunt illos amplius conuiuere in eadem domo, vel mensa.*

7 *Alimenta quamuis relicta in domo, adhuc ex causa litis, & inimicitiæ debentur extra domum.*

8 *Legatarius, cui legata sunt alimenta in domo hæredis, si ex causa inimicitiæ illa petit extra domum, non potest prætendere plus quam quod hæres in propria domo impensurus esset.*

9 *Victus, & vestitus in domo hæredis alicui legatum, licèt ex causa etiam extra domum debeatur, in annuis tamen scutis 40. taxari visum est.*

DECISIO CCCXX.

IVxta resolutionem factam sub die 6. Martij proximè præ-
teriti, quod Angelicæ deberetur vtrumque legatum sibi
relictum in Testamento Gabrielis eius Viri, nempè annua
scuta viginti, & victum, & vestitum, † quem Rota taxa- 1
uit in alijs scutis sexaginta, petijt hodie eadem Angelica ex-
peditionem causæ, & Domini agnoscentes excessiuam ta-
xatione dictorum alimentorum, † ordinarunt mihi, vt re- 2
ductis alimentis ad annua scuta quadraginta, Causam ex-
pedirem.

Moti sunt ex eo, quod Testator legauit Vxori victum,
& vestitum in domo eius propria, & in communione † cum 3
eius filijs, & talis conditio † censetur adiecta fauore hæ- 4
redis, qui minus grauatur præstare alimenta in communi,
& in propria domo, quàm extra domum, Bart. *in l. Cnio §. Imperator ff. de aliment. & cibar legat.* Castr. *in l. diuortio §. solut. matrim.* Ruin. *consil.* 101. *numer* 3. *volum.* 2. Rota *decis.* 680. *num.* 13. *par.* 4. *tom.* 3. *recent.* Vndè quamuis ob lites subor-
tas inter hæredem, & legatarium † non sit permittendum 5
eosdem conuenire † in eadem domo, & in eadem mensa, 6
Iason. *consil.* 44. *num.* 3. *volum.* 2. Roland. *consil.* 22 *num.* 12. *volum.* 1. Menoch. *de arbitr. iud. cas.* 170. *nu* 16 Surd. *de aliment. tit.* 4. *quæst.* 13 *num.* 28. Ioseph Ludouic. *decis. Perus.* 46. *num.*
10. & concurrente rationabili causa possit Iudex † decerne- 7
re, vt alimenta relicta in domo, subministrentur extra do-
mum, *l.* 1. *§. Et solet ff. vbi Pupil. educ. aut morar. deb.* Roland. *dicto consil.* 22. *num.* 12. *cum seqq.* Menoch. *vbi supra num.* 15. Beninten. *decis.* 43. *num.* 2. & *coram Millino decis.* 377. *num.* 5.
& *seqq.* tamen legataria non potest prætendere, † nisi æsti- 8
mationem eius, quod hæres in propria mensa soluet pro ipsa
impensurus, vt probant auctoritates supra adductæ; † Qua- 9
propter habito dicto respectu, congrua visa est taxatio in
summa scutorum quadraginta, prout aliàs in dicta summa
Rota taxauit alimenta, vt *in recent. decis.* 150. *numer.* 8. & *in decis.* 442 *num* 1. *par.* 14.

Et ita resolutum fuit.

R. P. D. EMERIX.

Cauallicen. Decimæ fœni.

Lunæ 8. Martij 1677.

ARGVMENTVM.

Duæ conclusiones principalitèr deciduntur; Altera, quod de terris decimabilibus nouitèr ad prata redactis debeatur decima fœni, alioquin persolui non consueta; Alia etiam, quod vnio facta per verbum *perpetuò incorporamus, & vnimus*, sit plenaria, & perpetua, quo stante ius decimandi, quod competebat Parocho, transit in Monasterium, cui vnio facta est, de qua plura etiam in eadem decisione deducuntur.

SVM-

S V M M A R I V M.

1 *Vnionem plenariam importans verba, perpetuo incorperamus, annectimus, & vnimus.*

2 *Vnio facta cum omnibus iuribus, & pertinentijs, dicitur plenaria, & perpetua.*

3 *Decimæ, quæ ante vnionem percipiebatur à Parocho, percipiuntur postea à Monasterio, cui fuit vnita Parochia.*

4 *Consuetudo non soluendi decimas ex certis fructibus, quatenus extendatur, vel non extendatur ad aliam speciem fructuum, & num. seqq.*

5 *Subrogatio de vna specie fructuum ad alienam, fieri debet, eaque fit à iure, quoties adest causa vniuersalis decimandi.*

6 *Decimæ, quæ percipiebantur ex terris satiuis, debentur etiamsi illæ redigantur ad prata, quamuis de pratis nullà decima solueretur.*

7 *Decima, quæ non debetur ex pratis antiquis, debetur quidem ex terris nouiter redactis ad prata.*

8 *Decimis priuari non potest Parochus ex mutatione seminis non decimabilis, quæ fit à Colono, & num. 7.*

9 *Vnio facta in casu vacationis, seu dimissionis beneficij, non suffragatur, si beneficiatus superuixit Pontifici vnienti.*

10 *Regula Cancellariæ reuocatoria vnionum, eas tollit, quæ*

11 *Ex quibus dicatur suum effectum sortita. non sunt effectum sortitæ.*

12 *Vnio facta pro simplici augumento redditum, non supprimit titulum beneficij, & num. seq.*

13 *Parochiæ iura Ecclesiæ simpliciter vnita pro sola applicatione redditum, remanent penès Vicarium.*

14 *Vnione plenariè, & perpetuò facta Monasterio, exercitium curæ actualis remanet penès Vicarium, in d. Monasterium, vel Ecclesiam habituale translato.*

DECISIO CCCXXI.

PRæuia decisione emanata coram Reuerendo Patre Domino meo Taia impressa in recent. decis. 101. p. 13. fuer. : per Sententiam Rotalem concessa Monachis Carthusiæ Boni passus manutentio in quasi possessione percipiendi decimam fœni in toto Territorio de Canis montibus, tam ex terris olim satiuis, & nouiter ad prata redactis, quàm ex illis, quæ antiquitus erant pratiua, cumque ab ea Communitas, & Homines de Cauis montibus prouocassent, & Signatura causam appellationis commisisset bonæ memoriæ Auunculo meo, cum facultate manutenendi quem de iure, & Rota ordinasset, vt videretur de bono iure, prodijt die 18. Iunij 1663. coram eo decisio, constare de bono iure Carthusiæ, quoad prata noua, reseruata particulari discussione super antiquis, cuius decisionis fundamenta hodie Domini coram me, in eius locum suffecto, iterum approbantes, steterunt in decisis.

Siquidem Bonum ius Carthusiæ liquidò resultat ex verbis vnionis Ecclesiæ Parochialis Sancti Simphoriani de Cauis montibus factæ dicto Venerabili Monasterio per sanctæ memoriæ Clementem Sextum de anno 1347. ibi: in perpe-
1 tuum incorporamus, annectimus, & vnimus † quæ important vnionem pleno iure cum translatione curæ, ac omnium iurium spiritualium, & temporalium, Rota *decis. 257. num. 2. par. 3. decis. 30 num. 1. par. 6. rec. decis. 23. num. 23 coram Zarate dec. 421. num. 3. & seqq. coram Bichio, & in Pampilonen. iurium Parochialium 11. Martij 1667. §. fortius coram Re-*
2 *uerendiss. D. Ottalora*, iunctis maximè alijs cum omnibus † iuribus, & pertinentijs suis, Rota *coram Caual. decis. 399. num. 3. & 4. coram Merlin. decis. 115. num. 6. & 7. coram Zarate decis. 23. num. 21. & in rec. decis. 630. num. 27. par. 4. tom. 3. & decis. 21. num. 6 & 7. par. 6* operanturque, vt sicut ante vnionem Parochus habebat ius reale, & vniuersale percipiendi
3 omnes decimas, † ita illud post vnionem habeat Monasterium, Rota *coram Verall. decis. 339 num. 2. par. 3. decis. 30. nu. 1. & seqq. par. 6. & decis. 161 num. 6. par. 8. recent.* non obstante prætensa consuetudine non soluendi decimas fœni ex
4 pratis antiquis, † quia stante iure reali, & vniuersali per-
5 cipiendi omnes decimas, † fit quoad prata noua subrogatio de vna specie fructuum ad aliam, vt præter allegatos in vtraque parte decisione causæ dixit Rota *decis. 322. nu. 6 & seqq. coram Bichio in Carpentoraten. decimarum 28. Iunij 1675. §. nihil obstante, & § nam cum cetra coram R. P. D. meo Taia, in Conchen. decimarum 17. Aprilis 1676. §. quia respondetur co-*
ram me, & in terminis mutationis terrarum satiuarum † ad 6
pratiuas *decis. 321. num. 6. par. 15. rec.* itaut consuetudo non soluendi decimam ex pratis antiquis, † non suffragaretur 7
respectu terrarum de recenti ad prata redactarum, ne alioquin sit in potestate Colonorum, † mutando semen, auferre 8
ius Parochis, & tractu temporis eos frustrare decimis ipsis omni iure debitis, vt aduertit Rota *decis. 666. num. 1. par. 3. & decis. 302. num. 2. par. 4. & decis. 591. numer. 10. par. 5. rec. & decis. 322. num. 8. coram Bichio.*

Nec subsistit, quod vnio prædicta non habuerit effectum,
† ex quo fuit concessa in casum futuræ vacationis per ces- 9
sum, vel decessum possessoris, qui supponitur superuixisse
dicto Pontifici, proindéque remanserit reuocata † per sub- 10
sequentes regulas Cancellariæ reuocatorias vnionum, vt dixit Rota *coram Eminentiss. Ottobono decis. 281. numer. 6. cum seq.*

Quia quidquid sit de dicta superuiuentia, quæ non ostenditur, & de cessione, quæ tamquam quid facti non præsumitur, constat ex pluribus vnionem fuisse effectum sortitam, nempè ex antiquissima exactione decimarum aliorum fructuum, qui antequam recolligeretur fœnum, percipiebantur à Monachis, & non controuertitur à Communitate; Ex continuatis collationibus, & institutionibus factis ab Ordinario Cauallicensi de dicta Parochia ad nominationem, & præsentationem Prioris, & Monachorum vti Parochorum, & ex sententia eiusdem Ordinarij de anno 1594. lata contra Vicarium prouisum de eadem Parochia tamquam de libera, in qua in specie declaratur electionem, & nominationem spectare ad Monasterium in vim dictæ vnionis, & demum ex deputatione Prædicatoris, quæ fit in Quadragesima ad nominationem Prioris Carthusiæ, vti Pa-
rochi dictæ Ecclesiæ Sancti Simphoriani, † ex quibus om- 11
nibus remanet exclusa quælibet prætensa ineffectuatio vnionis, Turricell. *de vnione cap. 14. numer. 12. & 14.* Rota *decis. 2323. num. 6. & 7. coram Coccin. & decis. 330. num. 11. & seqq. par. 6. rec.*

Minus subsistit, quod ista vnio facta fuerit Monasterio Carthusiæ pro simplici augumento redditum, ideoque non per extinctionem, & suppressionem nominis, & tituli be-
neficij, † sed per viam dismembrationis, & applicationis 12
fructuum, per quam redditus Monasterij augerentur, † re- 13
seruato iure Parochiæ penès Vicarium perpetuum, vt dixit Rota *in Vasionen Vicariæ 17. Aprilis 1676. § in nihilo coram R. P. D. meo Vicecomite*

Quoniam contrarium desumitur tum ex verbis vnionis superius recensitis, tùm ex quo in Bulla eiusdem vnionis reseruata fuit certa congrua ipsi Vicario, ex qua commodè sub-
stentari posset, iuraque episcopalia persolueret, † signum quod 14
penès ipsum remansit tantum exercitium, & cura actualis, habitualis verò translata fuerit in Monasterium, Rota *coram Merlino d. decis. 115. num. 7. coram Zarate decis. 23. num. 19 in recent. decis. 88 num. 12 par. 9. & decis. 49. num. 21. & seq. par. 15.*

Et ita, vtraque Parte informante resolutum fuit.

Hæc decisio fuit promissa supra in hac eadem parte in calce alterius decisionis præsentis causæ in ordine 35.

R. P. D. RONDININO.

Romana Saluiani.

Lunæ 15. Martij 1677.

A R G V M E N T V M.

Duo principaliter continet hæc Decisio; Alterum, quod immissio contra meliorantem concessa sine retentione suorum melioramentorum, sit iniusta, de eaque opponi possit etiam per sententiam, modò tamen illa exequuta non sit; Alterum etiam, quatenus, & in quibus cessionario suffragetur cessio censusextincti, de quibus itaque plura in eadem decisione declarata sunt.

S V M M A R I V M.

1 *Ægidiana non intrat, stante iniustitia sententiæ.*

2 *Sententia concedens immissionem sine retentione melioramentorum, remanet iniusta, & quando.*

3 *Immis-*

3 *Immissio, vbi adsunt melioramenta, pro quibus competit retentio, citra labem iniustitiæ concedi non potest.*
4 *Clausula* præstita fideiussione de reficiendo melioramenta, *non suffragatur quotiescumque de eis saltem in genere constat.*
5 *Possessor, qui meliorauit, non potest sua possessione priuari, nisi prius sibi præfixo termino ad liquidandam melioramenta.*
6 *Terminus ad liquidanda melioramenta, quamuis non fuerit à parte petitus, concedendus est, & quando a. anteced. & seqq.*
7 *Actor qui petit executionem sententiæ, tenetur illam iustificare ex eisdem actis.*
8 *Reus qui impugnat sententiam, potest deducere non esse locum exequutioni, non solum ex iisdem actis, sed etiam ex nouis.*
9 *Exequutio vbi non est facta, sed facienda, ad aliam impediendam, possunt etiam noua iura, nouaque probationes adduci.*
10 *Probatio noua tendens ad corroborationem antiquæ, fieri potest etiam post terminum.*
11 *Solutione eius quod debetur, omnis actio cessat, & omnis tollitur obligatio.*
12 *Fructus census extincti, mediante disdicta, non amplius debentur, quamuis adhuc ille translatus sit quia verè remanet extinctus.*
13 *Census per actum retrosimilem extinctus, licet dicatur cessus, attamen realiter est extinctus, & cessio in hac causa quid importet, num seqq.*
14 *Census quod verè extinguatur, & illius iura cedantur insimul stare possunt, & num. seqq.*
15 *Cessio census extincti quid operetur, & ad quem effectum cessionario suffragari possit.*

DECISIO CCCXXII.

VIgore cessionis obtentæ à PP. Sancti Caroli ad quatuor fontes ob censum illis solutum, immissionem in Saluiano obtinuit Ludouicus Cremona pro scutis 700. super domo possessa à Vincentio, & Fabritio de Vrsinis, eisque vendita à bonæ memoriæ Mutio Materio, quæ domus proueniebat à Flauio Buccarino fideiussore, & in solidum obligato pro censu prædicto; Commissa autem in plena Signatura appellationis causa cum clausula, *constito quod sit locus Ægidianæ*, illi locum non esse hodie Domini responderunt.

1 Posita enim vulgata regula, † vt nempè stante iniustitia
sententiæ Ægidianæ locus non sit, dicebant Domini de
iniustitia sententiæ concedentis immissionem Ludouico
2 Cremona in controuersia domo † constare ex neglecta re-
3 tentione pro melioramentis, † de quibus dictum fuit: Quibus stantibus immissio citra iniustitiam concedi non poterat, ad *text. in l. Paulus §. Domus pignori data ff. de pignor.* Gallés. *de oblig. cam quæst. 2. num. 12.* Rota *coram Caualer. decis. 66 num. 4. & post Merlin. de pignor. decis. 87. numer. 1. & in Romana vineæ coram Meltio, in recent. par. 13. decis. 149. num. 12. & decis. 2; 8 illo eodem num.*

Nec satisfactum fuit per clausulam in sententia Iudicis à quo appositam, præstita nempè fideiussione de reficiendis
4 melioramentis, postquam fuerint liquidata, † quia cum
non possit impugnari probatio melioramentorum, saltem
in genere, non poterant possessores ab eorum possessione
5 amoueri, † nisi prius præfixo eis termino pro meliori illorum liquidatione, prout præfigendum esse Domini dixerunt iuxtà antiquam huius Tribunalis praxim; de qua Put. *decis. 461. in fin. lib. 2. in correct. & in diuers. par. 2. decis.* 120. Caualer. *decis. 86. num. 5.* Merlin. *decis. 363. num. 6. & 7.* Bich. *decis. 304 num. 11 & seqq. & in recent. par. 5. decis. 188 num. 6. & 7. par. 13. d. decis. 149. nn. 13. & seqq. & in Rauennaten. Saluiani 13. Februarij 1674. §. finali & 15. Iunij eiusdem anni coram R. P. D. meo Emerix*, & in terminis similis sententiæ præseruantis ius melioramentorum apud Pacific. de Salu. *decis. 77 sub num. 3.*

Et hæc procedere dicebant DD. quamuis in actis prioris
6 Iudicis non doceatur de petitione termini ad liquidanda †
7 melioramenta in genere saltem probata, † quia licèt Actor
qui petit executionem sententiæ teneatur illam iustificare
ex iisdem actis; Reus tamen qui illam impugnat, potest
8 deducere, non esse locum executioni, † non solum ex iis-
dem Actis, sed etiam ex iuribus nouiter deducendis, sicque,
9 quando, vt in casu, non est facta executio, sed facienda, †
sufficit hodie hanc exceptionem adducere, & declarare, cum
tendat ad corroborationem probationis antiquæ, † quod po- 10
test fieri etiam post terminum, Bald. *in cap. 1. in princ. de fid. instrum & in Authen. si quis in aliquo num. 2 & 3. C. de eden.* Gabr. *commun. concl. tit. de testibus conclus. 21. num. 38.* Rota *post Pacif. de Salu. decis. 54. per tot. & coram Coccin. dec. 56. num. 4. & 5.*

Addebatur defectus crediti in Actore, cum debitum,
cuius vigore actum fuit solutum fuisset, † ac ideò omnis 11
actio cessat §. 1. *institut. quibus modis tollitur obligatio* cum concordan.

Quod autem debitum solutum fuerit, deducebatur ex eo, quod Cremona Actor pro credito census, de quo agitur habuit scuta 1150. pro pretio locorum vndecim cum dimidio Montis Vngarici; Aliaque scuta 151a. ex fructibus dictorum locorum, scuta 700. ex deliberatione alterius domus eiusdem Flauij Buccarini census fideiussoris: Quæ summæ superant creditum eiusdem Actoris, vt in calculo Summatio de Vrsinis, & Maretijs *num.* 10. cùm fructus census decursi post reportatam cessionem à Patribus S. Caroli, de
qua ab initio dicebatur, illi non debeantur, † cùm census 12
extinctus fuerit, non autem translatus, præcedente disdicta eiusdem, & subsecuta extinctione mediante actu retrosimili summæ eiusdem Cremonæ *numer.* 1. & Summario de Vrsinis, & Materijs *numer.* 7. verbaque cessionis loquuntur
tantùm de iuribus, † & sic non repugnant extinctioni 13
census, quamuis cedantur iura ipsius census, † quia 14
benè stat, quod census ipse extinguatur, & quod illius
iura cedantur ad effectum agendi pro recuperatione so-
luti, † & ad effectum retinendi bona debitoris aduersus 15
posteriores creditores, & adhuc non remaneat census viuus, & fructiferus in futurum ad fauorem extinguentis, quamuis illum tueatur, quod creditores posteriores, eique prosit quoad principalem debitorem respectu sortis extinctæ, & fructuum decursorum in præteritum vsque ad diem extinctionis, Amat. Panormit. *resol. 7. num. 32.* Posth. *resol. 39. num. 25. & seqq. & num. 37* Rota *coram Merlin. decis. 650. sub num. 8. & seqq. & decis. 666. ex num. 1.* Caril. *decis. 274. ex num. 11.* Dunoz. iun. *decis. 158. sub numer. 4. & 5. & decis. 178. num. 4.* Card. Cels. *decis. 116. num. 9. & in rec. par. 6. decis. 135. numer. 19. & in Romana Saluiani 14. Februarij 1667. ex §. quo vero ad anterioritatem vsque ad finem coram Illustriss. Otalora Præside Granaten.* & latè in *Romana census 30. Ianuarij 1671. §. & 1. & seqq. coram R. P. D. meo Vicecomite impress. in addit. ad Oleam de cess. iur. decis. 67.*

Et ita Cremona Actore, Vrsinis Possessoribus, & Mareio illorum necessario Defensore informantibus &c.

R. P. D. PAVLVCCIO.

Foroliuien. Legati Doctoratus.

Lunæ 5. Aprilis 1677.

ARGVMENTVM.

Pro obtinendo legato à Testatore relicto illi; qui certo tempore studiorum cursum incipere, & successiuè continuare debebat, petitum fuerat examen, hic in Curia faciendum, in hac Decisione concessum, quia materia articulata releuare visa est, dum probatione perfecta, legato locus esse debebat; eo magis quia agebatur de probando facto notorio in Archigymnasio Sapientiæ Romanæ sequuto.

SVMMARIVM.

1 *Studium solum, & sic nudum factum probare non sufficit, vbi testator, etiam illius initium interuenire voluit.*
2 *Examen quoties est releuans, & fieri petitur in curia, numquam denegari consueuit, & numer. 8.*
3 *Articuli releuantes etiam sine fumo, admittuntur, præsertim in curia.*
4 *Articuli dicuntur releuantes siue directè, siue indirectè faciant ad causam.*
5 *Probandi facultas angustianda non est.*
6 *Releuantia articulorum est euidens, quoties probatio*

satisfacit

satisfacit menti, & intentioni defuncti.

7 *Articuli releuantes dicuntur, si ab illis dependet victoria causæ.*

9 *Studium expleuisse in Archigymnasio sapientiæ Romanæ nemini probate denegatur.*

DECISIO CCCXXIII.

DIsceptantibus Francisco, & Antonio de Torellis, &
vtroque sibi vindicante legatum annuum à Syluio
Torello Seniore relictum illi ex certis descendentibus, qui
post nauatam incessanter operam vtriusque iuris studij ad
septennium in publica Vniuersitate Italiæ, vellet Romam
pergere, & Romanam Curiam sequi, sub die 14. * De-
cembris proximè præteriti Domini dixerunt neutri lega-
tum deberi, & præcipuè non deberi Francisco, qui licèt
lauream Doctoratus se adeptum ostendat, non autem
initium præcisum studij, & eius continuationem per se-
1 ptennium, vsque ad lauream † iuxtà præscriptum Testa-
toris probaret; Cum igitur ipse magis exactam probatio-
nem instituere vellet, & articulum exhibuisset, dedi du-
bium: num articulus esset admittendus, & Domini admit-
tendum censuerunt.

Materia enim est releuans, & quod magis est, Testium
2 examen est faciendum in Curia, † quibus conspirantibus,
Rota admissionem articulorum negare non censuerit, iux-
3 tà vulgatam *decis. Capusq.* 47. *par.* 1. & admittuntur † etiam
absque sumo, *Gregor. XV. dec.* 124. *num.* 1. *decis.* 403. *num.* 3.
4 & 152. *num.* 3. & *coram Cels. decis.* 12. *num.* 1. siue directè, †
siue indirectè faciant ad causam, Rota *coram Eminentiss.*
5 *Cerro decis.* 483. *num.* 3. *par.* 14. *rec.* cum probationum † facul-
tas non sit angustianda, *cap. quoniam vt lit. non cont. l. quo-
niam C. de hæret.*

6 Releuantia est euidens, † nec in dubium reuocari po-
test, probato enim studij initio, & eiusdem continuatione
per septennium vsque ad lauream adeptam, iam videtur sa-
7 tisfactum menti, † ac dispositioni Testatoris. Articulus
autem est releuans, à quo pendet victoria causæ, Caual.
decis. 232. *num.* 2. Bich. *decis.* 270. *num.* 7. nec dubium, quin
8 materia sit prophana, † & examen in Curia sit habendum,
cum Franciscus probare intendat studium peractum in Sa-
9 pientia † Almæ Vrbis, nihil ergo visum, quod admissio-
nem articuli debeat remorari.

Et ita Francisco tantum informante.

R. P. D. RONDININO.

Romana Legatorum.

Veneris 30. Aprilis 1677.

ARGVMENTVM.

Duplex legatum Ecclesiæ relictum; Alterum quod liberum eidem Ecclesiæ remaneat; alterum verò in certis bonis præstandum, cum obligatione iniuncta hæredi, soluendi quid annuum, donec ad assignationem deueniret, ita interpretatum est, vt primum non solum à canone per Testatorem expresso immune præstetur, sed etiam à solutione Laudemij, vel quindennij; Alterum verò, quod assignatione sequuta, hęres ad annuam præstationem amplius non teneatur.

SVMMARIVM.

1 *Hæres potius, an Legatarius quatenus subire teneatur onus laudemij, vel quindennij rei legatæ.*

2 *Verba generalia non restringuntur à verbis specialibus postea à testatore expressis.*

3 *Species expressa post genus non restringit genus, sed gratia demonstrationis censetur apposita.*

4 *Legatum à testatore factum per verba* che il legatario habbia la casa libera da ogni peso *quomodo præstandum sit, & sup. à num. 2. & seqq.*

5 *Verba à testatore prolata in vim rationis, si magis latè pateant, quam dispositio, illam extendunt ad omnes casus in ratione contentos, & num. seqq.*

6 *Hæres tenetur liberare legatum non solum à debito per testatorem expresso, sed etiam ab omni alio, si illud liberum ipsi legatario peruenire debet.*

7 *Legatum pium ita interpretari debet, vt liberum ab omni onere legatario præstetur.*

8 *Hæres non tenetur supplere aliquid pro legato postea quam illud legatario persoluit.*

9 *Testator si quid legatario persolui mandauit, donec sibi legatum soluatur, hoc, vsque ad solutionem præstari voluisse censetur.*

10 *Dictiones* sin'à tanto, & sin che *æquipollent dictionibus* donec, & quousque, & *num. seq.*

11 *Dictiones* donec, & quousque *reddunt quidem actum conditionalem, sed impleta conditione, illum faciunt esse purum.*

12 *Quantitas conditionaliter legata, donec aliquid per eodem legato præstetur, dicitur esse in obligatione ante factam præstationem, non autem postea.*

13 *Diminutio, & augumentum rerum assignandarum, assignatione sequuta, spectant ad legatarium, non autem ad hæredem, & num. 14.*

14 *Legatarius post sibi assignatum legatum, remanet dominus rei legatæ.*

15 *Testator si in certis bonis, certam etiam assignationem præstari mandauit, an perpetuo illum demandasse dicatur.*

16 *Bona certa, & particularia si alicui assignari debent hoc intelligitur respectu proprietatis, non autem respectu fructuum.*

17 *Legatum vnicum dicitur, non autem plura, & perpetua, quamuis pro illo certa, & particularia bona assignari præcipiatur.*

18 *Priuilegium piæ causæ operatur in dubio, non autem in claris.*

19 *Testator potest legatum certa lege in Ecclesiam conferre, vt proinde cæteris priuilegijs eiusdem Ecclesiæ non gaudeat.*

DECISIO CCCXXIV.

REassumpta disputatione, præterito mense Februarij
dilata, Domini dixerunt hæreditatem Iacobi Do-
minichini teneri ad laudemium, & quindennia debita, ra-
tione domus Archiconfraternitati SS. Ioannis Euangelistæ,
& Petronij Nationis Bononien. in Vrbe legatæ, atque è
conuerso hæreditatem eandem non teneri supplere redditus
assignandos pro adimplemento aliorum legatorum, quæ ei-
dem Archiconfraternitati reliquit, quamuis illorum dimi-
nutio contingeret.

Ratio resolutionis prioris partis fuit, quia prætermissa
quæstione, † an onus laudemij, & quindenniorum de iure 1
spectet ad hæredem vel ad legatarium, dicebant DD. ex fa-
cto sublatam esse omnem dubitationem, quia cum testator
voluerit: Che d. Chiesa habbia la medema casa libera da
ogni peso: non videtur generalitatem verborum aptam ca-
sus controuersos comprehendere, † restringi posse à sola li- 2
beratione à censu, & canone, quibus domus granata erat,
vt testator † expressit, quia non indè onus laudemij, & quin- 3
dennorum exclusit, dum non fuit loquutus per verba taxa-
tiua, † quo casu specificatio census, & canonum non restrin- 4
git dispositionem, cum censeatur facta gratia demonstra-
tionis, & cum verba superius relata in vim rationis, vt do-
mus † libera sit, & ab omni onere habeatur, magis latè pa- 5
teant, quàm dispositio ipsa, illam proindè extendunt ad ca-
sus omnes, per omnes omnimodam domus libertatem Ar-
chiconfraternitas legataria consequatur, vt in terminis te-
statoris, † qui legauit rem iniuncto onere hæredi, vt illam 6
liberaret à mutuo, addita ratione, vt quod sorori tuæ reli-
qui, integrum ad eam perueniat: quod hæres teneatur sol-
uere, non solum mutuum, sed quodcumque aliud debi-
tum, quo magis integrum, vt inquit Iurisconsultus, quod
testator dedisset, ad eam perueniat, est textus egregius in
l. nomen debitoris 33. §. *pater filio, vbi gloss. verb. releuaret ff. de
legat.* 3. & comprobant ea, quæ in proposito deducunt Ruin.
cons. 61. *num.* 35. *volum.* 5. Duard. *de censib.* § 3. *quæst.* 11. *nu.* 14.
Rota *coram Gregor. XV. decis.* 257. *num* 9. & 101 Adden. *num.*
13 *post Censium de censib. decis.* 522. *num.* 1. & *par.* 10. *recent.
decis.* 142 *num.* 35. & *seqq.*

Præsertim quia agitur de legato pio, † pro quo adhuc in 7
dubio capienda esset hæc interpretatio, vt liberum præsta-
retur, resque legata ab omni onere, & hypotheca per hære-
dem eximeretur, *Conc. de censibus quæst.* 79. *num.* 19. & *seqq.*
& *num.*

& num.45. Grat. *discept.256. num.29. & discept 615. num.7. & seqq.* Menoch. *consil. 996. num.13. Thorus de priuileg. piæ causæ priuil.188.* Rota *recent.par.9.decis.165.num 4.& seqq.* & latè *in Perusina legati 4.Maij 1671. per totam coram R.P.D. meo Bourlemont.*

Ratio resolutionis alterius partis dubij ea fuit, quod nempè assignatis certis redditibus pro adimplemento aliorum
8 duorum legatorum, vt Testator † præceperat, cessauit
omnis obligatio hæreditatis ad supplendum, quia Testator
noluit in plus illam obligare, quàm ad tradendum assi-
9 gnamentum, † vsque ad cuius traditionem annuum le-
gatum solummodo præstari voluit à suę voluntatis exequu-
toribus: Sin à tanto, che da loro sia fatto l'assegnamento
10 particolare: quæ dictiones, *sin à tanto*, † & *fin che* æqui-
pollentes dictionibus *donec*, & *quousque*, reddunt quidem
11 actum † conditionalem, sed adimpleta conditione ob fa-
ctam assignationem actus efficitur purus, & hæreditas libe-
12 ratur, & quantitas debita † dicitur esse in obligatione ante
tempus assignationis, non autem postea, Dec. *cons.61.num.
4.* Paris. *consil 20.num.7.volum 3.* Barbos. *tract.var.de diction.
dict.93.sub num.4. & 11. & dict.340.sub numer.1.* Rota *recent.
par.2 decis.162. num.4. & decis.475 .num.1.* vt proindè dimi-
13 nutio, & augumentum rerum assignatarum † post domi-
14 nij translationem spectent † ad legatarium, qui est domi-
nus, non autem ad transferentes, *l.1.& 2.C.de peric.& com-
modo rei venditæ* Cin. *in l.si quis argentum §.si verò redditus
C.de donat.* Surd. *consil 319.num.16.& in tract.de alim.tit.9 qu.
40 sub num.17.* Mantic *de coniectur.lib 9.num.2.* Castil. *contr.
iuris lib.4 cap.33.num.9.* Rota *recent.par 7.decis.283.num.24.
& par.11.decis.62.numer.7.& seqq.* & latè dictum fuit *in Romana prætensi supplementi dotis 5. Decembris 1653. coram
Eminentiss. Cerro.*

Neque contrarium voluit Testator, cum iussit fieri assi-
15 gnationem certam, & particularem, † quasi indetermina-
tam illius perpetuitatem quocumque tempore considerauerit,
quia dicebant Domini Testatorem id voluisse ad euitandam
incertitudinem, & vt omnia eius bona illorum legatorum
præstationi obnoxia essent, non autem importare
perpetuitatem reddituum, quia illæ dictiones: *certo, &
particulare*: sunt appositæ assignationi, quæ vnico actu con-
16 sumitur, † non autem fructibus, & redditibus ex re assi-
17 gnata percipiendis, qui perpetuitatem respicerent, † & sic
est vnicum tantum legatum, vt bene Soccin. iun. *consil. 60.
numer.4. vers.5. considero, & seqq. vol 3.* Rota *in d. Romana
prætensi supplementi dotis 5.Decembris 1653.§.facilius autem
coram Eminentiss. Cerro.*

18 Priuilegium autem piæ causæ operatur in dubio, † non
19 autem in claris aduersus voluntatem Testatoris, † qui be-
neficium certa lege potuit in Ecclesiam conferre, & in his
terminis dixit *Sacra Congregatio Concilij* fauore hæredis *in
Romana assignationis 5 Septembr. 1671.* quæ data fuit in publica
forma, & comprobauit Rota *in diuers.par.2. decis. 56.
num.7.& par.7.decis.283.num.24.& par.11.d.decis.62.num.7.
& seqq.& in d.Romana prætensi supplementi dotis 5. Decembris
1653.§.satisfacit coram Eminentiss.Cerro,& in d.Perusina
legati 4.Maij 1671.§. fin.vers. aut res est clara coram R.P.
D. meo Bourlemont.*

Et ita, vtraque Parte Informante, resolutum fuit.

R. P. D. RONDININO.

Carpentoracten. Census.

Veneris 7. Maij 1677.

ARGVMENTVM.

Sola materia compulsoriæ specialis, & illius requisita in hac Decisione tractantur, ad effectum probandi consuetudinem, circa modum, & qualitatem soluendi, in vna potiùs moneta, quàm altera, cuius itaque pro concessione concluditur, quia æquè de existentia, & releuantia scripturæ compulsandæ, ac etiam, quod absit, suspicio calumniæ sufficienter doctum fuit, prout de necessitate ad hunc effectum requiritur.

SVMMARIVM.

1 *Compulsorium specialem ad obtinendam tria requisita necessaria concurrere debent, & quæ illa sint num seqq. & per totam.*
2 *Existentia scripturæ compulsandæ, illius releuantia, & quod absit suspicio calumniæ probari debent pro obtinenda compulsoria speciali.*
3 *Consuetudo, & modus soluendi solitus inter partes attendendus est, isque etiam seruari.*
4 *Pacta, & obligationes intelliguntur contractæ iuxta modum, & consuetudinem Ciuitatis, in qua contrahitur.*
5 *Obseruantia inter partes sequuta, in solutionibus attendenda est.*
6 *Compulsoriæ pro concessione sufficit dubietas, quod illius probatio profutura sit.*
7 *Probationis faciendæ via præcludenda non est, nec præpostero iuris ordine, super illius releuantia prius incidenter decidendum.*
8 *Compulsoria, & remissoria à pari procedunt, & iisdem regulis iudicantur.*
9 *Suspicio calumniæ euitatur ex ipsa releuantia probationum.*
10 *Consuetudo generalis soluendi quamuis probata non sit, vel non adsit, potest tamen inter partes existere, adeoque seruari.*
11 *Probatio, & etiam suspicio calumniæ cessat, neque concludit ex possibili ratione in contrarium.*
12 *Compulsoria specialis conceditur sine retardatione processus iuxta stylum pro religione iudicantium, & ordinem iudiciorum.*

DECISIO CCCXXV.

CVm sub die decimanona Iunij 1676.coram me decisum fuisset, Communitatem Carpentoractensem teneri ad solutionem census controuersi in scutis auri de auro Regis iuxtà pactum inter partes conuentum, Communitas petijt compulsoriam specialem ad extrahenda quædam iura, ex quibus contrarium insurgere prætendebat, quam concedendam esse Domini responderunt.

Siquidem non dubitabantur concurrere † tria requisita 1
necessaria ad compulsoriam specialem obtinendam, vt
nempe constet de existentia scripturæ compulsandæ, † de 2
qua doctum fuit Summario Ciuitatis quinta Maij currentis
num.1. quodque scripturæ prædictæ releuent ad victoriam
causæ, & denique, quod absit, suspicio calumniæ, Vestr.
in praxi lib.6.cap 1.num.12. Rota *coram Buratt.decis.555.numer.1.*

Releuantia deducebatur ex eo, quod si probabitur consuetudo
vniformis soluendi scuta aurea Regis in obligatione
conuenta ad rationem sexaginta solidorum, vel trium li-
brarum, † illa erit seruanda, non secus ac si in pactis subin- 3
telligatur conditio, † vt illa censeatur adiecta iuxta consue- 4
tudinem Ciuitatis, in qua contrahitur, † & iuxta obser- 5
uantiam subsequutam inter easdem partes, Bart. *in l. Paulus
num.1.ff.de solut.* Cenc. *de censibus quæst.85. numer. 31. &
seqq.* Cyriac. *controu.581. numer.16. & 55.* Rota *coram Pentinger.
decis.429.numer.1. & 7. & in rec.par.15. decis.311. numer.2.*

Et licèt in hac propositione ad destruendam releuantiam
scripturarum, quæ compulsari prætenduntur, multa dedu-
cerentur, ista tamen sunt dubia, altioremque indaginem
requirentia, & ideò non apta ad impediendam compulso-
riam, † pro cuius concessione sufficit dubietas, quod pro- 6
batio sit profutura, ne interim præcludatur via faciendi pro-
bationes, † & præpostera tu ordine causa incidenter deci- 7
datur, vt alijs adductis in proposito compulsoriæ, & remis-
soriæ, † quæ à pari procedunt, Rota *coram Merlino decis.* 8
*706.num 2.& coram Bichio decis.15.illo eodem num. & coram
Cardin.Celso decis.32.num.10.& 11 & decis.299.num.5.& in
Bononien. matrimonij 27. Iunij 1674. §. quod versemur coram
R.P.D. meo Emerix.*

Quod autem absit suspicio calumniæ, quod est vltimum
requisitum pro concessione compulsoriæ, † deducebant 9
Domini ex ipsa releuantia probationis faciendæ, quamuis
quietantiæ hodie exhibitæ ad ostendendam obseruantiam
soluendi modo præscripto omissæ fuerint in prima, & se-
cunda instantia, tuncque solum petita fuerit remissoria ad
probandam consuetudinem soluendi fructus census in mo-
neta diuersa à conuenta, quia benè insimul stare poterat,
quod hæc consuetudo generalis tunc probata non fuerit, † 10
& quod hodie debeat habere locum consuetudo particularis
recipiendi pro fructibus census, de quo agitur scuta ad ratio-

nem

nem solidorum sexaginta, vel trium libr. quæ probari præ-
11 tenditur, qua posita ratione possibili in contrarium, † non
concludit pernecesse probatio calumniæ, ex regula *textus in l. neque natales C. de probat. Adden. ad Gregor. XV. decis. 81. sub num. 6. vers. benè verum*, Rota *coram Buratt. decis. 369. num. 6. decis. 555. num. 9. & decis. 824. illo eodem num. & coram Pouting. decis. 155. num. 1.*

Cæterum vt consulatur vtrique parti, DD. compulso-
12 riam specialem concesserunt † sine retardatione vlterioris
processus causæ iuxta stylum pro religione iudicantium, & ordinem iudiciorum seruari solitum, de quo Salust. Tiber. *in praxi A.C. lib. 2. cap. 8. num. 20. & 21.* Ridolphin. *in prax. par. 1. cap. 12. num. 129. & 132. & seqq.* Rota *rec. par. 10. dec. 501. in fin. & in Pisauren. testamenti 27. Ianuarij 1672. § fin. coram me.*

Et ita vtraque parte informante resolutum fuit.

Supra in alia præcedenti par. 18. tom. 2. adest altera in hac causa decis. ibi 742. in ordine.

R. P. D. RONDININO.

Hortana Successionis.

Mercurij 5. Maij 1677.

ARGVMENTVM.

Duo principaliter deciduntur; Alter quod ad præteritionis effectum non sufficiat reliquisse legitimam, nisi etiam illa titulo institutionis relicta sit, quod proinde in codicillis fieri non potest, quia in eo, neque dari, neque adimi potest hæreditas; Alterum etiam, quod filia ex Statuto Vrbis dotata, & ita à successione patris, vel aui exclusa, ita etiam excludantur nepotes ex ea, ne melioris conditionis sit effectus quam causa.

SVMMARIVM.

1 *Testati causa facit cessare causam intestati.*
2 *Nepos dicitur præteritus, si defuncto patre, vel matre, auus de eo nullam mentionem fecerit in testamento.*
3 *Præteritionem ad euitandam non sufficit reliquisse legatum, nisi etiam illud titulo institutionis factum sit.*
4 *in Codicillis non potest dari, neque adimi hæreditas.*
5 *Legitima titulo institutionis non potest in codicillis relinqui.*
6 *Præteritionis ad effectum non sufficit fuisse relictam legitimam, nisi etiam legalis, & validus titulus institutionis accedat.*
7 *Statutum Vrbis* lib. 1. cap. 141. *mandat, quod filia dotata teneatur acquiescere testamento patris, vel aui, nec quidquam aliud possit ab eius hæreditate prætendere, & num. 9. cum seqq.*
8 *Soriani Terram in Vrbis districtu existere planum est.*
10 *Testamentum patris, vel aui à filia dotata ex Statuto Vrbis in aliquo impugnari non potest.*
11 *Filia dotata, & ita ex Statuto Vrbis exclusa, eodem modo censentur exclusi nepotes.*
12 *Nepos remotior, & veluti à radice infecta proueniens, censetur exclusus, si pater, vel mater proximiores sint exclusi.*
13 *Nepos ex Statuto Vrbis censetur exclusus ab hæreditate aui, si eius mater ab eodem Statuto sit exclusa.*
14 *Statutum Vrbis excludens filias dotatas ab hæreditate patris, vel aui comprehendit tantum personas expressas, nec admittit argumentum contrarium.*
Quod excluso proximiore censeatur exclusus remotior ibidem, & num seqq. vbi declara.
15 *Proximiore à Statuto excluso, quod censeatur exclusus remotior, qualiter argumentum procedat, & numer. seqq.*
16 *Effectus non potest esse melioris conditionis, quam causa.*

DECISIO CCCXXVI.

CÆsar Fontana institutis sibi hæredibus Bernardino, & Leonida ex Dominico fratre nepotibus, scuta centum iure institutionis reliquit Rosanæ filiæ antea nuptæ, & condecenter dotatæ, ea autem præposterato naturæ ordine patri ipsi, contra votum prædefuncta, easdem pecunias Rosanæ filiæ legatas Octauiano ex ea nepoti in suis codicillis confirmauit; Cum autem hic prætenderet supplementum legitimæ, inito inter consanguineos compromisso, nec legitimam, nec eius supplementum, aut ex persona propria, aut ex persona Rosanæ matris in hæreditate Cæsaris aui Octauiano competere A. C. Baranzonus censuit in Laudo, cui acquieuit Octauianus; Nouo autem iudicio contra Carolum Mariam, & Odoardum, aliosque filios, & hæredes dd. Bernardini, & Leonidæ ab eo nuper coram A. C. Caprara introducto, ipsum immittendum esse in possessionem hæreditatis Cæsaris aui pronunciatum fuit, cuius oppositum in gradu appellationis hodiè censuit Rota, Octauiano immissionem dandam non esse respondens.

Aderat quippe testamentum Cæsaris aui vtriusque, quo
posito intestatæ successioni locus esse non potest, † cum il- 1
lam cessare faciat causa testati *l. antequam C. communia de successi. l. quamdiu 39. et l. nec is § fin. ff. de acquir. hæred. et l. quamdiu ff. de reg. iur.*

Non attenta vnica exceptione præteritionis Octauiani,
cuius mentio requirebatur ob prædecessum Rosanæ matris,
† itaut non satisfuerit legatum scutorum centum matri fa- 2
ctum, † & repetito titulo institutionis in codicillis nepoti 3
confirmatum, † in quibus cum non possit dari, nec adimi 4
hæreditas iure directo *l. Sceuola ff. ad Trebell. l. 2. C. de Codicill. et § penult. instit. illo eodem titulo*, nec ideo potuerit † re- 5
linqui legitima titulo institutionis *gl. in § aliud quoque Capitulum verb. præterire Authentica, vt cum de appell. cognosc.* Merlin. *de legit. lib. 3. tit. 2. quæst. 1. num. 11.* quasi ad effectum
præteritionis nihil faciat fuisse relictam legitimam, † nisi 6
accedat legalis, & validus titulus institutionis *d. § aliud quoque capitulo auth. vt cum de appell. cognosc.* Gomez *var. res. lib. 1. cap. 11. num. 24. in fin.* Vasq. *de success. creat. lib. 2. § 20. nu. 163. in fine* Capic. Latr. *contr. 86. num. 36. par. 2.* Rota *recent. par. 13. decis. 342. num. 13.*

Placuit enim responsio, quod cum Rosana iam congruè
dotata fuerit in scutis 700. intrat † Statutum Vrbis *lib. 1.* 7
cap. 141. in cuius † districtu Terram Soriani litigantium 8
patriam existere notorium est, quo Statuto cauetur, † quod 9
filiæ fœminæ dotatæ à patre sint contentæ dotibus, quas pater dederit, nec occasione legitimæ possint aliquid petere ab hæredibus patris de agnatione etiam transuersali vltra id,
quod pater dedit, sed semper testamentum, † & vltima 10
voluntas patris robur habeat, nec possit per ipsas filias, aut neptes per quamcumque viam, seu alio modo impugnari, vt sunt verba ipsius Statuti, per quod eodem modo, quo Rosana mater Octauiani dotata, exclusa fuit, & plus pe-
tere prohibita, † eodem modo exclusus censetur Octauia- 11
nus filius ex maioritate rationis, † veluti magis remotus, 12
& à radice infecta proueniens Paris. *consil. 94. sub num. 33. et 34. vol. 3.* Merl. *de legitim. lib. 1. tit. 2. quæst. 10. et num. 14. cum alijs per* Modern. Fulginat. *discept. 33. num. 28. et seqq.* Bellon. iun. *cons. 74. ex num. 55.* Altogr. *consil. 93. num. 1. et 2. vol. 1.* Bardellon. *consil. 46. numer. 79. et seqq. et consil. 187. ex nu-*
mer. 3. & in terminis præcisis quoad † hoc Statutum Ro- 13
manum Rota *diuers. par. 4. decis. 415. in fine, et in recent. par. 1. decis. 104. num. 2. et 4. et par. 5. decis. 405. sub numer. 8. et seqq.*

Neque contrarium probant, sed huic potius assertioni fa-
uent auctoritates à scribentibus pro Octauiano deductæ,
quatenus affirmant Statutum Vrbis, † de quo agimus, 14
excludere tantum personas expressas, neque attendi argu-
mentum, quod excluso † proximiore, multo magis in- 15
telligatur exclusus remotior, quia id affirmant cum distin-
ctione, quando nempe succedere volens non descendit à
persona exclusa, nec lata verbi significatio controuersum
casum comprehendit, secus autem in casu opposito, qui est
noster, ne alias sit melioris conditionis effectus, † quam 16
causa, vt distinguendo tradunt Cephal. *cons. 616. num. 64. et seqq.* Fenzon. *ad Statut. Vrbis lib. 1. dict. cap. 141. numer. 25. vers. quia responsum est cum distinctione* Rota *coram Millin. decis. 68. numer. 3. et seqq. repetit. post eundem* Fenzon. *decis. 94. et coram Roias decis. 135. numer. 4.* & latissimè comprobat in *recent. par. 5. d. decis. 405. sub num. 8. et pluribus seqq.*

Et ita, vtraque Parte informante, resolutum fuit.

R. P. D. RONDININO.

Anconitaoa Restitutionis Fructuum.

Lunæ 21. Iunij 1677.

ARGVMENTVM.

Prohibitus erat hæres possessionem accipere, nisi prius inuentarium conficeret, sub pœna priuationis hæreditatis, & fructuum; Cum autem ille d inuentarium confecisset infra trimestre à iure præfixum, adhuc pro caducitate, & fructuum restitutione fuerat conuentus; binis tamen decisionibus ab vtraque pœna absolutus, quia caducitas non intrabat, stante legitima credulitate, quod legale tempus sibi suffragaretur; Fructus verò, quatenus restituendi, intelligebantur de ijs, qui ante confectionem fuerant percepti, & dummodo probetur, aliquod damnum ex inde hæreditati obuenisse.

SVMMARIVM.

1 *Inuentarium ab hærede certo tempore conficiendum sub pœna priuationis, quatenus, & quomodo illam importet, & num. seqq. ac per totam.*

2 *Prohibitio, & priuationis pœna à testatore hæredi iniuncta in codicillis, non substinetur, sed remanet nulla, & quare num seqq. & num 14. pariter cum seqq.*

3 *in Codicillis, nec dari, nec adimi potest hæreditas iure directo, & num. 15.*

4 *Prohibitio, & priuatio iniuncta hæredi, ne possessionem accipiat, nisi confecto inuentario, cessat illo confecto legitimo tempore, & num seqq vbi amplia.*

5 *Inuentarium ad conficiendum à iure præfigitur terminus vnius trimestris.*

6 *Hæres iussus statim conficere inuentarium sub pœna priuationis adhuc credere potuit sibi sufficere tempus legale trium mensium præfixum à iure.*

7 *Dictio statim intelligitur secundum subiectam materiam iuxta iuris dispositionem.*

8 *Credulitas iusta, maximè si sit legalis sufficit ad excludendam caducitatem.*

9 *Caducitatem ad remouendam suffragatur qualibet causa, etiam minus iusta credendi.*

10 *Inuentarij defectus, qui remouentur, & melius excluderentur ab hærede defuncto informato si viueret, attendendi non sunt.*

11 *Defunctus si viueret, & conueniretur meliores exceptiones daret, quam illæ, quæ allegantur ab hærede de eisdem exceptionibus prorsus ignaro.*

12 *Inuentarium non potest dici nullum post lapsum 30. annorum.*

13 *Nullitatis actio per spatium 30. annorum præscribitur.*

16 *Testamentum licet declarari possit in codicillis, in eis tamen noua, & diuersa dispositio per viam conditionis fieri non potest.*

17 *à Diuersis non fit illatio.*

18 *Hæres hæreditate priuatus, & illius fructibus si certo tempore non confecit inuentarium, intelligitur de fructibus ante confectionem perceptis, non autem postea.*

19 *Fructus percepti ante confectionem inuentarij, stante præcepto illud certo tempore conficiendi, ita restituendi sunt, si probatur exinde damnum hæreditati contigisse.*

20 *Inuentarij conficiendi præceptum sub pœna priuationis iniunctum, cessat postcaquam illud fuit confectum.*

21 *Forma ad certum effectum præscripta quatenus seruari debeat, & seruata suffragetur.*

DECISIO CCCXXVII.

NAppio hæredi substituto fructus hæreditatis Camillæ à die illius mortis non deberi iterum Domini responderunt, cum conditio conficiendi inuentarium tempore prę-
scripto, † non importaoerit amissionem hæreditatis vna 1
cum fructibos, vel si illam importauerit, † nulla foerit, 2
tanquam adiecta in codicillis, † in quibus, nec dari, nec 3
adimi potest hæreditas, vt in decisione huius causæ 8. Iunij
1676. coram me, quam hodie Domioi, renouata disputatione, confirmarunt.

Non fuit inducta priuatio hæreditatis vna cum fructibus
ex præcepto adiecto, vt Guidobaldus hæres institutus non
posset capere possessionem, nisi prius confecto inuentario, † 4
quod vtpotè confectum intra trimestre † præfixum à iure 5
in *l. sumus §. 1. & §. donec C. de iur deliber.* † potuit crede- 6
re Guidobaldus sibi suffragari, etiam si conditio adiecta
fuisset, vt statim fieret, † quia dictio illa *statim* intelligi- 7
tur secundum subiectam materiam iuxta iuris dispositionem Grat. *discept 41. num. 12. & 13.* Rota *diuers. par. 1. decis.*
476. numer. 8. cum alijs congestis in *Neapolitana hæreditatis*
13. Martij 1673. §. & dictio illa statim, & 26 Iunij eiusdem anni 1673. §. contraucnientes coram me, quarum posterior est
impressa post Nouar. *in summa Bullarum decis. 3.* † quæ cre- 8
dulitas sufficit ad excludendam caducitatem, † pro qua re- 9
mouenda sufficit quælibet causa, etiam minus iuxta credendi *l. igitur ver. potest ff. de liberal. causa* Rota *coram Eminentiss. Ottobono decis. 110. num. 12. & seqq* cum concordantibus.

Etiam si multis defectibus obnoxium inuentariom dicatur, quia placuerunt Dominis responsiones datæ ab informantibus pro decisione, † quasque melius dedisset Guido- 10
baldus si viuens conuentus fuisset, † quæ nunc ignorantur 11
ab eius hæredibus ad *textum in l. qui in alterius 43. ff. de reg. iur.* † effluxis iam à tempore confecti inuentarij plusquam 12
40 annis, † ex quibus sublata fuit actio dicendi de nullitate 13
l sicut C. de præscrip. 30. vel 40 annorum Rota *coram Seraphin. decis 1360.* cum concordantibus.

Si autem priuationem hæreditatis præceptum illud importauit, nullum fuit, † vt ab initio dicebator, neque ideo 14
incursa caducitas ex alio capite, tanquam adiectum in codicillis, † in quibus directò, nec dari, nec adimi potest hære- 15
ditas *§. codicillis versic. nec conditionem hæredi instituto adijcere instit. de codicillis*, & in his terminis Rota *coram Dunoz. iun. decis. 516. numer. 2.* cum alijs *in decis. huius causæ 8. Iunij 1676. §. ex eadem ratione coram me.*

Non attenta responsione scribentiom contra decisionem,
quæ reuidetur, quod in codicillis possit declarari † testamen- 16
tum, quidem vera in abstracto, sed non applicatur præsenti hypothesi, in qua agitur de noua, & totaliter diuersa dispositione facta per viam conditionis, non declarationis, & decisio 583. in eadem causa, in qua emanauit alia 516. coram *Dunoz. iunior.* superius adducta non reuocat antecedentem, neque illi contrariatur, sed continet aliud dubium diuersum
super redditione rationis ad formam testamenti, † & à di- 17
uersis non fit illatio *l. Papinianus ff. de minorib.* cum concordantibus.

Denique quatenus conditio adiecta, esset validè apposi-
ta, atque incursa illius pœna, citra vllam excusationem, † 18
non tamen integro commodo hæreditatis vna cum fructi-
bus Guidobaldus priuatus fuisset, † sed solum restituendi 18
essent fructus decursi, & percepti in ipso trimestre ante confectionem inuentarij, quatenus probaretur deperditos effectus hæreditarios fuisse, vel aliquod damnum ob dilatum inuentarium hæreditati contigisse, quia ad hunc effectum hæredi in codicillis vetita solom fuit fructuum hæreditariorum perceptio ante inuentarij confectionem ibi: acciò ogni
cosa si restituisca l'equiualente, † quo proinde confecto, 20
cessauit prohibitio, † quia forma ad certum effectum præ- 21
scripta fuit ex deductis per Sperellum *decis. 154. nu. 9. & seqq. & in Romana domus 23. Ianuarij 1675. §. finali coram R. P. D. meo Taia*, & respondendo contrarijs in *decis. huius causæ 8. Iunij 1676. §. finali iuncto principio coram me.*

Et ita, vtraque Parte ioformante, resolutum fuit.

R. P. D. TAIA.

postea S.R.E. Cardinali.

Fauentina Fideicommissi.

Lunæ 28. Iunij 1677.

ARGVMENTVM.

Dubium super dubio disputatum est, de testamenti apostilla in substantialibus, à quo pen-

debat

debat resolutio fideicommissi in eo descripti, vtrumque tamen pro eodem fideicommisso decisum, quia illa apparebat subscripta manu Notarij rogati, agebatur de testamento antiquo, in Archiuio conseruato, pluraque eam adminicula pro illius validitate concurrebant, hoc autem satis resultare videbatur ex filijs, non solum in conditione positis, sed ex multis coniecturis vocatis, adeoque grauatis, maximè fauore loci pij vltimo loco substituti, cuius respectu sicuti testator omnes vocatos grauauerat, ita etiam filios in conditione positos fideicommisso onerare voluisse dicendum est.

SVMMARIVM.

1 *Falsitas instrumenti aliud est, quod deducatur, criminaliter, ad effectum puniendi Notarium, aliud verò ciuiliter, vt fides instrumento tollatur.*

2 *Apostilla instrumenti, recognita manu Notarij rogati, plenè probat, & illius verba, instrumentalia dicuntur.*

3 *in Instrumento non alia de causa requiritur subscriptio Notarij, quam vt sciatur, an ipse Notarius fecerit instrumentum.*

4 *Instrumentum publicum qualia requisita habere debeat, vt probet.*

5 *Apostilla testamenti antiqui, & in archiuio existentis, si est conscripta de manu Notarij rogati, eo magis probat, si tunc non poterat cogitari casus euentus, maximè fauore piæ causæ.*

6 *Apostilla instrumenti maximè attenditur, stante consuetudine Notarij faciendi similes interlineaturas in eodem instrumento, ac etiam in alijs.*

7 *Apostilla testamenti conformis dispositioni testatoris, attendenda est, & quando talis esse dicatur.*

8 *Grauatus dici nequit, qui non fuit vocatus, adeoque non honoratus, & proinde non grauatus.*

9 *Vulgaris substitutionis effectum operatur disiunctiua inter vocatos.*

10 *Clausula* Codicillaris *nihil operari potest in substitutione vulgari.*

11 *Filij in conditione positi non dicuntur vocati ex coniecturis, deficientibus tractu temporis, digressu ad plures gradus substitutionum, & conseruatione agnationis.*

12 *Verbum* insuper, *& verbum* vlterius, *quid operentur.*

13 *Fideicommissum nouum vltra primum dicitur constituere voluisse testator, si illud expressit per verbum* insuper, *& verbum* vlterius, *& supra numero 12.*

14 *in Conditione* si sine filijs *comprehenduntur nepotes, & omnes liberi.*

15 *Filij conditione positi, an sint vocati, vel non vocati, qualis sit verior opinio, vide etiam num. seqq.*

16 *Filios fratris si vocauit, aut in conditione posuit testator carens filijs, illos pro filijs dicitur habuisse.*

17 *Coniecturæ plures enumerantur pro vocatione filiorum in conditione positorum, & vid. sup. num. 11. & seqq. & numer. 2.*

18 *Filij in conditione positi fauore piæ causæ, dicuntur vocati, & num. 20.*

19 *Agnationis ratio licet à testatore non expressa sufficit, quod ex pluribus ab ipso in testamento dispositis eliciatur.*

20 *Filij in conditione positi, etiam citra vocationem possunt fideicommisso grauari, maxime concurrentibus coniecturis, vt num. seqq.*

22 *Fideicommissum relinqui potest ab ijs, quibus datur, vel non aufertur hæreditas.*

23 *Filij positi in conditione, si sunt vocati certum est, quod possunt fideicommisso grauari, & sup. num. 20.*

24 *Hæres hæredis, quamuis non vocatus, potest tamen fideicommisso grauari.*

25 D. Hipolitus Vrsellius, *pius, doctasque causarum Patronus nuncupatur.*

26 *Filij in conditione positi dicuntur vocati, si testator grauauit eorum parentes, & descendentes, si sine filijs decesserint.*

DECISIO CCCXXVIII.

CArolus hæredem vniuersalem vsufructuariam instituit in omnibus, & singulis bonis suis Lauram vxorem in vita tantùm, & Lauræ decedenti instituit, & substituit vulgariter pupillariter, & per fideicommissum etiam cum prohibitione Trebellianicæ, & cuiuslibet alterius deductionis Sigismundum, & Franciscum Cæsaris fratris filios ad inuicem æqualiter, & æquis portionibus, & eos, & quemlibet ipsorum ad inuicem, vt supra, Item voluit, quod si alter decesserit, sine filiis masculis, alter superuiuens, seu ipsius descendentes masculi succedant, insuper supradictos Sigismundum, & Franciscum, & quemlibet eorum descendentium grauauit restituere hæreditatem prædictam, si decesserint, sine filijs Confraternitati, &c. vt in testamento.

Mortuo Testatore, mortua quoque est Laura, & deindè Franciscus, sine filijs, & postea Sigismundus, superstite solo filio masculo Carolo, qui mortuus est demum, sine filijs, instituto hærede Nicolao Corneliæ Sororis filio, & orta lite de fideicommisso inter Confraternitatem Actricem, & Nicolaum reum, Causaque ad Rotam deducta, propositum est hodie dubium: An constet de fideicommisso, & Domini constare dixerunt, vno reluctante.

Prior difficultas fuit de marginali adiectione verbi descendentium, cum Testamentaria scriptura linealis sic procedat insuper supradictos Sigismundum, & Franciscum, & quemlibet eorum grauauit desinente versu in verbo eorum, & inchoante inferiore versu in verbo grauauit in margine, verò additum est descendentium, ac legendum sit insuper dd. Sigismundum, & Franciscum, & quemlibet eorum descendentium grauauit restituere &c. quæ additio, vt duo fidem facientes pro Nicolao dicebant dubium esse verbum additum esse manus Notarij, qui Testamentum scripsit, sed conuenerunt omnes Domini satis certum habentes verbum descendentium esse caracteris Notarij, ex attestatione iurata Notariorum, sicuti sunt manus Notarij verbum vsufructuariam additum in institutione, & verba hæredem vniuersalem vsufructuariam instituit &c. quia quando † est controuersia, An apostilla, & 1
additio sit eiusdem caracteris, † ac totum corpus scripturæ, & vtrum arguatur falsitas non ad effectum, vt possit 2
criminaliter contra Notarium agi, sed solum, vt fides instromento tollatur, vt apud Farinacc. *quæst. 153. ex num. 10.*
placuit iam Rotæ † manum Notarij recognitam à Notarijs exuberantem esse probationem pro veritate verborum 3
adiectorum, quod sint verba instrumentalia, vt coram Coccin. *decis. 467. ex numero secundo* cui adhæsit *decis. 1350. numer.* 6. Rot. *decis. 133. sub numer. 12. par. 13.* adiecta ratione naturali, quia ad alium finem non requiritur attestatio
† Notarij, se scripsisse, nisi vt sciatur, an ipse Notarius 4
fecerit *d. decis. 467. sub num. 2.* & melius ex Bald Quia cum sit de coherentijs habet diem, & consulem principalis scripturæ, & etiam locum testes signum, dummodò certissimè
constet, † quod sit manus eiusdem Tabellionis, &c. *ad rubr.* 5
C. de fid. instr. num. 52. Et hic multa, magnaque concurrunt antiquitas Testamenti ab anno 1583. ferè centenaria, & Testamentum, & in Archiuio conseruatum, & cum via esset cogitatio futuræ huius successionis præcipuè huius piæ
causæ, tàm procul ab huiusmodi fraudibus, † & consuetu- 6
do Notarij in hoc ipso Testamento, vt in alijs instrumentis apponendi similes interlineaturas, quod notauit Rota *coram Buratt. decis. 456 n. 19. vers. & adminiculatur.*

Maximè placuit, quia ex eo verbo adiecto oritur conformatis dispositionis, quia cum Testator institutis Sigis-
mundo, † & Francisco voluerit, quod si alter decederet, 7
sine filijs masculis, alter superuiuens, seù descendentes masculi succedant, si posteà grauasset solos Sigismundum, & Franciscum, & quemlibet eorum, non quemlibet eorum descendentium grauasset alterum morientem, sine filijs in prima substitutione restituere alteri hæredi, & in eadem substitutione restituere Confraternitati, E contra verò approbato verbo illo, descendentium, congruit congrua dispositio, vt primo loco nepotes sint grauati restituere ad inuicem, & secundo loco filij nepotum descendentes, sine filijs grauati restituere Confraternitati, quod declarauit obseruantia, quia mortuo primo Francisco, sine filijs

successit Sigismundus, & hoc mortuo, superstite filio Carolo, successit Carolus ipse, & sic mortuo Carolo, succedere debet Confraternitas.

Itaque ad substitutionem, & fideicommissum ad fauorem Confraternitatis censuerat vnus ex DD. non constare de tali fideicommisso, cum prætendat Confraternitas Ca-
8 rolum fuisse grauatum, quod illi non videbatur, † vti non vocatum, adeoque non honoratum, & proinde non grauatum §. *vltimo l. 6. ff. de leg. 3. l. 9. C. de fideic.* non obstante, quod expressim in casu obitus vnius ex Institutis, & substitutus sit alter, seù eius descendentes, atque ita Carolus fi-
9 lius, ac descendens Sigismundi, † quia substitutus fuit per vulgarem, vt disiunctiua inter vocatos operatur effectum
10 vulgaris, adeout Codicillaris † clausula non possit operari &c. ad Peregr. *de fideic. art. 18. num. 54.* & nouissime Rot. *decis. 383. numer. 18. à vers. & licet par. 15.* cum alijs, nihilo etiam referente, quod Carolus saltem vti filius positus fuerit sub conditione, & ex coniecturis vocatus, quia illi non videbantur sufficientes, deficientibus tractu tempo-
11 ris, † digressu ad plures gradus substitutionum, & præsertim agnationis, ratione qua deficiente nullius roboris coniecturæ solent reputari inquit Rota *coram Bich. decis. 342. n. 5. & 6.* cum allegatis.

Alij autem Domini contrarium responderunt, & constare fideicommissum, quia Testator post reciprocam substitutionem per fideicommissum expressum inter institutos, & vulgarem substitutionem descendentium ipsis substitutis, is super supradictos Sigismundum, & Franciscum, & quemlibet eorum descendentium grauauit restituere hæreditatem prædictam, si decesserint, sine filijs Confraternitati, per illud verbum *insuper*, sicuti per ver-
12 bum, † *vlterius*, quod est nouæ orationis inceptiuum, osten-
13 ditur voluisse † Testatorem vltrà præcedens fideicommissum aliud nouum, & separatum subiungere Rota *coram Bich. decis. 315. num. 12.* cum alijs, & nouum quidem fideicom-
14 missum videtur, † quia in conditione si sine filijs intelliguntur nepotes, & omnes liberi ex *l. Lucius Titius 85. ff. de hæred. instituend.* Soccin. Sen. *cons. 279. nu. 1. & 2.* Maximè, quod hic Testator positis in conditione filijs eos repetijt descendentes in substitutione præmortuo Patri, & quæcumque verior sit sententia de liberis in conditione positis, an
15 sint vocati, vel non vocati, quod sint vocati crebrior, † & verior est apud Card. Mant. *de coniect. vlt. volunt. tot. tit. 2. à num. 1. ad fin. lib. 11.* Informantes annumerabant coniectu-
16 ras ex quibus vocati essent, & proindè grauari possent, † & præcipuè, quod Testator carens filijs filios fratris pro filijs haberet ad Bardel. & Vlsemb apud Fusar. *qu. 397. in fin.* (licet limitationem periculosam periculosius ipse dicat) *R. P. D. de Luca de fideic. disc. 25. num. 17. & disc. 115. num. 8. lib.*
17 *10.* † Multasque coniecturas superaddebant vocationis, & substitutionis videlicet dupliciter fuisse positos in conditione, qualificatos etiam fuisse qualitate legitimorum, & naturalium, & de legitimo matrimonio, & masculorum sæpius replicatorum, & reciprocam fuisse appositam inter institutos, & specialiter pupillarem substitutionem inter filios fratris, quæ maximè fundat, & fouet suprascripta de non habente filios proprios, & pro illis habente filios fratris etiam in portione Patrui, & omissi pluribus subtilioribus coniecturis apud informantes acutissimos consideratæ quoque fuor substitutio Confraternitatis piæ causæ, cuius
18 † fauore positi in conditione censentur vocati Fusar. *d. qu. 437. num. 81.* & ratio quoque agnationis, & si non expressa,
19 sed tamen ex † pluribus à Testatore in Testamento dispositis elicita apud Altograd. Iun. *contr. 36. numero 50. à versic. nona coniectura, & numero 54.* cum decis. ibi allegatis.

Additur, quod etiam citra vocationem positi in condi-
20 tione fideicommisso † grauari possunt Bartol. *ad l. Centuria ff. de vulgar. & pupillar. num. 37. vers. cogitari*, quod possumus sustinere cum testibus Rustic. *de lib. in cond. poss. par. 3. in fine versic. Non putarem ergo à Bartoli sententia, cap. 1. lib. 4.* cum allegatis Fusar. *qu. 305. num. 1.* vbi hæc opinio illi semper magis placuit, & Rustic. qui late defendit hanc opinionem infinitas adducit, auctoritates inquit Fusar. Rot. *decis. 338. num. 14 par. 12.* & magis si concurrant coniecturæ inquit
21 Rustic. *initio cap. 3.* † videlicet quando masculi tunc in conditione positi, & grauati *num. 3.* si concurrat fauor piæ causæ *num 5.* Et quando Testator prohibuit Trebellianicæ detractionem *num. 11.*

Et superadditur, quod a descendentibus, qui succedent, & quatenus succedant hæredibus institutis, & fideicommissarijs substitutis relinqui potest, † vt fideicommissa relinqui 22
possunt ab ijs quibus datum, vel non adimitur inquit text. *§. sciendum est l. 1. ff. de legat. 3.* Peregr. *de fideic. art. 1. num. 10.* Rota *coram Caccin. decis. 319. num. 19. & d. decis. 338. num. 5.* & multo † magis positis in conditione si sint vocati sicut, 23
† & de hærede hæredis, quod possit grauari text. *est in l. 5. in* 24
fine, & in l. 6. ff. de leg. 3. Fusar. *qu. 303.* ab initio, & de verisimiliter successuro, vt filio hæredis Soccin. Iun. *ad l. cum filio familias ff. de leg. 3. ex numer. 72.* & cum alijs Fusar. *d. qu. 303. num. 3.*

Non possum omittere D. *Vrselij Pij*, doctique † Patro- 25
ni Confraternitatis additionem, & allegationes addentis, quod Testator grauando supradictos Sigismundum, & Franciscum, & quemlibet eorum descendentium restituere hæreditatem † prædictam si decesserint, sine filijs, ex hoc ipso 26
omnes vocauerit *ex gloss. 1. l. si Pater impuberes ff. de vulg.* quæ est in omnibus valde singularis *ex gloss. marginali* Soccin. Sen. *cons. 69. sub num 4. vers. & si dicatur quomodo liberi, & cons. 104. num. 5. lib. 3.* Fusar. *cons. 3. num. 6. vers. quarta adda*, & iisdem verbis *quæst. 479 num 87. vers. 4. substitutio.*

Et ita vtraque parte informante resolutum fuit.

R. P. D. RONDININO.

Carpentoraten. Census.

Lunæ 5. Iunij 1677.

ARGVMENTVM.

In alia moneta, quam in specie conuenta propter generalem consuetudinem soluere prætendebat debitor, quod tamen illi permissum non est, quia stante existentia monetæ in contractum deductæ, ipsa, & non altera soluenda erat; sed quatenus etiam ex hac obseruantia, quæ adhuc probata non fuit, solutio in alia specie permittenda foret, eandem in moneta grossa, non autem minuta faciendam esse deciditur, maximè ob damnum, quod ex inde creditori resultaret, propter minorem valorem monetæ minutæ.

SVMMARIVM.

1 *Solutio facienda est in specie, & moneta conuenta, quotiescumque illa reperitur in esse, & num. seqq.*
2 *Debitor, stante generali consuetudine, potest soluere, vel monetam, quæ est in obligatione, vel illius valorem, lim. vt num. 1. & seqq.*
3 *Solutio quatenus permittenda sit in alia specie, quam conuenta, non tamen fieri potest in moneta minuta, sed in moneta grossa facienda est.*
4 *Census, seu pensiones Ciuitatis Auen. solui debent in moneta præscripta à Regulamentis Cardinalis de Armeniaco.*
5 *Statuta super monetis condita à Vicelegatis, quia dicuntur emanata à Principe, seruari debent.*
6 *Monetarum æstimatio, & taxatio ad Principem spectat.*
7 *Conuentiones, Obligationes, & Pacta super monetis modificantur, & determinantur secundum Statuta, & consuetudines locorum.*
8 *Solutio à creditore recepta in scutis, in illis dicitur accepta, non autem in moneta inferiori, in qua eadem forsan facta sit.*
9 *Testes deponentes solutionem fieri in moneta inferiori, nihil probant, si non deponunt de casu, in quo adsit conuentio contraria.*
10 *Testes contra inducentem probant, quia ille eos inducendo, illorum personam approbauit.*
11 *Testium examen si quis produxit, illud dicitur acceptare, & ideo ipsi contra eundem producentem plenè probant.*
12 *Moneta ærea in statu Auenionensi minus valet, quam moneta grossa.*
13 *Solutio in statu Auenion. ideo conuenitur in auro, vel moneta grossa, quia moneta minuta minus valet.*
14 *Solutio de vna specie ad aliam eatenus fieri permittitur, quatenus nullum damnum creditori proueniat.*
15 *Creditor non cogitur recipere solutionem in alia moneta,*

quam

quam conuenta, si exinde sibi dammum resultaret, & num. seq.

26 *ob Dammum insurgens à conuentione, & pacto recedi non debet, & sup. num. 14. & seq.*

D E C I S I O CCCXXIX.

AD annuam pensionem, siue censum scutorum 42. auri in auro Regijs fauore Magdalenæ de Bertonæ Ciuis Auenionensis, à qua causam habet Carolus Portius Actor, Communitatem Carpentoratensem teneri iterum Domini dixerunt iuxta modum infrascriptum permanentes in decisis 19. * Iunij 1676. coram me.

Stante enim pacto soluendi scuta aurea in auro Regis Franciæ sumptibus eiusdem Communitatis asportanda, atque soluenda in ipsa Ciuitate Auenionensi vna cum mandato procuræ eiusdem Communitatis, hodie exhibito, atque
5 existente eadem moneta aurea Regis, † sequitur, vt in ea
specie solutio facienda sit, stante pacto, quod seruandum
est, & per quod limitatur conclusio, vt stante generali con-
2 suetudine † sit in electione debitoris, an soluat monetam,
quæ est in obligatione, an verò illius valorem iuxta tempus solutionis ad textum vbi communiter scribentes omnes in *l. Paulus ff. de solutionib. & in cap. cum Canonicus de constitut.* Larrea *decis. Granaten.* 21. *num.* 12. Grat. *discept.* 55. *num.* 24. Surd. *consil.* 242. *num.* 3. *& seqq.* Scaccia *de commerc. & cambijs §. 2. gloss. 3. num.* 112. Tondut. *quæst. ciuil. tom.* 1. *cap.* 14. *num.* 1. *&* 2. Cencius *de censib. quæst.* 85. *numer.* 22. *&* 23. cum aliis per adden. *ad recent. par.* 9. *decis.* 85. *num.* 43 *& seqq.* Rota *post Cencium de censibus decis.* 214. *ex num.* 2. *& decis.* 219. *numer.* 3.

Modus autem, iuxta quem steterunt Domini in decisis, ac faciendam esse solutionem dixerunt, hic est, quod solu-
tio fiat, vel in prædictis scutis auri in auro iuxta conuen-
3 tionem partium, † vel saltem in moneta grossa, hoc est
auri, vel argenti ad rationem solidorum 60. pro quolibet
scuto iuxta regulamenta Cardinalis de Armeniaco, olim
Legati Auenionensis, & Episcopi Bisignani eiusdem Status
4 Vicelegati in his pensionibus, † seu censibus præcisè dispo-
5 nentia Summario Communitatis *num.* 1. *&* 2. † quæ ser-
6 uanda sunt, vtpote à Principe condita, ad † quem mone-
tarum æstimatio spectat Thesaur. *de augum. monetæ par.* 1.
num. 41. Ciriac. *contr.* 650. *num.* 33. Falerin. *in Cod. lib.* 8. *tit.* 30.
in fine Ioseph de Rosa consult. 54. *num.* 32. cum alijs per *Modernum Mantuanum de monetis q.* 6. *nu.* 124. Rota *coram Dunozz.*
7 *seniore decis.* 159. *sub n.* 1. *&* 2. quasi in conuentionibus † in-
sit modificatio, seu determinatio istorum regulamento-
rum, quæ in illis partibus obseruantur Bart. *in d. l. Paulus num.* 1. *ff. de solut.* Rota *recent. par.* 15. *decis.* 311. *num.* 2.

Non obstat iterum deducta contraria consuetudo soluen-
di tertiam partem in patacchis, seu moneta ærea, quia non
probatur ex quietantijs Summario Communitatis *n.* 5. cum
8 ex eis solum † desumatur, quod solutio per creditorem
fuerit acceptata in scutis librarum trium, vel solidorum 60.
iuxta præscriptum dd. Regulamentorum; non autem quod
pro tertia parte fuerit facta, & acceptata eadem solutio in
patacchis, vt ex lectura, & bene comprobat Guttierez *lib.* 2. *practic. quæst.* 179. *num.* 2. *§ nec obstat.*

Nec minus prætensa consuetudo probatur ex testibus,
quia isti non deponunt pro tertia parte solutionem fieri pos-
9 se in patacchis, seu moneta ærea, † quando solutio, vt
hic conuenta fuit in scutis auri in auro, seu moneta grossa,
imo tunc integram solutionem faciendam esse in moneta
grossa specificè deponunt tertius, & quartus testis Summa-
rio Communitatis *nu.* 3. qui contra ipsam Communitatem,
10 † quæ illos induxit, & sic illorum personam approbauit,
11 eorumque examen produxit, † sicque illorum dictum ra-
tificauit, plenè probant Honded. *consil.* 84. *num.* 50. *&* 51.
volum. 2. Bursatt. *consil.* 89. *numer.* 11. *vol.* 1. Rota *recentior. part.* 12. *decis.* 191. *numero* 11. *& decis.* 246. *numero* 12. *& in Burgen. Abbatiæ* 13. *Nouembris* 1671. *§. verum etiam coram me.*

Præsertim, quia ex eisdem testibus apparet monetam
12 † æream in illis partibus minus valere, & consequenter, si-
ne detrimento notabili modum soluendi commutari non
13 posse, † ac propterea fieri in illis partibus conuentiones si-
miles soluendi census in auro, siuè in moneta grossa iuxta
nedum superius explicatum, cum vnica ratio admittendi
14 solutionem de vna specie ad aliam consistat † in æquiua-
lentia monetæ, itaut nihil intersit creditori, vnam vel al-
15 teram speciem recipere, † non autem quando interest in
specie conuenta solutionem fieri ob damnum insurgens ex
solutione alterius speciei iuxta textum *in d. l. Paulus* 99. *ff. de
solut.* ibi: Paulus respondit creditorem non esse cogendum
† in aliam formam nummos accipere, si ex ea re damnum 16
aliquod passurus sit Scacc. *de commerc. & cambijs § 2. gloss.* 5.
sub num. 142. Guttierez *lib.* 2. *practic. quæst.* 179. *num.* 1. *vers.* 2. *quia* Valenzuol. *consil.* 30. *nu.* 27.

Et ita vtraque parte informante resolutum fuit.

Supra in alia parte 18. tom. 2. adest altera præsentis causæ Decisio, quæ est ibi in ordine 741.

R. P. D. C A L A T A I V.

Romana Domus, seu Emphyteusis.

Veneris 26. Nouembris 1677.

A R G V M E N T V M.

Possessori, de cuius possessione constabat, manutentio conceditur, quia primus possessor validè fuerat à iudice sua possessione priuatus, dum citatus erat in domo suæ vltimæ habitationis, quamuis de eo tempore abesset ab Vrbe, & diligentiæ de reperiendo personam factæ non sint, quia illæ non erant necessariæ in obligatione Camerali, & iudicio agitato coram A. C. in quo sufficit citatio domi, atque ita valida, & legitima reputata est illa, quæ in domo vltimæ habitationis ipsius facta fuit.

S V M M A R I V M.

1 *Possessio probatur ex instrumento publico adeptionis illius, ac etiam ex clausula* constituti *in alio acquisitionis instrumento apposita.*

2 *Clausula* constituti *transfert possessionem constituentis in constitutarium.*

3 *Citari quatenus aliquis possit in domo, quam de tempore citationis exequutæ non habitabat; & num. seqq.*

4 *Possessor si fuit citatus in domo, quam de tempore citationis non habitabat, si fuerit à iudice electus, non remanet sua possessione priuatus.*

5 *Absens ab Vrbe, si nescitur, quo in loco ad habitandum se contulit, validè citatur in domo suæ vltimæ habitationis.*

6 *Diligentiæ de reperiendo personam non requiruntur in obligatione Camerali, & vbi agitur coram A. C.*

7 *in Obligatione Camerali, & in iudicio agitato coram A. C. non requiritur citatio personalis, sed domi facta suffragatur.*

8 *Diligentiæ de reperiendo personam non sunt necessariæ, quoties ille personaliter citandus non est.*

9 *Citatio personalis vbi non requiritur, sufficit, quod illa in domo facta sit.*

10 *Existentia personæ in aliquo loco probatur ex instrumento ab eo in d. loco celebrato.*

11 *Existentia personæ in vno loco de aliquo tempore, non infert ad aliud.*

12 *Tempus præcisè probandum est, quoties vis consistit in tempore.*

13 *in Possessorio, & manutentionis iudicio non attenduntur, neque examinantur ea, quæ deuolutionem respiciunt.*

D E C I S I O CCCXXX.

IOannes Paulus, & alij de Mutis, tam ob non solutos per decennium canones, & laudemia, quam ab impositiones censuum super domo controuersa, ipsis irrequisitis, acceptata deuolutione, associationem obtinuerunt, citato Antonio de Montibus filio, & hærede Ioannis Mariæ primi inuestiti, & deinde nouam inuestituram concesserunt Angelicæ Theresiæ de Lazzaris eiusdem Antonij vxori, contra quam præfatus Antonius manutentionem ab A. C. reportauit, nec non etiam sententiam, declarantem nullam fuisse incursam caducitatem, sed commissa mihi causa appellationis, & disputato dubio: An dictæ Angelicæ Theresiæ danda sit manutentio, affirmatiuè per Dominos resolutum fuit.

Ipsa enim docet de sua possessione, tam ex actuali il-
1 lius apprehensione, † quam ex instrumento inuestituræ
reportatæ à Dominis de Mutis habentibus clausulam con-
2 stituti, quæ † transfert in constitutarium possessionem,
etiam manutenibilem Post. *de manutent. obseruat.20. nu.11.* Rota *post eundem* Post. *decis.89. nu.6. & decis.131. n.2. & decis.150. num.2.*

Non obstat, quod in iudicio associationis obtentæ ab il-
lis de Mutis de anno 1671. citatus fuerit Antonius domi,
3 † quam tunc non habitabat, & stante dicta nullitate
4 † non potuerit sua anteriori possessione priuari, vt dixit Rota
coram Buratt. decis.60. num.10. & coram Duran. decis.114. n.4.
quia cum tempore citationis ipse abesset ab Vrbe, & ignoraretur vbi moram traheret, & habitationem haberet, vt
5 probant testes dati in Summario, Angelicæ *numer.* 8. † satisfuit eundem citare in domo suæ vltimæ habitationis *cap. causam vbi gloss. verbo ad domum de dolo, & contumacia cap. aut qui aliter, ibique gloss. verbo ad domum ff. quod vi, aut clam.* Vbert. *de citat. parte prima capit.7. nu.263.* Ridolphin. *in praxi parte primæ cap.2. nu.63.* Rota *coram Caputaquen. dec.117. n.3. parte prima, & decis.344. n.2. par.2. & coram Penia decis. 320. num. 10.*

Neque est verum, quod saltem præcedere debuissent diligentiæ de reperiendo personam dicti Antonij mediante
6 affixione citationum in locis publicis, † quia in proposito actum fuit coram A. C. in vim obligationis Cameralis,
vnde iuxta suas ordinarias facultates, & praxim sui Tribu-
7 nalis non erat citandus personaliter, † sed domi, vt testantur Ridolphin. *vbi supra parte prima cap.2. nu.61.* Vbert. *de citationib. cap. 7. num.219.* Zacchias *de obligatione Camerali quæst.27. num.23.* Rota *post eundem decis.191. num. 18.* quan-
8 do autem quis non est citandus personaliter, † non est ne-
9 cesse facere diligentias de reperiendo personam, † sed sufficit, quod recta via citatio fiat domi Bartol. *in leg.4. §. Prætor ait num.11. ff. de damno infecto* Afintas *in praxi §.6. capit.2. limitat.8. & capit.3. num.2. versic. his tamen, & versic. attamen.*

Minus releuat, quod de anno 1676. Antonius reperire-
10 tur Ferrariæ, † vt constat ex mandato procuræ ibidem stipulato, quia esset probandum, quod ibidem existeret etiam:
11 de anno 1675. † quo motum fuit iudicium super deuolutio-
12 ne, quando enim vis consistit in tempore, † illud præcisè, & concludenter probandum est *l. cum autem C. de negotijs gestis l. cum sit ff. de probat.* Olasc. *decis. 79. numero 13.*

Multa etiam deducebantur ad demonstrandum non fuisse locum deuolutioni propter impositionem censuum, &
13 non solutos canones, † quæ tamen Domini examinare prætermiserunt in hoc iudicio possessorio vti respicientia petitorium.

Et ita, vtraque Parte informante, resolutum fuit.

R. P. D. CALATAIV.

Foroliuien. Pecuniaria.

Mercurij 5. Decembris 1677.

ARGVMENTVM.

Duo articuli in hac decisione disputati sunt, Alter quatenus possit in iudicio nullitatis subhastationis, & adiudicationis manutentio concedi, quamuis in decisionibus de illa resolutum non sit, Alter verò quatenus eadem adiudicatio pro summa debita substineri possit vel non; Primus affirmatiuè resolutum, quia manutentio in consequentiam nullitatis debita erat, secundus verò negatiuè, quia aduersus factum iudicis nulliter, & iniustè procedentis retentio concedi non poterat.

SVMMARIVM.

1 *Manutentio debitori conceditur, stante excessiuitate deliberationis, & adiudicationis, quamuis sola excessiuitas in decisionibus disputata sit, & num. seqq.*

2 *Exequutionem excessiuam passus, si non habuit se pro spoliato, manutentionem petere potest, eaque illi concedenda venit, & num.3.*

3 *Manutentio debetur possessori à iudice nulliter eiecto, si ille non habuit se pro spoliato.*

4 *Iudex, qui in executione excessit, dicitur nulliter, & iniustè processisse.*

5 *Iudex nulliter, & iniustè procedens possessorem sua possessione non priuat.*

6 *in Decisionibus Rotalibus si nihil de manutentione dictum sit, quatenus possit illa sine noua disputatione concedi, & supra à num.1. & seqq.*

7 *Auditor Rotæ ex Constitutionibus Summorum Pontificum, non potest inconsultis Dominis expedire causam.*

8 *Causæ in Rota expediri possunt in relationibus causarum, etiam absque particulari disputatione.*

9 *Auditores Rotæ ex Constitutionibus Summorum Pontificum non tenentur, neque arctantur disputare dubia superflua.*

10 *Deliberatio, & Adiudicatio excessiua non substinentur pro summa debita.*

11 *Retentio non datur, quando spolium est commissum à Iudice nulliter, & iniustè procedente.*

12 *Creditum dicitur illiquidum, si super eo firmando DD. Auditores non fuerunt concordes.*

13 *Creditum remanet illiquidum ex perceptione fructuum consequuta ex bonis nulliter subhastatis.*

14 *Retentio non datur pro credito illiquido.*

DECISIO CCCXXXI.

MAndatum executiuum relaxatum ab A. C. pro scutis 1100. monetæ veteris, cuius vigore Ioannes, & alij de Torellis fecerunt subhastare, & sibi adiudicare nonnulla bona Thomæ sui debitoris Rota censuit fuisse excessiuum in scutis quatuorcentum, vt in decisionibus editis coram me 28. Iunij 1675. & 26. Iunij 1676. & cum ad illarum tenorem fuisset sub die 15. Martij proxime præteriti demandata expeditio, dictus Thomas vltra sententiam petebat hodie in relationibus causarum, etiam mandatum
de manutenendo, † quod Domini concedendum esse di- 1
xerunt, non obstante oppositione partis.

Nam cum fuerit excessum, tam in mandato, quam in
executione, † sine dubio huiusmodi exequutionem passo, 2
† qui se non habuit pro spoliato, competit manutentio 3
Mangil. *de subhastat. quæst. 51. nu.5.* Postius *eodem tractatu, inspection.58. num. primo, & seqq.* talli enim casu † iudex di- 4
citur nulliter, & iniuste processisse, † & per consequens 5
non priuasse Thomam sua possessione Grat. *discept. 916. num.1.* Rota *coram sanctæ memoriæ Gregor. XV. decis.307. n.6. & coram Caualer. decis.17. num.8. & coram Duran. decis. 257. numer. 4.*

Nec releuat, quod in præcedentibus decisionibus nihil
dictum fuerit de manutentione, † ideoque ante illius ex- 6
peditionem necessaria sit particularis disputatio ex Constitutionibus apostolicis *Pij Quarti, & Pauli Quinti super reformatione Tribunalium Vrbis titulo de Auditoribus Rotæ ver-
bo Auditor tamen*, quia † illæ tantum disponunt, quod 7
Auditor non possit inconsultis Dominis causam expedire,
non autem prohibet, † quod expeditio demandari nequeat 8
in relationibus causarum, minusque arctant ad disputan-
dum dubia, † quæ eisdem Auditoribus videntur superflua, 9
vt responsum fuit coram *Reuerendissimo D. Royas decis. 385. num.7. & coram Caualer. decis.590. num.6. & in rec. decis.170. n.10. par.6. & decis.159. n.9. par.11.*

Siquidem non obstat, quod adiudicatio substineatur sal-
tem pro summa verè debita, † quia non datur retentio, 10
quando spolium † est commissum per iudicem nulliter, & 11
iniuste procedentem, vt tenuit Rota *apud Postium de subhastatione decis.109. num 3. & 4. & decis.217. num.13. & decis. 242. num.30.* eoque magis dum Domini non fuerunt concor-
des, an in residuo mandati adesset etiam excessus, vt vide-
re est *in prima decisione §. finali*, † & sic dicitur illiquidum, 12
iuncta maximè perceptione fructuum † ab anno 1673 ex 13
omnibus bonis stabilibus adiudicatis, pro credito autem il-
liquido † non datur retentio Rota coram sanctæ memoriæ 14
Gregor. *decis.254. n.3.* vbi Addentes *n.8. & coram bonæ mem. Cardinalis Celsi. dec.356. n.8.*

Hinc Domini demandarunt mihi, vt vna cum sententia expedirem etiam mandatum de manutenendo vtraque parte informante.

Alter-

Altera decisio præsentis causæ est impressa in alio præcedenti tom. 2. part. 19. vbi est in ordine 579. altera vero sub die 26. Iunij 1676. quia nimis breuis, ideo fuit consultò omissa.

R. P. D. VICE COMITE
postea S. R. E. Cardinali.

Amerina Bonorum.

Veneris 28. Iunij 1678.

ARGVMENTVM.

Bona emphyteutica nulliter alienata dicebantur in præiudicium vocatorum, sed deliberationem de illis factam validam fuisse deciditur, quia emphyteusis erat hæreditaria, & transitoria ad quoscumque, ex clausula *ad habendum, in perpetuum*, & huiusmodi; quarum ideo natura explicatur; Cumque opponeretur etiam alienationem sequutam sine consensu, & beneplacito Domini directi, hoc ab hærede alienanti, qui vlterius alienationi consenserat opponi non potuisse declaratum est.

SVMMARIVM.

1 *Donatio non comprehendit bona, quæ donator tempore donationis non possidebat, sed de illius dominio exierant, & in alium translata erant.*

2 *Emphyteusis ex pacto, & prouidentia, neque hypothecari, neque alienari permittitur in præiudicium vocatorum.*

3 *Emphyteusis hæreditaria, & transitoria ad quoscumque, æque potest hypothecari, & alienari in extraneos.*

4 *Emphyteusis hæreditaria alienata ex causa dotis, non amplius reuertitur ad vocatos.*

5 *Emphyteusis primus acquirens ex titulo onerofo potest præiudicare vocatis comprehensis in inuestitura.*

6 *Emphyteusis ex pacto, & prouidentia, ipsa etiam potest à primo acquirente alienari.*

7 *Emphyteusis dicitur hæreditaria, & transitoria ad quoscumque ex clausula* ad habendum, tenuendum alienandum, *& huiusmodi.*

8 *Clausula* ad habendum *apposita in parte dispositiua, facit emphyteusim esse hæreditariam, & transitoriam ad quoscumque, quoties cætera verba inuestituræ non dissentiunt.*

9 *Clausula* in perpetuum, *iuncta clausula* ad habendum *eo magis reddit emphyteusim hæreditariam, & transitoriam ad quoscumque hæredes.*

10 *Emphyteusis dicitur hæreditaria ex clausula* quid quid placuerit faciendum.

11 *Emphyteusis, in qua fit mentio hæredum, & successorum, ipsa etiam dicitur hæreditaria.*

12 *Facultas alienandi cum prælatione Domini directi, clarè conuincit emphyteusim esse verè hæreditariam.*

13 *Emphyteusis inuestitura emanata per viam venditionis, de sui natura est transitoria ad extraneos.*

14 *Identitas bonorum probatur ex vniformitate vocabuli, ac etiam ex identitate confinium, maxime in antiquis.*

15 *Emphyteusim fuisse alienatam, sine consensu Domini directi, non potest opponi ab eo, qui fuit hæres alienantis.*

16 *Hæres non impugnat factum sui auctoris defuncti.*

17 *Approbans deliberationem, siue tacitè, siue expressè, illam amplius impugnare non valet.*

18 *Approbatio deliberationis tacita resultat, ex eo, quod quis passus fuerit deliberatarium longo tempore possidere.*

19 *Consensus Domini directi non est necessarius in eo, qui est in inuestitura comprehensus.*

DECISIO CCCXXXII.

OBtinuit Bartholomeus Vulpius sibi deliberari vsque de anno 1645. quædam bona hæreditaria Marcelli Chirichelli, & præcipuè Tenutam in Contrada Luchiani, in qua comprehenduntur nonnulla bona emphyteutica Cathedralis Ecclesiæ Amerinæ pro satisfactione dotis ab eodem Marcello promissæ Brigittæ eius vxoris, quorum bonorum possessionem, deindè primo loco pro assecuratione dotis, ob vergentiam Bartholomei ad inopiam, accepit dicta Brigitta, & postremò eo defuncto, mutato titulo, declarauit velle pro suis iuribus dotalibus retinere.

Verum, quia Hieronymus Chirichellus Marcelli filius donauit omnia sua bona emphyteutica Carolo Octauio Vulpio, ex dicta Brigitta sorore, iste prætendens, quod in donatione essent comprehensa bona, vt supra deliberata fauore Bartholomei, reportauit à Capitulo proprietario renouationem inuestituræ, & immissionem petijt contra Io: Antonium fratrem, & Brigittæ matris hæredem, quam licet in prima instantia obtinuerit, causa tamen in Rota delata, & per binas vices proposita, DD. denegandam esse censuerunt.

Fundamentum resolutionis fuit, quia Hieronymus do-
nauit bona emphyteutica ab ipso possessa; † & ideo in di- 1
cta donatione censeri non possunt comprehensa illa, de quibus agitur? quæ non possidebat, & quæ pro debito Patris longè antè deliberata, & in alterius dominium translata fuerant ad text. *in l. quod vendidi ff. de contrahenda empt. & in l. qui prædium C. de distract. pignor & in §. 1. instit. quib. alien. lic. vel non* Posth. *de subhast. inspect. 53. num. 1. cum seqq.* Rot. *coram Bich. decis. 105. num. 1.*

Neque subsistit, quod hæc bona tanquam emphyteotica Ecclesiæ, non fuerint comprehensa in generali obligatione facta pro dote Brigittæ Bartholomeo, & ideo, nec deliberati potuerint, quia obiectum licet procedere posset, si agere-
tur de emphyteusi ex pacto, & prouidentia † in qua nec 2
hypotheca, & multò minus alienatio permittitur in præiudicium aliorum in inuestitura comprehensorum Corbul. *de caus. priuat. ob alien. limit. 19. num. 2.* Gratian. *discept. 43. nu. 15. & 20.* non tamen sibi vendicat locum in hæreditaria, & ad quoscumque hæredes transitoria, qualis est illa, de qua
agitur, vt infra, † quæ ex communi DD. sententia obli- 3
gari, & distrahi potest ex causa dotis, † nec mortua mu- 4
liere reuertitur ad vocatos in inuestitura, vt omissis generalibus in his terminis Grat. *disc. 511. n. 10. cum seqq. &* Rot. *decis. 145. num. 6. coram Peuting* ac dimittitur in *decis. 42. numer. 11. coram Eminentissimo Ottbob.* in obiecto allegata, præsertim si agitur, prout hic de obligatione facta à primo acqui-
rente ex titulo oneroso, † quem omnes admittunt posse 5
præiudicare cæteris vocatis, & in inuestitora comprehensis Gratian. *d. cap. 151. num. 10. & seqq.* Rot. *coram Buratt. dec. 822. num. 3.* ibique Adden. *lit. A. coram Merlin. decis. 699. nu.*
4. vbi, quod procedit etiamsi ageretur de inuestitura † ex 6
pacto, & prouidentia coram *Carille decis. 258. num. 13. & in rec. decis. 166. num. 6. par. 11. & decis. 306. num. 1. & decis. 352. n. 9. & 10. par. 15.*

Quod autem emphyteusis, de qua agitur, sit hæreditaria, & ad quoscumque hæredes transitoria, desumpta fuit ex clausula *ad habendum &c.* in inuestitura apposita, & latissimè extensa ibi: *ad habendum, tenendum, & alienandum &c.* & quidquid ipsi, & suis hæredibus, & successoribus pla-
cuerit perpetuò faciendum, saluo iure proprietatis † cum 7
pacto non alienandi in locum pium, & potentiorem iuxtà latè firmata per Rot. *coram Buratt. decis. 87. num. 2. cum seqq. coram Cauál. decis. 293. num. 2. & coram Peutinger. decis. 145.*
num. 3. cum ibi allegat. talis enim est vis clausulæ † *ad ha-* 8
bendum, quæ si est apposita in parte dispositiua, prout hic, reddit emphyteusim hæreditariam, & subiectam dispositionibus, & contractibus, ac hypothecis emphyteutæ quoties non contrariatur contextus inuestituræ Laderch. *cons. 1. per tot.* Giouagnon. *cons. 44. num. 53. 86. & 100. lib. 2.* Rot. *in rec. decis. 232. num. 6. par. 6. & decis. 510. n. 1. par. 13. & decis. 309. num. 3. par. 15.*

Hic autem non solum non contrariatur contextus inuestituræ supradictæ facultati, sed imò illam coadiuuat, vltrà enim dictam clausulam *ad habendum*, fuit adiecta alia *in*
perpetuum, † quæ pariter denotat qualitatem hæreditariam 9
Soccin. Sen. *cons. 266. sub num. 36. vers. a. præmitto lib. 2.* Paris. *cons. 84. n. 3. lib. 4.* Rot. *coram Seraph. dec. 808. n. 3. coram Caualer. decis. 293. numer. 3. & in recent. decis. 232. num. 5. part. 9. & do-*

& decis. 501. n. 4. par. 13. rec. nec non apposita fuit alia, quid
10 quid *placuerit faciendum*, † quæ etiam eandem qualitatem
comprobat Laderch. *d. cons. 1. num. 5.* Rota *d. decis. 310. nu. 7.*
vbi, quod semper ità tenuit Rota *par. 13.* cum ibi cumu-
11 latis, item facta fuit mentio hæredum, & successorum, †
quo casu emphyteusim censeri hereditariam latè tradit Ful-
gin. *de emphyt. tit. de contract. emphyt. qu. 1. num. 2.* Rota *co-
ram Dunoz. Iun. decis. 656. num. 13.* Merlin. *decis. 506. nu. 6. &
in recent. decis. 191. n. 3. par. 13.* & demum concessa legitur fa-
cultas alienandi cum prælatione ad fauorem Capituli Do-
12 mini directi, † ex qua facultate, quoque insurgit qualitas
emphyteusis hæreditariæ Rot. *decis. 294. num. 6. part. 2. &
decis. 26. n. 6. par. 3. & d. decis. 310. num. 5. par. 13. rec.* Vltra,
13 quod vbi inuestituræ emanant per viam venditionis † de
sui natura sunt transitoriæ ad extraneos Peutinger. *decis.
224 num. 3.*

Minùs in dubium reuocari poterat, quod bona emphy-
teutica fuerint comprehensa in dicta deliberatione, tùm
quia hoc primum fassus fuit ipsemet Actor qui cum tali sup-
posito petijt immissionem, & bonorum identitatem in pri-
ma Causæ propositione probauit, tùm, quia pro comprehen-
sione, & respectiuè identitate concurrunt plura à Reo con-
uento deducta, videlicet identitas vocabuli *Luchiani*, & Con-
14 finium, & vt † constitit DD. ex combinatione instrumento-
rum primæ inuestituræ delibetationis, & secundæ conces-
sionis, quæ stante antiquitate temporis ad effectum de quo
agitur exuberant Rota *coram Seraph. decis. 1209. nu. 3. coram
Card. Ottbob. decis. 102. & in Romana fideicommissi de Cribellis
18. Martij 1672. §. identitas ver. Reuerendissimo Domino Alber-
gata Decano.*

Nec teiceat, quod in præfata deliberatione, non accesserit
15 consensus Capituli Domini directi, † quoniam ex perso-
16 na Hieronymi hoc nequit opponi, † tùm quia ipse fuit hæ-
res Marcelli Rotantis Gratian. *d. discept. 311 num. 16.* Tum
17 quia deliberationem approbauit, † tàm positiuè mediante
epistola data in Summario Rei Conuenti *num. 3.* quam me-
18 diante taciturnitate annorum 30. quibus † permisit bona
emphyteutica possideri à Bartholomeo delibetatario, & à
Brigitta eius vxore, vt subdit idem Gratian. *ibidem n. 16. vers.
19 vlterius, & num. 19.* & quidem Brigitta non indigebat tali †
consensu, dum vti neptis Diotebi, & filia Marcelli erat de
comprehensis in inuestitutis, sicuti obseruat sæpè allegatus
Gratian. *vbi sup. num. 7. & 8.*

Et ita, vtraque Parte informante, resolutum fuit.

*Supra in hac eadem parte adest altera præsentis causæ decisio
316. in ordine.*

R. P. D. RONDININO.

Marsicana Iurisdictionis.

Lunæ 28. Februarij 1678.

ARGVMENTVM.

Cum Lateranensis Basilica, quę Ecclesias ædificatas in suo solo, habet sibi subditas, etiam quoad iurisdictionem Ordinarij, non probauerit concludenter identitatem Ecclesiæ controuersæ, inibi, vt prætenditur, fabricatæ, illam ideo eidem Ordinario subesse deciditur; hinc plures demonstrationes adducuntur, quæ vel tamquam æquiuocæ, vel tamquam parum concludentes ad plenam & perfectam probationem faciendam non sunt admissæ.

SVMMARIVM.

1 *Narratiua referens se ad aliud, sine relato nihil probat.*
2 *Instrumentum non habens signum Notarij, nec alia requisita necessaria, nullam fidem meretur.*
3 *Territorium dicit agrum extra Castrum.*
4 *Burgum nihil aliud est, nisi suburbium.*
5 *Suburbium dicitur locus extra Vrbem.*
6 *Annus incisus vel conscriptus in ædificio plerumque ædificij renouationem denotat.*
7 *Præsentationes antecedentes, & subsequentes factæ in eadem, vel de eadem Ecclesia, vno eodemque iure censentur, & intelligendæ sunt.*
8 *Finis, & medium debent esse de ratione principij.*
9 *Testes formiter examinati præferuntur testibus ad perpetuam rei memoriam receptis qui nec possunt cum illis concurrere.*
10 *Notario non creditur, si illius actis contradicant iudex, & testes.*
11 *Notarius si in accessu, & examine testium aliquid proprio marte composuit, ita in alijs fecisse præsumendum est.*
12 *Malus semper præsumitur malus in eodem genere mali.*
13 *Identitas Ecclesiæ non probatur ex possibilis præsumptione contraria.*
14 *Possibilitas sola sufficit, vt probatio non concludat.*

DECISIO CCCXXXIII.

POstquam in hac eadem causa succubuerat in possessorio
Lateranensis Basilica, eidemque renunciauerat, as-
sumpta fuit ordinaria cognitio: An ad Capitulum Late-
ranense, vel Marsorum Episcopum spectaret institutio in
controuersa Ecclesia; licèt autem audito tantum Latera-
nensi Capitulo ad ipsum spectare dictum fuerit * 25. Iunij
1677. coram me, hodie informante etiam Marsorum Epi-
scopo, suisque probationibus deductis, & perpensis, DD.
recesserunt a decisis.

Posita enim assistentia iuris fauore Episcopi, qui fun-
dat suam intentionem in Castro Aielli, & in omnibus Ec-
clesijs suæ Diœcesis, Capitulum Lateranense, ad quod
spectat onus concludenter probandi controuersam Eccle-
siam fuisse fundatam in suo solo, id non exequitur; Etenim
narratiua ab eodem capitulo facta in priuilegio concesso
Comiti Roggerio anno 1362. quod nempè fundus fuerit Ec-
clesiæ Lateranensi donatus à d. Comite Roggerio, eandem
donationem non probat, neque concludit, tum quia non
exhibetur ipsum instrumentum donationis † & ideo ipsa 1
narratiua, sine relato nihil probat, quæ nec etiam desumi-
tur ex instrumento originali, quia tale non est priuilegium
eidem Comiti † concessum, cum non habeat signum No- 2
tarij, quod per eundem Notarium dicitur fuisse appositum,
nec alia ad id requisita, ad tradita in *Auth. si quis in aliquo C.
de edendo*, Rota *coram Coccino decis. 2342. num. 36. & in Ae-
conitana Capellæ 5. Decembris 1674. §. non obstante coram R.
P. D. meo Emerix.*

Tùm & fortiùs, quia ista narratiua dicit de Ecclesia sita
in Territorio Castri Aielli in loco, qui dicitur Borgo, iuxtà
rem hæredum de Francozijs, quæ demonstrationes non ve-
rificantur in Ecclesia, de qua agitur; ipsa enim est in Ca-
stro, non in Territorio, † quod dicit agrum extra Ca- 3
strum, Brisson. *de verb. signific. lib. 18.* sicut Burgum nihil
aliud est, † nisi Suburbium, quod est extra Vrbem, 4
† & locum, nec respondent confinia, quia ex adhibitis di- 5
ligentijs, apparet familiam Francoz, iam nunquam fuis-
se iuxtà continia enunciata: Quinimò Ecclesia, de qua lo-
quitur concessio erecta dicitur à d. Comite Roggerio anno
1362. Hæc autem ostenditur fundata tempore Ducis Picco-
lominei, vt indicant eorum Arma, & Insignia. Admini-
culantur hæc omnia ex dictis testium, qui deponunt an-
num 1479. incisum in marmore ostij † indicare tempus 6
absoluti ædificij, prout dicunt audiuisse à maioribus, ac
etiam legitur in accessu pro parte Capituli facto, & exhibi-
to, ex quo duo inferuntur; primum, quod hæc Ecclesia
non sit illa, quæ prætenditur constructa anno 1362. iuxtà
priuilegium Comitis Roggerij, de quo supra, & assertio-
nem Notarij emissam in actu d. accessus; Alterum, quod
præsentationes, quæ afferuntur à Capitulo ante annum
1479. non possint esse huius Ecclesiæ, in quinto sæculo iuxta
marmoream inscriptionem fundatæ, † atque hac ratione 7
neque subsequentes præsentationes, vtpote factæ in eadem
Ecclesia, in qua factæ fuerunt priores, vt finis, † & me- 8
dium sint de ratione principij, Soccin. *consil. 73. num. 22. vol.
1.* Rimin. iun. *consil. 809.* Rota *coram Bichio decis. 214. nu-
mer. 10.*

Neque aduersantur præsentationes, & visitationes re-
centes, quæ respiciunt Ecclesiam hodie existentem sitam in
ipso Castro Aielli, quia non proficiunt hodie in hoc iudicio
ordinario, & conquassantur ex institutionibus, visitationi-
bus, & alijs actibus iurisdictionalibus, quæ fecit Episco-
pus, qui ab institutione Matini Iacobuccij ante annum
1579. vsque in præsens semper instituit, quomadmodum &
testes pro Capitulo adducti conquassantur ex testibus
hodie pro Episcopo inducti, † in quorum concursu 9
vtpo-

vtpotè formiter examinatorum, non valent illi pro Capitulo examinari ad perpetuam rei memoriam, sine iurisdictione præferri, quorum duo ingenuè postea fassi sunt, non esse veram attestationem antecedenter factam pro Capitulo, cui Notarius nimium fauere voluit, cum tam in accessu facto cum iudice Rotali, quam in alio per se facto asseruit in literis cassatis in inscriptione Ecclesiæ Castri, contineri fundationem anni 1362. & desuper testes examinauit;
10 Etenim, vt deponit † iudex examinatus temerè Notarius id asseruit, & in accessu iudiciali noluit veritatem describere, licèt ad id monitus à iudice, testesque fuerunt proprio marte Notarij examinati contra formam protestationis Episcopi, & non in faciem loci, nec mandante, aut consentiente Iudice, vt ipse testatur; licèt autem Notarius ausus est confingere examen testium super situatione Ecclesiæ, qui dixerunt postea id nunquam deposuisse, vt in
11 Summario Episcopi, † ita credi potest etiam in reliquis id
12 fecisse, quia semel malus † semper præsumitur malus in eodem genere mali, ad text. *in l. non omnes §. à Barbaris, vbi gloss. ff. de re militari* cum concordantibus.

Non obstat, quod confinia ex antiquitate temporis fuerint mutata, ac variatæ demonstrationes, ideoque insurgat discrepantia inter Ecclesiam Castri, & illam Territorij; Etenim testes deponunt semper locum, in quo hodie est Ecclesia in Castro fuisse semper plateam, & nunquam in Burgo, aut districtu ipsius Castri, & ita semper audiuisse, ac Burgum fuisse in locis extra Castrum; & quod plus est ipsi testes pro Capitulo examinati, referunt, se nunquam id dixisse, sed scriptum forsan fuisse per errorem, vel affe-
13 ctionem Notarij, † adeout omnia, quæ deducuntur pro Capitulo, referenda sint ad aliam Ecclesiam iam existentem in Burgo d. Castri, & nunc dirutam, prout dirutæ probantur aliæ Ecclesiæ, quæ erant in Territorio, quarum onera fuerunt annexa, & vnita huic Ecclesiæ Sanctissimæ
14 Trinitatis in Castro Aielli; † sufficit autem hæc possibilitas, & quidem probabilis, vt probatio non concludat ex parte Capituli argumento text. *in l. non hoc C. vnde vi*, Rota *recent. par. 11. dec. 281. num. 23.* cum similibus.

Et ita vtraque parte informante resolutum fuit.

Supra in alia præcedenti parte 18. tom. 1. adest altera præsentis causæ decis. 375. in ordine, & altera in hac eadem parte 116. ambæ emanarunt in hac causa.

R. P. D. VARESIO.

Subrogato in locum.

R. P. D. VEROSPII.

Perusina Legatorum.

Mercurij 1. Iulij 1665.

ARGVMENTVM.

Post satisfactum creditorem ex fructibus de bonis sui debitoris in Saluiano retentis, eidem debitori manutentio conceditur, cum non liceat amplius creditori eandem possessionem continuare, sed illam restituere tenetur, alioquin spolium committit; Satisfactio verò probari visa est ex perceptione eorundem fructuum; iuxta notulam ab eo traditam, & quoad valorem ex fide officialium desumpta.

SVMMARIVM.

1 *Creditori immissio in Saluiano integrè satisfacto datur debitori manutentio, & nu. 3.*
2 *Decisio non extensa ab Auditore prædefuncto, ab eo, qui in eius locum subrogatus est extendi, & promulgari consueuit*
3 *Manutentio competit debitori posteaquam suus creditor in bonis immissis plenariè satisfactus est.*
4 *Creditor immissus in Saluiano, si post consequutam satisfactionem, bona non dimittit, eaque creditori restituit, dicitur spoliare, & n. 12.*
5 *Compensatio resultat ex perceptione pecuniarum, & consequutione fructuum à creditore facta.*
6 *Vsurarum cursum ad euitandam compensatio ipso iure fit.*
7 *Florent 1500. redacti ad pecuniam constituunt scuta 937. 50.*
8 *Creditum, & debitum ex computo aritmetico liquidatur, & num. seqq.*
9 *Fructuum perceptio probatur ex notula ipsius creditoris immissi.*
10 *Creditor si remansit in possessione bonorum, sui debitori, & fructus percepit, suum extinguit creditum.*
11 *Valor fructuum sufficienter iustificatur ex attestationibus officialium.*
12 *Spolium à creditore committitur si postquam ille remanet satisfactus, bona debitori non dimittit, & supra num. 4.*

DECISIO CCCXXXIV.

A Sententia immissionis pro florenis bis mille lata à Reuerendiss. Domino Zarate de anno 1655. ad fauorem Ioannis Baptistæ, & aliorum de Columbis vti hæredum Olimpiæ, & Virginiæ de Cincijs, commissa fuit appellatio bonæ memoriæ Verospio ad instantiam Marci Antonij, & fratrum de Cincijs cum clausula sine præiudicio legitimæ exequutionis quoad florenos 1500. & illorum fructuum à die obitus Petri Hieronymi de Cincijs, quo verò ad florenos 500. constito quod sit locus Ægidianæ, & disputato dubio coram eodem bonæ memoriæ Verospio sub die 16. Ianuarij 1662. responsum fuit non esse locum Ægidianæ; Hinc adepta per Columbos possessione pro solis florenis 1500. ad formam rescripti Signaturæ, & decisionis editæ, prætenderunt Cincij, eos fuisse satisfactos ex perceptione fructuum per nonnullos annos, & proindè obtinuerunt disputari dubium. An constaret de satisfactione illorum de Columbis, itaut Cincijs dandum esset manda-
tum de manutenendo, † quod affirmatiuè fuit resolutum, 1
& cum propter obitum d. bonæ mem. Verospij, non fuerit
adhuc extensa decisio, † hæc cura mihi in eius locum suf- 2
fecto demandata est.

Fundamentum autem resolutionis fuit, quod cum constet de satisfactione Columborum, qui immissionem obti-
nuerunt, † Cincijs debitoribus competit aduersus eos ma- 3
nutentio pro recuperanda possessione, † itaut Columbi il- 4
lam retinendo, spoliare dicantur, Pacific. de Salulan. *interd. inspect. 4. cap. 1. n. 220.* Adden. *ad Buratt. decis 848. n. 16.* Rota *coram sanctæ memoriæ Gregorio XV. decis. 254. n. 1. vbi* Addentes nu. 6. Merlin. *decis. 291. n. 3. & penes* Puith. *de manut. decis. 327. num. 13.*

Hinc præmisso, quod ex receptione pecuniarum, & per-
ceptione fructuum † respectiuè fuit factus locus compen- 5
sationi † ipso iure ad euitandum cursum vsurarum, per 6
textum *in l. cum alter ff. de compensat. l. eius quantitatis ff. de solution.* Honded. *consil. 38. num. 19. lib. 2.* Fontanella *de pactis nuptial. claus. 6 gloss. 2. par. 6. num. 161.* Rota *decis. 303. num. 4. par. 8. & decis. 309. nu. 21. par. 9 recent.* integram satisfactionem Dominorum de Columbis desumebant Domini ex calculo per Cincios exhibito, in quo firmato credito Colum-
borum in florenis 1500. † qui redacti ad pecuniam, con- 7
stituunt summam scutorum 937. 50. & è conuerso demptis scutis 111. 19. pro totidem fructibus debitis Cincijs pro rata
illis competente, † constat dictum creditum remanere in 8
scutis 826. 31. pro sorte, vltra alia scuta 169 85 pro fructibus vsque tunc decursis ad rationem scutorum quinque pro quolibet centenario, & anno, & ab ijs detractis scutis 689. 30. pro totidem receptis ab œconomo, & ex retractu pretij grani, fabarum, & pensionum cuiusdam domus, remansit dictum creditum in scutis 306. 86.

Quibus scutis 306 86. additis scut. 414. 26. pro fructibus decursis vsque ad annum 1655. ad eandem rationem scutorum quinque pro centenario, denuò fuit auctum ad scuta 721. 12. sed demptis scutis 516. 32. quæ receperunt ex fructibus bonorum, ad quæ fuerunt immissi ab anno 1655. vsque ad annum 1658. iuxta notulas ab ipsis exhibitas Sum-
mario *num. 5.* † creditum reductum fuit ad scuta 204. 80. 9
ijsque iunctis scutis 1024. pro fructibus vnius anni ad eandem rationem, remansit in scutis 205. 40. Et cum Columbi anno 1659. receperint ex ijsdem bonis scuta 128. 89. ÷ vti ex eorum notula Summario *num. 6.* diminutum fuit vsque ad scuta 86. 14. ÷ quibus cumulando alia scuta 4. 30. ÷ pro fructibus totius anni 1659. dictum creditum de anno 1660. firmatum fuit in scutis 90. 45.

Cum autem columbi permanserint in possessione bono-

 rum

10 rum, † non videtur hæsitandum, quod eadem summa remanserit consumpta per fructus ab illis perceptos anno 1660. vt constat ex eorum confessione, de qua in notulis dicto Summario *num.8. 10. & seqq.* in quibus licèt non fuerit
11 expressus valor eorundem fructuum, † tamen de eo sufficienter constat ex attestationibus Officialium, Summario *num.9.*

Ex quibus vltra regalia Colonorum, & vltra alias recollectas, de quibus exhibuerunt notulas pro annis 1661. 1662. & 1663. euidenter apparet de integra, & totali satisfactio-
12 ne eorundem Columborum, † itaut citra vitium spolij non possint recusare restitutionem bonorum, ex allegatis.

Et ita, vna tantum parte informante, resolutum fuit.

Præsens decisio ideo fuit apposita, vt vna cum alijs supra impressis par.15. recen. integræ habeantur decisiones bon. mem. Varesij.

R. P. D. CARPINEO.

postea S. R. Ecclesiæ Cardinali.

Mediolanen. Capellaniæ.

Mercurij 2. Decembris 1665.

ARGVMENTVM.

Materia celebrationis missarum, & erectionis Capellaniæ continet hæc Decisio, ad eam quæstionem: An illa Sacerdotalis sit, & Capellanus celebrare teneatur per se ipsum, vel possit etiam adimplere per alium: Rursus adhuc quatenus eadem residentiam requirat, vel non, ad hoc, vt compatibilis sit cum beneficio Archipresbyterali, curam animarum habente.

SVMMARIVM.

1 *Nominatio Capellani, seù Beneficiati à testatore facta habet vim expressæ præsentationis, & electionis.*
2 *Electus à testatore in concursu cuiuslibet præsentati à patrono præferendus est.*
3 *Beneficiatus etiam non Beneficiato præfertur, si à testatore nominatus sit.*
4 *Sacerdotale beneficium, seù Capellania ex quibus verbis à testatore fundata fuisse dicatur.*
5 *Sacerdos actu esse debet tempore purificatæ conditionis qui Capellaniam Sacerdotalem obtinere velit.*
6 *Sacerdotalem Capellaniam obtinere potest etiam non actu Sacerdos, dummodo in ea sit ætate, vt infra annum ad Sacerdotium promoueri valeat.*
7 *Residentiam personalem requirit Archipresbyteratus, & aliud beneficium habeat curam animarum.*
8 *Celebratio Missarum Capellano iniuncta non arctat ad residentiam præcisam, cum possit adimpleri per aliam, & n. seqq.*
9 *Capellanus non tenetur celebrare per se ipsum, nisi talis obligatio illi expressè sit iniuncta, vel ex alijs verbis idem necessario inferatur, & num. seqq.*
10 *Capellania est compatibilis cum beneficio Curato, & vid. supr. n.7. & infr. n.26.*
11 *Capellanus, quod non teneatur celebrare per se ipsum, sed possit celebrare per alium in concussa est Sac. Congregat. Eminentissimorum Cardinalium, & aliorum DD. sententia.*
12 *S. Rota reuerenter excipit resolutiones SS. Congregat. Eminentissimorum Cardinalium, etiam recedendo à contraria opinione, quam prius tenuerat.*
13 *Residentiam ad inducendam non semper requiritur, quod in fundatione caueatur, vt Capellanus celebret per se ipsum.*
Sed sufficit quod aliunde desumatur intentio testatoris ibidem.
14 *Dictio* qui *est personalissima, & an ex ea residentia deducatur.*
15 *Relatio quamuis personalissima nihil operatur, si persona etiam proprio nomine expressa non tenetur nec obligatur.*
16 *Relatio respiciens personam quandoque inspicitur vt fiet demonstratiuè, non autem dispositiuè.*
17 *Celebrationem Missarum per se ipsum, vel residentiam non important plura verba, quæ hic notantur, à testatoribus in fundatione apposita.*
18 *Sacerdotij qualitas siue sit adiecta electioni, siue oneri celebrandi, Capellaniam Sacerdotalem, vel residentialem non inducit.*
19 *Residentia, ex qua resultet incompatibilitas non deducitur ex qualitate Sacerdotij à testatore in beneficio expressa.*
20 *Sacerdotalis potest esse Capellania, ita vt debeat eligi Sacerdos actu, vel habitu, sed non ideo infertur, quod sit residentialis.*
21 *Capellania quatenus non sit perpetua regulanda ad instar beneficij, sed solum simplex legatum pium, cum onere celebrationis Missarum.*
22 *Capellaniam habitualem retinere possunt, & de ea sunt capaces, etiam laici, & mulieres.*
23 *Capellania licet à testatore nuncupata sit mercenaria, non inde sequitur, quod illa fuerit simplex legatum pium, & nu. seqq.*
24 *Capellaniæ, & Capellani erectio, & electio verè congruit ipsi Capellaniæ, non autem adaptatur simplici legato pio cum onere Missarum.*
25 *Residentiam non requirunt beneficia simplicia, vel similes Capellaniæ, etiam perpetua.*
26 *Beneficia simplicia, & Capellaniæ se compatiuntur cum beneficio Curato, & etiam absque dispensatione retinentur simul, & vid. sup. nu.7. & 10.*
27 *Testator instituens Capellaniam, circa illius residentiam, præsumitur se conformare voluisse cum vniuersali consuetudine totius Orbis.*
28 *Missæ Sacrosanctum Sacrificium non eam prouenit ex merito celebrantis, sed ex opere operato, vt docet schola SS. Patrum, & Theologorum simul.*
29 *Industria personæ an possit dici electa in Sacrificio Missæ.*
30 *Testatori nihil interest an per vnum, vel per alium Sacerdotem celebrentur Missæ ab eo demandatæ.*

DECISIO CCCXXXV.

FRanciscus Bernardinus de Cruce Instituto hærede Carolo Aurelio filio, ad alios descendit gradus substitutionum, quibus deficientibus, voluit ferè per hæc verba: Quod omnes hæreditatis suæ partes ad Capellaniam Sanctæ Mariæ Assumptæ Loci Goiler Maronis deberent peruenire, quodque per agnatos proximiores eligeretur Capellanus, qui missam quotidianam ad dictum Altare teneretur celebrare, qui Sacerdos eligendus debeat gaudere fructibus suæ hæreditatis; Et missis alijs, quæ ad quæstionem non pertinent, mandauit, vt eligeretur in Capellanum filius Melchioris Littæ, quatenus efficeretur Sacerdos.

Huic vltimæ dispositioni cum locus factus esset, elegerunt proximiores ad hanc Capellaniam Hieronymum Madam, cui se opposuit Carolus Litta filius Melchioris, & tamquam ab eodem Testatore expressè nominatus prælationem, ac immissionem etiam in bonis ad Capellaniam spectantibus primò à Vicario Generali Mediolanen. in Curia, deindè obtinuit; Vndè causa ad Rotæ Tribunal deuoluta, dubium proposui: An d. Littæ esset immissio concedenda, quod DD. resoluerunt affirmatiuè.

Designatio enim illius personæ facta à Fundatore † vim 1
obtinet expressæ præsentationis, ac electionis, Rota *coram Puteo decis. 252. num. 1. lib. 3. in correct. & decis. 37. num. 3. & 5.* post Viuian. *de iurepatr.* Adeout meritò Litta sit anteponendus cuicumque alteri præsentato à Patronis, † qui ex- 2
pressæ Testatoris, Fundatorisque voluntati contrauenire voluerunt, vt tradit Bald. *cons. 38. num. 2. lib. 4.* Imò Beneficiatum etiam hoc casu † non Beneficiato præferri voluit 3
Rota *coram Card. Seraph. decis. 774. num. 3. & coram Duran. decis. 228 n. 10. & seqq.*

Neque ex recensitis verbis visum fuit aliquam Littæ obijci posse incapacitatem. Quia licèt admitteretur, quod qualitas Sacerdotalis in eligendo requisita, ibi: Qui Sacerdos eligendo requisita, ibi: Qui Sacerdos eligendus debeat gaudere fructibus, & præcipuè in eodem Litta, ibi: Et quatenus filius Melchioris efficiatur Sacerdos, † continuare 4
potuisset Capellaniam sacerdotalem, iuxta opinionem Barbat. *cons. 38. num. 10.* & Lambertin. *de iurepatr. lib. 2. part. 1. quæst. 2.*

quæst. 2. priuc. art. 27. quos secuta fuit Rota *decis. 496. num. 2. & 3. par. 1. & decis. 216. num. 1. & seqq. par. 2. rec.* & in alijs adductis *in Nullius, seù Montis Alti iurispatronatus 15. Iunij 1654. §. secundum obiectum, coram bo. me. Dunozett.* Itaut vel
5 oportuerit Littam actu esse Sacerdotem † tempore purificatæ conditionis, vt voluit Dec. *cons. 129. num. 5.* & firmat, adductis alijs, Castropal. *oper. moral. tract. 13. disput. 1. punct. 6. num. 2. & Rot. in decis. Seraph. 271.* & ex sententia Rota Garz. *de benef. par. 7. cap. 1. à num. 61. vsque ad 73.* vel saltem
6 tunc temporis in tali fuisse ætate constitutum, † vt potuisset infra annum ad Ordines promoueri, ad text. *in cap. 2. de institut. in 6. & in cap. cum super eo de elect. in 6.* Didac Spin *in spec. testam. glos. 4. princ. numer. 68.* & illo adducto Thomas Sanchez *oper. moral. lib. 7. cap. 1. dub. 48. num. 15.* & alij adducti per Gonzal. *ad reg. 8. Cancell. glos. 5. nu. 105.* Tamen huic requisito fuit abundè satisfactum, dum Litta ante purificatam conditionem non solum extiterat sacerdotali charactere insignitus, sed obtinuerat etiam Archipresbyteralem Ecclesiam Terræ Annæ, cui inest cura animarum.

Eiusdem ferè ponderis fuit altera obiectio incompatibilitatis ex eo desumpta, quod Litta obtinens prædictum Ar-
7 chipresbyteratum, † qui ob curam animarum personalem sequirit residentiam, *cap. extirpandæ de præben. & cap. licet Canon. eodem tit. in 6.* non posset iuxta Testatoris præceptum apud hanc Capellam Sacrum quotidiè peragere, quod etiam sine personali residentia expleri nequit. Quoniam onus quotidiè celebrandi non arctat Capellanum ad resi-
8 dentiam præcisam, † itaut non possit per alium idoneum illi æquè benè satisfacere, vt ex sententia Io: Calderin. *in cap. super inordinata de præben.* probat in terminis Lapus *alleg. 35. num. 2.* & latius *alleg. 116. num. 1. vers. nec forte dicat aliquis*, & per eadem ferè verba in sequenti *alleg. 117. num. 2. vers. dicit enim*, quem secutus est Felin. *in cap. cum omnis ante num. 33. vers. & hoc procedit, de Constitut. & Card. in cap. de multa §. vltimo in fin. vers. quæro de præben.* & alij, quos refert Alphons. Oied. *de incompatib. par. 2. cap. 1. num. 2.* nisi vlterius fuerit dictum, quod Capellanus per se ipsum cele-
9 brare † teneatur, vel nisi per similia verba remouisset Fundator hanc qualitatem, seu facultatem celebrandi per alios, vt vltra superius adductos firmat, alijs pluribus relatis Vgolin. *de potest. Episc. cap. 30. §. 8. num. 5.* Barbos. *in eodem tract. alleg. 25. num. 29.* Azor. *instit. moral. par. 2. lib. 3. cap. 8. num. 5.* Pirr. Corrad. *in prax. benef. lib. 2. cap. 16. num. 114. & seqq.* Campanil. *diuers. iur. Canon. Rubr. 7. cap. 6. num. 19.* ac ex professo Thom Sanchez *consil. moral. lib. 7. cap. 1. dub. 48. per tot.* & signanter *num. 14.* vbi, quod nec talis Capella-
10 nia est incompatibilis cum Beneficio Curato, † nec Capellanus cogi potest ab Episcopo ad residendum, vel ad celebrandum per se ipsum: Et hoc idem voluit alijs relatis P. Dian. *resol. moral. par. 3. tract. 14. resol. 18.*

A qua opinione tot Doctorum auctoritate firmata putarunt Domini nullo pacto esse hodie recedendum, vbi illa
11 non solum validissimis rationibus, † sed quamplurimis etiam fulcitur resolutionibus Sac. Congregationis Eminentissimorum Sac. Concilij Tridentini Interpretum, quorum vnam ponit per extensum, Garz. *de benef. par. ... cap. 4. num. 15. vers. cum dubitaretur*, & duas in *par. 7. cap. 1. num. 93.* & de simili declaratione testatur Gonzal. *ad reg. 8. Cancellariæ glos. 5. num. 88.* & de alijs Gratian. *discept. foren. cap. 153. num. 12. ac* Barbos. & Dian. *locis citatis*, ac materia prius plenè discussa, hanc ipsam sententiam 14. eiusdem Sacræ Congregationis resolutionibus ad vnguem insertis confirmat *R. P. D. Fagnan. in cap. Abbates à nu. 70. vsque ad 76. de ætat. & qualit.*

Hinc meritò Rota nostra ijsdem innixa resolutionibus,
12 quas semper excipit reuerenter, † recedendo à contraria opinione, quam tenuerat in *Romana Capellaniæ 19. Martij 1586. coram clar. mem. Card. Pamphilio* relata per Garz. *de benef. d. par. 7. cap. 5. num. 79.* hanc eandem sententiam professa est *in eadem causa sub die 23. Ianuarij 1589. coram eodem, vt in decisione apud eundem Garz. loco cit. num. 94.* & illam semper inconcussè retinuit in sequentibus decisionibus adductis *in decis. Merlin. 825. num. 10.* quibus addi possunt *decis. 635. num 2. 719. num. 3. par. 2. 221. num. 16. par. 7. & 182. num. 11. & seqq. par. 8. recent. in Maceraten. Beneficij 16. Maij 1640. coram bo. me. Bich. & in alia Maceratea. Capellaniæ 1. Iulij 1651. coram R. P. D. meo Priolo, & coram eodem in Tirasonen. beneficij 20. Maij 1658. §. ponderatur.*

Et quamuis ad inducendam obligationem præcisè residendi non semper requiratur, quod in fundatione sit cau-
13 tum, vt Capellanus celebrare teneatur per se ipsum, † sed sufficiat, quod verbis æquipollentibus talis desumi possit intentio Testatoris, vt colligitur ex quatuor exemplis adductis per eundem Fagnan. *ibid. à num. 78 vsque ad 81.* in quibus eadem Sac. Congregatio censuit, Capellanum teneri ad residentiam, atque ad omnia per se ipsum explenda; Nihilominus applicari illa non possunt proposito casui, in quo nulla adsunt verba, ex quibus aliquod desumi possit argumentum consimilis intentionis; nam debile visum fuit illud
desumptum ex vi personalissimæ relationis, † *qui*, ibi: 14
Eligatur Sacerdos, qui celebrare teneatur: Nam sicuti quando onus celebrandi iniungitur ipsimet Capellano, non in-
telligitur per se ipsum, nisi hoc expressè declaretur; † ita & 15
eò minus, quando hoc agitur relatione mediante, vt in terminis similium verborum tradit Lotter. *de re benef. lib. 7. qu. 48. à num. 29. vsque ad 38. & Gonzal. ad reg. 8. Cancell. d. glos. 5. num. 74 & seqq.* firmantes, quod licèt verba hæc se se re-
ferant ad personam Beneficiarij, † tamen relatio inflecti- 16
tur, vt fiet demonstratiuè ad qualitatem oneris, non dispositiuè ad qualitatem personæ, vt in puncto respondit etiam Rota *coram Merlin. decis. 825. num. 11. & decis. 182. num. 6. par. 8. recent.* & in his præcisis terminis adsunt tres punctuales resolutiones Sacræ Congregationis relatæ per eundem *R. P. D. Fagnan. in d. cap. Abbates num. 66.* ibi: Pro vno Cle-
rico, qui ei in Diuinis inseruiret. † & inferius *in vers. item* 17
stante, sit, & esse debeat vnus Capellanus, qui qualibet hebdomada teneatur &c. *& num. 67.* Deputari debeat vnus Præbendarius, qui singulo quoque die &c.

Leuius est aliud ex qualitate † Sacerdotis, siue adiecta 18
verbis electioni, siue oneri celebrandi, ex traditis per Rotam *coram Seraphin. decis. 861. & in dicta Nullius, seù Montis Alti iurispatronatus 11. Iunij 1654. §. ad secundum coram bo. me. Dunozett. confirmata 29 Nouembris 1662. coram R. P. D. meo Beuilaqua.* Quia non reincidit in superiorem articulum: An Capellanus eligendus debeat esse actu Sacerdos, vel aptitudine tantum, qui, vt dictum fuit, sublatus remanet, ex quo Litta tempore conditionis hac qualitate fruebatur;
& ex eo non infertur, quod necessaria sit residentia, † ex 19
qua insurgat incompatibilitas, vt pluribus relatis firmatum fuit *in d. decis. 182. num. 11. par. 8. & in d. Aquilana Capellaniæ 26. Maij 1656. §. Possessionis verò coram R. P. D. meo Priolo*: & possunt stare simul, quod Capella sit Sacerdotalis, itaut ad illam præsentari non possit, nisi Sacerdos vel actu,
vel aptitudine, † & quod eadem non sit residentialis, adeo- 20
ut Sacerdos ad illam electus muneta iniuncta per alium valeat explere, vt aduertit Pirr. Corrad. *in prax. benef. lib. 2. cap. 16. num. 116.* & ab eadem Sacra Congregatione decretum extitit sub die 28. Iunij 1605. vt in resolutione relata à *R. P. D. Fagnan. loco alleg. numer. 57. in fine, & d. Campanil. diuers. iuris Canon. rubr. 7. cap 6. num. 13. vers. secundo nu in eo.*

Denique non subsistit motiuum ab altero ex Scribentibus pro Meda excitatum, quod hæc non sit perpetua Ca-
pellania, ad instar Beneficij regulanda, † sed tantum 21
simplex legatum pium, cum onere mercenario celebrationis missarum in certa Capella; potissimum quod ipsemet Fundator illam mercenariam nuncupauerit, ex quo subtiliter inferebatur ad intentionem Fundatoris, vt Sacerdos celebret per se ipsum; nam si aliàs hic actus per quemcumque Sacerdotem expleri potuisset, sequeretur, quod ij, penès quos esset facultas eligendi, possent hanc Capellaniam
habitualem † (cuius sunt etiam capaces laici, vel mulie- 22
res) retinere Buratt. *decis. 1. nu. 7.*

Quia, vltra aptissimas responsiones, quæ huic obiecto dari possent, visum fuit Dominis illud funditùs destrui ob defectum assumpti, super quo fundatur; nam ex quo vno in loco dixerit Testator, Capellaniam velle nuncupari
Mercenariam, † non sequitur pernecesse, quod illa 23
efficiatur simplex legatum pium, cum potuerit hoc velle ad alios effectus.

Quod clarè conuincunt verba antecedentia, & subsequentia super erectione Capellaniæ, ibi: Volo ex redditibus duarum partium eligi debere Capellaniam, & plures;
volo, vt eligatur Capellanus: † quæ magis adaptari pos- 24
sent Capellaniæ ad instar perpetui Beneficij, quàm simplici legato, vt notat in his terminis Alphons. de Ler. *de offic. Capel. quæst. 5. num. 36. & seqq.* & voluit Rota *in Sauonen. Beneficij, seù iurispatronatus 27. Iunij 1664. confirmata 30. Ianuarij præteriti cor. R. P. D. meo Emerix.*

Sublato ex his omni argumento contrariæ intentionis, circa residentiam concurrit generalis totius Orbis consuetu-
do, quod obtinens simplicia Beneficia, † vel similes 25
Capel-

Capellanias perpetuas non teneatur residere, ad notata per
Felin. *in ca.p. dilectus il secondo de rescripi.* & Imol. *in cap. fin.*
num. 9. de Clericis non residen. ante num. 2. Mil. *in repertor. in*
verbo Beneficia quæst. 33. Itaut compatiantur cum Beneficio
26 Curato, † & possint absque dispensatione insimul retineri,
iuxta doctrinam Lap. in adductis *alleg. 116. & 117.* Et cum
27 hac vniuersali consuetudine † Domini existimarunt potiùs
se voluisse conformare Testatorem, vt probant adducti per
Gonzal. *d. gloss. 5. num. 81.* quàm ab ea recedere, vt dixit Lotter *de re benef. lib 2. qu. 48. num. 36.*

Maximè quia ex sequentibus verbis: Et hoc in remedium
animæ meæ, & meorum defunctorum finis præcipuus,
& vera Testatoris elucet intentio, suffragandi scilicet ipsius animæ, & defunctorum: Quocirca nihil ipsius interesse poterat, si in hoc puro, nudoque ministerio hic, vel ille
administret, cum effectus Sacrosancti Sacrificij non tam ex
28 merito veniat celebrantis, † verum ex opere, vt dicunt,
operato, vt communis docet sententia Sanctorum Patrum,
& præcipuè *Diui Gregorij in cap. multi sæcularium 14. qu. 1.*
& Sancti Augustini in cap. vtrum sub figura 72. de consecratione dist 2. Ideoque affirmari non potest, ab ipso fuisse ele-
29 ctam industriam personæ, † quia vtroque modo siue Beneficiatus per se ipsum, siue per alium celebret, consultum est
30 menti, † & intentioni defuncti, vt ponderat in puncto
Grat. *discept. 133.* & considerat Rota *in decis. 182. num. 11.*
par. 8. rec. & in decis. 825. num. 4. & 10. coram Merlino, ac in
Maceraten. Beneficij 1. Iul. 1647. §. Etenim in fin. coram bo.
me. Verospie.

Et ita vtraque &c.

R. P. D. CARPINEO.

postea S.R.E. Cardinali.

Romana Vineæ.

Veneris 2. Aprilis 1666.

ARGVMENTVM.

Post euictionem fundi censiti, qui ex causa anterioris hypothecæ subhastatus erat, prætendebat creditor consequi fructus sui census, saltem loco damnorum, & interesse: Verùm quia de illius scientia constabat, propter quam ad repetitionem sortis agere poterat, cum census ex auocatione eiusdem fundi remansisset extinctus, illos ideò non deberi deciduntur, & quatenus etiam exactos, in sortem imputandos esse concluditur.

SVMMARIVM.

1 *Census extinguitur, si fundus censitus ex causa necessaria anterioris hypothecæ fuerit euictus.*

Fructus ex censu resoluto, non debentur. numero primo.

2 *Fructus census vt debeantur ratione damnorum, & interesse, quamuis ille ob anteriorem hypothecam resolutus sit.*

Requiritur ignorantia creditoris eiusdem hypothecæ, & resolutionis illius. ibid. & nu. 5. cum seqq. vbi vid.

3 *Creditor census, qui habuit notitiam euictionis fundi censiti, non potest amplius prætendere fructus, & quando a nu. anteced. & seqq.*

4 *Creditor census tenetur restituere fructus exactos post euictionem fundi censiti ex causa anterioris hypothecæ sequutam, illosque in sortem etiam imputare.*

5 *Scientia, vel ignorantia quatenus attendatur in creditore census, prætendente consequi fructus rationem damnorum, & interesse, ob euictionem fundi censiti.*

6 *Scientia debitoris census non præiudicat illius emptori, neque eiusdem actiones immutat, aut clusorias reddit.*

7 *Creditor census sciens fundum censitum esse alienatum, vel alijs obligatum, quatenus potius debeat repetere sortem, quàm fructus exigere.*

8 *Census habetur pro extincto, quotiescumque est in facultate creditoris repetere sortem.*

9 *Censum durare, & esse in facultate creditoris consequi sortem, incompatibilia sunt.*

10 *Census nullitas prouenient ex defectu materiæ, distinguitur à nullitate resultante ex defectu formæ.*

11 *Census à principio nullus; vel postea resolutus ex defectu materiæ, sustinetur adhuc in præiudicium impositoris.*

12 *Scientia creditoris census, & illius cessionarij super euictione fundi censiti, resultat, si de ea in instrumento cessionis mentio facta sit.*

DECISIO CCCXXXVI.

CEnsuerat Rota sub die 26. Iunij 1651. coram Reuerendissimo Royas Episcopo Abulen. confirmandam esse sententiam A. C. in qua ex remedio Saluiani data fuerat immissio Ioanni de Pactis super controuersa Vinea, donec fuisset satisfactus de fructibus Census aliàs de anno 1621. a quondam Francisco Ansidonio impositi; sed reuisa hodie decisione, quæ est inter eius impressas 458. contrarium respondit, quia visum fuit non habere subsistentiam creditum fructuum, pro quibus agit Ioannes: nam illos non potuit prætendere ex Censu ob euictionem Domus censitæ ex necessaria causa anterioris hypothecæ præ-
cedenter resoluto, & extincto, † iuxta regulam, 1
quam distinguendo inter causam necessariam, & voluntariam, constituunt Bart. & Angel. *in l. 3. ff. quib. mod. pign. vel hypoth solu.* & quæ communiter desumitur ex *l. lex vectigali 31. ff. de pignor. & ex l. vbi §. sed & Marcellus, ff. de in diem adiect.* & per Feudistas *ex cap. 1. § rursus, quib. mod. feud. amit.* quibus Textibus concordant in nostris terminis adducta per Cenc. *de censib. quæst. 116. num. 1. & 2.* & latius per Rot. *in Romana census 10. Iunij 1641. §. nec visa est, coram Reuerendiss. D. meo Decano, post* Merlin. *de pignor. in ordine la 47. num. 1.*

Nec etiam loco damnorum, & interesse, † quia hoc 2
posset admitti, quotiescumque Dominus Census, vel
Creditor nullam habuisset scientiam euictionis, vt sunt
termini adductæ *decisionis 47. Reuerendissimi Decani sub numer. 4. post* Merlin. *de pignor.* Secus verò quando, vt in propositia facti specie, superuenit Creditori notitia sequutæ
euictionis, quia tali casu † nullo modo fructus potest 3
prætendere, vt sensit Nauarr. *in comment. de vsur. num. 118.*
vers. 26. quæstio. Et si quos recepisset, † teneretur resti- 4
tuere, vel in sortem compensare, vt prosequitur Idem Nauar. *in seq. num. 119.* & ipso allegato Boccac. *de censib. par. 2. num. 47.* Gratian. *decis. Marcb. 13. num. 12. & seq.* Mart. Medic. *decis. Senen. 31. num. 16.* & voluit Rota *nostra in decis. Duran. 449. num. 2. cum plurib. seqq.* & signanter *num. 15. vers. & quando,* & admittit *d. decisio in Romana Census coram Reuerendiss. D. meo Decano §. præterea, vers. euictio verò secuta fuerat ignorante creditore.*

Nec discrepat *decisio Seraphini 787.* licèt ibi *num. 4.* dictum fuerit, damnum, & interesse deberi, reprobata distinctione scientiæ, vel ignorantiæ, quando, vt in præsenti, con-
tenditur, adest pactum soluendi damna, & interesse; † 5
Quia animaduersum fuit hanc decisionem non loqui de scientia emptoris, seu creditoris, sed de scientia venditoris, in quo certè attendi non debet scientia, vel ignorantia, cùm non debeat esse in potestate ipsius actiones ex con-
tractu resultantes elusorias reddere, † neque ex ignoran- 6
tia illius diminuitur interesse emptoris; vt benè ratiocinatur ex pluribus exemplis Rota *in d. decis. à num. 4. vsque ad num. 10.* & conuincitur ex antecedenti decisione eiusdem causæ *coram Castruccio la 102. post* Statil. de Saluian. *interdict.*
Et hoc non congruit casui nostro, in quo agitur de creditore
sciente fundum censitum esse alienum, † vel vti alijs prius 7
obligatum, euictum fuisse, & sic apertum fuisse locum repetitioni sortis principalis, in quibus terminis, qui sunt valdè diuersi à *decisione Seraphini*, excluditur creditor sciens à quacumque consecutione fructuum, vel interesse, remanente penès ipsum sola actione pro sorte principali, quę vbi
aliquo casu facta fuisset repetibilis, † itaut sit in mera facul- 8
tate emptoris illam recuperare, census habetur pro extincto, vt probant adducti per Cencium *de cens. quæst. 107. num. 26.* quia, vt inquit Rota *apud eundem d. decis. 283. num. 3. & decis. 290. num. 2.* non compatiuntur ad inuicem, quod
census † duret, & sit in arbitrio emptoris repetere sortem 9
aliàs aperiretur magnum ostium pro exercendis vsuris, vt considerat Nauar. *in comment. de vsur. num. 118. in vigesima octaua quæstione.*

Parum obstitit *decisio bo. me. Verospij in Romana Saluiani*
20. Maij 1651. §. siquidem, † distinguens inter nullitatem ex 10
dele-

defectu materiæ, & illam ex defectu formæ' prouenientem; quia quatenus se fundat in auctoritate, Cenc. *qu. 19. num. 41. & qu. 88. num. 15. in resolutionibus Rotalibus apud eundem*
11 *ibidem allegatis*, omnes procedunt retento † eodem themate, quod census sobstineatur in præiudicium impositoris, quando ab initio est nulius, vel postea resoluitur ex defectu materiæ; nulla ex illis descendit ad casum, quando
12 euictio sequatur cum scientia creditoris, † quæ in proposito euidentissimè probatur tam respectu Agathæ Grossæ emptricis, quàm Ioannis cessionarij, dum in ipso cessionis instrumento insimul affirmarunt, omnia bona Francisci impositoris fuisse ex causa prioris hypothecæ adiudicata, & signantèr euictam fuisse Domum censuatam.

Quamobrem, omissis alijs pro nunc, quæ circa nullitatem sententiæ A. C. & circa reiectam melioramentorum exceptionem deducebantur, hoc solum motiuum hodie satis fuit Dominis, vt Partibus hinc indè informantibus recederetur à decisis coram Reuerendissimo Royas.

R. P. D. OTALORA.

Postea Præsiden. Granaten.

Romana Saluiani.

Lunæ 28. Iunij 1666.

ARGVMENTVM.

Creatus erat census cum simpliei ordine Sac. Monti Pietatis directo, quod ideò subsistineri prætendebatur, quia verè, & realitèr erat d. ordo solutus; Contrarium verò deciditur, quia non exindè adimpleta fuerat forma Pianæ Constitut. requirentis numerationem pecuniarum in actu celebrationis instrumenti; Cumque ille, vel mediante alio simili ordine, reuocari potuisset, vel adhuc per præuentiuam exactionem eludi, ideo pro nullitate eiusdem census fuit decisum.

SVMMARIVM.

1 *Census impositus sine interuentu pecuniæ numeratæ remanet nullus & num. seqq.*
2 *Constitutio Beati Pij V. super forma creandi census traditur, & declaratur. & num. seqq.*
3 *Pecunia numerata, & præsens requiritur in actu impositionis census.*
4 *Nullitas census proueniens ex non numeratione pecuniæ procedit vsque, & ab initio creationis illius.*
5 *Censu nullo existente, nulli etiam debentur fructus, neque damna, aut interesse peti possunt.*
6 *Census creatus mediante ordine directo S. Monti Pietatis est nullus, etiamsi dictus ordo fuisset immediatè ab impositore exactus.*
7 *Constitutio Beati Pij V. super forma creandi census requisiit numerationem pecuniæ ad fraudes, & simulationes euitandas.*
8 *Ordo S. Monti Pietati directus, licèt mediante solutione suum habuerit effectum, non tamen sanat nullitatem census ex defectu pecuniæ numeratæ prouenientem.*
9 *Numeratio pecuniæ in censu requiritur pro forma, ad excludendas fraudes non solum actu interuenientes, sed etiam possibiles.*
10 *Fraus de facili committi potest mediante solutione facta per simplicem ordinem, licet S. Monti Pietatis directum, & quare.*
11 *Ordo simplex facillimè potest à Scribente deludi, vel mediante nouo ordine, vel etiam præuentiua exactione.*
12 *Census creatus mediante ordine S. Montis Pietatis, ideò à Rota aliquando validus reputatus est, quia plures circumstantiæ concurrebant in illo.*
13 *Casus, in quo plures circumstantiæ interueniebant, trahendus non est ad alium casum, quo illæ non concurrunt.*
14 *Cedula Bancharia multum differt à simplici ordine.*
15 *Cedula Bancharia postquam fuit à debitore subscripta, & à creditore acceptata, irreuocabilis est.*
16 *Solutio, & actus irreuocabilis omnem prorsus simulationis, & fraudis suspicionem excludit.*
17 *Cedula Bancharia veræ, & actuali numerationi æquipollet.*
18 *Mulier hæreditatem sibi damnosam sine solemnitatibus repudiare potest. amplia vt num. seq.*
19 *Solemnitates non sunt necessariæ in contractu mulieris, in quo illa acquirit, & sibi rem vtilem gessit.*

DECISIO CCCXXXVII.

Recesserunt Domini à decisis coram me die 17. Martij præteriti, quia census, cuius vigore agit Iacobus
Marchesettus est nullus, † vti impositus non interuenien- 1
te pecunia numerata, nisi pro rata scutorum 50. Reliqua
verò scuta 450. soluta fuerunt mediante ordine Sac. Monti
Pietatis directo † contra formam præscriptam in Bulla fel. 2
record. Pij V. super censuum constitutione in §. *Rursus*, re-
quirente in ipso actu impositionis † præsentem, & nume- 3
ratam pecuniam, Cenc. *de cens. quæst. 30. num. 5.* Rot. *post
eundem decis.* 118 *num. 3. & decis. 120. num. 2.* aliàs remansit
† nullus vsque ab initio, vt tradunt Honded. *cons. 25. num.* 4
33. & 34. lib. 2. Felician. *de cens. tom. 1. lib. 1. cap 8. num. 12. &
12* Boccacc. *eodem tract. par. 1. num. 47. & seq.* Duard. *pariter
de cens. § 2. quæst. 9. num. 3. & seq.* Cenc. *d. quæst. 30. num. 16.
cum duobus seqq.* Rot. *coram Merlin. decis. 173. num 3. & 6.* Et
ex eo † nulli debentur fructus, nec damna, & interesse, 5
Rot. *post eundem* Cenc. *decis. 45. num. 1. & decis. 787. num 15.
coram Seraph. cum alijs in Licien. Census 3. Maij 1655. § ad secundum verò obiectum coram R. P. D. meo Priolo.*

Nec releuat, quod in vim ordinis prædicti pecuniæ fuis-
sent realiter exactæ ab ipso venditore census, † ideoque ces- 6
sat fraus, & qualibet suspicio simulatæ solutionis, † ad 7
quam dumtaxat euitandam Piana Constitutio voluit nu-
merationem pecuniæ in ipsomet actu impositionis, vt sen-
sit Rota *in Romana Saluiani 31. Ianuarij 1646. § fin. coram bon.
mem. Verospio*, Scacc. *de commerc. & camb. § primo quæst. 1.
num. 233. & par. 2. gloss. 5. num. 63. & seq.* Capic. Latr. *consult.
150.* Quia licèt ordo suum habuerit effectum mediante vera,
& reali solutione, † non tamen dici potest satisfactum 8
menti Pontificis, qui pro † forma requisiuit actualem nu- 9
merationem de tempore impositionis ad excludendas frau-
des, non solum actu interuenientes, † sed etiam possibi- 10
les, quales facilè oriri possunt per traditionem simplicis or-
dinis, continentis dumtaxat mandatum ad † exigendum, 11
quod potest per emptorem census aliu nouo ordine reuoca-
ri, vel præuentiua exactione deludi, vt probat *d. Licien. census 7. Maij 1655. §. Verum coram R. P. D. meo Priolo.*

Rota autem in *Romana Saluiani coram bonæ mem. Verospio*
pro sufficienti admisit similem ordinem ex quadam æqui-
tate, ob multas circumstantias in eo casu † concurrentes. 12
vndè secus dicendum est, inspecto rigore Bullæ, † & his 13
omnibus circumstantijs in præsenti non concurrentibus, vt
dicta decisionis in Romana Saluiani respondit Rota *in præcitata Licien. census 7. Maij 1655. coram Reuerendiss. P. D. Priolo.*

Cæteri verò DD. nempè Scacc. Gait. Rouit. & Capic.
Latr. loquuntur de Cedula Bancharia, † quæ multum dif- 14
fert ab ordine: Ea enim postquam fuit per emptorem sub-
scripta, & venditorem census acceptata, † statim transfert 15
dominium pecuniarum in acceptantem, † & ob eius irre- 16
uocabilitatem, omnem fraudis suspicionem etiam possibi-
lem circa simulationem solutionis excludit, † & æquipol- 17
let veræ, & actuali numerationi, Bart. *in l. solutum ff. de solut.* Cenc. *de cens. d. quæst. 30. n. 13 & 14.* cum alijs relatis *in d. Licien. census §. posterioris.*

Duo alia obiecta, quæ proponebantur contra decisionem,
quæ reuidetur, non vrgere visa sunt: Nam primum, quod
Catharina Caputa, vti minor non potuerit repudiare hære-
ditatem Placentiæ de Gasparis eius Auiæ, absque solemni-
tatibus Statuti Vrbis; vltra quod non subsistit in facto, cum
interuenerit decretum Iudicis, & eius Patris præsentia, vt
In Summario præterito *numero primo*, † tollitur ex eo, quod 18
repudiando hæreditatem inuolutam, & fortasse damnosam
pro scutis 400. vnà cum fructibus recompensatiuis, gessit
sibi † rem vtilem: Quando autem mulier acquirit, & 19
vtiliter contrahit, solemnitates Statuti non requiruntur,
Tiraquell. *de leg. connub. gloss. 8. num. 56. 76 & 85.* Riminald.
Iun. *cons. 14. num. 4.* Merlin. Pignatell. *lib. 2. contr. 74. & 75.*
Franch. *decis. 35.*

Secundum verò, quod Iacobus Marchesettus sit posterior D. Iacobo Columnæ respectu fructuum, sublatum fuit in

dicta

dicta decisione, quæ reuidetur *in §. neque dubitari*, cum qua responsione DD. transierunt.

Et ita ex capite tantum nullitatis census recesserunt à decisis, vtraque Parte informante.

Hæc, & altera Decisio, quæ immediatè subsequitur ideò procuratæ sunt, quia emanarunt in eadem Causa, & ambæ sunt reuocatoria decis. 440. par. 14. rec. in qua contrarium fuerat decisum.

R. P. D. OTALORA.

Postea Præside Granaten.

Romana Saluiani.

Lunæ 24. Februarij 1667.

ARGVMENTVM.

Agitur de eadem materia decisionis præcedentis; nullitatis nempè census creati cum simplici ordine S. Monti Pietatis directo; Addito insuper pro eo magis annullando, quod hoc procedit, etiam pro summa verè, realitèr, & in contanti soluta; Hinc traditur differentia cedulæ eiusdem S. Montis, vel illius quæ nuncupatur Bancharia, ad distinctionem simplicis notulę continentis adnotationem pecuniarum in Bancho, vel in eodem Sac. Monte existentium, quamuis sub illa ordo soluendi factus sit.

SVMMARIVM.

1 *Constitutio f. m.* Pij V. *super forma creandi census præcipit numerationem pecuniarum coram Notario, & testibus in actu celebrationis instrumenti.*

2 *Census creatus contra formam Constitutionis* B. Pij V. *remanet nullus.*

3 *Census sine numeratione pecuniæ constitutus, est nullus in totum, etiam pro summa verè, & realitèr soluta.*

4 *Forma, licèt in minimo seruata non sit, destruit actum in totum, propter indiuiduitatem illius.*

5 *Census creatus mediante ordine Sacri Montis, nullus est, quamuis pecunia fuerit post ea verè & realitèr soluta.*

6 *Constitutio f. m.* Pij V. *super forma creandi census ideò requisiuit numerationem pecuniarum in actu celebrationis instrumenti,*

ad hoc, vt remouerentur fraudes tàm interuenientes in illo, quàm actu possibiles. ibid.

7 *Ordo simplex in constitutione census non remouet fraudes à Piana Constitutione remoueri procurantes.*

8 *Ordo simplex nihil aliud est, quàm nudum mandatum ad exigendum, quod mediante alio ordine reuocari potest, vel præuentiua exactione deludi.*

9 *Census venditor, mediante simplici ordine, de facili potest in pecuniarum solutione deludi.*

10 *Census constitutus, mediante cedula S. Montis à census venditore subscripta, & à venditore accepta, remanet validus, & substinetur.*

11 *Cedula S. Montis, vel illa, quæ nuncupatur Bancharia, statim transfert dominium pecuniarum in eam recipientem.*

12 *Cedula Bancharia, vel S. Montis veræ, realis & actualis solutionis pecuniarum vices supplet.*

13 *Cedula Bancaria, vel S. Montis non dicitur simplex notula pecuniarum in eodem S. Monte, vel Bancho existentium, quamuis sub illa ordo soluendi factus sit.*

DECISIO CCCXXXVIII.

IN decisione edita coram Me 8.* Iunij 1666. firmatum fuit, censum scut. 500. impositum ab Alexandro Pinello fauore Iacobi Marchesetti esse omninò nullum, firmis tamen remanentibus rationibus alterius antecedentis decisionis sub die * 17. Martij quoad anterioritatem respectu fructuum. Hodie verò Causa super eisdem reproposita, Domini steterunt in decisis quoad nullitatem census, & quoad anterioritatem fructuum, à decisis recesserunt.

Fundamenta nullitatis census fuerunt eadem, quæ in vltima decis. recensentur, quia scilicet in illius creatione non fuit numerata integra pecunia, sed solum scuta 50. & reliqua scuta 450. soluit Marchesettus mediante ordine Sac. Montis Pietatis directo, ac proindè ob non impletam for-
mam Constitutionis f. m. Pij V. † præcipientis integram 1
pretij numerationem coram Notario, & Testibus in actu
celebrationis † instrumenti, nullo modo census potest sub- 2
stineri, Cenc. *de cens. quæst. 50. num. 16.* Merlin. *decis. 373. num. 3. & in vltima decisione §. 1. vbi concord.* Idque procedit etiam respectu scut. 50. incontinenti solutorum, quia dum
Constitutio exigit pro forma interuentum integri pretij, † 3
census redditur nullus etiam in ea parte, pro qua pecunia numerata fuisset, vt pluribus explicat idem Cenc. *de cens. quæst. 49. à num. 7. vsq. ad 25.* Forma enim etiam in minimo
non seruata † destruit actum totaliter, propter illius indi- 4
uiduitatem, Dec. *cons. 532. num. 5.* Gratian. *discept. 853. num. 28;* Surd. *decis. 268. sub nu. 19.* Rot. *decis. 471. n. 9. par. 1. diuers. & decis. 414. nu. 3. & 6. coram Pen. & in recent. decis. 30. num. 3. par. 1. & decis. 202. nu. 6. par. 7.*

Neque ex eo, quod pecunia fuerit à Montistis realiter
soluta, † dici potest adimpleta forma Pianæ Constitutio- 5
nis requirentis numerationem effectiuam, & præsentiam pretij, ad solum finem euitandi fraudes, quæ committi possunt in simulatis solutionibus. Huic enim obiecto fuit
congruè responsum *in d. vltima decisione §. non releuat*, † 6
quod ideò Pontifex requisiuit pro forma præsentiam pecuniæ in actu celebrationis contractus, quia voluit obuiare quibuscumque fraudibus, tam in actu interuenientibus,
quàm possibilibus, † quibus non diceretur consultum, 7
admittendo pro sufficienti traditionem simplicis ordinis, qui nil aliud est, quam nudum mandatum ad exigendum
non transferens † dominium in acceptantem, & po- 8
rest per mandantem alio nouo ordine quandocumque re-
uocari, † vel præuentiua exactione reddi inutile, & sic 9
venditorem census deludi, vt in ijsdem terminis considerauit Rota *in Lic. en. census 7. Maij 1655. coram R. P. D. meo Priolo.*

Non obstat, quod non versemur in traditione simplicis ordinis, sed in ordine facto sub Cedula Bancharia, reportata à Marchesetto in actu depositi dd. scutor. 450. in Sac. Monte Pietatis, & Alexandro Pinello consignata, per quam statim translatum fuit dominium irreuocabile se ipsum Pinellum absque vllo periculo præuentiuæ exactionis, cùm Ministri Sacri Montis non soleant alijs pecunias soluere, ni-
si eadem Cedula reportetur; † Obiectum namque subsi- 10
steret, si verè constaret, quod in ipso actu stipulationis instrumenti loco pretij tradita fuisset Cedula Sac. Montis ab emptore subscripta, & à venditore acceptata: Tali enim casu
satis diceretur adimpleta forma Pianæ Constitutionis, † 11
quia statim transfertur dominium pecuniarum in acceptantem, & ob eius irreuocabilitatem cessat suspicio etiam
possibilis cuiuscumque fraudis, & simulatæ solutionis, † & 12
proinde habetur ac si verè, & actualiter pecunia numerata fuisset, Bart. *in l. si solutum ff. de solut.* Cenc. *de cens. quæst. 50. num. 13. & 14.* Rota *post eum decis. 104. nu. 1. & decis. 290. num. 2. & coram Put. decis. 159. lib. 1. in correct.* At Marchesettus non reportauit à Sac. Monte Cedulam Bancharìam, sed solum quandam Scheuulum pro memoria pecuniarum
ibidem ad eius creditum existentium, † sub qua ordinem 13
fecit, qui licet effectum habuerit, reuocari tamen poterat, vel præuentiuè exigi, & sic censum venditor fraudari, vt benè distinguendo inter Cedulam Bancharìam, & simplicem ordinem firmauit Rota *in d. Licien census 7. Maij 1655. coram R. P. Domino meo Priolo.*

Et ita vtraque Parte informante resolutum fuit.

R. P. D. TAIA.

Postea S. R. E. Cardinali.

Veliterna Retractus.

Lunæ 23. Ianuarij 1668.

ARGVMENTVM.

De sola Peritorum relatione tractatur, & primò, quando ad vlteriorem electionem illorum deueniri debeat, vel non; Secundò etiam qualiter ipsi iurare teneantur, & à Iu-

dice

dice super eorũ relatione interrogandi sint, & licet secundum iuris dispositionem plures iuramentorum formulas pręstare deberent, tamen iuxta consuetam praxim, iuramentum in sola relatione requiritur, vbi etiam sine causa interrogandi non sunt, si ipsi totũ negocium plenè considerasse retulerint.

S V M M A R I V M.

1 *Relationi Periti à iudice electi, in quem postea partes consenserunt, standum est.*
2 *Peritorum post secundam electionem non est locus vlteriori electioni, ad euitandum processum in infinitum.*
3 *Pretium verum, veraque æstimatio qualis sit.*
4 *in Ore duorum, vel trium, siue Peritorum, siue Testium, stat omne verbum.*
5 *Iudices in electione peritorum cum moderamine procedere debent, adeoque non indifferenter secundos peritos admittere.*
6 *Peritus, & Æstimator iurare debet de æstimatione legaliter facienda. & nu. 15.*
7 *Peritus, & Æstimator prævio iuramento affirmare tenetur, neque lucri gratia, neque inimicitijs, neque in gratiam alterius suam relationem fecisse.*
8 *Peritus tenetur cum iuramento referre, siue fuerit electus à partibus de mandato iudicis, siue etiam Principis.*
9 *Probatio quæ fit per Peritos de sui natura fallax est.*
10 *Iudex in probatione, quæ fit per peritos semper laborare debet, vt possit habere maiorem certitudinem.*
11 *Peritis interrogandi sunt, & cogendi ad declarandum suam relationem.*
12 *Relatio peritorum est nulla, si iudex illos super ea non examinauerit, & de hoc examine constet ex actis.*
13 *Iuramentum peritis in solo actu suæ relationis requiritur, sine quo illa non substinetur, & seq.*
14 *Agrimensores qui ponunt coram Iudice fines, seù terminos, tenentur iurare apud acta.*
16 *Iudex, si velit, potest peritos interrogare ex iusta causa, non autem cogitur, quia hoc nulla lege cauetur.*
17 *Peritus si in sua relatione expressit se totum considerasse negotium, & computasse tempora, & quantitates, vlterius interrogari non debet.*
18 *Perito standum est, etiam si nullam rationem reddat.*
19 *Periti semper præferuntur testibus.*
20 *Peritus tunc solum interrogari debet à iudice, si de nullitate, vel læsione constiterit, vel si non fuisset deuentum ad electionem aliorum Peritorum.*
21 *Statutum* Veliternum 35. de Magistris viarum lib. 1. *cum alijs Constitutionibus Pontificum super eo disponentibus traditur, & declaratur.*
22 *Breue, seu Gratia Pontificis in forma significauit ad cuius petitionem dicantur concessa.*
23 *Retractus à Papa concessus, qualiter potius ad formam Statuti, vel independenter ab illo dicatur attributus.*
24 *Clausulæ* quibuscumque, &c. *&* illorum tenores, *appositæ in Gratia Pontificis, derogant Statuto disponente contrarium.*

D E C I S I O CCCXXXIX.

OB discordiam Camilli pro Eminentissimo D. Cardinale, & Ioannis Francisci pro Petro Peritorum, etiamsi Antonius tertius Peritus cum Camillo concordaret; Tamen quia extra regulam Peritorum de aliena peritia retulerat, decisum fuit 9. Aprilis 1666. non esse faciendum instrumentum venditionis Horti; sed postea ad mandatum Rotæ ab Eminentissimo Domino Cardinale electo Francisco vno inter plures Peritos propositos à Petro Paulo, illoque benè referente, recessum fuit à decisis 12. Nouembris 1666. Hinc orto dubio: An in primò, vel secundò decisis standum sit, eoque proposito 19. Ianuarij, & repropositor 11. Martij, & prima Iulij 1667. & 13. Ianuarij præsentis, cum instaret Petrus Paulus pro admissione articulorum, & examine Testium ad reprobandam peritiam Francisci, Domini mandarunt vtrumque dubium hodie proponi, & in primo, ac præiudiciali, reiectis iam articulis in secundo principali, Domini responderunt standum in vltimo loco decisis.

Quia relationi Periti à Iudici electi, † in quem Partes 1
consenserunt, deferendum est, ait Rot. *decis. 44. num. 7. par.
11. recent.* Maximè tribus concordibus, vt supra cum post
secundum electionem Peritorum † non sit amplius locus 2
vlteriori electioni ad euitandum processum in infinitum,
Gratian. *discept. 600. num. 3.* Quesad. *foren. contr. 18. num. 56.*
cum adnotatis ad Buratt. *decis. 70. in fine, versic. Et facta secunda peritorum deputatione.* Vndè pro vero pretio, † ad *l.* 3
inter hæc verba 179. ff de verb. signif. veraque æstimatione,
ad gloss. vltim. l. prima ff. de in lit. iur. Adhuc in ore duorum,
vel trium † etiam Testium stat omne verbum, Euangelico 4
Oraculo S. Matth. c. 18.

Et quamquam aliquis putaret ex recensito, vt supra facto, posse procedi ad electionem alterius Periti, quia reiectis primis Camillo, & Ioanne Francisco, vti discordibus, & Antonio malè referente, ac suspecto, remaneret solus Franciscus, qui licèt tertius ordine electionis primus, & vnicus in legali peritia, æstimatione censendus sit.

Attamen Dominis visum est vtrumque magnifaciendum idem arbitrium antecedentium, & à tribus diuisim, sicuti coniunctim relatum fuisse idem pretium scutor. 900. & quando etiam Franciscus postremo electus censendus esset in æstimatione primus, & vnicus, nihilominus Dominis maximè placuit doctrina Felin. *ad cap. 4. de probat. num. 11.*
vers. sed quia Dominus meus, † monentis Iudices vti debere 5
moderamine, adeò quod non admittant indifferenter secundos peritos &c. Et in hoc casu si vnquam aliàs Peritum nouum non esse admittendum, cum peritia Francisci concordet cum alijs, licèt diuersis rationibus, & causis eorum peritia Dominis non satisfecisset.

Opponebant Informantes pro Petro Paulo nouissimam
istam æstimationem defectuosam esse in iuramento, † vt- 6
porè quod teneatur æstimator iurare de æstimatione legaliter facienda, *ad l. Comparationes* 20. ibi: Nisi iuramento an-
tea præstito ab his fuerit affirmatum, † quod neque lucri 7
causa, neque inimicitijs, neque gratia &c. *C. de fid. instrum.* Bart. *in repet. l. 8. C. de pignor. nu. 29. à vers. erit igitur ordo*, Cagnol. *ad l. 2. C. de rescind. vendit. num. 58. cap. vlt. num. 3. vers. & iurabunt se rectè arbitraturos par. 3.* Lup. *de vsur. comment. 2. num. 143.* vbi de forma, Mascard. *de probat. concl. 653. ab init.* etiam vbi Peritus assumptus est à Partibus de man-
dato Iudicis, † quin etiam de mandato Principis, vt ad text. 8
§. his illud l. 6. C. de secundis nupt. declarant Bart. *ad l. Theopompus ff de dot. præleg. num 8. vers. contra prædicta* Butr. *ad cap. veniens ad nos, de testib. vers. idem quando*, Felin. *ad d. cap. 4. num. 9. vers. fallit secundo, & ad cap. 9. de præscript. num. 5. à vers. & fortè videtur.*

Et generalius replicabant huiusmodi genus probationis
per Peritos esse de sui natura fallax, † itaut Iudex semper 9
debeat laborare in probatione, quæ fit per Peritum, † vt 10
possit habere maiorem certitudinem, inquit Gratian. *discept. 263. num. 23.* Sanleger. *ciuil quæst. 107. num. 24.* Rot. *decis. 328. num. 31. par. 11.* Et quod interrogandi sint Periti,
& cogendi ad declarandam suam relationem, † adeout 11
relatio nulla sit, si Iudex Peritos non examinauerit, † & de 12
hoc examine constet ex actis, tenuerunt nonnulli apud Sanleger. *dicta quæst. 107. num. 22.*

Sed responsum fuit, quod cum vltimus Peritior in actu
relationis iurauerit, aliud iuramentum non requirit, † & 13
in effectu Modernioribus irritas solas esse peritias sine hoc iuramento in actu relationis ad text. *d. §. his illud, & ibi glos. Sacramento, & ibidem* Bald. *num. 5.* ibi: Potest etiam dici, quod isti iurabunt officium eis commissum facere legali-
ter, & bona fide, † & tunc non erit necessarium aliud iura- 14
mentum &c. Tiber. *pract. iudic. cap. 43. num. 2.* ibi: Agrimensores, qui ponunt coram Iudice fines, seu terminos.
† ac demum: præuia illorum relatione iureiurando apud 15
acta &c. *lib. 2.* & similiter Ridolphin. *prax. iudic. cap. 8. d. num. 115. par. 1.*

Et ita quotidie practicari, vt in Peritis hoc solum iuramentum exigatur. Et quantum ad interrogationem Periti, Domini obseruarunt, ex allegatis doctrinis posse Iudi-
cem, si velit, interrogare, accedente legitima causa, † 16
non autem id lege caueri, vt apud Sanliger. *in d. quæst. 107. d. num. 22.* vbi testatur etiam in illis partibus contrarium seruari; Et cum Peritus in relatione expresserit, se totum obseruasse, & computasse, tempora, quantitates arborum,
† non videbatur locus interrogationi, adeoque standum es- 17
se † Perito, cum semper præferatur testibus, † etiamsi 18
nullam rationem redderet, apud Gratian. *discept. 926. num.* 19
16. cum allegat. in alia decisione hac ipsa die super articu-
lorum

lorum relectione: Et vnus ex Dominis singulariter respon-
20 dit contraria procedere, † quando constat de euidenti nullita-
te, vel læsione, & quando non fuisset deuentum ad secun-
dam electionem, allegando in puncto Quesad. *d. controu.*
18. num. 46.

Noua exceptio proponebatur à Petro Paulo ex Breue sa.
mem. Pauli V. 31. Ian. 1613. super *Statuto Veliterno 35. de*
21 *Magistr. viar. lib. 1.* cui Statuto † innititur extensio gratiosa
san. mem. Alexandri VII. in gratiam Eminentissimi D. Car-
dinalis, & prima sententia, videlicet: Si quis velit in ea-
dem Ciuitate construere, seu reparare, vicinamque par-
uam Domum (valorem tamen 500. scutorum monetæ non
exceden. aut Hortum, vel Casalenum emere voluerit, te-
neantur Domini, etiamsi paruam huiusmodi Domum
inhabitent, aut Hortum, seu Casalenum per se ipsos co-
lant, cum augumento vltra iustum pretium 8. pro cente-
nario dicti pretij vendere, & ad vendendum cogi possint, &
valeant, seruata in reliquis forma Statuti &c. Cui adijcie-
batur ius commune *in l. si quis sepulchrum*, ibi: Ita tamen,
vt Iudex etiam de opportunitate loci prospiciat, ne vicinus
magnum patiatur detrimentum &c. *ff. de relig. & sumpt. fu-*
ner. Placuerunt Dominis plures responsiones Informan-
tium pro Eminentissimo D. Cardinale. Primo, quod huic
exceptioni non sit locus, cum respiciat iustitiam sententiæ
super validitate gratiæ retractus; quæ transiuit in iudica-
tum; Secundò, quod Breue non sit in vsu, nec vnquam
22 fuerit publicatum, imò vt expeditum † in forma *signifi-*
cauit potiùs fuerit concessum ad petitionem personæ parti-
cularis pro priuato interesse, præcipuè, quod de commis-
sione Communitatis non constat neq; ex Consilio Maiore.
Tertiò, quia Statutum loquitur limitatiuè de pretio par-
uæ Domus non excedente scut. 500. non autem respectu
Horti. Quartò, quia tam Breue quàm Statutum loquun-
tur de venditione coacta Domus, & Horti ad effectum con-
struendi, vel reficiendi Domum contiguam, quibus om-
23 nibus Summus Pontifex derogauit, † concedendo Emi-
nentissimo D. Cardinali retractum Horti ad effectum
vniendi cum Viridario, qui est casus diuersus à comprehen-
sis in Breue, & Statuto, & Processit Summus Pontifex
specialiter, & independenter à dispositione prædicti Statu-
ti Veliterni, & fuit resolutum in 2. *decisione huius causæ co-*
ram Reuerendissimo D. Nraot 28. Ianuarij 1664. §. Animaduer-
tebant Domini. Et demum, quia derogatum sufficienter vi-
detur prædicto Statuto, ac Breui, & Literis Apostolicis
24 quibuscumque, † ex clausula speciali, *Illorum tenores pro*
plenè, & sufficienter expressis habentes &c. vt de hac clausula
inquit Rot. *decis. 630. num 37. par. 4. tom. 3. rec. & coram Emi-*
nentiss. Otthob. decis. 22. num. 10.

Et ita, vtraque parte informante, resolutum fuit.

REV. P. D. BEVILAQVA

Posteà Almæ Vrbis Gubernatore, & Nuncio apud Maiestatem Cæsaream.

Fesulana Bonorum.

Lunæ 30. Aprilis 1668.

ARGVMENTVM.

Disceptatur natura contractus emphyteutici acquisiti, vel recogniti à fratre pro se, & fratribus, vt scilicet ille vnicuiq; pro sua portione remaneat acquisitus, absq; eo, quod impediri non possit, quod deficientis portio non deuoluatur ad Ecclesiam dominam directam, quæ in ea succedere debet, tam ex naturam contractus emphyteutici, quam ex dictionibus distributiuis in eo appositis, ita vt in illo nequaquam habeat locum ius decrescendi.

SVMMARIVM.

1 *Prælegata non veniunt in restitutionem fideicommissi, & n. seqq. vbi amplia.*

2 *Institutio hæredis facta per verba in omnibus autem alijs bonis, manifestè declarat in ea bona prælegata non comprehendi.*

3 *Fideicommissum, & probibitio alienationis restricta ad certa bona, eo magis conueniunt in illis prælegata non contineri.*

4 *Discretiua loquatio ostendit, quod si testator aliquid voluisset, expressisset, sicuti in alijs expressit.*

5 *Fideicommissa tanquam odiosa, nisi à testatore iniungantur, induci non debent.*

6 *Emphyteusis à fratre acquisita pro se, & fratribus, vnicuique quæritur pro sua rata, & num. 10.*

7 *Descendentes ab vno ex acquirentibus emphyteusim, solam sui auctoris partem, non autem aliorum consequi debent.*

8 *Ius accrescendi non habet locum inter plures acquirentes emphyteusim, vel descendentes ab eis, & quando vid. num. seqq.*

9 *Bona emphyteutica pro portione deficientis spectant ad Ecclesiam dominam directam, non autem spectat ad alios emphyteutas superstites.*

10 *Clausula* secundum naturam emphyteusis, *concessionem, seu recognitionem ad illius terminos restringit.*

11 *Dictio,* respectiuè, *excludit ius accrescendi, & quando.*

12 *Dictio,* respectiuè, *distinguit, & separat partes, & portionem suam vnicuique tribuit.*

13 *Primus acquirens, an dicatur frater, qui emphyteusim pro se, & fratribus stipulatus est, vel illa eo etiam nomine recognouit, & sup. à num. 6. cum seqq.*

14 *Ratificatio emphyteusis acquisitæ, vel recognitæ à fratre pro se, & fratribus ex quibus resultet, & num. seqq.*

15 *ex Possessione, diuisione, & solutione onerum bonorum ab alio suo nomine acquisitorum, ratihabitio resultat.*

16 *Bona emphyteutica acquisita à fratre pro se, & fratribus, si eorum ratificatio non interueniat, remanent fratri stipulanti eo modo, quo alijs fratribus acquisita fuissent.*

17 *Portio emphyteutæ deficientis deuoluitur ad Ecclesiam, etiam si ille emphyteusim ab alio suo nomine acquisitam non acceptauerit.*

18 *Acquirens vnicus non potest dici frater stipulans, aut recognoscens emphyteusim pro se, & fratribus, si eorum etiam nominibus contractus stipulatus est.*

19 *Verba* dictis modis, & nominibus *discretiuam relationem importent.*

20 *Emphyteusis à pluribus acquisita, vel ab vno nomine plurium, nisi post mortem omnium non deuoluitur ad Ecclesiam, & quando.*

21 *Obseruantia contra Episcopum, vel Ecclesiam non suffragatur, non probata scientia qualitatis emphyteusis.*

22 *Scientia contractus emphyteutici in Episcopo, vel Ecclesia non præsumitur.*

23 *Resolutio emphyteusis non petita ab Ecclesia potuit prouenire ab ignorantia, & incuria ministrorum eiusdem Ecclesiæ.*

24 *Ecclesiæ Ministri, illi præiudicare non possunt.*

25 *Dominium directum Ecclesiæ ex quibus resultet, & dicatur sufficienter probatum.*

26 *Confessio emphyteutæ petentis se ad emphyteusim admitti tanquam in ea comprehensum plenè probat contra ipsum, & habentes causam ab eo.*

DECISIO CCCXL.

MEnsa Episcopalis Fesulana prætendens nonnulla bona liuellaria iam diu ad se fuisse deuoluta, illorum possessionem accepit occasione obitus Fabritij de Mormorais, sed prætendentes Iacobus, & alij de Mormorais eadem bona ad se spectare, tam vigore fideicommissi Pauli, quam recognitionis stipulatæ anno 1545. Introduxerunt litem super immissione, quam illis esse concedendam coram R. P. D. meo Emerix Rota respondit sub die 29. Martij 1666. super qua resolutione per me in illius locum subrogatum, Dubio hodie proposito recessum fuit à decisis.

Non enim subsistere in facto animaduerterunt Domini
Paulum super bonis de quibus agitur condidisse fideicom-
missum cum ex lectura Testamenti in hodierno Summa-
rio Mensæ *num. 1.* appareat Testatorem prælegasse Iaco-
bo, & Petro filijs diuisim, & separatim absque vllo onere
fideicommissi certa bona, inter quæ (secluso Prædio Ca-
samaggio, seù Vallucciole comprehenso in recognitione
stipulata anno 1545 de qua hodie non disputatur) continen-
tur controuersa Prædia à Castiglione, Maglioli, e Pog-
gio, & successiuè in omnibus autem alijs bonis vniuersales
hæredes eum fideicommisso scripsisse eosdem filios † sub 1
quo

quo bona prælegata non venire, sequendo Theoricam
Bart. *in l. si quis seruum §. finali ff. de legat.* 2. tradunt Peregr. *de
fid. art.* 7. *nu.* 15. Fusar. *de substit. qu.* 650. *num* 6. *& seqq.* Ri-
minald. Iun. *cons.* 147. *num.* 50. Grat. *discept.* 404. *num.* 16.
Rota *dec.* 48. *num.* 27. *coram Coccino*, *& decis.* 112. *nu.* 9. *par.*
11. *recent. & in Amerina fideicommissi* 4. *Maij* 1663. *coram me.*
Attenta potissimum dictione illa aduersatiua, *autem*, posi-
2 ta vna cum verbis *in omnibus alijs bonis*, † quæ ostendunt
institutionem factam fuisse in alijs bonis, exceptis tamen
prælegatis *l. Marcellus §. quidem liberis*, *& l. in fideicommissa-
rium ff. ad Trebell.* Peregr. *vbi proximè num.* 44. Surd. *cons.* 265. *n.*
5. *& decis.* 269. *n.* 1. *Romana Legati* 1. *Martij* 1660. *coram me.*
Quod clariùs innotescit, ex eo, quod prohibitio aliena-
tionis, & desiderium conseruationis, in filijs, & descenden-
tibus non egreditur Domum Magnam Florentiæ, & Præ-
dia nuncupata di Bencilià, e di Lecciole, & alia bona in
posterum acquirenda, talis quippè limitatio, & restrictio
magis demonstrat Testatoris mentem fuisse hæc dumtaxat
3 bona venire in restitutione fideicommissi, † non autem ea,
quæ ante à prælegauerat, nam si de his etiam intellexisset;
4 † vtique dixisset *ad text. in l. cum præter ff. de iudic.* Pere-
grin. *vbi supra num.* 32. Fusar. *num.* 97. Menoch. *cons.* 86. *num.*
25. Merend. *controu. iur. lib.* 4. *cap.* 45. *num.* 14. Cum fidei-
5 commissa tanquam odiosa, † nisi à Testatoribus iniungan-
tur, induci non debent, vt pluribus relatis decidit Rota *in
Bononien. fideicommissi* 1. *Aprilis* 1650. *§. Ex his coram bon.
memor. Leone Verospio impressa apud Consul. in addit. ad* Pere-
grin. *de fideicom. decis.* 35. *num.* 13.
Minus etiam visa fuit debita immissio vigore recognitio-
nis anni 1545. quia cum bona fuerint acquisita, & reco-
gnita à Paulo nomine suo Petri Matthæi, & Ioannis fra-
6 truum Summario præterito Mensæ *num.* 5. Censentur †
acquisita vnicuique pro virili, ita vt descendentes à Paulo,
7 quales sunt Actores de Mormorais, † ipsius Testatoris so-
lam quartam partem, non verò aliorum pretendere possunt,
Alexand *cons.* 110. *num.* 1. *lib.* 5. Dec. *cons.* 58. *num.* 1. Cald. *de
emphyt. tit. de nominat. emphyt. qu.* 19. *nu.* 83. *& lib.* 1. *quæst.* ...
cap. 26. *num.* 68. Rota *in Bononien. Bonorum* 28. *Ianuarij* 1664.
§. nihilominus coram R. P. D. meo Albergato. Nec inter illos
8 locus est iuri accrescendi, † sed extincta linea vnius portio
9 deficientis, † non ad superstites, sed ad Ecclesiam Domi-
nam directam deuoluitur Bellon. *de iur. accres. cap.* 6. *qu.*
38. *num.* 165. *lib.* 1. Card. Mantic. *de Tacit. lib.* 22. *tit.* 34. *nu.* 23.
Rota *decis.* 176. *num.* 5. *par.* 5. *recent. & decis.* 97. *coram Card.
Seraphino in princ. & in Portuen. Stagni coram Cardinali
Panzirolo inter recent. decis.* 322. *num.* 17. *par.* 8. *& decis.* 57.
num. 10. *& decis.* 89. *num* 40. *par.* 9.
Idque fortiùs militat in casu nostro cum in dicta recogni-
tione exprimantur instrumenta emptionum bonorum re-
cognitorum, quæ voluerunt haberi, & tractari, sunt ver-
ba instrumenti, perindè, ac si essent instrumenta publica
Liuellariæ locationis, & concessionis factæ dictis respectiuè
nominatis, ac si recepissent pro se, & eorum cuiuslibet eo-
rum filijs, & descendentibus masculis respectiuè secundum
10 naturam Liuellariæ concessionis, † hæc enim clausula
cuncta restringit ad terminos, & naturam ipsius contra-
ctus Liuellarij per ea, quæ tradit Rota *coram Cardinale
Seraphino decis.* 794. *numer.* 8. *& in recent. decis.* 310. *numer.*
19. *part.* 5. *& decis.* 35. *numer.* 6. *post* Salgad. *Labyr. cred.* Et
sic ad concessionem pro virili absque iure accrescendi pon-
derando præcipuè dictionem illam *respectiuè* pluries repe-
11 titam, † quæ magis excludit ius accrescendi, † cum distin-
12 guat, & separet partes, & portionem suam vnicuique tri-
buat Grat. *discept.* 705. *numer.* 9 Rota *coram Cauat. decis.*
381. *numer.* 3. cum alijs per Barbos. *de dictión. dict.* 348.
numer. 6.
Non obstat, quod alij fratres stipulationi antedictæ re-
cognitionis non interfuerint, quosque ratificaturos Paulus
promiserit, quod cum impletum non fuerit, prætendebant
informantes pro Mormorais solum Paulum, qui obseruan-
tiam contentorum in instrumento proprio nomine promi-
13 serat, ob id effectum fuisse solum acquirentem, † quo-
14 niam obiectum remoueri visum fuit ex facto, † cum ra-
tificatio aliorum fratrum deducatur ex eo, quod tan-
quam Liuellarij, & emphyteutæ cum prædictis Pe-
tro, & Iacobo filijs, & hæredibus eiusdem Pauli super
diuisione dictorum bonorum compromiserunt, vt in eo-
dem Summario Mensæ *num.* 7. illaque insimul possede-
15 runt, & decimas soluerunt, vt ibidem *num.* 8 † quæ omnia
satis comprobant ratihabitionem, vt aduertit Dec. *cons.* 58.
n. 1. *vers. & licet non appareat* Caualer. *dec.* 100. *num.* 2. Mo-
nach. *decis. Bonon* 59. *num.* 18. cum alijs congestis per Fulgin.
de contract. emphyt. qu. 34. *num.* 29.
Quinimò etiamsi defecisset ratificatio, adhuc bona non
ita spectassent ad Paulum, vt eo minus aliorum fratrum,
& eorum cuiusque personæ generatio, aut vita singillatim
attendi deberet, neque Ecclesiæ potuisset præiudicium in-
ferri per ius accrescendi, contra verba pacti, † sed bona re- 16
mansissent penes Paulum sub eisdem conditionibus, &
qualitatibus dictis fratribus † cohærentibus, & siccum pa- 17
cto reuersionis, quoad illorum portiones per text. *in l. fun-
dum mihi ff. de act. empt.* & ibi notat Bart. Bellon. *de iur. ac-
crescen. cap.* 6. *qu.* 38. *num.* 208 *à vers. cæterum quoties maximè
num. penult. & vlt.* Fulgos *d. quæst.* 34. *num.* 28.
Indè parum censuerunt Domini referre, quod in eadem
recognitione adiecta fuerit alia conuentio, scilicet quod fi-
nita linea dicti Pauli bona deuoluerentur ad Ecclesiam ho-
dierno Summario illorum de Mormorais *num.* 2. in fine,
quæ proinde ipsum pro vnico acquirente admisisse videtur,
† quia præter quod statim sequuntur verba *dictis modis*, *&* 18
nominibus, *&c.* † quæ important discretiuam relationem 19
videlicet lineà Pauli defecta deuoluerentur pro eius rata,
quidquid esset dicendum si dictum fuisset post mortem
omnium, vel ipsorum fratrum, quo † casu indistinctè 20
mors omnium fuisset expectanda in quibus terminis lo-
quuntur Gratian. *discept.* 451. *num.* 4. Rota *decis.* 435. *nu.* 5.
par. 1. *recent.* & alijs in oppositum citati, vt distinguendum
vtrumque casum firmat Alciat. *cons.* 16. *num.* 4. *lib.* 1. quem
sequitur, & refert Mantic. *de tacit. & ambig. lib.* 22. *tit.* 34.
nu. 24. *vers. Porro.*
Nec mouit Dominos prætensa obseruantia, deducta ex
eo, quod Episcopi statim non egerint ad deuolutionem se-
quuta morte sine filijs, & descendentibus Petri, Ioannis,
& Matthæi, † quia obseruantia non suffragatur non pro- 21
bata scientia in Episcopis naturæ huius emphyteusis, † quæ 22
non præsumitur Rota *decis.* 328. *num.* 6. *par.* 4. *recent. &
decis.* 504. *num.* 4. *& seqq. par.* 4. *tom.* 2. Potuit namque hoc
prouenire † ex ignorantia, & incuria Ministrorum, † 23
qui Ecclesiæ præiudicare non possunt Rot. *decis.* 34. *num.* 6. 24
par. 2. *recent. & Bonon. seu Nonantulana deuolutionis Bonorum
6. Iunij* 1664. *cor. R. P. D. m. Tata in fin.*
Minus vrget obiectum, quod ab initio bona fuerint vni
tantum concessa, & acquisita, hoc enim non probatur,
imò contrarium ostendit ipsa lectura recognitionis anni
1545. in qua habetur bona primordialiter fuisse penes plu-
res, & ab ijs particularis titulo emptionis fuisse per fratres
de Mormorais acquisita; vndè huic standum est, donec de
contrario doceatur.
Dominium verò directum Mensæ quamuis ab ea, quæ
in hoc iudicio sustinet vices Rei, & possessoris non esset
probandum, adhuc ex allatis in hodierna disputatione suffi-
cienter visum fuit iustificari † scilicet ex dicto instrumento 25
concessionis, cum pluribus adminiculis resultandum ex
diuturna Canonum solutione vltra triginta annos ex mul-
tiplicibus instrumentis recognitionum, quæ † iuncta cum 26
confessione ab ipsis de Mormorais emissa in Libello coram
Reuerendissimo Nuntio Florentiæ, in quo fassi sunt dicta
bona esse Liuellaria Mensæ, dum tanquam comprehensi
instabant ad illa immitti, satis probant contra ipsos reco-
gnoscentes, confitentes, & habentes ab eis causam Rota
decis. 249. *num.* 3. *& decis.* 290. *num.* 2. *par.* 1. *recent. & decis.*
602. *num.* 2. 4. *&* 5. *coram Buratto.*
Posito igitur acquisitionem prædictorum bonorum fuis-
se viriliter inter quatuor prædictos fratres distributam, ne-
gari non potest, quin portiones aliorum trium non duran-
tibus eorum lineis, deuolutæ fuerint ad mensam, & por-
tio Paulo illius linea durante pertineat ad eiusdem descen-
dentium, de quorum numero sunt Iacobus, & alij in hoc iu-
dicio Actores, vndè illa excepta, recessum fuit à decisis vtra-
que Parte informante &c.

REVERENDISS. D. BEVILAQVA.

postea almæ Vrbis Gubernatore; & Nuntio
apud Maiestatem Cesaream.

Auximana Donationis.

Lunæ 18. *Iunij* 1668.

A R G V M E N T V M.

Collationis materia tractatur ad eum casum,
quo mater donationem fecerat filio, occa-
sione

sione certi matrimonij, quam ideo conferendam esse decidítur, tam ex dispositione iuris communis præcipientis omne id, quod consequuntur filij ex substantia paterna venire in collationem cum alijs fratribus, equaliter succedere volentibus, quam etiam, quia de voluntate eiusdem matris constabat, eo præsertim, quod iniunctum erat onus, bona donata in legitimam imputandi.

SVMMARIVM.

1 *Collatio solum datur inter æqualiter succedere volentes.*
2 *Filij volentes succedere parentibus tenentur inter se conferre, quæ illis ex propria substantia etiam contemplatione matrimonij elargita sunt.*
3 *Collatio si à parentibus est prohibita, facienda non est.*
4 *Æqualitas inter filios seruari debet, amplia, vt num. seqq.*
5 *Soccinus senior fuit auus Soccini iunioris.*
6 *inter Fratres propter inæqualitatem oritur inuidia, & discordia.*
7 *Fratres potius malunt extraneum plus se habere de hæreditate paterna, quam alij fratres, licet illud minimum sit.*
8 *Æqualitas est nutritiua pacis, & charitatis fraternæ, adeoque inter fratres dicitur à patre volita.*
9 *Iudex quoad fieri potest, seruare debet æqualitatem inter fratres, & opinionem illam confirmantem amplecti.*
10 *Donatio facta filio, ex voluntate parentis donantis dicitur conferenda, si fuerit illi iniunctum onus, eam imputandi in legitimam.*
11 *Collationi subiacent omnia ea, quæ imputantur in quartam.*
12 *Testatoris, Donatoris seu alterius disponentis voluntas vbi adest, cessat omnis disputatio, & omne id, quod posset in contrarium allegari.*
13 *Donatio facta à patre, vel matre filio intuitu matrimonij, quatenus conferatur, vide, per totam decis.*
14 *Donatio facta à matre filio contemplatione matrimonij, an dicatur procedere ex causa necessaria, vel voluntaria.*
15 *Donatio facta contemplatione certi matrimonij comprehendit etiam fauorem filiorum nasciturorum ex eo, & vid. num. seqq.*
17 *Donatio principaliter facta contemplatione patris venit in collationem, quamuis etiam comprehendat fauorem filiorum.*
18 *Donatio non excluditur, quod principaliter facta sit contemplatione patris.*
Quamuis sit adiectum, quod quatenus ille à suis creditoribus molestaretur, ipsius filij censeantur primi donatarij ibidem.
19 *Donatio conditionaliter facta, quatenus donatarius à suis creditoribus non molestaretur, remanet pura, si non superuenerunt molestiæ.*
20 *Donatio facta à patre, vel matre dicitur principaliter concernere fauorem filij, quamuis sola spes pro ea adsit.*
21 *Donatio, in qua pater sibi reseruauit vsumfructum, an dicatur inutilis filio, qui in vita patris nihil percipit, & post mortem illam conferre debet cum fratribus, & numer. seqq.*
22 *Filius ex donatione sibi facta à patre cum reseruatione vsusfructus, plures vtilitates habere potest, quamuis eam debeat conferri cum fratribus.*
24 *Creditum administrationis bonorum paternorum filio donatum, ipsum etiam conferendum est.*

DECISIO CCCXLI.

VT recederetur à decisione edita coram me sub die 28. Iunij 1658. in qua dictum fuit bona donata à Ludouica esse conferenda à Iosepho donatario cum alijs donatricis filijs, Informantes pro eodem duo potissimum hodie opponebant. Vnum, quod collationi locus non sit in proposito, quia donatio fuerat voluntaria; Alterum quòd donatio facta fuerat non Iosepho, sed filij ex eo procreandis, & consequenter cessare collationem, cum nepotes
1 non tractent de succedendo auiæ vnà cum patruis, † & collatio solùm detur inter æqualiter succedentes iuxta doctrinam Baldi, & aliorum *in auth. ex testamento, C. de collat.*

His tamen non obstantibus donationem esse conferendam, & sic standum esse in decisis censuerunt Domini amplectentes denuò conclusionem in decisione firmatam, nempè filios quoquomodo succedere volentes parentibus, siuè ex testamento, siuè ab intestato, † teneri conferre ad 2
beneficium fratrum cohæredum cuncta, quæ parentes ex propria substantia etiam contemplatione certi matrimonij largiti fuerunt, † dum modo tamen collatio prohibita non 3
reperiatur, *l. in quartam, ff. ad l. falcid.* Paris. *consil. 16. nu. 33. & seqq. lib. 4.* Fontanell. *de pact. nupt. claus. 4. gloss. 1. n. 39. cum multis seqq.* Altograd. *consil. 7. nu. 27. lib. 1.* Roland. *cons. 90. nu. 13. lib. 4.* cum alijs allegatis in alia decisione huius causæ *§. resolutionis fundamentum.*

Huius autem collationis introducendæ ratio fuit ipsa † 4
æqualitas inter filios seruanda, vt innuit text. *in l. final. C. comm. vtriusque Iudic. & in l. illud, C. de collat.* ne aliàs inter eos inuidia, † & discordiæ orirentur, quamobrem, Soc- 5
cin. iun. *consil. 160. lib. 2. à num. 20.* referens dictum † Soccini 6
senioris aui sui, affirmat, fratrem malle extraneum de hæreditate parentum habere, † quàm alterum germanum plus 7
se aliquid quantumuis minimum, quàm æqualitatem vti pacis, & fraternæ charitatis nutritiuam, † non solùm 8
præsumitur parens voluisse seruare inter proprios liberos, vt dicit *Soccinus* ibidem, verum ea de causa ipse Iudex † 9
amplecti debet in iudicando ex præcepto Imperatoris *in §. illud quoque authen. de non eligen. secun. nub. quem text.* cum alijs ad propositum expendit, refert Ciroc. *discept. 74. numer. 14.*
Quapropter Domini id libentiùs in præsenti facti specie sequuti fuerunt, vbi pro collatione, nedum visa fuit concurrere iuris præsumptio, sed, & ipsa Ludouicæ donatricis voluntas, † elicita ex iniuncto præcepto Iosepho accepto 10
ferendi donationem in legitimam, vnde subsequitur generalis iuris † regula, quod ea, quæ imputantur in quar- 11
tam subiacent collationi, *l. illud, C. de collat. vbi* Dec. *num. 5.* Thesaur. *decis. 46. num. 5.* Merlin. *de legitim. lib. 2. tit. 2. qu. 5. num. 2.* quando enim disponentis voluntas accedit, † ces- 12
sat omnis disputatio, & totum id, quod posset in contrarium allegari *l. quæ pater, ff. famil. ercisc.* Thesaur. *vbi prox. n. 15.* Michalor. *de fratr. c. 19. n. 11. par. 1.* Rot. *decis. 368. nu. 2. coram Papa Gregor.*

Non obstat, quod donatio fuerit intuitu matrimonij voluntariè à matre procedens, & ob id collatione non adstringi, † quoniam in contrarium est text. *literalis, in l. vt liberalis, C. de collat.* & in terminis consuluerunt Cassan. *cons.* 13
73. nu. 70. Rolan. *cons. 70. n. 16. & 17. lib. 4.* Rota *coram Merlino dec. 586. n. 2. in fin.* Michalor. *vbi supra nu. 16.*

Neque hic applicabilis visa fuit distinctio causæ necessariæ, & voluntariæ, quoniam, vt ista donatio ad effectum, de quo agitur, dici possit ob causam, † non requiritur, quòd 14
sit simpliciter, & absolutè necessaria, sed sufficit, quòd fiat à matre iure naturali impulsa maternæ dilectionis, vt filius ditiores, & honorabiliores contrahat nuptias, vt ponderant Piccard. *in eius tractat. de collation. qui est post §. quædam actiones, instit. de action. in art. 3. nu. 24. 25. & seqq. fol. mihi 180.* Roland. *vbi supra num. 14.* Fontanell. *de pact. nupt. dicta claus. 4. gloss. 1. num. 35. & 40.* Molin. *de ri. nupt. lib. 3. quæst. 21. à num. 14.* Faber. *de err. pragm. decad 41. err. 1. n. 6. versic. denique* Cutell. *de donat. contempl. matrim. tom. 2. discur. 3. par. 2. num. 24.*

Minùs ad euitandum collationem profuit allegare, quòd ex mandato procuræ ad donandum donatio resultet in fauorem filiorum nasciturorum, † qui quemadmodum auiæ 15
non successerunt, ita à collatione euadunt immunes, nàm vltra, quod Baldus, & alij loquuntur de filijs iam natis, & cognitis donanti, quales non erant filij Iosephi, obiectum remouetur, quia etiamsi in præcedenti mandato expressè non legatur Ioseph, tamen Ludouicæ intentio fuit principaliter eidem donandi, vt liquet ex antecedenti dedeclaratione bon. mem. Cardinalis Carafæ, cuius opera matrimonium conclusum fuit, vt in Summario responsionis Ascanij *numero secundo* & ex instrumento ratificationis omnibus solemnitatibus roborato, in quo principaliter, & primariò voluntas donandi dirigitur in Iosephum, ibi: cum D. Luduuica Guzzolina singulari semper amore dilexerit D. Iosephum eius filium, & inferiùs, ibi: volens &c. erga dictum D. Iosephum filium noua dilectionis signa præbere, & gesta alias erga dictum D. Iosephum, eiusque filios nascituros plenarie executioni demandare &c. ex his sanè verbis optimè demonstratur, † quòd donatio 16
respectu filiorum, fuit contemplatione ipsius patris, lotrat † propterea de plano collatio, Cyn. *in l. sennus,* 17
C. de

C. de inoffic. testam. Bart. *in l. dotem dedit num. 2. C. de collat. bonor.* Surd. *cons.* 361. *num.* 30. *&* 31. Gratian. *discept.* 405. *num.* 12. *&* 663. *num.* 5. & à contrarijs vindicat Giouagn. *respons.* 83. *num.* 70. *lib.* 1.

Neque contrarium inferri valet ex coniecturis, nam præter enumeratas, & reiectas in præterita decisione, non visa
suit obstante altera deducta ex eo, quod donatrix expressè
18 cauerit ipsos filios censendos esse primos donatarios, † quatenus creditores paterni illum super bonis donatis molesta-
19 rent, quia cum molestiæ non superuenerint, † donatio ex defectu conditionis, remansit Iosephi, vt in fortioribus,
20 quod donatio dicatur respicere commodum patris, † & illius contemplatione facta censeatur, etiamsi sola spes pro eo adsit, Mandell. *cons.* 658. *num.* 7. quem sequitur Giouagn. *allegat. respons.* 83. *num.* 70. *vers. tertio, quia.*

In nihilo releuante, quòd donatrix vsumfructum bonorum donatorum reseruauerit sibi, ac bo. me. Episcopo Mineruini, & Siluestro alteris filijs, vnde arguendo cum Crauetta *cons.* 85. *num.* 8. & Surdo *eius sectatore in cons.* 143. *sub*
21 *num.* 32. infertur † donationem esse frustratoriam, dum in vita matris, & duorum filiorum fructus percipi non poterant, post mortem verò bona donata erant conferenda, quoniam vsusfructus fuit reseruatus vnicuique pro rata, & sic per obitum donatricis acquirebatur donatario pro tertia parte, sicut etiam per aliorum reseruatariorum prædeces-
22 sum reliquæ duæ tertiæ partes eidem acquirebantur, † & plures vtilitates, ex tali donatione filio resultare, reprobatis Crauetta, eiusque sequacibus enumerat Giouagn. *vbi supra num.* 37. *vers. quoniam hoc,* Rolan. *d. cons.* 90. *n.* 15. Ludouic. Bell. *cons.* 19. *num.* 33. *& sequendo* Giouagn. *eos recenset ipse* Surd. *cons.* 361. 361. *num.* 32. & Crauett. *cons.* 617. *num.* 2. firmat donationem esse conferendam, & se retractat
23 ab eo, quod dixerat *in consil.* 85. † dicens, quod tunc contrarium respondit, quia in illo casu donatio matris erat simplex, non autem causa matrimonij, vt hic.

Præterea Domini vltra bona donata adducendum esse ad collocationem putarunt etiam creditum Ludouicæ ratione administrationis gestæ per Iosephum, tam de omnibus bonis donatricis vsque ad diem 25. Februarij 1650. quo illud in ratificatione donationis fuit ei remissum, & condonatum, Summario Ascanij *numer.* 1. *litt. G.* quàm vsque ad mortem matris etiam de vsufructu bonorum do-
24 natorum, † qui vigore ante dictæ donationis spectabat ad illam, quatenus Ioseph in redditione rationis reperiatur debitor, id quoque per rationes superiùs expressas venit conferendum Valasc. *de partition. cap.* 13. *n.* 148. *&* 149. Gamm. *decis. Lusitan.* 164. *per totam.*

Demum quoad domum habitationis ipsius donatricis, quam Ascanius prætendit non esse collationi obnoxiam, sed ad ipsum spectare vigore particularis primogenituræ constitutæ anno 1588. in contractu matrimoniali ipsius matris, respondebatur pro parte Iosephi super ea litem pendere in Tribunali A. C. coram quo licet Ascanius possit agendo eam petere vigore dictæ primogenituræ, & in Rota excipiendo instare, vt declaretur illam collationi non subiacere, attamen Domini pro nunc circa eam nihil firmare voluerunt, sicut Ascanius pro effectu collationis in principio causæ petijt immissionem in alijs bonis donatis, reseruando sibi iura dictæ primogenituræ super hac domo, vt in sententia de partibus in eius Summario primæ positionis *num.* 7. *in fine.*

Atque ita conclusum fuit standum esse in decisis.

Alia præsentis causæ decisio, quæ hic confirmatur, habetur impressa supra par. 12. recent. decis. 389. in ordine.

REVERENDISSIMO D. BEVILAQVA

postea almæ Vrbis Gubernatore, & Nuntio apud S. Maiestatem Cæsaream.

Vrbeuetana Regressus.

Veneris 11. Ianuarii 1669.

ARGVMENTVM.

Ad Resignatum beneficium regressus conceditur, quia pensio super eo reseruata, ad formam pacti, soluta non erat, & de illius nullitate fuerat etiam oppositum, quod licet cum solo resignatario procedere diceretur, successores tamen adhuc afficiebat, quia eorum etiam nomine stipulatum erat, non obstante defectu clausulæ, *& non alias*, in resignatione omissæ, quia cum illa conditionalis esset, eadem clausula in ea semper censeri debet apposita.

SVMMARIVM.

1 *Regressus à resignante sibi reseruatus in casu non solutionis pensionis, vel quod illa de nullitate redargueretur, debetur, si vtrumque, vel alterum purificatum sit.*
2 *Regressus reseruatus afficit non solum primum resignatarium, sed etiam omnes successores illius.*
3 *Pensio reseruata occasione resignationis beneficij, quo ad regressum non indiget clausula,* & non alias.
4 *Resignatio beneficij facta occasione reseruationis pensionis, dicitur conditionalis, & ideo in ea semper censetur apposita clausula,* & non alias.
5 *Clausula,* & non alias *subintelligitur in reseruatione pensionis reseruatæ occasione dimissionis beneficij, quamuis illa expressa non sit.*
6 *Nullitas, quæ est iuridica, non potest dici, quod sit allegari prohibita.*
7 *Resignatarius si pro se, & successoribus renunciauit cuicumque exceptioni etiam legitimæ, nec ipse, nec eius successores illas poterunt allegare.*
8 *Verba generalia, & effrenata comprehendunt, quamlibet nullitatem, non solum de facto, sed etiam de iure.*
9 *Nullitatis cuiuscumque renunciatio comprehendit etiam illam, quæ prouenit ex mala expressione valoris.*
10 *Valorem verificare non debet pensionarius, qui non agit ad canonizzationem pensionis, sed solum, vt regressum obtineat.*
11 *Resignans, cui nullitas pensionis reseruatæ opponitur, non debet simul beneficio, & pensione carere.*
12 *Assignatio fructuum beneficij facta pro decimis, tanquam ad alium finem emanata, non suffragatur pro iustificatione eorundem fructuum, ad effectum solutionis, vel non solutionis pensionis.*
13 *Fructuum quantitas in annis calamitosis, puta tempore Belli, non infert ad fructus aliorum annorum.*
14 *Fructuum probatio non resultat minori tempore, quam decennij.*
15 *Fructuum probatio pro sustinenda, vel annullanda pensione in resignatione reseruata, fieri debet per quinque annos antea, & quinque postea reseruationi eiusdem pensionis.*

DECISIO CCCXLII.

RESponsum fuerat sub die 13. Aprilis proximi præteriti constare de bono iure Philippi Maccioni in contumaciam Sebastiani Panaceni, qui informare neglexerat, sed hodie ipso audito, & ponderatis eius iuribus in antecedenti disputatione non deductis, recessum fuit à decisis. nam Sebastianus consensum præstitit resignationi Plebaniæ S. Martini Castri Fabri in fauorem Francisci Leonelli ex quo ille vice versa consensit super illius fructibus ascendentibus ad ducatos 270. auri de Camera, reseruari annuam pensionem scutorum centum auri stamparum, reseruato etiam regressu ad fauorem ipsiusmet resignantis casu, quo ipse Leonellus, vel successores antedictam pensionem non soluissent, seu in totum, vel in partem reduci, aut annullari tentassent hodierno Summario Pensionatij *num.* 1. quod idem apertè legitur in literis Apostolicis desuper expeditis. Vnde cum Philippus immediatus successor per obitum Leonelli cessauerit nedum in solutio-
ne pensionis, † verùm etiam illam annullari præsumpse- 1
rit, sub prætextu non expressionis veri valoris, vtique à semetipso aperuit viam Sebastiano, egrediendi ad suam Ecclesiam sub dicta conditione resignatam iuxta decisionem Crescent. 17. *num.* 3. *de rescript.* Lotter. *de re benefic. lib.* 1. *qu.* 40. *num.* 173. Rota *coram Royas decis.* 213. *num.* 4. *& in rec. decis.* 313. *nu.* 1. *& in Theatina, seu nullius Abbatiæ* 10. *Decembris* 1640. *coram Coccin. & in eadem* 10. *Maij* 1641. *coram Bichio.*

Neque refert, quod hodie non agatur de primo resignatario, qui pensioni consensit, sed de Philippo successore;

Nam cum Sebastiaous conditionaliter consenserit resi-
gnationi, scilicet quatenus pensio soluatur, ibique in euen-
tum contrarij, acnullitatis, & reductionis dictæ peosio-
nis reseruauerit regressum, ac si resignationem noo fecisset,
2 vt in † dicto Sommario *num.* 1. *&* 2. proinde talis conditio
afficit non solum Leouellum primum resignatariom, sed
etiam omnes successores in beneficio pro conseruatione
iuris resignantis, qui alias non resignasset Paris. *de resignat.*
lib. 6 qu. 3. num. 18. Lotter. *vbi supra qu. 39. num. 104* Ro-
ta *decis. 631 num. 2. par. 1. rec. Et in Aquilan. Canonicatus
26. Maij 1660. coram Eminentissimo Celso inter eius impres-
sas 334. num. 2.*

Non obstat, quod reseruationi pensionis non fuit adie-
3 cta clausula, & non alias &c. quia † cum agatur de pensio-
ne reseruata occasione resignationis in fauorem, quæ sem-
per dicitur conditionalis, propterea si clausula prædicta,
de stylo semper apponi solita, expresse oon fuit apposita,
4 † Nihilominous semper tacite inest, & subiotelligitur, &
non minus quam expressa eosdem parit effectus iuxta do-
ctrinam Paris. *de resignat. lib. 1. qu. 2. num. 17. & 22.* quam
sequitur Rota *coram Buratto decis. 830. num 8. & decis. 400.
num. 2. par 3. diuers. & decis. 76. num. 19. coram Eminen-
tissimo Prodatario.*

Minus ad allegandum regressum profuit allegare, quod
5 nullitas opposita sit iuridica, quæ regulariter † non cense-
tur prohibita iuxta dedocta in aotecedenti decisione, quia
obiectum cessat ex quo tam in literis resignationis, quam
io instrumento consensus in Summario Sebastiaoi *numer.* 1.
6 *&* 2. Leonellus resignatatius pro se, † & successorum no-
mine renunciauit omni, & cuicumque exceptioni, quan-
tumuis legitimæ, & iuridicæ, ac etiam erroneæ confes-
sionis, quæ verba tam effrenata, sicuti æquiualeot cui-
7 cumque nouæ formæ, † Ita vigore suæ generalitatis com-
8 prehendunt quamcumque nullitatem, siue de facto, †
9 siue de iure, & consequitur etiam † nullitatem elicitam ex
mala expressiooe valoris Rota *coram Penia decis. 368. num.
6. & 7. repet. apud* Gatz *de benefic. par. 4. cap. 3. num. 52. & in
Camerinen. regressus 1. Decembris 1645. §. pro quo coram bo.
me. Peatinger. & in Parmen pensionis 1. Iunij 1665. § vlterius
coram R. P. D. meo Ottalora, confirmata 15. Februarij 1666.
coram eodem.*

Neque subsistit, quod prædicta reguleotur à clausula
dummodo fructus ascendant ad ducatos 270. quo non pro-
bato, omnia corruunt, quoniam vltra, quod iostificatio
istius valoris videtur satis apparere ex testibos examinatis
ad instantiam Leonelli primi resignatarij, deponentibus
de tali redditu Plebaniæ, pro responsione animaduertunt
Domioi, Sebastianum hodie non agere pro Canonizatione
suæ pensionis, Ideoque non teneri ad verificationem valo-
10 tis, † sed tantum ad probandum euenisse casum moræ, &
impugnationis pensionis per Titularem, quæ cum in pro-
posito non controuertatur, negari non potest regressus re-
11 signanti ne tam magnum dispendium patiatur, † amitten-
do beneficium, & pensionem correspectiue reseruatam
*Lotter. de re benefic. lib 1. qu. 40. numer. 293 in prax exig. pens.
par. 1. qu. 9. num. 9. 12. & 16.* Rota *in Cremonea. pensionis 19. Iu-
nij 1623. coram Vbaldo*, quem sequitur Rota *in allegata
Theatina, sen nullius Abbatiæ 10. May 1641. §. quia hoc co-
ram Bichio.*

Quod agnouit Ipsemet Philippus, dum ad docendom fru-
ctus non ascendere ad quantitatem narratam, attulit in
præterita disputatione notulam reddituum, quos Sebastia-
nus assignauerat pro Decimis annorum 1642. & 1643. quam
12 hodie visum fuit, nec posse suffragari Philippo, † tum
quia emanauit ad alium effectum nempe solutionis Deci-
marum, & sic dubitari potest de diminutione ad se exone-
randum à debito *Grat. discept. 151. num. 21.* Surd *decis. 250.
num. 5. in fine*, tum, quia ex illis annis tamquam calami-
13 tosis occasione Belli initi, eo tempore vigentis, † nihil
colligi potest, quod referat ad certum annuum redditum,
& valorem beneficij, vt dixit Rota *decis. 222 nu 5. par. 10.
recent.* pro quo firmando computandas est annus fertilis
14 cum sterili, † & inspici debent fructus integri decennij,
15 calculando omnes introitus quinque † annorum præceden-
tium resignationem, & quioque sequentium, vt ad pro-
positum nolltum dicunt Achil. *decis. 24. num. 1. de probat.*
Pen. *decis. 574. num. 4.* Greg. *decis. 353. num. 7.* & alijs cumula-
tis firmatum fuit io *Romana pensionis 23. Iunij 1656. §. nihi-
lominus, & §. probauit coram R. P. D. meo Albergato.*

Et ita conclusum fuit esse recedendum à decisis vtraque
parte informante.

REV. P. D. BEVILAQVA

Postea Almæ Vrbis Gubernatore, & Nuncio apud maie-
statem Cæsaream.

Narnien. Prædij.

Veneris 8. Februarij 1669.

ARGVMENTVM.

Fideicommissum dicebatur in donatione con-
stitutum, sed quia illud à donatario non
fuerat acceptatum, suffragari non posse de-
ciditur, quæ acceptatio ex sola scientia, vel
possessione bonorum non resultabat, quia
illa in præiudicialibus non sufficit, hæc au-
tem cum ad titulum donationis liberæ re-
ferri potuerit, ad fideicommissum onero-
sum trahenda non erat; Rursus quatenus
hæres teneatur ad obseruantiam facti à suo
auctore defuncto constituti, ac qualiter fa-
cultas conditionaliter concessa suffragetur,
transmittatur, vel potius, donec casus eue-
nerit, in suspenso remaneat, in eadem de-
cisione declaratur.

SVMMARIVM.

1 *Donatio facta cum pacto reuersiuo in casu præmorientiæ donatarij, eo prædefuncto, reuertitur ad hæredes donantis.*

2 *Fideicommissum donatario iniunctum, ex sola illius scientia non censetur acceptatum.*

3 *Ratificatio in actibus merè lucratiuis ex sola scientia resultat secus verò in odiosis, & præiudicialibus, in quibus requiritur expressus consensus.*

4 *Solutio, quæ nihil commune habet cum fideicommisso, illius ratihabitionem non importat.*

5 *Possessio donatarij, quæ referri potest ad donationem liberam, ad titulum fideicommissi referenda non est.*

6 *Possessor præsumitur velle possidere titulo sibi magis vtili, & proficuo, non autem damnoso.*

7 *Hæres tenetur obseruare fideicommissum à suo auctore defuncto constitutum.*

8 *Hæres teneiur obseruare factum defuncti, non iure actionis, sed solum per viam exceptionis.*

9 *Acceptatio fideicommissi si non fuit vtilis donatario, ab eo facta censeri non debet.*

10 *Fauore alicuius inductum, in illius odium retorquendum non est.*

11 *Facultas disponendi fideicommissario tributa in casu non existentiæ filiorum, expirat per illius obitum, hac filijs, & num seqq vbi vide.*

12 *Ius conditionale non purificatum in vita, quatenus transmittatur ad hæredes.*

13 *Facultas conditionaliter alicui concessa, donec impleatur, & eueniat casus illius, remanet in suspenso.*

DECISIO CCCXLIII.

EX Instrumento donationis hodiè pro Fælice, & litis
consortibus exhibito, resultare visum fuit, Iniusti-
tiam sententiæ A. C. petitam Immissionem denegantis in
Prædio noncupato Vallo Antica; vnde cooclusum fuit esse
recedendum à Decisione coram me edita 28. Ianuarij
1664. vbi firmatum fuerat constare † de re iudicata
ad fauorem Auueduti moderni Possessoris, ex quo con- 1
uentionale fideicommissum reciprocè ad proprium, & filio-
rum commodum ordinatum à Clemente Angelo, &
Dominico fratribus de Conicctibus expirasset in Domini-
co, qui vltimus, sicut cæteri absque liberis decesserat.

Siquidem Prædium, de quo agitur, tanquam situm in
Territorio S. Gemini comprehenditur in donatione facta
anno 1630. à Clemente in fauorem Angeli, & Dominici,
pacto tamen adiecto, quod bona donata quatenus ipsi de-
cederent, sine filijs legitimis, & naturalibus, reuerteren-
tur ad ipsum donantem, eiusque hæredes; Cum igitur

conditio

conditio purificata exísteret per prædecessum, fine prole
2 vtrinsque ex donatarijs, donatio resoluta remansit, † &
bona in vim præfatæ conuentiooiz, quasi per fideicommis-
sum redire debent ad Fælicem, & alios mediatos hæredes
donantis ex persona Gasparis ab eo vniuersaliter instituti,
Tiraquell. *in l. si vnquam nu. 3. C. de reuocat. donat.* Barbos. *dict.*
351. *post princ.* Rota *decis. 1. par. 2 rec. & in Romana census* 30.
Ianuarij 1654. *cor. Reuerendissimo Domino meo Decano §. infor-*
mantes verò.

Nec vis aliqua fieri potest in antecedenti fideicommisso
per viam contractus celebrato 28. Augusti 1627. quia cum
id gestum fuerit absque interuentu Dominici, suffragari
non potest Auueduto, nisi ipse doceat de expressa illius
ratificatione; nam tacita non sufficeret, quia propter,
quod fideicommissum est de sui natura odiosum, impone-
3 bat etiam expressum grauamen Dominico; † illi subij-
ciendi scut. 2000. sibi iamdiu quæsita per donationem Tho-
mei Patrui, ideò etiamsi probaretur scientia, adhuc non
prodasset, cum non versemur in contractu merè lucrati-
uo, quo casu fortasse intraret præsumptio, quod quilibet
censetur respicere rem sibi vtilem, & proficuam, sed agitur
de fideicommisso habente admixtum dictum onus sc. 2000.
4 quod poterat à Dominico non acceptari, † propterea ad in-
ducendam ratificationem non sola scientia, sed explicitus
illius consensus requirebatur, *glos. in l. si verbo liberalitatem ff.*
de donat. Molin. *de Primogen. Hispan. lib. 4. cap. 2. num. 66. vers.*
quæ omnia Rota *in rec. decis. 27. nu. 1. & seq. par. 7. & in Roma-*
na domus 26. Februarij 1663. §. Tum, quia coram Reuerendissi-
mo Domino meo Decano, & in Romana Domus de Vsazzis 18. Fe-
bruarij 1664. §. & licèt coram eodem.

Quamobrem ratificationem non concludit instrumen-
tum subsequutum 8 Nouembris eiusdem anni, cum in eo
Dominicus nihil egerit, minusquè adimpleuerit, subiu-
gando summam prædictam, sed solum ibi fuerunt à Cle-
mente, & alijs data scuta 1700. ad effectum extinguendi de-
5 bita ipsorum fratrum, † quæ solutio, sicut nihil habet com-
mune cum fideicommisso, ita ratihabitionem Dominici
importare non potest Innoc. *in cap. super hoc num. 2. in fin. de*
renunc. cum alijs in decis. 215. num. 15. par. 9. recent. quod nec
elici valet ex eo, quod Dominicus Prædium possederit,
6 quia cum non probetur possedisse ante donationem, † pos-
sessio subsequens referenda venit potiùs ad illam, tanquàm
vtiliorem, quàm ad præcedens fideicommissum onerosum,
cum quilibet præsumatur velle possidere titulo sibi magis
7 † vtili, & proficuo Castrens. *cons. 351. num. 4. vers. item cum*
quis lib. 1. Menoch. *de præsumpt 3. num. 4. & cons. 87 numer. 64.*
Rota *decis 247. numer. 9. apud* Posth. *de manut. & in Rauenna-*
ten legitimæ 29 Nouembris 1667. § Hinc igitur cor. R. P. D. meo
Priolo, & in Romana Domus 25. Iunij proximi præteriti §. fin.
coram me.

Noo obstat, quod Dominicus successerit Thomeo,
8 † qui promiserat ipsum ratificaturum, ex quo informantes
pro Auueduto adducentes text. *in l. cum à matre C. de rei vin-*
dic. inferebant Dominicum eiusque successores teneri ad
obseruantiam dicti fideicommissi; Nam allegatus Textus
9 non applicatur; † quia hæres tenetur seruare factum defun-
cti, non tamen iure actionis, sed iure exceptionis. Bar-
tol. *in l. cum vir num. 14. vers. sed, vt suas ff. de vsucap.* Gabr. *de*
reg. iur. conclus. 11. limit. 3 num. 13. & ideò Angelus, & Cle-
mens, & ab eo causam habentes benè potuissent, & pos-
sent excipere contra Dominicum recusantem seruare fa-
10 ctum proprij Auctoris; † Verùm, cum nec Angelo, nec
Clementi, nec Fælici, & litis consortibus expediat talis ac-
ceptatio, imò vtilius sit Dominicum non acceptasse, ob id
retorqueri non debet in odium id, quod in eorum fauorem
fuit à lege introductum *c. quod ob gratiam de regul. iur. l. quod*
fauore C. de legib.

Vlteriùs fuit animaduersum fideicommissum, si osten-
11 deretur acceptatum à Dominico, † attenta facultate
vnicuique ex fratribus tributa, liberè disponendi de sua por-
tione in casu non existentiæ filiorum, expirasse per obitum,
tam Angeli, quam Domioici, fine prole, parum rele-
uante, quod pactum, vti conceptum verbis negatiuis ibi:
Non essendoci maschi: non potuerit suffragari Clementi,
eiusque hæredibus, antè purificationem conditionis De-
functi, relicto Dominico vxorato cum probabili spe sobolem
12 procreandi, † quia obiectio posset procedere in vltimis
voluntatibus, secùs verò si ex contractibus, vt in propo-
sito Ius conditionale oriatur, cum tunc in vita non purifi-
catum, transmittatur ad hæredes iuxta text. *in l. spem, C. de*
donat. Ias. *in l. quæ legata ff. de legat. 1.* Aretin. *in §. ex conditio-*
nali num. 6. Instit. de verb obligat. late Cancer. *var. resol. lib. 3.*
cap. 21. num. 95. Rota *in Romana fideicommissi 21. Iunij 1656. §.*
nec releuat coram bo. me. Leone Verospio, aliàs facultas suum
non sortiretur effectum, & respectu vltimi superstitis, omni-
nò vana fuisset, cum ipse de per se liberam facultatem ha-
beret disponendi de toto, quapropter ne † elusoria reddatur 13
facultas, eo facto, donec per obitum omnium, fine filijs ve-
niat casus, illa manebat in suspenso per ea, quæ tradit Ro-
ta *decis. 346. à num. 21. par. 5. recent. & in Ferrarien. fideicom-*
missi 4. Martij 1663. coram Eminentissimo D. meo Card. Viceco-
mite, & in Ariminen. fideicommissi 21. Decembris proxime præ-
teriti §. fin. coram R. P. D. meo Albergato.

Atque ità ex læsione resultante ex iniustitia sententiæ
A. C. constare de causis restitutionis in integrum, non au-
tem de re iudicata recedendo à decisis Domini consuerunt
vtraque Parte audita.

Supra in alia parte 16. adest altera præsentis causæ Decisio,
quæ est ibi in ordine 127.

R. P. D. CALATAIV.

Cæsenaten. Dotis.

Lunæ 11. Februarij 1678.

ARGVMENTVM.

Disputatur conclusio, quatenus debeantur fructus dotis per hæredes patris dotantis; vndè etiam quæritur, an ipsa dos successerit loco legitimæ; vtrumque affirmatiuè resolutum, quia illa constituta erat occasione amplissimæ renunciationis, factæ à filia in fauorem eiusdem patris, etiam pro portione legitimæ, ex quo ideo sequebatur, eam assumpsisse naturam illius, & per consequens deberi fructus à die constitutionis factæ; Rursus etiam quod teneatur tutor, pecunias à seipso debitas, in emptionem prædiorum conuertere, aliàs euitare non potest solutionem vsurarum pupillarium, quamuis sub clipeo Contutoris se excusare prætendisset.

SVMMARIVM.

1 *Legitima licet non debeatur ante obitum patris, potest ta-*
men cum consensu filij, etiam viuente patre, persolui.
2 *Pater potest in vita assignare filio legitimam, dummodo*
tamen vtriusque interueniat consensus.
3 *Dos à patre constituta filiæ correspectiuè ad renunciatio-*
nem, etiam pro portione legitimæ, dubitari non potest,
quod ipsam legitimam non comprehendat.
4 *Pater adhuc viuens dicitur præuenire voluisse solutionem*
legitimæ, si filiam, omnia bona sibi renunciantem, do-
tauit.
5 *Dos succedit loco legitimæ, etiam respectu temporis con-*
stitutionis illius, si in recompensationem amplissimæ re-
nunciationis constituta sit, & n. 7 11. & per totam.
6 *Querela inofficiosi testamenti cessat, si non solum mortis*
causa donatum sit, sed etiam inter viuos, contemplatio-
ne tamen vt in quartam imputetur.
8 *Filius, vel filia, cui in vita patris legitima persoluta*
est, potest impunè ab eodem patre in testamento præte-
riri.
9 *Legitimam sibi à Patre viuente assignatam, si filius dila-*
pidat, idem pater ad nihil vlterius tenetur.
10 *Dos à patre simpliciter constituta filiæ, quatenus eo viuen-*
te assumat naturam legitimæ.
12 *Fructus dotis, quæ etiam viuente patre assumpsit naturam*
legitimæ, debentur ab ipsa die constitutionis illius, quod
quatenus procedat vid. etiam num. seq.
14 *Tutor si est etiam debitor pupilli tenetur suum debitum sol-*
uere illudque ad commodum pupilli in emptionem fundi
fructiferi inuestire.
15 *Vsuras pupillares à die susceptionis tutelæ tutor pu-*
pillo persoluit, si pecunias à se ipso debitas, non
inuestiuit.

16 *Tutor qui administrauit, ipse tenetur, quamuis etiam alius tutor, vel contutor datus sit.*

17 *Tutor qui munus suum sollicitè non impleuit, sub clipeo contutoris se excusare non potest.*

DECISIO CCCXLIV.

EX quo sub die 16.* Ianuarij 1668. visum fuit DD. do-
tem sc. 600. promissam per Sebastianum Buschum
Vincentiæ filiæ, numptæ cum Thoma de Altinis ex dispo-
sitione Statuti Cæsenæ successisse loco legitimæ, resolutum
fuit Augustinum Buschum filium, & hæredem d. Sebastia-
ni teneri ad soluendum fructus dictæ dotis promissæ, & non
solutæ, etiam matrimonio dissoluto per prædecessum dictę
Vincentiæ, vt in decisione desuper extensa, de cuius iu-
ribus cum fuerit disputatum die 15. Iunij eiusdem anni
1668. aduertentes, quod legitima debetur dumtaxat à die
obitus Patris, declarando primam decisionem, ab ea tan-
tum die fructus etiam esse debitos DD. responderunt,
sed reproposito hodie dubio; An sit standum in primo, vel
secundo loco decisis pro recessu à dicta vltima decisione,
emanauit resolutio.

Et quidem licèt legitima verè de iuris rigore non antea
1 debeatur, quàm à die, qua moritur Pater, † accedente
tamen filij consensu, potest Pater adhuc viuens illius as-
signationem ad libitum præuenire, vt sunt text. clari *in l.
cum quo de peculio 56. §. final ff. ad leg. falcid. l. si quando 35. §.
& generaliter C. de inoff. testam.* Bald. *in l. cum quis vers. sed
quid si donat. ff. de condit. causa data*, Ias *in l. in suis 11. num. 18.
ff. de lib. & posth.* vbi referens parabolam Euangelij de Filio
2 prodigo † *Lucæ c. 15.* dicit, quod Pater etiam in vita potest
filio legitimam assignare, dummodo & ipse consentiat,
optimè Dec. *cons. 616. num. 5. vers. & ista legitima*, Castr. *cons.
374. num. 5. lib. 1.* Altograd *cons. 85. num. 30. & seqq. lib. 1.* cum
pluribus relatis per *Vincent. de Franch. decis. 132. numer. 2.
& 3.*

Nec dubitari potest in proposito casu, quod in consti-
tuenda tali dote vtriusque partis consensus non interuene-
nerit ad inducendam istam præuentiuam solutionem,
ipsa enim in eodem actu promissionis dotis amplissimè re-
nunciauit bonis paternis, maternis, fraternis, sororijs, &
auitis, & generaliter omnibus alijs iuribus sibi competen-
tibus, & in futurum competituris ex quacunque legiti-
3 ma portione, † & supplemento iure naturæ debito, Sum-
mario primæ positionis illorum de Altinis *num. 5.* & pater
correspectiuè ad factam sibi renunciationem, congruam
dotem filiæ promisit; vnde ex hac contemporanea renun-
ciatione fauore Patris dotantis in ipso actu dotationis
emissa, manifestè resultat, & quod ipsa propter dotem sibi
promissam omnia iura sibi competentia, & competitura
4 etiam nomine legitimæ, † illiusque supplementi remi-
serit, & quod Pater inhærendo prædictæ renunciationi,
adhuc viuens in assignatione legitimæ præuenire voluerit,
vt post Bald. *in l. cum oportet §. non autem num. 8. C. de bonis
quæ liber.* in puncto consuluerunt *Castren. d. consil. 372. num.
4. lib. 1.* Crauett. *cons. 84. num. 4. & 5.* & admisit Rota *in decis.
815. n. 5. vers. præterea coram Card. Seraph.* & in indiuiduo
firmauit *in decis. 267. nu. 4. 5. & 6. coram bo. memor. Amat. Du-
nez*, vbi etiam aduertit, quod quando (prout hic) Pater dotat
5 filiam in recompensationem portionis hæreditatis, † & legi-
timæ, non solum dicitur voluisse præuenire in vita, quod
facere tenebatur post mortem itaut tempus talis promis-
sionis dotis dicatur subrogatum loco temporis mortis
Patris, sed vlterius talis assignatio, eo adhuc viuente, suc-
cedit loco legitimæ, quod etiam apertissimè desumitur ex
verbis *text. in l. si non mortis causa 25. ff. de inoffic. testam. ibi:*
Si non mortis causa fuerit donatum, sed inter viuos hac ra-
6 men contemplatione, † vt in quartam habeatur, potest dici
inofficiosi querelam cessare; Vndè cum in casu nostro dubi-
tari non possit, quod dos in vita Patris assignata fuerit, vt
7 succederet loco legitimæ, † dum de ea etiam Pater explici-
tam reportauit renunciationem, etiam in eius vita, legitimæ
naturam assumere debet, vt in punctualibus terminis dotis
scut. 600. assignatæ per Patrem filiæ, quæ pluribus hæredita-
tibus ipsius fauore renunciauerat, quod successerit loco
8 legitimæ etiam in vita Patris, † itaut potuerit in eius testa-
mento impunè præteriti, consuluit Dec. *d. cons. 616 num. 5.* &
conferunt in similibus terminis cumulati per Altograd. *d.
cons. 85. numer. 31. & 32.* vbi aduertit, quod est adeò ve-
rum, vt talis assignatio præuenta in vita Patris legitimæ
9 successionem † importet, vt si filius eam dilapidet, Pater
ad nihil vlterius teneatur, & clariùs *num. seqq.*

Neque huic intellectui contradicit *Boss. de dote cap. 6. § 9.
num. 212.* in præterita decisione allegatus; † ipse enim lo- 10
quitur, vt in terminis Patris simpliciter dotantis, in cuius
vita quidquid sit an dicta dos illicò assumat naturam legiti-
mæ, filia inuita, & dissentiente, si vterque, vt in casu no-
stro consentiat, & pater competentem dotem filiæ assignet
non simpliciter, sed correspectiuè ad generalem renuncia-
tionem à filia reportatam, in qua ipsa etiam ius petendi le-
gitimam solemniter à se abdicauit, † non videtur posse 11
controuerti, quin etiam in vita Patris talis dos induat na-
turam legitimæ, vt optimè ad propositum firmat Rota *de-
cis. 267. num. 4. 5. & 6. coram bo. me. Dunoz. iun.*

Cum itaque de vtriusque consensu ista dos assumpserit
etiam in vita Patris naturam legitimæ, † indè assequi- 12
mur, quod ex ea fructus debentur, *lege Papinianus 8.
§. Vnde si quis ff. de inoff. testam.* Rota *decis. 328.
num. 27. coram Dunoz. iun.* cum alijs cumulatis in prima de-
cisione huius Causæ 16. Ianuarij 1668. *§. quidquid enim*, &
quamuis Andreol. *contr. 391. num. 12.* in præterita decis.
relat. in contrarium sensisse videatur, ipse tamen non lo-
quitur † in terminis dotis assignatæ pro omni, & toto eo, 13
quod filia, quæ renunciauit omnibus bonis paternis præten-
dere poterat, qui est casus noster, quinimò idem Seraph. *ab eo
alleg. in decis. 815. nu. 5. vers. preterea*, hoc ipsum admisit.

Vltra quod etiam ex alio capite visum fuit Dominis,
Augustinum prædictum petitam fructuum solutionem eui-
tare non posse, cum enim Sebastianus Pater in actu pro-
missionis dotis iniunxerit onus Thomæ genero, vt eam om-
ninò inuestiret, postquam deindè ipse in testamento eius-
dem Thomæ relictus fuit Tutor, & Curator Ioannis Ba-
ptistæ filij ex dicto matrimonio suscepti, & in solemni sus-
ceptione tutelæ declarauit se debitorem scut. 400. pro residuo
dictæ dotis. adhuc non solutæ, dicto præterito Summa
tio *num. 1. in fine & num. 2.* † tenebatur ex munere tutelæ 14
sibi ipsi breui manu dictum residuum soluere, illudque ad
commodum pupilli in emptionem fundi fructiferi erogare,
alias enim vti negligens † in adimplendo onere, quod an- 15
tea in Genero adeo enixè requisiuerat, tenetur à die sal-
tem susceptæ tutelæ, hoc est 7. Martij 1643. dicto Sum-
mario *num. 1. in fine*, pupillares vsuras persoluere, iuxtà
præscriptum Imperatoris *in l. tutores 24. C. de admin. tut. &
l. si tutor constitutus 15. & l. ob fœnus 49. ff. eodem*, Franch. *de-
cis. 16. num. 6 vers. quæ æquitas*, Rota *decis. 360. num. 5. par. 11.
recent.* cum alijs nouissimè congestis *in Tiburtina redditionis
rationis 2. Martij 1668. §. Itaque dicebatur coram R. P. D.
meo Taia.*

Et hoc licèt haberet in Contutorem Thomam Santoli-
num, vltra quod enim ipse tantum administrabat, minusque
vsque adhuc iustificauit Contutorem in aliquo † defecis- 16
se, illius negligentiam semper redditur inexcusabilis, dum
sibi ipsi non soluens pecunias pupillo debitas, † nec Con- 17
tutori denuncians eas teneri otiosas, officio proprio
non satisfecit, Tutor autem, qui munus proprium solli-
citè non adimplet, sub clypeo Contutoris se excusans, non
auditur, inquit *text. in l. tutor qui repertorium 7. §. si tutor ff.
de administr. & peric. tut.*

Et ità vtraque Parte &c.

*Supra in alia parte 15. recent. adest altera, & prima præ-
sentis causæ decisio, quæ ibi est in ordine 156.*

R. P. D. EMERIX.

Tiburtina Hæreditatis.

Veneris 30. Maij 1670.

ARGVMENTVM.

Post mortem instituti, & substituti simul vsusfructus matri fuerat relictus, cumq; defuncta, hæres primo instituti peteret immissionem in proprietate, hæc licèt sibi controuersa, conceditur, quia institutio eiusdem matris ad solum vsumfructũ fuit restricta, non obstante quod illa etiam in proprietate instituta prætenderetur, quia neque fuerat hæres sola, vel in re certa; sed quia de alia etiam sui vocatione opponebatur, hæc minus competere visa est, tamquam facta per

ver-

verbum *hæredes*, *& successores*, quod in hac facti specie, solos hæredes sanguinis comprehendebat.

S V M M A R I V M.

1 *Vsusfructus extinguitur morte vsufructuarij.*
2 *Vsufructu finito per mortem vsufructuarij, ille statim consolidatur cum proprietate, etiam fauore hæredis ab intestato.*
3 *Vsufructus consolidatio tamquam ius reale, fit cum proprietate, nullo habito respectu personæ, penes quam illa existit.*
4 *Vsufructuarium dicitur ille, cuius dispositio non incipit à bonis, sed ab vsufructu.*
5 *Vsusfructus formalis quando non dicatur relictus.*
6 *Vsusfructus simplex relictus censetur per verba* durante la vita sua.
7 *Vsufructuarius, si ei nullus fuit datus cohæres in proprietate, remanet etiam hæres proprietarius.*
8 *Testator dici non debet decessisse pro parte testatus & pro parte intestatus.*
9 *Vsufructuarius vt dicatur etiam hæres in proprietate, requiritur quod in re certa, vel ipse solus hæres institutus sit.*
10 *Vsufructuarius si quis fuerit relictus post mortem instituti, vel substituti, eo defuncto proprietas remanet penes hæredes primi instituti, vel substituti.*
11 *Hæres in omnibus repræsentat personam defuncti.*
12 *Hæredum, & successorum appellatione quatenus veniant solum hæredes sanguinis, & numeris seqq.*
13 *Substitutio facta personæ coniunctæ per verbum,* hæredes, & successores, *non comprehendit nisi hæredes, & descendentes sanguinis.*
14 *Dictio,* suis, *adiecta substitutioni factæ de hæredibus, & successoribus, illam restringit ad hæredes, & successores sanguinis.*
15 *Proprietarium aliquem esse simul, quodque eidem solus vsusfructus vita durante fuerit relictus, incompatibile reputatur.*
16 *Repugnantia in vna eademque dispositione admittenda non est.*

D E C I S I O CCCXLV.

ASpirantibus ad hæreditatem Getulij Roncetti in pupillari ætate defuncti Francisca Matre, innixa dispositioni iuris communi, & Barbara Auia, suffulta substitutione in testamento paterno his verbis facta: In euento che Getulio mio figlio erede instituto, & anco Gio. Antonio mio fratello sostituito, e l'vno, e l'altro morisse, e morissero senza figli legitimi, e naturali, in tal caso lascio vsufruttuaria di tutti li miei beni la Signora Barbara mia Madre durante la sua vita: Fuit per sententiam A. C. decreta immissio Barbaræ in possessionem solius vsusfructus, qna postmodum defunctu, sicque consolidato vsufructu cum proprietate, Francisca rursus petijt immitti, & fauorabilem sententiam obtinuit contra Troianum, & Iosephum de Clauijs hæredes Barbaræ, ad quorum instantiam commissa causa appellationis in Rota, proposui dubium: An eidem Franciscæ sit danda immissio, affirmatiuè resolutum.

Ipsa enim habet pro se regulam, quod vsusfructus extin-
1 guitur morte vsufructuarij † *§. finitur institut. de vsufruct. l.*
corruptionem 16. C. eodem, *l. sub conditione 60. ibique gloss.*
verb. interierit ff. de vsufr. vnde defuncta Barbara simplici
2 vsufructuaria, † iste statim consolidatus remansit cum
proprietate ad commodum Franciscæ hæredis ab intestato
Getulij filij, ex Auth. *defuncto C. ad Senat. Consult. Tertull.*
3 quamuis non sit hæres scripta à Hieronymo Testatore, †
sed hæres hæredis, quia consolidatio veluti ius reale fit cum
proprietate, nullo habito respectu personæ, penès quam illa
existit, *l. generali 32. §. 1. ibique gloss. ff. de vsu, & vsufruct.*
legat. Castrens. *in l. Titia 35. §. final. num. 1. post medium, versic. istum casum habui ff. de legat. 2.* Cephal. *cons. 358 num. 1. 2.*
& per tot. lib. 2. Dec. *cons 597. num. 4. & 5.* Bellon *de iur. accrescen. cap. 7. quæst. 19 num. 70. & 71.* iuuè Rota *coram Merlin. decis. 305. num. 2. & seqq. & coram Eminentiss. Celso decis.*
399. num. 2. & 3.

Nec dubitari potest, quin Barbara fuerit simplex vsufru-
fructuaria præfatæ hæreditatis, tum prospecta dispositione,
4 quæ non incipit à bonis, † sed ab vsufructu ibi: Lascio vsu-
fruttuaria di tutti li miei beni la Signora Barbara mia Ma-
dre: quo casu † non censetur relictus nisi vsufructus for- 5
malis, ex doctrina *Bart.* communiter receptu *in l. 4. n. 2. ff. de*
alim. & cibar. legal. quam pluribus comprobauit *Rot. in rec.*
decis. 519. nu. 3. & 4 par. 8. & coram Eminentiss. Celso d. decis.
399. numer. 6. & decis 411. nu 5. tum etiam attenta limitatio-
ne per Testatorem adiecta in verbis immediatè subsequen-
tibus, ibi: † durante la sua vita, quam in proposito ponde- 6
runt Dec. *cons. 278. num. 4. in fin. vers. quarto quia*, Ruin. *consil. 206. sub num. 22. vers. & in casu nostro lib. 2.* Menoch. *præsumpt. 133. num. 12.* Rot. *in recent. decis. 120. num. 4. & decis. 460. num. 3. par. 9.*

Parum obstante, quod Barbaræ nullus alius fuerit datus
cohæres in proprietate, quam proindè † (ne Testator dica- 7
tur in parte testatus, & pro parte intestatus decessisse) præ-
tendebatur ei fuisse pleno iure † acquisitam, ad text. *in l.* 8
cohæredi 41. §. non videri ff. de vulgar. & pupillar. & post
Bart. Alex Menoch. & alios dixit Rot. *in Romana hæreditatis*
3. Decembris 1668. §. ex testamento coram Eminentissimo D.
Card Cerro.

Quia obiectum non applicatur proposito casui, vbi Bar-
bara non fuit sola instituta in vsufructu, vel in re certa, † 9
in quibus terminis procedit *lex cohæredi*, & prædictæ au-
ctoritates, sed relicta simplex vsufructuaria in casum obi-
tus Getulij primo instituti, & Antonij substituti sine filijs,
† quo propterea ante Getulium defuncto, proprietas ex 10
dispositione iuris, secuta morte Getulij, transiuit ad huius
hæredes † ab intestato, qui personam primi defuncti in 11
omnibus repræsentant, *l. fin. vers. & hoc de hæred instit.*
l. hæredis appellatio, ff. de verb. signif. & l. qui per successionem
de reg. iur. & in proximis terminis dixit Rot. *decis. 22. à nu. 57.*
ad 22. par. 6. & decis. 119. num. 57. & 18. par. 8. rec.

Neque ad impediendam immissionem Franciscæ hære-
des Barbaræ iuuari possunt alia † sequenti substitutione in 12
eorum testamento facta ad fauorem hæredum, & suc-
cessorum Ioannis Antonij his verbis: morendo Getulio
senza figli sostituisco vulgarmente, pupillarmente, e per
fideicommisso, & in ogni altro miglior modo il Signor
Gio: Antonio mio fratello suoi heredi, † e successori. Quia 13
in præsenti visum est sub appellatione hæredum, & succes-
sorum, non posse venire, nisi hæredes, & descendentes
sanguinis Ioannis Antonij, non solum, quia agitur de sub-
stitutione facta coniunctæ personæ *ad text. in l ex facto in §.*
vlt. ibique gloss. vlt. ff ad Sen. consul Trebell. Fusar. *de substit.*
qu. 339. num. 63. vbi de verbo hæredum, † & de successori- 14
bus est *text. in l. Pater 38. §. mater ff. de leg. 3. l. cum acutissimi*
30. in fin. C. de fideicom. Fusar. *d. qu. 339. n. 13. 24. & 15.* & de
hæredibus, & successoribus suis, † ponderando præsertim 15
illam dictionem *sui* plenè Rot. *decis. 171. num. 5. & 7. par.*
12. rec. verum etiam, quiu non benè congruit, quod Bar-
bara post mortem Getulij, & Ioannis Antonij, sine filijs
sub nomine collectiuo hæredum, & successorum fuerit li-
bere substituta, etiam in proprietate, † quodque supe- 16
rius testator eodem casu ei reliquerit vsufructum dumtaxat
eius vita durante, vt supra dictum est. Nam ex tali interpretatione oriretur irreconciliabilis repugnantia, quæ neutiquam est admittenda contra *text. in l. vbi repugnantia 149. ff. de reg. iur.* cum alijs adductis *in Romana concursus 15. Iunij 1665. §. quod autem coram bo. mem. Auunculo meo.*

Et ita reiectis nnllitatibus oppositis contra sententiam A. C. quæ visæ fuerint insubsistentes decisum fuit vtraque parte informante.

REVERENDISS. D. ALBERGATO

Sacræ Rotæ Decano.

Romana Augumenti Dotis.

Lunæ 5. Decembris 1670.

A R G V M E N T V M.

Nulla declaratur transactio facta occasione dotis mulieris, quia plures partitæ in ea expressæ, non subsistere visæ sunt, & ideo ex defectu causæ, etiam in sola parte, remanebat nulla in totum, pro quarum verificatione non suffragabatur confessio mulieris facta pro exoneratione suæ conscientiæ, quia

ad conualidandum contractum, alias nullum, huiusmodi cautelæ non sufficiunt, cum eadem facilitate, quia inducuntur minores, & mulieres ad contrahendum, ea quoque ratione seducuntur ad confitendum.

S V M M A R I V M.

1 *Causa, etiam in sola parte falsa, vitiat totum contractum minoris, vel mulieris.*
2 *Solutio facta in causam fructuum non potest trahi ad causam sortis.*
3 *Officio duplici solutio fungi non debet.*
4 *Solutio prius cadit in causam fructuum, quam in sortem, & num. 23.*
5 *Debitor pro sorte, & fructibus non se obligasset, si aliquid in causam eiusdem sortis verè soluisset.*
6 *Solutio, & partitæ in instrumento contentæ, non aliter iustificatæ, quam ex insubsistenti relato, corrunt totaliter, & attendi non debent.*
7 *Instrumentum nullum, & insubsistens, perinde est, ac si factum non esset.*
8 *Relatio non fit ad ea, quibus ratio recti sermonis non conuenit, amplia, vt num. seqq.*
9 *à Cogitatione partium, quæ sunt aliena, relatio fieri nequaquam potest.*
10 *Declaratio pro exoneratione conscientiæ facta à muliere in instrumento nullo, & ipsa quoque remanet nulla, nulliusque roboris, & momenti.*
11 *Enunciatiuæ, & Confessiones mulieris non attenduntur, nisi earum veritas aliunde probetur.*
12 *Contractus mulieris, vel minoris nullus ex defectu causæ, quibuscumque cautelis validari non potest.*
13 *Mulieres, & minores eadem facilitate, qua inducuntur ad contrahendum, ea etiam ratione seducuntur ad confitendum.*
14 *Fraudibus nimis aperta esset via, si minores, & mulieres, quæ prohibentur contrahere, sub palliato conscientiæ prætextu confiteri permitterentur.*
15 *Confessio erronea non solum à muliere, & minore permittitur impugnari, sed etiam à quocumque maiore, & num. seqq.*
17 *Error quotiescumque probatur, tunc confessio non præiudicat confitenti.*
18 *Obseruantia modici temporis, puta 12. annorum, non est apta reualidare contractum ab initio nullum.*
19 *Tacita dicitur ratificatio, quæ deducitur ex cursu temporis.*
20 *Ratificatio tacita non debet esse maioris potentiæ, quam expressa.*
21 *Solutio à debitore in instrumento narrata, sine vlla approbatione creditoris, nihil probat.*
22 *Debitoris assertiones non attenduntur, nec aliquam fidem merentur.*

D E C I S I O CCCXLVI.

OCcasione matrimonij contrahendi cum Bartholomæo Lancetta fratre, promiserat Stephanus de anno 1629. augumentum dotis Catherinæ in summa scut. 1000. tam nomine proprio, quam eiusdem Bartholomæi, tunc indecimo octauo anno constituti, qui cum id ipsum ratificasset, sed nulliter, vtpotè sine solemnitatibus, idem Stephanus eandem summam repromisit pro cuius solutione cum vrgeretur de anno 1641. emanauit certa quietantia sub prætextu, quod scuta 500. fuissent soluta in tot censibus scuta vero 300. essent in Sacro Monte depositata, quæ cum in facto non subsisterent, de anno sequenti idem Stephanus, bonam fidem agnoscendo, declarauit scuta 400. tantummodo fuisse soluta, residuum verò soluere spopondit ad quinque annos, & interim respondere de fructibus Summario *numer.* 3. Cum verò de anno 1651. super soluta certa summa, partes ad quandam transactionem, nouamque quietantiam deuenissent, eaque non obstante, petijsset Catherina mandatum coram A. C. pro scutis 600. in vim dicti instrumenti anni 1642. vna cum fructibus interim decursis, dedi dubium (superuenta commissione, vt ille procederet de voto Rotæ) an dictum mandatum sit relaxandum, vel potius obstet transactio, & DD. transactionem non substineri responderunt.

Etenim inter cætera ibi narratur solutio scutorum 500. in tot censibus, qui tamen verificantur tantummodo respectu scutorum 400. contentorum quoque in præcitato instrumento anni 1642. sed non respectu aliorum, vtpotè impositorum de pecunijs, & effectibus proprijs ipsius Catherinæ, & eius patris, non autem ipsius met Stephani debitoris, vt euidenter apparet ex ipsis met instrumentis relatis, & singillatim expositis in dicto Summario *num* 4. Causam
verò, quæ in parte detegitur falsa, & erronea † totum vi- 1
tiare contractum pluries dixit Rota, & signanter in *recent. decis. 31. num. 25 decis. 200. num. 1. cum sequen. & per totam, & decis. 355. num 24. par. 12.* cum alijs in *Bononien. censuum 17. Martij 1664. §. finali*, confirmata, seu admissa in hac parte *§. penultimo coram me*.

Accedit alterius census assignatio scut. 50. qui tamen reperitur impositus de pecunijs Catherinæ ex fructibus augumenti ab ipso Stephano debitis de anno 1629. eidem Bartholomæo sponso, qui stante nullitate, vt supra obligationis, ad nihil † tenebatur, vnde trahi non potuit in causam 2
sortis, † & duplici officio fungi, quando etiam ipsa solutio 3
prius in fructus, † quam in sortem cadat *textus in l. in ijs* 4
§. apud Marcellum ff. de solutionibus Bartol. *in l. creditor §. Valerius ff. de solutionib.* Rota *coram Caual. decis. 165. numer. 1. & 2. & in Rauennaten. seu Fauentina cambij 27. Ianuarij 1666. quoniam coram Eminentiss. D. meo Celso*; vnde etiam huius partitæ respectu, nullitas saluari non potest, cui proxima est alia euidentior scutorum 100. quæ ait soluisse Stephanus in emptione alterius census, cum tamen apparent erogata tantummodo scuta 60. vt clare in eodem Summario *num. 6.*

Additur vltima scutorum 200. in tot mobilibus, quæ fassa est Catherina habuisse relatiuè ad dictum instrumentum anni 1641. & nihilominus in vero, ac reali instrumento anni 1642. nulla de ijs mentio legitur, sed tantummodo dd. scuta 400. cum expressa, ac præcisa promissione aliorum
scutorum 600. ad quæ, † & illorum interusuria Stepha- 5
nus non se obligasset, si dd. scuta 200. mobilium in rei veritate soluisset; Præsumitur ergo illa partita erronea, quemadmodum cæteræ contentæ in dicto instrumento anni 1641.
† & non aliter iustificata, quam ex insubsistenti relato, 6
corruit totaliter, & attendi non potest, vt benè Rota *in Romana cambij 1. Iunij 1662 §. huiusmodi coram R. P. D. meo Beuilaqua, & in Perusina hæreditatis 27. Iunij 1670 §. finali coram R. P. D. meo Bourlemont, & prius in dicta Bononien. censuum 1. Februarij 1666. coram me §. quæ tamen versic. cum demum.*

Nec dicta promissio residui in præfato instrumento anni 1642. verificari potest dumtaxat in scutis 100. debitis, vt supponebatur in dicto instrumento anni 1641. occasione depositi à Stephano faciendi; dum enim huiusmodi instru-
mentum detegitur nullum, & insubsistens, † per inde 7
est, ac si factum non fuisset, & de eo nullam fuisse habitam rationem enidenter conuincitur, dum in hac promissione, nec verbum quidem de eo habitum fuit, & consequenter illa obligatio soluendi residuum pernecesse referri debet ad scut. 600. demptis 400. non autem asserti depositi, de quo nulla mentio immò, nec verbum, vt supra habi-
tum fuit, ex regula satis nota, quod relatio non fit ad ea, † 8
quibus ratio recti sermonis non conuenit, vt per Rotam
coram Dunozett. iun. decis. 637. num. 18. nec ad aliena † à co- 9
gitatione contrahentium *in recent. decis 300 num 29. par. 11.* quemadmodum etiam prætendi non potest hanc promissionem fuisse insolidum cum Bartholomæo, quem ad inuestimentum dumtaxat se obligasse deprehenditur: ibi, quod residuum scutorum 1000. monetæ reinuestimenti ab eodem Stephano promissi, promiserunt ijdem Stephanus, & Bartholomæus reinuestire, & interim loco fructuum idem Stephanus teneatur.

Nec obstat clausula in fine transactionis apposita, qua Catharina declarauit, etiam pro exoneratione conscientiæ
† narrata pro vt narrantur, vera fuisse, & esse licet prædi- 10
cta instrumenta quietantiæ, & concordiæ, vt supra enunciata, aliter cantent, seu aliæ scripturæ desuper confectæ aliter cantare possent, siquidem huiusmodi enunciatiuæ
nullatenus attenduntur, † nisi earum veritas, aliunde pro- 11
betur inquit in puncto Rota *decis. 92 num. 7. par. 9. & decis. 226. numer. 17. & seqq. par. 12.* immò admissa contractus
nullitate, & insubsistentia ex defectu causæ, † eam sa- 12
nare non possunt huiusmodi cautelæ, qua enim facilitate,

decipiuntur mulieres, & minores in principali dispositione,
13 & in ipsamet rei substantia, † eadem immo maiori circumueniuntur in hisce appendicibus, & accessorijs ad tradita per Grat. *decis. 234. num. 9 & 10.* Burat. *decis. 351. num 3. Eminentiss. Ottobona decis. 16 num. 7. & seqq.* & alias aperta esset via fraudibus, & circumuentionibus mulierum, & minorum,
14 † si huiusmodi theonis, & laqueis insolubilibus adstringeretur, vt ponderat Rota *apud Pic. decis. 22. num. 6. penes Gallerat. de reaunc. decis. 40. num. 2. & seqq. & in dicta Perusina hæreditatis coram R.P.D. meo Bourlemont. §. fin.* immò cum quietantia prædicta anno 1657. confecta per euidentiam fa-
15 cti conuincantur erronea, † ne dum à Catherina, tanquam
16 muliere potuit impugnari, tali clausula non obstante, † sed
17 etiam à quocumque maiori potuisset illius error † adduci, quoniam vbi confessio probatur erronea, prout hic, nec maiori præiudicat *l. non fatetur ff. de confess.* Honded. *cons. 66. num. 66. lib. 1.* cum alijs Ciriac. *controu. 35. num. 16. & seqq.*
18 Obseruantia vero duodecim annorum non † est apta reualidare contractum ab initio nullum Rota *in recent. decis.*
19 *19. vers. 4. par. 6.* ne maioris potentiæ sit tacita † resultans ex
20 cursu temporis, † quam expressa ratificatio, vt fuit dictum in *Anconitana census 27. Martij 1641. coram bon. mem. Peuting. & coram bon. mem. Dunoz. decis. 803. num. 6.*

Cæterum frustra opponebatur de solutione nonnullarum pecuniarum, assignatione mobilium, & condonatione pensionum, quoniam de ijs nulla allata fuit probatio, quæ desumi non potest ex instrumento anni 1657. in quo prædicta
21 narrantur ab ipso Stephano debitore † per verba dubitatiua, absque vlla approbatione Catherinæ, vel eius viri, cui prætendebantur soluta, & respectiuè tradita ibi: & licet crediderit se esse debitorem dicti Bartholomæi in diuersis pecuniarum summis &c. ad textum *in l. 2. ff. de probat. l. in exem-*
22 *plo, & l. actor Cod. eodem titulo*, vbi quod debitoris † assertiuæ non attenduntur, nec quoquo modo fidem merentur Cephal. *consil. 393. num. 69 lib. 3.* Gail. *obseru. lib. 2. obseruat. 20. numer. 1.* & in omnem casum hæc omnia redirent in causam
23 fructuum † ex dicto augumento debitorum, in quam causam cederent etiam scuta 150. quæ de anno 1657. dicuntur soluta ad tradita per Andreol. *controuers. 246. num. 16.* Rota *decis. 147. num. 22 par. 3. recent.*

Et ita partibus hinc inde informantibus resolutum fuit.

REVERENDISS. D. ALBERGATO

Sacræ Rotæ Decano.

Fulginaten. Census,

Mercurij 11. Martij 1671.

ARGVMENTVM.

Quamuis regulariter census extinctio requirat actum retrosimilem, in hac tamen decisione, illam ex pluribus solutionibus deciditur esse sequutam, quia respectu vnius partitæ, de clara voluntate creditoris constabat, atque ita non docto de contrario, etiam de reliquis partitis præsumendum erat, quamuis illæ in eandem causam factæ non apparerent, quia præterquamquod ex facti circumstantijs de ea satis constabat, quoties de alia non docentur, semper in causam debiti præsumitur facta solutio, maximè, vt hic, quo de summa notabili tractabatur, vndè verisimile non erat, debitores illam in causam mutui soluisse, ipsosque etiam graues vsuras substinere voluisse.

SVMMARIVM.

1 *Liber priuatus admittendus est, & probat etiam contra tertium, vbi concurrant adminicula, & quæ illa sint, vide n. seqq.*
2 R.P.D. Filicaia *Vir notæ integritatis nuncupatur.*
3 *Testis vnicus de facto proprio deponens, concurrentibus adminiculis, plenè probat.*
4 *Liber priuatus pro maiori parte verificatus, ita etiam præsumitur esse in totum.*
5 *Testes de confessione extraiudiciali deponentes, si sint contestes de loco, tempore, & verbis, plenè probant, & numer. 6.*
7 *Confessio extraiudicialis facta parte præsente, & per duos testes legitimè verificata probat tam de iure ciuili, quam de iure canonico.*
8 *Quietantiæ ex alia causa debitori redditæ non excludunt, imò fortius conuincunt debitum fuisse solutum.*
9 *Solutio probatur ex diuitijs debitoris, & egestate creditoris, quæ cum longa taciturnitate cum ipso credito incompatibilis reputatur.*
10 *Solutio inter domesticos, & consanguineos plerumque minutatim fieri solet, amplia etiam de sorte census, ibid.*
11 *Solutio probatur etiam præsumptionibus, & coniecturis, quæ quales sint, vide supra à num. 8.*
12 *Liber priuatus regulariter contra tertium non probat.*
13 *Liber priuatus quoad semiplenam probationem, & adminiculum probat etiam contra tertium.*
14 *Probationes non tendunt ad aliud, quam ad instruendum animum iudicis rem ita, & non aliter se habere.*
15 *Liber priuatus, si verificetur in parte, probat etiam contra tertium.*
16 *Scribentis mors auget fidem suis libris, ne credatur illum cum falsitate accumbere voluisse.*
17 *Scribentis bona fama plurimum attenditur, vt eius libris fides adhibeatur.*
18 *Testis familiaris à testificando non repellitur, si talis non erat de tempore examinis.*
19 *Paupertas non tollit fidem testi, si ille fuerit honestæ vitæ, bonæque conditionis, & famæ.*
20 *Testes per eadem verba præcisa deponentes, quando inuerisimilitudinem habeant, ibidem & num. seqq.*
21 *Testes nihil interest, an in cortice verborum concordent, dummodo in substantia non discrepent.*
22 *liber, & testes coadiuuantur ad inuicem.*
23 *Probationes inuicem coadiuuandæ sunt, & adminiculandæ.*
24 *Census extingui potest, etiam sine acta retrosimili, quia imo minutatim, & paulatim, sup. à numer. 1. & per totam, amplia inter domesticos, vt sup. num. 10.*
25 *Census, quod fuerit ex pluribus solutionibus extinctus non releuat, quod illæ non appareant factæ in eam causam, & quando, ibidem, & num. anteced. & seqq.*
26 *Solutio in certam causam dicitur facta, quotiescumque de alia causa non apparet.*
27 *Solutio ex voluntate partium etiam pro sola rata facta in certam causam, ita quoad cæteras partitas præsumitur non docto de contrario.*
28 *Debitor crediti fructiferi, etiam census, non præsumitur notabilem summam in causam mutui soluisse, & adhuc sub vsuris permanere voluisse.*
29 *Solutio cedit in causam debiti, vbi vtriusque partis obseruantia concurrit, creditoris in illud non petendo, & debitoris in non repetendo summam solutam.*
30 *Census extinctio probatur etiam argumentis, & coniecturis, quæ qualia sint vide per totam decis.*

DECISIO CCCXLVII.

Censum scutorum 4000. de anno 1633. in Herculis fauorem impositum, extinxerunt in pluribus vicibus Alexander debitor, & post illius mortem eius filij vsque ad summam scutorum 3000. videlicet pro duobus millibus idem Alexander sub die 7. Augusti 1636 pro scutis 500. Mattolus Agens eiusdem Alexandri sub die 9. Iunij 1646. & pro alijs scutis 500. idemmet vti Procurator filiorum sub die 20. Augusti 1648. vt ex instrumentis Summario præteritæ positionis *num. 1. & 3.* Cum autem pro fructibus residui actum fuisset coram A. C. per Thomam, cæterosque creditores hæredes, prodijt mandatum dumtaxat pro rata scutorum 700. reliquis in suspensum relictis, quod esse exequendum cum Rota respondisset sub die 7. Iunij 1669. Hodie ex facto melius dilucidato in contrarium resoluit.

Etenim probationes, quæ tunc temporis debiles, & inefficaces ad controuersiam solutionem allatæ fuerant, nouis hodiè suffultæ adminiculis, vigorosæ, & omninò sufficientes apparuere; Siquidem primo loco adductus est liber præfati Mattoli dd. filiorum Administratoris, in quo descriptæ leguntur partitæ ab anno 1648. vsque ad 1654. ascenden. ad scuta 1761. 55. d. præterito Summario *num. 14.* cui libro, quantumuis priuato, deferendum fore, dum scriptus

1 fuit ante litem motam, † & tempore non suspecto, & con-
currit legalitas, & obitus scribentis, necnon verificatio aliun-
dè partitarum pro maiori parte tradiderunt *gloss. in l. instru-
menta domestica per illum textum, ibique* Salicet. *num* 4. *C. de
probat.* Bald. Ripa, Castren. *& cæteri in l. admonendi*, quos
adducit Barbos. *sub numer. 27. ff. de iur. iur.* Guidon. *decis.* 441.
per tot. Surd. *decis.* 105. *num.* 5. Franc. Merlin. *decis.* 88. *num.* 10.
Thomat *dec.* 169. *num.* 3. Rota *in diuers. dec.* 776 *nu.* 2. *&* 3. *&
decis. vltima numer. 1. cum seqq. par 1. coram Gregor. decis.* 337.
num. 1 *vbi* Adden. *lit A.* cum alijs *in rec. decis.* 225. *num.* 2. *&
plurib. seqq. par* 10. *& coram Dunoz. iun. decis.* 974. *num.* 5.

Quod fuerit scriptus ante litem motam, & tempore non
suspecto, probatur hoc ipso, quod Mattolus obijt de anno
1659. dicto præterito Summario *numer.* 5. & lis fuit mota de
anno 1665. eodem Summario Actorum *numero finali*; Illius
legalitas, ac bona fama non solum præsumitur; verum
etiam liquet ex attestationibus, de quibus in d. Summario
numer. 7. Partitarum verò pro maiori parte verificatio opti-
mè probatur, nam respectu scutorum 122. solutorum in Vr-
be 14. Februarij 1649. concordant libri Thesaurariæ Patri-
monij administrari per dd. filios, & hæredes debitoris, qui
etiam concordant cum alia partita scutorum 300. anno se-
2 quenti solutorum 2. Iulij eodem Summario *numer.* 9 † de
quo plene deposuit R. P. D. Filicaia vir notæ integritatis;
tùm in eius epistola, tùm in examine formiter ad instan-
tiam Partis emisso, proprium factum referendo, ipsamque
census extinctionem, ibi: Se V. S. (loquens de Mutio alte-
ro ex ipsis filijs debitoris) non si piglierà l'incommodo di
sborsare lei medesima quelli 300. scudi al Sig Pietro Orsi-
ni in conto di quel censo, che hà la sua casa con quella di
V. S. Dio sà quando mai veniua rimborsato del mio dena-
ro, eodem Summario *numer.* 4. & in dicto examine, ac in-
terrogatorijs, ibi: Io sò, che il Sig. Pietro Orsini riceuè da
detto Sig. Mutio scudi 300. moneta, e questo lo sò, perche
io medesimo più volte vedendo il Sig. Mutio lo pregai, che
pagasse detta somma, acciò pagando d. Sig. Mutio dd. scu-
di 360. à d. Sig. Pietro, potesse sodisfare il Sig. Francesco
Maria Luc Antonij creditore di d. Sig. Pietro, e mio debi-
tore, & in questa conformità, per farmi cosa grata, d. Sig.
Mutio sborsò d. somma al Sig Pietro, che disse in conto di
rata di estintione di vn censo di maggior somma, d. Summa-
3 rio *num.* 12. Dubium autem non est, quin Testis, † quamuis
vnicus, si de factu proprio deponat, & sit adminiculatus
plenam faciat probationem, Bart. *in l. 1. §. Item Cornelio num.
3. ff. de quæst.* Io. Andr. *in cap final num. 4 vers. nam vt dixit de
successhon.* Farin. *de test. qu.* 63. *nu.* 35 Franc. Anton. Cost. *cons.*
40. *nu.* 13. Capyc. Latr. *decis.* 52. *nu.* 14. Rota *coram Verall dec.*
271. *num.* 3. *coram Gregor. decis.* 375 *num.* 5. *&* 247. *nu.* 6. *in rec.
decis.* 346. *num.* 3. *par* 9. *coram Eminentiss Celso decis.* 312. *nu.*
4. *& seqq.* plenè firmatum fuit *in Romana Societatis* 23. *Mar-
tij* 1667. *&* 24 *Februarij subsequentis coram Reuerendiss. Va-
resio Venetiarum Nuntio*, comprobat. 23. *Iunij proximè præ-
teriti coram me, vbique* §. 1.

Iisdem respectu scutorum 247. 36. e rogat. in expignora-
tionem argentorum à S. Monte Pietatis sub die 15. Maij
1649. comprobatur solutio, ac liber Mattoli ex partitis eius-
dem Montis sub eodem nomine, quantitate, & tempore,
Summario *num.* 10. necnon respectu aliarum partitarum in
magno numero, licèt paruæ summæ, solut. partim in fru-
mento, & partim in pecunia ijsdem filijs, & eorum matri,
ascenden. ad scuta 320. ex testibus ritè, ac formiter cum in-
terrogatorijs partis examinatis, vt *numer.* 8. quibus insimul
iunctis conficien. scut. 1002. 46. patet librum illum pro maio-
4 ri parte iustificari, † & ita verum in toto censeri, Gabr. *de
præscript. concl* 45. *num.* 1. *& seqq.* Menoch. *cons.* 508 *num.* 21.
Surd. *decis.* 199. *num.* 3. Scacc. *de iud. lib. 2 cap.* 11 *num* 143. Ma-
cerraten. *var. resol.* 38 *in fine lib.* 2. Thomat. *d. decis.* 169. *num* 8.
Rota *in diuers. d decis. vlt. num.* 15 *par.* 1. *coram Mantic. decis.*
144. *numer.* 3. *& decis.* 363 *numer.* 4. *in recent alleg. decis.* 225.
numer. 6. *&* 9. *par.* 10. *& coram Dunoz iun. d. decis.* 974 *nu-
mer.* 6.

5 In quorum comprobationem visa est potissimum vrgere
duorum testium depositio super extraiudiciali confessione
creditoris, de eiusmodi rata census extincta cum oblatione
eiusdem conficiendi instrumentum ad omne beneplacitum
Mutij, ibi: Primus testis iuxta octauum: Io sò, che vna
mattina calando à basso il Sig Mutio per vscire di casa il d.
Sig. Pietro li chiese, che li volesse far pagare à Foligno certi
denari alla Signora Costantina sua Cognata, & esso Sig.
Mutio rispose, V. S. sà, che il censo di scudi mile, che lei
doueua hauere è stato reso ogni cosa, tanto per la sorte,
quanto per li frutti, & il Sig. Pietro rispose, questo è vero,
e gli ne farò instromento ogni volta che vuole; ma vorrei,
che V. S. mi facesse pagare questi denari, perche ne hò biso-
gno, cùm quo optime concordat secundus eodem Summa-
rio *num.* 11. † & ita cum fuerint ritè, & formiter examina- 6
ti, sintque contestes loco, tempore, ac verbis, plenam sta-
tuunt probationem, Felin. *in cap si cautio num. 27. de fide in-
strum* Dec. *cons.* 163. *num.* 1. *in fin.* Thesaur *decis.* 109 *numer* 6.
Rota *coram Duran. decis.* 186 *numer.* 1 *cum seqq. apud* Merlin.
decis. 340. *num.* 1 *& seqq. in recent decis.* 244 *num.* 15 *par.* 6. *de-
cis.* 391. *num.* 2. *& seqq par.* 12. *& in d. Romana Societatis* 23.
Martij 1667 §. 2. vbi id firmatur iam de iure canonico, quàm
iure ciuili, † si confessio, vt hic, parte præsente, emana- 7
uerit, & 24. Februarij sequentis § 1. *vers. ideoque coram Re-
uerendiss. Varesio, & coram me d. die* 23. *Iunij proximè præ-
teriti §. postremum.*

Fortiùs verò quo non leuia concurrunt adminicula, & ar-
gumenta hanc ipsam veritatem comprobantia, signanter,
quod in manibus vxoris, & filiorum Mattoli, vt supra Ad-
ministratoris visæ fuerint receptæ solutionum, ac quie-
tantiæ, † & eatenus Mutio redditas esse, quatenus extor- 8
quere intendebant remissionem crediti, quod ipse à præfato
Administratore consequi debebat, ipso Summario *numer.* 8.
benè Mart Medic. *d decis.* 84 *num.* 5. *vers. quinta coniectura*
Rota *coram Greg decis.* 521 *numer.* 2. *&* 3. cum quo congruit
modus, & qualitas soluentium † diuitiæ debitoris, & credi- 9
torum egestas, cum longa taciturnitate incompatibilis; † 10
Etenim modus hunc censum extinguendi apparet minuta-
tim, & (quod plerumque inter domesticos contingit) absque
stipulatione instrumenti in actu solutionis, d. Summario
num. 1. *& duobus seqq.* Qualitas verò soluentium, eorumque
opulentia satis nota dicebatur de eo tempore, & comproba-
tur ex testibus d Summario *numer.* 11. sicut è contra credito-
rum inopia, atque necessitas conuincitur, nedum ex verbis
supra relatis d. Summario *num.* 11. verum etiam ex datis in
Summario *num.* 13. † solutionem verò, etiam ex coniectu- 11
ris, ac huiusmodi præsumptionibus educi tradiderunt Paris.
cons. 83. *num.* 29. *lib.* 1. Valenzol *cons.* 183. *num.* 8. Surd. *d. decis.*
105 *num.* 1. *& per tot.* Caren. *resol.* 508 *numer.* 2. Afflict *decis.*
13. *pariter per tot.* Merlin. *decis.* 30 *nu.* 10. *& decis.* 124 *per tot.*
& cæteris adductis in sæpè *decis.* 225. *ex numer.* 3. *cum multis
seqq. par.* 10. *in Romana locorum Montium* 21. *Iunij* 1660. §. 2.
& seqq. & in Bononien. pecuniaria 14. *Februarij* 1661. §. *alia
coram R.P.D. meo Beuilaqua.*

His positis, visæ non sunt restagari exceptiones in deci-
sione, quæ reuidetur adductæ, tùm aduersus librum Ad-
ministratoris, & Dohanæ, & tùm etiam aduersus Testes;
Etenim quoad primum † licèt verum sit, librum priuatum 12
non probare contra tertium, ad doctrinam Iason. *in d. l. ad-
monendi num* 81. *vers.* 5. *limitata de iure iur.* Escobar. *de ratio-
cinijs cap.* 11. *num.* 28. *& seqq.* Gen. *de scriptur. lib.* 5. *quæst.* 9.
tit. de Scartafaccijs num 4. cum cæteris ibi alleg. Attamen ad-
uertebant Domini id esse intelligendum quoad efficacem,
atque integram probationem, † secus quoad partialem, & 13
semiplenam, cum enim probationes ad aliud non tendant,
quàm ad instruendum animum iudicis † rem ita & taliter 14
se haberi, clarum est ex pluribus simul iunctis, & ad inui-
cem se adminiculantibus in totum sortiri. Ideoque prædi-
ctam regulam limitat idem *Iason*, si liber aliundè in parte
verificetur † sub eodem *num.* 81. *vers addo quod tertio, idem-* 15
met Escobar. *de ratiocin. cap.* 10. *num.* 6. *& d. cap.* 11. 30. *&* 31.
vbi cum Scribens est mortuus, † ne credatur cum libris falsò 16
conscriptis accumbere voluisse, necnon ipsemet Genua *d.
tract. tit. de libro administratoris nu.* 1. *&* 2. Ancharan *quæst.
familiar.* 55. *nu.* 4. *lib* 1. Surd. *d decis.* 105. *num.* 5. *& seqq.* Mart.
Medic. *d. decis.* 88. *num.* 8 *vers. & cum* D. Merlin. *d. decis. Lu-
cen.* 61. *num.* 8. Rota *coram Mantic d. decis.* 363. *numer.* 5 *coram
Dunoz. sen decis.* 36. *num* 11. *in recent. decis.* 650. *num.* 4. *par.* 1.
decis. 321. *num.* 2. vbi exponderat † bonam famam Scriben- 17
tis *par.* 3. *decis.* 246 *num.* 14. *par.* 5. & in mox citata *decis.* 225.
num. 2. *& seqq. par.* 10.

Quo verò ad secundum respectu testium admittebatur,
confessionem extraiudicialem per eos non probari, nisi sint
vndique integri, & omni exceptione maiores, quod etiam
dicebatur de vnico teste respectu extinctionis census pro di-
cta rata scutorum 300. Summario d. *num.* 4. *&* 12. & de alio,
qui vidit quietantias *num.* 6.

At singulis exceptionibus † respondendo fuit dictum, 18
quoad familiaritatem illam, nec quidquam nocere, dum
non aderat de tempore examinis, vt distinguunt Mascard.
de probat. conclus. 758. *numer.* 4 Gabriel *de testib. conclus.* 10.
num.

num.9. Farin. *de testib. quæst. 55. num.* 141. Rota *in recent. dec. 77. num. 47. par. 10. & d. decis. 191. num. 19. par. 12.* quo verò
19 ad paupertatem † eam non refragari, necquidquam de
fide detrahere, vbi pauper honestæ sit vitæ, bonæque
conditionis, Menoch. *de arbitr. lib. 2. cas. 96. num* 2. Farin.
quæst. 57. num. 73. & seqq. Rota *coram Burat. decis. 725. nu.
12. in recent. decis. 148. num. 25. ead. par. 10. & decis. 57. num.
14. cum pluribus seqq. par. 12. & in d. Romana Societatis 24.
Februarij 1668. §. exceptiones, vers. tum quia coram Reuerendiss. Varesio, & d. die 23. Iunij proximè præterit § secundum
verò paupertatis coram me.*

Et demum quoad inuerisimilitudinem, & contrarietatem ex eo, quod professi sint de tempore per verba præci-
20 sa, † in quibus tamen discordant, ad doctrinam Butrij
in cap. nihil num. 2. vers. quod intelligo de verb. signif. Rolan.
cons. 32. num. 20. lib. 2. cum alijs in decisione, quæ reuidetur §. *Accedit*, visum est DD. respectu inuerisimilitudinis
eam omninò alienam fore ex qualitate personarum, modo
soluendi, rebusque alijs superius recensitis.

Respectu verò contrarietatis ex lectura, & combinatione testium eam in substantia non adesse, tunc verò in
cortice, & formalitate verborum officere, quando ipsamet verborum formalitas fuisset articulata, vel à Iudice
exacta; secus vbi in respondendo interrogatorijs Testis ex
21 se in illa prorumpit, † quia tunc nihil interest, an in
cortice verborum concordet, necne; dummodò in substantia non discrepet, Rolan. *eod. consil. 33. num. 22.* Farin.
d. quæst. 64. num. 68. & 69. Cancer. *var. resol. par. 1. cap. 4. nu.
85. & seqq.* Add. ad Burat. *decis. 458. in fine vers. sufficit*,
Merlin. *d. decis. 540. num. 7 in rec. decis. 320. num. 11. par. 9.
d. decis. 191. num. 5. par. 12. & in Romana pecuniaria 5. Decembris 1661. coram me in princ. vers. vbi quod.*

Et in vniuersum dicebant DD. ea omnia procedere posse, vti singula, & de per se ponderata non insimul sumpta, & se ad inuicem adminiculantia; liber enim tùm
22 Mattoli Administratoria, & tùm Dohanæ † Testes coadiuuat, siue singulares, siue de extraiudiciali confessione deponentes, & è contra illi à Testibus adiuuantur, &
23 omnes à cæteris circumstantijs, & qualitatibus, † vt in
hac probationum materia adnotarunt Paris. *d. cons. 83. num.
29. lib. 1.* Bertazzol. *cons. eiusd. 118. num. 13.* Præt. *cons. 68. in
princ.* & in specie Cenc. *de cens. quæst. 112. num. 10. & seqq.*
Duard. *eod. tract. §. 5. quæst. 31. num. 12. & seqq. & num. 25.
cum alijs seqq.* Surd. *decis. 505. numer. 1. & seqq.* Rot. *coram
Coccin. decis. 338. num. 6. vers. & istæ scripturæ penes* Merlin.
d. decis. 30. num. final. & de confessione extraiudiciali adminiculata in *diuers. decis. 793. num. 7. par. 1. in rec. decis. 334.
num. 3. & seqq. par. 1.* vbi amplius de confessione Tutoris,
vel Prælati, & coram *Pen. alleg. decis. 524. numer. 28. &
sequen.*

Cum igitur ex præmissis appareat de solutionibus correspondentibus huic ratæ census scutorum 1000. eiusque fructibus, propterea census remansit extinctus, nam licèt
Rota dubitauerit, numquid ad extinctionem census neces-
24 saria sit retrouenditio, & actus præcisè retrosimilis, † ibique disputatio fuerit particulariter reseruata, attamen negatiua postmodum sententia præualuit, vt videre est coram
*Seraph. decis. 1333. num. 1. coram Duran. decis. 449. num. 10.
apud* Cenc. *de censib. decis. 182. num. 3. in recent. decis. 148.
num. 4. vers. ad debitum cum seq. par. 6. decis. 297. num. 24. &
25. par. 10. & coram Rojas decis. 305. num. 13. & decis. 311.
num. 16. & sequen.* nil propterea releuante, quod in dictis
partitis solutionum expressa non legatur causa extinctionis,
cum sufficiat quoquo modo constare de satisfactione, ac so-
25 lutione, † dummodò ad effectum extinguendi, vt in hoc
casu visum est, nedum ex epistola, & formali depositione R. P. D. Filicaiæ quoad dicta scuta 300. & quoad alia ex
Testibus, eademque extraiudiciali confessione, cæteris-
26 que superius ponderatis, † verum etiam ex eo, quod
alia causa non apparet, in qua solutio fieri potuerit, vt
benè Rota *coram Eminentiss. Celso decis. 250. num. 2.*

Et sanè probata Partium voluntate soluendi, & respectiuè recipiendi in extinctionem dd. scut. 300. benè infertur
27 eadem intentio quoad cæteras, † non docto in contrarium
de animo continuandi pro residuo sortis, quodque solutiones in aliam causam emanauerint, vt ponderat Rota *coram Dunoz. iun. decis. 612. num. 12. vers. non primum, quod
prædicta recepta, & num. 13.* maximè verò, quia verisimile non est, debitores soluere voluisse in causam mutui,
28 † adeò notabilem summam pecuniarum, quæ ipsammet
sortem, & fructus illius census excedebat, vt grauibus
vsuris ad rationem sex pro centenario, quibus census creatus erat, obnoxij remanerent, benè hic adstipulante obseruantia per multos annos † tùm creditorum in non pe- 29
tendo fructus istius census, tùm debitorum in non repetendo dd. pecunias solutas, Rot. *coram Dunoz. iun. d. decis. 612.
num. 17. in rec. decis. 3. num. 22. in fin. par 9. & coram Eminentiss. Celso d. decis. 116. num. 14.* & concurrentibus tot argumentis, & coniectoris superius recensitis, † ex quibus 30
extinctionem census fuisse probatam, quampluries censuit eadem Rota, signanter coram *Seraph. d. decis. 1333.
num. 1. & seqq. in recent decis 355. num. 7. & 8. par. 10. dec.
144. nu. 16. par. 11. & cor. Eminentiss. Celso in alleg. dec. 116. nu.
13. & sequen.*

Et ita recedendum esse à decisis, & noua mandata non esse relaxanda, vtraque parte informante, responsum est.

REVERENDISS. D. ALBERGATO

Sacræ Rotæ Decano.

Hildesioen. Canonicatus.

Lunæ 13. Aprilis 1671.

A R G V M E N T V M.

Practicabilis, & quotidiana materia tractatur Clerici resignantis beneficium sine constitutione patrimonij, cum quo exindè commodè viuere possit, atque ideò resignatio nulla declarata est, eidemque Clerico reintegratio concessa, parum releuante sui confessione contraria, quæ contra legis dispositionem non admittitur, prout nec minus, quod ille haberet patrem diuitem, quia non ideo satisfactum erat menti, & dispositioni Sac. Conc. Trid. eatenus resignationem admittentis, quatenus alia bona ad victum sufficientia verè, & realitèr subrogata sint.

S V M M A R I V M.

1 *ad Ordines sacros nemo promoueri potest, nisi habeat beneficium, quod sibi ad victum honestè sufficere possit.*

2 *Resignatio beneficij non admittitur nisi constito quod Beneficiatus habeat aliunde, vnde commodè viuere possit.*

3 *Clausula* constito *requirit verificationem expressorum.*

4 *Clausula* constito *claras, & perspicuas exigit probationes, non autem præsumptiuas, & fictas.*

5 *Confessio propria in his, quæ sunt de genere prohibitorum non suffragatur.*

6 *Sacerdos, vel alius in sacris ordinibus constitutus non potest confingere se habere patrimonium, vt inde beneficium validè resignet.*

7 *Confessio non prodest in omnibus ijs, quæ per legem interdicta sunt.*

8 *Confessio, aliàs omnium probationum fortissima, non admittitur resistente lege, vel S. Concilio.*

9 *Prohibitio legis vbi tendit in bonum publicum, non est in potestate alicuius, illi præiudicium inferre.*

10 *Clericus quod non admittatur ad ordines Sacros sine beneficio, vel quod illud sine sufficienti patrimonio resignare non valeat in honorem totius ordinis clericalis constitutum est.*

11 *non Reuocare resignationem, vel alium actum promisisse dicitur ille, qui simpliciter resignauit, vel alium actum fecit.*

12 *Resignatio beneficij facta contra formam Concilij potest non obstante iuramento reuocari.*

13 *Resignatio beneficij facta contra formam Concilij Tridentini, non sustinetur ex eo quod resignans patrem diuitem habeat.*

14 *Resignatio Beneficij ad formam Concilij verum, & reale patrimonium requirit, nec sufficit assecurationem victus*

super

super alijs bonis, etiam mediante cautione.

15 *Beneficij resignatio in promoto ad ordines Sacros ante-nus à Concilio Tridentino admittitur, quatenus facultates resignantis in locum beneficij subrogentur, & quomodo.*

16 *Filius viuente patre non est dominus hæreditatis paternæ, nec illam dicitur possidere.*

17 *Alimenta filijs denegari possunt ex ijsdem causis; ex quibus contingit exhæredatio.*

18 *Clerici in vilipendium, & dedecus ordinis clericalis mendicare non debent, & num. 21.*

19 *Pater donationem filio clerico factam reuocare non potest, neque ex causa ingratitudinis, nec minus si filius manus iniecisset in eum.*

20 *Clericus ijsdem regulis indicitur in assequendis sacris ordinibus sine beneficio, ac in idem Beneficium renunciando.*

21 *Patrimonium clericus alienare non potest, nisi prius subrogatis bonis, ex quibus commodè sibi victum quærere possit.*

DECISIO CCCXLVIII.

STatuit Sacrosancta Synodus, ne quis deinceps ad Sa-
cros Ordines promoueatur, nisi prius legitimè constet
1 eum Beneficium Ecclesiasticum, † quod sibi ad victum
honeste sufficiat pacificè possidere; Is verò Beneficium re-
signare non possit, nisi facta mentione, quod ad illius
2 Beneficij titulum sit promotus, † neque ea resignatio ad-
mittatur, nisi constito, quod aliundè viuere commodè
possit, & aliter facta, resignatio nulla sit, vt in verbis
Tridentini *sess. 21. de reformationibus cap. 2.* Cum igitur Mel-
chior ad titulum huius Canonicatus reperiretur promotus,
3 eius resignatio admitti † non valuit, prius non constito,
quod aliquid possideret, vndè commodè viuere possit, quod
etiam voluit Summus Pontifex Pius V. in eius Constitutio-
ne 58. in ijs verbis, ibi: Sed nec horum vllus sacro ordi-
ne mancipatus valeat vllo modo Beneficium, seu Officium
Ecclesiasticum resignare, nisi aliunde ei sit, quod in vita
possit commodè sustentari, & expresse fuit cautum in
Bulla de qua agitur expedita Vicario cum solita clausula
4 *constito* † ad notata per Barbos. *de offic. & potest. Episcop.
par. 2. alleg. 19. num* 41. Donat. Ant. de Marin. *resol. benef. 34. nu.
1. lib. 1. §. 11.* Sanleger. *resol. benef. par. 2. cap. 1. §. 11. nu. 42.* Grat.
discept. 159. num. 13. & discept. 991. num. 1. & seqq. & num. 6.
5 vbi quod ista clausula claras, † atque perspicuas exigit pro-
bationes, non autem præsumptiuas, & fictas Rot. *in
Lucana beneficij 5. Decembris 1586. coram Litta & in decis.
quæ reuidetur 10. Nouembris proximè præteriti in princ. &
§. penult.*

Hisce autem satisfactum non existit per confessiones ip-
sius resignantis, vel per id quod habeat patrem diuitem,
vt in Summ. *num. 3. cum duobus seqq.* etenim confessionem in
6 his, quæ sunt de genere † prohibitorum, clarum est non
sufficere, ne illa ratione, qua quis resignaret sine patri-
7 monio, † eadem illud habere confingat, cui præcisè oc-
currere voluit Sac. Concil. d. *cap. 2.* in ijs verbis, ibi: com-
pertumque sit quam plures ad sacros ordines admitti, qui
varijs artibus, ac fallacijs confingunt se Beneficium Eccle-
siasticum, aut etiam idoneas facultates obtinere, quod
in actibus quibuscumque à lege interdictis, seruatur, vt
8 confessio non prosit, nec quoquomodo suffragetur, † &
quæ aliàs est omnium probationum fortissima, in his, le-
ge resistente, sit nulla, text. *in l. contra iuris 28. §. vltimo ff.
de pactis in l. pactum curatores 22. C. eodem,* Surd. *decis. 249. nu.
24* Rot *coram Eminentiss. Ottbob. decis. 16. num. 5. & 7. & co-
ram Eminentiss. Celso decis. 184. num. 6.* signanter verò, vti legis
9 resistentia tendit in publicum bonum, † tùm enim minus
est in potestate cuiuspiam illi præiudicium inferre, vt in
specie Rota *coram fel. me. Gregor. decis. 441. num. fin.* vbi ponde-
10 rat hanc prouisionem Concilij emanasse in fauorem, † &
decus totius ordinis Clericalis, cui propterea renunciari non
potest, vt tradunt Interpretes omnes in *cap. si diligenti, &
cap. significasti de foro competenti, & in cap. contingit de sent.
excomm.* quos colligit Barbos. *in collect. in. iur. canon. vtrobique
num. 1. & seqq. tom. 1.*

Melchior autem non iurauit non reuocare resignatio-
nem, sed tantum medio iuramento constituit procurato-
11 rem † ad faciendum id, quod constituens ipse facere po-
12 tuit, vt in Summario *num. 11.* † & sic faciendi resignatio-
nem validam, & nihilominus etiamsi iuramentum cade-
ret super non reuocatione, non ideo ad illud seruandum
compelli posset, Paris. *de resignat. d. quæst. 7. num. fin.* Azor.
instit. moral par. 2. lib. 7. cap. 20. qu. 6. idem Barbos. qui insuper
ait sine absolutione validam, quamuis non licitam esse re-
uocationem *de offic. & potest. Episc. d. alleg. 19. num. 26.*

Per id verò, quod habeat patrem diuitem, minus di-
citur satisfactum Concilio; † quando illud, & cæteræ 13
Sanctiones requirunt in Clerico verum, reale, atque ab-
solutum patrimonium à quocumque independens, in pun-
cto Paris. qui contrarijs antiquiorum sententijs respondet *d.
lib. 2. quæst. 6 num. 27. vers. quod tamen hodie, & sequen* & præ-
ter Garz. aliosque relatos in *decis.* quæ confirmatur §. 1. tra-
diderunt Molin. *de iust. & iur. tom. 1. tract. 2. disp. 146. vers. il-
lud præterea,* Vgolin. *de offic. Episc. cap. 26. § 9. num. 3.* Campa-
nil. *diuers. iur. can. rubr. 8. cap. 5. num. 8.* Moltes. *in summ. tract. 2.
cap. 15. num. 5.* Narbona *l. 35 glos. 11. tit. 3 lib. 1. recopil. pag. 11.
à num. 47.* Alzedo *de præcell. Episc. dign. par. 2. cap. 5. nu. 62. cum
seqq.* Barbos. *d. alleg. 19. num. 19. vers. sed contrarium,* necnon
Sacra Congregatio Concilij apud Garz. *de benef. par. 2. cap. 5.
sub num. 96.* vbi amplius non admittit assecurationem victus
super alienis bonis, † etiam cum certa cautione, sed om- 14
ninò exigit rem liberam, ac fructiferam, de qua ipsemet
Clericus quoad fructus disponere valeat, vt in *vers. qui su-
per alienis, & vers. quoad primum.*

Id autem comprobatur ex eo, quod Sancta Synodus vo-
luit facultates Clerici subrogare in locum beneficij resigna-
ti, † quod tamen aliter ei suffragari non poterat, quam 15
si illæ liberè, ac pacificè ab eo possessæ fuissent *d. sess. 21.
cap. 2. vers. nisi prius,* quod omninò incongruit titulo hæredi-
tatis paternæ, quam filius possidere non dicitur, † nec 16
quoquo modo prætendere eo viuente, magisque incongruit
titulo alimentorum, † quæ ex tot causis denegari possunt, 17
ex quot exhæredatio contingere, *glos. in l. si quis à liberis §.
idem iudex, verbo detulerat, ff. de lib. agnoscendis in l. fin. C.
de alim. l. 10. & in §. aliud quoque auth. vt cum de appellatione co-
gnoscitur,* cum alijs per Surd. *de alim. tit. 7. quæst. 1. num. 1. per
tot.* & ita Clericus in vilipendium, † & dedecus ordinis, 18
mendicare cogeretur, contra textum d. Concilij, & pon-
derat Rot. *coram Greg. decis. 441. num. fin.* & contra ea, quæ
tradit Grat. *d. cap. 159. num. 29* vbi quod pater donationem
Clerico factam non reuocat, etiam ex causa ingratitudi-
nis, † & etiamsi filius in eum violentas manus iniecerit, 19
vt apud Ricc. *decis. 19. par. 1.* Donat. Anton. de Marin. *lib. 1. d.
resol. 38. num. 5.*

Cæterum nil facit, quod auctoritates prædictæ loquan-
tur in ordinando, ne scilicet possit promoueri, nisi firmo
subsistente beneficio, vel patrimonio; Id enim pariter,
atque omnino procedit in resignante, cum æquè militet
ratio, ne in dedecus, atque opprobrium ordinis mendica-
re cogatur, † & propterea non aliter concedi Promoto pro- 20
prij patrimonij alienationem, † nisi alia re certa subroga- 21
ta, ex qua victum consequi valeat, tradiderunt Gratia-
nus *d. discept. 159. num. 14* Garz. *de benef. d. cap. 5. num. 186.*
Barbos. *d. alleg. 19. num. 88. & seq.* præcipuè *num. 9. vers. alterum
quod illa res subrogata,* Lotter. *de re benef. lib. 1. quæst. 2. num.
35.* Ex quibus pro reintegratione Melchioris ad controuer-
sum Canonicatum iterum responderunt Domini, vtraque
Parte informante.

*Altera decisio præsentis causæ ideo omissa, nedum quia bre-
uis, sed quia per contradictas simpliciter emanata.*

R. P. D. EMERIX.

Bononien. Fideicommissi.

Lunæ 20. Aprilis 1671.

ARGVMENTVM.

Pro exclusione fideicommissi allegatæ coniecturæ ponderantur, & excluduntur simul, quia verbum *filij*, & *descendentes* de per se consideratum, solam substitutionem vulgarem importat, prout similiter est verbum, *substituo*, quod sine alijs circumstantijs, fideicommissum non inducit: Altera vero, *ad inuicem*, & *vicissim*, quia sine vlla mentione mortis sunt adiecta, ipsa etiam meram vulgarem importabant;

Cum-

Cumque adhuc aliæ substitutiones adducerentur, illæ tamquam dependentes à prima, quæ euanuit, locum habere non poterant, reiecta etiam qualitate masculinitatis, exclusione filiarum Testatoris onere missarum perpetuo, & aliis pluribus, ex sequenti Summario, & Decisio videndis.

S V M M A R I V M.

1 *Verbum* filios, & descendentes *licet sit collectiuum, & aptum comprehendere pronepotes, & vlteriores gradus.*

Simpliciter tamen, & de per se sumptum inducit solum vocationem vulgarem, non autem fideicommissariam, ibidem.

2 *Vulgaris substitutio, adita hæreditate à primo instituto, expirat quoad ipsos substitutos.*

3 *Verbum* instituto *dicitur esse directum.*

4 *Verbum* substituto *est obliquum.*

5 *Verbum* substituto *regulatur secundum subiectam materiam.*

6 *Verbum* substituto *æque vulgarem, ac etiam fideicommissariam importat secundum verba, & circumstantias, tractum temporis successiuum præseferentia, vel non.*

7 *Verba* ad inuicem, & vicissim *quatenus potius solam actiuam vocationem non autem reciprocam vel fideicommissariam substitutionem inducant.*

8 *Verba* ad inuicem, & vicissim *expressa sine vlla mentione mortis non important substitutionem fideicommissariam, sed meram vulgarem.*

9 *Clausula* omni meliori modo *confirmat solum, & corroborat voluntatem defuncti, non autem illam alterat, vel extendit.*

10 *Hæredum mentio intelligitur de primis, non autem de secundis hæredibus.*

11 *Descendentes hæredum dicuntur secundi hæredes, non autem primi.*

12 *Verbum* instituti *secundum suam propriam significationem non intelligitur de substitutis.*

13 *Substitutio secunda dicitur facta consecutiuè ad primam ex continuatione sermonis, iuncta etiam copula, &*

14 *Copula, &, est illius naturæ, vt copulata coniungat cum qualitatibus.*

15 *Substitutio secunda facta consequutiuè ad primam non potest habere locum, nisi si, & quatenus prima substitutio processerit.*

16 *Substitutio secunda consequutiua ad primam, expirat si prima substitutio expirauit.*

17 *Substitutio facta in casum delicti, vel professionis si à prima substitutione dependet intelligitur solum si eadem prima substitutio procedit, & suum habeat effectum.*

18 *Fideicommissa non sunt extendenda de casu ad casum, nec de persona ad personam.*

19 *Masculinitatis qualitas destituta ratione conseruationis agnationis, importat solum prædilectionem sexus, ideoque plerumque à Rota reicitur.*

20 *Filiarum testatoris exclusio ex quo de dote alijs descendentibus non fuit prouisum, non deseruit pro coniectura fideicommissi in cæteris gradibus.*

21 *Reciproca inter primos institutos non censetur repetita inter alios vocatos.*

22 *Onus Missarum licet perpetuum, ex eo quod est reale, potest etiam ab extraneis impleri, ideoque non inducit coniecturam fideicommissi.*

23 *Fideicommissum inter descendentes, licet leuioribus coniecturis probetur, illæ tamen debent esse efficaces, & concludentes in genere suo.*

D E C I S I O CCCXLIX.

COmes Hyppolitus Platesius instituit hæredes vniuersales pro medietate vsusfructus, Com. Franciscum Mariam eius fratrem, & pro alia medietate Comites Io. Baptistam, Octauianum, & Aurelium eius filios, quo verò ad nudam proprietatem, durante vsufructu, & eo finito quoad proprietatem, & vsumfructum insimul consolidatos, dictos Io. Baptistam, Octauianum, & Aurelium eius filios, ac eorum descendentes sibi inuicem, & vicissim substituit omni meliori modo, & vno ex ipsis eius filijs, & hæredibus ex legitimo matrimonio natis, & nascituris alium, seu alios superuiuentem, seu superuiuentes, & præmoriui, seu præmortuorum filios masculos legitimos, & naturales, vt supra natos, & nascituros in stirpes, & non in capita substituit vulgariter, pupillariter, & per fideicommissum omni meliori modo; Vltimo verò dictorum eius filiorum sic absque similibus filijs decedenti, substituit prædictum Comitem Franciscum Mariam eius fratrem.

Defunctis Io. Baptista, & Aurelio primis hæredibus institutis sine filijs, ideoque delata tota hæreditate ad Octauianum alterum cohæredem, ipse imposuit annuum censum ad commodum Comitis Francisci Herculani, quem soluere recusantes Comes Carolus Maria, & fratres de Platesijs pronepotes Testatoris ex Co. Alexandro filio Octauiani, sub prætextu, quod bona pro censu hypothecata sint subiecta fideicommisso d. q. Comitis Hyppoliti, ad eorum fauorem purificato, introduxerunt vti pupilli in prima instantia causam in Rota, præuia commissione iactationis iactationum, & obtinuerunt dari dubium: An constet de fidaicommisso, cui DD. negatiuè responderunt.

Etenim in dispositione supra narrata non legitur expres-
sa vocatio pronepotum, neque illa visa fuit posse desumi,
ex quo Testator substituerit eius filios, & eorum descen-
dentes, quia licèt istum nomen collectiuum, descenden-
tes, sit aptum comprehendere pronepotes, & vlteriores
gradus, † attamen quando, prout hic, repetitur desti- 1
tutum alijs verbis denotantibus tractum temporis succes-
siuum operatur solummodo vocationem descendentium
per vulgarem, non autem per fideicommissum, † itaut 2
adita hæreditate ab Octaniano, Aurelio, & Io. Baptista
filijs Testatoris expirauerit quoad ipsos substitutio, iuxta
distinctionem Cumani *in l. cum ita § in fideicommisso ff. de le-
gat. secundo* communiter receptam à *DD.* vt apud Fusar. *cons.
57. num. 19* Redenasch. *cons. 70. num. 5. lib. 1.* Surd. *consil. 554. sub
num. 2. & vers. quod si dicatur*, Adden. ad Gregor. *decis. 207.
num. 9.* & amplexa est pluries Rota, *vt in decis. 466. num. 12.
& decis. 357. num. 1. par. 1. recent. & in Bononien. fideicommissi
Bartholomæi de Bologninis 26. Nouembris 1649. §. resolutio coram Reuerendiss. Imolen.*

Quam indistinctè procedere dixerunt Domini, siue Te-
stator vsus fuerit verbo † directo, *instituit*, † siue verbo 3
communi, *substituit*, quia cum istud reguletur secundum 4
subiectam materiam, † indè fit, vt si concurrant verba 5
& circumstantiæ † tractum temporis præseferentia, im- 6
portet fideicommissariam, vt *in decis. 344. num. 6. par. 2. vers.
sin minus vulgarem*, vt in specie firmant Alciat. *consil. 5. num.
35. & 36 lib. 4.* Surd. *cons. 354. num. 26.* Laderch. *cons. 38. num. 30.*
vbi post plures ab eo relatos, dicit hanc sententiam esse communissimam secundum omnes, & decisum fuit per Rot. *coram Caualer. decis. 496. num. 5. & 6.* & latiùs *decis. 357. num. 7. par. 1. rec.*

Neque obstare visa sunt illa verba *ad inuicem*, & *vicissim*,
ex quibus Informantes pro Platesijs contendebant fuisse in-
ductam reciprocam inter omnes descendentes, quia placuit
responsio, quod per hæc verba intellexit Testator † indu- 7
cere actiuam substitutionem, vt scilicet altero ex filijs suis
sine filijs decedente, alius filius, si adsit, sin minus, eius
filij, & in eorum defectu nepotes, & cæteri descendentes
ordine successiuo, censentur actiuè substituti, vt in puncto
docet Soccin. sen. *cons. 104. sub num. 2. & seqq. vers. capio nunc
capitulum lib. 3.* quem sequuntur Paris. *cons. 31. num. 28. lib. 2.*
Pancirol. *cons. 59. num. 14. ante med.* Surd. *cons. 315. sub numer. 13.*

Quorum opinionem in proposito eo magis amplectendam censuerunt DD. quia in d. substitutione nulla fuit fa-
cta mentio mortis, quo casu verba *inuicem*, & *vicissim* † non 8
importare fideicommissariam, sed vulgarem consuluit Castren. *cons. 14. num. 2. vers. restat respondere lib. 1.* sequendo doctrinam Bartol. *in l. Lucius 45. num. 20. ff. de vulg. & pupill. & post* Castren. Menoch. *cons. 85. num. 65.* Surd. *cons. 329. num. 3. & seqq.* cum alijs ibi allegatis, & admisisse videtur Rota *dec. 18. num. 8. par. 10. recen.* nihil suffragante clausula *omni meliore
modo*, † quia illa confirmat tantum, & corroborat volun- 9
tatem Testatoris, non autem alterat, & extendit Rota *coram Seraph. decis. 1216. num. 13. & coram Greg. decis. 207 num. 4. & in rec. dec. 251. num. 16 par. 5. recent.*

Minus

Minus obstat, quod Testator in d. substitutione, ibi: &
vno ex ipsis eius filijs, & hæredibus prædictis institutis de-
cedente sine filijs &c. substituit &c. grauauerit non solum fi-
lios, sed etiam descendentes; Vndè inferebatur fuisse ad fa-
uorem eorundem inductum fideicommissum descensiuum,
eo quia non possent illi bona alijs restituere, nisi penès ipsos
fuissent per fideicommissum conseruata. Huiusmodi enim
obiectum dupliciter remouetur, primo, quia dicta verba re-
feruntur ad filios primos hæredes, non autem ad descenden-
10 tes, † vbi enim fit mentio hæredum, intelligitur de pri-
11 mis, non autem de secundis hæredibus, quales † sunt
descendentes, Tiraquel. *in tractatu le morte saisit. par.*
2. declar. 9. num. 4. Menoch. *cons. 61. à num. 6.* Fusar. *cons.*
98. num. 8. & 9. Rota *in Ciuitatis Castellanæ Bonorum* 30. *Maij*
1670. sub §. minus releuat, & seq. coram R. P. D. meo Calataiu,
12 maximè dum verbum, *hæredibus* † fuit adiectum institutis,
quod secundum propriam significationem non intelligitur
de substitutis, Menoch. *d. cons. 610. num. 5.* Fusar. *d. cons. 98. nu.*
6. vers. & etiam; Secundo, quia si dd. verba essent referenda
13 ad descendentes, † nihilominus cum ista secunda substitu-
tio fuerit facta consecutiuè ad primam, vt patet ex conti-
14 nuatione sermonis, iuncta † copula, &, cuius natura est co-
pulata iungere cum suis qualitatibus in specie, Grat. *disc.*
356. num. 50. & Rot. *decis. 519. nu. 3. par. 1. rec.* et in prima sub-
stitutione descendentes fuerint vocati per vulgarem, adhuc
Testator non censeretur illos grauasse, nisi quatenus ha-
15 buisset locum dicta prima substitutio, † quæ cum vt supra
defecerit, defecit, et expirauit etiam secunda, illi subordi-
16 nata, et consecutiua, † vt in specie firmarunt Alex. *cons.*
24. num. 5. circa medium, & num. 6. & 7. lib. 3 Cæphal. *cons. 269.*
n. 46. lib. 2. & alij, Peregr. *cons. 45. nu 5. lib. 1. & in tract. de fidei-*
commissis art. 12. num. 19. & art. 29. in fine, Fusar. *d. cons. 98.*
num. 6.

Et tunc patet responsio ad Paris. *cons. 7. num. 28. & seqq. lib.*
3. & ad decis. 248. num. 4. & 5 par. 7. & decis. 385. num. 11. 12. &
seqq. par. 9. & decis. 142. num. 33. 34. & seqq. par. 10. rec. et ad
alias auctoritates in contrarium allegatas, quia illa loquun-
tur in casibus, in quibus Testator non se restrinxit ad insti-
tutos, sed vsus fuerat verbis vniuersalibus, et si omnes præ-
dicti hæredes decederent, et concurrebant coniecturæ sua-
dentes Testatorem habuisse relationem ad omnes supra vo-
catos.

Eisdemque responsionibus tolluntur coniecturæ pro fi-
deicommisso desumptæ ex substitutionibus factis in casu
delicti, et ingressus in Religionem, quia vltra quod viden-
17 tur restrictæ ad prædictos hæredes, † et quatenus include-
derent descendente, huiusmodi inclusio intelligi deberent
in casu, quo haberet locum prima substitutio, à qua illæ
dependent substitutiones in casu delicti, vel professionis,
18 † nec extenduntur ad casum mortis ex regulis communiter
receptis, quod fideicommissa non sunt extendenda de casu
ad casum, & de persona ad personam.

Aliæ verò ponderatæ ab Informantibus visæ fuerunt
Dominis nimis leues, nam qualitas masculinitatis destituta
19 ratione conseruandi agnationem, † importat tantum sexus
prædilectionem, Gabr. *cons. 93. & seq. lib. 2.* Giouagn. *cons.*
82. num. 147. & seqq. lib. 1. illamque reiecit Rota *coram Emi-*
nentiss. Celso decis. 145. num. 6 & 8. & decis. 160. num. 15. & 16.
par. 10. rec. exclusio propriarum filiarum, ex quo de tali dote
20 non prouidit † alijs fœminis vlterioris gradus, propterea
deseruire non potest pro coniectura fideicommissi ad fauo-
rem vlteriorum graduum, Rot. *decis. 387. num. 5. coram Bu-*
ratt. & d. decis. 145. num. 14. coram Eminentiss. Celso Reciproca
21 inter primos institutos, † non censetur repetita inter alios
vocatos, Crauett. *cons. 161. num. 8.* Menoch. *cons. 743. sub num.*
8. & seqq. Fusar. *de substit. quæst. 472. num. 30.* & dixit Rot. *co-*
ram bo. me. Dunozetta decis. 562. num. 19. & decis. 272. nu. 19. par.
6. rec. onus perpetuum vnius missæ, vti reale adimpleri po-
22 test, † & debet etiam ab extraneis hæredibus, ideoque non
inducit coniecturam fideicommissi in specie, Paris. *consil. 87.*
nu. 39. & seqq. lib. 2. & dixit Rota *in decis.* relatis apud Gio-
uag. *cons. 92. n 22. & 25. lib. 1.* Burat. *dec. 387. nu. 8.*

Et quamuis ad inducendum fideicommissum inter de-
scendentes leuiores coniecturæ sufficiant, istæ nihilominus
23 debent † esse efficaces, & concludenter in genere suo Gio-
nagn. *cons. 82. nu. 86. cum seqq. lib. 1.* Rot. *cor. Burat. dec. 387. nu. 1.*
& seqq. & coram Celso dec. 145. num. 3. & in rec. dec. 160. num.
26. par. 10.

Et ita vtraque &c.

REVERENDISS. D. ALBERGATO
Sacræ Rotæ Decano.

Romana Augumenti dotis.

Lunæ 22. Iunij 1671.

A R G V M E N T V M.

Fructuum dotalium solutionem, & taxationem quamuis hæc decisio contineat, insequendo etiam minorem summam à partibus, licèt temporaliter, conuentam, addit tamen articulum, quatenus transactione non obstante, illorum condemnationi locus sit, ad distinctionem, an transactio fuerit à principio nulla ipso iure, vel à Iudice annullanda foret, quæ hìc pro clara, & euidenti nullitate deciditur, ex falsa causa, & ex alijs etiam desumpta, vt proindè, ea circumscripta, mandatum pro dictis fructibus relaxatum sit.

S V M M A R I V M.

1 *Fructus augumenti dotis non soluti, debentur tam ex dispositione iuris communis, quam ex statuto illos persoluere mandante.*

2 *Fructus dotis post conuentionem illos licet temporaliter ad minorem summam reducentem, in eadem summa etiam indistinctè taxati sunt.*

3 *Conuentio moderatoria fructuum, si solum temporaliter facta est, vltra tempus conuentum extendi non potest.*

4 *Mora formalis, seu regularis intrat pro solutione fructuum dotalium post tempus à partibus, vel statuto concessum.*

5 *Transactio nulla non requirit sententiam, nec iudicis ministerium, cum annulletur à lege.*

6 *Transactio si non est nulla ipso iure, annullari debet à iudice, & quidem per tres sententias conformes.*

7 *Nullitatem si iudex declarare debet, quia decipi potest, tres sententiæ conformes requiruntur, quæ verè rem iudicatam irretractabilem constituant.*

8 *Transactio facta ex falsa causa, & plures etiam nullitates continens, non iuris assistentiam, sed imò expressam resistentiam habet.*

9 *Nullitas ipso iure, & irrefragabilis dicitur si in statuto, vel lege adsint verba* nullius sint roboris, vel momenti.

10 *Transactio si est nulla ipso iure, ea circumducta, mandatum relaxari potest.*

11 *Nulliter existere, ac penitus non existere paria sunt.*

12 *Impedimentum non infert, quod de iure non sortitur effectum.*

13 *Immissio vigore* l. final. *non retardatur ab illegitimo contradictore.*

14 *Contradictor illegitimus dicitur ille, qui habet titulum infectum, & insubsistentem.*

15 *Executio Literarum Apostolicarum non retardatur à possessore cum titulo, si ille detegitur infectus.*

16 *Obliuio etiam minori tempore decennij in sene præsumitur.*

17 *Obliuionis quæcumque præsumptio cessat ex reminiscentia sequuta, & num. seq.*

18 *Præsumptio cedit veritati.*

D E C I S I O CCCL.

SVblata de medio transactione tamquam euidenter erronea, et funditùs nulla, vt in decis. 1. * Decemb. prox. præteriti de stylo supponenda, et sub qua fuit bis decreta expeditio, petiit Catherina executionem sui instrumenti dotalis, et pro summa scutorum 600. illiusque fructibus non solutis, Domini mandatum esse relaxandum responderunt.

Clara est enim promissio Stephani soluendi Catherinæ

Sororiæ

Sororiæ ſcuta 1000. in augumentum dotis, præterito Sum-
1 mario † num 1. Vndè cum 400. dumtaxat fuerint ei ſoluta, remanet actio pro reſiduo, & interuſurijs à die promiſſionis hucuſque decurſis, ſiue ad normam Statuti, ea taxantis in ſeptem cum dimidio, ſiue ad terminos conuentionis initæ de anno 1642. ea reducentis in poſterum ad ſex, ad notata in *Cap ſalubriter*, *vbi* Abbas, & Ancharan. *de vſur.* latè Carleual. *de iudic. in genere execut. lib. 1. tit. 3. diſput. 8. ſeſs. 3. num.*
2 *18. & ſeq.* † quæ minor ſumma à d. anno 1642. placuit Dominis æquitate magis impulſi, quàm iuris cenſura, ſecun-
3 dum quam ea conuentio fructuum moderatoria, † cum eſſet limitata ad annos quinque, vltra extendi non poterat, Surd. *deciſ. 75. num. 1. & 2 & deciſ. 143. num. 2.* tamquam poſt
4 illius temporis lapſum † ſubintret Statutum, & mota formalis ab eo inducta, quam regularem appellamus, idem Surd. *de alim. tit. 1. quæſt. 34. num. 52.* Fontanell. *de pact. nupt. clauſ. 6. gloſ. 2. par. 6. num. 9. in fine*, Carleual. *de iudic. d. diſput. 8. ſeſs. 5. num. 41.* Caſtil. *contr. lib. 8. cap. 50. num. 29.* Rot *deciſ. 130. num. 3. in fin. par. 4. deciſ. 226. num 11. par. 10. recen. & in Bitutina Bonorum 28. Februarij 1667. §. poſſeſſio cor. Eminentiſs. Corra.*

Neque relaxationem mandati impedire valuit præfata tranſactio, non priùs per tres conformes reſciſſa, quia plana, & vulgaris eſt diſtinctio, quod vel agitur de actu
5 nullo, vel annullando, † primo caſu nulla requiritur ſententia, nulloque Iudicis miniſterio opus eſt, ipſa lege, ac ipſomet iure operante, *l. ex facto C. de tranſact. l. nam & ſi de iuſtit. neq. & tut. text.* Argel. *de leg. contradic. qu. 7. articul. 7. num 144.* Grat. *cap. 691. num. 1. & ſeqq.* Rota *coram Royas deciſ. 287. num. 7. coram Dunozett. iun. deciſ. 392. num. 9. & in rec. deciſ. 755. num. 5. par. 2. & deciſ. 912. num. 4. par. 10.* cum alijs infra al-
6 legan. † ſecus eſt in ſecundo habente, pro ſe aſſiſtentiam iuris, & ob id indigente facto ipſius Iudicis, qui actum declaret inualidum, & minus legitime geſtum, vbi inſuper,
7 † quia falli poteſt, propterea per tres conformes, eandemque verè iudicatam, atque ita irretractabilem firmet, ita Caual. *deciſ. 550. num 4. & deciſ. 645. num. 5. & ſeqq. in recent. deciſ. 86. num. 3. & 9. par. 6. & deciſ. 126. num. 9. par. 10. & in Fauent. primogenituræ 21. Iunij 1666. §. non obſtat coram Illuſtriſſimo D. Beuilaqua, Vrbis Gubernatore.*

Nos certè in ſecundo caſu non verſamur, quia tranſactio fundata in cauſa falſa, & ex tot capitibus euidenter de erroneitate conuincitur, quot in dicta deciſione continentur,
8 † habere non poteſt aſſiſtentiam iuris, ſed imo directam communis, & municipalis reſiſtentiam *d. l. ex facto C. de tranſac. & Stat. Vrb. cap. 151. de contract. ſine certa ſolemnitate non valituris, vbi Pr. gloſ. 11 num. 4. & ſeqq.* ponderat illa ver-
9 ba nullius ſint roboris, vel momenti † inualiditatem contractus ipſo iure, & irrefragabiliter inducentia, quod etiam aduertit: Rot. *coram Dunozett. Iun. deciſ. 595. num. 5. & in rec. deciſ. 200. num. 13. & deciſ. 383. num. 4. par. 12.* qua ratione, cum verſemur in primo caſu nihil eſt cur ea tranſactione circum-
10 ducta, † mandatum relaxari non debeat in vim inſtrumenti dotalis, per inde, ac ſi illa non emanaſſet, cum paria ſint
11 non exiſtere, † ac nulliter exiſtere *l. duo ſunt Titij ff. de teſtat. Tut. l. non putauit, §. quæ vis ff. de bonorum poſſeſſione contra tabulas* Surd. *deciſ. 51. num. 14.* tritumque ſit non ferre impedi-
12 mentum, † quæ de iure non ſortiuntur effectum *cap. non præſtat. & cap. quibus cum de regul. iur. in 6. l. 1. § nihil ff. de inoff. teſt.* Monach. *deciſ. Bononien. deciſ. 40. num. 18.* & ita arguit Rota *in Peruſina hæreditatis 27. Iunij proximi præteriti, §. nec vltro coram R. P. D. Bourlemont* exemplo immiſſionis in vim
13 *l. finalis*, † quę non retardatur à contradictore illegitimo hoc
14 † eſt titulo infecto, & inſubſiſtenti ſubnixo Argel. *de legit. contrad. qu 7. artic. 7. nu. 144.* Rota *coram Royas deciſ. 287. num. 7.* & præter allegatos ſuperius *coram Dunozett. iun. deciſ. 805. num. 3. in eadem Fauentina Primogenituræ 21. Iunij 1666. §. non obſtat verſ. nam verum coram D. meo Beuilaqua, & in Romana bonorum 19. Iunij proximi præteriti § in ſubſiſtentia coram R. P. D. Bourlemont*, quod ipſum practicamus in beneficialibus,
15 vt nimirum poſſeſſor quantumuis cum titulo † obſtare non poſſit executioni literarum Apoſtolicarum, ſi ille detegatur inualidus Rot. *in rec. deciſ. 755. num. 5. par. 2. deciſ. 312. num. 18. & ſeq. par. 4. tom. 2. deciſ. 353. num. 52. par. 12. coram Eminentiſſimo Ottbobono deciſ. 154. num. 32. & ſeqq. & 173. num 9.* & alibi ſæpe.

Summam igitur fructuum ab anno 1629. promiſſionis, vſque ad prædictum annum 1642. calcularunt, & taxarunt DD. ad rationem ſcut. 7 & b. 50. iuxta formam Statuti Vrbis, à dicto tempore verò citra ad rationem ſex pro quolibet centenario iuxta formam conuentionis conſtituen. ſcut. 11.89. bonificatis ſcutis 260 per Catherinam receptis, vt in ſup. *deciſ. §. accedit, & §. fin.* & ſuſpenſo pro nunc Luſtro, quod interceſſit ab anno 1642. vſque ad annum 1647. quo alimenta interuſurijs ſucceſſiſſe aſſeruntur.

Abſque eo, quod ab ea quantitate demenda ſit ſumma ſcutorum 300. quæ prætenduntur ſoluta à Stephano mediante depoſito in Sac. Monte Pietatis de anno 1641. quoniam hoc fuiſſe mere fictitium conſtitit DD. ex declaratione facta ab eodem Stephano in inſtrumento 1647. in quo facta expreſſe illius mentione aſſeruit per hæc formalia verba pagamentum prædictum non habuiſſe effectum, quod etiam aduertitur in dicta ſup. *deciſ. in principio, & §. nec dicta promiſſio*, non attenta reſponſione, quod ille oblitus fuit huiuſce ſolutionibus, ſeu depoſito ob lapſum 16. annorum, cum ad præſumendum obliuionem, † in ſene ſufficiat etiam mi- 16
nor lapſus decem annorum ad tradita per Surd. *deciſ. 221. nu. 19.* aliosque pro Antonia allegatos in memoriale pro noua audientia, aduerſus dictam expeditionem porrecto: quoniam omiſſis alijs reſponſionibus pro Catherina adductis, viſum fuit obiectum procedere poſſe, ſi de hoc depoſito Stephanus nullam feciſſet mentionem, † & cum illud nomi- 17
natim exprimendo dixerit, non habuiſſe effectum, ceſſat, quæcumque obliuionis præſumptio, tanquam recordari quis non valeat de qualitate oblita in ſubſtantia, † & tan- 18
quam ea præſumptio cedat veritati hoc eſt reminiſcentiæ ea firmatis in *deciſ. 352. num. 6. par. 12. & in Romana Societatis Lotti 23. Iunij 1670. §. & inſuper coram me.*

Et ita fructibus cum reſiduo capitalis coniunctis mandatum pro ſcutis 1789 DD relaxarunt Antonia pluries intimata, & informare recuſante.

Supra in hac eadem parte adeſt altera præſentis cauſæ Deciſio, quæ hic confirmata eſt, ibique eſt in ordine 346.

R. P. D. EMERIX.

Imolen. Penſionis.

Veneris 15. Ianuarij 1672.

ARGVMENTVM.

Singularis eſt deciſio in materia translationis penſionis factæ vigore ampliſſimi indulti nepoti Pontificis regnantis conceſſi, qui illam tranſtulerat in perſonam vnius, ad commodum tamen, & beneficium alterius, cuius ideo translatio nulla reputata eſt, quia talis facultas in indulto non aderat, nec poterat dici à Papa fuiſſe attributa, cum non conſueuerit ipſe ita penſiones concedere; vnde ne maior videatur data facultas, quam illa, qua ipſe concedens vtebatur, ideo pro nullitate eiuſdem translationis fuit deciſum.

SVMMARIVM.

1 *Penſio nulliter translata, ſequuto obitu transferentis extinguitur.*
2 *Penſio eſt ad inſtar vſus fructus, & illius regulis ſubiacet.*
3 *Penſio vigore indulti translata in perſonam vnius ad commodum alterius, ſi talis facultas transferenti non competebat, translatio remanet nulla.*
4 *Translatio penſionis facta vltra limites in indulto conceſſos, nulla eſt, & inefficax.*
5 *Indultum transferendi penſiones motu proprio, elargitum nepoti Pontificis regnantis latè interpretari debet, pluresque facultates in eo dicuntur conceſſæ, & num. 15.*
6 *Facultas transferendi penſiones dicitur eſſe odioſa, & à iure exorbitans.*
7 *Interpretatio ſtricta fit in odioſis, & ijs, quæ à iure exorbitant, & num. ſeq*
8 *Extenſio facienda non eſt in odioſis, & exorbitantibus à iure, & ſup. d. num. 7.*
9 *Indultum etiam motu proprio, & nepoti Pontificis conceſſum non comprehendit caſum omiſſum, vbi agitur de præiudicio Eccleſiæ, & nu. 16.*
10 *Qualitas perſonæ, & gratia facta motu proprio non extendunt*

tendunt dispositionem, & facultatem in ea limitatè concessam.

11 *Indultum, & Gratia Pontificis semper interpretatur secundum mentem concedentis, & iuxta solitum, quod ille facere consueuit.*

12 *Papa non censetur voluisse concedere alteri, etiam nepoti maiorem facultatem, & gratiam, quam illam, qua ipsemet vtitur.*

13 *Pontifex pensiones Italiæ non solet conferre vni ad commodum alterius.*

14 *Pensiones Hispaniæ conferuntur etiam in personam vnius ad commodum, & beneficium alterius, & quare.*

16 *Indultum transferendi pensiones, etiam amplissimè conceptum, & nepoti Pontificis regnantis concessum, non comprehendit pensionem translatam in personam vnius ad commodum alterius.*

17 *Facultas transferendi pensiones non trahitur ad casum omnino insolitum, & à Pontifice non cogitatum.*

18 *Pensio vni personæ translata ad commodum alterius, non substinetur ad fauorem alicuius, & de ratione.*

19 *quod Potui nolui, quod Volui seruare nequiui.*

20 *Potestas, sine voluntate ad actum deducta nihil operatur.*

21 *Pensio translata vigore indulti, & relatiue ad illud, deficiente causa translationis, & voluntate transferentis remanet nulla.*

22 *Vtile per inutile vitiatur, vbi agitur de actu indiuiduo, etiam ex solo intentione agentis.*

D E C I S I O CCCLI.

CLaræ memoriæ Camillus Princeps Pamphillus vigore indulti sibi motu proprio concessi à felic. record. Innocentio Decimo transtulit in D. Leonardum Marsilium Canonicum Sacrosanctæ Basilicæ Principis Apostolorum annuam pensionem sc. 2300. reseruatam super fructibus Mensæ Episcopalis Imolen. cum hac tamen conditione, quod commodum, & vtilitas dictæ pensionis, donec ipse D. Leonardus viueret, spectaret, & pertineret ad Vener. Capitulum, ad effectum perficiendi candelabra, Cruces, & Simulachra argentea pro magnificentiori Altarium dictæ Basilicæ ornatu, ab eodem transferente in vita piè incohata, super cuius translationis subsistentia orta lite coram R. P. D. Vrsino Iudice dep. ab A. C. & superuenta in eius prosecutione Commissione Sanctissimi cum clausula, vt idem Iudex procedat de Voto Rotæ, bis consului DD. An esset danda immissio per Capitulum, & Canonicum Translatarium, tam coniunctim, quam diuisim petita, & negatiua
2 prodijt resolutio; † quia translatio ad neutrius fauorem substinetur. Ideoque pensio per mortem Principis ad instar vsusfructus extincta remansit §. *finitur instit. de vsufruct. leg. antiquitas C. de vsufr. & habit.* cum alijs in terminis per Gigan. *de pens. q. 12. num. 1.*

3 Non quidem ad commodum Capituli, quia † in indulto non legitur facultas transferendi pensionem in personam vnius ad commodum alterius, & propterea translatio,
4 † tanquam facta vltra limites facultatis in indulto concessæ, nulla, & inefficax remanet Paris. *de resig. lib. 6. qu. 4. nu.* 46. Lotter. *de re benef. lib. 1. cap. 40. num. 71.* Tondut. *de pens. cap. 32. numer. 11.* Rota *decis. 400. numer. 13. & 14. part. 1. diuersor.*

Neque ex eo, quod Indultum fuerit concessum motu pro-
5 prio nepoti, cum amplissimis verbis, † & clausulis, talis facultas eidem implicitè attributa censetur ex deduct. per Rot. *decis. 768. & 839 coram Dunoz. Iun. & in recent. decis. 464.*
6 *num. 12. & seqq. par. 5.* Quia in hac † materia odiosa, & exhorbitanti, vt inquit Verall. *decis. 306. num. 10. par. 2. &* Sarnen. *qu. 16. in fin in reg. de reform. resign.* Non est facienda extensio,
7 † sed stricta interpretatio ad *reg.* tex. *in cap. odia, & in cap. quæ à iure de reg. iur. in 6.* & in terminis Rot. *in Nolana Pensionis 10. Ian. 1610. coram Card. Sacrato impress. penes* March. de Com. *par. 1. fol. 621. num. 3. in fine.*

Non attento motu proprio, nec qualitatibus personæ,
8 quæ dum casus fuit omissus, & agitur de † præiudicio Ecclesiæ, non sunt considerabiles ad extendendum dispositio-
9 nem, † & facultatem in ea limitatè concessam Tondut. *de pens. cap. 31. n. 36. & 37.* Mant. *decis. 93. num. 1.* & admisit Rot. *in decis. 400. sub num. 14. par. 1. diuersor.* allegata ab informantibus pro Capitulo.

Idque præsertim ponderando verisimilem mentem concedentis, † quæ eum semper reguletur à solito, & consue- 10
to, vt in simili aduertit Rot. *coram Mantic. decis. 214.* cum alijs per Adden. ad Gregor. *decis. 530. num. 10. & 11.* ita interpretanda est, † vt ne dicatur voluisse concedere alteri ma- 11
iorem facultatem, quàm qua ipsemet vtitur in pensionibus Italiæ, tametsi praxis illam introduxerit in Pensionibus Hispaniæ † ad remouenda impedimenta Pensionarij exteris 12
aliàs opponi consueta, † vt recedendo à contrarijs *decisio-* 13
nib. 724. & 791. coram Buratto dixit Rota *coram eodem decis.* 835. *num. 6.* & tradit Lotter. *de re benefic. lib. 1. qu. 36. numer. 106. & seq.*

Nec est verum in facto, quod in Indulto concedatur facultas transferendi, etiam in casu insolito, & incompatibili, vt dicebant informantes pro Capitulo, quia hoc in eo nullibi legitur, † sed solum præter, & vltra alias si- 14
miles, vel dissimiles gratias, priuilegia, & indulta, etiam maiora, & insolita, ac incompatibilia, quatenus scilicet alias fuissent Principi concessa, vel imposterum concederentur, illi tribuitur facultas transferendi in personas, vel ex se, vel ex dispensatione Apostolica capaces, & habiles pensionis, seù pensionum huiusmodi, vt latius in Summario Capituli *num. 1. lit. A.* Vndè dum alia priuilegia, & Indulta maiora, & insolita non exhibentur, † & in hoc, de 15
quo agitur facultas transferendi in vnum ad commodum alterius, scripta non legitur, † vtique hæc tanquam om- 16
ninò insolita non præsumitur à Papa cogitata, † neque 17
per consequens concessa, prout ex doctrina Putei *decis. 512. num. 2. lib. 2.* in proposito pro certo habuit Rot. *in Nolana pensionis 1610. coram Sacrato penes* Marches. *par. 1. fol. 622. numer. 2. & 3.*

Corruente autem ex præmissis translatione ad commodum Capituli propter defectum facultatis, multo minus substineri potest ad † fauorem Canonici Translatarij ob de- 18
fectum voluntatis transferentis; Ipse enim noluit pensionem acquiri dicto Canonico, cum quo ei nullum consanguinitatis, aut familiaritatis vinculum intercedebat, sed expressè declarauit, tam ante, quam in actu translationis eius voluntatem fuisse, & esse, quod commodum, & vtilitas pensionis (donec ipse D. Canonicus viueret) acquireretur Capitulo ad effectum prædictum, vt constat ex eius met Summario *numer. 2. lit. B. & numer. 3. lit. C.* quod cum deficiente speciali facultate facere non potuerit,
† subintrat regula, quod potuit noluit, quod voluit ad- 19
implere nequiuit, qua in casu vtitur text. *in l. multum C. si quis alteri, vel sibi, &* Rota *in Bonon. liquidationis pretij 3. Decembris 1666. §. neque veritatem coram bo. me. Auunculo meo,* † vbi quod potestas, sine voluntate ad actum deducta 20
nihil operatur.

Non suffragantibus protestationibus in actu translationis emissis, quod omnia censeantur facta iuxta facultates in Indulto concessas, quodque vtile per inutile non vitietur, & similibus, † quia deficiente causa finali translationis, 21
quæ secundum voluntatem transferentis erat, vt commodum spectaret ad Capitulum ad effectum, tam anxiè ab ipso desideratum, consequens est, vt & actus ipse corruat ad text. *in cap. cum cessante 60. de appellat.* Dec. *cons. 350. nu. 3. & 4.* Rot. *coram Burott. decis. 289. num. 9. & in rec. decis. 11. num. 6. par. 8.* † Præsertim dum totum hoc negotium ex 22
Intentione Principis fuit indiuiduum, quo casu vtile per inutile semper vitiatur Bald. *in l. Græcè §. illud sub num. 1. ff. de fideiuss.* quem in proximis terminis sequitur Lotter. *de re benefic. d. lib. 1. quæst. 40. numer. 76.* cum alijs per Rot. *decisio 709. numer. 8. par. 5. & decisio 318. numer. 3. parte 2. diuers.*

Et ita, vtraque Parte informante, resolutum fuit.

REVERENDISS. D. ALBERGATO

Sacræ Rotæ Decano.

Imolen. Fructuum Census.

Veneris 4. Martij 1672.

A R G V M E N T V M.

Solemni distinctione tractatur quæstio illa, quatenus obligatio mulieris, facta pro viro alienante, ad simplicem consensum potius, vel remissionem suæ hypothecæ dotalis referatur,

feratur, vel etiam importet, quod ipſa ſe pro eodem viro obligauerit, prout in hoc caſu ex verbis inſtrumenti viſa eſt; cumque ageretur vlterius decedente, qui creditum ceſſum exegerat, & de eo, qui ad impediendam immiſſionem melioramenta oppoſuerat, ideo ſuper iis omnibus ad ſequens Summarium, & deciſionem recurrito.

S V M M A R I V M.

1 *Mulier, quæ iura ſua dotalia antecedenter ceſſit, non poteſt deinde illa de nouo in alium transferre.*

2 *Anterioritatem, quam quis alteri ceſſit, non poteſt deinde alteri perſonæ cedere.*

3 *Mulier ſimpliciter conſentiens alienationi bonorum viri, ſolam hypothecam dotalem remittit ſuper fundo alienato, non autem ſuper alijs bonis in aliquo ſibi præiudicat.*

4 *Mulier ſi vendit inſimul cum viro, & cedit iura ſua emptori, ad ſolam illius cautelam interueniſſe dicitur, ne ſuper bonis emptis ab ea moleſtari poſſet.*

5 *Mulier vendens ſimul cum viro, ſeque obligans, vti principalis, principaliter, & inſolidum, dicitur intercedere, & fideiubere pro eodem viro.*

6 *Mulier licet reſpectu viri, cum quo ſe obligat, ſit fideiuſſor, reſpectu creditoris eſt correa debendi, nulla habita ratione ad cuius commodum tendat contractus.*

7 *Muliere vendente inſimul cum viro, ſeque principaliter obligante, non attenditur, quis illorum receperit pretium.*

8 *Emptor, vel creditor, qui habet obligatam vxorem, vtitur illius iuribus eodem modo, quo ipſa vti poterat.*

9 *Mulieri ſi permitteretur iura ſua dotalia, ſemel ceſſa, alteri perſonæ cedere, dos dupliciter ſolueretur.*

10 *Dos, ſi in fundo dotali conſiſtit, non poteſt à muliere, vel eius creditore peti quantitas.*

11 *Dotis pactum, quod non exiſtente fundo dotali, reſtituatur pecunia, importat facultatem illum alienandi.*

12 *Fundus dotalis probari debet alienatus, ad hoc, vt facultas ſit locus reſtitutioni dotis in pecunia.*

13 *Conditione non purificata, nulla competit actio.*

14 *Cedens poſt ceſſionem non poteſt amplius creditum ceſſum exigere.*

15 *Debitor crediti ceſſi, ignorando ceſſionem, cedenti benè ſoluit.*

16 *Cedens, ſi poſt ceſſionem, creditum ceſſum exegit, tenetur ceſſionario ad refectionem damnorum, quæ illi reſultare potuerunt.*

17 *Redditionis rationis exceptio procedit in credito, vel debito, quod ex illa reſultat, non autem ab ea ſeparato, & diuerſo.*

18 *Retentio non datur pro melioramentis, de quibus, neque in ſpecie, neque in genere conſtat.*

19 *in Melioramentis non requiritur præfixio termini ad liquidandum ſi illa, neque in genere, neque in ſpecie fuerint probata.*

20 *Melioranti ſuccurritur per cautionem de reficiendo melioramenta poſtea quam illa fuerint liquidata, & quando ſup. à num. 18.*

D E C I S I O CCCLII.

SVper prædio olim poſſeſſo à Taurellis, & poſt plures alienationes peruento ad Poggiolinos, petijt, immiſſionem Barbaccina pro fructibus nonnullorum cenſuum ad ſui fauorem ab eiſdem de Taurellis impoſitorum, quam Rota cenſuit ſub die 14. Martij 1668. eſſe denegandam ex duplici fundamento: Primò, quia Poggiolini excipiebant de creditis anterioribus, quæ regulariter poſteriores repellunt, ſecundo propter melioramenta in prædio facta, quæ pariter ſolent tribuere retentionem melioranti, quorum neutrum ex nouiter deductis viſum eſt in facto ſubſiſtere, vndè DD. à deciſis receſſerunt.

Non primum, quia Vrſarius Auctor illorum de Poggiolinis quamuis emendo prædium reportauerit ceſſionem iurium à Flaminia matre, & Vincentia vxore Taurelli venditoris, creditoribus ex cauſa ſuarum dotium, † tamen 1
cum dictæ mulieres antecedenter iura ſua ceſſiſſent emptoribus duarum domorum ſeſe, & iura dotalia obligando pro illarum euictione, & quodcunque ius ipſarum tranſtulerint in dictos emptores, † non potuerunt iterum transferre in 2
Poggiolinos anterioritatem, quam alijs ceſſerant *l. nemo plus ff. de reg. iur.* & in his terminis Minad. *deciſ. 29. in princ.* & clariùs explicat Monach. *in addit. num. vlt.* Franch. *deciſ.* 478. *num.* 3. Giurb. *obſeru.* 80. *num.* 20. Merlin. *de pignor. lib.* 4. *qu.* 109. *nu.* 29. Salgad. Labyr. *credit. par.* 3 *cap.* 17. *§. vnico nu.* 57. *ſeq.*

Nec dicatur, quod huiuſmodi ceſſiones à mulieribus reportatæ reſolui ſoleant in ſimplicem remiſſionem hypothecæ ad fauorem emptoris, quia plures caſus ſunt diſtinguendi, nàm ſi mulier ſimpliciter conſenſum accommodat † alie- 3
nationi pro omni ſuo iure, & intereſſe, tunc cenſetur dumtaxat remiſſa hypotheca dotalis ſuper fundo alienato, itaut mulieri ſuper reliquis bonis mariti in nihilo remaneat præiudicatum quin ſuper illis iura ſua valeat experiri, & in his terminis loquitur Rot. *deciſ* 219. penès Poſth *de manut.* & *in Tiburtina* 8. *Iunij* 1648. & 7. *Iunij* 1649. *coram Reuerendiſſimo Beulaqua confirmata* 8. *Febr. proximi præteriti coram me.*

Alter eſt caſus, quando mulier vendendo inſimul cum viro cedit iura ſua emptori, & licet in hoc DD. in duas acies diuiſi ſint, tamen apud hoc Sacrum Tribunal præualet opi-
nio, quod mulier, † quæ non eſt domina rei venditæ 4
cenſeatur dumtaxat adhibita ad cautelam emptoris ad effectum reddendi illum tutum à moleſtijs, quas vxor pro creditis dotalibus inferre poſſet, vt egregiè firmat Gabr. *conſ.* 41. *num.* 14. *lib.* 2. Thomat. *deciſ. Marcb.* 109 *à nu.* 8. *ad* 14. Rot. *in citata Tiburtina Salaiani coram Eminentiſſimo Cerro, & 5. Decembris* 1650. *coram bo. me. Cæſare Veroſpio, & in Romana dotis* 10. *Iunij* 1665. *coram bo. me. Cardinali Vicecomite.*

Alter caſus eſt quando mulier non ſolùm vendit vna cum viro, ſed vlterius promittit emptori perpetuam euictionem, & defenſionem fundi venditi, obligando in forma Came-
ræ Apoſtolicæ ſe, & ſua bona, † vti principalis principa- 5
liter, & inſolidum, & tunc indubitatum eſt, quod tranſeunt iura dotalia in emptorem, cum iſto caſu vxor non dicatur ſimpliciter interuenire cum viro ratione ſuæ hypothecæ, ſed intercedere, & fideiubere pro eodem viro ſeque principaliter, & inſolidum obligare ad fauorem emptoris reſpectu cuius ipſa, & vir ſunt duo rei debendi, licet
reſpectu viri ſit fideiuſſor, nulla habita † conſideratione 6
ad cuius commodum tendat contractus Grat. *diſc.* 310. *num.* 28. & 701. *num.* 5. Ant. de Maran. *reſolut. lib.* 2. *cap.* 14. *num.* 4. Fontanell. *deciſ.* 472. *num.* 3. Cenſ. *de Cenſib. qu.* 74. *num.* 9. Rot. *poſt eum deciſ.* 201. *num.* 3. & *coram Merlin. deciſ.* 512. *num.* 9. & *coram Gregor. deciſ.* 321. *num.* 7. etiam ſi maritus, & non vxor pretium receperit, quia hoc attenditur ſolum inter vxorem,
& virum, qui illam releuare tenetur, † non autem contra 7
emptorem, & venditores, quibus ius acquiritur contra vxorem, quando alias re valide obligauit, vt declarat Afflictus *deciſ.* 209. *num.* 4. & *ibi* Adden. *num.* 7. Rot. *deciſ.* 27. *num.* 7. Valaſc. *conſult.* 83. *num.* 8. Fab. *in C. lib. tit.* 7. *def.* 8. *num.* 7. Fontanell. *de pactis nuptialibus clauſ.* 3. *par.* 13. *num.* 37. Caten. *reſol.* Maſſin. *de confiſcat. qu.* 35. *à nu.* 106.

Cum igitur in caſu noſtro mulieres fideiuſſerint vti principales, principaliter, & inſolidum, ſe obligando ad fauorem emptoris domorum, verſamur in vltimo membro allatæ diſtinctionis, & conſequenter illarum cenſus, & obliga-
tio non poteſt reſtringi ad ſimplicem remiſſionem † hypo- 8
thecæ, ſed transfert in emptorem exercitium iurium dotalium, quibus ipſe eodem poteſt vti modo ſicuti poterant ipſæ mulieres, attenta obligatione Camerali, vt reſpondit Rot. *deciſ* 30. *num.* 65. penes Merlin. *de pignor.* Poſtius *reſol. ciuil.* 135. *poſt* Mangil. *de euict. qu* 77. *num.* 17 Rot. *deciſ.* 57. *ſub num.* 10. apud Gilian. *ad Stat. Peruſ.* propterea ipſæ non
poſſunt amplius vti in præiudicium creditorum, † nam 9
alias ſi permiſſum eſſet iura ceſſa iterum cedere dos bis ſolueretur, vt relato Morot. *reſponſ.* 87. Aduertit Monac. *in addit. ad* Minad. *d. deciſ.* 29. *num* 12. *verſ. alias bis ſatisfiet.*

Aliud verò creditum Iuſtinæ parum ſuffragatur Poggiolinis, quia vltra, quod ipſa ſimpliciter conſenſit, & ſic iura ſua non ceſſit, eius dos conſiſtebat in fundis dotali-
bus, † & ſic non poſſet peti quantitas, ſed ad ſpeciem, 10
ideſt ad fundum dotalem dirigenda eſſet actio *l. in reb. C. de iur. dot.* Fontanell. *de pact. dot. tom.* 2. *clauſ.* 5. *gloſ.* 8. *qu.* 13. Rot. *coram Merlino deciſ.* 792. *num.* 1. & *in Rom. Bonorum* 27. *Aprilis* 1667. *§. nec iuuat coram Reuerendiſſimo Beulaqua*, parum vrgente,

gente, quod eneniente casu restitutionis dotis pactum fue-
tit illam esse restituendam in ipsis fundis quatenus existe-
11 rent, † alias in pecunia numerata, per quod censetur da-
12 ta facultas alienandi, quia hoc in iure verum est, † sed
non applicatur in facto, quia non Iustificatur, quod fun-
di dotales alienati fuerint, & sic conditione non purificata,
13 † nulla actio competit Rot. *coram Buratt. decis.* 671. *num.* 7. *&*
898. *num.* 1. Manent. *decis.* 28. *num.* 8. Addent. *ad decis.* 150. *num.*
7. *& seqq. par.* 9. *rec.*

Præterea non releuat, quod vnus ex censibus cessis fue-
14 rit extinctus à Taurelio cedente, † quia cum ipse median-
te cessione non esset amplius Dominus, id agere non pote-
15 rat, † & si egit cum debitor cessionem ignoraret, rectè
soluit, sed ipse remansit obligatus hæreditati ad omnia
16 damna, quæ iustificantur † in fructibus huius census
Cenc. *de Cens. quæst.* 88 *num.* 14. prout non facit ad rem, quod
Taurelli administrauerint hæreditatem, sic donec calculi
facti non fuerint, non possit constare de credito, & debi-
to, quia id procederet si ageretur de credito proueniente ex
17 causa administrationis, † secus quando versamur in credi-
to totaliter ab eo diuerso, & separato Munoz. *de ratiocin.*
cap. 36. *num.* 3. Merlin. *de pignor. lib.* 3. *titul.* 1. *qu.* 2. *num.* 40. *vers.*
prout, nec potest, & allegat Rot. *in Romana de Rusticuccijs* 24.
Maij 1630. *coram Pirouano.*

Retentio verò pro alijs creditis non competit, quia non
18 constat de illorum solutione, † prout nec concedenda est
pro assertis melioramentis, quia cum non doceatur de an-
tiquo statu, nec in genere, nec in specie ostendatur, quid
impensum, & quidélioratum procedi potest ad immis-
sionem, etiam termino non præfixo ad liquidandum in
19 specie, † vt distinguendo declara Rot. *decis.* 304. *num.* 19.
& 20. *coram bo. mem. Bich. & decis.* 227. *num.* 1. *par.* 11. *rec.*
Posth. *de manutea. obseru.* 12. *num.* 51. *&* 54. & in hoc satis
20 prouisum dicitur † per cautionem de illis reficiendis, secuta
liquidatione Rot. *decis.* 233. *num.* 12. *coram bo. me. Card. Cel-*
so, & in Romana domus 16. *Nouembris* 1665. *coram Reueren-*
dissimo D. meo Beuilaqua Almæ Vrbis Gubernatore.

Et ita, vtraque Parte informante, resolutum fuit.

Altera præsentis causæ decisio est impressa supra par. 15. *vbi est in ordine* 216.

R. P. D. CALATAIV.

Romana Cambij.

Mercurij 23. *Martij* 1672.

ARGVMENTVM.

Duæ questiones principaliter deciduntur, Altera, & prima quatenus possint, vel prohibeantur Clerici contrahere cambia, aliasque exercere negotiationes, quæ cum distinctione resoluitur de simplici Clerico, Beneficiato, vel Presbytero; Altera verò de onere, & obligatione cambiandi à debitore susceptis, quatenus etiam illa dicantur impleta, vt proinde plura de vtraque materia pertractata sint.

SVMMARIVM.

1 *Obligatio Cameralis habet paratam executionem.*
2 *Clericus non potest pecunias negotiari, & actiuè cambia exercere.*
3 *Clericatus non probatur ex simplici enunciatiua, emissa in supplicatione porrecta Pontifici.*
4 *Supplicatio, vt præiudicet probari, debet, quod fuerit à supplicante porrecta.*
5 *Clerici primæ tonsuræ, & minorum ordinum negotiari non prohibentur, sed solum illi, qui in sacris constituti sunt, ac retineat beneficia.*
6 *Contractus negotiationum à Clericis, Beneficiatis, & Presbyteris gesti non anullantur, sed omnino sunt validi.*
Ipsi tamen Clerici, Beneficiati, & Presbyteri certis pœnis mulctantur ibidem.
7 *Constit.* 19. *s. m.* Pij IV. *non irritat contractus Clericorum super illicita negotiatione, sed solum eorum acquisitiones applicat Rev. Cameræ.*
8 *Cessionarius Cameræ illius iuribus, & priuilegijs in omnibus vti potest.*
9 *Cambiorum pro realitate requiritur transmissio literarum ad nundinas.*
10 *Cambia si non debentur vti cambia, ex quo de literarum transmissione non constat, vti damna, & interesse debentur.*
11 *Cambiandi onus, & obligationem importat promissio debitoris, quod mercator electus cambiabit.*
12 *Facere per se ipsum videtur, qui per alium facit.*
13 *Cambij debitor dicitur ille, qui promisit inuenire personam, quæ pecunias ad cambium accipiet.*
14 *Cambiorum in materia mercatoribus Sac. Rota valde admodum deferre consueuit.*
15 *Debitor assumens in se onus eligendi mercatorem ad effectum cambiandi, operare debet, vt ille realiter cambiet.*
Ita vt sola verbalis obligatio eiusdem mercatoris non sufficiat.
16 *Factum sequi non sufficit, sed etiam effectus requiritur, vbi vtrumque fuit à partibus consideratum.*
17 *Cambiandi onus in se debitor suscepisse dicitur, si literas mercatoris in manibus creditoris consignare promisit.*
18 *Consequens, qui vult, etiam necessarium antecedens voluisse dicendum est.*
19 *Obligatio ad damna, & interesse solum intrat, quando quis aliquod faciendum promisit, quod postea non adimpleuit.*
20 *Cambiandi onus fuisse susceptum importat promissio soluendi prouisiones mercatoris ad cambiandum electi.*
21 *Cambiandi onus resultat in eo, qui loco mercatoris ad cambiandum electi, alium mercatorem subrogauit.*
22 *Cambiandi onus ad quem spectet, sufficit obseruantia vnius tantummodo actus.*
23 *Cambia decursa post mortem mercatoris ad cambiandum electi, non debeatur.*
24 *Creditor cambij facultatem habeas alium eligendi mercatorem in locum præmortui, sibi imputet, si illum non elegit.*
25 *Facultas eligendi mercatorem ad effectum cambiandi creditori competere ex quibus resultet.*
26 *Mandati executio conceditur solum pro summa verè debita.*

DECISIO CCCLIII.

MArchionissa Octauia Rentia Strozzia Proneptis, & hæres mediata Fantini Rentij, qui sub die 18. Septembria anni 1637. dederat ad cambium D. Duci Hieronymo Matthæio scut. 3000. monetæ, mandatum executiuum reportauit ab A. C. tam pro sorte, quam pro fructibus decursis, ab eodem D. Duce non solutis; de cuius executione cum pluries fuerit in Rota dubitatum, illud tamen hodie Domini dixerunt esse exequendum pro sorte tantum, & cambijs decursis vsque ad obitum Laurentii Caroli Mercatoris ab eodem D. Duce ad cambiandum deputati. Quia in hac parte mandatum est validum, ac iustum, & iustitia, in qua tota controuersia versabatur, manifestè resultat ex publico instrumento, in quo D. Dux fatetur habuisse, & recepisse manualiter, & in contanti à supradicto Fantino scuta 3000 ad cambium, quæ vna cum cambijs restituere promisit sub obligatione Camerali † habente paratam executionem Rot. *decis.* 192. *num.* 1. 1
& decis. 222. *num.* 5 *post* Zacch *de oblig. Camer.*

Non obstat, quod Fantinus de tempore contracti Cambij esset clericus, † qui proinde non poterat pecunias nego-
ciari, & actiue cambia exercere, *cap.* 2. *ne Clerici, vel Mo-* 2
nachi, c. Clerico, & cap. fin. de vit. & honest. Clericor. & in ter-
minis cambij tenuerunt *Scacc. de Scamb.* §. 1. *qu.* 7. *par.* 2. *am-*
pliat. 11. *n.* 7. Turr. *eodem tract. disput.* 1 *q.* 14. *n.* 2. *cum seq* Rot.
in Romana cambij 5. *Martij* 1663. 28 *Martij* 1664 *&* 30. *Ia-*
nuarij 1665. *cor. R. P. D. meo Beuilaqua.* Nam præterquam,
quod clericatus non probatur, nisi ex enunciatiua emissa in
quadam supplicatione pro obtinendo Officio Abbreuiatoriç
de Parco minori, † quæ de iure clericatum non probat. Io. 3
Andr. Butr. *& Imol. in Clem.* 1. *de probat.* Spad. *cons.* 31. *nu.* 9.
lib. 3. Fortius non constito, quod supplicatio facta, siuè por-
recta fuerit ab eodem Fantino, † prout esset necesse in hac 4
re

re ſibi præiudiciali, Adden. *ad Gregor. deciſ. 331. num 19. & deciſ. 59. n. 14. coram Carillo, & dec. 300. n. 20. & ſeqq. coram Vbaldo:* Reſponſum fuit, Sacros Canones non prohibere ne-
gociationes clericis primæ tonſuræ, & Minorum Ordinum,
5 † qualem fuiſſe Fantinum ſupponitur, ſed ſolis Clericis in
Sacris conſtitutis, ac Beneficia retinentibus, vt declarant
Abb. *in cap. 1. num. 12. verſ. ex his nota, ne Cleric. vel Monac.*
Redoan. *de ſpolijs qu. 2. n. 60. & qu. 15. num. 15.* Bellet. *diſquiſ.
Clerical. qu. 1. tit. de diſciplin. Cleric. §. 21. num. 19.* Solon. *de
null. & iur. qu. 67. art. 4. controu. 4. num. 5. & 6.* Gair. *de credit.
cap. 2. tit. 7. qu. 5. num. 2137.* & ita eſſe intelligendas *deciſiones
in Romana cambij coram R. P. D. meo Beuilaqua* firmatum fuit
in *Romana Saluiani 14. Martij 1668. coram Reuerendiſſimo D.
meo Decano §. rectè igitur.* Imo contractus actiue geſti à Sa-
cerdotibus, & Clericis Beneficiatis à Sacris Canonibus non
annullantur, nec beneficio creditorum cum eis contrahen-
6 tium irritantur, † ſed omninò ſunt validi, ſolumque iſti
illicitè negociantes certi pœnis mulctantur, vt latè probant
Maſcambrun. *conſ. 18. numer. 258.* Molin. *de contract. diſput.
342. num. 1.* Carol. de Graſs. *de effect. Cleric. effect. 6. num. 16.*
Molpheſ. *de contract. cap. 4. n. 128.* Gait. *vbi ſupra num. 2134.*
Turr. *de camb. diſput. 1. qu. 13. nu. 16.* Nec contrarium deter-
minat Conſtitutio 19. ſan. mem. Pij IV. quæ pariter non an-
7 nullat contractus Clericorum ad fauorem debitorum, † ſed
tantum declarat, quod omnia bona per eos acquiſita ea illi-
cita negociatione contra ſacros Canones pertineant ad Reu.
Cameram. Apoſtolicam, cuius ceſſionem cum reportaue-
rit q. Scipio, cuius Marchioniſſa eſt filia, & hæres, rectè
8 ipſa agit, dum mediante dicta ceſſione † ſucceſſit in om-
nibus iuribus eidem Reu. Cameræ competentibus cum om-
nibus eius priuilegijs, & prærogatiuis, Thob. Non. *conſ.
84. nu. 1.* Riminald. iun. *conſ. 291. n. 40. lib. 3.* Surd. *conſ. 22. nu.
15. & conſ. 82. n. 13. idem deciſ. 308. n. 1.* & poſt Zach. *de oblig.
Camerali dec. 187. num. 12. & 13.*

Minus releuat, quod in hoc caſu cambia non debeantur,
9 † dum non conſtat de tranſmiſſione literarum ad nundinas,
prout requiritur pro realitate cambiorum, Add. ad Buratt.
deciſ. 532. num 8. Duran. *deciſ. 32. num. 21.* Bich. *deciſ. 130. n.
18. & deciſ. 69. n. 3. par. 9. rec.* Quia cum onus curandi tranſ-
miſſionem literarum non fuiſſet iniunctum Fantino credi-
10 tori, ſed D. Duci debitori, † ſi non debentur fructus vel
cambia, ex quo verò pecuniæ non fuerunt per ſerias nego-
tiatæ, debentur vel damna, & intereſſe ob mandatum ſu-
ſceptum ab eodem debitore, & non adimpletum, vt plu-
ries reſpondit Rota, *vt in deciſ. 199. num. 2. deciſ. 276. num 8.
& 338. nu. 5. par. 10. rec. deciſ. 141. n. 20. par. 11. & coram Du-
noz iun. deciſ. 829. numer. 3. & in Romana, ſeu Bononien. lite-
rarum cambij 22. Iunij 1654. coram bon. memor. Veroſpio §. li-
cet enim.*

Onus autem cambiandi non ſpectaſſe ad creditorem, ſed
ad D. Ducem debitorem deſumitur ex pluribus partibus in-
ſtrumenti, in quo poſt electum de communi conſenſu An-
tonium Lucarinum mercatorem ad cambiandum cum ſua
prouiſione Dominus Dux tunc Marchio ſub his verbis ſe ſe
obligauit, ibi: Promittens propterea dictus D. Marchio Hie-
ronymus obligari facere dictum Antonium de tenendo ſcri-
pturas, cambiando, & recambiando, literaſq; ſpaccia, & par-
titas ſuis loco, & tempore exhiben. & alia facien. quæ dictus
Fantinus facere teneretur ſumptibus, & expenſis dicti D.
Marchionis: Promiſſio enim debitoris, quod mercator cam-
11 biabit, † idem importat, ac obligationem cambiandi per ſe
12 ipſum, per regulam, qui per alium facit, † per ſe ipſum fa-
cere dicitur, vt in his præciſis terminis reſolutum fuit in
*Romana Cambij 8. Aprilis 1658. & 24. Aprilis 1662. cor. Emi-
nentiſſimo Cerro, & 30. Maij 1664. coram Reuerendiſſimo Gerun-
dea*, ac in terminis illius, qui promiſit inuenire perſonam,
13 † quæ pecunias ad cambium acciperet, Rota *deciſ. 338. nu.
5. par. 10. rec. & coram Bich. deciſ. 191. num. 10.* & ita teſtati
14 ſunt plures † mercatores Vrbis, quibus in materia cambio-
rum valdè deferendum eſſe dixit Rota *coram Gregor. deciſ.
226. n. 2. & 3. & coram Duran. deciſ. 368. num. 15. & 416. n. 8.
& in rec. deciſ. 199. n. 7. par. 10.* Et verba ſubſequentia, nem-
pè: alia faciendo, quæ Fantinus facere teneretur, nil aliud
præſeferunt, niſi totalem liberationem creditoris ab one-
re, & cura girandi pecunias ſuper cambijs, prout aliàs ſecluſa
dicta conuentione fuiſſet de iure obligatus: Nec perindè di-
ci poteſt, quod D. Dux adimpleuerit ſuam promiſſionem,
15 dum procurauit ſolam verbalem obligationem mercatoris, †
ſed vlterius tenebatur operari, vt Antonius actu cambiaret,
& recambiaret, prout Fantinus faceret ad effectum, vt
eius pecuniæ non ſtarent otioſæ, vt in eodem principio in-
ſtrumenti, ibi: Verum quia d. Fantinus non eſt ſolitus
ſuas pecunias otioſas retinere &c. Quotieſcumque enim
Partes non ſolum nudum factum, † ſed etiam principa- 16
liter effectum conſiderarunt, non ſufficit, vt ſequatur nu-
dum factum, ſed eſt poſitiuè neceſſarius effectus à Partibus
deſideratus, Bart. *in l. quia eo, § cum autem ff. de his, qui
infam. notantur*, Rota *deciſ. 422. numero ſecundo part. 4. tom.
primo recent.*

Quod planiùs procedit, attentis verbis pariter ſubſequen-
tibus eiuſdem inſtrumenti, ibi: Quas quidem literas, ſpac-
cia, & partitas promiſit tradere, & conſignare in manibus
eiuſdem Fantini de feria in feria iuxta ſtylum mercantilem,
aliàs teneri voluit ad omnia damna, & intereſſe. Eo enim
ipſo, quod debitor promiſit conſignare literas in manibus
creditoris, † neceſſariò voluit, quod mercator cum effe- 17
ctu cambiaret, quandoque aliàs in ſe aſſumeret onus illas
tranſmittendi de feria in feriam, quia qui vult conſequens,
† vult etiam quodcumque neceſſarium antecedens, *l. illud 18
ff. de acquir. hæredit.* Gratian. *diſcept. 594. num. 19.* Rota *de-
ciſ. 142. n. 17. par. 10. recent.* Idque etiam operatur tam obli-
gatio ad damna, & intereſſe, † quæ ſolum intrat, quan- 19
do quis aliquod faciendum ſuſcepit, quod poſtea non adim-
pleuit, Rota *deciſ. 85. num. 1. par. 4. tom. 2. recent. deciſ. 199.
num. 2. & deciſ. 256. num 8. par. 10. & in d. Romana ſeu Bonon.
literarum cambij 22. Iunij 1654. coram Veroſpio §. licet*, quàm
promiſſio ſoluendi prouiſiones nedum mercatoris, ſed eius
correſpondentibus, † quæ pariter ſuſceptionem oneris præ- 20
ſefert, vt aduertit Rot. *in d. Romana, ſeu Bononien. litera-
rum cambij §. licet in fine.*

Hoc ipſum quoque recognouit idem debitor; Nam cum
Antonius Lucarinus mercator electus non poſſet de anno
1643. amplius retinerè ſcripturas, & ſpaccia tranſmittere,
deputauit in eius locum Laurentium Carnium alium mer-
catorem ad effectum d. ſcripturam retinendi, & literas
tranſmittendi, vt ex publico inſtrumento dato in Summa-
rio *num. 4.* † ſignum euidens, quod onus procurandi tran- 21
ſmiſſionem literarum ad ipſum debitorem ſpectabat, alio-
quin alium mercatorem non deputaſſet, † & ſufficit obſer- 22
uantia vnius actus ad declarandum ad quem ſpectet onus
cambiandi, Rota *dicta deciſ. 199. n. 12. par. 10. recent. coram
Dunoz iun. deciſ. 829. n. 9. & in dicta Romana, ſeu Bonon. lite-
rarum cambij coram Veroſpio in fine.*

Cæterum obligationem cambiandi ſpectaſſe ad D. Du-
cem dixerunt Domini eſſe intelligendum durante vita ſe-
cundi mercatoris ab eodem electi, † non autem poſt eius 23
mortem, quæ ſucceſſit ſub die 26. Octobris anni 1653. Sum-
mario *num. 5.* Et ratio fuit, quia cum in caſu mortis merca-
toris data eſſet facultas creditori alium deputandi, ſibi im-
putet, † ſi tali facultate vſus non fuit, vt reſpondit Ro- 24
ta *in Romana cambij 30. Maij 1664. coram Reuerendiſſimo
Nunez.*

Quod autem iſto caſu deputatio alterius fuiſſet † in ſola 25
facultate creditoris aperte conuentum legitur in ipſo inſtru-
mento cambij ibi: Et in euentum, in quem d. Antonius in-
tra dictum tempus decederet, vel ab Vrbe diſcederet &c. li-
ceat D. Fantino illicò, & incontinenti abſque vlla intima-
tione &c. eligere, atque deputare alium mercatorem, ſeu
negociatorem idoneum ad contentamentum eiuſdem D.
Fantini, omnibus damnis expenſis, & intereſſe, ac proui-
ſionibus dicti D. Marchionis.

Cumque mandatum non ſit executum, & cambia vſque
ad mortem Laurentij Caroli legitimè peti poſſint, meritò
dictum fuit eſſe exequendum, tam pro ſorte in ſumma ſcu-
torum 3000. quam in alijs ſcut. 3436. 60. decurſis pro cambijs,
ſeu damnis, & intereſſe vſque ad diem 26. Octobris 1653.
detractis tamen ſcutis 460. 21. per Scipionem Retentium
perceptis ex fructibus Officiorum Militis Lauretani, & Scri-
ptoris Archiuij, iuxta relationem periti electi ab A. C. † & 26
ſic pro ſumma verè debita, vt dixit Rota *dec. 86. apud Poſth.
de ſubhaſt.*

Et ita vtraque parte informante reſolutum fuit.

R. P. D. CALATAIV.

Cremonen. Iuriſpatronatus.

Veneris 1. Aprilis 1672.

ARGVMENTVM.

Occaſione qualitatis Beneficij Sacerdotalis, vel non, de pluribus pertractari contingit,

quatenus nempe, sine instrumento fundationis, eadem qualitas remaneat probata, quæ ex longeua obseruantia hic verificari visa est, hinc etiam plura de enunciatiuis emissis in Bullis Summorum Pontificum, quando verba dicantur potius dispositiua, vel solam enunciationem importent, de natura verbi, *videtur*, quod varias significationes admitti, de qualitate dispensationis à Papa concessæ, deque etiam alijs similibus dispensationibus, quæ ante Concilium non denegabantur Episcopis, de ætate necessaria ad obtinendum beneficia Sacerdotalia, demum de iurepatronatus ad plures spectante, qualiter per electionem inhabilis, deuoluatur ad præsentantem habilem, & huiusmodi.

SVMMARIVM.

1 *Præsentatus ad beneficium iurispatronatus, instituendus est, quoties in illum requisita necessaria concurrunt.*

2 *Præsbyteratus, Clericatus, & alia huiusmodi qualitas ex literis Ordinarij probatur, quibus plena fides adhibetur.*

3 *Beneficium, an sit actu, vel solo habitu Sacerdotale, tenor fundationis inspicitur, & vid. num. seqq.*

4 *Fundationis Beneficium si deficit instrumentum, tunc ad dignoscendum qualitatem illius, an fuerit Sacerdotalis, vel non attenditur obseruantia.*

5 *Obseruantia spectatur quoties aliqua dispositio ponitur in ambiguo.*

6 *Bullæ Pontificiæ, & enunciatiuæ in eis emissæ probant beneficium esse Sacerdotale, quotiescumque deficit instrumentum.*

7 *Verbum* Præsbyter *in Bullis Summorum Pontificum, iuxta consuetam praxim, semper ponitur ad differentiam simplicis Clerici.*

8 *Verbum* Præsbyter *à quocunque prolatum, accedente obseruantia, qualitatem Sacerdotalem importat.*

9 *Enunciatiuæ Summorum Pontificum probant, quid fuerit in beneficio obseruatum, & nu. 6.*

10 *Iurispatronatus qualitas ex Bullis Pontificij resultat.*

11 *Enunciatiuæ Pontificum, etiam non effectuatæ probant.*

12 *Enunciatiuæ antiquæ eo magis probant, si cum illis recentes concurrant.*

13 *Obseruantia fundationi proxima est optima interpres qualitatis beneficij, & ad probandam mentem testatoris est validissima.*

14 *Beneficium de iurepatronatus est Sacerdotale probatur ab obseruantia, quæ fundationi immediate subsequuta sit.*

15 *Enunciatiuæ emissæ in literis Apostolicis ad petitionem partis, quamuis fuerint antiquæ, non probant.*

16 *Enunciatiuæ emissæ etiam ad instantiam partis, cessante suspicione, adhuc tamen probare dicuntur.*

17 *Enunciatiuæ emissæ ad postulationem partis concurrentibus adminiculis, plenam probationem faciunt.*

18 *Enunciatiuæ, quæ narrant præiudicium enunciantis, contra ipsum plenè probant.*

19 *Obseruantia, quæ resultat ex actibus facultatiuis, nihil ponit inesse.*

20 *Verbum* videtur *varias recipit significationes, secundum subiectam materiam.*

21 *Verbum* videtur *adaptatur etiam ad conceptum mentis, & iudicium rationis, quod quis de aliqua dispositione formauit.*

22 *Dispensatio narrata per verbum* videtur, *& à Pontifice facta, non simplicem facultatem, sed imò veram necessitatem importat.*

23 *Sententia lata per verbum* videtur, *adhuc decisionem concludit.*

24 *Verbum* videtur *regulariter non accipitur pro decisione, & veritate, sed resoluitur in simplicem opinionem.*

25 *Mens, & intentio testatoris à consuetudine, & obseruantia antecedentium, & subsequentium præsentationum desumitur, & probatur.*

26 *Iurispatronatus qualitates, & conditiones cognoscere non ad patronos, sed ad iudicem spectant.*

27 *Verba dispositiua in antiquis, actum positiuum denotantia, non autem simpliciter enunciatiua solum probationem falsitatis in contrarium admittunt.*

28 *Dispensationes Summorum Pontificum probant Beneficium esse actu Sacerdotale.*

29 *Præsentationes factæ de simplici Clerico ad beneficium Sacerdotale actu, sine dispensatione Pontificis sunt inualidæ.*

30 *Dispensatio vulnerat ius, siue aliam quamcumque dispositionem, quæ dispensatæ resistit.*

31 *Facultas Vicarij ex lapsu longi temporis præsumitur, quotiescumque non adest præiudicium Ecclesiæ.*

32 *Episcopus ante* Concilium Tridentinum *poterat de consensu patronorum, super qualitatibus iurispatronatus dispensare, & num. seqq.*

33 *Dispensatio Pontificis super beneficio iurispatronatus, de quibus qualitatibus intelligatur.*

34 *Ætas quæcumque post septennium ante* Concilium *erat capax simplicis beneficij, nec erat opus dispensatione.*

35 *Dispensatio Summi Pontificis, etiam nulla, adhuc inseruit ad declarandum necessitatem actus præsentationis beneficij.*

36 *Necessariæ præsentationes de Sacerdote, non autem simpliciter facultatiuæ, ex quibus deducantur, & distinguantur.*

37 *Sacerdotalis qualitas in beneficio ex plurimorum actuum multiplicitate resultat, simulatque probatur.*

38 *Multiplicitas, & pluralitas actuum veritatem inducit.*

39 *Sacerdotale non dicitur beneficium, nisi in fundatione adsint expressa verba, quod Sacerdos celebret per se ipsum.*

40 *Beneficium esse Sacerdotale actu, vbi deficit instrumentum fundationis, ex illius obseruantia declaratur.*

41 *Sententia super habilitate, vel inhabilitate beneficiati lata inter compræsentatos, & sic legitimos contradictores, tanquam super statu, facit ius, quoad omnes.*

42 *ad Titulum præsumptum recurrendum non est, quotiescumque habemus expressum.*

43 *ad Beneficium Sacerdotale obtinendum sufficit, quod prouisus infra annum ad Sacerdotium promoueri possit, & valeat.*

44 *Beneficia alia dicuntur Sacerdotalia Aptitudine, alia verò prosequutione, & qualiter in vtrisque seruetur.*

45 *Beneficium Sacerdotale actu requirit Sacerdotium de tempore præsentationis, vel prouisionis, ita vt non sufficiat, quod huiusmodi qualitas superueniat postea.*

46 *in Beneficijs aptitudine solum Sacerdotalibus, sufficit, quod eo obtinentes in Presbyteros ordinentur.*

47 *Beneficia Sacerdotalia habitu, vt validè conferantur, requiruntur ætatem vigintiquinque annorum, saltem inchoatam.*

48 *ad Beneficium Sacerdotale, etiam solo habitu, eligi non potest, qui infra annum ad Sacerdotium promoueri non valet.*

49 *Clericus in 24. anno constitutus, si tamen illud non compleuit ad beneficium Sacerdotale promoueri non potest.*

50 *Annus, intra quem quis ad Sacerdotium promoueri debet, non datur ad complendam ætatem, sed ad se quanto citius promouendum.*

51 *Ius præsentandi pluribus compatronis competens, est indiuiduum.*

52 *Ius præsentandi alterum habilem, vel potius ius non reuocandi præsentationem factam de inhabili per ius non decrescendi consolidatur in altero compatrono, qui à principio præsentauit habilem.*

53 *Præsentato carenti requisitis necessarijs suffragari non possunt plurium patronorum suffragia, licet cæteris sint maiora.*

54 *Facultas præsentandi, constituendi procuratorem, vel huiusmodi, non consumitur per actum nullum, & num. 55.*

DECISIO CCCLIV.

VAcante per obitum Francisci Ruffini Beneficio simplici in Ecclesia Præpositurali S. Petri Vitellianę Cremonensis Diœcesis de Iurepatronatus Laicorum, à quinque legitimis Patronis data fuerunt duo mandata, al-

alterum scilicet ab Alexandro de Monacis, Felicita, &
Maria, alterum à Francisca, & Elisabeth vnanimiter con-
stituentibus Procuratores Iosephum de Regijs, & Hiero-
nymnm Baiiadorium ad præsentandum Stephanum Ruffi-
num simplicem Clericum, conditione tamen in vtroque
adiecta, quatenus itra quadrimestre, demptis vltimis octo
diebus, reperiretur habilis, & idoneus, vel secundum te-
stamentariam dispositionem, vel per Apostolicam dispen-
sationem, quod si secus ad præsentandum in dd. vltimis octo
diebus quadrimestris Io: Mutium Sacerdotem habilem, &
idoneum, cum autem Regius alter ex Procuratoribus vni-
co contextu præsentasset vtrumque Ruffinum scilicet sub
conditione habilitatis superius expressa, Mutium verò
tanquam habilem, & idoneum, prætendentes perinde
tres ex dd. mulieribus compatronis, Francisca scilicet,
Maria, & Elisabeth non fuisse seruatam formam manda-
ti, præsentationem prædictam tanquam intempestiuam,
mediantibus duobus alijs mandatis, reuocauerunt, sed
cum vnlueretnr etiam quadrimestre, & adhuc d. Ruffinus
se habilem non præbuisset, prædictus Regius Procurator
In dd. vltimis octo diebus denuo præsentauit fratrem Mu-
tium Sacerdotem, qui successiue à Vicario Generali Cre-
monæ fuit per sententiam Institutus, quæ tamen cum in
gradu appellationis fuerit ab A.C. Caualierino Iudice Com-
missario reuocata, & demum ad S. Rotam causa deuolu-
ta, proposui Dubium, quisnam dd. præsentatorum esset
instituendus, & responsum fuit Io: Mutium instituendum
esse.

Concurrunt enim in illius fauorem omnia requisita, va-
catio scilicet Beneficij, propria idoneitas, cum sit actu Sa-
1 cerdos, & esset talis de tempore præsentationis, † Bene-
ficium sit actu Sacerdotale, & fuerit legitimè præsentatus,
quibus concurrentibus institutio non denegatur Can. Mona-
sterium 16. qu. 7. cap. cum Bertoldus vbi Abb. nu. 2. de re indic.
Lambertin. de iurepatr. art. 14. nu 2. & art. 15. qu. 8. par. 2. lib.
2. Rota decis. 87. num. 1. par. 3. & in his terminis decis. 188. n. 2.
& seqq. par 11. recent.

De vacatione non fuit dubitatum, quemadmodum, nec
2 de ordine Presbyteratus, cum † in eo constitutus reperia-
tur vsque ab anno 1650. prout testantur literæ patentes sui
Ordinarij, quibus fidem adhibendam esse ait text. in cap. 1.
2. & 3. de Cleric. Peregrin. cap. post cessionem de probat. vbi
Canonistæ Rota coram Bichio decis. 280. nu. 5. decis. 371. n. 14.
decis. 615. num 17. & millies in alijs.

Tota igitur ferè quæstio vertebatur super articulo, an Be-
neficium de quo agitur habeat ita annexam qualitatem or-
dinis Sacerdotalis, vt huiusmodi qualitas exigatur in præ-
3 sentando in ipso casu † præsentationis, Pro cuius defini-
tione quamuis regulariter spectetur tenor fundationis ad
text. in c. recepimus de Priuil. Prob. ad Monach. in cap. et cui
de præben. in 6. Lotter. de Benef. par. 2. qu. 47. nu. 29. Nihilo-
minus cum in præsenti casu dicta fundatio non reperiatur
4 fundatoris mentem, † Sacerdotes actu de tempore præsen-
tationis exigentem concludenter deduxerunt Domini ab
vniformi obseruantia præsentationum de Sacerdotibus actu
5 inconcussè factarum, † prout semper fieri solet quoties ali-
qua dispositio ponitur in ambiguo vulg. l. si de interpretatione
ff. de leg. & in terminis quoties dubitari contingit, An Be-
neficium requirat ordinem Abb. in c. cum in cunctis §. inferio-
ra nu. 12. vers. vnde vide de elect. Paris. cons. 50. num. 19. in fin.
lib. 4. Lotter. qui supra d. qu. 47. n. 30. Rota coram Mantic. dec.
129. num. 3. vers. præsertim.

Exhibitæ namque fuerunt Bullæ Pontificum, & alia do-
cumenta d. obseruantiam comprobantia. Ex Bulla enim
Nicolai V. vsque sub data anni 1449. manifestè apparet,
quod executores Testamentarijq. Bartolini de Calessis in
executionem illius voluntatis (sunt verba præcisa Bullæ)
immediate post erectionem Beneficij, in quo nullus alius
6 prius fuerat institutus, † ad d. Beneficium præsentarit quen-
dam Ioannem de Bartolinis actu Sacerdotem, cum esset
Ecclesiæ Parochialis Rector Innoc. in c. illud numer. 3. vers.
si aliquis de præsumpt. cum allegat. per Menoch. præs. 26. lib. 6.
num. 17. Barbos. de Paroch. par. 1. cap. 2. num. 2. qui cum suc-
cessiue cuperet d. Beneficium renunciare, seruauit men-
tem fundatoris saltem in eligendo renunciatarium Sacerdo-
7 tem quendam scilicet Franciscum eius nepotem, † quod
conuincitur ex alia Bulla Sixti Quarti data vsque sub an-
ni 1481. vbi Papa narrando d. renunciationem alias ad se
admissam nominat d. Franciscum Presbyterum, quod
verbum in omnibus Bullis iuxta praxim Datariæ proferri
8 semper solet ad differentiam simplicis Clericis, † & indi-
stincte à quocumque alio in lingua Latina prolatum, acce-
dente obseruantia, prout in præsenti casu qualitatem Sacer-
dotalem significat, vt tenet Garz. de benef. par. 7. cap. 1. nu.
70. Rot. decis. 216. num. 3. par. 2. rec. sed quoniam prædicta re-
nunciatio laborabat forsan vitio subreptionis, quidam An-
tonius tunc temporis Clericus 20. annorum de Familia
Fundatoris idem Beneficium ab eodem Sixto IV. impetra-
uit, cui cum obstaret defectus qualitatis à Fundatore re-
quisitæ, cum illo Papa dispensauit, de qua dispensatione
infra diceretur.

Ex his enim diuersorum Pontificū enunciatiuis, & duorū
ferè sæculorum antiquissimis quemadmodum prænarrata
facti series, † ex qua apparet, quid fuerit in Beneficio ob- 9
seruatum remanet comprobata Crauett. de antiq. temp. par.
1. §. ampliatur num. 13. & pluribus seqq. in terminis iurispatro-
natus Garz. de benef. par. 5. cap. 9. num. 88. Viuian. de iurepatr.
lib. 11. cap. 7. num. 48. & 49. Rot. coram Pen. decis. 1578. nu. 18.
coram Merlin. decis. 148. à num. 1. per plures seqq. in rec. decis.
103. num. 12. par 6. & decis 396. num. 1. par. 9. etiam † si non 10
probentur effectuatæ decis. 169. num. 6. par. 10. rec. & magis
præcisè in terminis probandi † qualitatem Beneficij coram 11
Merlin. decis. 61. num. 1. & 2. & decis. 128. num. 3. coram Bu-
ratt. decis. 636. num. 4. eoque fortius, si prout in præsenti ca-
su, ab actibus subsecutis modernatum † præsentationum 12
vniformium primis coadiuuentur Ruin. consil. 173. num. 4.
vers. accedit vol. 4. Cot. coram Seraph. decis. 1334. num. 2. co-
ram Buratt. decis. 172. num. 26. coram Em. Ottbobono decis. 224.
à num. 10. per alios seqq. & signanter num. 14. Ita cum huiusmo-
di obseruantia † sit fundationi immediata, est omnium 13
validissima ad probandam mentem Testatoris Rota coram
Greg. decis. 323. num. 1. & ibi Adden. litera A. coram Seraph.
decis. 1410. num 7. in recent. decis. 170. num. 4. par. 2. decis. 105.
nu. 10. & seq. & decis. 275. nu. 7. & 8. par. 7. d. decis. 220. num.
22. par. 11. & decis. 299. num. 12. par. 2. & in terminis obser-
uantiæ circa qualitatem Sacerdotalem in actu præsentatio-
nis requisitam consuluit Paris. d. cons. 50. num. 19. lib 4. Rota
coram Seraph. decis. 871. num. 1. in fin. coram Buratt. decis. 680.
in fine, & de præsentatione Sacerdotis fundationi immedia-
ta egregiè † Lambertin. de iurepatr. art. 30. qu. 7. princ. par. 14
1. lib. 2. num. 22. vbi, quod in praxi ita obtinuit, cum alijs per
Viuian. eod. tract. lib. 6. c. 6. num. 26. Rota decis. 216. num. 2.
part. 2. recent.

Non obstat, quod prænarratæ enunciatiuæ emanauerint
in literis † Apostolicis ad petitionem partis, & ideo quam- 15
uis antiquæ non probare ad tradita per Rota coram Vbald.
decis. 126. num. 1. & 2. quoniam omissis alijs responsionibus
pro Mutio adductis, institerunt DD. in ea, quod cum
emanauerint de tempore non suspecto, atque etiam in ma-
teria, in qua nullum excogitari potest interesse, propter
quod Ioannes de Bartolinis exponens debuerit narrare Papæ
se Parochialis Ecclesiæ Rectorem, & primum præsenta-
tum, atque etiam Franciscum eius renunciatarium fuisse
Presbyterum, † si verè tales qualitates non concurrissent, 16
cessante suspicione, cessat etiam ratio in qua fundauit præ-
dicta decisio coram Vbaldo cum similibus exaduerso allega-
tis, & concurrentibus insuper nedum adminiculis, verum
concludentibus probationibus † de quibus infra dictæ enun- 17
ciatiuæ etiam ad postulationem partis emissæ plenè probant
Eugen. cons. 44. num. 65. lib. 1. Rota coram Achill. decis. 7. de
iurepatr. in fine in rec. decis. 91. num. 2. in fin. & decis. 405. n. 3.
par. 1. & decis. 191. num. 3. par. 4. tom. 1. decis. 16. num. 22. par. 5.
decis. 184. num. 38. cum duobus seqq. & passim in alijs, & cum
in reliquis ex toto contextu dd. enunciatiuarum appareat,
res enunciatas esse potius contrarias, quam fauorabiles dicto
exponenti, † dum narrant nullitatem suæ prouisionis, 18
dubium non fuit quin contra ipsum probarent Rota co-
ram Pen. decis. 629. coram Dunoz. iun. decis. 973. nume-
ro quinto.

Minus releuat, quod electio personæ præsentandæ sit
actus facultatiuus, itaut quemadmodum in ipso primordio
fundationis, & per tempora successiua ceciderit super Sa-
cerdotibus actu, † non detur maior ratio, quin cadere etiam 19
potuerit super simplicibus Clericis, atque ideo in prænarra-
ta obseruantia ex huiusmodi actibus constante parum esse
insistendum ad tradita in notissima decis. 825. in fine coram
Merlin. quia verè necessitas, non autem simplex facultas
præsentandi Sacerdotes actu visa est Dominis concludenter
probari ex binis præsentationibus factis cum simplicibus
Clericis in casu quo fuerunt ad hoc idem Beneficium præ-
sentati, & alijs prout infra.

Prima scilicet cum prædicto Antonio ætatis 20. anno-

cum, & quamuis facta fuerit, prænia narratiua Papæ ibi:
Non obstante &c. quod dictus Antonius ad ordinem Pres-
byteratus prædictum, quem exigere videtur fundatio,
ætatis prædictæ defectum patitur in illius 20. anni vel circa
constitutus &c. & infra; Nos autem, vt Beneficium prædi-
ctum retinere liberè, & licitè valeat, Testamento, seu fun-
datione huiusmodi nequaquam obstante, auctoritate Apo-
stolica præsentium tenore indulgemus, penè, ac si verbum
illud videtur importando dubietatem, subsecuta exindè dis-
pensatio censeatur ad cautelam potius, quam ex necessi-
20 tate facta; † Nihilominus cum ex varijs dicti verbi signifi-
cationibus illa reddatur casui applicabilis quam exigit subie-
cta materia, vt in terminis Ias. in l... si is, qui pro emptore nu.
91. vers. vnde debemus ff. de vsucap. in casu de quo agitur,
21 certum est, † quod aptatur ad conceptuum mentis, & iu-
dicium rationis, quod Papa formauit de tali fundatione,
vt tradit Bart. in l. quid tamen §. si arbiter num. 3. ibique Bald.
in princ. ff. de recept. arbitr. Felin. in c. quoties sub num. 12 de
test. & attest. ibique Aretin num. 24 vers. quia non potest. ne-
gari, vnde cum iudicauerit d. fundationem exigere ordinem
22 Presbyteratus, † iudicium hoc sic de tali fundatione forma-
tum efficit, vt subsecuta dispensatio censeatur saltem se-
23 cundùm Papæ proferentis sententiam necessaria, † vt in
simili de sententia lata per verbum *videtur*, quod importet
decisionem est tex. *expressus in d. §. si arbiter*, & ibi Bart. *nu.*
1. & in d. n. 3. Bald. Fulgos. Odofred. *in princ.* & in his termi-
nis loquutus est Amaiden *de styl.* Datar. *lib. 1. c. 6. de* Data.
num. 29. sed quatenus etiam prædicta Papæ sententia accipi
24 † non deberet pro decisione, & veritate ad terminos dicti
§. *si arbiter*, adhuc dato, quod resolueretur in simplicem
opinionem, ab hac non esset recedendum tanquam consue-
25 tudine, † & obseruantia antecedentium, & subsequen-
tium præsentationum roborata, ex quibus mens Testato-
ris elicita fuit, Alciat. *præsumpt. 30. regul. 2. nu. 3. & 4* post
Mathesil. *de elect. opin. num. 1.* Tract. *magn. tom. 18. fol. 221.*
Remig. *de charit. subsid. qu. 6. num. 37. & 38. pariter in dd.*
tract. tom. 15. par. 2 fol. 184. Soccin. sen. *cons. 271. sub n... vers.*
quoniam præsuppositum Ceuall. *com. contr. com. in præfat. n. 60.*

Quia dispensatio, quæ fortius stringit, facta fuit ab ordi-
nario Cremonæ, siue eius Vicario auctoritate Episcopali
sibi commissa vsque de anno 1509. cum quodam Rubino
ad supplicationem Patronorum, qui quamuis professi fue-
rint qualitates dicti Beneficij ignorare, & ideo dictam
dispensationem petierint quatenus necessariam, Nihilo-
26 minus cum non sit Patronorum, † sed solius Iudicis Ec-
clesiastici partes de iurepatronatus, eiusque qualitatibus
dignoscere per tex. *express. in c. quanto de iudic.* Lambert. *de*
iurepatr. art. 2. qu 9. num. 1. lib. 3. iste in forma solemni, con-
stito sibi prius de iurepatronatus, & ad modum senten-
tiæ pro Tribunali sedens dispensauit (sunt verba præcisa)
& dispensat eum dicto Rubino Clerico præsentato, quod
non obstante eius defectu ætatis, & ordinis, quem pati-
tur ipse Robinus possit, & valeat institui, & inuestiri de
Capellania prædicta, & illam obtinere quamuis Sacer-
dotalis existat, & Sacerdotium actu requirat, perindè,
ac si esset Sacerdos, & in ordine Sacerdotalis, & in ætate
legitima constitutus &c. & infra attento, quod sibi con-
stitit, & constat de dicto iurepatronatus.

Quibus quidem dispensationibus, sic pro indubitato præ-
suppositis, & præmisso, quod non sunt simplices enuncia-
27 tiuæ, vt dicebant scribentes pro Ruffino, † sed verba dis-
positiua, actuin positiuum denotantia, vt ex earum forma-
litate apparet; nec aliam admittunt in contrarium probatio-
nem, nisi ex capite falsitatis, vt distinguendo inter vtraque
verba post Castren. *cons. 406. nu. 2. lib. 1* ait Crauett. *de antiq.*
28 *temp. d. §. ampliatur. num. 28 cum duobus seqq.* † de natura
ideo dd. dispensationum esse dixerunt Domini, vt probent
29 veritatem, & statum Beneficij actu Sacerdotalis, † itaut
sine illarum præsidio alias essent inualidæ præsentationes
de simplicibus Clericis Bal. *in l. 2. Cod. de iur. vtr.* Annul.
Aloys. *de Albert. inter singul. Doctor. singul. 179. tom. 2.* Ol-
drad. *cons. 327. n. 1.* Rebuf. *in prax. benef. de dispens. nu 1. &*
per tot. in proposito notat Lotter. *de benef. par. 2. qu 47. n.*
25. Rot. *coram. Buratt. decis. 19. num 8. & decis. 23. numer. 5.*
30 *coram Vbald. dec. 139. pariter n. 5.* cum ibi allegat, † & sic per
dispensationem dicimus ius, siue aliam quamcumque dispo-
sitionem, quæ dispensato obstabat vulnerari Specul. *de*
dispensat. in princ. Rot. *decis. 450. num. 11. par. 5. tom. 2. rec.*
Quæ verò contra hanc vltimam dispensationem diceban-
tur, vel circa defectum facultatis Vicarij in dispensando,
siue inspecta eius limitata auctoritate; siue resistente

qualitate iurispatronatus, vel quod dicta dispensatio cadere
potuerit super ætate Beneficij Ecclesiastici, nondum capa-
ci, cum dispensatus duodecimum annum tantum attige-
rit, non fuerunt habita in consideratione, quia & fa-
cultas Vicarij ex lapsu, tam longi temporis præsumitur,
† cum non versetur circa materiam Ecclesiæ præiudicia- 31
lem, vt in proximis terminis respondit Rota *coram Buratt.*
decis. 502. num. 3. cum duobus seqq. & ante † Concilium de 32
Patronorum consensu poterat ordinarius super qualitatibus
eum iurispatronatus dispensare *Capitul. accessissent*, & ibi
Abb *num. 5. de constit.* Garz. *de Benef. par. 7. c. 1. nu. 12* quæ
tamen facultas per idem † *Concil. sess. 25. c. 5. de reform.* sub- 33
lata remansit, nec de alia, quam de ætate, & ordine Sa-
cerdotali potuit loqui præfata dispensatio, cum ante Con-
cilium seruaretur in hoc ius commune, † secundum cuius 34
dispositionem quæcumque ætas post septennium erat ca-
pax simplicis Beneficij glos. *in cap. si eo tempore verb. ætatem*
de rescript. in 6. cum alijs late per Garz. *de Benef. par. 7. cap.*
4. nu. 4. & pluribus seqq. nec opus erat dispensatione: Quo-
modocumque demum se habeat dicta dispensatio, † etiam 35
si nulliter facta, adhuc inseruit ad declarandam necessita-
tem actus præsentationis ad tex. *in l. fin. ff. de reb. eorum, qui*
sub tut. Crauett. *cons. 113. nu. 6. ad med.* Rot. *cor. Caual. dec.*
326. nu. 3. in rec. dec. 523. n. 10. par. 5. & dec. 220. n. 21. par. 11.

Pro necessitate vlterius dd. præsentationum pondera-
bant DD. quod incipiendo à primis vsque ad proximam vl-
timam, quotquot temporis iniuria, & antiquitas permi-
sit exhiberi, iustificatum fuit omnes fuisse de Sacerdotibus
actu, atque ideo ex tot præsentationibus sic per longissi-
mum temporis interuallum vniformiter multiplicatis, infe-
rebant ad necessitatem † præsentandi Sacerdotes actu, non 36
autem ad facultatem, vt distinguendo inter actus facul-
tatiuos, & necessarios tradit Ripa communiter allegatus
in *c. cum Ecclesia* Sutrina *nu. 55. de caus. poss. & propriet.* Po-
stb. *de manut. obs. 53. num. 20. & seqq.* latte Add. *ad Greg. 162.*
sub nu. 15. vers. 2. excluditur præsumptio facultatis Rot. *cor.*
Cæl. de Grass. *decis. 1. num. 3. & 4 de caus. poss. & propriet.*
coram Seraph. decis. 212. nu. 2. in rec. decis. 30. nu. 7. in fin. par.
4. tom. 1. decis. 85. num. 8. par. 5. decis. 220. num. 8. par. 6. coram
Bich. decis. 522. num. 72. † & huiusmodi actuum multiplica- 37
tio qualitatem Sacerdotalem probat in puncto Rot. *coram*
Seraph. d. decis. 871. num. 1. in fin. vers. & cum iuris dispositio-
nem, † atque etiam veritatem inducit in simili Bursat. *con-* 38
sil. 324. num. 4. lib. 3.

Et cum ex his omnibus probata remaneat obseruantia
coacta, & necessaria, non applicantur *decis. 825. coram*
Merlin. Tirasonen. Beneficij coram R. P. D. meo Priolo quæ est
345. par. 12. rec. & Vrbeuetana iurispatronatus 10. *Decembris*
1670. coram me, in contrarium allegatæ; † quod scilicet vbi 39
in fundatione non adsunt expressa verba, quod Sacerdos per-
semet ipsum celebret, non dicatur Beneficium Sacerdotale,
quia cum vt supradictum fuit, non reperiatur d. fundatio,
nec prænarratæ enunciatiuæ probent d. fundationis verba
formalia, † concurrente d. obseruantia, quæ tamen in 40
præallegatis decisionibus deficiebat, non prædicta contro-
uersi, quin Beneficium sit actu Sacerdotale, vt admitte-
tur præcitatæ *decis. 825. coram Merlin. num. 24. & in recent.*
decis. 345. num. 12. par. 12.

Qualitatem hanc demum Sacerdotalem de tempore præ-
sentationis requisitam, fortius deducebant DD. ex sen-
tentia ordinarij Cremonæ de anno 1650. inter Sacerdotem,
& simplicem Clericum, in qua Secerdos tanquam habi-
lis, & idoneus fuit institutus, reiecto simplici Clerico,
attenta eius inhabilitate, & incapacitate, † quæ cum lata 41
fuerit inter legitimè compræsentatos cum legitimo contra-
dictore, & in iudicatum transacta facit statum quoad om-
nes ad terminos *l. ingenuum*, vbi Glos. Bart. & DD. *ff. de*
stat. homin. vt in terminis iurispatr Lambertin. *eod. tit. par.*
2. lib. 2. art. 9. qu. 11. per tot. Rot. *coram Pen. decis. 165. num.*
9. & decis. 1378. n. 19. cum adductis per Viuian. *de iurepatr.*
lib. 14. post. c 2. n. 4. & post eundem admittit Rot. *dec. 29. num.*
15. in rec. decis. 321. num. 4. & seq. parte 10. decis. 148. num. 45.
satis in terminis, *& dec. 15. num. 19. par. 12.*

Et licet in dicta sententia non exprimatur qualitas in-
habilitatis obstatiuæ d. Clerico, itaut prætensum fuerit,
quod ex alio etiam defectu, quam qualitatis Sacerdotalis
potuerit prouenire, nihilominus iustificatum fuit ex man-
dato Procuræ dato ad præsentandum d. Clericum, quod
est in actis dictæ sententiæ illam aliunde deriuare non
potuisse quam ex defectu prædicto; cum enim prima
vice præsentatus fuerit tanquam habilis, habita post-
modum

modum per compatronos aliquali notitia, quod Beneficium esset Sacerdotale, dederunt nouum mandatum Procuræ ad præsentandum actu Sacerdotem, quatenus dictus Clericus reperiretur inhabilis, cuius mandati vigore præsentatus postea fuit dictus Sacerdos, & successiue institutus, atque
42 etiam de eo in dicta sententia habetur expressa ratio, † & proinde cum appareat de certo titulo excludente d. simplicem Clericum, ad præsumptum non esse recurrendum tradit regula text. *in l. ille, aut ille ff. de legat.* 3.

Posita igitur pro constanti, ex tot insimul concurrentibus probatione qualitatis huiusmodi Sacerdotalis in actu præsentationis exigitæ, duo præcipua obiecta pariter excitata remouentur; Alterum circa ætatem, alterum circa præsentationem; Circa ætatem dicebatur, quod cum Ruffinus per quatuor menses de tempore præsentationis tetigisset vigesimum quartum annum, & sic intra alium annum
43 potuerit promoueri ad Sacerdotium, debuerit institui, † etiamsi Beneficium esset Sacerdotales, & allegabatur Gratian. *discept.* 133. *n.* 2. *& Rota in præcitata Vrbeuetana iurispatronatus* 10. *Decembris* 1670 *§. cæterum coram me.*

Verùm præmissa distinctione inter Beneficia aptitudine, & prosecutione Sacerdotalia, in quibus præsupposita ætate
44 † habilis satis est, quod superueniat ordo Sacerdotalis, & in his terminis intelligenda venit mox allegata *decisio Vrbeuetana iurispatronatus*, & loquitur expresse Gratian. *d. discept.* 133. *num.* 6. & Beneficia actu Sacerdotalia, prout actu
45 Sacerdotale est istud, de quo agitur, † in hoc casu non sufficit, quod d. qualitas Beneficij superueniat, sed debet omninò inesse præsentato de tempore præciso præsentationis, aliter præsentatio esset nulla, Prob. *ad Monach. in cap. ei cui num.* 3. *de præben. in* 6. Lambertin. *de iurepatr. par.* 1. *lib.* 2. *qu.* 7. *art.* 29. *n.* 2. *vers. cum ergo versus finem, & eadem par.* 7. *art.* 30. *num.* 23. *vers. limita modo ad med.* Gonzal. *ad regul.* 8. *gloss.* 3. *n.* 100. *& seq.* latè Garz. *de benefic. d. part.* 7. *cap.* 1. *num.* 58. *& pluribus seqq. & num.* 67. Lotter. *de re benef. lib.* 2. *quæst.* 47. *à num.* 15. *vsq. ad.* 30. Barbos. *de offic. & potest. Episc. allegat.* 72. *num.* 104. Viuian. *de iurepatron. lib.* 6. *cap.* 6. *nu.* 20. Monet. *de commut. vltim. volunt. lib.* 10. *num.* 143. *cum seqq.* Rota *d. decis.* 216. *numer.* 3. *part.* 2. *& decis.* 188. *numer.* 4. *&* 5. *part.* 11. & egregiè distinguit *coram Bich. decis.* 313. *num.* 5. *&* 6. *& decis.* 553. *nu.* 12.

Quinimmò si versaremur in primo distinctionis membro adhuc valdè dubitarunt DD. de inhabilitate Ruffini, quia licèt sit vera conclusio, quod in Beneficijs aptitudine Sacer-
46 dotalibus, † in ijs scilicet, quæ vel de iure communi, vel ex lege fundatoris requirunt, vt ea obtinentes omninò in Presbyteros ordinentur, vt tradit Garz. *de benefic. d. par.* 7. *cap.* 2. *num.* 40. *&* 41. in his nihilominus, vbi adest ordo de
47 tempore † præsentationis, saltem ratione ordinis annexi concurrere debet ætas Sacerdotalis viginti quinque scilicet annorum inchoata, iuxta præscriptum *cap. cum in cunctis §. inferiora de elect. & clem. vlt. de ætat. & qualit.* itaut intra an-
48 num, quantò citiùs poterit, † præsentatus promoueri debeat ad Presbyteratum, & cum ad hanc ætatem de tempore præsentationis nondum peruenisset d. Ruffinus, eius inhabilitas etiam ex isto capite videbatur manifesta, per tex. *express. in d. cap. ei cui de præbend. in* 6. quamuis in contrarium pro secundo membro præmissæ distinctionis malè allegat ibi, Prob. ad Monac. *num* 2. egregiè Franch. *num.* 13. Lotter *de benefic. par.* 2. *quæst* 47. *n.* 18. & in puncto de Cle-
49 rico, † qui per quatuor menses tetigerat vigesimum quartum annum dixit Rota *coram Pamphilio* relata per Garz. *de benefic. d. par.* 7. *cap.* 1. *num.* 80 Annus enim ille, intra quem
50 præsentatus suscipere debet Sacerdotium † non datur ad complendam ætatem, sed ad se quantò citiùs promouendum ad d. ordinem, Lotter *mox allegat. d. quæst.* 47. *n.* 20.

Circa præsentationem fortius insistebant DD. Scribentes pro Ruffino prætendentes, prima fuisse nullam, tamquam factam à Iosepho de Regijs Procuratore, non seruata forma mandati, præsentando scilicet ante tempus in eo præscriptum Ioannem Mutium actu Sacerdotem; Ad secundam verò factam in vltimis octo diebus, & sic in tempore habili, non potuisse deuenire, attenta reuocatione dicti mandati; sed omissa pro parte Mutij disputatione: An d. præsentatio esset verè nulla, & an subsecuta reuocatio fuerit reuocatio mandati, siue potiùs solius actus præsentationis intempestiuè factæ, placuit DD. stricta responsio ex facto deducta, quod scilicet cum nullibi constet de reuocatione Alexandri alterius ex quinque Compatronis, & cum nomine istius præsentatus fuerit Mutius actu Sacerdos, & habilis, totum ius, quod amiserunt cæteri alij Compatroni in præsentando Ruffinum inhabilem, seù potiùs ius,
† quo vti noluerunt, òmittendò post reuocationem ab ipsis factam præsentare alterum habilem, cum sit de sui natura indiuiduum, Cardin. *in Clem. plures num.* 3. *vers. quia vero*, per ius non decrescendi consolidatum remansit in solo 51
† Alexandro, cuius vnica præsentatio præualuit, Rocc. de Curt. *de iurepatr. verb. honorificum nu.* 43. Viuian. *eod. tit. lib.* 6. *cap.* 6. *in fin.* in puncto Rota *coram Burat. decis.* 680. *nu.* 1. *in recent. decis.* 122. *nu.* 1. *part.* 11. *& in Lucana beneficij* 4. *Iulij* 1670. *§ parum referente, vers. ad summum sublata cor. R. P. D. meo Vicecomite.* Nec Ruffino carente qualitate Sacerdota- 52
li à fundatore † requisita suffragari poterunt aliorum suffragia, etiamsi numero maiora, Rota *d. decis.* 188. *num.* 7. *par.* 11. *recent.* 53

Neque pro reuocatione attenta fuit quædam comparitio in termino edicti post primam præsentationem publicati, facta coram Vicario generali Cremonæ nomine dd. Compatronorum, atque etiam ipsius Alexandri, quia præterquam quod ex toto contextu illius comparitionis per extensum exhibitæ, & ex eius formalitate, videtur potiùs comparitio alterius Procuratoris in persona dd. Compatronorum concepta, quam istorum actus formalis; adhuc d. comparitio non importat reuocationem mandati, cum fuerit exposita Vicario ad præcisum effectum, vt declararet nullam d. primam præsentationem de Mutio factam, tamquam immaturam, & licèt in ea deducatur, quod ad d. declarationem nullitatis deuenerit deueniri, tanto etiam magis (sunt verba formalia) quia d. mandatum procuræ videtur reuocatum quoad personam d. R. D. Mutij, itaut huiusmodi reuocatio sic enunciata, debuerit etiam intelligi respectu Alexandri. Ex facto tamen omnis hæsitatio corruit, quia immediatè post dicta verba comparentes subdunt, *prout constat ex duobus instrumentis* &c. & ibi enunciarunt instrumenta reuocationum dd mulierum, de quibus in præmissa facti specie; Vndè tanto magis apparet, quod d. Alexander nullatenus ad aliquam mandati reuocationem deuenerit: Et dato etiam, quod ipse insteterit pro declaranda nullitate d. præsentationis, & supposito, quod verè esset nulla, adhuc in tempore habili vltimorum octo dierum, potuit per d. de Regijs Procuratorem reiterari: Eius enim facultas restricta non fuit ad vnicum, & nudum actum præsentationis, sed ad præsentandum Mutium sub conditione, quatenus per totum quadrimestre, exceptis vltimis octo diebus, Ruffinus non redderetur habilis, & ideo cum voluntas mandantis, quæ erat, vt præsentaretur idoneus, non fuerit expleta in primo actu præsentationis nulliter factæ, non purificata conditione habilitatis in Ruffino, benè potuit, immò debuit expleri per præsentationem validam dicti Mutij habilis, & idonei,
† & in his terminis intrat conclusio, quod per actum nul- 54
lum non consumitur facultas, vt in his terminis Procuratoris tradit Bald. *in l. inustus num.* 8. *vers. tu dic. C. de procurat.* Tiraquel. *in l. Boues §. hoc Sermone limit.* 6. *num.* 5. *&* 6. Gratian. *discept.* 58. *à nu.* 5. *vsque ad* 13. Rota *coram Cardin. Seraphin. decis.* 189. *n.* 10. *in rec. dec.* 210. *nu.* 37. *& seqq. par.* 9. *to.* 1.

Et ita Vtraque &c.

Deficiebat hæc decis. in decis. 173. *&* 335. *par.* 18. *tom.* 1. *& decis.* 464. 550. *&* 607. *par.* 18. *tom.* 2.

R. P. D. RONDININO.

Fanen. Fideicommissi.

Mercurij 4. *Maij* 1672.

ARGVMENTVM.

Donatario data est immissio ex remedio *l. finalis C. de edict. Diui Adrian. tollen.* quia illud non solum adaptatur hæredibus, sed etiam vocatis in contractu, in quo reiecta opinione Scholasticorum, fideicõmissa constitui posse deciditur; Rursus quod donatio inter viuos facta sit, non autem fuerit causa mortis, latissimè in hac eadem decisione firmatur, vbi etiam illius substantialia, alique plura requisita enucleantur, vt proinde in omnibus fauore eiusdem donatarij sit decisum.

S V M M A R I V M.

1 *Immissio scriptis hæredibus à Iustiniano decreta fuit in* l. fin. C. de edict. Diu. Adr. tollen.

2 *Fideicommissarius quæ probare teneatur vt immissionem obtineat, & num. seqq.*

4 *Remedium* l. fin. C. de edict. Diu. Adr. tollen. *non minus adaptatur hæredibus scriptis in testamento, quam vocatis in contractu.*

5 *Fideicommissa constitui posse in contractibus planum est in foro, quidquid voluerint Scholastici, & num. seq.*

6 *Scholasticorum opinio reprobatur, quoties contrarium seruatur in foro, & practicantium vsus obtinuit.*

7 *Donator non potest reuocare substitutionem factam in contractu donationis celebratæ inter viuos, & num. 11.*

9 *Donatio inter viuos irreuocabilis, & immutabilis est.*

10 *Donatarij primi acceptatio suffragatur omnibus alijs in eadem donatione vocatis, & num. 12.*

11 *Substitutiones factæ in contractu donationis inter viuos, in præiudicium substitutorum reuocari, & immutari non possunt, & sup. num. 7.*

12 *Acceptatio primi donatarij censetur facta non solum nomine proprio, sed etiam nomine omnium, & num. 10.*

13 *Donatio præsumitur inter viuos, quousque contrarium probetur.*

14 *Contractus, & essentia actus declaratur, & dignoscitur ex antecedentibus, & sequentibus.*

15 *Donatio dicitur inter viuos, si in ea interuenit causæ cognitio, & iudicis decretum.*

16 *Donatio causa mortis non requirit causam, nec iudicis decretum exposcit.*

17 *Donationi causa mortis repugnant traditio possessionis, & dominium in donatarium translatum ac vocatio illius hæredum, etiam eodem donante donatori præmoriente.*

18 *Donatio causa mortis reuocari potest ad libitum donatoris.*

19 *Donata bona, præmoriente donatario, reuertuntur ad donantem in donatione causa mortis.*

20 *Donatio causa mortis quatenus ex pactis appositis in executiuis, possit in donationem inter viuos transfundi, & numer. seqq.*

21 *Pactum non contraueniendi non immutat naturam donationis causa mortis, nec facit illam ad donationem inter viuos transire.*

22 *Promissio obseruandi, & non contraueniendi, intelligitur secundum naturam contractus, cui adijcitur.*

23 *Contractui reuocabili quis contrauenire non dicitur, etiam si non contrauenire promiserit.*

24 *Insinuatio non nisi in donationibus inter viuos non autem causa mortis dicitur necessaria.*

25 *Donatio causa mortis requirit numerum quinque testium.*

26 *Donator si effectum donationis distulit post mortem, sibi magis, quam donatario dicitur prospexisse, & hæredem potius, quam donatarium habere voluisse.*

27 *Donatio non dicitur causa mortis ex solo numero quinque testium, sed aliæ etiam coniecturæ requiruntur.*

28 *in Donationibus inter viuos ad cautelam adhibentur etiam quinque testes, vt saltem ex causa mortis illæ sustineantur.*

29 *ex Abbundanti, & ad Cautelam quæ sunt adhibita, nocere non debent.*

30 *Mortis sola mentio non facit donationem ex causa mortis, nisi etiam ad hunc finem donatum sit.*

31 *Donatio inter viuos plerumque fieri potest, & fit ex cogitatu mortis.*

32 *Mortis mentio licet in dubio faciat præsumere donationem causa mortis, ab hac tamen præsumptione ex coniecturis receditur.*

33 *Donatio adhuc dicitur inter viuos, licet aliquid, vel vsumfructum donator sibi reseruauerit.*

34 *Causæ expressio in narratione donationis causa mortis non requiritur.*

35 *Donatio causa mortis, & alia qualibet vltima voluntas ad nutum etiam sine vlla causa mutari possunt.*

36 *Donatio inter viuos ex sola pœnitentia donatoris reuocari non permittitur.*

37 *Donationem si qualem facere voluit donator expressit, ita alteram expressisset si facere voluisset.*

38 *Donatio omnium bonorum quatenus reputetur inualida, & reuocabilis, num. seqq.*

39 *Testandi facultas non dicitur sublata in donatione omnium bonorum, si donator vsumfructum, vel quid aliud sibi reseruauit.*

40 *Substituti sola existentia, quamuis ille esset religiosus, & successioni renunciasset sufficit, vt fideicommissum conditionale purificatum non sit.*

41 *Fideicommissarius in casum alienationis, & in casum mortis, licet ob defectum conditionis non possit auocare bona alienata in extraneam.*

Ea tamen vindicare potest tanquam nulliter alienata, & distracta ibidem.

D E C I S I O   CCCLV.

IMmissionem scriptis † hæredibus à Iustiniano decreta 1
in l. fin. C. de edict. Diu. Adr. tollen. Aloysio Rinalduccio
vtpote proximiori consanguineo in bona à q. Constantia
Daniellia ad secundas nuptias transeunte, Laurentio altero
ex filijs primi matrimonij donata, eiusque linea deficiente,
ad suos proximiores consanguineos deferenda hodie
DD. concesserunt, cum omnia huiusce actionis extrema
concurrant, † fideicommissum nempè fauore proximio- 2
rum in dicto instrumento donationis expressum, Summario
vtriusque *num. 1.* eiusque casus purificatus fauore Rinalduccij
proximioris, veluti filij Iulij Rinalduccij, quem in
d. donatione cæteris consanguineis, proximiorem Constantia
facta est, Summario eiusdem Rinalduccij *num. 2. &*
3. ac denique bonorum identitas, † eodem Summario *num.* 3
7. cum seqq. Quibus probatis, consequens est, vt in dicta
bona vocatus immittatur, ex remedio *d. l. fin.* quod non minus
aptatur scriptis hæredibus in testamento, † quàm vo- 4
catis in contractu, potissimum donationis † in quo absolu- 5
tum est fideicommissa constitui posse, iuxta Textus expressos
in *l. vt heredibus 51. ff. de leg. 2. in l. Mulier 22. § fin. ff. ad
Trebell. in l. quoties 3. C. de donat. quæ sub mod.* & magis expressè
in l. vnic. § fin autem C. de caduc. tollen. vt reprobata Scho-
lasticorum opinione, † forensis vsus obtinuit, ex adductis 6
per Peregrin. *de fideic. art. 1. nu. 16.* Gratian. *discept. 347.* Fusar.
de substit. quæst. 14. & quæst. 308. num. 78. Manz. *cons. 91.*
& est constans omnium Tribunaliũ sententia apud Boer. *decis.
355. nu. 1. & 3.* Osasch. *decis. 85. num. 6.* Surd. *dec. 144.* pariter
num. 6. Magon. *dec. Florentin. 71. item num. 6.* Rot. *in rec.
par. 6. dec. 584. n. 27. & par. 11. decis. 283. n. 1. coram Card. Cels.
dec. 36. nu. 1. & 143. nu 6.* ac latè de veriori, & communiori
coram *Dunozett. iun. decis. 915. d num. 2. ac in Romana fideicommissi
de Boncompagnis 22. Martij 1662. §. 1. coram Illustrissimo
Beuilaqua Vrbis Gubernatore.*

Hinc sequitur, quod non potuerit donatrix anno 1637.
† substitutionem proximiorum reuocare, cum in donatio- 7
ne inter viuos, † adeoque irreuocabili, ad literam text. 9
*in l. perfecta 4. C. de donat. quæ sub mod. & in §. alia autem instit.
de donat.* acceptatio à Laurentio primo donatario facta,
Summario Rinalduccij *num. 4.* † omnibus condonatarijs pro- 10
fuisse dicatur, itaut in eorum præiudicium substitutiones
† amplius immutari non potuerint, ad text. *in l. quoties 3.* 11
vbi glos. & Scribentes C. de donat. quæ sub mod. quasi ipse censeatur
omnium † nomine acceptasse, Molin. *de primog. lib.* 12
4. cap. 2. sub. num. 75. Cyriac *contr. 312. n. 89. & seqq.* Merlin.
contr. 59. nu. 18. vol. 1. Rot. *diuers. par. 1. dec. 683. nu. 8. in rec.
par. 9. decis. 40. n. 20. coram Seraph. 472. n. 11. & coram Dunoz.
Iun. 915. num. 9.*

Hanc autem fuisse donationem inter viuos † ostendunt 13
& natura ipsa actus gesti, hanc præsumptionem præferentis,
quousque contraria probatione elidatur, Text. *in l. Seia
§. fin. ibique gloss. & DD. ff. de donat. caus. mort. & in l. fin.
C. eodem. tit. Clar. in § donatio q. 4. sub n. 2.* Franc. à Pont. *cons.
83. n. 4. vol. 1.* cum alijs per Cyriac. *contr. 314. n. 7. & seqq.* &
antecedentia, concomitantia ac subsequentia actum, † ex 14
quibus illius essentiam dignosci arguit Iulian. *in l. si seruus 53.
§. fin. ff. de legat. primo.*

Non solum enim in d. donationis contractu † præcessit 15
causæ cognitio per Fanensem Prætorem, qui deinde decretum
interposuit, prout in contractibus † fieri consueuit, 16
ac in donationibus causa mortis non requiritur, vt plenè
consuluit Bald. *cons. 169. vol. 4.* & probant Menoch. *cons. 261.
num. 32.* Tiraquel. *ad leg. conub. glos. 5. num. 66.* quo argumenti
genere vtuntur *Scribentes in l. vbi ita 27. ff. de donat. caus.
mort.* Rot. *cor. Merlin. dec. 664. n. 18. quæ est in rec. decis. 9. par.
7. & coram Reu. Romæ decis. 122. num. 13.*

Ve-

Verùm etiam donatio concepta fuit per verba liberam
dominij translationem importantia, ibi: *Cede, concede libe-
ramente, pleno iure*, & alibi: *della qual possessione li dà
pieno possesso, e libero Dominio*; ac insuper vocati fuerunt
filij, & hæredes: etiam præmoriente primo donatario an-
27 te ipsum donatricem; † quæ omnia repugnant donationi
28 causa mortis, † in qua bona donata ad libitum donan-
29 tis reuocari possunt, hac præmoriente donatario † ad do-
nantem reuertuntur, ad notata per gloss. *& DD. in Cle-
ment. fin. verb. liberè, de ætat. & qualit. & in Clement. du-
dum verb. liberè de sepult.* Alex. *cons. 14. sub num. 2. & 4. vol.
1.* Corn. *cons. 289. sub nu. 11. vol. 4.* Mantic. *de coniect. lib. 1.
tit. 13. n. 13.* Grat. *discept. 96 n. 4. & 13.* Cyriac. *contr. 314. n.
12.* Rota *coram Merlin. decis. 664. num. 7. 23. & 35. et seq. co-
ram Duran. decis. 84. num. 14. coram Bicb. decis. 553. numer. 5.*

Ideoque cum non agatur de immutanda donatione, quæ
ab initio, & in toto sui contextu appareret causa mortis,
sed alijs iunctis pro solo adminiculo dumtaxat accipiatur,
alienum Domini putarunt assumere quæstionem: An pa-
ctum hoc in executiuia appositum iuxta deducta *in Eugu-
20 bina donationis 23. Ianuarij præteriti §. Posito coram me*, †
posset illam donationem inter viuos transfundere, & an pro-
missio obseruantiæ quotiescunque non est concepta per ver-
21 ba non reuocandi, sed solum non contrauenjendi, † valeat
priorem naturam donationis causa mortis immutare, illam-
que transfundere in donationem inter viuos, in qua quæ-
stione affirmatiuæ sententiæ adhærent Castrens. *cons. 75. n. 3.
par. 2.* Alex. *d. cons. 14. sub num. 3. vol. 1. & cons. 78. num. 4. vol.
4.* Aretin. *cons. 74. num. 3. vers. prima ratio*, Soccin. sen. *cons.
53. num. 4. vol. 1.* Ias. *in l. non omnis ff. si cert. pet.* cum alijs per
Bellon. iun. *consil 8 num. 6. & 7.* Gabr. *consil. 9 num. 7. de su-
stinr.* Rolan. à Valle *cons. 8. num. 26. & 27. vol. 1. & consil. 61.
n. 42. vol. 2.* Mantic. *de coniect. lib. 1. tit. 13. num. 5.* Boer. *dec.
353.* Magon. *decis. Florent. 64. num. 8. & 9.* Contrariam au-
22 tem opinionem quamplures ea ratione tuentur, † quod pro-
missio non contrauenjendi intelligatur iuxta naturam con-
23 tractus, qui cum reuocabilis est, ac ideò reuocetur, † non
ex hoc quia contrauenire dicatur, Bald. *in l. cum quis ff. de
condit. ob caus.* Angel. *cons. 254. ad fin.* Corn. *cons. 126. sub nu.
2. vol. 1.* Natt. *cons. 104. num. 6. & 7.* Gabr. *cons. 69. num. 21.
vol. 2.* alijque apud Mantic. *d. tit. 13. num. 7.* Gratian. *discept.
96. num. 5.* Ambros. *decis. Perus. 41. num. 28. par. 2.* cum qui-
bus transit. Rot. *coram Burat. decis. 581. num. 6.*

Ac demum subsecuta fuit insinuatio, d. Summario Rinal-
24 duccij *n. 5.* † quæ nonnisi donationibus inter viuos congruit,
l. fin vbi Bart. Salicet. & Ang. *C. de donat. caus. mort.* Man-
tic. qui alios cumulat *d. tit. 13. n. 16.* Gratian. *discept. 586.
num. 8.* Rot. *coram. Reuerendiss. Royas decis. 314. num. 8.*

Quibus apertissimi probationibus aduersari visæ non
sunt contrariæ præsumptiones deductæ vel ex adhibito quin-
25 que Testium numero † dispositionibus causa mortis con-
uenienti, ad *l. fin. C. de donat. causa mort.* vel ex dilatione
26 donationis plurium bonorum post mortem donatricis, †
quasi tunc videatur illa sibi magis prospexisse, quam dona-
tario, & hæredem potiùs, quàm donatarium habere voluis-
se, inquit text. *in l. Sen. 35. §. donat. ff. de donat. caus. mort.*

Quo enim ad quinque Testium præsentiam aduertebant
27 Domini, † solere quidem DD. coniecturam hanc iunctis
alijs, ponderare, vt censeatur causa mortis donatum, ad ter-
minos, text. *in l. non Codicillum 14. C. de testam.* sed alijs de-
stitutam, quinimò ab illis sublatam, non concludere per
28 necesse, cum quotidie videamus † etiam in donationibus
inter viuos quinque Testes ad cauthelam adhiberi, vt si non
valet vt donatio inter viuos, valeat saltem vt donatio causa
29 mortis, ideoque quæ † abundanti cura adhibentur, non no-
cere, iuxta regulam ductam à *l. qui mutuam 56. ff. mandat.*
quam in his terminis deducunt Natt. *cons. 104. num. 13.* Ro-
land. *d. cons. 61. nu. 59. vol. 2.* Mantic. *d. tit. 13. nu. 18.* Gratian.
d. discept. 586. numer. 13. & nullus Surd. *cons. 450. numer. 40.*

Quo verò ad secundam dicebatur solam mortis men-
30 tionem non reddere donationem causa mortis, † nisi etiam
doceatur ad hunc finem donatum fuisse, cum nemo prohi-
31 beatur † cogitatu mortis, ac in extremis vitæ periculis inter
viuos donare, vt sunt casus expressi *in d. l. vbi ita 27. & in l. Se-
natus 35. §. mortis causa, ibique glossa verb. donator. & in l.
Seia 42. §. pater in fin. vbi glos. & Doctores ff. de donat. caus.
mort.* Ideò præsumptionem, quæ ex mortis mentione opera-
32 tur, vt causa mortis in dubio donatum censeatur, † tolli ex
supradictis contrarijs coniecturis, quæ potissimum in præ-
senti casu inter viuos donatum fuisse demonstrant, cum (cir-
cũscriptis aliquibus bonis, quorum dominium ac possessio-
nem donatrix in filium transtulit) quoad reliqua voluerit
quidem actionem filijs acquiri, sed illius exercitium, ac ef-
fectum distulerit in tempus suæ mortis, quasi sibi cauere co-
gitauerit, † ne quousque viueret, quoad ratam bonorum 33
reseruatorum molestaretur à donatario, vel eius hæredibus,
sed liberè eorum vsufructu frueretur, prout in fortioribus
terminis donationis valituræ post mortem donantis consul-
uere Alex. *d. cons. 14. num. 3. vol. 1. & d. cons. 78. num. 2. & 3.
vol. 4.* Angel. *cons. 179. num 6.* Natt. *d. cons. 104. num. 2. 11. &
seq.* Rolan. *d. cons. 8. sub num. 16. & cons. 61. nu. 13. 27. & 50.*
Mantica *d. tit. 13. nu. 12.* Cyriac. *d. controu. 314. nu. 11.* Franc.
à Pont. *d. cons. 83. nu. 7. & seqq.* Gratian. *d. discept. 586. nu. 9.
& 10.* Rota *coram Merlin. dec. 664. n. 24. & seq. coram Duran.
dec. 84. n. 23. & seq. coram Reuerendiss. Royas d. dec. 414. n. 6.
coram Bicb dec. 403. num. 5. & seq & num. 13.* cum alijs in *dicta
Eugubina donationis 23. Ianuarij præteriti §. posita autem, co-
ram me.*

Ideoque meritò donatrix ipsa huiusce irreuocabilis naturæ
donationem agnouit, dum in reuocatione substitutionis pro-
ximorum relata in Summario de Alattolinis *num. 2.* causam
expressit, qua substituit ibi: *Il tutto hauer fatto mossa da
sdegno, che haueua con il Sig. Lorenzo*: Qua ita sublata,
ideoque causa cessante, substitutionem reuocauit; † quæ 34
profectò causæ expressio in mutatione donationis causa
mortis non requirebatur, vltimarum voluntatum exemplo,
quæ ad † nutum donantis reuocaretur, ad terminos tex. *in* 35
l. mortis 30. ff. de donat. caus. mort. secùs autem in donatis in-
ter viuos, † in quibus ex sola pœnitentia reuocatio non ad- 36
mittitur, ad literam text. *in l. 3. C. de reuocan. donat.* qua ar-
gumenti specie vtitur *Iuris Consultus in l. si quando 112. ff.
de legat. 1.* adhibuitque solemnitates statutarias, & Iudicis
decretum, quæ ex supradictis, contractum ostendunt, Inde-
que donauit mortis causa eadem bona Laurentio, & Papi-
rio eius filio, Summario responsionis Rinalduccij *n. vnic.* &
consequenter ostendit, † cum voluit mortis causa donare, 37
claris verbis id exprimendo, ad regulam text. *in l. si idem 7.
C. de codicil.* quam latè exornant Menoch. *cons. 554. sub num.
8.* Rota *coram fa. mem. Gregorio XV. decis. 372. num. 7. & in
recent. par. 10. decis. 59. num. 9. & decis. 72. num. 12. & coram
bon. mem. Bichio decis. 492. num. 24*

Ex his autem non intrabat illatio facta per Scribentes pro
Alattolinis, quod si hæc admitterentur, ita remaneret do-
natio omnium bonorum, quæ idcircò eum auferret libe-
ram testandi facultatem, quam in mortalitatis solatium
liberam esse iura sanxerunt, † inualida remaneat; ac
reuocabilis, non attentis iuramento, ac quibuscumque 38
clausulis, & promissionibus, ad celebrem text. *in l. pa-
ctum quod dotali 15. C. de pact.* quia cum ipsa viuente, cir-
cumscriptis, vt mox dictum est, aliquibus corporibus
quoad cætera vsumfructum sibi donatrix reseruauerit,
ac ideò in eo, quod alimenta necessaria excedit, non
prohiberetur sibi hæredem instituere, † non dicitur pro- 39
indè sublata potestas testandi, sed donatio sic concepta me-
ritò substinetur, vt probant communiter *Scribentes in l.
fin. C. de pactis* cum alijs per Clar. *§. donatio quæst. 19. num. 8.*
Abb. *cons. 102. num. 3. vers. quin vt plurimum quæst. 2.* Surd.
in his præcisis terminis *cons. 550. num. 54.* & de communi Vi-
uius *comm. opin. 207. nu. 4.* & occurrendo huic illationi egre-
giè explicat Castren. *d. cons. 75. sub nu. 3 par. 2.* cum quo tran-
sit Rota *in recent. par. 3. decis. 342. nu. 2 & par. 5. decis. 10. nu.
5. coram Duran. decis. 348. n. 7. & 10. & coram Dunozet. iun.
decis. 602. num. 17. & decis. 968. num. 14.*

Posita autem hac vocatione Rinalduccij, vtpotè pro-
ximioris, visum est DD. Alattolinos penitùs extraneos, in
quos fideicommissa in hæc bona alienata reperiuntur, non
posse illum à debita immissione arcere, sub prætextu,
quod casus eius substitutionis conceptæ in casum deficientiæ
Lineæ Laurentij primi donatarij nondum venerit, ob super-
uenientiam Claræ d. Laurentij filiæ Monialis professæ, † 40
quæ licèt ob amplissimam renunciationem relatam in Sum-
mario Rinalduccij *nu. 6.* insuccessibilis reddita esset, quo-
usque tamen viuit, substituti admissionem impedire vi-
detur, ac operari, ne dicatur defecta linea parentis, ad
cuius negatiuæ conditionis euentum arcendum, sufficit nu-
dum factum existentiæ alicuius, qui sit de linea, quamuis
ad succedendum inhabilis reputetur ad text. *in l. qui hæredi
44. & in l. Mæuius 55. ff. de condit. & demonstr.* Molin. *de
primog. lib. 1. cap. 13. num. 79.* Seff. *decis. 14. num. 17. & seqq.*
cum alijs, quos secuta est Rota *in alia Romana fideicommissi
de Soricij coram Carillo decis. 266. nu. 20. & per tot. & in Ro-
mana fideicommissi 13. Aprilis 1668. cor. R. P. D. meo Calatain.*

Cum enim donatione duplex constitutum fuerit fidei-
commissum, in casum nempè deficientiæ lineæ, & in ca-
sum alienationis bonorum, Summario vtriusque Partis
num.1. quamuis etiam ex primo fideicommisso Rinalduccij
41 proximior substitutus admitti non posset, † ob non purifi-
catam conditionem deficientiæ lineæ Laurentij, eadem ta-
men conditione pendente, potest ex secundo fideicommisso
bona hec in Alattolinos extraneos distracta reuocare, etiam-
si ipse alienans viueret, ad celebrem text. *in l. cum pater 79. §. libertis, & in l. peto 71. §. fratre ff. de legat.* 2. & ad declarationem text. *in l. fin. §. sed quia nostra maiestas, & §. sin autem C. commun. de legat. & in l. seruo legat.* 1. originaliter distinxit Iacob. de Bell. cuius dicta reassumpsere Castren. Ripa, alijque, quos congerit Gabr. *cons.* 118. *vol.* 1. Molin. *de primog. lib.* 1. *cap.* 16. *num.* 33. Castren. *cons.* 77. *num.* 2. *par.* 1. Petra *de fideicom. quæst.* 8. *sub num.* 516. & optimè distinguendo fideicommissum in casu alienationis, & in casu mortis, Peregrin. *de fideicom. artic.* 14. *num.* 8. Rota *diuers. par.* 1. *decis.* 379. *num.* 2. *coram Caual. decis.* 204. *num.* 1. *coram Reuerendiss. Royas decis.* 290 *num.* 7. *coram Dunozet. iun. decis.* 996. *num.* 18. *in recent. par.* 1. *decis.* 73. *num.* 1. *ac par.* 10. *decis.* 323. *num.* 19. *in Perusina fideicommissi* 5. *Martij* 1668. *& in Fanen. fideicommissi* 25. *Iunij præteriti coram Rev. P. D. meo Bourlemont*, ac in his præcisis terminis *in Romana fideicommissi de Cartalis* 20. *Nouembris* 1646. *coram Verospio impress. post* Merlin. *in addit. ad* Castil. *de alim. decis.* 33. *sub num.* 24. *& seqq.*

Et ita vtraque Parte informante, resolutum fuit.

REVERENDISS. D. ALBERGATO

Sacræ Rotæ Decano.

Anconitana Fideicommissi.

Veneris 3. Iunij 1672.

A R G V M E N T V M.

De fideicommisso resultante ex prohibitione alienationis tractatur, illudque perpetuum, & successiuum esse deciditur, quia prohibitio facta erat in oratione separata, & distincta, superaddita etiam ratione conseruationis bonorum in familia, propter quod illud ad solum casum alienationis non poterat dici restrictum, cum aliàs locum non haberet Testatoris voluntas, suæ prospiciendæ agnationi: Rursus quia de identitate bonorum quærebatur, ex quibus ideò illa fuerit in præsenti deducta, in eadem decisione resoluitur.

S V M M A R I V M.

1 *Immissio fideicommissario conceditur constito de requisitis* l. final. C. de edict. Diu. Adr. toll.
2 *Prohibitio alienationis expressa in oratione separata, & distincta per modum principalis dispositionis, cum ratione conseruationis agnationis.*
Inducit perpetuum, & absolutum fideicommissum ibidem.
3 *Prælegata regulariter non veniunt in restitutionem fideicommissi.*
4 *Prælegata ex voluntate testatoris veniunt in restitutionem fideicommissi.*
5 *Voluntas testatoris subijciendi fideicommisso, etiam prælegata, resultat ex prohibitione alienationis eorundem prælegatorum.*
6 *Prohibitio alienationis, si etiam prælegata comprehendit, siue præcedat, siue sequatur, semper facit ea venire in restitutionem fideicommissi.*
7 *Fideicommissum perpetuum, & successiuum resultat ex prohibitione alienationis, seu magis illius ratione conseruandi bona in familia.*
8 *Fideicommissum resultans ex prohibitione alienationis facta pro conseruatione agnationis, habet etiam locum in casum mortis.*
9 *Bona non conseruarentur in familia, si prohibitio alienationis non induceret fideicommissum, etiam in casum mortis.*
10 *Prohibitio alienationis eo magis inducit fideicommissum in casum mortis, si respicit fauorem eorundem substitutorum, & grauatorum in fideicommisso vniuersali.*
11 *Identitas bonorum fideicommissi probatur ex descriptione in testamento facta tam contra grauatum, quam contra habentes causam ab eo.*
12 *Assertio, & enunciatiua fideicommissarij probat identitatem contra asserentem ipsum, & alios ab eo causam habentes.*
13 *Dos non detrahitur, nec restituitur ex bonis fideicommissi, si detrahi, & restitui potest ex bonis liberis.*
14 *Priuilegium* Auth. res quæ C. com. de legat. *habet solum locum in subsidium, si non extant alia bona libera, præterquam fideicommisso subiecta.*

D E C I S I O CCCLVI.

Contra Vincentium hæredem Iosephi Fanelli petebant
Carolus, & alij immissionem vigore fideicommisso-
rum Galeatij, & Ioannis, ac etiam pensiones domus fi-
deicommissariæ, sed prætermissis his duabus petitionibus,
Rota pro nunc inclinauit dumtaxat pro immissione in bonis
Galeatij, & moti sunt Domini ex lectura testamenti, in
quo ipse, facto prælegato maioris partis bonorum ad fauo-
rem Bartholomæi, & Antonij Iacobi filiorum, prohibuit
alienationem, & deinde illos cum reciproco, & perpetuo
fideicommisso fauore masculorum instituit, & respectiuè
substituit. Vnde cùm hodie Carolus, & alij Actores sint
soli superstites ex linea Antonij Iacobi, purificatum est
fideicommissum ad eorum fauorem, † cuius vigore danda 1
est immissio, cum constet de omnibus requisitis *in l. fin. C. de Edict. Diu. Adr. toll.*

Nam Testator vltra fideicommissum inter hæredes ordi-
natum antequam ad illud deueniret, immediatè post præ-
legata addit amplissimam prohibitionem alienationis,
ibi – Item dictus Testator infrascriptis suis hæredibus insti-
tutis, & substitutis, descendentibus, & successoribus, &
cuilibet eorum in perpetuum prohibuit alienationem, ven-
ditionem, donationem bonorum quorumcumque suæ hæ-
reditatis, neque cum Papali dispensatione &c. Et hanc pro-
hibitionem ideò fecit, quoniam voluit, quod omnia, &
singula stabilia permaneant, & in perpetuum stent in do-
mo, & familia Fanella &c. † Quæ prohibitio cùm sit per 2
orationem distinctam, & separatam per modum principa-
lis dispositionis, vestita optima ratione pro conseruatione
bonorum in familia, inducit perpetuum, & absolutum fi-
deicommissum, Bart. *in l. Pater filium §. fundum num. vlt. ff. de leg.* 3. Curt. Iun. *cons.* 145. *num.* 6. Menoch. *cons.* 148 *nu.* 43. Rot. *decis.* 433. *nu.* 2. *par.* 4. *diuers. & dec.* 188. *n.* 9. *& dec.* 496. *num.* 4. *par.* 13. *rec. & in Fauentina fideicommissi* 8. *Iunij* 1665. *§. nec vrget, coram bon. me. Leone Verospio.*

Non obstat, quod Galeatius bona, de quibus agitur, re-
liquerit iure prælegati, † quod regulariter non venit in re- 3
stitutione fideicommissi, iuxtà theoricam Bartoli *in l. si quis seruum §. fin. ff. de leg.* 1. pluries à Rota canonizatam, & si-
gnantèr *in Fesulana bonorum* 30. *Aprilis* 1668. *§. Non enim coram Reuerendissimo Beuilaqua*, vbi concordantes referun-
tur. † Quia non procedit, quando constat, Testatorem 4
voluisse supponere fideicommisso etiam prælegata, vt tra-
dunt communitèr Doctores *in l. cum virum C. de fideicom. & in l. 3. §. Quidam liberis, ff. ad S. C. Trebell.* Rota *dec.* 168. *n.* 8. *coram Buratto.*

Hanc verò voluntatem in præsenti colligebant Domini
tam ex supra relatis verbis vniuersalibus, & amplissimis,
† quibus concepta est prohibitio alienationis, quæ non so- 5
lùm cætera bona, sed etiam ipsa prælegata apta sunt com-
prehendere, † siue præcedant, siue subsequantur fideicom- 6
missum, vt post plures notat Rota *d. decis.* 168. *nu.* 9. *coram Buratt. & decis.* 122. *num.* 12. *&* 408. *numer.* 7. *part.* 12. *recent.*
Quàm ex ipsa prohibitione, seù potiùs ex ratione prohibi-
tionis tendente ad conseruationem agnationis, † per quam 7
in vniuersa hæreditate resultat perpetuum fideicommissum,
Bartol. *in l. qui Romæ §. Cohæredes n.* 3. *ff. de verb. oblig.* Surd. *cons.* 67. *à num.* 2. Rot. *decis.* 21. *à num.* 1. *& seq. par.* 2. *diuers. & dec.* 143. *num.* 1. *vers. ex prædicta par.* 1. *recent.* cum alijs pleno calamo relatis *in Firmana fideicommissi de Fulchis* 28. *Nouembris* 1670. *§. Quamuis enim, coram R. P. D. meo Vicecomite.*

Ex huiusmodi fideicommissum inde oriens † vindicat 8
sibi locum etiam in casu mortis, cum aliàs si in casu aliena-
tionis dumtaxat purificaretur, † non posset adimpleri vo- 9
luntas

luntas Testatoris conseruandi perpetuò bona in eius familia, Rota *in Perusina fideicommissi de Bigbazzinis* 14. *Nouembris* 1603. *coram Litta apud* Giouagnon. *conf.* 75. *num.* 72. *lib.* 1. *coram Caual. decis.* 481. *num.* 6. cum alijs per Altograd. *conf.* 92. *num.* 14. *& 19. lib.* 1. Maximè quando talis prohibitio,
10 prout hic, † respicit fauorem earundem personarum, quæ
in fideicommisso vniuersali substitutæ fuerunt, & grauatæ restituere, Ripa *in l. hæredes mei, §. cum ita num.* 39. *& seqq. ff. ad S. C. Trebell.* Menoch. *præsumpt.* 194 *nu.* 18 *lib.* 4. Honded. *conf.* 71. *nu.* 34. *lib.* 1. Fusar *de substit q* 617. *num.* 1. Rota *dec.* 337. *num.* 5. *coram san. mem. Gregor. XV. & in dicta Firmana fideicommissi de Fulchis § Præcipuè.*

Constito igitur de fideicommisso, legitimatio personarum non fuit controuersa, sicuti nec identitas bonorum potuit impugnari, cùm respectu domus in Parochia S. Nicolai, & alterius in Parochia S Ægidij, ac bonorum in Contrada Bolignani, & Contrada Pannochiara constat fuisse
11 de tempore obitus possessa à Galeatio, † tum ex descriptione in eius testamento, quæ probat identitatem contra grauatum, eiusque successores, Rota *dec.* 559. *nu.* 2. *coram Bich. & in Meleuitana fideicommissi* 20. *Februarij* 1669. *§. fin. coram Reuerendissimo Beuilaqua.* Tum ex possessione capta tamquam de fideicommissarijs à Iosepho Auctore Vincentiæ, qui simili enunciatiua pariter apprehendit possessio-
12 nem aliorum bonorum in Contrada Castri: † quæ assertio
sicut probat contra ipsum Iosephum bona esse fideicommissaria, ita probat contra Vincentiam possedtricem, quæ causam ab eo habet, Peregr *de fideicom. art.* 44. *num* 20. *&* 22. Rot. *decis.* 235. *num.* 10. *coram bon. mem. Card. Celso, & decis.* 89. *numer.* 3. *part.* 8. *decis.* 31. *num.* 21. *part* 11. *decis.* 195. *numer.* 9. *part.* 12. *recentior. & coram Bichio decis.* 393. *num.* 7.

Nec ad retardandam immissionem profuit allegata retentio occasione dotis Vrsulæ matris, & detractionum. Quoniam trebellianica fuit expressè prohibita, & legitima
13 consumpta apparet ex pluribus alienationibus: † Dos verò detrahi non debet ex bonis fideicommissarijs, quia Vincentia possidet bona libera hæreditaria Patris, qui pro restitutione dotis tenebatur. Vnde non est locus dispositioni Text. *in Auth. res quæ C. commun. de legat.* qui solum intrat
14 in subsidium, quando non extant alia bona, præterquam
fideicommissaria, Rota *decis.* 877. *nu.* 1. *coram Dunozetto, & decis.* 108. *num.* 8. *coram bon. mem. Card. Celso, & in Bononien. Prædij* 1. *Iunij* 1665. *coram R. P. D. meo Bourlemont.*

Et ita, vtraque Parte informante, resolutum fuit,

R. P. D. T A I A.

posteà S. R. E. Cardinali.

Foroliuien. Manutentionis.

Lunæ 13. *Iunij* 1672.

A R G V M E N T V M.

Occasione manutentionis concedendæ potiùs hæredi donantis, quàm donatarijs, non de validitate donationis, sed de clausula *constituti* in ea apposita principaliter in hac decis. deciditur, eaque illis non suffragari affirmatur, quia erant absentes, neq; donationem ratificarunt re integra, rursùs quia ob non seruata pacta donationis, non videbatur donator habuisse animum possessionem transferendi, & demùm cum plura etiam contra eandem donationem adducerentur, non erat interim retardanda manutentio hæredi donantis, cui assistebat etiam Statutum de continuanda possessione defuncti in illius hæredem.

S V M M A R I V M.

1 *Statutum Foroliuij mandat possessione defuncti continuari in illius hæredes, & plura super eadem possessione disponit.*
2 *Statutum Foroliuij super continuatione possessionis bonorum defuncti in hæredem quoad bona existentia intra Territorium illius, fuit etiam approbatum à S. Rota.*
3 *Manutentio hæredi conceditur ex sola dispositione statuti continuantis possessionem defuncti in hærede, etiam sine alia apprehensione.*
4 *Clausula* constituti *transfert possessionem donatoris constituentis in Donatarium.*
5 *Clausula* constituti *vt suum operetur effectum, requiritur, vt constitutarius sit præsens, vel reintegra postea ratificet, alias secus.*
6 *Clausula* constituti *tunc solum transfert possessionem, quando constitutarium viuens habet animum, & intentionem illam transferendi in constitutarium.*
7 *Clausa* constituti *nihil operatur, si constitutarius sciens possessionem apprehensam ab alio, neglexit, etiam per modicum tempus recuperare possessionem naturalem, quam habebat.*
8 *Facultas capiendi possessionem propria auctoritate, est eiusdem rationis, imo etiam leuioris clausulæ* constituti.
9 *Facultati capiendi possessionem propria auctoritate creditor vti non potest, si debitor ex iusta causa resistit, ne illam ingrediatur.*
10 *Debitor potest ex iusta causa denegare possessionem suo creditori concessam, & qualis illa sit.*
11 *Testamenti, vel donationis validitas pari ratione iudicantur, ad effectum concedendi, vel denegandi possessionem hæredi, vel donatario.*
12 *Manutentio hæredi ab intestato non denegatur, quotiescumque pertinentia ad testamentum requirunt altiorem indaginem.*

D E C I S I O CCCLVII.

Fabritius donauit Catherinæ sorori certa bona cum certis conditionibus, & prima reseruata facultate reuocandi, & adhuc mortuo donatore regressus donationis ad ipsum, & eius hæredes, & dandi Paulæ Tertiariæ annua scut. 50. & seruandi donaturem indemnem à certis molestijs in instrumento 26. Nouembris 1660. Religionem ingrediente donataria donator reuocauit donationem, & donauit Gineuræ, & Euphemiæ filiabus Philippæ sororis, cum ijsdem conditionibus, pactis, & obligationibus, adiecta obligatione ampliùs donatarijs -Che siano tenute mantenere, e difendere à loro spese tutte le liti &c. dandoli autorità di pigliare ex se, senza decreto, ò autorità di Giudice il possesso, & interim se constituit &c. in instrumento 18. Maij 1663. & adhuc possedit donator vsque ad obitum 19 Decembris 1669. cum, & 8. Februarij dicto anno 1669. locasset Colono la sua Possessione &c. prohibuisset transitum per fundum Iosepho Patri donatariarum, census exegisset, & extinxisset, soluisset annua scut. 50. illi Paulæ, & omnes lites egisset nomine suo, & suis impensis. Mortuo Fabritio, Laurentius, & Iosephus fratres Fabritij ab intestato hæredes continuarunt possessionem ex Statuto Fo-
roliuien. & ipsa statutaria rubrica, † vt possessio defuncti 1
continuetur in quemlibet legitimum hæredem, & ex facto suo, & soluendo eidem Paulæ, vt instrumento anni 1670. Vnde dubitatum est, An & cui sit dandum mandatum de manutenendo, & DD. dandum Laurentio, & Iosepho responderunt.

Quia clarum est Statutum, quod si aliquis decesserit relictis legitimis hæredibus, vel successoribus, etiam extraneis ex testamento, vel ab intestato, tales hæredes auctoritate Statuti intelligantur apprehendisse possessionem bonorum, quæ possidebantur à defuncto tempore mortis, & possessio bonorum eius intelligatur continuata ipso iure, & sine apprehensione corporali, & huiusmodi possessio pro vera, & reali, ac legitima habeatur, & si quis turbauerit, vel inquietauerit possessionem dd. bonorum sine citatione, & Iudicis auctoritate, & iuris solemnitate non seruata, condemnetur in pœnam turbantium alterius possessionem, & prædicta de continuatione possessionis locum habeant, etiamsi interim antequam adita esset hæreditas possessio bonorum fuisset quoquo modo apprehensa per tertium, quæ apprehensio in casu prædicto pro nulla habeatur, & allegari non possit, iuxtà dictum Statutum ad lite-
ram † quod bona quidem intra territorium *ad decis* 146. *n.* 2
15. *par* 10. *cum alleg.*

Satisfaciente adhuc actu corporali possessione ipsorum hære-

hæredum, maximè quoad bona extra territorium, *in Sammario eorum num. 11.*

Quod generaliùs, vt possessio defuncti continuetur in
quolibet legitimo successore ad ipsam rubricam sufficeret,
3 † quia illius vigore conceditur hæredi manutentio ex sola
additione abundè, Post. *de manut. obs. 55. num. 54. & decis.*
120. num. 5. par. 5.

Nec profuit donatarijs clausula *constituti* apud Post. *obs.*
4 20. *num. 4.* † cum alijs ex clausula *authoritatis capiendæ possessionis.*

Quia dicta clausula *constituti* collata est in donatarios ab-
5 sentes, stipulante Notario †, & operatur, quando præsens
est ille, cuius nomine est factum constitutum, vel quando
posteà re integra ratificauit, alias secus Post. *d. obs. 20. num.*
12. deinde quia tunc dicitur per constitutum translata posses-
6 sio, † quando quis habet animum transferendi, Post. *d. obs.*
20. *num. 20. num. 19. & 20.* ex Rota *coram Mantic. dec. 37. nu.*
1. & vbi post mortem constituentis ipsa bona sunt ab illius
7 hærede apprehensa, † & postmodum constituturius sciens,
neglexit etiam per modicum tempus apprehendere natura-
lem possessionem, quam prius habebat, dicitur amisisse,
Post. *d. obs. 20. num. 39. cum alijs.*

8 Clausula verò *authoritatis* videtur eiusdem rationis, † &
leuioris, vt videre est apud Bart. *ad l. 3. C. de pignor. in repet.*
num. 19. vers. sed si fuerit additum plus, Menoch. *de adipisc. poss. remed. 5. num. 69.* cum alijs apud Costam *de retro-*
tract. casu 9. à num. 26. cap. 8. & specialiter cum debitor, ex
9 iusta causa resistit creditori, † ne ex licentia ingrediatur,
neque adipiscatur possessionem, ea licentia vti non potest
ad doctrinam Bart. *ad dictam l. 3. in d. repet. d. num. 19. vers.*
item quod dixi, & cum alijs Menoch. *d. remed. 5. num. 78.*
10 & iusta quidem causa visa est DD. multiplex, † & maximè
ex defectu implementi, & ex effectu resolutionis à donato-
re sibi præseruata, quin etiam reseruata pro se, vt supra,
& præclarè iuxtà priorem donationem collatam in Cathe-
rinam, morendo detta Signora Caterina, vuole che subito
ipso iure & facto &c. tutti sopradetti beni donati ritornino
al sopradetto Signor Dottore, ò suoi heredi di qualsiuoglia
sorte, adeòque iuxtà posteriorem tutti i beni, raggioni, &
attioni contenute nel detto instromento con tutti li sudetti
patti espressi in esso, il cui tenore &c. ne donatariæ ingre-
di possint, non solùm non potuerint, si adhuc donatariæ
11 sunt, & à simili, vel à maiori, † sicut inter hæredes testa-
mentarium, & ab intestato, quando pertinentia ad testa-
mentum requirunt altiorem indaginem, cum hæc sint prius
12 discutienda, interim † non debet denegari manutentio ab
intestato, Rota *coram Seraphin. decis. 810. num. vlt. cum*
pluribus coram Buratt. decis. 186. num. 6. ita, & magis inter
ipsos hæredes, & donatarias hujusmodi donationis.

Et ita, vtraque Parte informante, resolutum fuit.

R. P. D. RONDININO.

Farfen. seù Sabinen. Bonorum.

Veneris 13. Iunij 1672.

ARGVMENTVM.

Magistralis est decisio, quæ sub diuersis articulis materiam renouationis emphyteusis pertractat, eamque luculenter distinguit, quando scilicet, & quæ competant actiones proximiori emphyteutæ pro illa obtinenda, non solùm contra dominum directum, sed etiam contra extraneum interim inuestitum; cumque in præsenti illa vigore Statuti peteretur, vlterius disceptatum est quatenùs Statuta loci subiectione, vel vnione alteri loco facta adhuc permaneant in suo robore, quodque ad Statuta Ciuitatis dominantis non recurratur, quoties adsint Statuta particularia eorundem locorum.

SVMMARIVM.

1 *Renouatio emphyteusis facta proximiori ad formam statuti, valida reputatur.*

2 *Statutum mandans renouari proximiore emphyteutæ vltimi defuncti, æquitati dicitur esse conforme.*

3 *Statutum Vrbis* lib. 1. cap. 124 *mandat fieri renouationem emphyteusis proximioribus defuncti.*

4 *Abbas Farfensis est perpetuus commendatarius Castri S. Petri in Sabinis.*

5 *Bona Castri alteri Castro, vel loco vnita non sumunt naturam bonorum loci, cui vnio facta est, nec ad instar ipsorum allodialia facta sunt.*

6 *Bona emphyteutica redacta ad instar allodialium per generalem institutionem transmittuntur in extraneos.*

7 *Statuta loci vniti, vel alteri loco subiecti, per subiectionem, & vnionem non tolluntur, sed adhuc remanent, nisi contrarium caueatur expressè.*

8 *Statuta Castri vniti, vel subiecti attenduntur in concursu statuti, vel consuetudinis loci dominantis, etiam super contractibus emphyteuticis.*

9 *ad Statuta, vel consuetudines loci dominantis non recurritur, nisi in subsidium, deficiente statuto particulari locorum subiectorum.*

10 *Statutum permittens alienationem emphyteusis in extraneum intelligitur locatione durante.*

11 *Facultas alienandi emphyteutæ concessa interpretatur durante emphyteusi in præiudicium vocatorum, secus autem ea finita in præiudicium domini directi, & num. seq.*

13 *Proximior pro renouatione emphyteusis contra tertium interim inuestitum non agit remedio* l. final. *&c. vel alio rei persecutorio.*

Sed ordinariè tantum super prelatione inuestituræ, & quando ibidem, & num. seq. vsq. ad fin.

14 *Emphyteusis ad generationem vel tempus limitatum concessa, elapso tempore, vel finitis renouationibus, reuertitur ad dominum directum.*

15 *Dominus directus emphyteusim ad se reuersam potest pro se retinere.*

16 *Dominus directus si bona emphyteutica nolit pro se retinere, ex æquitate legis proximiores inuestire debet, & n. seq.*

pro Renouatione emphyteusis non competit agnato actio realis vel personalis mixta, quæ rem prosequatur, etiam apud tertios possessores, n. 16. & seqq. nu. 25 28. 29.

18 *Dominus directus de iure non tenetur ad renouandum, & vid. sup. n. 16.*

20 *Officium solum iudicis nobile datur, vt dominium directum cogat ad renouandum.*

21 *Officium iudicis cessat, vbi competit actio ordinaria, quia succedit solum in defectum actionis, quoties id æquitas postulat.*

22 *Dominus directus quod teneatur ad renouandum ex pacto, consuetudine, vel statuto parum sunt, quia hæc omnia parificantur ad inuicem, & num. seqq.*

24 *pro Renouatione emphyteusis datur actio personalis ad factum contra dominum, quoties ipse illa tenetur concedere.*

25 *Actio personalis, quæ contra debitorem competit, non dirigitur contra tertium possessorem, & seqq.*

26 *Emphyteusis inuestitura non solum abusiuè accipienda est, sed propriè, quæ in bonorum possessione consistit.*

27 *Emphyteusis extraneo concessa in præiudicium illius, cui renouatio debetur, reuocanda est, & eo amoto, proximior inuestiri debet, & n. seqq.*

28 *Dominus directus, amoto extraneo, proximiorem renouandum in possessionem inducere debet, vel actionem contra illum cedere tenetur, & nu. seqq.*

29 *Remedia in rem contra tertium possessorem quatenus competant.*

30 *Proximior agens pro renouatione emphyteusis contra dominum directum, vt iudicium etiam extraneo inuestito præiudicet, quid facere teneatur.*

31 *Sententia lata contra dominum directum pro renouatione emphyteusis, vt noceat etiam tertio inuestito, debet ille in iudicium vocari.*

32 *Emphyteusis concessio facta extraneo post petitam renouationem à proximiore, & ob illius denegatione appellatum, remanet nulla, & attentata.*

Amplia quia nullum ius eidem inuestito conceditur, ibid. & nu. seqq.

35 *Inuestitura concessa extraneo fieri solet cum clausula* saluo lure proximiorum, *vel eorum, quibus renouatio debetur.*

36 *Inuestitura concessa sine præiudicio proximiorum, illis non præiudicat, sed eis petentibus censetur concessa renouatio.*

37 *Emphyteusis renouatio non debetur, si illa fuerit amissa ob canonem non solutum, vel ob delictum.*

38 Clau-

38 *Clausula sine præiudicio proximiorum intelligitur quoad alios effectus, non autem quoad renouatione, quæ non debetur.*
39 *Renouatio emphyteusis indebita præseruari non potest.*
40 *Hypotheca resultat ex obligatione camerali, iuramento, ac etiam ex alijs, & n. seqq.*
41 *Obligatio generalis omnium bonorum continet hypothecam, & sup. n. 40.*
42 *Actio personalis competens contra dominum directum pro renouatione emphyteusis, stante illius obligatione, Constitutione, Statuto vel consuetudine.*
Transit in rem scriptam, & ex ea dicitur ius quæsitum in re ibidem, & n. seq.
43 *Proximior, cui renouatio emphyteusis debetur ex obligatione, constitutione, vel similibus, iustificando sibi debitam renouationem, quatenus agat.*
44 *Renouatio emphyteusis an aliud sit, quod ex pacto, vel ex statuto debeatur.*
45 *Renouatio emphyteusis perpetuæ etiam si certis solum temporibus sit promissa, adhuc perpetua esse debet.*
46 *Ius in re, quod mediante translatione domini fuit acquisitum semper durat, licet solum temporaliter sit expressum, & sup. nu. 45.*
47 *Inuestitura emphyteusis concessa extraneo, si est nulla, dominium transferre non potest.*
48 *Proximior pro renouatione emphyteusis rectè agit ad ipsam rem, quotiescumque inuestitura extraneo concessa nulla est.*
49 *pro Renouatione emphyteusis contra tertium inuestitum proceditur in omnibus casibus, in quibus durat inuestitura.*
50 *Immissio datur contra dominum directum pro renouatione emphyteusis, & quando vide à principio decisionis.*

DECISIO CCCXLVIII.

IMmissionem, quam in bona sita in Territorio Castri
Sancti Petri Claudiæ, vnà cum fratre à Sanctæ Viro
hæredi institutæ A. C. Bulgarinus denegauerat, Summar.
vtriusque Patris *num.* 4. hodie quoquo in gradu appellatio-
nis illi denegandam esse Domini dixerunt, quia deuolutis
bonis ad D. Ducem Matthæium dicti Castri Dominum
per obitum dicti Sanctis sine filijs, tàm ea lege Inuestituræ,
quàm ex Statuto dicti Castri *cap.* 41. Summario vtriusque
1 Patris *num.* 2. † Renouatio Alexandræ Clarellæ defuncto
proximiori iure merito facta fuit ex dispositione eiusdem
Statuti *cap.* 44. Summario eiusdem Alexandræ *num.* 1. &
2 3. † quod conforme est æquitati, quam ex litera Textus *in
l. 1. §. permittitur ff. de aqu. quotid. & æstiu. & in l. 1. ff. de
priuil. credit.* desumpserunt *ibid. gloss.* Baet. & *reliqui Scribentes*, quos sequuntur congesti per Rip. *de peste tit. de remed. præseru. contr. pest. num.* 260. Caldas *de iur. emphyt. lib.* 2.
q. 8. *à n.* 1. Gabr. *comm. concl.* 1. *de emphyt. nu.* 1. Marescott. *lib.*
1. *var. resol. cap.* 3. *nu.* 1. & *seqq.* & in Statuto Vrbis idipsum
3 mandante *lib* 1. *cap.* 124. Fenzon. *ibidem in adnot. n.* 4. & *seqq.*
Rota *coram Coccin. dec.* 1145. *coram Dunoz Iun. dec.* 498. & *coram Bich. dec.* 57. *n.* 1. & *seqq.* & in simili Farsen. *Bonorum in
recent. par.* 9. *dec.* 317. *n.* 8. & *par.* 13. *dec.* 306. *nu.* 4. & *dec.* 513. *n.*
2. cum alij latè deductis *in Foroliuien. emphyteusis* 30. *Ianuarij* 1665. & 23. *Martij* 1667. *coram R. P. D. meo Bourlemont.*

Nulla habita ratione, quod Castrum hoc subiectum diceretur Abbatiæ Farsen. vtpotè ex conuentione Petri Ruix
dicti Castri emptoris cum Alexandro Farnesio Card. anno
1584. inita annexum Abbatiæ S. Saluatoris, Summario
4 Claudiæ *num.* 5. † cuius perpetuus Commendatarius Farsen. Abbas existit, vt ex Constitutione fa. me. Sixti V. relata in eodem Summar. *num.* 5. cuius meminit Rot. *in Farsen. Bonorum* 19. *Februarij proximi præteriti §. similiter coram R. P. D. meo Priolo*, & ex solutionibus canonum, &
laudemij relatis in Summar. Alexandræ *num.* 10. Quia non
5 ideò sequebatur illatio, † quod iuxta naturam bonorum directo dominio dictæ Abbatiæ subiectorum bona dicti Castri
vniti redacta fuerint ad instar alodialium, iuxtà *decis. Pan.*
6 1221. *in princ.* † ac consequenter in vxorem extraneam hæredem, per generalem institutionem transmissibilia fuisse
ad terminos Text. *in l. item prædia* 10 *ff. fam. hercisc.* & *in
l. item videndum* 20. §. *fin.* ibique *gloss.* & *DD. ff. de petit. hæred.*
vt in his terminis dixit Rota *coram Buratt. dec.* 87 *num.* 10 &
seqq. & *in rec. dec.* 261. *num.* 8. & 9. *par.* 10. Cùm absolutum
in iure sit, ex similibus vnionibus, vel subiectionibus, quemadmodùm videmus in frequenti dominiorum mutatione,
† Statuta eadem manere, nisi contrarium expressè caueatur, iuxtà receptum Bart. distinctionem *in l. si conuenerit* 18. 7
§. si nuda n. 3. *ff. de pignor. act. in l.* 1. *nu.* 11. & 12. *C. de Metrop.
Beryto lib.* 11. & *in tract.* Tyberiad. *tit. de insul. verb. nullus*,
Ias. *in l. si eadem num.* 2. & 3. *ff. de offic.* Assess. Alex *in l.* 1. *nu.*
11. *ff. de leg.* 1. *in cons.* 151. *num.* 3. *vers.* & *dico vol.* 5. & *cons.*
114. *num.* 12. *vol.* 4. Soccin. Sen. *cons.* 79 *num.* 24. *vol.* 4. Honded.
cons. 13. *n.* 30. & 31. *vol.* 1. Gonzal *ad reg.* 8 Cancell *gl.* 5. §. 7.
n. 119. & *seqq.* Rot. *post expedit.* Paltell. *dec.* 50. *nu.* 23. *in Pampilonen. Decimarum de Tafalla* 23. *Martij* 1667. §. *Minimè obstante vnione coram Reuerendissimo D. meo Decano*, & *in Eugubina donationis* 23. *Ianuarij proximi præteriti in princ. coram me.*

Ideòque in concursu constitutionis, vel consuetudinis generalis loci dominantis, cum Statuto particulari Castri super
ijsdem contractibus emphyteuticis disponentis, † illud atten- 8
dendum est, ad Text. *in l.* 2. §. *nouissimè, ff. de reg. iur.* & *in §.
fin.* vbi gloss. & *alii, instit. de satisdat. in l. fin. C. de testam.* Bald.
in l. ius ciuile num. 8 *ff de inst.* & *iur. in cap. translato num.* 4. &
5. *de constit.* & *in celebri cons.* 201. *vol.* 1. Crot. *in l. omnes populi nu.* 22 *ff. de inst.* & *iur.* Rolan. *cons.* 5. *num.* 25. *vol.* 4. Gabr.
cons. 29. *nu.* 46. & 47. *vol.* 2. cum alijs per Grat. *discept.* 474. &
per Fenzon *ad Stat. Vrb. lib.* 1. *cap.* 42. *nu.* 2. Et nonnisi in
subsidium, deficiente Statuto particulari Castri † ad Statu- 9
ta, vel consuetudines loci dominantis recurritur, ad terminos Text. *in d. §. fin. instit. de satisdat.* prout declarant Rom.
cons. 61. *sub n.* 2. & 3. Soccin. Sen. *cons.* 7. *num.* 7 *vol.* 1. & *cons.*
128. *num.* 3. *vol.* 4. Neuizz. *cons.* 58. *sub num.* 6. & *seqq.* Cephal.
cons. 168. *num.* 7. Menoch. *cons.* 227. *in fin.* Rolan. *de lucr. dot.
q.* 85. *n.* 3. Mandos. *in addit.* ad Roman. *cons.* 218. *l. H. Modern.
Argentan. collust.* 2. *num* 71. & *collust.* 34 *num.* 126. Rota *coram Gregor. XV. dec.* 269. *nu.* 2. Buratt. *dec* 538. *num.* 20. Coccin.
decis. 1451. *nu.* 6. & post Merlin *de legit. decis.* 197. *num.* 1. &
decis. 198. *nu.* 4.

Neque aliqua contrarietas insurgere visa est ex *cap.* 46.
eiusdem Statuti relati in Summario Claudiæ *num.* 6. † quo 10
permittitur alienatio in personam extraneam, dummodò
non prohibitam, etiam per vltimam voluntatem. Quia id
conceditur locatione durante, ibi- Durante la locatione in
persona del primo locatario, ò suoi descendenti-ac proinde decedente primo inuestito sine filijs, vel descendentibus
alienandi facultas intra præscriptos limites coarctata expirauit, † cum illa intelligatur durante emphyteusi in præiudi- 11
cium vocatorum, non autem emphyteusi finita in præiudicium Domini, iuxtà Text. *in l. fin. C. de iur. emphyt.* Declan.
cons. 171. *nu.* 3. *vers.* 4. Add. ad Buratt. *d. dec* 87. *nu.* 19. & declarando *decisiones* 87. *coram Buratt.* & *dec.* 1221. *coram Pen.* dixit Rota *coram Coccin. decis.* 1712. *à nu.* 8. *repetit. in rec. par.* 5.
dec. 86. iuxtà quam facultates alienandi † siue ex natura bo- 12
norum, siue ex consuetudine, siue ex conuentione permissas, Rota, durante locatione semper accepit *in rec. par.* 12.
dec. 115. *à nu.* 22. *ad fin.* & *dec.* 398. *n.* 7. *in Bononien. seu Ferrarien. emphyteusis* 1. *Aprilis* 1669. §. *Hanc autem in fine*, & 5.
Decembris 1670. §. *Quibus tamen coram Illustrissimo Ottalora*,
confirmata in alia instantia 26. *Nouembris* 1672. *coram R. P.
D. meo Emerix*, & *in dicta Farsen. bonorum* 19. *Februarij
proximi præteriti §. Ideò Domini, coram R. P. D. meo Priolo*

His omnibus addebant Domini, immissioni à Claudia in
hæc bona petitæ adhuc locum non esse, stante inuestitura
istorum bonorum à Domino directo ab Alexandra habita,
ac possessione subsecuta, Summario eiusdem *num.* 1. quo
casu cum agatur contra possessorem parem titulum habentem, certum est, adipiscendæ iudicio ex *l. fin. C. de edict. D.
Adr. toll.* vel alio rei persecutorio locum non esse, † sed or- 13
dinariè dumtaxat procedi posse super prælatione inuestituræ, vt declarant *Scribentes in d. l. fin.* vbi Bart. *num.* 21. Castrens. *num.* 11. Dec. *num.* 41. Zaccard. *num* 384. Bero. *cons.* 54.
num. 3. & 4. *vol.* 2. Rolan. *cons.* 78. *num.* 27. *vol.* 3. Persoun. *de
adipisc. possess. n.* 398. Menoch. *eod. tract. remed.* 4. *n.* 565. & *seq.*
Benintend. *decis.* 83. *n.* 4. & 5. & fuit antiqua Rotæ distinctio
coram Mohed. decis. 13. *vt lit. pend.* & *coram Put. dec.* 294. &
308. *lib.* 1. *correct.* in his præcisis terminis comprobata in simili *Farsen. bonorum coram Rojas dec.* 313. *nu.* 6. & *dec.* 321.
num. 4. & *in Senogallien. bonorum* 23. *Iunij* 1660. *coram bon.
me. Meltio*, & 21. *Februarii* 1661. *coram Illustrissimo Vrbis
Gubernatore*, ad cuius conclusionis germanam explicationem pro conciliandis DD. hinc inde pugnantium sententijs,
& pro explicatione decisionum, quæ pro varietate casuum
ad hoc Sac. Tribunali emanarunt, à suis principijs materiam
altiùs repetendo, plures casus distinguebantur.

Pri-

Primus casus est, quandò facta concessione ad generatio-
14 nem, vel ad tempus limitatum, † res emphyteutica elapso
tempore, vel finitis generationibus, reuertitur ad Dominum
directum, ex regula Text. in l. si vnus 28 §. 1. vbi Bald. ff. de
pact. & in l. Imperator 8 ff. de postul. Et hoc casu quotiescum-
15 que Dominus non vult pro se tenere, † iuxtà singularem li-
mitationem Abb. in cap. Bonæ 4 n. 28 de postul. Prælat. tene-
tur quidem proximiores inuestire ex æquitate legis in initio
16 decisionis deducta, † sed non ideo competit agnato actio ali-
qua realis, vel personalis, mixta, hoc est in rem scripta, quæ
rem ipsam prosequatur etiam apud tertium possessorem, ad
terminos Text. in l. 3. §. est autem personalis, ibique glos. &
Scribentes omnes ff. ad exhiben. cùm communis, & vera sit
17 conclusio non solùm in iure † non reperiri actionem in rem
18 scriptam fauore emphyteutæ pro renouatione, † quinimò
de iure potiùs Dominum non teneri ad renouandum, iuxtà
Text. in l. ne cui, & in l. lege C. locat. ac in l. dudum C. de con-
19 trah. empt. † sed id solùm inductum fuisse ex aliqua epi-
cheia, quam ex litera Text. in l. 1. §. permittitur ff. de aq. quo-
tid. & æstiu. & in l. 1 ff. de priuil. credit. desumpserunt ibidem
glosa, Bart. & Scribentes; pro qua competit solum offi-
20 cium Iudicis, nobile, vt cogat ad renouandum, † quod
cessat, vbicumque actio ordinaria competit, iuxtà Text.
21 express. in l. quædam 9 ff. de eden. † & solum in actionis defe-
ctum succedit, vbicumque æquitas suadet, ad Text. in l. qui
per collusionem 31. §. 1. ff. de act. empt. & in l. Quintus 7. ff. de
ann. legat. prout in his præcisis terminis obseruant Scriben-
tes, & præsertim Alex. in l. si mihi & Titio num. 19. ff. de verb.
oblig. Dec. cons. 78. num. 2. Cald. de renou. emphyt. lib. 1. qu. 9.
num. 21 & qu. 17. num. 8. vers. facit etiam, Valasc. de iur. em-
phyt. quæst. 24. num. 1. Molin. de iust. & iur. disp. 484. à num. 11.
Add. ad Gnmm. dec. 41. vers. tamen in puncto iuris, Ruger. cons.
21. sub num 31. & 32. iuncto num. 47. & seqq. lib 2. Fenzon. ad
Stat. Vrb lib. 1. cap. 124. num. 19. & 75. optimè Merend. lib. 24.
contr. 2. numer. 1. & seqq. benè Rota coram Coccin. dec. 2194.
num. 46. cum plurib. seqq. & dec. 2228. num. 4. & seqq.

Secundus casus est, cum Dominus directus ad renouan-
dum obligatur, siue id proueniat ex pacto, siue ex consue-
22 tudine, siue ex Statuto, † quæ omnia censentur se confor-
mare voluisse prædictæ æquitati à iure desumptæ, nisi vlte-
riùs progrediantur, iuxtà notabilem Text. in l. vnic. vbi Bart.
num. 1. vers possumus C. de condict. ex leg. Mozzius de feud. lib.
23 2. cap. 1. num. 8. & ad hunc effectum † patificamur à Fulgin.
de iur. emphyt. tit. de renouat. qu. 1. num. 34. & 35. Fenzon. ad
Stat. Vrb. lib. 1. d. cap. 124. nu. 19. & seqq. & n. 75. Gratian. discept.
913. num. 26. Conciol. alleg. 15. num. 2. Rota coram Roias decis.
24 321. num. 10. & hoc casu dabitur quidem actio personalis † ad
factum contra Dominum pro renouatione obtinenda, &
pro præcisa traditione inuestituræ, ad text. in l. naturalis 5. §.
& si quidem ff. de præscript. verb. non autem, contra extra-
25 neum possessorem bonorum interim inuestitum, † contra
quem, vel fundum ab eo possessum personalis, contra Domi-
num competens actio, dirigi nequit, resiliente dispositione
text in l. actionum 34. §. in personam, ff. de act. & oblig. & in l.
fin. §. Lucius Titius, ff. de contrah. empt. & ita procedit doctri-
na Angel. cons. 184 aliàs 181. ad fin vers. & illa verba, quem
hoc recento themate in renouatione debita, siue ex pacto, si-
ue ex statuto, siue ex cõsuetudine promiscuè sequuntur DD.
Barbat. in addit. ad Bald. in l. voluntas vers idem puto, C. de fi-
deic. lal. l. manumissi n. 9 C. de sist. & iur. Rimin. Sen. consil 46.
nu. 7. 16 & seqq. vol. 1. Rimin. cons. 167. n. 12. & 13. vol. 1. Gabr.
cons. 28 nu. 1. vol. 1. & cons. 68. nu. 10. & sub n. 13. vol. 2. Rosen-
tal. de feud. cap. 6. concl. 6 nu. 6 & seqq Cald. de renouat. qu. 9.
num 5. in fin. & q. 12. num. 12. & seqq. Fulgin. de emphyt. tit.
de contract. emphy qu. 33. num. 2. Mantic. de tacit. lib. 22. tit. 23.
num 1. 5 & per tot. Adden. ad Gregor. XV. decis. 348. Rimin.
Iun cons. 22. num. 16. Corbol. de caus. priuat. emphyt. tit. de pri-
uat. ob temp finit. nu. 10. Rota in rec. par. 1. decis. 215. nu. 2. & 4.
confirmata in par. 3. decis. 278. & coram Greg. XV. d. dec. 348.
n. 3. & 567. nu. 2 repetita in rec. decis. 369. par. 2. coram Coccin.
decis. 2194. nu. 79. & 82. coram Roias decis. 132. nu. 3. repetit. in
rec. par. 9. dec. 10. & decis. 151. n. 4. & 321. nu. 10. coram eodem,
in Cæsenaten. bonorum 29. Maij 1623. §. demum coram Pirouā-
no, in Cæsenaten. emphyteusis in rec. par. 11. decis. 111. nu. 8. de-
cis. 166. num. 10. & decis. 230. num 9. & 10. repetit. post Salgad.
in Labyr. credit. dec 38. ac in d. Senogallien. bonorum 23. Iunij
1660. §. in iudicio autem, coram bo. me. Meltio, & passim in alijs.

Et in hunc sensum obligationis Domini ad factum præ-
cisum tradendæ inuestituræ non solum absolutè, sed propriè,
26 † quæ in bonorum possessione consistit, procedit doctrina
Bald. in l. ne cui 32. C. de locat. qui ex ratione illius textus
voluit inuestituram alteri factam in præiudicium illius, cui
renouatio debetur, reuocandam, † & extraneo amoto pro- 27
ximiorem reinuestiendum esse, quem sequuntur Andr. Bar-
bat. in addit. ad Bald. in d. l. ne cui, Socc. Sen. cons. 99. num. 6. in
fin. & seq. vol. 1. Ruin. cons. 168. vol. 3 Rimin. Iun. cons. 44. nu.
49. cum seqq. cons. 94. nu. 29. et seqq. et consil. 138. nu. 16. et 257.
n 53. et cons. 751. per tot. Roland. cons. 6. nu. 14. vol. 1. Rota part.
2. diuers. decis. 242 nu. 7. et in rec. par. 5 decis. 176. nu. 32. et par.
10 decis. 143. nu. 5. & in alijs, quemadmodum explicant, col-
latis in vnum auctoritatibus, Paris. cons. 28. nu. 7. vol. 1. Cald.
de iur. emphyt. lib 1. tit. de renou. qu. 5. nu 9. et qu. 12. sub nu. 13.
et 14. Valasc. eodem tract. qu. 14. nu. 11 & ita loquitur solum-
modo decis. Durnn. 431. & explicat Rota in rec. par. 11. d. de-
cis. 230. n. 13. et in Eugubina emphyteusis coram Card. Celso de-
cis. 192. et coram R. P. D. meo Priolo, & ostendit dec. 162. par.
13. rec. in princ. & aliæ, quæ in contrarium adduci possent.

Hinc postquam Dominus nouam inuestituram concesse-
rit ei, cui non debebatur, sicque Iudex, quem ob denegatam
inuestituram proximior adijt, Dominum ad renouandum
condemnauerit, licèt dubium non sit in iure, † Dominum 28
teneri, amoto extraneo inuestito, nouum emphyteutam in
possessionem inducere, vel actionem contra illum nouo em-
phyteutæ † cedere, tumque demum remedia in rem contra 29
extraneum possessorem competere, iuxta doctrinam Bart.
in d. l. vnic. num. 7. et 8. C. de condict. ex leg. et in l. in commodato
§. 1. ff. commodat. quam sic communiter accipiunt Afflict. su-
per feud. in præfat. nu. 149. ibique pariter Isern. num. 45. Curt.
Iun. de feud. par. 1. qu. 10. Mozz. eod. tract. tit. quæ actio oriatur
à num. 2. Rosental. in simili tract. cap. 12. concl. 11. et 12. Sim. de
Pret. consil. 204. per tot. Cepoll. cons ciuil. 40. à num. 17. Corn.
cons. 237. nu. 1. ad fin. vol. 1. Oliban. de act. qu. 2. lib. 1. cap. 1. num.
38. et cap. 7. num. 57. et 60. in quo casu loquuntur Cald. de em-
phyt. lib. 1. de renouat. qu. 5 num. 6. et 7. Gabr. d. cons. 68. num. 10.
vol. 2. Rota in rec. par 11. d. decis 111 nu. 8. et 9. et in Rauenna-
ten. emphyt. 16. Aprilis 1668 §. nec intempestiuè coram R. P. D.
meo Taia Ad tollendam tamen litium protractionem in pra-
xi, apud magna præsertim Tribunalia receptum fuit in ius
vocare extraneum inuestitum, vel ei notificare litem contra
Dominum assumptam, † vt illi quoque sententia contra 30
Dominum lata noceat, ac contra ipsum citò executioni de-
mandari possit, iuxtà egregium cons. Card. Paris. 28. à nu. 13.
ad fin. et per tot. vol. 1. quem sequitur Tuttett. cons. 92. sub nu.
58. et 71. vol. 1. & fuit de mente Isernlæ in cap. si vassallus de
feud. tit. si de feud. defuncti milit. controu. fuer num 11. cum quo
transit à Pont. cons. 90. sub num. 5. et seqq. vol. 1. & in hoc casu
vocato † in iudicium extraneo possessore processum fuit in 31
dicta Rauennaten. emphyt. 16. Aprilis 1668. & in alijs sub-
seqq. in Farsenn. bonorum 4 Iulij 1663. coram Niaot, et 11. Fe-
bruarij 1664. coram Card Vicecomite, & in alijs coram R. P.
D. meo Taia in eadem causa emanatis, postquam priùs reso-
lutum fuerat, cui veluti proximiori à Domino deberetur
inuestitura, vt in præcedentibus eiusdem causæ decisioni-
bus, quarum aliquæ habentur impressæ in recent. decis. 306.
et 513. par. 13. et coram Niaot decis. 21. et 48.

Tertius casus est, cùm extraneo alicui inuestitura facta
fuit à Domino non solum post petitam inuestituram à pro-
ximiore, sed etiam post appellationem interpositam ab il-
lius denegatione, & tunc pendente lite, ac recursu ad supe-
riorem facta, † renouatio non solum ipso iure est nulla, & 32
attentata, ideoque nullum ius tribuit inuestito ex vtriusque
iuris dispositione, in l. 1. ff. nil nouari appell pend. & in cap. 1.
et toto tit. vt lis pend. Felin. cons. 32 sub num. 12. et 13. Afflict.
decis. 396 num. 9. et 10. Cost. de re integra dist. 68. nu. 4. Fulgin.
de iur. emphyt. qu. 17 num. 14. Cald. de renou. qu. 7. nu. 35. et qu.
20. sub num. Gabr. comm. concl. de iudic. concl 4. num. 24. Me-
noch. cons. 1161. nu. 8. & est decis. Rotæ in par. 2. diuers. decis.
187. quo casu inuestituræ factæ extraneo post petitam à pro-
ximiore inuestituram, † & interpositam appellationem lo- 33
quitur Rota in Ascalana emphyt. 27. Maij proximè præt. §.
porrò, coram R. P. D. meo Priolo; sed si inuestitura facta fue-
rit, quemadmodum † fieri consueuit cum clausula, saluo iu- 34
re proximiorum, vel eorum, quibus renouatio debetur, † 35
tunc directè agi poterit contra inuestitum pro recuperatione
bonorum, quæ sub hac lege ei concessa fuerunt, itaut proba-
to, quod debeatur renouatio, † ex ipso vigore d. clausulæ 36
præseruatiuæ in concessione extraneo facta appositæ, pro-
ximior habebitur pro renouato, quia licèt conditio illa non
suspendat acquisitionem, constito tamen de iure proximio-
ris, illam ipso iure resoluit, vt benè declarant Ruin. consil.
168. num. 24. versic. ex alio etiam, et seqq. vol. 1. Natt. consil.
309. num. 12. et 13. & declarata decis. 103. coram Gregor. XV.
dixit

dixit Rota *coram Royas decis.* 313. *num.* 9. *& dec.* 339. *num.* 14.
in rec. par. 11. *d. dec.* 166. *num.* 14. *& in d. Farfen. bonorum* 15.
Martij 1669. *coram R.P.D. meo Taia*: Quidquid esset in casu,
in quo deuolutio contigeret ob canonem non solutum, vel
37 ob delictum, † quia tunc cum debita non esset renouatio,
iuxta deducta per Ias. *in l. in emphyteuticarijs num.* 22. *C. de iur.*
emphyt. Clar. *in §. emphyteusis qu.* 34. *in princ.* Cald. *de renouat.*
lib. 1. *qu.* 8. *num.* 1. Rot. *coram Pen. decis.* 675. *coram Caual. dec.*
398. *& coram Duran. decis.* 351. *numer.* 3. *& in Forosempronien.*
emphyteusis 2. *Decemb.* 1669. *§. exclusa coram Illustriss. Ottalo-*
ra. Clausula illa præseruatiua quoad alios effectus intelligi
38 posset, † non autem quoad renouationem, † quæ veluti
39 indebita præseruari non potuit, prout declarata auctoritate
Corn. *cons.* 115. *num.* 2. *vers. non enim vol.* 1. explicant Fulgin.
de iur. emphyt. tit. de var. caducit. qu. 12. *num.* 32. Rot. *in d. Fo-*
rosempron. emphyteusis 28. *April.* 1671. *fin. coram Reu. P. D.*
meo Emerix.

Quartus casus est, cum Dominus directus se ad renouan-
dum adstrixit sub generali hypotheca bonorum, & cum iu-
40 ramento, ac obligatione Camerali, † quæ hypothecam
includit, iuxtà deducta per Zacch. post Galles. *de oblig. Ca-*
mer. qu. 5. *num.* 31. Gratian. *discept.* 391. *num.* 48. & dixit Rota
coram Dunoz. iun. dec. 376. *nu.* 3. *coram Bich. dec.* 311. *num.* 8. *&*
dec. 415. *num.* 4. *coram Peutinger. dec.* 178. *nu.* 17. *& decis.* 446.
n. 16. *& coram Eminentiss. Otthobono dec.* 156. *nu.* 3. *& dec.* 173.
41 *num* 8. vel sub obligatione omnium bonorum, † sub qua hy-
potheca pariter continetur, iuxtà *cons. Roma. Sen.* 99. *n.* 10.
& 12. *vol.* 2. Bursatt. *cons.* 39. *nu* 37. *&* Cephal. *cons.* 41. *n.* 19.
Rota coram Bich. dec. 315. *num.* 4. & tunc in his casibus, ac
in alijs, in quibus ex pacto, constitutione, statuto, vel con-
42 suetudine, † actio personalis simplex transit in rem ipsam,
iuxtà distinctiones, quas magistraliter facit Bart. *in d. l. vnic.*
C. de condict. ex leg. & benè in terminis statuti Castren. *cons.*
455. *num.* 2. *vers. notandum par.* 1. Ius in re quæsitum dicitur,
43 ad quam proindè, † iustificando debitam renouationem agi
potest, vt explicato Angel. *d. cons.* 184. declarant Socc. Sen.
cons. 99. *num.* 9. *vol.* 1. *& consil.* 90. *num.* 1. *&* 9. *vol.* 4. Roland.
cons. 6. *n.* 7. *vol.* 1. Cald. *de renou. qu.* 12. *num.* 16. & in hoc casu
dicebant Domini rectè immissionem concessam fuisse in
Callien. *bonorum coram bo. mem. Meltio in rec. par.* 11. *d. decis.*
430. *num.* 12. *in Forolimen. emphyteusis* 5. *Iunij* 1668. *§. præterea*
cor. R.P.D. meo Bourlemont, confirmata 1. *Iunij* 1671. *coram*
R.P.D. meo Taia, *& in d. Farfen. bonorum* 5. *Decemb.* 1670. *§.*
non obstat. cor. eod. R.P.D. Taia, quo casu procedit distinctio,
44 † quæ fit inter renouationem debitam ex pacto, vel ex sta-
tuto *in d. decis. Nimot.* 48. *nu.* 11. *& seqq.*

Quintus casus est, quando concessio non est temporalis,
sed perpetua, etiamsi adiecta sit promissio certis tempori-
45 bus † renouandi, quæ hoc casu fit solummodo ad facilio-
rem dominij probationem, & laudemij consecutionem,
iuxtà doctrinam Butrij *in cap.* 1. *n.* 3. *de precar. & cons. Alciat.*
46 43. *lib.* 1. & tunc cum duret semper ius, † quod in re median-
te translatione vtilis dominij quæsitum fuit iuxtà text. *in l.* 1.
§. quod autem ff. de superfic. si extraneus interim sit inuestitus,
47 inuestitura, vtpotè nulla, † dominium transferre non po-
tuit, iuxtà receptum Baldi *cons.* 135. *vol.* 2. Ideoque ad rem
48 ipsam agi poterit; † in qua ius quæsitum adhuc perseuerat,
vt declarato *d. cons. Angel.* 184. consuluerunt Aretin. & Bar-
bat. quos sequitur Alex. *cons.* 165. *in princ. & n.* 4. *vol.* 2. Bero.
cons. 116. *num.* 19. *vol.* 1. Rimin. Sen. *d. cons.* 16. *nu.* 8. *& cons.*
74. *n.* 20. *& seqq.* & conciliando vtramque sententiam distin-
xerunt Corbol. *de caus. priuat. emphyt. tit. de priuat. ob temp.*
finit. n. 47. Mart. *de claus. par.* 2. *claus.* 4. *nu.* 3. *& seqq.* Fulgin.
in d. qu. 1. *de renouat. sub num.* 14. *& qu.* 33. *de contract. emphyt.*
n. 4. *&* 8. Add *ad Gregor. d. decis.* 438. *in fine*, qui dicit ita in-
telligendas esse *decisiones in Foroliuien. bonorum* 14. *Decembris*
1618. *§. denique coram Remboldo, &* 15. *Martij* 1620. *coram Pi-*
rouano; prout illas nuper intellexit Rota in *d. Foroliuien. em-*
phyteusis 5. *Iunij* 1668. *coram R.P.D. meo Bourlemont*, vbi con-
49 cordantes; Et in his casibus, † vel similibus, in quibus
durat inuestitura, rectè contra tertium proceditur, vt per
Valasc. *de emphyt. q.* 18. *nu.* 28 *vers. fitius*, Rosental. *de feud.*
cap. 6. *concl.* 12. *n.* 6. Rota *in rec. par.* 7. *dec.* 164. *sub n.* 15. *& seq.*
iuncto princ. & par. 13. *d. dec.* 567. *& in Rauennaten. emphy-*
50 *teusis* 15. *Martij* 1669. *coram Emin. Carpineo Prodatario*: †
quinimmo etiam contra ipsum Dominum directum datur
immissio, vt fauore Magnæ Ducissæ Etruriæ resoluit Ro-
ta *in decis.* 35. *&* 36. *post Pastellum expedition. ciuil.*

Et ita vtraque parte informante resolutum fuit.

R. P. D. EMERIX.

Romana Hæreditatis.

Lunæ 27. *Iunij* 1672.

ARGVMENTVM.

Peregrinus est articulus de legitima relicta alteri filio, vel nepoti, cum onere illam restituendi post mortem cæteris fratribus, qui ad saluandum testamentum à præteritione, affirmatiuè deciditur, cum tam respectu instituti, quàm substitutorum censeri debeat purè fuisse relictam, quocumque onere, & dilatione reiectis; Rursus etiam qualitèr sorores contineantur, appellatione fratrum, vel ex præsumpta mente Testatoris, vel ratione coniunctionis sanguinis, in eadem Decisione resoluitur.

SVMMARIVM.

1 *Testati causa facit cessare causam intestati.*
2 *Filij non dicuntur præteriti, si eorum alteri legitima relicta sit, in eaque etiam alij post illius mortem fuerint substituti.*
3 *Legitima censetur purè relicta, quocumque onere, & dilatione reiectis.*
4 *Legitima etiam solo titulo substitutionis relicta, adhuc suffragatur.*
5 *Clausula* omni meliori modo, *& clausula* codicillaris *operantur, quod legitima titulo, & iure institutionis dicatur relicta.*
6 *Fratrum appellatione etiam sorores continentur, & vid. num. seqq.*
8 *Sorores sine dubitatione veniunt sub nomine fratrum in numero plurali concepto, vel expresso.*
9 *Verba vulgari sermone prolata, & à muliere legum ignara, in sua propria significatione, & secundum communem vsum loquendi intelligenda sunt.*
10 *Nomen* fratelli *vulgariter expressum, in suo proprio sensu, non est aptum comprehendere sorores.*
11 *Verba testatoris, etiam imperiti, & mulieris, licet vulgariter prolata, si à notario in scriptis sunt redacta.*
Intelliguntur secundum sensum iuris, non autem in sensu vulgari, & secundum communem vsum loquendi ibidem, & num. seq.
12 *Verba testatoris nihil refert quod à Notario fuerint primario vulgariter conscripta, & postea in latinum redacta, ad effectum interpretationis illorum, & sup. n.* 11. *in fine.*
13 *Fratrum nomen ex sua propria significatione non comprehendit sorores, sed solum ex extensiua interpretatione iuris.*
14 *Sorores quod veniant appellatione fratrum procedit vel ex coniunctione sanguinis, vel ex præsumpta voluntate testatoris.*
15 *Legitima vni soli filio, vel nepoti relicta, cum onere restituendi post mortem alijs fratribus, statim debetur, & purè censetur omnibus fuisse relictam.*

DECISIO CCCLIX.

Domini steterunt in decisis sub die 11. Martij anni præteriti, quia crediderunt inconcussam permanere conclusionem in decisione firmatam, quod causa testati
† facit cessare causam intestati ex remedio interdicti quo- 1
rum bonorum, per text. *in l. quamdiu ff. de acquir. hæred. & in l. antequam C. communia de success.* cum alijs adductis in decisione.

Nec quidquam releuare repetitam exceptionem testamenti ex præteritione nepotum, & neptum Testatrici ex Lucretia filia prædefuncta, quia Ioannes Baptista vnus ex illis fuit expressè institutus in scutis 200. cum declaratione,
& conditione, † quod post illius mortem in dictis scutis 2
400. succedere debeant ipsius fratres, ita quod neque illi, neque ipse quidquam vlterius, cuiuscumque portionis prætendere possent, addita ratione, quod dicta scuta 200. relinquit in supplementum legitimæ, Trebellianicæ, seu
alterius portionis, & ex causa vt supra; † & proindè ad 3
substinendum testamentum, pro quo quæuis benigna semper

per est facienda interpretatio, *l. si pars ff. de inoff. testam.* Ce-
phal. *cons. 748. num. 4. & 9. lib. 5.* Faber *in C. lib. 3. tit. 20. definit.*
1. cum alijs adductis per Rota *coram Dunoz Iun. decis. 491.* le-
gitima censetur purè relicta omnibus, tam nepotibus, quàm
4 neptibus in eisdem scutis 200. † reiecto quocumque onere,
ac dilatione, *l. Scimus §. cum autem C. de inoffic. testam.* ibique
communiter Scribentes, Guidopap. *decis. 388. num. 3. & de-
cis. 577. num. 4.* & fratres Ioannis Baptistæ licèt post eius mor-
tem honorati perindè habentur, ac si ab initio fuissent simul
5 cum illo instituti, † tametsi legitima illis relicta fuerit ti-
tulo substitutionis, Michal. *de duob. fratrib. par. 1. quæst. 33.
nu. 46.* vbi de communi, cum aliis relatis in *decis. § quoniam,*
6 præsertim attenta clausula † *omni meliori modo*, adiecta re-
licto, & clausula *codicillari*, quæ indistinctè operantur, vt
legitima censeatur relicta iure institutionis, Merlin. *de legi-
tim lib. 5. tit. 2. quæst 16. num. 4.*

Sorores verò licèt expressè non nominatæ, ipsæ quo-
7 que veniunt † appellatione fratrum, vt præter allegatos
in decisione probat *text. in l. Lutius, & Titia*, ibique *gloss.
verb. fratres*, Castr. *cons. 119. num. 2. lib. 1.* Angel. *cons. 385. nu.
3 in fin.* Mat. Antonin. *var. resol. lib. 2. resol. 59. cas. 9. §. 1. vers.*
8 *& præsertim in fauorabilibus*; † maximè dum vocatio fra-
trum concepta fuit in numero plurali, quo casu sub illorum
9 nomine sorores † indubitanter contineri voluerunt Alciat.
in l. 1. vers. præter. quam de verbor. signific. Ias. *in l. tres fratres
num. 11. ff. de pactis*, Alex. *cons. 85. sub nu. 7. vers. & subdit lib.
4.* Antonin. *d. res. 59. cas. 9. vers. & verissima*, Michal. *d. tract.
par. 3. cap. 26 num. 6* Porcell. *de duobus fratrib qu. 3. principal.
num. 5. in tract. magn. tom. 6. par. 1.*

Non obstante, quod verba prolata fuerint in vulgari ser-
mone, & à muliere, ideoque intelligenda videantur secun-
10 dum communem vsum loquendi, † quo attento nomen *fra-
11 telli* † ex propria significatione non est aptum comprehen-
dere sorores, vt dixit Bald. *in l. lege sub num. 7. vers. & secun-
dum C. de legitimis hæredibus*, cum alijs in contrarium alle-
gatis, quia obiectum non procedit, quando verba Testato-
12 ris, etiam imperiti, vel mulieris, † in scriptis redacta sunt
à Notario, vt in casu nostro; tunc enim intelligenda sunt
secundum intellectum iuris, non autem in sensu vulgari, &
secundum communem vsum loquendi, idiotarum, siue la-
tino, siue vulgari, idiomate conscripta fuerint, vt benè di-
stinguendo declarat Bart. *in l. si quis filiabus sub num. 3. vers.
puto tamen; & numer. 4. ff. de testam. tutel.* quem sequuntur
Alex. *cons. 2. num 17. lib. 1. & cons. 37. num. 15. lib. 6.* Menoch.
cons. 266. num. 64. & 65. Peregr. *cons. 65. num. 33. lib. 1.* Decian.
cons. 9. nu. 54. lib. 4. Mantic. *de coniect. vlt. volunt lib. 3. tit. 5. nu.
8. bon. mem. Bichius dec. 488. num. 8.* Et quamuis isti sequaces
Bartoli loquantur in casu, in quo Notarius verba latinè con-
scripsit, nihilominus *Bartolus* non facit istam obseruatio-
13 nem, & vtrobique eadem est ratio; † quia nec etiam in la-
tino sermone nomen fratres ex propria significatione com-
14 prehendit sorores, † sed tantùm ex interpretatione extensi-
ua iuris fundata, vel in præsumpta mente Testatoris, vt no-
tat Cephal. *cons. 306. num. 6. lib. 3.* vel in ipsa sanguinis coniun-
ctione, vt sentit Michal. *de fratrib. d. cap. 16. num. 3. vers. hic
tamen*, iuncto *num. 7.* & generaliter Alciat. *in d. l. 1. vers. quod
vero de verb. signific.*

Vndè non vrget, quod sublato onere restituendi scuta
200. relicta intelligantur soli Ioanni Baptistæ, quia cum illa
15 non purè ipsi relicta fuerint, † sed cum onere restituendi
fratribus post mortem, quoad Ioannem Baptistam remo-
uetur ministerio legis onus restitutionis, & respectu fratrum
dilatio temporis, ita quod omnes eodem tempore, & vnico
contextu censeantur purè sine onere, & dilatione honorati,
vt respondit Rota *in præallegat. decis 696. nu. 3. par. 1. diuers.
& 388. num. 3. & 577. num. 4. coram Caualer.*

Et ita &c.

*Supra in alia præcedenti parte 17. adest altera præsentis cau-
sæ decisio, quæ ibi est 72. in ordine.*

REVERENDISS. D. ALBERGATO

Sacræ Rotæ Decano.

Romana Pecuniaria.

Lunæ 27. Iunij 1672.

ARGVMENTVM.

Plura congerit hæc decisio; alterum de assignatione creditori facta, quatenus illa satisfactionem importet, vel non; alterum de possessione eiusdem ad vnum potiùs, quàm ad alium titulum referenda; tertium de creditore, vel extraneo cessionem procurantibus, quomodo vna distinguatur ab alia, ad effectum vel solam summam solutam, vèl totum creditum recuperandi; & demum de valutatione crediti cessi, ac de eo, qui acquisiuit emchyteusim, vel feudum, quomodo nempè ille dicatur primus acquirens, ad hoc vt cæteris potuerit præiudicare vocatis.

SVMMARIVM.

1 *Instrumentum publicum facit probationem probatam, maximè si pluries fuerit in decisionibus comprobatam.*
2 *Debitor non potest suo creditori per satisfactione assignare bona quæ penes ipsum tempore assignationis non extabant.*
3 *Datio in solutum parit effectum solutionis, quando realiter, & cum effectu res traditur creditori.*
4 *Assignatio, seu in solutam datio facta in causam expressam, non potest cedere in aliam ab illa diuersam, & n. 8.*
5 *Possessio in dubio refertur ad titulum effectuatum, & magis fauorabilem possidenti.*
6 *Possidere vno, vel alio titulo consistit in animo.*
7 *Declarationi possidentis, quo titulo ille possideat, standum est.*
8 *Solutio cuiusuis generis sit refertur ad causam expressam, non autem ad aliam, de qua nulla mentio facta est, & sup n. 4.*
9 *Creditor qui suum creditum cum cautione de restituendo receptum, illud restituere coactas est, redit ad sua primæua iura.*
10 *Creditor potest cedere creditum, quamuis antecedenter extinctum, si postea ille ad sua primæua iura redire coactus est.*
11 *Cessionarias representat in omnibus personam cedentis, cuius iuribus vti potest ad quemcumque effectum.*
12 *Creditum pluries à Rota, vel iudice approbatum, in dubium reuocari non potest.*
13 *Cessio quatenus cessionario suffragetur pro sola summa soluta, aut etiam pro toto credito, vid. num. seqq.*
14 *Creditum cessum vbi est clarum, & limpidum non intrat dispositio* l. per diuersas, & l ab Anastasio C. mandati.
15 *Cessionem expiscare dicitur extraneus, qui inhiando alienis substantijs, illam animo, & intentionem vexandi procurat*
16 *Cessionem obtinens, ratione proprij interesse, ad effectum solum sua iura, vel bona tuendi, non subiacet legibus illam irritantibus.*
17 *Hæret creditor, & possessor, vt bonis vel suis iuribus se confoueant, non prohibentur obtinere cessiones, & recuperare totam summam quamuis in sola parte solutam.*
18 *creditum cessum pluribus obnoxium periculis, & incommodis, recuperatur in totum, & n. 20.*
19 *Solutio liberè facta plurimam æstimanda est, & in partem pretij computanda.*
20 *Creditum vinculatum minori pretio vendi solet & supra num. 18.*
21 *Pretium iustum ad constituendum nominis cessi, non habetur ratio solius quantitatis, sed qualitatum, & circumstantiarum, quæ illud diminuunt.*
22 *à Conuentione præcedenti dicitur recessum, si postea alio modo contractum sit.*
23 *Approbatio resultat ex scientia, & acquiescentia annorum 30. & vltra.*
24 *Creditor non potest cogi ad sibi satisfaciendum de suo credito super feudo, quod debitor à Principe, non autem à se ipso titulo recognoscit.*
25 *Acquirens primus titulo oneroso non dicitur, qui de proprio non soluit feudum, vel emphyteusim.*
26 *in Emphyteusi, vel feudo vt primus acquirens possit præiudicare vocatis, requiritur vt illorum pretium de proprijs pecunijs, & titulo oneroso persoluerit.*

DECISIO CCCLX.

CVm Excellentissimus D. Dux Sfortia duo mandata obtinuisset ab A. C. contra bona hæreditaria bon. mem.

mem. Ducum Alexandri, & Marij de Sfortijs Aui, & Pa-
tris respectiuè, alterum pro scutis 16666. pro residuo restitu-
tionis maternæ dotis, alterum verò pro scutis 21115. vti
cessionarius Euaristi, & fratrum de Scottis; ab vtroque ap-
pellarunt Curator deputatus hæreditatibus Ducum adhuc
iacentibus, & Eminentissimus D. Card. Sfortia concreditor
in iudicio citatus, sed adita Signatura Iustitiæ Causa mihi
commissa fuit cum clausula *sine præiudicio*, & disputato ho-
die dubio super bono iure, illud assistere D. Duci Ludouico
Rota respondit.

Nam creditum dotale resultat ex publico instrumento
stipulato de anno 1612. in quo ambo Duces Alexander So-
cer, & Marius Maritus bon. mem. Ducissæ Renatæ Sponsæ
obligantur in solidum in forma Cameræ Apostolicæ pro do-
1 tis restitutione, † quod instrumentum fauore D. Ducis illius
filij, & hæredis facit rem claram, & manifestam, & proba-
tionem probatam, & pluries fuit pro eodem canonizatum,
& signanter *in recent. decis.* 102. *& 117. par.* 8. *& in Romana*
dotis 13. *Iunij* 1663. *coram me*.

Nec subsistit, quod pro satisfactione huius crediti assigna-
tum fuerit D. Duci vsque de anno 1639. à Duce Mario Ca-
strum Vallis Tollæ; quia vltra quod assignatio facta fuit D.
Duce absente, & nemine pro eo legitimè acceptante, fuit
dumtaxat verbalis, ex quo Castrum non possidebatur à Du-
2 ce Mario, qui illius possessionem acquisiuit de anno 1645. †
& consequenter non poterat in extinctionem debiti assigna-
3 re id, quod penès se non habebat, nam datio in solutum †
parit effectum solutionis, quando realiter, & cum effectu
res traditur creditori, Cyriac *controu.* 327. *numer.* 20. *& seqq.*
Rota *dec.* 38. *num.* 2. *par.* 11. *& decis.* 235. *num.* 7. *par.* 12. *rec. &*
dec. 449. *nu.* 19. *&* 20. *coram Eich.* & in omnem euentum cùm
assignatio legatur expressè in causam alimentorum, vt nem-
pè D. Dux Ludouicus posset pro natalium nobilitate gra-
4 dum suæ dignitatis decenter sustinere, † non potest cedere
in aliam causam diuersam extinctionis crediti dotalis, *l.* 1.
ff. de solut. Rota *coram Caual. dec.* 163. *num.* 2. *& quot dec.* 199.
num 21 *penès Zacch. de oblig. cameral., et dec.* 343. *numer.* 10.
par. 11. *rec. et in Neapolitana pecuniaria* 3. *Decembris* 1668.
§. præterea, coram R. P. D. meo Bourlem.

Et quamuis D. Dux de anno 1655. persoluerit Abbati d.
Castri annuam responsionem, non indè concluditur, Du-
cem Marium Castrum possedisse anno 1639. sed potiùs ex
hoc potest inferri ad aliam assignationem de eadem iurisdi-
ctione, & Castro ab eodem Duce anno 1647. post recupera-
tam possessionem realiter peractam in fauorem Ducis Lu-
douici in permutationem Castri Azzarij, & palatij Sforzes-
5 chæ. † Possessio enim in dubio refertur ad titulum effe-
ctuatum, ac magis fauorabilem possidenti, Castr. *cons.* 351.
num. 4. *lib.* 1. Menoch *præsumpt.* 5. *num* 4. *lib.* 6. Rota *in Roma-*
na domus 25. *Iunij* 1668. *§. fin. coram Reuerendiss. Beuilaq.* &
6 cum possidere vno, vel alio modo † consistat in animo,
iuxtà Text. *in l. si quis §. differentia ff. de acquir. possess.* in du-
7 bio † status declarationis possidentis, quo titulo possideat,
Gregor. *dec.* 460. *num.* 12. *dec.* 264. *num.* 32. *par.* 6. *rec. et in Bo-*
nonien. emphyteusis 3. *Decemb.* 1668. *§. fin. coram me*.

Idemque creditum dotale non fuit redditum illiquidum
ex apocha confecta per Ducem Marium anno 1644. ex quo
loquatur de assignatione pro alimentis, & alijs prætensio-
nibus: quia antecedenter anno 1641. Dux Marius pro-
misit per instrumentum Duci Ludouicæ nedum pro ali-
mentis, sed pro remuneratione suorum laborum annua
scuta 700. consequen. ex redditibus Tenutæ Siluenæ, &
vlterius annua scuta 800. monetæ super bonis existent. in
Prouincia Lombardiæ tunc occupatis à Sfortia Duce Fia-
ni, & fit mentio etiam obligationis pro alijs pecunijs ad
fauorem D. Ducis Ludouici, vt in Summario eius respon-
8 sionis *numer.* 2. † & sic d. assignatio quartæ partis redituum
dd. bonorum contenta in d. apocha, ad has prætentiones est
referenda, ex supra allegatis, non autem respectu dotis, de
qua nulla fit mentio, & super qua extant *dd. decisiones* su-
pra relatæ.

Quo verò ad alterum creditum ex cessione reportata à
Fratribus de Scottis, pariter clarum est bonum ius D. Du-
cis, quia cum illi essent creditores Ducis Marij, & quidem
anteriores credito, cui Eminentiss. D. Cardinalis nititur,
tamquam cessionarius Comitissæ Theodoliæ, & ex scut.
23000. quæ assecuti fuerunt ex pretio Oppidi Vallis Mon-
tanæ, data cautione de restituendo prioribus, & potiori-
bus creditoribus Excellentissimæ Familiæ Sfortiæ, coacti
fuerunt restituere anterioribus scuta 21000. quo casu cum
9 ad eorum primæua iura † rediuerint, rectè illa † cedere
10

potuerunt D. Duci, qui illorum personam repræsentando,
† potest eisdem vti ad quemcumque effectum, præcipuè, 11
quia de subsistentia crediti cedentium dubitari non potest,
† cum semel, & iterum Rota illud approbauerit in *decis.* 12
206. *&* 382. *coram bon. mem. Card. Cels.*

Nec aduersatur *text. in l. per diuersas, & in l. ab Anastasio*
C. mandat. † in quibus statuitur, cessionario non suffragari 13
cessionem, nisi pro summa verè soluta. Quia quando, prout
hic, creditum cessum est † clarum, non intrat illarum dis- 14
positio, Gabr. *cons.* 67. *num.* 7. *lib.* 1. *Olea de cess. iur. tit.* 9. *quæst.*
10. *num.* 51. *&* 55. Rota *coram Eich. decis.* 10. *num* 4. *&* 5. *& in*
Bononien. quintæ partis fructuum 5. *Aprilis* 1660. *§. Quia*
pariter, coram R. P. D. meo Taia: sed vindicat sibi locum
dumtaxat in extraneis, † qui inhiando alienis substantijs 15
animo vexandi expiscantur cessiones; † non autem in il- 16
lis, qui ratione proprij interesse, animo se tuendi, cessio-
nem reportare procurant, vt fecit D. Dux obtinens cessio-
nem ad effectum melius se consouendi in bonis auitis, &
paternis ratione iurium sibi competentium pro alijs suis cre-
ditis, vt clarè exceptuatur in *d. l. per diuersas*, ibi: Exce-
ptis scilicet cessionibus, quas inter cohæredes pro actionibus
hæreditarijs fieri contingit, & quascumque vel creditor, † 17
vel is, qui res alienas possidet pro debito, seu rerum apud se
constitutarum nomine, aut tuitione recepit; Et susius
exemplificat *ibi glos.* & distinguendo tradunt Io. Franc. à
Pont. *cons.* 76. *num.* 13. *& cons.* 77. *numer.* 4. Menoch. *lib.* 3. *præ-*
sumpt. 129. *num.* 1. *&* 42. Barbos. *in d. l. per diuersas num.* 5. *in*
fine, Olea vbi supra num. 53. Staiban. Iun. *resol.* 182. *num.* 18.
Rota *decis.* 274. *num.* 4. *par.* 3. *recent. & dicta decis.* 10. *num.* 5.
& seqq. coram Eich.

Quod facilius procedere visum est, cum de iniustitia re-
dargui non possit pretium solutum pro habenda cessione, † 18
quia creditum cessum pluribus incommodis erat obnoxium,
& præcipuè eodem periculo auocationis, quatenus alij cre-
ditores anteriores, aut potiores comparuissent, & tamen
pecunia fuit liberè soluta, † quod est plurimi æstimandum, 19
& computandum in partem pretij, Noguerol. *alleg.* 37. *num.*
64. *Olea vbi supra num.* 17. & creditum adhuc remanebat vin-
culatum, † quod longè minori pretio vendi solet, vt firmat 20
Rota *in Romanæ cambiorum* 4. *Decembris* 1662. *&* 18. *Ia-*
nuarij 1664. *coram bon. mem. Verospio*: Vt enim constitua-
tur iustum pretium nominis cessi, non est habenda † ratio 21
dumtaxat debitæ quantitatis, sed eius qualitatum, & cir-
cumstantiarum, quæ illud minoris valoris constituere pos-
sunt, vt magistraliter dictum fuit in *Romana, seu Florentina*
cambiorum coram bon. mem. Card. Corrad. impress. in rec. decis.
43. *num.* 9. *& seqq. par.* 11. *& in Romana Domus, & pretij Of-*
ficij 21. *Martij* 1638. *coram R. P. D. meo Priolo*.

Minus obstat, quod vtrumque creditum satisfieri debuis-
set ex pretio retrahendo ex venditione status S. Floræ, non
autem ex alijs effectibus, iuxta conuentionem initam inter
ipsos Excellentissimos fratres de Sfortijs sub die 14. Iunij
1633. de extinguendo cum illo omne æs alienum domus
Sfortiæ. Quia Dux Marius, cui cæteri fratres dederant fa-
cultatem alienandi, distraxit dumtaxat altum dominium
dicti status ad fauorem Serenissimi Magni Ducis Etruriæ,
retinendo vtile dominium, illudque ab eodem in feudum
recognoscendo, quod sub die 9. Decembris eiusdem anni in-
teruenientes eidem instrumento venditionis, & infeudatio-
nis, fratres prædicti approbarunt, & signanter Eminentissi-
mus D. Cardinalis, qui fecit amplissimum mandatum in
personam D. Ducis Marij ad consentiendum d. venditioni,
& quod plus est, ex scut. 244000. à dicto Serenissimo Ma-
gno Duce solutis recepit scut. 50000. † Vnde recessum fuit 22
à priori conuentione inter ipsos habita, & approbata ven-
ditio dicto modo à Duce peracta, ad *text. in l. Iulianus, ff.*
ad S. C. Maced. Surd. *cons.* 28. *num.* 21. *et decis.* 208. *num.* 8. Rota
coram Caual. decis. 226. *num.* 4. *et decis* 342. *nu* 8. *coram Royas,*
et decis. 271. *numer.* 17. *par.* 10. *rec.* Cell. *decis.* 17. *numer.* 10. &
amplius extat alter consensus, & approbatio expressa D.
Cardinalis per publicum instrumentum anni 1634. vt in di-
cto Summario responsionis D. Ducis *numer.* 1. præter præ-
sumptam † approbationem ex scientia, & acquiescentia 23
per spatium 30. & vltra annorum, Rota *decis.* 30. *numer.* 13.
cum duobus seqq. par. 9. *rec. et decis.* 647. *sub num.* 23. *et* 24. *co-*
ram Dunoz. iun.

Denique non obstat, quod Dux Ludouicus retineat eun-
dem Statum S. Floræ; quia non possidet iure creditoris, sed
ius suum ex propria persona mutuatur ab inuestitura à Se-
renissimo Magno Duce concessa ex pacto, † & prouiden- 24
tia: Vndè nullo iure cogi potest ad se satisfaciendum de suis
creditis

creditis super feudo, quod recognoscit à liberalitate Serenissimi concedentis, non autem à Patre debitore, ex plenè deductis per Salgad. *in labyr. credit. par. 2. cap. 7. nu.* 39 Non subsistente, quod Dux Marius sit considerandus tanquam primus acquirens titulo oneroso, qui præiudicare potest vocatis ex eo, quod pro obtinenda inuestitura erogauit scuta 218000. Quia non indè acquisitio venit illi adscribenda, cum pecuniæ non essent de eius patrimonio, sed eas pro hac rata sibi retinuit Serenissimus Magnus Dux ex pretio Status, qui erat subiectus fideicommissis Maiorum, ad quæ vocabantur etiam descendentes; † propterea cum de proprio
25 non soluerit, nequit dici primus acquirens titulo oneroso,
26 † ad effectum, vt in feudo possit præiudicare vocatis, Marescott. *var. res. c. 74. n. 1. lib.* 1. Rouit. *cons. 42. sub nu. 8. 11. & 12.* allegans Isern. *in cap. Imperial. §. Præterea Ducatus num. 39. in addit. de probib. alienat. per Fæder.* Rota *decis. 571. nu. 29. coram Bich & in Bonon. Domus 14. Ianuarij 1661. §. Euitabant, & 17. Maij 1662. §. 1. coram R. P. D. meo Tala.*

Et ita decisum fuit vtraque Parte informante.

R. P. D. EMERIX.

Leodien. Nullitatis Professionis.

Veneris 1. Iulij 1672.

ARGVMENTVM.

Anno probationis durante propter infirmitatem Nouitia Monasterium egressa, per plures menses extra illud commorata est, sed postea reuersa, eo completo, professionem emisit, de cuius validitate cum dubitaretur in Rota, nulla declaratur professio, quia integer annus ad formam *Concilij Tridentini* non præcesserat, non attento, quod possit Nouitius ex causa infirmitatis, & cum superioris licentia egredi Monasterium, & permanere extra illud, quia hoc ad summum per paucos dies permittendum foret, non autem per menses, prout in hoc casu practicatum erat.

SVMMARIVM.

1 *Professio in Religione validè non emittitur, nisi prius annus probationis continuus fuerit elapsus & num. seqq. & per totam.*

2 *Annus probationis interruptus, non suffragatur pro valida professione emittenda.*

3 *Nouitiatus non interrumpitur, si nouitius à Religione egreditur ad tempus de licentia superiorum ad suam infirmitatem curandam.*

4 *Abbatissa non habet facultatem concedendi suæ Nouitiæ licentiam egrediendi Monasterium, ad se ipsam de infirmitate curandam.*

5 *Nouitius per paucos dies, absque interruptione nouitiatus non prohibetur egredi Monasterium ad sanandam suam infirmitatem.*

6 *Annus Nouitiatus in subsidium humanæ fragilitatis, tam fauore Nouitij, quam Monasterij constitutus est, & nu. seqq. vbi de ratione.*

7 *Nouitius, anno Nouitiatus durante, experiri debet asperitates Religionis, & cum illis suas vires metiri.*

8 *Monasterium, Nouitiato durante, animum, & mores Nouitij inspicere debet.*

9 *Nouitius, si anno Nouitiatus durante, longo tempore permitteretur extra Religionem extare, illius asperitates non posset cognoscere.*

10 *Professionis nullitas eo magis resultat, si Nouitius per aliquod tempus, durante Nouitiatu, extra Monasterium commoratus est.*

Si postea reuersus, tanquam simplex alumnus, seu mulier vel simpliciter educanda, sine magistris cohabitarunt in eo ibidem.

11 *Professionis de nullitate dubitari non potest, si constat de protestatione Abbatissæ, quod non poterat monialem ad professionem admittere.*

Eoque magis si Monasterium ipsum, eadem nullitate agnita, liti, & causæ renunciauit ibidem.

DECISIO CCCLXI.

AD instantiam Franciscæ de Lleques Moniales de Hocht Ordinis Cistercien. Introductum fuit iudicium super nullitate professionis coram Officiali Leodien. & Abbate Sancti Remigij Iudicibus à Sede Apostolica per Breue speciale delegatis, contra Abbatissam, & Moniales d. Monasterij, quæ quia in progressu causæ, agnita nullitate professionis, per instrumentum publicum declararunt huiusmodi instantiæ, & iudicio nolle amplius se opponere, admissa fuit ad causam pro suo iure, & interesse D. Baronissa de Vvisseherch soror d. Franciscæ contra quam lata successiuè sententia super nullitate dictæ Professionis, & commissa mihi appellationis causa cum facultate subministrandi in primis, & ante omnia alimenta, & sumptus litis, illa decreta fuerunt in quantitate relata in decisione extensa sub die 13. Februarij proximi præteriti, & deinde mihi ordinatum fuit, vt proponerem dubium in negotio principali, super quo assumpta hodie disputatione, Domini responderunt constare de nullitate Professionis, fundati in eo, quod Francisca pendente anno probationis sub colore curandæ infirmitatis se transtulit ad Balnea Aquisgranensia, ibique per plures menses commorata est, vt constat, tum ex responsione Abbatissæ, Priorissæ, & Monialium super articulis pro parte Franciscæ exhibitis Summario *num.* 3. tum ex depositione earundem Monialium Summario *num.* 4.

Inde cum clarè pateat annum probationis non fuisse continuum, † vt requirit S. Concil. Trident. *sess. 25. cap. 15. de* 1
Regular. ibique notat Barbos. *num.* 24. cum communi classe Doctore ab eo relatorum, sed interruptum, propterea Professionem postmodum subsecutam † fuisse, & esse ipso iure 2
nullam, vt docet Sanchez *ad præcept. Decalog. lib. 5. cap. 4. n. 31. & seqq.* alijque, quos refert, & sequitur Rota *in Burgen. nullitatis professionis 16. Aprilis 1643. coram bon. mem. Arguelles impress. par. 10. recent. in ordine 300. num. 26. & seqq.*

Non obstat, quod interpolatio non impediat temporis continuationem, seu Nouitiatum non interrumpat, † quan- 3
do Nouitius Monasterium egreditur ad tempus ex causa infirmitatis, vel alia legitima de consensu Superioris, vt resoluunt Nauar. *cons. 10. num. 3. de Cleric. non residen. & cons. 42. de Regul.* Lessius *de iust. & iure lib. 2. cap. 4. dub. 7. numer. 5. vers. 2. hunc Annum*, & cæteri per Barbos. *vbi sup. numer.* 28. Tum, quia in hoc casu de licentia Superioris in processu non constat, & quatenus etiam Abbatissa licentiam dedisset, illa † Abbatissa non habet huiusmodi facultatem, vt no- 4
tat Gratian. *discept. 166. num. 15. &* Rodriquez *quæst. regul. tom. 3. quæst. 15. num. 10. vers. aduertendum denique.*

Tum etiam, quia omnes prædicti Doctores loquuntur in Nouitio egrediente, & permanente extra Monasterium per paucos dies, † & proinde non applicantur casui nostro, in 5
quo ex confessione Abbatissæ, & Monialium plenè iustificatur Franciscam pendente anno Nouitiatus abfuisse per integros quinque menses; cum enim annus Nouitiatus datus sit in subsidium humanæ fragilitatis, tam in fauorem Nouitij, quam Monasterii, vt ille experiatur asperitates religionis, † & cum illis suas vires metiatur, istud 7
vero, † eiusdem Nouitij animum, & mores inspiciat, at- 8
que cognoscat *cap. ad Apostolicam de Regul. & cap. cum non solum eodem in* 6. manifestum est non satisfieri dispositioni iuris, & Concilij Tridentini, vt hic Nouitius tanto tempore proculà Religione moretur, † quo plures occur- 9
rere possunt asperitates, quas ferre, vel nollet, vel non posset, & propter quas forsan statueret non profiteri, vt in specie aduertit Rota *in Granaten. professionis 9. Februarij 1609. coram Marcomontio impress. par. 1. rec. 175. numer. 2.* quam sequitur Peytin. *de offic. Prælat. regul. tom. 2. qu. 3. cap. 2. §. 4. nu. 101. vers. quibus tamen non obstan.*

Et hanc sententiam eo faciliùs DD. amplexi fuerunt, quia ex responsione earundem Monialium ad articulum
16. liquet Franciscam à balneis reuersam, † permansisse 10
in Monasterio in plena libertate absque Magistra, sicut aliæ puellæ educandæ; Et, quia Abbatissa etiam per instrumentum publicum protestata est eam. propterea non posse admittere ad Professionem † Summario *num.* 6. & agnoscens 11
illius nullitate liti cessit, & causæ.

Et Ita &c.

RE-

REVERENDISS. D. ALBERGATO
Sacræ Rotæ Decano.

Romana Saluiani, seu Ratæ Domus.

Veneris 1. Iulij 1672.

A R G V M E N T V M.

Pro Legato datur immissio in Saluiano, quia pro illo competit hypotheca, & illius requisita concurrebant; Rursus de electione alternatiuæ tractatur, quæ vel non competere dicitur, quia pecunia erat in obligatione, bona verò simpliciter in solutione, vel propter moram debitoris, & contestationem litis fuerat amissa; Et demum agitur, quod confessio mulieris in testamento facta, se esse debitricem alicuius, sine solemnitatibus non substineatur, quoties debitum sine illis contrahi non poterat.

S V M M A R I V M.

1 *Rota Romana non concedit expeditionem causarum post decennium, nisi prius gustata iustitia suarum decisionum.*
2 *Actor si decem annis tacuit, nec procurauit expeditionem causæ, & huiusmodi negligentia, aliqualem præsumptionem mali iuris habere videtur.*
3 *pro Legato competit hypotheca in bonis legantis.*
4 *Saluianum datur pro Legato, quia ex eo competit hypotheca in bonis defuncti.*
5 *Possessio Rei conuenti probatur ex substentatione litis, eaque ad effectum obtinendi Saluianum sufficere suffragatur.*
6 *Saluianum conceditur docto de credito cum hypotheca, & probata possessione debitoris, & rei conuenti.*
7 *Legato pecuniarum relicto, cum facultate illud præstandi, etiam in bonis, qualiter debeatur.*
8 *Pecunia si est in obligatione, Bona verò simpliciter in solutione, eadem solutio in pecunia peti potest.*
9 *Electio alternatiuæ debitori competens per moram, & litis contestationem amittitur, eademque in creditorem transfertur.*
10 *Legatum repudiatum à Legatario, quo iure deuoluatur ad hæredem.*
11 *Mulieris declaratio facta in testamento, se esse debitricem alicuius occasione census, sine solemnitatibus non substinetur.*
12 *Procuratore in Curia defuncto, contra Principalem proceditur per contradictas.*

D E C I S I O CCCLXII.

1 INconcussus est stylus huius Sacri Tribunalis † non expediendi causas lapso decennio à die decisionis, nisi iterum gustata illarum iustitia, cum ex huiusmodi diuturno si-
2 lentio, † saltem apparenter oriatur contra negligentem aliqualis præsumptio mali iuris, vt ipsamet Rota testatur in decisione prima *nu.6.par.8.recent. & in Hispalen. Præeminentiarum 25. Februarij 1667. coram Eminentissimo D. Cardinali Cerro, & in Romana census 28. Februarij 1671. coram R. P. D. meo Emerix*; ideo cum Confraternitas Sanctissimi Sacramenti in Ecclesia Sanctæ Mariæ in Via die 10. Iunij proximè preteriti contra PP. Oratorij Sancti Hieronymi Neapolis instaret pro expeditione præsentis causæ, iam diù decisæ sub die 7. Iunij 1649. coram bon. mem. Corrado dictum fuit, quod causa reproponeretur. Quamobrem hodie reproposita, DD. steterunt in decisis.

Nam subsistere visa est decreta immissio in Saluiano ad possessionem Ratæ Domus, reseruata Patribus portione pro intranti tantummodo valore scut. 700. vt firmatur in decis. bon. mem. Cardinalis Corradi, quia constat de Legato scut. 1500. nempe scut. 1400. relictorum ab Hortensia Confraternitati ad effectum inuestiendi, & ex fructibus dotandi quolibet anno duas puellas, & scut. 100. libere in remunerationem huius iniuncti oneris, quæ pia dispositio cum ab hærede neglecta fuerit, rectè agere potuit Confraternitas legataria pro adimplemento, & consecutione Legati, † pro 3
quo contra bona hæreditaria competere hypothecam disponit text. *in l. 1. C. commun. de legat.* Duran *decis. 185. nu. 4.* & consequenter intrare † Saluianum dictum fuit coram Seraphino *decis. 228. nu. 1. coram Merlino decis. 212. eod. num. & decis. 166. nu. 3. & 4. coram bo. me. Card. Celso.* 4

Quod autem controuersa domus fuerit in bonis testatricis de tempore eius obitus, quod est vnum ex principalioribus requisitis in iudicio Saluiani, iustificatur ex inuentario vbi hæreditaria describitur ab hærede, & possideri à Patribus reis conuentis † constat ex substentatione litis, quod 5
sufficere respondit Rota *in Montis Falisci dotis 27. Ianua. proximè præteriti coram me*, vnde constito de credito cum hypotheca, & probata antiqua possessione debitoris de tempore contracti debiti, vel post, ac etiam moderna reorum, † in- 6
trat de plano Saluianum Rota *decis. 4. nu. 2. coram Dunozetto* cum alijs vulgatis.

Neque ex eo, quod testatrix grauauerit hæredem ad tradendam Confraternitati pecunias, aut census, denegari potest immissio, prætextu, quod fuerit excessum, petendo legatum, cum in alternatiuis regulariter electio sit debitoris, quia placuit responsio, alias data scilicet pecuniam fuisse principaliter legatam, & positam in † obligatione, census 7
verò in solutione ibi: *lascia alla Confraternità del Santissimo Sacramento in Santa Maria in Via scudi 1400. moneta, da assegnarseli dopo la morte del Signor Girolamo suo marito &c. ò in denari contanti, ò in censi*, † vnde licuit pete- 8
re pecuniam iuxta textum in *l. si quis stipulatus fuerit decem in mille ff. de solut.* cum alijs relatis in alia decis. huius causæ, cum quibus concordant Peregrin. *cons. 86. num 3. lib. 5.* Rota *in Romana dotis 3. Maij 1659. §. non vrget coram Reuerendiss. D. meo Beuilaqua, & in Ciuitatis Castelli bonorum 27. Iunij proximè præteritis coram me.*

Et in omnem euentom cum testatrix mandauerit illud tradi, sequuto obitu eius viri, & non fuerit adimpletum, & per litis contestationem fuerit inducta mora, in qua hæredes adhuc persistunt; † Ideo beneficiom huius alternatiuæ, 9
quatenus competijsset amiserunt, & electio deuoluta fuit ad Confraternitatem creditricem, quæ ad sui libitum, vel pecuniam, vel censum pro vt sibi magis videtur, & expedit petere, & obtinere potest, vt aduertit præterita decisio, & vltra in ea adductos tradunt text. *in l. statu libero §. Stichum vbi Bartol. nu. 2. ff de leg. 2.* Ciriac. *controuers. 481. num. 4.* Anton. de Amat. *resolut. 34. num. 25.* Rota *decis. 243. nu. 18. coram bo. me. Bichio.*

Defectus autem hypothecæ, deductus ex quo domus hæc legata fuerat Accorambonis non subsistit, quia illis legatum repudiantibus, cum eodem onere soluendi debita illis iniuncta, deuoluta fuit ex præcepto testatricis ad hæredem, non iure particularis substitutionis, † sed iure vniuersalis 10
institutionis, iuxta distinctionem approbatam in præterita decisione, quæ etiam iure optimo, excepta rata domus pro intranti quantitate scut. 700. solutorum alijs Collegatarijs, coæquale ius habentibus cum Confraternitate, denegauit retentionem pro censu, & fructibus, de quo non constat, nisi per simplicem confessionem emissam in testamento parte absente à muliere, † quæ sicuti si censum imponere vo- 11
luisset tenebatur seruare solemnitates statutarias, ita easdem adhibere debebat in huiusmodi confessione, ad hoc vt contra ipsam ad fauorem illius, pro quo emanauit oriatur actio efficax ad illam conueniendam, vt post Bart. Calirens. & alios dicitur in præterita decisione *§. quia simplex, & decis. 292. nu. 16. coram bo. mem. Bichio.*

Et ita per contradictas decisum fuit, stante obitu Procuratoris in Curia, † quo casu absque alia intimatione Prin- 12
cipalis sic procedi pluries dixit Rota signanter coram *Bichio decis. 340. num. 7. & 8. & decis. 128. nu. 2. coram bon. mem. Cardinali Celso.*

R. P. D. E M E R I X.

Bononien. seu Ferrarien. Emphyteusis.

Mercurij 26. Nouembris 1671.

A R G V M E N T V M.

Cum regulariter emphyteusis Ecclesiastica nō transeat ad extraneos, hoc maximè procedere declaratur, si illa nominatim pro solis mascu-

masculis facta sit, non obstante pacto de renouando, & clausulis *in perpetuum*, & *ad habendum*, quia hæc omnia illius naturam non egrediuntur, sed famulantur eidem contractui; prout adhuc in nihilo releuante prætensa obseruantia contraria, deducta à receptione canonis per Ministros Ecclesiæ, facta ab extraneis, quia hæc potius erronea apparuit, & Ecclesiæ præiudicare non poterat.

S V M M A R I V M.

1 *Emphyteusis Ecclesiastica regulariter non conceditur pro hæredibus, & successoribus extraneis.*

2 *Emphyteusis Ecclesiastica ex pacto, & prouidentia nominatim concessa, pro solis masculis descendentibus ab inuestitis, non comprehendit extraneos.*

3 *Verba inuestituræ si non conueniunt hæredibus extraneis, illos complectere nequaquam possunt.*

4 *Pactum renouandi emphyteusim, & clausula* ad habendum, & in perpetuum, *sequuntur, & interpretari debent secundum naturam emphyteusis, cui sunt adiecta.*

5 *Clausula* ad habendum *non egreditur terminos emphyteusis cui apponitur.*

6 *Clausula* in perpetuum *famulatur naturam contractus emphyteutici, in quo reperitur.*

7 *Inuestitura, & illius instrumentum magis attenditur, quod est conforme dispositioni iuris communis.*

8 *Emphyteusis Ecclesiastica concessa pro solis masculis, etiam absque prohibitione alienationis, illis defectis, reuertitur ad Ecclesiam.*

9 *Obseruantia emphyteusis Ecclesiasticæ non resultat ex receptione Canonis per Ministros Ecclesiæ facta ab extraneis in inuestitura non comprehensis.*

10 *Ministri Ecclesiæ recipiendo Canones ab extraneis, non possunt alterare inuestituram, sine Beneplacito Apostolico.*

11 *Bona emphyteutica Ecclesiæ in Ciuitate Ferrariæ ex Constitutione Bonifaciana sunt redacta ad instar allodialium.*

12 *Inuestitura vltima independens à prima nullam ab ea recipit interpretationem, si primæ renunciatum est.*

13 *Emphyteuta, qui super sui comprehensione cum Ecclesia transegit, si etiam hæredes comprehendere voluisset, vtique expressisset, nec illos sub lite reliquisset.*

D E C I S I O CCCLXIII.

DOmini responderunt confirmandam esse sententiam Rotalem, confirmatoriam alterius de partibus, qua Monachis S. Georgij Ferrariæ decreta fuit immissio in possessionem Prædij nuncupati il Dorso del Reno, vti ad eorum Ecclesiam deuoluti per obitum Caroli de Blanchettis vltimi de linea inuestitorum in instrumento anni 1560. ex-
1 clusa Comitissa Elisabettha illius hærede extranea, † quia emphyteusis Ecclesiasticæ regulariter concessio non fit pro hæredibus, & successoribus vulg. §. *emphyt. auth. de non alien. aut permut. reb. Eccles. Clar. plures referens §. emphyt. quæst. 28. sub num. 5. & 6.* Gratian. *discept. 351. nu. 17.* & latè Rota *decis. 209. num. 1. & seq par. 10. decis. 340. num. 3. par. 11. & decis. 319. num. 1. par 13.* cum *alijs in decis. causæ sub diebus 1. Aprilis 1669. & 5. Decembris 1670. coram R. P. D. meo Calataui.*

Et multò minùs ista, de qua agitur ex pacto, & prouidentia nominatim concessa pro solis masculis descendenti-
2 bus ab inuestitis, † vt sunt formalia verba instrumenti impræssi sub *litera D.* ibi: pro d. D. Achille, nec non ipsius filijs masculis, & descendentibus masculis legitimis, & naturalibus, & eis quomodocumque deficientibus, tunc & eo casu pro DD. Galeatio, & Francisco ipsius Alemanni filijs, & eorum descendentibus masculis in infinitum, & ipsis omnibus &c. pro ipso D. Alemanno, & Marco Antonio eius fratre, & eorum, & cuiuslibet eorum filijs, et descendentibus masculis prædictis, quæ cum extraneis hæ-
3 redibus nullatenus conueniant, † vtique nec illis inuestitura adaptari potest, vt in his terminis per text *in l. 4. §. queres ff. de damn. infect. tenuerunt* Mantic. *de tacit. lib. 22. tit. 16. nu. 22. in fine* Fulgin. *de iur. emphyt. tit. de success. qu. 23. num. 2. &* Rot. *decis. 74. num. 1. & 2. par. 6. rec. & coram Royas decis. 402. in princ.*

Neque vis fieri potest in pacto renouandi inuestituram de 29. annis in 29. annos in perpetuum, et in clausula ad habendum posita in parte dispositiua dicti Instrumenti, quia ad euitandam contrarietatem, et correctionem, quæ nimis exorbitans in incontinenti daretur, huiusmodi pacta, et clausulæ semper intelligi, † ac interpretari debent, vt 4
restringantur intra limites concessionis, et ad personam, seu generationes in inuestitura expressas, itaut illas nunquam egrediantur, vt respondendo auctoritatibus in contrarium citatis in specie de clausula † *ad habendum* latè fir- 5
manit Rota *in rec. decis. 74. à num. 8. vsque ad 14. par. 6. & dec. 427. num. 11. par. 9. decis. 209. num. 3. & 6. par. 10. & decis. 321. n. 7. & per tot. & decis. 340. num. 13. par. 11.* cum *alijs in d. decis. 319. à num. 5. & seq. par. 13.* et de clausula † *in perpetuum* Alex. 6
cons. 9. sub num. 9. circa med. lib. 2. Rota *in rec. decis. 391. num. 4. par. 5. & dd. decis. 427. num. 23. & seq. par. 9. 321. & 340. num. 15. par. 11. & 319. num. 3. & 4. par. 13.*

Nihil igitur facit, quod in instrumento alias dato pro Comitissa non legatur expressè prohibita alienatio, & deficiant etiam nonnullæ clausulæ prohibitiuæ, & restrictiuæ, quæ leguntur in instrumento producto ex parte Ecclesiæ, quia prætet quod in concursu, hoc est potius attendendum † vti magis conforme dispositioni iuris communis ex au- 7
ctoritatibus adductis in prima decisione huius causæ, §. *nec suffragatur*, superfluum visum est Dominis inquirere, an fuerit, nec ne prohibita alienatio, dum ex contextu vtriusque instrumenti clarè patet, quod Inuestitura merè, & simpliciter concessa fuit pro solis masculis descendentibus ab inuestitis, hoc enim posito, etiamsi deficiat prohibitio alienationis, emphyteusis de sui natura, † defectis descenden- 8
tibus masculis inuestitorum, reuertitur ad Ecclesiam exclusis extraneis ex supra allegatis.

Minus suffragatur prætensa obseruantia elicita ex eo, quod Ministri Ecclesiæ per aliquot annos post mortem Caroli receperint Canones à Comitissa, & ab eius auctoribus, quia † dum ex verbis instrumenti clarè patet, quod inuesti- 9
tura fuit tantum concessa pro solis descendentibus masculis Achillis, & aliorum de Blanchettis, ex illa receptione Canonum, nulla desumi potest valida obseruantia, sed potius elicitur manifestus error Ministrorum, † in quorum 10
potestate non erat alterare inuestituram, & eam absque beneplacito Apostolico facere hæreditariam, vt pluribus cumulatis firmauit Rota *cor. Bichio dec. 483. nu. 47. cum seqq. & 517. num. 24. & 25. & in rec. dec. 165. nu. 13. par. 10. & in Romana Vineæ 2. Maij 1661. §. non obstat cor. Reuerendiss. Cerro.*

Nulla denique concludens coniectura pro comprehensione extraneorum resultat ex duabus præcedentibus inuestituris annorum 1503. & 1527. in quibus hoc Prædium, & alia bona maioris quantitatis fuerunt in emphyteusim concessa secundum morem, consuetudinem, † & vsum Ciuitatis 11
Ferrariæ, vbi ex Constitutione Bonifaciana bona emphyteutica Ecclesiastica sunt redacta ad instar allodialium, vt notat Rimin. Iun. *cons. 320. num. 23. &* Rota *coram Durana decis. 254. num 5.* quia contrahentes in vltima inuestitura per viam transactionis de communi consensu recesserunt à prioribus, vt patet ex verbis instrumenti: ibi renunciarunt cuicumque locationi, seu Inuestituræ &c. ideoque hæc vltima dicitur noua, † & independens à primis, sic vt nullam 12
ab eis recipiat interpretationem Alciat. *cons. 13. nu. 14. lib. 3.* Mantic. *de tacit. lib. 23. tit. 21. sub nu. 18.* Rota *cor. Dunoz. Sen. decis. 125. per tot. & signanter. nu. 5. & in rec. dec. 321. in fine par. 11.*

Imo validior coniectura pro exclusione extraneorum resultat ex eo, quod an. 1560. terminata linea alterius Caroli, & prætendente Achille eius hærede pariter extraneo in vim earundem præcedentium inuestiturarum posse succedere fuit desuper mota lis, & successiuè deuentum fuit ad transactionem, in qua relaxatis ab Achille bonis maioris quantitatis fuit ipse de nouo inuestitus de hoc Prædio pro solis filijs, & descendentibus masculis, vt supra dictum est, hinc † enim prorsus inuerisimile videtur, quod si concedentes 13
voluissent comprehendere etiam hæredes extraneos, Achilles id non curasset clarè exprimi, ne eius hæredes iterum in eandem litem inciderent.

Et ita, vtraque Parte informante, resolutum fuit.

Supra in alia parte 18. tom. 1. adest altera in hac causa decisio præsentis confirmatoria, quæ est ibi in ordine 83.

R. P. D.

R. P. D. T A I A.
posteà S. R. E. Cardinali.

Barchinonen. Congruæ.

Sabbati 26. Nouembris 1672.

A R G V M E N T V M.

Licèt regulariter in vnionibus Ecclesiarum sola congrua Vicario assignari soleat, & cætera bona remaneant Parocho, Archipresbytero, vel Archidiacono, & huiusmodi; in hac tamen Ecclesia, & Causa contrarium practicatum est, quia vniuersa bona eidem Vicario sunt dimissa, reseruato quid annuo ipsi Archidiacono, qui cum auctis fructibus vel alia etiam de causa de nimis tenua sua assignationes, at conquereretur, ad illam seruandam compellitur, nedum quia sic conuentum erat, verum etiam quia plusquam centenaria præscriptio concurrebat.

S V M M A R I V M.

1 *Vnio Ecclesiæ S. Baudilij Barchinonen. Diœcesis quomodo facta sit, cuius etiam forma per extensum refertur.*

2 *Vicarius perpetuus Ecclesiæ S. Baudilij in Ciuitate Barchinonensi ipse habet omnes redditus, de quibus certam partem Archidiacono præstare tenetur, & nu. 5. & 8.*

3 *de Vnione Ecclesiæ S. Baudilij Barchinonensis Diœcesis plurima mentio fit in diuersis decisionibus Rotæ Romanæ.*

4 *Fructus, seu Prouentus Ecclesiæ in bonis præstari conuentis, quatenus possiat ad quantitatem reduci, prout à longissimo tempore seruatum est in Ecclesia S. Baudilij Diœcesis Barchinonensis.*

5 *Congrua quæ Vicario solui debuerat, assignata fuit Archidiacono in Ecclesia S. Baudilij Barchinonensis, licet non verbis, sed facto, & nu. 2. & 6.*

6 *Pensionis nomen conuenit etiam portioni, seu congruæ alicui reseruatæ.*

7 *Pensio verificatur etiam in censu, seu alia annua præstatione.*

8 *Archidiaconus, seu Parochus potest vniuersa bona Ecclesiæ assignare Vicario, & sibi solam certam retinere portionem, vel congruam, & sup. nu. 2. 5. & 12.*

9 *Præscriptio centenaria etiam sine alio titulo valet producere meliorem titulum de mundo.*

10 *Consuetudo, cuius non extat memoria, ius, siue priuilegium inducit.*

11 *Ius vbi inducit titulum, non est necesse illum allegare.*

12 *Forma certa si fuit apposita vnioni, illa debet omnino seruari.*

13 *Congruam qui alteri dare tenetur, potest illi vniuersa bona remittere, & quid certum sibi quot annis præstandum retinere.*

14 *Vicarius, si simplex administrator est, non potest ipse retinere omnia bona Ecclesiæ, & quid annuum suppeditare Parocho, & quando.*

D E C I S I O CCCLXIV.

PRo discordia Partium factum refero de scripturis in quodam magno libro in Archiuio Eccles. Barchinonen. in quo sunt descripta Constitut. Capitulares, est posita infra &c. vt prædictus Notarius Extractor: in Capitulo Generali Kalend. Octobris 1324. D. Episcopus, & Capitulum crearunt tres Archidiaconos &c. cæterùm cum tunc Archidiaconatus maior, Decanatus, & Præcentoria haberent redditus exiles, eisdem tribus Dignitaribus singulas alias Ecclesias Parochiales applicarunt, vniuerunt, & pro tunc incorporarunt; nam Archidiaconatui maiori pro tunc vniuerunt Parochialem de Martorello, sed posteà in generali Capitulo pridie Non. Maij 1325. certis ex causis vnione Ecclesiæ de Martorello reuocata, loco eius Parochialem Ecclesiam S. Baudilij † eidem Archidiaconatui maiori &c. 5
cum omnibus ipsarum Ecclesiarum iuribus, & pertinentis applicarunt, vniuerunt, & incorporauerunt, ita quod cedentibus, vel decedentibus earum Ecclesiarum Rectoribus, illi, qui tunc obtinerent Dignitates, quibus Ecclesiæ fuerunt vnitæ, haberent earundem Ecclesiarum omnes redditus, exitus, & prouentus, reseruatis tamen indè arbitrium, seu iudicium D. Episcopi, & Capituli congruis portionibus, pro Vicarijs perpetuis ad præsentationem cuiuslibet obtinentis Dignitatem, cui ipsa Parochialis Ecclesia fuit vnita, de quibus portionibus ipsi Vicarij possint congruam sustentationem habere, & iura Episcopalia, & alia onera supportare &c.

Nouerint vniuersi, quod 5. Idus Ianuarij 1326. quo Canonici in præsentia Notarij, & Testium fecerunt D. Episcopo, & Capitulo relationem, quod cum D. Episcopus, & Capitulum pridie non. Maij 1325. Parochialem Ecclesiam S. Baudilij fore incorporandam, & vniendam Archidiaconatui decreuissent, eamque incorporassent, applicassent, & voluissent, & incorporationem, applicationem, & vnionem dictæ Ecclesiæ Sancti Baudilij, cum iuribus, & pertinentijs vniuersis fecissent, D. Episcopus, & Capitulum Archidiaconatui, vt est dictum, ita quod cedentibus, vel decedentibus Rectore, & Capellano eiusdem Ecclesiæ Archidiaconatus habeat eiusdem Ecclesiæ, & Capellaniæ eiusdem omnes redditus, et prouentus, salua tamen, et reseruata Vicario perpetuo eiusdem Ecclesiæ tali, et tanta de redditibus eiusdem Ecclesiæ portione; sine Laudemijs, et alijs prouentibus ad notitiam videlicet Episcopi, et Capituli, quod ipse Vicarius possit indè congruam sustentationem habere, et iura Episcopalia; et alia onera sibi incumbentia supportare etc. de quibus omnibus plenè constar per instrumentum publicum pridie Non. Maij 1326. in Capitolo generali dictos Canonicos concorditer elegissent etc. volentes mandatum adimplere accessimus ad locum de S Baudilio, et certificauimus Nos, prout melius potuimus de valore redidituum, et prouentuum, et vt inter D. Archidiaconum, et Vicarium perpetuum tollatur omnis materia iurgiorum, propter bonum pacis, et concordiæ prouidimus statuendum, † quod Vicarius perpetuis Ecclesiæ suis sumptibus, 2
& expensis petat, colligat, exigat, & recipiat omnes Census agraria, & alios quoslibet redditus, exitus, & prouentus, & alia quauis iura dictæ Ecclesiæ, & quod det, & dare teneatur in Villa S. Baudilij singulis annis D. Archidiacono 200. quarterias ordei de illo, quod ex redditibus, & exitibus dictæ Ecclesiæ peruenerit, & 12. Caphicia boni vini de vino, quod peruenerit ex redditibus, & 6. Caphicia vini de vindemia arborum, de vino scilicet, quod ex redditibus, & singulis etiam annis 400 solidos monetæ Barchinonen de terno, & quidquid residuum fuerit de redditibus, exitibus, & prouentibus, & alijs quibuslibet iuribus eiusdem Ecclesiæ sit ipsius Vicarij pro sua prouisione, & pro soluenda pensione, quam dicta Ecclesia donat, & donare tenetur singulis annis Domui Charitatis, et pro iuribus Episcopalibus persoluendis, et pro alijs oneribus eidem Ecclesiæ, incumbentibus sopportandis, & alijs pro voluntatibus eiusdem Vicarij faciendis, verumtamen si forsan aliquo anno, vel aliquibus annis contigerit, quod redditus, et exitus Bladæ, et vini dictæ Ecclesiæ diminuarentur propter grandinem in dimidio, in hoc casu duximus prouidendum, quod Vicarius eo anno teneatur dare Archidiacono medietatem integraliter fructuum, et nihilominus in omni casu dd. 400. solidos, et soluat pensionem Domui Charitatis, et habeat, et substineat iura Episcopalia, et omnia alia onera Ecclesiæ S. Baudilij incumbentia etc. et si forsan aliquo casu pensio 400. solidorum transferretur, et assignaretur alibi Domui Charitatis, in hoc casu ipsa pensio 400. solidorum accrescat dicto D. Archidiacono, et suis redditibus, et non Vicario memorato etc. Qua quidem relatione facta, publicata, et lecta D. Episcopus, et Capitulum omnia, et singula laudauerunt, approbauerunt, ac etiam confirmauerunt, et voluerunt, et petierunt de præmissis fieri publicum instrumentum, seu publica Instrumenta per me Notarium supradictum, Acta facta sunt hæc Barchinonæ in dicto Capitulo præsente die 5. Idus Ianuar. 1326.

De quibus opportuna † quoque mentio est in decisionibus 3
cor. Merl. 95. & 115. & cor. Vbal. dec. 380. to. 3. par. 4. rec. & cor. Buratt. 923. † nunc autem, et longissimo tempore pro ea par- 4
te prouentuum successit solutio librarum 70. vt etiam anno 1624. dicebatur *d. decis. 95. nu. 8. vers. neque obstat.*

Nunc super anctis, vt proponitur, prouentibus, orta est de illis contentio inter Archidiaconum, & Vicarium, in qua ab A.C. Vicarius fuit absolutus.

Deuoluta Causa per appellationem ad Rotam, dubitatum est: An, & de cuius bono iure constet ad effectum immissionis, seu reintegrationis, videlicet Archidiaconi, aut retentionis Vicarij, & DD. communius constare de bono iure Vicarij responderunt.

Ideoque communius placuit, cum secundum illos per di-
ctum Capitulum an. 1326. fuerit Vicario assignatum domi-
nium omnium prouentuum, reseruata Archidiacono certa
parte, eademque redacta postea ad certam pecuniarum
summam lib. 70. & Rector pro sua congrua retineret resi-
duum omnium fructuum, qualificata sic vnione, ibi:
Reseruatis tamen indè ad arbitrium, seu iudicium Episco-
pi, & Capituli congruis portionibus pro Vicarijs perpetuis
in dicto Capitulo generali vnionis 1325. & deinde in dicto
instrumento declarationis 1326. atque adeò qualificata vnio-
5 ne, vt si minus verbis, satis re † visa fuerit illis congrua
non Vicarij, sed Archidiaconi, neque congruatius Vica-
rius, sed Archidiaconus, qui non concesserit prouentus
Vicario, sed acceperit ipse solas illas partes, & postea so-
las illas libras 70. prout etiam verbis videatur Rota sensisse
de hoc Archidiacono ipso, tùm ad nomen pensionis *coram*
6 *Merlin. d. decis. 95. d. num. 8. d. §. neque obstat*, † tùm etiam
ad declarationem, quod propriè conueniat portioni, sed
congruæ illi reseruatæ ratione dictæ vnionis ibidem *num. 20.
vers. quod propriè conueniat*, & ad certum quid annuum, &
cum relatione *ad d. decisionem* 95. rursus *d. decis.* 115. *num.* 11.
7 † & ad annuum Censum, & præstationem ex his deci-
sionibus Rota *d. decis.* 330. *num.* 19. *vers. tamquam par.* 9. iuxta
superiùs dicta de retenta à Decano sibi, ac successoribus suis
ea parte, quæ iudicio Episcopi, atque Capituli decens visa
8 fuit, † cætera Decanus dimiserit, & assignauerit pro con-
grua substentatione Vicarij &c. *d. decis.* 330. *num.* 18. *ac vers.
quodque Decanus*.

Quibus, si & quatenus opus sit, succurrere posse visa illis
est plusquam centenaria præscriptio, contra quodlibet augu-
mentum, siue prouentum, siue pretiorum prouentuum ip-
9 sorum, † quæ absque alio titulo, valet producere melio-
rem titulum de mundo (vt dicitur) ex alijs decisionibus *in
decis.* 253. *num.* 5. & exemplificatur *num.* 8. *par.* 13. & ipsa con-
suetudo, cuius non extat memoria, ius, siue priuilegium
10 inducit, † & cum ius inducat, non est necesse titulum † al-
11 legare, *§. præterea cap. super quibusdam 26. de verb. signif. & ibi
glos. non extat memoria*.

Ideoque, hoc assumpto, concluserunt non licere hodie
Archidiacono, quidquam innouare, scilicet repetendo fru-
ctus omnes Ecclesiæ vnitæ, & reuocando vnionem, vnio-
nis formam renouando; nam si certa forma fuit apposita,
12 † illa seruetur, vt de ipsa vnione sensit, & scripsit *glos. vlti-
ma vers. si habeat Ecclesiam d. cap. de Monach.* Rot. *decis.* 5. *num.
2. par.* 7.

Neque dubitandum esse ipsum Archidiaconum, qui ex
redditibus Parochialis Archidiaconatui vnitæ congruam
13 dare Vicario tenebatur, † potuisse certum quid sibi quot an-
nis præstandum retinere, & fructus vniuersos dimittere Vi-
cario &c. in puncto, & in causa Merlin. *d. dec.* 95. *d. n.* 10. *vers.
neque enim, & d. decis.* 115. *etiam nu.* 10. *vers. nam circa aliquam
innouationem, & d. decis.* 380. *nu.* 2. *& num. vlt.*

Et proindè visa est non obstare illa *Aurien. Congruæ*, in
14 qua visus est Vicarius ille merus Administrator, † & Con-
stitutus longè post vnionem, nec agebatur de centenaria, sed
de quadragenaria, & demum non probatur nunc congruam
substentationem deficere Archidiacono, & abundare Vi-
cario.

Et ita, vtraque Parte informante, resolutum fuit.

Hæc decisio, licet plerumque factum contineat, fuit necessaria ad explicationem plurimarum decisionum in præcedentibus partibus in hac eadem causa emanatarum, quæ sunt in ordine 70. 81. & 218. par. 18. tom. 1.

R. P. D. RONDININO.

Romana Annuæ præstationis.

Lunæ 12. Decembris 1672.

ARGVMENTVM.

Manutentio in quasi possessione exigendi, creditori conceditur, quia de illius quasi possessione satis constare visum est, eaque impediri non poterat à sententia lata in possessorio plenario, quæ vlterius erat etiam absolutoria, & ita secum traxerat exequutionem, quia ab ea appellatum erat, & agebatur de exequutione, quæ fit ab homine, non autem à lege; minus etiam ex asserta redditione rationis ab hærede facta, quia erat nulla, vtpote citatis solum, qui manutentionem petebat, quique etiam contra hæredem ipsum, antecedenter mandatum obtinuerat.

SVMMARIVM.

1 *Manutentio conceditur possidenti.*
2 *Possessori ex interdicto prætoris, vis fieri prohibetur.*
3 *Manutentio datur etiam contra hæredes soluentis.*
4 *Manutentio in quasi possessione exigendi conceditur contra illum, qui suscepit terminum ad soluendum.*
5 *Sententia lata super possessorio plenario efficit, vt quæstio super summarissimo possessionis remedio amplius suscitari non possit.*
6 *Manutentionis remedium non procedit lata sententia in possessorio plenario, quæ habeat executionem paratam.*
7 *Sententia quando dicatur habere executionem paratam.*
8 *Possessoria remedia de iure ciuili suspensiuam appellationem non admittunt.*
9 *Sententia in iudicatam transacta non admittit amplius appellationem suspensiuam.*
10 *Sententia iam suspensa per commissionem restitutionis in integrum, amplius executionem habere non potest.*
11 *Restitutio in integrum facit reuiuiscere litem, & omnia in suum primæuum statum reponit.*
12 *Manutentio datur etiam in gradu restitutionis in integrum, cum præseruatione iurium tam in possessorio plenario, quam in petitorio ordinario.*
13 *Sententia absolutoria trahit secum executionem.*
14 *Manutentio non datur in gradu restitutionis in integrum, vbi agitur de sententia absolutoria, quæ secum traxerit executionem, & num. seqq. vbi vide.*
15 *Sententia tunc dicitur trahere secum executionem vbi executio fit à lege, non autem ab homine, & numer. seq.*
16 *Exequutio quæ fit à lege differt ab illa, quæ fit ab homine, & sup. n. 15.*
17 *Decendium ad appellandum in citatione ad sententiam domi dimissa copia, incipit solum à die habitæ notitiæ, & nu. 19.*
18 *Decendium ad appellandum currit à die prolatæ sententiæ contra præsentem, vel verum contumacem.*
19 *Citatus domi dimissa copia, contumax fictus esse reputatur.*
20 *Sententia post interpositam appellationem in iudicatum transire non potest.*
21 *Restitutione in integrum non eget, qui remedio appellationis ordinario vti potest.*
22 *Appellatio præsumitur interposita à die habitæ scientiæ, nisi contrarium probetur.*
23 *Manutentio etiam in gradu appellationis conceditur, quæ ideo interposita, legitima reputatur, cum præsumatur à die habitæ notitiæ, quod sufficit, & num. 22.*
24 *Renunciatio censetur resoluta ob mortem personarum, quarum contemplatione facta est.*
25 *Annua præstatio contemplatione renunciationis promissa, ea resoluta, vel cessante, & ipsa quoque corruit, & cessat.*
26 *Correspectiuorum vno deficiente, deficit etiam aliud.*
27 *Manutentionis in summarissimo iudicio exceptio tituli obijci nequit.*
28 *Possessori manutentio conceditur, si de bono iure in petitorio incontinenti non doceatur, sed illud tam in iure, quam in facto requirit altiorem indaginem.*
29 *Redditio rationis facta ab hærede in diuerso iudicio, &*

cum

cum aliquibus creditoribus, quatenus præiudicet alijs, & num. 32.

30 *Hæres beneficiatus non potest impugnare creditori continuationem suæ quasi possessionis exigendi ratione suorum creditorum.*

Nisi creditor habuerit se pro spoliato, vel adsit iusta causa denegandi, quæ sit omnino clara, & liquida ibidem.

31 *Manutentio in quasi possessione exigendi creditori conceditur, donec de viribus hæreditarijs, & de creditis ipsius hæredis cognoscatur.*

32 *Creditori, qui iam mandatum obtinuerat contra hæredem, non obstat redditio rationis contra alios creditores ab eodem hærede facta.*

33 *Creditor in redditione rationis, & separatione bonorum facta ab hærede cum alijs creditoribus, citari omnino debuit, iam mandatum contra illum obtinuerat.*

34 *Hæres non potest reddere rationem cum creditoribus sibi solum beneuisis, sed omnes simul vocare tenetur, & sup. nu. 29.32.& 33.*

Amplia, & fortius si agitur de creditoribus, qui iam mandatum contra ipsam obtinuerant, supra num. 33.

35 *Manutentio in quasi possessione exigendi conceditur creditori, qui in redditione rationis ab hæredes citatus non fuit.*

DECISIO CCCLXV.

MAnutentionem, quam in hæræditate Marci Antonij Patris Constantia Toscanella, & Maria Virginia Soror in Monasterio SS. Dominici, & Sixti Professæ, petebant, Eminentissimus Vrbis Vicarius in prima, & Rota in secunda Instantia Constantiæ concesserunt, ex eo quod ipsius quoque intuitu paternis bonis M. Virginia renunciauerat, vt *in decisione Romana hæreditatis de Toscanellis 31. Maij 1649. coram bo. me. Melzio, olim Episcopo Papien.* Cui decisioni Monasterium acquiescens, annuam præstationem scutorum 50. in dicta renunciatione reseruatam, ac aliam præstationem scutorum 44. pro legatis Ascendentium à dicta Constantia recepit, Summario Clementini positionis 15. Iunij proximè præteriti coram me *num.* 1. 2. & 3. & Summario Monasterij *num.* 1.

Hinc defuncta Constantia, cum Hieronymum Clementinum illius secundum Virum, & ex testamento hæredem pro dictis annuis præstationibus Moniales conuenissent, hicque fatendo debitum, terminum ad soluendum suscepisset, dicto Summario Monialium *num.* 2. & 3. neque tamen integram summa persolueret, egerunt Moniales coram Eminentiss. Cardinali Vicario, & à R.P.D. Pirouano ab eo in Iudicem deputato, quoad scuta 44. manuteneri obtinuerunt, quo verò ad scuta 50. postea in separata sententia, illis manutentio denegata fuit, vt latiùs in decisione super attentatis 15. Iunij proximè præteriti coram me, à qua sententia interposita appellatione à Monialibus, dubium proposui: An illis manutentio danda esset, & Domini concedendam esse dixerunt.

Posita enim quasi possessione exigendi de tempore inchoatæ litis, quam nec scribentes pro Clementino impugnabant, tam ex solutionibus dictæ Constantiæ, cuius Clementinus est hæres, dicto Summario vtriusque Partis *num.* 1. *& seqq.* quàm ex confessione debiti à dicto Clementino facta, ac susceptione termini ad soluendum, cum subsecuto
1 Iudicis decreto, dicto Summario Monasterij *num.* 3. † consequens est, vt Monialibus manutentio concedatur ex ce-
2 lebri interdicto Prætoris † vetante vim fieri ei, qui possidet, de quo in *l. prima, & toto tit. ff. vti possid. in l. vnic. C eo-*
3 *dem tit. & in §. retinendæ instit. de interd.* † vt in primo casu contra hæredem soluentis probant Guidopap. *decis.* 629. Bellam. *cons.* 21. *circa med.* Gig. *de pens. quæst.* 47 *sub num.* 10. Gratian. *discept.* 113. *num.* 16. *& seqq.* Posth. *de manut. obseru.* 56. *nu.* 9. Rot. *coram Greg XV. decis.* 275. *numer.* 2. *vbi* Add. *numer.* 18. *coram Caual. decis.* 83. *nu.* 7. *apud* Cenc. *de cens. dec.* 231. *n.* 3. & 391. *n.* 1. & *cor. Bich. dec.* 37. *n.* 2. repetita post Merlin. *de pigno-*
4 *rib. dec.* 38. In altero autem casu, † contra suscipientem terminum ad soluendum per doctrinam Angeli in *l. clam possidere §. qui ad nundinas num.* 2. *ff. de acquir. possess.* tradunt Gratian. *discept.* 310. *n.* 45. Posth *de manut. obserа.* 35. *sub nu.* 49. Rot. *cor. Pen. decis.* 1569. *in fin. repet. apud* Cenc. *de censib. dec.* 362. & *in recent. par.* 1. *dec.* 299.

Neque manutentionem impedire visa est dicta sententia R. P. D. Pirouani, quę, veluti ad sensum scribentium pro
Clementino, lata super possessorio, † efficit, vt amplius 5
quæstio super Summarijssimo possessionis remedio suscitari non possit, ad terminos Text. *in l. exitus* 35. *ff. de acquir. possess.* Menoch. *de retinen. remed. final. numer.* 58. *& seqq.* Cancer. *var. resolut. par.* 3. *cap.* 14. *numer.* 13. *& seqq.* Peregr. *consil.* 96. *nu.* 2. *& seqq vol.* 6. cum alijs apud Posth. *de manut. obseru.* 108. *nu.* 16. *& seqq.* Rota *coram Seraphin. dec.* 299. *n.* 6. & *coram Coccin. dec.* 417. *num.* 1.

Conclusio enim procedit † in sententia lata in plenario 6
possessorio, † quæ habet executionem paratam, sine in- 7
specta iuris ciuilis dispositione in *l. vnica cap. si à moment. pos-*
sess. fuer. appell. † suspensiuam appellationem in his posses- 8
sorijs prohibente, † siue quia transierit in iudicatum, ad text. 9
in l. 2. *cap. de execut. rei iudicat.* quemadmodum explicant Gratian. *discept.* 569. *num.* 35. Posth. *d. obsera* 108. *nu.* 18. qui dicit ita accipiendum esse Peregr. *d. consil.* 69. Rota *coram Seraph. d. decis.* 299. *nu.* 6. & 7. quam sane executionem hoc in
casu habere nequit sententia, de qua agitur, † cum iam su- 10
spensa fuerit per commissionem restitutionis in integrum,
Summario Monasterij hodierno *nu.* 1. † per quam lis reuiui- 11
scit, & omnia in pristinum statum reponuntur *l. quod si minor §. restitutio ff. de minor.* ideoque non secus ac si in principio Causæ versaremur, pendente adhuc lite super plenario possessorio retinendæ, licèt Monialibus de sua quasi possessio-
ne docentibus, manutentionem concedere, † præseruando 12
iura omnia non solum in possessorio, sed etiam in petitorio ordinario, ad terminos Text. *in l.* 2. *§. merito ff. pro soc.* Bald. *in l. ordinarij* 13. *n.* 9 *cap. de rei vindicat.* Piot. *in l. si quando num.* 107. *cap. vnde vi,* & latè explicant Roland. *consil.* 8. *n.* 24. *vol.* 4. Neuizzan *cons.* 81. *nu.* 17. optimè Lotter. *de re benef. lib.* 1. *qu.* 38 *nu.* 225. & 226. Fontanell. *de pact. nupt. claus.* 7. *gloss.* 3. *par.* 10. *num.* 77. & perpetuò Rota seruauit *cor. Greg. XV. dicta dec.* 275. *num.* 13. & 14. *in rec. par.* 4. *decis.* 512. *num.* 1. & *par.* 12. *dec.* 138. *num. final.* & in alijs relatis *in decis. Merlin.* 742. *num.* 6. & in præcisis terminis commissæ restitutionis in integrum *coram Cæs de Grass. decis.* 4. *num.* 4. *de caus. possess. & propriet. apud* Cenc. *de censib. decis.* 244. *nu.* 3. & 4. *in rec. par.* 9. *dec.* 339. *num.* 28. *& seqq.* & *par.* 10. *dec.* 45. *num.* 18. *& seqq.* & in fortioribus terminis in *Pisana Tenutæ super manut.* 30. *Ianuar.* 1668. *cor. Eminentissimo Carpineo Prodatario.*

Et hoc quamuis dicta sententia † fuerit absolutoria, 13
† ideoque traheret secum executionem, quo casu, neque 14
in gradu restitutionis in integrum Rota manutentionem concedit ex adductis per Add. ad Greg. XV. *dec.* 458. quia id procedit in executione facta ab homine, secus autem in exe-
cutione facta à lege, † qualis est illa, quam sententia ab- 16
solutoria secum trahit, iuxtà antiquam Rotæ distinctionem coram *Buratt. decis.* 604. *num.* 15. & 16. de qua testatur Posth. *de manut. obseru.* 88. *num.* 99. in qua stetit postea *coram Bich. dec.* 254. *num.* 22. *in rec. par.* 10. *dec.* 45. *n.* 36. & 37. *dec.* 119. *num.* 1. & *per tot.* & *in dec.* 203. *in princ.* & in contrarium adducta.

Quinimò cum citatio ad sententiam non fuerit persona-
liter executa, sed domi dimissa copia, † Summario ho- 17
dierno Monasterij *num.* 2. decendium à iure præfixum ad ap-
pellandum, quod solet currere à die prolatæ sententiæ, † vbi- 18
cumque agitur contra præsentem, vel verum contumacem, ad literam Text. *in l.* 2. *§. biduum ff. quand. appell. sit,* & *in can.*
biduo 2. *q.* 6. † sed hoc casu non cepit currere, nisi à die habitæ 19
notitiæ, cum versemur in ficto contumace, iuxtà alium textum *in l. ab eo* 3. *C. quomodo,* & *quand.* Iudex *in l.* 1. *§. fin.* & *in d. can. biduum §. si aduersus absentem gloss. final. in Auth. hodie C. de appellat. gloss. in Clemen. in verb. tempus, ibique* Imol. *nu.* 14. Abb. *num.* 6. Ancharan. *num.* 11. *de dol. & contum. Vestr. in prax. lib.* 7. *cap.* 3. *num.* 24. Scacc. *de appell. qu.* 12. *num.* 13. & 14. Tiraquell. *de retract. lignag. gloss.* 9. *§.* 2. *num.* 42. Lancellott. *de attent. par.* 2. *cap.* 12. *limit.* 50. *n.* 142. *& seq.* Natt. *cons.* 51. *nu.* 1. & fuit antiquæ Rotæ distinctio, quam hodie quoque seruat, de qua in *dec.* 2 *de dol. & contum. in nou.* vbi latè in *addit in d. dec.* 16. *illo eod. tit.* & in *dec.* 46. *de appellat. in antiq.* ideoque ap-
pellatione interposita, † sententia non potuit in iudicatum 20
transire, nec Monasterium videtur egere restitutione in in-
tegrum, † sed vti posse ordinario remedio appellationis, 21
cum de iure censeatur appellatum intra decendium à die
habitæ scientiæ, † nisi contrarium probetur, ex Regula text. 22
in l. verius 21. *vbi gloss. verb. oblig. ff. de probat.* Franc. *in cap. bene* 51. *num.* 20. *de appell.* Felin. *in cap. ad consultationem sub nu.* 25. *de iudic.* Ferret *consil.* 98. *n.* 5. Marches. *de commiss. par.* 1. *tit. de commiss. appell. dict.* §. 2. *num.* 111. Scacc. *d. qu.* 12. *nu.* 24. Rot. *coram Bellarmer. dec.* 349. *sub nu.* 1. *in dict. par.* 1. *dec.* 55. *nu.* 3. cum
alijs *in rec. par.* 13. *decis.* 450. *num.* 1. & 3. † & ad præcisum 23

effectum manutentionis apud Posth. *de manut. dec.* 298. *num.* 3. *repetit. coram Dunoz. iun. dec.* 102. cum qua processum fuit coram *Carill dec.* 180. *num.* 1. *& coram Eminentissimo Ottbobono dec.* 135. *num.* 11.

Quæ autem opponebantur circa extinctionem causæ so-
24 lutionis, ex eo, quod resoluta renunciatione † ob mortem
personarum, quarum contemplatione facta fuerat, vt
dixit Rot. *in Romana fideicommissi de Steccatis* 18. *Ianuar.* 1665.
& 4. Februar. 1667. *cor. R. P. D. meo Bourlem.* cessare quoque
25 debeat, † hæc annua præstatio ad illam correspectiua † ex
26 regula text. *in l. etiamsi* 30. *§. ex causa ff. de minor.* in his terminis
latè deducta in Papien. *pecuniaria* 9. *Maij præteriti §. quid-*
27 *quid coram me*, visa sunt Dominis, nullatenus attendi † pos-
se, cum in hoc summarissimo iudicio manutentionis tituli
extinctio obijci nequeat, iuxtà doctrinam Bald. *in l.* 2. *in fin.*
C. de seru. fugit. Menoch. *de retinend. d. remed. vltim. nu.* 3. Boer.
dec. 238. *num.* 5. *vers. aut loquitur*, Rota *coram Verall. decis.* 317.
par. 2. *in diuers. par.* 1. *dec.* 99. *sub num.* 8. *&* 9. Martin. Andr. *dec.*
75. *num.* 8. *apud* Cenc. *de censib. dec.* 146. *num.* 1. *& seq. & apud*
Posth. *de manut. dec.* 181. *in fin.* ideoque cum de ea incontinen-
ti non doceatur, sed ex deductis pro parte Monasterij, tam in
28 facto, quam in iure requirat altiorem indaginem, † interim
possessori decernenda est manutentio, vt explicant Posth.
obseruat. 64. *num* 6. *& num.* 14. *versic. si tamen*, Rot. *cor. Martin.*
Andr. dec. 81. *num.* 3. *& coram Pea. decis.* 214. *nu.* 7. *&* 8. *& dec.*
1229. *num.* 5.

Defectus autem bonorum Marci Antonij Patris, cuius
Constantia Auctrix Clementini hæres fuit, in hoc iudicio
29 deduci non potest, etiamsi ex quadam Peritia † in diuerso
iudicio emanata, prætendat Clementinus optimam ratio-
nem reddidisse, & creditorem declaratum fuisse, Summa-
rio hodierno *num.* 1. quia denegatio hæredia etiam beneficia-
ti in his annuis præstationibus, etiam sub prætextu suorum
30 creditorum, non obstat manutentioni, † nisi quando il-
lam petens se habuerit pro spoliato, vel iusta causa dene-
gandi sit clara, & liquida, quæ omnia cessant in præsenti,
vt declarat Posth. *de manut. obseruat.* 64. *nu.* 10. alias quousque
cognoscitur de viribus hæreditatis, & de creditis ipsius hæ-
31 redis, † interim Monialibus manutentio denegari non po-
test, vt reprobata sententia Iacobi Venantij *de ann. præsta-*
tion. quæst. 20. articulo maturè discusso dixit Rot. *in diuers.*
par. 1. *d. decis.* 99. *num.* 8. *&* 9. *coram Penia decis.* 1268. *in fin. apud*
Cenc. *de cens. decis.* 251. *num.* 6. *&* 7. *& decis.* 405. *num.* 4. *& cor.*
Bich. decis. 37. *num.* 3. 6. *& seqq.* repetit post Merlin. *de pignorib.*
decis. 38. & comprobant Cenc. *de cens. quæst.* 92. *num.* 18. *&*
seq. Posth. *de manut. obseru.* 56. *num.* 9. *&* 12. *& obseru.* 64.
num. 8.

Eoque minus afferta redditio rationis, quæ coram diuer-
so Iudice in separato iudicio facta prætenditur per Clemen-
32 tinum cum quibusdam creditoribus, † visa fuit obstare
Monasterio, à quo doctum fuit, antea obtinuisse exequa-
tur contra eius bona propria, & personam, ob non reddi-
tam rationem de bonis hæreditarijs Constantiæ, d. Summa-
33 rio Monasterij *num.* 4. † qui proinde veluti creditor certus,
& coæquale, imo, & fortiùs cum alijs creditoribus inte-
resse habens, in hac bonorum separatione, vocandus erat,
per text. *in l. fin. §. in computatione, vbi* Bald. *n.* 4. *C. de iur. deliber.*
in l. 1. *ff. de separat. bonor. & in l. fin. C. de iur. dom. impuber. idem*
34 Bald. *in l. debitori* 7. *num.* 4. *C. de pact.* † cuius dictum in praxi
receptum ostendunt Alex. *ibidem num.* 4. Iason. *num.* 3. Ca-
stren. *num. final. & in l. quoniam in prioribus num. eodem, C. de in-*
offic. testam. Pancirol. *consil.* 98. *num.* 11. Marescott. *lib.* 1. *variar.*
resolut. cap. 37. *num.* 3. cum alijs per Salgad. *in Labyrint. creditor.*
par. 1. *cap.* 9. *num.* 38. Rota *coram Seraph. decis.* 967. *num.* 1. *in rec.*
par. 13. *decis.* 332. *num.* 3. *&* 4. *in Romana fideicommissi de Bon-*
compagnis 30. *Ianuarij* 1665. *§. non obstat, quod ex causa cor. Il-*
lustriss. Beuilaqua Vrbis Gubernatore, in Romana fideicommissi
de Spinis 16. *Februar.* 1671. *§. præsertim coram me*, & melius
coram Reuerendiss. Rojas decis. 34. *nu.* 16. *& seqq. coram Bichio*
35 *decis.* 554. *num.* 3. *&* 4. † & pro manutentione creditori non
vocato concedenda *Iuuenacen. seu Melphiten. bonorum* 15. *Ia-*
nuarij 1646 *§. quia illi vers. tunc verò, §. quoniam est, & §. seq. cor.*
clar. mem. Card. Corrado.

Et ita, vtraque Parte informante, resolutum fuit.

R. P. D. TAIA.
Posteà S. R. E. Cardinali.

Romana Vineæ.

Lunæ 12. Decembris 1672.

ARGVMENTVM.

Fideicommissario, ad immissionem agenti, inter alia opponebatur præscriptio, bonorum, identitas, detractiones, & melioramentorum exceptio; sed ijs posthabitis, immissio concessa est, quia præscriptio ante purificationem fideicommissi currere non potuit, identitas ex aliquibus confinibus resultabat, quamuis bona fideicommissi cum alijs incorporata sint, detractiones verò mediante alienatione fuerant consumptæ, & demum exceptio melioramentorum, quæ probata non erant, per cautionem de ea reficiendo, postquam fuerint liquidata, ipsa etiam remoueri visa est.

SVMMARIVM.

1 *Præscriptione annorum 30. repellitur Actor à iudicio immissionis vigore* l. final. C. de edicto Diui Hadr. tollen.
2 *Præscriptione proponens, similis est piscatori anguillarum.*
3 *Tertius possessor, etiam cum titulo, non præscribit res fideicommissarias, nec etiam spatio centum annorum.*
4 *Fideicommissarius ante purificationem fideicommissi non potest agere, quia interim sibi non est nata actio.*
5 *Præscriptio non currit non valenti agere, & hoc dicitur esse secundum naturam illius.*
6 *Præscriptio decursa contra vnum ex fideicommissarijs, non nocet alijs sequentibus in gradu, & ex propria persona venientibus.*
7 *Vineæ plures quamuis simul vniantur, non ita incorporantur, vt vinum.*
8 *Legatum nullum est, nulla facta demonstratione fundi, super quo illud constituitur, & relinquitur.*
9 *Fundorum, domo rumque nomina nostra destinatione, non autem à natura constituuntur.*
10 Sebastianus Vantius *suum tractatum de nullitatibus inscripsit anno Iubilei* 1550.
11 *Vinea licet incorporata cum alia, si tamen sit certa ratione petiarum, facillimè poterit, mediante mensuratione, certificari.*
12 *ex Quantitate maiori facile detrahitur minor.*
13 *Confundens, vel incorporans bona vnius cum bonis alterius, ipse illorum confinia probare tenetur.*
14 *Immissio in bonis maioris quantitatis non debetur, nisi distincta parte, quæ ad fideicommissum, vel debitorem spectat.*
15 *Alienationes bonorum fideicommissi censentur electæ pro detractionibus fideicommissario competentibus.*
16 *Clausula in fine posita quando referatur ad omnia præcedentia.*
17 *Dictio neutraliter apposita refertur ad omne genus.*
18 *Iuribus, & actionibus expressis, si congrua relatio fieri velit, illa exprimenda est sub dictionibus,* quæ, *vel* quas.
19 *Verba competentia, & competitura quatenus proximis, & remotis actionibus applicetur.*
20 *Testamentum aliquem condidisse non præsumitur, sed debet ab allegante probari.*
21 *Facta non præsumuntur, sed probanda sunt.*
22 *Fideicommissarij plures, vnusquisque suas portiones habet, in quibus facere debet suas detractiones, non autem in portionibus alterius.*
23 *Retentio bonorum fideicommissi pro debitis grauati non datur, quia illa obligari non possunt.*
24 *Obligatio conditionalis habetur pro non facta, conditione non adimpleta.*
25 *Emptor non potest retinere ex iuribus creditorum si pretium non soluit, & verè iure emptum non sit.*

26 *Retentio pro melioramentis non datur, si illa liquidata non sint.*
27 *Iudex bonus variè ex personis, causisque ius constituit.*
28 *Melioramentorum exceptio non afficit, si illa neque in genere, neque in specie probata suas.*
29 *Melioramenta ad probanda inter cætera verificari debet status antiquus, & quid impensum, quidque etiam melioratum sit.*
30 *Melioramentis non liquidatis sufficit præstare cautionem de ea reficiendo postquam liquidatio facta sit.*

DECISIO CCCLXVI.

DEcisum erat 13. Iunij 1668. Antonio prosequenti causam, vel hæredi Thaddei Patris, non dandam immissionem in vineam, nec ne agenti nomine proprio, & vel fideicommissario principali dandam Domini responderunt, & causam ipsam reducendo ad exceptiones Reorum.

Prima erat præscriptio plusquam triginta annorum,
1 † qua Actor repellitur etiam ab hac ipsa actione *l. vlt. C. de edict. D. Adr. tollen.* Menoch. *remed. adipisc. 4. num. 778.* Rota *coram Bieb. decis. 18. num. 13. & 14.*
2 Sed vel præscriptionem proponens † similis est Piscatori Anguillarum apud Cost. *de fact. scient. distinct. 60. num. 18. centur. 2.* sic lubrica elapsa præscriptio, & exceptio est, vt generaliter tertius Possessor, etiam cum titulo non præscribat
3 res fideicommissarias, etiam † spatio 100. annorum in præ-
4 iudicium fideicommissarij † cui interim non fuit nata actio, *§. illud autem l. 7. C. de præscript. 30. annorum, §. sin autem sub conditione l. vlt. in. C. communia de legat.* & est secundum regulam, quod non valenti agere non currit præscriptio,
5 † & est secundum naturam apud Peregrin. *de fideicom. art. 41. num. 16.* cum allegatis, & cum alijs Fusar. *de substit. quæst. 528. num. 4.* & plusquam in puncto, quod præscriptio decur-
6 sa contra vnum ex † fideicommissarijs, non noceat sequenti in gradu volenti ex propria persona succedere, Fusar. *d. qu. 528. num. 5.* Rot. *coram Dunozett. Iun. decis. 487. n. 38. & coram Bieb. decis. 356. nu. 8. & decis. 241. num. 21. d. vers. obiectum præscriptionis par. 9. recent.*

Sed nec vllam posse allegari præscriptionem volebant informantes pro Antonio, quia pro recuperatione huius vineæ venditæ à Balduino Massa anno 1591. egit Thaddæus Pater Antonij anno 1604. etiam prosequendo contra modernos possessores, respectiuè ad annum 1667. quo tempore illo mortuo prosecutus est iudicium Antonius, & sic obiectum non solum in iure, sed etiam ex facto diruebatur.

Secunda erat defectus probationis certæ vineæ, quæ adhuc dicebatur incorporata, & confusa cum alijs vineis notabilis qualitatis, & valoris &c. *in dicta decisione.*

Sed hodie visum est aliud, & dictum non incorporari,
7 coniundique vineas, † vt vinum, nec posse quidem, vinea
8 demonstrata, nullam esse actionem, † sicuti nullum legatum, §. Gener à Socero *l. cum post diuortium 69. ff. de iur. dot. & ibi glos. constaret*, cum nostra destinatione fundorum nomi-
9 na, & domus, † non natura constituerentur, *§. si quis post testamentum l. quod si rerum natura 24. ff. de legat. 1.* Hinc illud *Varo* vocat, quem possim mittere funda, Ni tamen exciderit, qua causa funda patet apud Gothofred. *ad locus est*, *ff. de verb. signif.* Cæterum vinea demonstrata in quantitate petiarum nouem in circa, & loco extra Portam S. Pancratij, & confinijs propè viam, qua itur ad malam Griptam, cui ab vno prædicta via, ab alio Petri Antonij Vantij vinea, & ab alio Fabij, & Iacobi de Manellis bona, quæ hodiè possidentur ab hæredibus Hieronymi Sicarræ; necnon à reliquis duobus lateribus via publica &c. in sententia subrogatoria huius vineæ alteri inter filios Antonij Testatoris anno 1591. non solùm non confusa, vel potiùs non discreta, sed satis discernenda visa est, maximè in delineatione data ab Actore optimè congruente descriptioni, & magis adhuc stante Domuncula in maiori Vinea Rectum inscripta *Se-*
10 *bastianus Vantius* † ille, qui *de nullitatibus processuum, & sententiarum scripsit anno Iubilæi* 1550. Adeout ab vna parte videatur indiscreta termino deiecto, vel exarato, vt ab vno plurium possessore, & facilè discernenda, ad quantitatem petiarum nouem, solo illo termino restituto, vt cùm qualitas terreni, seu Vineæ sit certa petiarum no-
11 uem, † poterunt mediante mensuratione facillimè certificari, incipiendo non solum à duobus, sed etiam à pluribus alijs supra expressis lateribus, inquit Rota *coram Merlin. decis. 133. num. 7.* Vltra quæ constante fideicommisso in
petijs nouem, † ex maiori quantitate facilè detrahitur mi- 12
nor; & possessoribus, quorum, vel auctorum facto fuerunt
bona confusa, † incumbit onus probandi reliqua confi- 13
nia, inquit Rota *coram Merlin. d. decis. 134.* cum qua transijt *coram Bieb. decis. 485 num. 3. & 4.* cum alijs allegatis: Neque confusa rursùs visa est nouis exceptionibus facti, quin æquè nouis replicationibus facti discreta, vel discernenda visa sit.

Tertia erat maior quantitas, & longè plurium petiarum,
vndè locus immissioni adhuc non esset, † nisi distincta par- 14
te fideicommissaria, à parte non fideicommissaria, sed ex eisdem visa est pars fideicommissaria satis distincta, vt benè distinguenda, procedendo per petias nouem à terminis stantibus, ad terminum amotum, & quoquomodò, cura erit Agrimensoris à suprascriptis.

Quarta erat retentio pro iuribus, & creditis filiorum Antonij Sen. sed non competere visum fuit, quia etiam ipsi vltra fideicommissum dicti Antonij Senioris supposuerunt omnia sua bona alteri fideicommisso reciproco perpetuo lineari, reseruata solùm facultate testandi de scutis biscentum pro quolibet, iuxta Summarium Antonij, pro quibus scutis biscentum Balduinus alienauit censum scutorum bis mille auri, in quo erat eius portio longè excedens dicta scuta bi-
scentum, † quæ censetur pro suis detractionibus elegisse, 15
vt vsque ad eas possit alienare, *§. res quæ l. 3. ff. ad Trebellian. cum ibi not.* & alijs vulgatis.

Vltra quod videbatur detractione consumpta in alienatione Vineæ extra Portam Populi petiarum 34. circiter iuxta Summarium Antonij, è quibus non fuerunt subrogatæ pro fideicommisso Antonij Sen. nisi petiæ nouem, & reliquæ erant comprehensæ in fideicommisso conuentionali fratrum non solum ad bona præsentia, sed etiam ad futura, ibi: omnia, & quæcumque bona, res, iura, mobi-
lia, & immobilia, credita, actiones competentes, & † com- 16
petituras &c. quæ referuntur ad omnia præcedentia; & præ-
cipuè bona, prout vna dictio neutraliter posita, † potest 17
referri ad omne genus, ad *l. hoc legatum 45. & seq. l. ea tamen adiectio 46. ff. de legat. 3.* Bart. *ad l. 8. ff. de aur. & argent. legat. nu.*
3. in fine, vbi declarat cautos Notarios, † qui adhuc ad iu- 18
ra, & actiones dicunt, *quæ, vel quas &c. sub nu. 3.* Et qua-
tenus illa demonstratio *competentia, & competita*, † nec 19
actionibus proximis, nec rebus remotis applicari, salua ratione recti sermonis, non potest, ad *dictam l. 8. cum ibi not. in gloss. tantùm.*

Quod fideicommissum conuentionale parùm obest fuis-
se conceptum, cum Balduinus decesserit intestatus, † quia 20
Testamentum non præsumitur, & debuisset probari à præ-
tendente, † cum sit facti &c. apud Menoch. *tota præsumpt.* 21
1. lib. 4. & nullam habet dubitationem, dum anno 1618. illius hæreditas fuit adita ab intestato, iuxta Summarium Additionale Antonij.

Hæc quoad Balduinum; quo enim ad Matthæum, Gregorium, & Io: Baptistam, res visa fuit magis clara; nam quidquid dici posset, an consentiendo venditioni teneatur de euictione, adhuc nullæ competebant detractiones in hac Vinea, obuenta in portionem Balduino, cum quilibet ha-
buisset suam partem bonorum; † in qua debuisset suas face- 22
re detractiones, & pro illorum creditis contra Balduinum non potest retineri hæc Vinea fideicommissaria cùm obliga-
bilis † non sit pro debitis grauati, *§. sed quia nostra maiestas l.* 23
vltima C. communia de legat.

Et cum etiam ipsi alienationes fecissent, in illis suas consumpserant detractiones; si enim detractiones competijssent, non fuisset Vinea subrogata in locum alterius distractæ.

Imò cùm solutio pretij fuerit promissa conditionaliter, quando scilicet præcessisset sententia declaratoria potiorita-
tis crediti, & derogatio fideicommissi, † his conditionibus 24
non impletis obligatio habetur pro non facta, *§. sub conditione iastit. de verbor. oblig.* Cumque solutio non doceatur, &
verè iure emptum, † non potest emptor ex iuribus credito- 25
rum retinere, ad text. in *l. qui à creditore C. de distract. Pignor.*

Quinta erat retentio ipsa Vineæ, vel melioratæ pro me-
lioramentis, sed vt non sunt liquidata, † sic non est concessa 26
retentio, atque vt bonus Iudex † variè ex personis, causi- 27
sque constituit, *l. in fundo 38. ff. de rei vindic. & ibi glos. constituit:* Etiam exceptio non officit, † quando in genere, 28
atque in specie non sunt probata cum demonstratione sta-
tus antiqui; † prout requiritur ad effectum sciendi, 29

30 quid impensum, & quid melioratum &c. † & ad illorum liquidationem satis est præstare cautionem de illis reficiendis, quando fuerint liquidata apud Menoch. inquit Rota *decis. 109. num. 19. & 20. par. 13. cum abundè alleg.*

Et ita, vtraque Parte informante, resolutum fuit.

R. P. D. TAIA.

Posteà S. R. E. Cardinali.

Romana Census.

Veneris 3. Martij 1673.

ARGVMENTVM.

Census, aliasque alienationes à filio factas, in causam legitimæ substineri iura concedunt; Cum autem de præcedentibus alienationibus opponeretur, cui incumbat onus probandi, illius detractionem fuisse consumptam in hac decisione multiplici distinctione resoluitur, ad eum casum, quo alienatio diu obseruata sit, & agatur potiùs inter fideicommissarios, & hæredes grauati, vel contra tertium.

SVMMARIVM.

1 *Census à fideicommissario impositus super bonis fideicommissi, substinetur ratione legitimæ, & num. 3.*

2 *Inuentario non confecto neque de qualitate bonorum, neque de quantitate legitimæ constare potest.*

4 *Legitima non potest grauari onere fideicommissi.*

5 *Transactio facta à grauato super bonis fideicommissi bona fide, & ex iusta causa obligat etiam successores.*

6 *Legitima dicitur consumpta in præcedentibus alienationibus, vel censibus, vbi etiam concurrit omissio inuentarij.*

7 *Legitimam in antecedentibus alienationibus fuisse consumptam, quis probare teneatur, & num. seqq. ac per tot.*

8 *Excessum alienationis, vel potius illam intra debitos limites factam, an potius probare debeat fideicommissarius, vel grauatus.*

9 *Legitima ex omnibus bonis hæreditarijs detrahenda est, cum sit quota totius hæreditatis.*

10 *Filius in detractione facta pro sua legitima, habet intentionem fundatam, itaut si fideicommissarius prætendat excessum, hunc ipse probare teneatur.*

11 *Actor suam intentionem, ac etiam exceptionem probare tenetur.*

12 *Exequutio non retardatur in iudicio executiuo, & expeditiuo, ob exceptiones requirentes altiorem indaginem.*

13 *Legitimam in alijs alienationibus fuisse consumptam, aliud est quod inter fideicommissarium, & hæredem filij, aliud verò quod cum tertio possessore tractetur.*

14 *Fideicommissarius probare tenetur alienationes à filio factas superare portionem legitimæ amplius vt num. seq.*

15 *Legitimam non solius filij alienantis, sed etiam alterius cum eo obligati, probari debet in eadem alienatione consumpta.*

16 *Transactionem à patre factam obseruare tenetur filius, donec legitimam rationem de bonis hæreditarijs non reddat.*

DECISIO CCCLXVII.

IN decisis 14. * Martij 1672. Domini steterunt, placuitque iterum Censum substinendum ratione legitimæ,
Hieronymo venditori, quia vetere iure enucleando in hac
ipsa Causa Census 11. Martij 1577. coram *Seraph. decis. 321.*
dicebatur legitima Hieronymi consumpta, sed quia non
1 fuit confectum inuentarium non constabat, † neque de
qualitate bonorum, neque de quantitate legitimæ, ad litteram *d. decis. 321. in quinta difficultate sub initio vers. quinta an ratione debitorum, & ex num. 16. vers. quantum ad quintam difficultate*, & postea *coram Lotta 13. Ianuarij 1603. apud*
2 Merlin. *de legit. decis. 15.* pariter decisum fuit † censum substineri saltem respectu legitimæ, quæ tunc debebatur in
3 bonis fideicommissi, † & quæ non poterat grauari fideicommisso, ad literam *d. decis. 15. nu. 4. coram Moltio Merc. 14. Iunij 1645. apud* Zacch. *de oblig. Camer. decis. 252. num. 6. & 7.* confirmata *Ven. 18. Maij 1646. apud* Zacch. *decis. 269. numero 5. 6. & 7. ac 8.* vbi plenè firmatur hic punctus.

Et cum Partes occasione primarum illarum decisionum
postea transegerint, & Censum pro rata extinxerint, vti
legitimè impositum, & pro rata scutorum 1000 residuum
illum soluere promiserint, & transactionem obseruauerint per continuam solutionem censuum annuorum, etiam
à Io. Dominico rursus visa est seruanda, † & à successori- 4
bus in fideicommisso, licèt non hæredibus transigentium,
vtpotè innixa bonæ fidei, iustæque causæ ex aliàs allegatis apud Iai. *de substit. quæst. 554. num. 14. & quæst. 562. num. 2.* & sæpè Rota *coram Peutinger. decis. 66. num. 6. & in decis. confirmata §. insuper placuit.*

Informantes pro Ioanne Dominico objiciebant Actori
Hieronymum ante venditionem huius Census, duos alios
Census vendidisset, † & non modicos, itaut ex his dua- 5
bus alienationibus iuncta omissione inuentarij præsumendum sit, quod legitima ipsius esset consumpta, † cum in- 6
cumbat onus Actori iustificare legitimam non esse consumptam, ad latè, & fusè deducta *cor. Rojas decis. 53. num. 8. vers. aliud verò*, & nouissimè *decis. 416. & decis. 531. vtrobique num. 10 par. 13.*

Sed Dominis visum est euitari obiectum ex duplici ratione; Primò, quia in hac ambigua, & inuoluta quæstio-
ne, † qui teneatur probare, An fideicommissarius exces- 7
siuam esse alienationem vltrà legitimam; An verò graua-
tus esse intrà legitimam, † hoc certum est Hieronymum 8
stante fideicommisso vniuersali potuisse deducere legiti-
mam in omnibus bonis hæreditarijs, † cum sit quota to- 9
tius hæreditatis, adeoque ex Palatio præcipuo corpore,
& in hoc habet fundatam intentionem, † quod si Ioannes 10
Dominicus fideicommissarius excessit, asserendo esse ex-
cessiuam detractionem in hoc corpore, propter alias præ-
cedentes alienationes, iam in hac sua exceptione est Actor,
† & eam probare debet, *l. penult. §. decore ff. ne quis eum* 11
qui, l. 2. ff. de probat. Cyriac. *controu. 5. num. 43. cum seq.* & tota
controuersia, quod adhuc non probauit, † & interim 12
cum res sit altioris indaginis non retardatur exequutio in
hoc iudicio expedito, & exequutiuo.

Alia quoque ratione visum est declarare obiectum, quia
non vestitur hodie quæstio inter grauatum, vel illius hæredes, An alienationes bonorum fideicommissariorum superent, necne legitimam, quo casu quamplurimi DD.
fauerent † fideicommissario, quos ad satietatem enu- 13
merat Merlin. *de legit. lib. 2. tit. 2. quæst. 4. à num. 15 vsque ad fin.* sed est inter fideicommissarium, & tertium possessorem, iusto titulo possidentem, tam in primordio emptionis, & venditionis census, quam postea titulo transa-
ctionis, † eoque tam diù obseruato, vt supra, quo ca- 14
su incumbit fideicommissario demonstrare alienationes
suppositas superare portionem legitimæ, † & non solum 15
Hieronymi impositoris, sed aliorum fratrum coobligatorum in dicto instrumento, Merlin. *d. quæst. 4. nu. 15. vers. putarem tamen*, Cyriac. *d. controuers. 5. nu. 61.* cum alleg.

Et adiecerunt Ioannem Dominicum, vti hæredem Fran-
cisci Patris, vnius ex transigentibus, † teneri obseruare 16
concordiam de proprijs bonis vsquequo non reddat rationem de hæreditate paterna, vsque adhuc informiter reddita, *vt in d. decis. 269. num. 9. 10. & 11.*

Et ita vtraque &c.

Supra in alio præced. tom. 1. par. 18. adest altera præsentis causæ decis. ibi in ordine 121.

REVERENDISS. D. ALBERGATO

Sacræ Rotæ Decano.

Caualliceo. Hæreditatis.

Veneris 14. Aprilis 1673.

ARGVMENTVM.

De manus recognitione tractatur, eamque in defectum alterius modi recognoscendi, per comparationem faciendam esse deciditur, præstito prius parti iuramento calumniæ,

Perito

Perito verò illam faciendi sine spe alicuius lucri, amoris, vel odij causa; sed solum pro veritate dicenda, ac etiam constito de realitate scripturæ, cui comparatio facienda sit, non obstante, quod à primæua recognitione prius appellato, postea fuerit reditum coram Iudice à quo, quia hæc omnia facta sunt cum protestatione de non recedendo ab appellatione interposita.

S V M M A R I V M.

1 *Recognitio per comparationem literarum fit in subsidium, ex defectu cuiusuis alterius modi recognoscendi, & delato iuramento calumniæ.*

2 *Periti iurare debeat se non lucri, aut amoris, vel odij causa, solum pro verita dicenda accessisse ad comparationem literarum, vel aliam relationem faciendam.*

3 *Recognitio noua literarum denegari non debet, si à prima recognitione appellatum sit, amplia vt num. seq.*

4 *in Causa graui plerumque noua literarum recognitio, aut alia similis probatio conceditur.*

5 *Recognitio noua literarum, vel alia similis probatio non denegatur si post primam recognitionem, vel probationem pars fuerit absoluta.*

6 *Recognitio literarum, vel alia similis probatio, si iudex mandauit, illam poni ad partes, & numquam de actis facta sit, tamquam actus extraiudicialis, nihil ponit in esse.*

7 *Appellationi non renunciat, qui redit ad iudicem, à quo cum protestatione de non recedendo à suo appellatione.*

8 *Relatio peritorum, à qua fuit appellatum, non transit in iudicatum, etiam si quis redierit ad iudicem, à quo cum protestatione tamen de non recedendo à sua appellatione.*

9 *Protestatio ostendit animum protestantis, sibi non præiudicandi.*

10 *Protestatio semper præseruat ius protestantis.*

D E C I S I O CCCLXVIII.

EXcipiente Petro de falsitate subscriptionum Testamenti, & Codicillorum Marchesiæ de Guigonet, ac Riuoltæ Notarij, R. P. D. Faous Iudex prioris instantiæ, transportatis originalibus ad Curiam, vnà cum nonnullis subscriptionibus certis, & indubitatis Testatricis, & Notarij, mandauit manum recognosci à Peritis per comparationem, sed cum Petrus reclamaret, ac de nullitate redargueret recognitionem, Rota delato iuramento
1 calumniæ, † & defectus cuiusuis alterius modi recognoscendi, iuxtà doctrinam Bald. *in l. comparationes num.* 10. *C. de fid. instrum* censuit esse deueniendum ad nouam electionem Peritorum, qui diligenter inspectis elementis litera-
2 rum † & iurato se non lucri, aut amoris, vel odij causa, sed solum pro veritate dicenda de eo, quod cognouerit, accessisse ad comparationem faciendam, vt ad literam tradit text. *in eadem l. comparationes §. omnes autem, ibique* Salicet. *num.* 3. latè Adden. ad Buratt. *decis.* 611. *per tot.* Rota *decis.* 1791. *à num.* 19. *vsque ad finem cor. bo. me. Coccino.*

Nec obstat altera Peritorum electio, tùm quia Petrus
3 appellauit ab eorum mala relatione, † & pluries protesta-
4 tus fuit faciendam esse nouam recognitionem, † quo casu noua recognitio per nouos Peritos non videtur deneganda, maximè in causa graui, Rota *in Romana pretij Castri Fiani coram Lancellot. apud* Marchesan. *de commis. par.* 2. *fol.* 257. Ridolphin. *in praxi par.* 1. *cap.* 8. *num.* 123. latè Rota *decis.* 11. *num.* 22. *par.* 10. *rec.* & prius Rota *coram Seraphin. decis.* 513. *num.* 3. *& decis.* 921. *num.* 31. *coram Dunoz. & in Veliterna retractus* 12. *Nouembris* 1666. *§. talem coram R. P. D. meo Tasa*, præcipuè
5 quia post hanc recognitionem † Petrus fuit absolutus, & Iudex illam decreuit poni ad partes, & nunquam manda-
6 uit fieri de actis, † propterea tamquam extraiudicialis nihil potuit operare, Rota *d. decis.* 11. *num.* 23. *par.* 10. *rec. & decis.* 405. *num.* 11. *par.* 12. *& decis.* 13. *num.* 3. *&* 152. *num.* 12. *coram Vbaldo, & in Romana fideicommissi de Mutis* 19. *Iunij* 1656. *§. tandem coram Eminentissimo D. meo Cardinali Cerro.*

Nec in facto subsistit, quod Petrus passus fuerit post appellationem reassumi merita causæ coram eodem R. P. D.
Fano, † quia non inde concluditur appellationi renunciasse, dum præmisit protestationem, quod per quamcumque causæ prosequutionem non censetur appellationi renunciatum, † ideò relatio non transiuit in iudicatum, 7
Franc. *de potest. cons.* 79. *num.* 3. Pacian *de probat. lib.* 1. *cap.* 47. *num.* 91. Rota *decis.* 32. *num.* 3. *coram Merlino, & decis.* 564. *an.* 8. *coram Bichio*, † nam protestatio ostendit animum prote- 8
stantis † sibi non præiudicandi, & sic ius eius præseruat il- 9 10
læsum, Surd *cons.* 385. *num.* 20. Rota *decis.* 387. *num.* 3. *par.* 7. *& in Senogallien. Saluiani* 3. *Iunij* 1647. *§. Quia coram bo. me. Card. Corrado.*

Verùm nè plus quàm decet immoretur in noua recognitione facienda, Domini nonnisi sine retardatione processus illam concesserunt, Vtraque Parte informante &c.

R. P. D. M A T T H Æ I O.

Romana Assecurationis.

Lunæ 26. Maij 1673.

A R G V M E N T V M.

Peregrina controuersia est, non solius assecurationis nauis ad titulum causæ, satis, & luculenter in hac decisione distincta, & apprimè declarara; verum etiam quatenus, & quando in contractibus persona extrinseca comprehendatur, vel non, qualiter omissa defensio in non substinenda viriliter aggressione inimici, adscribatur potius simplici prosternationi animi, quam dolo, vel culpæ; ita ut ex ea nulla fraudis suspicio, vel machinatio resultet, & demum de nautico fœnore, olim à iure ciuili permisso, hodie verò à Sacris Canonibus penitus abrogato quodque illud cum cambio maritimo, nihil habeat commune.

S V M M A R I V M.

1 *Nauis sine suis instrumentis, quæ sunt funes Antennæ, Ancora, & huiusmodi iter agere non potest.*

2 *Assecurationis contractus est conditionalis, & Assecuratores non teneantur, nisi probetur casum assecurationis deuenisse, & num. seq.*

3 *Assecuratores obligantur soluere summam assecuratam, posteaquam euenit casus sinistræ deprædationis, vel naufragij nauis.*

4 *Mandatum iuste, & validè à iudice relaxatum exequutioni demandari debet.*

5 *Assecurationis basis fundamentalis est casus deprædationis, vel naufragij nauis assecuratæ.*

6 *Nauis deprædatio, vel naufragium probatur ex testimoniali facto à testibus, de eo deponentibus.*

7 *Stipulatio assecurationis dicitur commissa, postea quam euenit casus deprædationis, vel naufragij nauis.*

8 *Assecurationis pretium debetur, si nauis assecurata deprædata est, licet postea à Piratis recuperata sit.*

9 *Naufragium, vel deprædatio nauis assecuratæ qualiter probari debeant, & num. seqq.*

10 *Testes examinati sine citatione partis non probant.*

11 *Naufragium, vel deprædatio nauis plerumque in longinquis partibus succedere solent.*

Probationes rigorosæ non exiguntur in ijs, quæ remotis in Regionibus eueniunt num. 11. & seqq.

12 *Citatio partis non requiritur in probando naufragio, vel deprædatione nauis, sequutis in longinquis Regionibus.*

Casus fortuitus successus in remotis partibus probatur ex sola iustitia naturali, & in eo non attendantur solemnitates iuris ciuilis, sed tantummodo iuris gentium num. 12.

13 *Citatis partis est omnino necessaria in probanda deprædatione, vel naufragio nauis, quoties pars reperitur præsens.*

14 *Naufragium, vel deprædatio præscribuntur spatio vnius anni à die sequuti naufragij.*

15 Nau-

15 *Naufragium, vel deprædatio sequuta in longinquis Regionibus probari possunt quocumque loco, & coram quocumque iudice, etiam incompetenti.*

Ventorum, & tempestatis furorem repellere in potestate nauigantium non est num. 15.

16 *Naues deprædatæ, vel naufragatæ plerumque reducuntur ad Portum, ad quem Nautæ numquam dirigere voluerunt.*

17 *Nauis deprædatione, vel naufragio sequutis comparere debet nauta coram iudice loci naufragij, vel ulterius loci propinquioris, vt ibi naufragium probet.*

18 *Testes duo, vel tres dicuntur necessarij ad probandum deprædationem, vel naufragium.*

19 *Testes de naui requiruntur ad probandum naufragium illius, quibus deficientibus admittuntur alij.*

20 *Naufragium probatum primo loco coram iudice incompetenti, probari debet postea infra biennium coram iudice ordinario, & citata parte.*

21 *Testes examinati coram iudice incompetenti super deprædatione, vel naufragio nauis, probant etiam postea in iudicio ordinario, quod fieri debet citata parte.*

22 *Deprædationis, vel naufragij iudicium est summarissimum, tam circa ordinem, quam circa probationem illius.*

23 *Libellus non requiritur in iudicio deprædationis, vel naufragij nauis num. 22.*

24 *Naufragium, vel deprædatio nauis non probatur ex sola attestatione magistri nauis.*

25 *Naufragium, vel deprædationem ad probandum admittuntur coniecturæ, literæ testimoniales, & similia.*

26 *Testes commorantes propè litora maris, in quo euenit naufragium, vel deprædatio nauis ad illud probandum admittuntur.*

27 *Testes vicini præsumuntur magis informati de naufragio, vel deprædatione, quam commorantes in longinquis partibus.*

28 *Nauta si post passum naufragium, vel deprædationem nauis, in loco viciniori non potuit habere commercium.*

Examinare debet testes super naufragio, & deprædatione prædictis in eo loco, ad quem primum accedere potuit ibidem.

29 *Nauis deprædata, vel naufragata, testium oculis, si fieri potest, subijci debet.*

30 *Casus fortuitus nemini imputatur.*

31 *Casum fortuitum probare sufficit, vbi non probatur dolus.*

32 *Ventorum, vel aquarum magnitudines, & tempestates in mari inter casus fortuitos enumerantur.*

33 *Assecurationis Apocha generaliter concepta, comprehendit etiam dominum nauis.*

34 *Assecuratores cuiuscumque personæ periculum suscipiunt, si assecurationem per hæc verba fecerunt*, per ordine di chi si aspetta, *& num. seqq.*

35 *Persona etiam in apocha assecurationis non nominata, quotiescumque habet interesse, ipsumque probauit comprehenditur in ea.*

36 *Assecuratores semper condemnantur, & non possunt opponere quæstionem dominij bonorum assecuratorum.*

37 *Assecuratio, materia fauorabilis est.*

38 *Dispositio generalis in materia fauorabili comprehendit etiam personam loquentis, quamuis non nominetur in illa.*

39 *Loquens in fauorabilibus, præsumitur magis de se ipso loqui quam de alio, & quare.*

40 *Charitas prima incipit à semetipso.*

41 *in Odiosis nemo præsumitur voluisse se ipsum ligare, & sibi obesse.*

42 *Verba* à chi si aspetta *sunt indefinita, & comprehendunt omnes personas, quæ interesse habent in mercibus assecuratis.*

43 *Assecurationis apocha quatenus comprehendat solam personam in ea nominatam, & non nominatam excludat, & nu. anteced. & seqq.*

44 *Persona certa expressa in contractibus, non intelligitur alia, & num anteced. & seqq.*

45 *Nomen personæ assecuratæ in albo relictum in apocha assecurationis quatenus potius vnam, vel alteram comprehendat, vel excludat.*

46 *Instrumentum publicum probat contra omnes, & inducit rem claram, & manifestam.*

47 *Valor, & æstimatio rei emptæ probatur ab instrumento emptionis illius.*

48 *Enunciatiuæ prolatæ per modum causæ, & tempore non suspecto, probant, & obligant.*

49 *Enunciatiua eo magis probat, si illi etiam obligatio Cameralis conueniat.*

50 *Obligatio Cameralis refertur ad omnia, & singula in instrumento contenta, etiam ad enunciata.*

51 *Mercium oneratio facta in naui probatur ex instrumento publico emptionis illarum.*

52 *Literæ di carico, iunctæ cum partitis dohanæ probant onerationem mercium factam in naui.*

53 *Literæ de carico, vt probent concordare debent cum partitis dohanæ.*

54 *Partitæ dohanæ extractæ ab officialibus illius plenè probant.*

55 *Officiali publico in ijs, quæ proprium officium, & curam concernunt plena fides adhibetur.*

56 *Mercium consignatio, seu oneratio facta in naui leuioribus probationibus probatur, si non agitur de exigendo illarum valore, sed ad alium effectum.*

57 *Barattaria non potest dici commissa, nullo intercedente dolo, vel fraude, & num. seqq.*

58 *Barattariam solum commisisse dicuntur illi, qui pro ea facienda aliquid recipiunt.*

59 *Barattaria ex sola machinatione, vel calliditate resultat, & sup. à num. 57.*

60 *Barattaria non resultat ex sola prosternatione animi in non substinenda viriliter aggressione nauis deprædatricis.*

61 *Diligentia Capitanei nauis, in eam à piratis aggressam defendendo ex quibus probetur, & num. seqq.*

62 *Nauem non fuisse defensam eo modo quo debuit, qualiter ex testibus de hoc deponentibus non probetur.*

63 *Testium contrarium deponentium primum dictum attenditur.*

64 *Testes deponentes de valida resistentia facta inimico, quando præferantur illis, qui contrarium attestati sunt, & nu anteced. & seqq.*

65 *Testes numero plures præferuntur paucioribus.*

66 *Negligentia Capitanei nauis in non defendendo illam ab hostibus, & inimicis, potius simplici culpæ, quam Barattariæ adscribenda est.*

67 *Assecurationis apocha excludens solam Barattariam, non comprehendit simplicem culpam, sine illa commissam.*

68 *Exceptio importat comprehensionem omnium aliorum casuum præter exceptos, vel sub eadem exceptione venientes.*

69 *Assecurationes plures, qui factas fuisse prætendit, illas concludentissimis probationibus probare debet.*

70 *Assecuratoris fauore semper detrahitur octaua pars lucri contra assecuratos.*

71 *Assecurationis periculo renunciari non potest.*

72 *Cambium maritimum probatur ex illius apocha iuxta stylum mercatorum confecta, & plura de eo vide in num. seqq.*

73 *Nauticum fœnus apud omnes Nationes erat olim de iure ciuil permissum, hodie autem ex omni iure prohibitum, & num. seqq.*

74 Cato à Plutarco *damnatur, quod nautico fœnori, alijsque huiusmodi excessiuis vsuris deditus esset.*

75 *Vsura resultans ex nautico fœnore, tamquam nimis exorbitans à iure canonico damnata est, & omnes leges ciuiles de eo disponentes abrogatæ sunt.*

76 *Philosophi plures nautico fœnore, & alijs damnatis vsuris incubuerunt.*

77 *Menippus Phylosophus laqueo se suspendit, quia amisit totam pecuniam, quam crediderat nautico fœnori.*

78 *Cambium maritimum, quod hodie est in vsu, non est species nautici fœnoris, & num. seqq.*

79 *Cambium maritimum in vsum nauis, & nauigationis, plerumque erogari consueuit.*

80 *Cambium maritimum ita contrahitur, quod salua redeunte naui, illud cum interesse restituatur.*

81 *Nauticum fœnus ideo à iure prohibitum, quia solam pecuniam traijciendam continebat, & supra num 73.*

82 *Cambium maritimum sustinetur propter periculum, quod subijcitur, si nauis naufragium pateretur.*

Cam-

Cambium maritimum si licitum interesse habet, non dicitur continere vsuras num. 82.

83 *Cambium maritimum hodie communiter practicatur, absque eo, quod necesse sit probare onerationem pecuniarum.*

84 *Mercium oneratio in naui probari debet, cambij verò super eadem naui contracti sola pecuniarum traditio necessaria est.*

85 *Interesse conuentum in cambio maritimo licitè deberi mercatores testantur, & sup. num. 82.*

86 *Mercatorum attestationes in ijs, quæ practicantur ab ipsis plurimum attendantur.*

87 *Cambium maritimum, quando licitè contractum sit ex mercatorum attestatione probatur.*

88 *Cambium maritimum quatenus post naufragatam, vel deprędatam nauim licitè petatur, non ratione cambij contra debitorem illius, sed ratione assecurationis contra assecuratorem.*

89 *Assecurationis contractus æquè fieri potest cum debitore ipso, ac etiam, imo fortius cum alio quocumque tertio.*

90 *Assecurationis contractus ex omni iure permittitur.*

91 *Creditor in contractu vsurario repellitur solum à consecutione fructuum, non autem sortis.*

92 *Sors sub prætexta vsurarum, numquam amittitur à creditore, & num. seqq.*

93 *Fœneratores, tam de iure ciuili, quam canonico, etiam ob immoderatas vsuras, non excluduntur à consequutione sortis, & num. antecedent. & seqq.*

94 *Sors in materia vsuraria, solum proportionabiliter diminuitur pro modo fructuum perceptorum, non autem amittitur.*

95 *in Assecurationis contractu solum risicum, & periculum comparatur, & num. seqq.*

96 *Contractus deficit, deficiente materia, & forma substantiali illius.*

97 *Assecurationis contractus propriè æquiparatur iactui retis, & sponsionis.*

98 *Iactura, & Lucrum assecurationis totum dependet à vi ventorum, & maris arbitrio.*

99 *Assecuratus nullam habere debet certitudinem rei assecuratæ, cuius etiam suspicio, & verisimilis notitia prorsus cessare debet in illo.*

100 *inter Mercatores requiritur omnis candor, & integritas fides, & ideo eo magis dolus, & machinatio interuenire non debet.*

101 *in Contractu assecurationis, & huiusmodi cautè procedendum est, & omnis occasio supplantandi tolli debet.*

102 *Assecuratores propriè dicuntur releuatores indemnitatis.*

DECISIO CCCLXIX.

NAuem nuncupatam Sanct. Andrea, existentem in Portu Liburnensi de mense Aprilis 1670. quam emerat Guglielmus Insula pro persona nominanda, pro petijs 1300. exbursatis pro expensis Antennæ, Anchoræ,
1 Funium, aliorumque Instrumentorum, † sine quorum vsu Nauigationem peragere non poterat; fuit declaratum per Instrumentum publicum die octaua Nouembris eiusdem anni 1670. celebratum, spectare ad Thomam Zecchinum sub gubernio, & directione Capitanei Guglielmi Insulæ, vt in Summario *num. 1.*

Capta postea per eundem Zecchinum Dominum Nauis resolutione, iter peragendi Moream, & Smirnas versus, 19. Decembris eiusdem anni 1670. eandem Nauem onerare curauit petijs 25. panni Olandæ, vt in Summario *num. 2.* & has easdem emerat paulò ante pro petijs 3000. à Moyse, & Iosepho Hæbreis retenta eorum valuta ad Cambium Maritimum, vt in Summ. *num. 3.* aliamque summam in quantitate petiarum 2000. dictus Guglielmus insula Nauis Capitaneus pariter ad Cambium maritimum à Zecchino pro expeditione Nauis recepit, vt in Summario *numer. 4.*

Post discessum Nauis cum mercibus, & pecunijs onustę secutum die 2. Ianuar. 1671. Toraeca Vrbis mercator diè 24. eiusdem mensis se fecit assecurare de mandato Rossani, & ad commodum eorundem, ad quos spectat à diuersis mercatoribus Vrbis de summa scut. 3000. vt in Apocha Summario *num. 5.* post nonnullos dies dubiæ Nauigationis à Piratis eadem Nauis deprædata fuit, vt probatur ex testimoniali facto die 18. Februarij 1671. dato in Summario *nu.* 6. Hinc cum Thomas Zecchinus haberet ad sui commodum assecuratam Nauem, & pecunias. Intimato deprædationis casu, & constituto eodem Rossano Procuratore in Vrbe, obtinuit contra Assecuratores mandatum à R. P. D. Thomato Iudice ab A.C. deputato, pro summa assecurata, & causa mihi commissa à Signatura, cum clausula, si quid exequendum, placuit DD. respondere pro illius executione.

Siquidem agitur de contractu conditionali, & Assecuratores non possunt compelli ad soluendum Assecurato pecuniam, & rem assecuratam, nisi prius purificata conditione naufragij, vel deprædationis valoris Nauis assecuratæ onerationis mercium, & traditionis pecuniarum ad Cambium, † quæ omnia, vti necessaria, iustificari debent, 2
ad hoc, vt contra assecuratores dici possit perfectus contractus, & deueniri contra eos ad mandati relaxationem pro ea summa, pro qua merces, & Naues, & Cambia assecuratæ fuerunt, iuxta tex. *in l. periculi, ff. de Naut. fænore, Santern de assecurat. par 4. num 46.*

In casu autem, de quo agitur, cum Thomas Zecchinus
assecuratus mandatum ab A.C. assecutus fuerit pro summa
assecurata postquam euenit † casu sinistræ deprædationis, 3
& alia in actis deduxerit ad hunc effectum necessaria, ideo
DD existimarunt, mandatum ab A. C. contra † assecura- 4
tores relaxatum omni pœnitus nullitatis, & iniustitiæ vitio carere, & per consequens esse executioni demandandum pro dicta summa sc. 3000. non dubitarunt, iuxta text. *in l. 2. C. de execut. rei iudicatæ*, Rota *decis. 498. num. 1. par. 1. & decis. 69. num. 3. par. 6. recent. & in Tiburtina redditionis rationis 3. Iunij 1647. cor. bo. me. Meltio, §. fin.*

Casus infaustus deprædationis, † qui est basis funda- 5
mentalis huius causæ in dubium reuocari † nequit, dum de 6
illo manifestè apparet ex testimoniali quamplurium testium die octaua Februarij 1671. facto coram Officiali Regiæ Secretariæ Ciuitatis Melapsi ad instantiam Guglielmi Insulæ d. Nauis deprædatæ Capitanei, qui longa facti serie
deponunt de infelici eorum nauigationis euentu, qua secuta
† dicitur factus locus stipulationi in Apocha contentæ, *l.* 7
fœnerator, vers. si Nauis, ff. de naut. fœnor. l. ceasum ff. de eo, quod certo loco, Castr. *in l. Nauem Tausel num. 4. ff. locat. & conduct.* Ias. *in l. illa stipul. ad fin. ff. de verb. oblig.* Specul. *in eod. tit. de oblig. & resolut. in prin.* Dec. *cons. 115. numer. 2.* Ruin *cons. 19. num. 13. lib. 4.* Straccha *de assecurat. in præfat. nu. 58.* Rot. *Ianuen. dec. 101. in princ. &* Rota *coram Danozetto ian. dec. 460. num. 1. & in rec. decis. 688. num. 2. par. 2. decis. 54. num. 1. par. 6. & in Romana Assecurationis 26. Februarij 1625. coram bo. me. Ghislerio, & in alia Romana Assecurationis 18. Iunij 1631. coram bo. me. Pirouano*, & tenet vlterius Rota *Ianuen. in*
eodem decis. 5. allegata hoc † procedere, etiam si eadem Na- 8
uis fuerit à Piratis postea recuperata.

Verum, quia exoriri solent sæpè sæpius quamplures,
& Intricatæ controuersiæ circa modum probandi naufra-
gium, vel deprædationem, & aliqui † credebant vti ne- 9
cessarium iudicium rigorosum, prout in alijs casibus fieri
solet, & quod † testes sine Partis citatione non proba- 10
rent, *c. 2. de testibus, & l. si quando, C. eodem*, sed plerique graues authores examinando ex professo hanc materiam conueniunt in hoc casu naufragij, vel deprædationis,
† stante quod, vt plurimum contingere soleat in longin- 11
quis, & remotis Regionibus non deberi procedi, tam rigorosè in coadunandis probationibus, & ideo considerabant DD. esse in hac materia specialiter constitutum, quod procedi soleat cum hac distinctione, quæ vti magis tuta, & æquitati, & rationi conformis in praxi veniat ample-
ctenda. † Aut Nauis naufragium sustulit in loco, à quo 12
Pars longè distat, & eo casu non est opus illam citare, sed sufficit probare casum ex naturali iustitia, & non attenduntur solemnitates Iuris ciuilis, sed tantummodo iuris
gentium; Aut verò reperitus præsens, † & tunc sine il- 13
lius citatione iudicium deprædationis esset nullius momenti, & validitatis, *l. scire oportet, §. sufficit, ff. de excusat. tutor.* Bart. *in l. 2. num. 2.* Alexand. *in addit.* Ioan. de Platea *num. 1.* Rebuffus *num. 3. C. de naufrag. lib. 11.* Hyppolit. de Marsil. *in l. de vnoquoque, numer. 36. & 88. ff. de re iudic.* Ioan. de Anania *in cap. cum excommunicationi vers. Adde etiam, & num. 15. de raptoribus*, Felin. *in cap. 2. num. 11. vers. 4. limita de testibus*, Soccin senior. *consil. 262. num. 9. in fine lib. 2. & consil. 90. num. 4. vers. ex quibus, lib. 3.* Dec. *cons. 82. in princ. & ad finem versic. non obstaret*, Hyppolit. de Marsil. *singul. 24. incipien.*

pien. Claram, *Straccha de Nauitis, parte 2. num. 7.* Rocch. *in tit.
de Nauibus, notab. 95. 96. 97. & 98. & in tit. de Assecurat. no-
tab. 59.* Capic Latr. *decis. 60. par. 1. &* Rota *coram Mantica de-
cis. 297. num. 1.*

Ad inducendam autem hanc instantiam præscribitur
14 tempus vnius anni à die sequti naufragij, † quo elapso, &
non facta denunciatione, amplius iuuari nequit, & ista
15 fieri potest compellente necessitate in † quocunque loco,
& coram quocunque Iudice, etiam incompetenti, nec
necesse est, quod tunc fiat in loco viciniori, & præsertim
cum non sit in potestate Nauigantium compellere furorem
16 ventorum, & solet sæpè sæpius euenire, † quod Nauis
impellatur ad Portum, ad quem nauta nunquam dirigere
volebat, *l. Cæsar in fine, & l. vlt. §. si propter necessitatem,
ff. de publ. vectigal. l. 2. §. quod dicimus, ff. si quis cauti*, Alexand.
in addit. ad Bartol. *in d. l. 2. C. de naufrag. lib. 11.* Mantica *d. dec.
297. num. 3.* vnde secuto casu deprædationis, vel naufragij
17 Nauicularius † festinanter debet comparere coram Iudice
18 loci naufragij, si non impeditur hoc facere, † & casu
quo illi permissum non sit, accedere debet locum propin-
quiorem ad hoc, vt ibi naufragium probet, *l. 2. C. de nau-
fragijs*, coram quo examinari debet duos, vel tres testes de
19 eadem Naui, qui possint veritatem deponere, † & illis
deficientibus admittuntur etiam alij testes, *l. 3. eodem tit.* &
cum illo examine facto etiam coram Iudice incompetenti,
poterit adiri infra biennium Iudex ordinarius, coram quo
20 † cognoscenda est causa naufragij, & coram eo dd. † testes
21 optimè probant Bart. *in d. l. 2. C. de naufrag.* Rocch. *de assecu-
rat. notab. 59. num. 200.* Rota Ianuen. *decis. 3. num. 17. & dec. 17.*
22 *num. 5.* Et † quamuis hoc Iudicium sit Summarium, tam
23 circa ordinem iudiciorum, † quia sine libello proceditur,
Ferrett. *de re naual. lib. 8. num. 30.* quam etiam circa probatio-
nes, & dilucidationes rerum detentarum aduertendum ta-
24 men est, † quod hoc naufragium non valet probare sola
Magistri Nauis attestatio, Rocch. *de Nauibus, notab. 95.
num. 247.* Rota *Ianuen. decis. 3. num. 17.* non obstante, quod ad
25 illud probandum † admittantur coniecturæ, & literæ te-
stimoniales, aliaque similia, & etiam ad probandum ad-
26 mittuntur testes † commorantes prope literà, vbi naufra-
27 gium, vel deprædatio euenerit, ex quo præsumuntur † esse
melius Informati de dicto periculo, quam alij, qui in longin-
quis partibus commorantur, Muta *cap. 24. num. 4.* Capic. La-
tr. *decis. 60. num. 7.*

Propterea Capitan. Guglielmus Insula, qui Nauem di-
rigebat postquam expulsus fuit à diuersis locis vbi commer-
cium obtinere non potuit, vt in eodem testimoniali, Sum-
28 mario *num. 7.* circa finem, † testes in loco viciniori, vbi
schifum potuit compellere, curauit examinare super de-
29 prædatione festinanter, ac illi Nauis subiecta fuit, † non
potest dubitari de valida probatione huius casus fortuiti,
30 † qui nemini imputatur, & ideo dum non probatur dolus
31 illius, † sufficit probasse casum successisse, Straccha *de
Naut. parte 2. num. 6.* & quod vis ventorum, vel aquarum
32 magnitudines, † & tempestates in mari enumerentur,
inter casus fortuitos dicit text. *in l. contract. ff. de reg. iur.* & te-
net idem Straccha *eodem loco d. num. 3.*

Parique diligentia, & sollicitudine infra annum descri-
ptus fuit Zecchinus pro assecurato à Rossano in suis libris,
dum Toracce Vrbis negociator de illius mandato Assecura-
tionem die 24. Ianuarij 1671. fecit, & huiusmodi descriptio
reperitur, postea facta die 21. sequentis mensis eiusdem an-
ni, quem etiam nominauit debitorem præmij debiti Asse-
curatoribus, vt in Summario *num. 9.* & post hoc de mense
Septembris eiusdem anni constituit eundem Rossanum
Procuratorem ad dirigendum iudicium contra Assecurato-
res pro summa, pro qua ipse assecuratus fuit, & exinde
33 in dubium reuocari nequit, † quod Apocha Assecuratio-
nis Zecchinum Dominum non comprehendat, & quod as-
34 securatores hoc periculum non susceperint, † ex quo non
attenditur, quod sit vnius, vel alterius dum Apocha conce-
pta fuit sub his verbis: Per ordine del Signor Gioseppe Ros-
sano, & à conto di chi s'aspetta: quorum virtute probato
per aliquem interesse etiam in Apocha non nominatum in
35 mercibus naufragatis, vel deprædatis, † assecuratores de-
bent condemnari ad refectionem omnium damnorum,
36 † & non possunt opponere quæstionem de dominio. Cer-
37 tum enim est † assecurationem esse materiam fauorabilem,
38 in qua † sub generali dispositione comprehenditur etiam
persona loquentis non nominati, dum præsumi debet ma-
39 gis de seipso loqui, † quam de alio, ex quo prima chari-
40 tas à † seipso incipit, *l. præsctas C. de seruit. & aqua*; se-
cus autem si ageretur de materia odiosa, † dum in dubio ne- 41
mo præsumitur † velle seipsum ligare, & sibi obesse, & 42
per consequens; cum verba; à chi s'aspetta; sint indefinita,
comprehendunt omnes personas, quæ interesse habent in
mercibus assecuratis, Soccin. *cons. 149. vers. imo potius, col. 5.*
Aymon. *cons. 274. nu. 12 par. 2.* Io. de Euia *in labirint. commerc.
Naual. lib. 3. cap. 14. num. 14.* Rota *coram Coccino dec. 2215. per
tot.* quam opinionem vti veriorem in praxi, & in iudicando
amplectendam esse dixit Rocch. *de assecurat. notab. 45. in fine,
& 94. per tot.* & sine magna controuersia esse admittendam
fassus fuit, Straccha *de assecurat. gloss. 10 num. 8. in fine*, non
obstante, quod contra illam militet dispositio text. *à* Bart.
alleg. in l. ita stipulatas, §. Grisogonus, *ff. de verb. oblig.* ex qua
arguitur in assecuratione † esse exclusum non nominatum, 43
& redditur ratio, quia quando exprimitur certa persona in
contractibus † non intelligitur alia, Franch. *decis. 113. num.* 44
3. & illum sequutus fuit in causa Bracci, e Zouaglio. *Consu-
latus Florent de an. 1653.* vbi firmatum fuit assecuratores non
teneri in causa assecurationis Olei, & Amigdalarum con-
tra non nominatos, etiamsi eorum obligatio esset ad fa-
uorem quorumcumque, aut illius ad quem spectaret, per-
tineret, & interesse haberet, quod pariter practicatum fuit
in Causa Petri Capponi cum Ioanne del Corno, & contra
hanc sententiam fuisse iudicatum Messanæ refert Mut. *de-
cis. Sicil. 3.*

Verùm quando assecuratæ essent merces in genere in tali
naui existentes, & adessent verba *à chi s'aspettasse*, valde
periculosum esset resolutiones in his locis emanatas sequi,
† quia illæ decisiones solum procedunt, quando in scri- 45
ptura assecurationis nomen esset in albo, & etiam, quia
in illis non fuit probatum, quod actores habebant inte-
resse in mercibus, vt dixit Rocch. *notab. 94. in tit. de asse-
cur.*

De valore nauis assecuratæ in corpore pariter constat ex
instrumento publico die 8. Octobris 1670. Rogato, in quo
declaratur dominium nauis emptæ nuncupatæ S. Andrea
pro petijs 700. da 8. à Capitaneo Insula spectare ad Tho-
mam Zecchinum, qui postea subministrauit alias petias
1300. quæ fuerunt erogatæ pro indigentijs nauis, & con-
stat ex instrumento dato in Summario *numer.* 11. † quod 46
probat contra omnes, & inducit rem claram, & manife-
stam ad notata per Bart. *in l. 1. num. 7. vbi* Ias. *num. 10. ff. de non.
oper. nunc* Rota *coram Royas decis. 113. num. 2.* † & dicitur 47
etiam probare valorem, & æstimationem rei emptæ Bald.
in l. 2. num. 27. vers. de nouo quæro C. de rescind. vend. Mascard.
de probat. conclus. 677. num. 9. Rota *coram Amat. Dunozett. de-
cis. 772. num. 50.* & ex quo productum fuit solum instrumen-
tum rogatum ad declarandam primam emptionem factam
nomine Cap. Insulæ spectare ad eundem Thomam Zecchi-
num, vna cum nonnullis alijs documentis, dicatur con-
tinere solum enunciatiuas, attamen notissima est iuris
conclusio, quod enunciatiuæ prolatæ tempore non suspe-
cto, † & per modum Causæ probant, & obligant Bar- 48
tol. *in l. si socer §.* Lucius *num. 4. ff. solut. matrim.* Ias. *in l. ex his
verbis col 2. lim. 9. C. de testam. milit.* Dec. *cons. 513. num. 8.* Rot.
penes Zacch. *de oblig. Cam. decis. 5. num. 8.* † præsertim, quod 49
conuenit obligationi Camerali in omnibus, & singulis,
† quæ refertur etiam ad enunciata Alex. *cons. 17. numer.* 50
2. lib. 3. Ruin. *cons. 37. numer. 6. lib. 5.* Rot. *d. decis. 5. nu-
mer. 10.*

Est etiam indubitata oneratio nauis de 25. petijs Panno-
rum, † de qua reddunt veram, & incontrouertibilem veri- 51
tatem, nedum ipsum emptionis instrumentum, † sed etiam 52
ipsæ literæ di carico, vna cum partitis librorum dohanæ,
† quæ cum eisdem literis concordant in quantitate onerata, 53
& cum istæ fuerint extractæ à publicis officialibus, plenam,
† & indubitatam probationem inducunt, ex quo fides 54
illorum concernit ea, quæ † ad propriam curam, & offi- 55
cium spectant Rot. *coram Greg. XV. decis. 214. num. 3. vbi* Add.
*in fin. & in recent. decis. 64. num. 10. & decis. 243. num. 8. par. 6.
decis. 26. num. 5. par. 7. & in Bononia. Legati 3. Decembris 1666.
coram Eminentissimo Cardinali Carpineo §. Præterea*, Po-
tissimum, quia non agitur de exigendo valorem panno-
rum ab assecuratoribus, sed de repellenda † exceptione, 56
quam ipsi proponunt, demonstrando, quod cambia cum
hæbræis fuerunt contracta super pannis, non autem super
corpore nauis.

Excluditur pari modo Barattaria, quæ excepta fuit ab
assecuratoribus in apocha assecurationis, & quam præten-
dunt commisisse magistrum nauis, ex quo exonerauit mer-
ces in Portu Puteolano, sed corruit tota huius excogitata

malitiæ

malitiæ machina, si attendi debent verba apochæ assecu-
rationis, & instrumentum confectum cum Zecchino, in
quibus reperitur concessa facultas exonerandi merces, in
quocumque Portu sibi bene viso, vnde cum ipse vsus fuerit
facultate sibi concessa, & fecerit ea, quæ erant facienda,
nullo intercedente dolo, aut fraude, vel machinatione,
57 † non potest dici ipsum commisisse Barattariam, sine qua
esse non potest, & inspicitur semper, an quis per callidi-
tatem operatus fuit, & de similibus officialibus dicitur so-
58 lum illam † commisisse, quando à priuato aliquid recipiat
Stracc. *de assecur gloss.* 31. *numer.* 1. *&* 2. Loccen. *de iur.
marit. lib.* 2. *cap.* 5. *num* 10. *vers. etsi contra pactum* Rocch. *de
assecur. nu.* 134. *&* 139. Io. de Eccia *in labyr. commerc. naual. lib.*
3. *cap.* 11. *nu.* 8. *& cap.* 14. *num.* 25.

Nec dici potest adesse aliquam machinationem, aut cal-
59 liditatem, † ex qua oritur barattaria, dum accusatus fuit
60 Capitaneus de aliqua animi prosternatione † in non subsli-
nendo aggressionem nauis deprædatricis quoniam vltra
quod in facto contrarium apparet ex sententia lata ad sui
fauorem à Consulibus Pisarum, in qua ipse absolutus fuit,
61 contradicentibus interesse haben. † & iuncta cum testimo-
niali facto ab eodem Capitaneo, & nautis fortiùs corrobo-
rant eius curam, & diligentiam, etiamsi adducatur de-
62 positio aliquorum ex eisdem nautis, † qui extraiudiciali-
ter examinati ad perpetuam rei memoriam, deponunt na-
uem non fuisse defensam eo modo, quo necessè erat,
63 † quoniam præualere debet primum dictum, Cæsar. de
Grass. *decis.* 8. *num.* 1. *de test.* Rota *coram Greg XV. dec.* 230. *nu.*
10. *& decis.* 346. *num.* 2. *par.* 1. *diuers. & in rec. decis.* 415. *sub
numer.* 2. *par.* 11. *& decis.* 410. *num.* 7. 8. *&* 9. *par.* 9. attento
64 etiam quod Testes deponentes de valida resistentia, † exce-
65 dunt in numero alios, † & ideò eorum dicta sunt attenden-
da, *cap. licet causam de probat. glos. in cap. si Testes*, Alex.
cons. 64. *num.* 2. *lib.* 2. latè Gabr. de Test. *concl.* 4. *num.* 50. Cæ-
sar. de Grass. *dec.* 13. *num.* 7. *de re iud.* Rota *coram Greg. XV. de-
cis.* 100. *num.* 3. *dec.* 322. *num.* 6. *& decis.* 449. *num.* 4. *& decis.* 472.
num. 2.

In iure remanet sublata omnis difficultas ex eo, quod ad-
missa negligentia Capitanei in paranda necessaria defensio-
ne, ad effectum subtrahendi nauem à periculo deprædatio-
66 nis, † ista potiùs erit denominanda simplex culpa quam ba-
rattaria, dum euenit ex repentino accidenti sine dolo, aut
machinatione eiusdem Capitanei, quæ cum non fuerit ex-
ceptuata in apocha assecurationis, sed tantummodò pura,
67 & mera barattaria, † ideò ista exceptio, & reseruatin ba-
rattariæ merè facit, quod omnes alij casus, qui non sunt il-
lius naturæ intelliguntur comprehensi sub illius obligatio-
68 ne, † etenim aliquo casu excepto, omnes alij cadunt sub il-
la dispositione, vt per *glos. in l. si quis tuen ff. loc. & cond.* Alex.
cons. 3. *num.* 2 *lib.* 2. in his terminis tenet Angel *cons.* 290. *num.*
5. Bald. *cons.* 395. *num.* 6. *lib.* 2. Vrsell. *concl.* 151. *num.* 21. *vers. se-
cus autem quando*, Rot. *in rec. dec.* 24. *num.* 1. *&* 2. *dec.* 54. *num.*
19. *par.* 6.

Quod verò super eadem naue emanauerint plures asse-
curationes, hoc non fuit dilucidatum per Assecuratores,
nec probatum aliàs assecurationes interuenisse ad commo-
dum Zecchini, & super easdem res per eos assecuratas, &
ipse medio iuramento, instantibus ipsis Assecuratoribus,
asseruit nullas alias assecurationes recepisse, præter illas, quę
hinc in Vrbe ad sui vtilitatem factæ fuerunt, vt in Summar.
num. 13. quo stante optimè apparent exclusæ multiplicatæ
69 assecurationes † quas si assecuratores prætendunt adfuisse,
tenentur illas concludentissimis probationibus iustificare,
vtì eorum intentionis fundamentum, *l. Actor C. de probat. l.
ei qui dicit ff. eodem*, cum alijs allegatis.

Denique quod Zecchinus assecuratus octauam partem
periculi substinuerit manifestum esse videtur, ex quo per
Assecuratores fuit susceptum periculum scut. 3000. & nauis
assecurata vna cum cambio maritimo ascendunt ad sum-
mam petiarum 400. quæ cum petijs 500. solutis Assecura-
toribus pro præmio, summam petiarum 4500. componunt,
& simul calculata constituunt summam scut. 3684. mone-
tæ Romanæ, vt in calculo dato Summar. *num.* 14. ex quo
non solum demonstratur ipsum Zecchinum assecuratum
substinuisse periculum octauæ, sed etiam quartæ partis,
& vltra illud periculum, substulit periculum deprædatio-
nis nauis, & pecuniarum, quas anteà Capitaneo ad cam-
bium maritimum tradiderat, ex ista deprædatione, &
absolutoria, quam ipse Capitaneus à Consulatu Pisano
reportauit, vt in Summar. *num.* 6. *&* 12. quod damnum ad
ipsum spectare videtur, etiamsi Hebræi tradiderint eidem
Zecchino ad cambium maritimum petias 3200. quoniam
ex apocha constat ipsos tradidisse ad cambium valutam
pannorum Hollandiæ, super quibus extabat periculum,
non autem super corpore nauis, vt in Summario *num.* 3. &
huiusmodi octaua pars lucri † detrahi semper solet con- 70
tra Assecuratos ad fauorem Assecuratoris, vt in specie pra-
cticatum fuit *in decis.* 460. *in prohem. coram Dunoz. Iun.* Qua-
mobrem cum Zecchinus assecuratus partecipauerit in ma-
iori quantitate octauæ partis assecuratæ damnum non po-
test dici subijsse periculum, † cui nec per Assecuratores re- 71
nunciari potest, vt dixit Rocch. *de assecurat notab.* 81. *nu-
mer.* 113.

Traditio pecuniarum ad cambium probatur ex apocha
desuper confecta, iuxtà stylum, † de quo fidem faciunt 72
Mercatores tam Romani, quàm Liburnenses, Summar.
Zecchini *num.* 15. *&* 16. & tradunt Stiptuan. & Loccen. *de
iur. marit.* ille *par.* 4. *cap.* 5. *numer.* 1. iste *lib.* 2. *cap.* 6. *nu-
mer.* 7.

Vnicum obiectum exaduersò excitatum, quod cam-
bium maritimum petiarum 2000. contractum à Zecchino
cum Capitaneo nauis esset nullum, ex quo doctum non
fuit de oneratione, placuit DD. repellere ex responsione da-
ta, quod hic non agitur de nautico fænore traiectio pecunię,
† quæ trans mare vehitur, quod olim de iure ciuili permis- 73
sum erat, ac inter omnes nationes Græcas, & Romanas,
vt plurimum practicabatur cum excessiuo fænore, itant
etiam centesima erat permissa ex illo percipi, absque aliqua
vsuræ culpa, quia ex conuentione eius periculum specta-
bat ad creditorem in *l.* 1. *& vltim. C. de naut. fænor. l. eos § super
C. de vsur.* contra quod nauticum fænus scribit Plutarch. *in
vita Caton.* † & eum damnat, quod cum esset solitus con- 74
trahere similia fænora, saluà pecunia, exigeret vniuersum
fænus totius pecuniæ, ex hoc Catonis fænus iniquum, &
infame fuisse asserit, † quod postea superueniente iure ca- 75
nonico sublatum, & in totum hæc nautica vsura damna-
ta fuit, & demum omnes leges ciuiles hoc nauticum fænus
permittentes fuerunt abrogatæ ex Constitutione D. Greg.
IX. *in cap. vlt. de vsur.* & ita sentiunt DD. Hostien. *in tit. de
vsur. num.* 8. *vers. in alijs autem casibus*, Calderin. *eod numer.* 8.
Goffred. *in summa eod. tit. nu.* 29. Panorm. *in c.* 1. *nauigante eod.
tit.* 2. *&* 3. August. Berou. *in rubr. de vsur nu.* 81. Less. *lib.* 2. *cap.*
20. *nu.* 116. Vgolin. *de vsur. cap.* 1. *§.* 4. *num.* 4. Leotard *eod. tit. q.*
23. *num.* 1. 2. *&* 3. de quo etiam fænore pariter mentio-
nem facit Laertius *lib.* 6. vbi refert inter alia Menippum
† Philosophum fuisse ita deditum lucro huius nautici fæ- 76
noris, quod cum semel insidias passus fuerit, & omnia
amiserit, præ mærore laqueo sibi vitam extorsit, † quod fę- 77
nus demptum à commercio humano electum fuit, & nul-
lum de eo his temporibus remanet ampliùs vestigium;
† & ideò non est huius speciei cambium maritimum de quo 78
agitur.

Nam cambium de quo ipse Zecchinus assecuratus fuit,
nullo modo esse videtur huius qualitatis, sed diuerso modo
apparet fuisse in stipulatione deductum, ex quo ipse dedit
vti Dominus nauis pecunias ad cambium Capitaneo d. na-
uis, † in illius vsum, vt plurimum erogari consuetas, cum 79
pacto, quod salua naui, teneretur illi restituere easdem pe-
cunias, vna cum interesse, † quod cambium permissum es- 80
se dicitur, attento quod non est nauticum fænus à iure cano-
nico damnatum, † dum nullibi constat mutuatam fuisse pe- 81
cuniam traijciendam, vt ait Modestin. *in l.* 1. *C. de naut. fænor.*
& ratione periculi, quod ipse in se suscipit, quando nauis
naufragium pateretur iusto pretio licitè pacisci potest, † nec 82
in hoc casu ipse vsuras commisisse censeri debet, vt ait Leo-
tard. *de vsur. d. part.* 23. *num.* 7.

Imo hodie ampliùs de validitate huius contractus dubi-
tari nequit, & quod quotidie in commercio hominum reci-
piatur, † absque eo quod necessè sit probare onerationem 83
pecuniarum, Perius *in tract. de negoc. par.* 3. *cap.* 8. *sub §.* 11.
Loccen. *de iur marit. lib.* 2. *cap.* 6. *num.* 1. Stinpinan *eod tract. lib.*
4. *cap.* 5. *num.* 52. Marquad. *de mercat. lib.* 2. *cap.* 8. *de oblig. &
contract. à num.* 62. *ad* 81. & confert dispositio Constit. Bar-
chinonen. *cap.* 21. vbi oneratio exigitur in mercibus, † in 84
cambijs autem sola traditio, & quod sine aliqua vsurarum
labe permittatur interesse conuentum, † attestantur quam- 85
plures Mercatores fide digni in Vrbe commorantes, vt in
Summario *numer.* 15. quorum dicta cum concernant illa,
quæ inter Mercatores quotidie practicari solent † multum 87
valet ad probandam validitatem horum cambiorum, Bald.
cons. 400. *numer.* 10. *lib.* 5. Corn. *cons.* 319. *numer.* 12. *lib.* 3. Soc-
cin. Iun. *cons.* 27. *numer.* 22. *lib.* 2. Rot. *coram Gregor. XV.*

dec.

dec.226.num.3.coram Buratt.dec.419.num.6.& in rec. dec. 244. num.11.par.6.& decif.47.numer.4.& decif.154.numer. 4.& 5. par.7.

Quamobrem nec ad rem noſtram facit illud, qood dicitur
de fructibus qui percipi poſſunt ex huiuſmodi cambio lici-
to, & de iure permiſſo, quia non petit Zecchinus fructus à
Capitaneo nauis, cui dedit pecunias ad cambium, ſed
ſolùm ſuam actionem dirigit contra Aſſecuratores pro con-
ſequenda ſorte principali ab eiſdem aſſecurata, & nihil vltra
88 ſortem ab illis flagitat, † ſiquidem pretium periculi non
eſt contractus cambij, aut ratione cambij percipitur, ſed ex
nouo contractu aſſecuratis, qui ſi cum ipſo creditore con-
89 ueniri poteſt, † tantò magis cum alio tertio validus erit,
l.ſingularia ff.de reb.credit. & licitum eſſe huiuſmodi contra-
90 ctum † aſſecurationis nemo eſt qui non admittat, quapro-
pter quando etiam exaduersò probari poſſet contractum eſ-
91 ſe vſurarium, † repellendus eſſet tantummodò Zecchinus
92 creditor à conſequutione fructuum, † non autem ſortis
datæ ad cambium, quæ nunquam aufertur à creditore,
& certi, & indubitati iuris eſt fæneratores, ob illicitam
93 vſurarum ſtipulationem, † ſortem non amittere quod pro-
cedit de iure ciuili ex *lege placuit l. vſuras ff. de vſur. & in l.ſi pro mutua C.ſi cert.petat.* & in iure Apoſtolico pariter obtinet
cap.1.& 2.de vſur.& cap.7.de iure iur. Nauar.*in conſ.9.num.2. tit.de vſur.* Gaill.*pract.obſeru.lib.2.obſer.4.n.6.& obſer. 5. nu.7.*
Gratian.*diſcept for.cap.24.n.1.* Leotard.*de vſur.lib.1.q.10. nu.*
94 23. † ſed diminuenda venit ipſa ſors ad rationem quantita-
tis fructuum perceptorum ex contractu illicito, Nauarr.
d.conſ.9.nu 2.tit.de vſur. Coſt.*in lib.fact.ſcient.& ignor. centur. 2.diſt.72.* Scacc.*de commer.&c.§.1.q.7.par. 1. ampliat.* 20. Leo-
tard.*eod.loco in fine d.num.23.*

Ex his plenè, & concludenter probata remanent cuncta
ea, quæ videntur eſſe huius aſſecurationis ſubiectum, in
caſu de quo agitur, & inſuper appatet candidè contractum
initum fuiſſe, etenim Aſſecuratores tempore, quo con-
traxerunt, aliud non emerunt, niſi periculum, & riſicum,
95 † quod eſt pars ſubſtantialis huiuſmodi contractus, ſine
96 quo non valeret, † dum deficeret materia, vbi forma
fundatur, & ſemper huiuſmodi contractus denominabi-
97 tur emptionis, & venditionis, † dum emit Aſſecurator ſuſce-
ptionem periculi, & propriè æquiparatur iactui retis, &
ſponſioni, Molin.*de contract.diſput.507. n. 2. & 4.* Rocch. *de aſſecurat.notab.3.nu.7.* Afflict.*decif.335.num.12.* Rot. Ianuen.
98 *dec.36.n.9.* & iactura, vel lucrum illius aſſecurationis † to-
tum pendet à maris, & ventorum arbitrio, vt ſcripſit Caſtr.
in l. in naue San. Fel.*ff. loc. Alex. in l. à Titio ff. de verb.oblig.*
Anan.*in cap.Nauiganti quæſt.15.* Dec.*conſ. 115. num. 2. & 4.*
& hac cauſa non ſolùm nullam habere debet aſſecuratus
99 certitudinem de tempore aſſicurationis, † ſed neceſſè eſt vt
in eo ceſſet omnis ſuſpicio, & veriſimilitudo notitiæ, ex
quo violata remaneret integritas, & omnis fidei candor
100 † inter Mercatores requiſitus læderetur, ſi aliqua machina-
101 tio doli, & probabilitas notitiæ ſuboriri poſſet, † & in
ſimilibus contractibus cautè procedendum eſt, & veniunt
tollenda omnis occaſio ſupplantandi, *l.1.ff.de dolo cap.ſedes de reſcript. Clem. 1. de vſur.* Rot Ian. *dec.36. num.12. & Rot.*
102 *coram Merlin.dec.597.nu.8.& ſeq.* & Aſſecuratores † propriè
dici ſolent Releuatores Indemnitatis, Odd.*conſ. 31. num. 26.*
Rocch.*de aſſecur.notab.6.num.13.* vti etiam dixerunt DD. eſ-
ſe Aſſecuratores Zecchini, contra quos conuenerunt eſſe
exequendum mandatum.

Vtraque parte informante &c.

REVERENDISS. D. ALBERGATO

Sacræ Rotæ Decano.

Romana Societatum Officij.

Veneris 26. Ianuarij 1674.

ARGVMENTVM.

Pro conſequendis pecunijs debitor ſuum creditorem deceperat, affirmando ſe eſſe patrem familias, cum verè filius familias exiſteret; indeque pro ſolutione conuentus, quia nullitatem obligationis allegabat, creditor ipſum de periurio criminaliter accuſauit, ſed cauſa agitata coram Sanctiſſimo, prodijt reſcriptum, vt conſtito de præiudicialitate cauſarum, Iudex ciuilis inhiberet Criminali, prout poſteà inhibitum eſt, cum non dubitaretur exinde, quod vna cauſa eſſet præiudicialis alteri, dum ſententia abſolutoria, quatenus in iudicio ciuili ferenda, parere debuiſſet exceptionem rei iudicatæ in iudicio criminali, de quorum itaque iudiciorum praxi, plura in præſenti deciſione deducuntur.

SVMMARIVM.

1 *Actione ciuili primo loco intentata, non poteſt lite ſuper illa pendente, alia deſuper inſtrui in iudicio criminali.*
2 *Litis pendentia in iudicio executiuo, & vigore obligationis cameralis introducto non datur.*
3 *Lis in obligatione camerali non conteſtatur.*
4 *Litis pendentia reſultat ex monitorio præſentato, & in actis legitimè reproducto.*
5 *Monitorium perſonaliter non executum, & ſic nulliter, non ſuffragatur.*
6 *Iudex deputatus in cauſa executiua an dicatur eſſe competens in cauſa ordinaria, & 2.ſeqq.*
7 *Litis pendentia non oritur ex iudicio ordinario, agitato coram iudice ſuper ſola cauſa executiua deputato.*
8 *Monitoria coram A.C. de ſtylo exequuntur etiam domi dimiſſa copia.*
9 *Citationis nulliter executæ defectus ſanatur, ex notitia, quam de ea habuit citatus.*
10 *Citatus, ſi aſſeruit ſibi fuiſſe executam citationem, nullitatem executionis illius amplius allegare non poteſt.*
11 *Actor non poteſt recuſare iudicem, quem elegit, etiam ſuper reconuentione, per Reum in eodem negocio contra ipſum intentata.*
12 *Litis pendentia à reproductione monitorij, ſeu citationis deſumenda eſt.*
13 *Præuentio, & litis pendentia ex ſola querela non oritur.*
14 *Iudex ciuilis etiam ſine aliqua pendentia litis poteſt inhibere criminali, ſi hoc ſibi fuit in commiſſione demandatum.*
15 *Iudex ciuilis poteſt inhibere criminali, quotieſcumque vna cauſa eſt præiudicialis alteri, & num. 19.*
16 *Filius familias contrahens contra formam Statuti Vrbis* lib. 5.cap. 152. *& aſſerens ſe patrem familias non poteſt criminaliter puniri.*
17 *Minor aſſerens ſe maiorem, etiam iure iurando, ſuper pœna periurij non valet criminaliter conueniri.*
18 *Sententia ciuilis ſi parit exceptionem rei iudicatæ in criminali, dubitari non poteſt, quod vna non ſit præiudicialis alteri.*
19 *Iudex ciuilis debet inhibere iudici criminali, ne alioquin detur ſententia contra ſententiam.*
20 *Iudex ciuilis, vt poſſit inhibere iudici criminali, ſufficit ſola poſſibilitas, quod ſententia vnius ſit præiudicialis alteri.*

DECISIO CCCLXX.

INtroduxerat Carolus aduerſus Dominicum debitorem nonnullarum Societatum Officij, iudicium coram R.P.D. Altouito Iudice deputato ab A.C. ſuper ſolutione fructuum earundem, quas, vti contractas à filio familias, de nullitate redarguente Dominico, nedum mediante proteſtatione facta ante relaxationem mandati, verùm etiam mediante monitorio præſentato creditori, & in actis reproducto; Inde Carolus, relicto iudicio ciuili, ad criminale conuolauit, accuſando de dolo debitorem, qui licet ſub patria poteſtate conſtitutus, ſe ab illa ſolutum per obitum patris, adhuc in humanis agentis, aſſeruerat; ſed adita per Io. Dominicum Signatura Sanctiſſimi, emanauit commiſſio directa d.R.P.D. Altouito, vt conſtito, quod cauſa ciuilis eſſet præiudicialis criminali, de voto Rotæ inhiberet Iudici Criminali; Vnde propoſito per me dubio: An conſtaret de huiuſmodi præiudicio, ita vt eſſet inhibendum, Domini affirmatiuè reſponderunt.

Quotieſcumque enim ex vno, eodemque inſtrumento
oritur, prout hic, actio ciuilis, & criminalis, & ex prædictis
conſtat fuiſſe primo loco intentatam ciuilem, † non po- 1
tuit, lite ſuper ea pendente, alia deſuper inſtrui in iudi-

cio cri-

cio criminali , ad Text. *in l. 2. §. hoc edicto*, cum ibi notatis
per Bartul. *in princip. vers. quando, & n. 1. vers. videte Domini
ff. de vi bonorum raptorum l. interdictum ff. de public. iudic. & in
l. damus C. ad leg. Cornel. de fals.* Surd. *cons. 139. num. 1.* Rota *co-
ram Coccin. decis. 123. nu. 7.* Rota *cor. bo. me. Cardinali Celso dec.
208. numer. 2. & 3. & in recent. decis. 274. numer. 1. & seqq.
par. 9.*

2 Neque dubitari poterat de litis pendentia , † eoquia
illa non detur in iudicio executiuo à Carolo intentato vigo-
3 re obligationis Cameralis , † in quo lis non contestatur ,
iuxtà deducta *coram Buratt. decis. 277. num. 8.* Nam quidquid
4 sit de hoc , † pro introductione , & pendentia litis, sufficien-
tem Domini iudicarunt præsentationem monitorij à Do-
minico expediti super nullitate contractuum, de quibus agi-
tur , cum illius subsequuta reproductione , iuxtà tradita per
Guidonem Pap. *decis. 488. per tot.* Vestri *in praxi lib. 4. cap. 1. n.
1. & 2. & per* Rot. *decis. 9. vt lit. penden. in nou. cor. Buratt. decis.
280. nu. 4. cor. bo. me. Bichio decis. 71. num. 1. & in rec. dec. 685. nu.
5. & seqq. par. 2. & decis. 274. nu. 8. & 9. par. 9.*

Non subsistentibus obiectis in contrarium excitatis, quod
5 nempè per monitorium nulliter executum, † vtpotè non per-
sonaliter præsentatum Carolo, & expeditum coram R. P. D.
6 Altouito Iudice deputato ab A. C. in causa executiua , † &
7 sic incompetente in causa ordinaria , † non potuerit induci
litis pendentia, ex Rot. *dec. 284. nu. 9. par. 8. rec.*

Nam quoad executionem monitorij præter stylum , qui
8 in Tribunali A. C. vigere supponitur, † illa exequendi etiam
domi dimissa copia , fuit præterea animaduersum , quod
9 etiam si executio debuisset fieri personalis, † adhuc illius de-
fectus sanatus remansisset, ex notitia, quam de illo habuis-
10 se conuincitur Carolus , † dum in porrectione quærelæ asse-
ruit sibi fuisse præsentatum monitorium , vt declarat Ri-
dolphin. *in prax. par. 2. cap. 4. num. 40. &* Rota *decis. 78. num. 6.
par. 7. rec.*

Obiectum verò incompetentiæ non subsistit in iure , quia
11 non potest Actor † eum , quem pro sua actione exercenda
contra Reum Iudicem elegit , eundem prætextu incompe-
tentiæ recusare in actione à Reo contra ipsum per viam re-
conuentionis , & super eodem negotio intentatæ , ad Text.
in l. quoties C. de Iudic. & expressè determinat Imperator *in l.
cum Papinianus 14. C. de senten. & interloquut.* ibique notat
glossa verbo.

Minusque impugnari valet litis pendentia , ex quo ante
12 reproductionem monitorij , † à qua illa est desumenda ,
iuxtà decisiones *coram Gregorio 94. numer. 2. & coram Buratt.
280. num. 4.* fuisset iam introducta lis in iudicio criminali ,
13 mediante porrectione quærelæ , † quia ex sola quærela non
induci præuentionem , neque litis pendentiam in specie
firmanit Rot. *decis. 685. num. 5. & seqq. par. 2. & de-
cis. 274. num. 8. par. 8. recent. & coram Buratt. decis.
109. num. 7.*

Cæterum siue causa ciuilis fuerint cœpta ante , siue post
criminalem , nihil referre Dominis videbatur ad effectum ,
de quo agitur , quia dum in commissione , nulla de hoc ha-
14 bita ratione , † fuit præcisè iniunctum , vt constito , quod
causa ciuilis sit præiudicialis criminali , Iudex Ciuilis inhi-
15 beat Iudici Criminali , † hinc ad hoc , vt sit locus inhibitio-
ni , sufficit illam esse aliquo modo præiudicialem, vt in pun-
cto respondit Rota *cor. Millino dec. 444. nu. 2. 3. & 4. cor. Caua-
ler. dec. 443. num. 6. cor. Coccino decis. 123. num. 4. 21. & 31. & in
rec. dec. 274. num. 10. & 11. par 9.*

In præsenti verò hypothesi præiudicium deducebatur ex
eo , quia vtraque causa oritur , vt dictum est ex vno, eodem-
que instrumento , & vtriusque decisio pendet ab vnica quæ-
stione , An non obstante mendacio , quo Dominicus se
asseruisse prætenditur patrem familias , suffragetur eidem
Senatus Consultum Macedonianum . Vnde si in iudicio ciuili
ferri contingat sententiam absoluentem Io. Dominicum, &
declarantem quodcumque iuramentum in instrumentis
contentum censeri dolo extortum , iuxtà dispositionem Sta-
16 tuti Vrbis *cap. 151.* † consequens erit , vt imposterum pro
asserto dolo nulla possit eidem irrogari pœna in foro crimi-
nali , ad tradita per Farinac. *in prax. criminal. tit. de falsitat.
17 quæst. 106. sub nu. 114. & 143.* & in terminis de minore , † qui
se maiorem iurauerat , fuit decisum *coram Merlino decis. 155.
num. 6.*

Et proinde cum tali casu sententia ferenda in causa ciuili
18 pariat exceptionem rei iudicatæ in criminali, † dubitari non
19 potest , quin sit præiudicialis, † indeque inhibendum Iudi-
ci criminali , ne detur sententia contra sententiam , ad
Text. *in l. fundum , & l. fundi , quem ff. de exception.* & in spe-
cie tradunt Salycet. *in l. vnica num. 9. C. quando ciuil. act. crimi-
nal. præiudic.* Hondedeus *cons. 109. n. 61. lib. 1.* Farinac. *in prax.
criminal. qu. 100. nu. 128. & 130.* vbi quod sufficit possibilitas
præiudicij , † & firmatum fuit in *præcitatis decisionibus cor.* 20
*Millin. 444. per totam , cor. Caualer. 443. nu. 1. & 2. coram Coccin.
123. sub num. 6. in rec. dec. 274. sub nu. 4. par. 9. & in mox allegata
decis. 155. num. 1. & 2. coram Merlin.*

Et ita vtraque parte informante resolutum fuit .

REVERENDISS. D. ALBERGATO

Sacræ Rotæ Decano.

Firmana Donationis.

Lunæ 4. Aprilis 1674.

ARGVMENTVM.

Nulla declaratur donatio minoris , non solùm quia erat immensa , & læsiua , verùm etiam quia de suo patrimonio clericali facta fuit , absque licentia Episcopi ; Rursùs etiam quia apparuit dolosa , & fraudolenta ex illius traductione extra propriam patriam , & alijs in decisione ponderatis ; Ac demum quia scientia bonorum vniuersaliter donatorum , in eo probata non erat , prout ad hunc effectum illa erat omninò necessaria .

SVMMARIVM.

1 *Minor clericus , licet non subiectus constitutioni laicali , potest tamen illa vti , tamquam priuilegio , vbi à principio constat illum iuxta eam contrahere voluisse .*

2 *Solemnitates adhibitæ ad cautelam ad remouendas cauillationes & cum clausula* omni meliori modo *non præiudicant .*

3 *Minori in donatione læso datur restitutio in integrum .*

4 *Clericus non potest suum alienare patrimonium sine licentia Episcopi .*

5 *Clericus non potest suum patrimonium in emphyteusim conuertere , sine licentia sui Episcopi .*

6 *Minor contrahens cum iuramento non restituitur in integrum .*

7 *Minoris donatio facta ex mera liberalitate , & iuramento firmata , restitutionem in integrum habere non potest .*

8 *Donationes immensæ factæ à minoribus , prodigalitatis potius , quam liberalitatis nomen habere merentur .*

9 *Minoris donatio non sustinetur quoties adest suspicio illum fuisse dolo seductum ad donandum .*

10 *Minor non potest donare , si ignorat valorem rei donatæ .*

11 *Dolus , & fraus in donatione minoris ex quibus resultet .*

12 *Minoris donatio præsumitur fraudolenta , & dolosa ex sola traductione illius extra locum suæ habitationis , & num seq.*

13 *Contractus celebratus à minore in domo alterius , & cum persona domestica præsumitur fraudolentus , & dolosus .*

14 *Donatio minoris facta ad fauorem fratris dolo , & fraude præsumitur extorta .*

15 *Dolus , & fraus facilius committuntur , & præsumuntur inter coniunctos .*

16 *Donatæ rei valoris quatenus potius scientia , quam ignorantia præsumantur in donante , & quis illam probare teneatur .*

17 *Diuisio non probat valorem , si non continet æstimationem .*

18 *Absolutio à iuramento suffragatur etiam si fuerit petita à iudice loci contractus .*

19 *Vicarius Episcopi habet facultatem absoluendi à iuramento .*

20 *Absolutio à iuramento non requirit citationem partis .*

21 *Restitutio in integrum dicitur sufficienter petita , etiam si non expressa , dummodo ex clausulis salutaribus deducatur .*

22 *Clausula* omni meliori modo *importat actum magis vtilem , & proficuum fuisse factum .*

DECISIO CCCLXXI.

Donationem irreuocabilem omnium bonorum cum
reseruatione scutor. 200. ad effectum testandi, quam
Franciscus Maria de Adamis in sacris ordinibus, & mino-
ri ætate constitutus, fecerat Theresiæ sorori, eiusque filijs
masculis natis, & nascituris nullam, & inualidam esse
fuerat declaratum per binas sententias conformes, quibus
non acquiescentibus Donatarijs, indeque commissa mihi
ad eorundem instantiam causa appellationis, proposui du-
bium, An donatio sustineatur, quod fuit hodie à DD. ne-
gatiuè resolutum.

Quamuis enim respectu nullitatis, quæ à Philippo de
Adamis emptore bonorum donatorum opponebatur ob non
adhibitas solemnitates in minorum contractibus requisitas
à Constitutione Ægidiana, diuersa fuerint DD. suffragia,
1 volentibus alijs, † donantem licèt Clericum, indeque non
subiectum Constitutioni laicali, posse illa vti tamquam pri-
uilegio, quando, prout hic, constat, ab initio voluisse so-
lemniter contrahere, iuxtà distinctionem traditam per Ro-
ta in Nouarien. saluians 5. Decembris 1670. §. secundò reiecta
coram R. P. D. meo Vicecomite. Alijs verò negantibus præ-
dicta habere locum in præsenti hypothesi, in qua Clericus
testatus est, se adhibere solemnitates ad maiorem caute-
lam, & ad remouendas cauillationes, addita vlterius clau-
2 sula † omni meliori modo, ex qua denotari dicebatur, vo-
luisse donationem etiam sine dictis solemnitatibus sustine-
ri, vt in terminis Gratian. discept. 647. num. 27. Rota coram
Dunoz. Iun. decis. 919. num 9 & seq. & in recent. decis. 490. nu.
5. par. 4.

Nihilominùs in eo concorditer conuenerunt, quoad ad-
uersùs huiusmodi donationem spoliantem minorem omni-
3 bus bonis, indeque enormissimè læsiuam, † detur restitutio
in integrum, vt in specie Alciat. cons. 33 nu. 14 & duob. seqq.
lib. 2. Mandell. de Alb. cons. 81. num. 57. Peregr. cons. 77. num:....
Trentacinq. var. lib. 1. cap. 144. nu. 8 cum seqq. & lib. 1. cap 136.
numer. 16. cum alijs ab informantibus cumulatis; & tamquam
comprehendens bona, ad quorum titulum fuerat idem mi-
nor sacris ordinibus initiatus, prout ex instrumento constitu-
4 tionis patrimonij, dato in Summario num. 2. † respectu il-
lorum sit nulla ob non adhibitam licentiam Episcopi in istis
alienationibus necessariam, iuxtà expressa dispositionem
Sac. Conc. Trid. sess. 21. cap. 2. de reform. quam habere locum
5 in fortioribus terminis patrimonij † à Clerico conuersi in
emphytheusim perpetuam, reseruato canone fructibus cor-
respondente declarauit Sacra Congregatio EE. S. Concilij
Trident. Interpretum die 20. Iulij 1641.

Neque obstat, etiam minori denegari restitutionem,
quando donatio est iuramento munita, & processit ex mera
6 liberalitate, † vt de primo casu sunt Text. in Auth. Sacra-
menta puberum eam gloss. verb. contractibus C. si aduers. vend.
& cap. in præsentia vers. prætereà de probat. & ibi gloss. &
7 Scribentes communiter, † & de vtroque tradunt Ancaran.
cons. 433. in fin. vers. & si diceremus contrarium, Soccin. Iun.
cons. 69 à num. 32. lib. 2. Honded. cons. 42. à nu. 25. lib. 1. Engen.
cons. 3. à num 5. & seqq.

Quidquid enim sit de huiusmodi iuris conclusione in ab-
stracto sumpta, in qua non desunt contradictores, vt patet
8 ex supra congestis, affirmantibus † donationes immensas
factas à minoribus, prodigalitatis potiùs, quàm liberalitatis
nomen mereri, in concreto casus controuersi visa est etiam
DD. ex mente contrarium tenentium duplicem recipere li-
9 mitationem; † alteram nempè quando viget suspicio fuis-
se minorem dolo seductum ad donandum, Bald. in l. fin. C.
si aduers. vend. Ancharan. d. cons. 433. numer. 4. Abb. cons. 107.
num. 6 & seqq. Alciat. d. cons. 33. numer. 18. Mandell. d. cons. 81.
num. 56. Honded. d. cons. 42. num. 28. & 29. Odd. de restit. in in-
tegr. par. 1. cap. 58. num. 21 & Rota cor. Duran. decis. 121. n. 28.

Et alteram, quando de tempore donationis idem minor
po † ignorabat valorem rei donatæ, iuxtà distinctionem tradi-
tam per Felin. d. cap. in præsentia sub num. 8 ad fin. de probat.
quam sequuntur Honded. cit. cons. 42 numer. 29 lib. 1. Engen.
eod. cons. num. 34. Surd. cons. 46. num. 13 & seqq. Gratian. cap.
233. num. 29.

In præsenti autem facti specie vtraque limitatio videba-
tur habere locum; Etenim quoad primam, ponderando,
quod donans ad præcisum effectum extorquendi ab eo do-
nationem controuersam, fuit abductus à Patria ad locum
exterum; quod eidem fuit deputatus Curator consangui-
neus Simeonis de Sinibaldis Mariti; quod Donator sibi tan-
tùm reseruauit vsumfructum insufficientem pro sua con-
grua substentatione, præcludendo sibi facultatem eidem con-
sulendi mediante alienatione proprietatis; quod donatio fuit
artificiosè procurata à Marito, vt probatur ex epistolis eius-
dem, qui proptereà illam insubsistentem existimauit, dum
aliam mediante solutione pecuniarum procurauit; † & 11
quod denique ipsemet Donator eam reuocauit, & pro re-
uocatione obtinuit à Vicario Firmano sententiam fauora-
bilem in iudicatum transactam. Hinc non leuem doli, &
fraudis suspicionem resultare DD. censuerunt, † cum aliàs 12
illam induci ex sola abductione minoris extra locum habi-
tationis, firmauerint Surd. cons. 473. num. 30 Decian. cons. 32.
num. 15. & seqq. lib. 3. Cyriac. controu. 10. nu. 86. Andreol. con-
trou....... num 23. Rota coram me in Caualliceen. hæreditatis 28.
Maij 1673. §. penult. & ex celebratione contractus in domo
alterius, † & cum persona domestica tradiderunt Ancharan. 13
cons. 385. num. 6. in fin. Crauet. cons. 142. nu. 18. Decian. d. cons.
32. num. 19. Mascard. de probat. concl. 532. num. 44. & Menoch.
de præsumpt lib 5 præs. 3. num. 109.

Neque huiusmodi doli suspicio excluditur ex sanguinis
coniunctione: quia attentis facti circumstantijs mox recen-
sitis, † illa potiùs augetur, vt in specie de donatione facta 14
fratri germano respondit Abb. cons. 107. num. 8. & Decian. d.
cons. 32. num. 19. Et generaliter quod inter coniunctos † dolus 15
facilè præsumatur, dixerunt in his terminis Crauett. consil.
142. sub num 18. Cyriac. contr. 10. num. 89. Andreol. contr. 414.
num. 23. vers. & præcipuè.

Quantum verò attinet ad secundam limitationem, licèt
illam euitare conarentur Scribentes pro Sinibaldis sub præ-
textu, quod ignorantia valoris bonorum donatorum de-
beat ab allegante probari, & quod in omnem casum re-
maneat satis probata scientia ex instrumento diuisionis
eorundem celebrato inter Franciscum Mariam donan-
tem, & alios eius fratres per duos annos circiter ante præ-
dictam donationem; Nihilominus neutrum obstare visum
est.

Non primum: Quoniam placuit distinctio inter dona-
tionem iuris particularis, & vniuersalis, vt scilicet in pri-
mo casu præsumatur scientia valoris, & proindè à donante
sit probanda ignorantia; † In secundo verò casu minor 16
præsumatur ignorare valorem propriæ substantiæ, & pro-
ptereà onus probandi scientiam incumbat Donatarijs, vt in
his terminis distinguendo firmant Ruin. cons. 107. sub nu. 15.
lib. 1. Surd. d. cons. 46. nu. 26. vers. & quamuis, Cyriac. contr. 331.
num. 64. & 85. cum seq. Gratian. discept. 235. num. 29. Andreol.
d. contr. 414. num. 39 80. 81. & 86. de Marin. resol. quotid. lib.....
resol. 36 num. 16. & alijs relatis tenuit Rota decis. 102. num. 9.
cum seq. par. 2. d. ucrs.

Non secundum, quia diuisio † non continet æstimatio- 17
nem bonorum, neque extenditur ad bona mobilia, iura, &
actiones in donatione comprehensas.

His positis, irreleuantes visæ fuerunt exceptiones addu-
ctæ contra validitatem absolutionis per Donantem obtentæ
à iuramentis in donatione appositis: Nam quod illa non
fuerit impetrata ab Ordinario Firmano, cui Donans subia-
cebat, nihil refert, quia sufficit fuisse impetratam à Vicario
Generali Montis Alti, † qui erat Iudex loci contractus, 18
Pic. ad Stat. Vrb. glos. 23. nu. 39. Mancin. de iuram par. 6. quæst.
2. per tot. Ricc. resol. 292. in princ. & nu. 2. Sanchez in præcept.
Decal. lib. 3. cap. 21. numer. 31. Delbene de iuram. cap. 3. dub. 16.
num. 2. & seqq. Quod autem Vicarius † non habeat faculta- 19
tem absoluendi non subsistit in iure, vt patet ex firmatis per
Bald. in cap. 1. num. 1. vbi etiam Alex. de Neu. num. 29. de iureiur.
Sanchez loco mox cit. nu. 32. Pic. ad stat. Vrb. d. glos. 23. nu.
35. Delbene vbi supra nu. 20. & Sbrozz. de Vicar. lib. 2. quæst.
187. per tot. cum alijs ab eo relatis.

Nullatenus obstante, quod absolutio fuerit concessa Par-
te non citata, quia in absolutione concessa, prout hic, ad
effectum agendi, † citationem non esse necessariam ex com- 20
muni stylo testatur Peregr. cons. 77. num. 36. lib. 1. & concilian-
do contrarias DD. opiniones firmat Sbrozz. in mox alleg. qu.
187. num. 8.

Denique non subsistit in facto, Donantem non petijsse
restitutionem in integrum, indeque ius illam petendi tam-
quam personale non potuisse transmitti in Philippum eius
singularem successorem.

Nam quod illa fuerit petita patet ex iudicio per ipsum
Donantem introducto coram Vicario Firmano cum subse-
cuta sententia fauorabili: Et licèt in libello coram eodem
exhibito restitutio non fuerit expressè petita, † sufficit peti- 21
tio tacita resultans ex clausulis salutaribus in eo appositis,
ibi:

ibi: Petit, donationem rescindi, & annullari &c. ex rationibus, & causis sibi competentibus &c. intentando omne remedium &c. non solum prædicto, sed omni alio meliori
aa &c. Ex quibus † dicitur deductum omne remedium vtilius, & magis proficuum, vt alijs relatis dixit Rot. *decis.135. nu.5. par.6. recent. coram Peatinger. decis.245. nu.8. & coram Dunozett. iun. decis.794. num.17.* Et frustrà contendebant Scribentes pro Sinibaldis iudicium prædictum, quamuis ceptum, & agitatum à Gaspare Beuilaqua Procuratore nomine Francisci Mariæ Donantis, non tamen constare de illius legitimo mandato procuræ: nam contrarium appatuit ex instrumento publico dato in hodierno Summario Philippi *num.3.* in quo fuit eidem Beuilaquæ concessa expressa facultas petendi restitutionem in integrum aduersus donationem præfatam.

Et ita Causa bis proposita fuit resolutum, vtraque Parte Informante.

R. P. D. RONDININO.

Bononien. Pensionis.

Lunæ 18. Iunij 1674.

ARGVMENTVM.

Solemnis est decisio super probatione valoris à Titulari, non autem à Pensionario facienda, quia ille non solùm reseruationi consenserat, sed expressè d. valorem affirmauerat, & de eo se optimè informatum asseruerat; cumq; de Beneficio parochiali tractaretur, in quo de omni tempore verificari debet clausula, *dummodo remaneant centum pro Rectore*, adhuc ab eo probationem faciendam esse deciditur, si pensionem vel nullam, vel reducibilem esse prætendit.

SVMMARIVM.

1 *Consensus Parochi super reseruatione pensionis habet conditionem dummodo remaneant centum pro Rectore.*

2 *Pensionarius non releuatur ab onere probandi valorem Parochialis, etiamsi Parochus reseruationi consenserit.*

3 *Valor beneficij à titulari expressus, & affirmatus in eisdem literis, in quibus, & beneficium concessum, & pensio reseruata est, plenè dicitur iustificatus.*

4 *Titularis, non pensionarius probare debet valorem beneficij, si ille non solum reseruationi consenserit, sed etiam se de eo plenè informatum asseruit.*

5 *Consensus Rectoris super reseruatione pensionis etiam cum expressione, & affirmatiua valoris beneficij restringitur ad tempus gratiæ.*

6 *Clausula* dummodo remaneant centum pro Rectore, *verificari debet non solum de tempore gratiæ, sed etiam in futurum, & nu.7. cum seqq. vbi vide.*

8 *Parochus si non simpliciter pensionis reseruationi consensit, sed etiam beneficij valorem affirmauit ipse probare debet, quod sibi remanet congrua, & nu.9.*

9 *Pensio reducitur, quotiescumque probato valore Parochialis, & soluto pensione, non amplius remanerent centum pro Rectore.*

10 *Pensionem in literis prouisionis beneficij, sine suo consensu reseruatam, quatenus titularis impugnare non possit.*

11 *Vsus gratiæ, & possessio beneficij approbat omnia, quæ in literis prouisionis sunt expresso.*

12 *Supplicatio, & signatura Papæ perficiunt gratiam, & illius substantiam important, & nu. seqq.*

13 *Literæ Apostolicæ expediuntur ad maiorem probationem gratiæ, non autem ad perfectionem illius.*

14 *Literæ Apostolicæ non expediuntur, sine supplicatione præcedenter signata, & nu. seq.*

15 *Supplicatio quamuis ab alio, vel sine mandato porrecto, dicitur acceptato ex subsequuta expeditione literarum Apostolicarum.*

16 *Literæ Apostolicæ ex vnica supplicatione expediuntur ad fauorem titularis pro beneficio, & pensionarij pro sua pensione.*

17 *Testes super valore beneficij quomodo deponere debeant.*

DECISIO CCCLXXII.

Pensionem olim ad fauorem Caroli Marsellæ Auctoritate Apostolica reseruatam super Parochiali Ecclesia Castri Sancti Petri Bononien. Diœcesis Scarlatinus Rector, qui pensioni consenserat soluere recusauit, ideoque A. C. Panciaticus mandatum executiuum decreuit contra Rectorem, cuius executione per Signaturam suspensa, atque Rotæ commissa cum facultate etiam exequendi literas Apostolicas. Super ijs Domini consulti die 26. Ianuarij proximè præteriti causam iterum proponi mandarunt, qua repropofita, literas Apostolicas, & mandatum A. C. executioni demandandas esse Domini responderunt.

Iustificatio literarum Apostolicarum, ex quibus pendebat iustitia mandati A. C. restricta ad iustificationem clausulæ, *dummodo remaneant centum pro Rectore*, cum in reliquis illam admitterent Scribentes pro Rectore, videbatur Dominis elici ex confessione eiusdem Scarlatini Rectoris, qui non in terminis simplicis consensus pensionis reseruationi consensit, † quo casu eius consensus recipit eandem conditionem à Pontifice appositam, *dummodo remaneant pro rectore*, adeò vt pensionarius † non releuetur ab onere probandi valorem, vt satisfiat d. Conditioni à Pontifice appositæ, dummodo remaneant centum, in quibus terminis est antiqua, & celebris decisio *in Salamant. pensionis coram Gypso*, quam refert Garz. *de benef. par. prima cap. 5. num. 464.* Lotter. *de re benef. lib. 1. qu. 38. num. 45.* Adden. ad Greg. XV. *decis. 57. num. 12.* Rota *in recent. par. 2. decis. 519. num. 4. & par. 11. dec. 177. num. 11.* Caualet. *dec. 181. nu. 1.* Bich. *dec. 222. num. 1. & 2.* iuxtà quas auctoritates declarabant Domini, atque procedere posse dicebant decisionem, quæ illis nititur *in Ariminen. pensionis 7. Iunij 1669. coram Eminentiss. Carpineo Prodatario.* 1 2

Sed titularis vltrà consensum pro reseruatione pensionis insuper in vna, & eadem supplicatione, qua Sanctissimus gratiam illi concessit pro Parochiali Ecclesia, & Marsellæ pro pensione, † claris verbis asseruit, & affirmauit se esse optimè edoctum, & informatum de vero annuo valore dictæ Ecclesiæ Parochialis ascenden. computatis certis, & incertis ad ducat. 120. auri, omni, & cuicumque exceptioni, & verificationi valoris, expressè renunciando, ac omni, & cuicumque appellationi, & recursui pro effectu suspensiuo executionis solutionis dictarum pensionum, & relaxationi mandati executiui, vt sunt verba supplicationis summario præteritæ positionis eiusdem Scarlatini † *nu. 2.* quo casu dubium non est pensionarium releuari ab onere probandi valorem per dictæ clausulæ iustificationem, quæ sufficienter inducitur ex amplissima confessione valoris facta à Rectore, qui suscepit in se onus probandi, renunciando cuicumque exceptioni, & verificationi valoris consentiente, atque approbante Pontifice, ex ratione text. *in l. cum precum C. de liberali causa*, quemadmodum distinguendo concludunt idem DD. superius in contrarium adducti, Garz. *de benef. par. 1. d. cap. 5. nu. 484.* Lotter. *de re benef. lib. 1. quæst. 38. num. 49. & seqq.* Add. ad Gregor. XV. *d. decis. 57. in fine*, & est constans huius Tribunalis sententia, de qua *in Romana pensionis 19. Nouembris 1614. coram Pieouano, & in Romana pensionis 1627. coram Virili in rec. par. 7. decis. 263. num. 1. & par. 8. decis. 25. sub num. 3. par. 11. decis. 187. num. 13.* Caualer. *decis. 26.* Merlin. *decis. 808. num. 1. & 2. & in Ariminen. pensionis 16. Martij 1671. §. de iustificatione coram R. P. D. meo Celataiu.* 3 4

Ex hoc autem non insurgebat illatio, quam faciebant Scribentes pro Rectore, vt si hoc admitteretur, mens Pontificis eluderetur, quia non doceretur remanere centum pro Rectore, quemadmodum Pontifex † voluit non solum tempore gratiæ, quod solum percutit confessio Rectoris, † sed etiam quodcumque tempus futurum, iuxtà notata per Garz *par. 1. d. cap. 5. nu 399. & 400.* Rota *coram Seraph. decis. 951. num. 4.* cum alijs *in d. Ariminen. pensionis 7. Iunij 1669. §. item cor. Eminentiss. Carpineo Prodatario.* 5 6

Etenim respondebant Domini satisfaciendum esse menti Pontificis, atque verificandam esse clausulam, *dummodo remaneant centum pro Rectore*, non solum tempore prouisionis, † sed etiam successiuis futuris temporibus, sed probationem hanc faciendam esse à Rectore, † qui per confessionem valoris, atque per renunciationem exceptioni eiusdem valoris assumpsit in se onus probandi, atque releuauit pensionarium ab eo onere iuxtà auctoritates deductas, 7 8

9 itaut docto de diminutione fructuum, † Rector soluendo
pensionem se, & onera Ecclesiæ sustentari non possit, lo-
cus sit reductioni, vt explicant Garz. *de benef. par. 1. d. cap.
5. nu. 399. & 400.* Adden. ad Ludouis. *dec.* 395. *n.* 13. Rota *in rec.
par.* 10. *decis.* 306. *nu.* 21. *&* 22. Bich. *decis.* 255. *nu.* 11. *&* 12 cum
alijs *in Maioricen. pensionis 8. Iunij labentis §. alijs autem in fine
coram me.*

Neque his refragatur exceptio, quod supplicatio porrecta
fuerit ab expeditore Datariæ, sine vlla facultate exprimen-
di valorem, & suscipiendi in se onus probandi, renun-
ciando exceptioni valoris, vt ex mandato summario præ-
10 terito Scarlatini *nu.* 1. † quia cum Rector Parochialem hanc
Ecclesiam obtinuerit mediante hac supplicatione, cuius vi-
gore literas suæ prouisionis ipse expediuit, & Pensionarius
11 pariter literas suæ pensionis, † consequens est ex vsu gratiæ,
atque ex possessione beneficij consequentibus ad actum an-
tecedentem supplicationem actus ipsius inchoatiuam, &
causatiuam approbasse dicatur, quamuis in fata literis rela-
tis in eius summario hodierno *num.* 1. non adsit hæc mentio
12 valoris, quia vis non stat in expeditione literarum, † sed in
supplicatione cum subsecuta signatura Papæ, ex quibus
13 gratia perficitur, † cum literæ expediantur ad maiorem pro-
bationem, non ad illius substantiam, vt fuit antiqua opinio
Curialium, de qua testantur Archid. Io: Andr. Gem. Franc.
& alij *in fin. Proem. sexti decretal.* cum alijs laté congest. *in
Auenion. denominationis 27. Nouemb. 1661 §. coram me*, itaut cum
in supplicatione manu Sanctissimi signata consistat gratia,
14 † & sine illa literæ non expediantur, acceptando literas suæ
15 prouisionis, atque ijs vtendo, † Rector dicatur supplica-
tionem acceptare, sine quibus literæ non expediantur, ex
ratione text. *in l. filiusfamil.* cum ibi notat. *ff. ad Macedonian.*
Rot. *coram Puteo decis.* 100. *lib.* 2. *in correctis, & coram Vernl.
decis.* 193. *par.* 1. & in specie vnicæ supplicationis porrectæ à
16 Procuratore, † vigore cuius duplices literæ expediuntur
ad fauorem Prouisi, & ad fauorem Pensionarij, Lotter. *de
re benef. lib. 1. qu.* 35. *nu.* 13. *& seqq.* Rota *coram Cauil. d. decis.
n6. per tot.* cum qua processum fuit *coram Bichio decis.* 210. *nu.*
21. *& seqq.*

Quæ omnia Rector agnoscens onus probandi in se assum-
psit inducendo testes deponentes de tenuitate reddituum
huius Ecclesiæ Summario præterito eiusdem *nu.* 3. *& seqq.*
de quibus tamen DD. rationem non habuerunt, quia adest
fumus sufficientis valoris redditum, Summario præterito
Marsellæ *nu.* 2. neque testes deponunt per negatiuam coar-
17 ctatam non adesse onera, quin ipsi scirent, † queadmodum
ad hunc effectum opus esset, vt in proposito dicebat Rota
coram Millino decis. 138. *in fine*, quam nuper sequuta est ea-
dem Rota *in d. Maioric. pensionis 8. Iunij labentis §. fin. cor. me.*
Et ita, vtraque &c.

Ad materiam istius dec. vid. etiam dec. infra 373. *de eodem
tomo.*

R. P. D. MATTHÆIO.

Romana Assecurationis.

Lunæ 25. Iunij 1674.

ARGVMENTVM.

Altera assecurationis materia tractatur ad eum casum, quo stante verisimili, seu etiam possibili notitia super statu mercium in persona assecurati de tempore assecurationis, ex qualitate breuis itineris, ab hac decisione deducta, non teneatur assecurator damnum assecurato persoluere, quia deficiebat iustitia præsentis contractus, quæ in sola ignorantia, & ita in alea fortunæ consistit, vt qualibet notitia supposita, vel etiam præsumpta, cesset omnimoda bona fides inter mercatores, & in huiusmodi assecurationibus omninò necessaria.

SVMMARIVM.

1 *Contractus assecurationis inter mercatores bona fide perfici debet.*
2 *Fidei bonæ candor læderetur, si in assecuratione etiam leuis suspicio doli, vel possibilis notitia oriri potuisset.*
3 *Fraudibus modis omnibus obuiandum est, & tollenda omnis occasio supplantandi.*
4 *Assecurationis contractus tota iustitia residet in alea fortunæ.*
5 *Lucrum, & iactura assecurationis à maris, & ventorum arbitrio dependet.*
6 *Assecurationis contractus propriè denominatur venditio susceptionis periculi, & æquiparatur iactui retis, & sponsioni.*
7 *Assecurationis contractum conualidat totalis incertitudo, quæ de tempore assecurationis in assecuratis interuenire debet.*
8 *Assecurati, & qui assecurationem petunt, solent esse diligentiores in scrutando, & perquirendo notitiam mercium, quam ipsi assecuratores.*
9 *Assecuratus nullam habere debet suspicionem, aut possibilem notitiam de mercibus assecuratis.*
10 *Nauis in interitu plerumque agitur de toto assecurato personæ assecuratæ, quæ illud in eu impendere solet.*
11 *Assecurati possibilis notitia status mercium assecuratarum, de tempore assecurationis ex quibus resultet, vel probetur, & n. 35. & 36.*
12 *Milliaria tria computantur pro faciendo itinere singulis horis.*
13 *Æstiuo tempore æquè est nauigatio in mari facilis, & per terram expeditum est iter, secus in hieme, nu. 35.*
14 *Assecuratorum fauore in dubio iudex arbitrari debet, & n. 28. & 30.*
15 *Assecuratio nulla est, data verisimili notitia in assecurato, super statu mercium de tempore assecurationis.*
16 *Assecurati non debent reportare commodum ex propria malitia.*
17 *Assecuratores non tenentur, nec potest contra illos relaxari mandatum, si assecurati de tempore assecurationis poterant habere notitiam status mercium assecuratarum, & sup. n. 15*
18 *Constitutiones, & capitula Consulatus Barchinonen. in materia assecurationis vbique, & etiam à nostra Rota seruatur. & sup. nu. 12.*
19 *Assecurationes nauium, quæ fiunt in Vrbe obseruant constitutiones, & capitula Consulatus Barchinonen, & sup. nu. 12. & 18.*
20 *Assecurationis contractus non est sine fraude, data possibili notitia in assecurato, de tempore assecurationis.*
21 *Assecurator releuatur ab onere probandi scientiam assecurati, super statu mercium, quoties in eo possibilis notitia concurrere potest.*
22 *Incertitudo, & dubietas est illa, quæ sola facit licitum contractum assecurationis.*
23 *Possibilitas sola scientiæ, quæ resultat ex spatio modici temporis inter deprædationem, & assecurationem tollit validitatem eiusdem contractus.*
24 *Assecurati, & actoris intentionem sufficit reddere dubiam, vt Assecurator, reusque conuentus ad aliquid non teneatur.*
25 *Assecurator dolum probare non debet, stante possibili notitia assecurati.*
26 *Dolus ex verisimili, & etiam possibili notitia resultat.*
27 *Assecuratus, si prætendit nullam habuisse notitiam deprædationis mercium assecuratarum de tempore assecurationis, hanc ipse plenè, & concludenter probare tenetur.*
28 *contra Assecuratum omnis interpretatio sumenda est, & sup. n. 14.*
29 *Contrahentium neminem remanere deceptum iudex laborare debet.*
31 *Assecuratio fieri non potest super re perempta, si de illius interitu tempore assecurationis verisimilis, ac etiam possibilis notitia potuit haberi.*
32 *Scientia non requiritur effectiua super deprædatione, vel amissione mercium assecuratarum, sed sufficit etiam præsumpta.*
33 *Assecuratio nauis iam deprædatæ valet, dummodo de tempore assecurationis notitia deprædationis haberi non potuerit.*
34 *Assecurator remanet obligatus, si assecurauit tempore assecurationis nesciebat merces fuisse deperditas.*
35 *Iter breue, & difficilis fit hyemali tempore, & crassante peste, quod secus in æstate succedit, num. 13.*
36 *Assecurator condemnari non potest, vbi per distributionem milliarium, de verisimili notitia mercium deperdi-*

perditarum in assecurato constare potest.
37 *Assecuratio non tenet, quotiescumque merces spectant ad alium, quam ad assecuratum.*
38 *Interesse non habens agere non potest nec nomine proprio, ob deficientiam sui iuris, nec minus alieno, ex defectu mandati procuræ.*
39 *Assecuratio concepta per verba*, e per altri à chi si aspetta, *quatenus obliget, & suffragetur, & num. seqq.*
40 *Assecurationis de substantia est, vt oneratio mercium fiat sub nomine assecurati, & num. seqq.*
41 *Obligatio de vno ad alium extendi non debet.*
42 *Assecuratæ personæ nomen in assecurationibus exprimendum est, ita vbique de stylo seruatur, & n. anteced. & seqq.*
43 *Assecuratus tenetur iurare non adesse super mercibus assecuratis alias assecurationes in alijs Mundi partibus.*
44 *Dominus mercium ipse solus declarare potest super mercibus assecuratis alias assecurationes non adesse.*

DECISIO CCCLXXIII.

LVdouicus Alemannus, & Io: Franciscus del Rosso
inxtà commissionem Marchionis Castri Fortis sub
diebus 15. 17. & 18. mensis Iunij anni 1672. assecurare fecerunt à diuersis Mercatoribus in Vrbe certam frumenti quantitatem super quadam Tartana Iesus Maria, ad hoc, vt ex Portu Sipontino transportarentur ad diuersa loca.

Post factam assecurationem, cùm dd. Ludouicus, & Ioannes habuissent notitiam dictam Tartanam hora 11. die 12. eiusdem mensis Iunij fuisse deprædatam à fustis Turcharum propè arenam Ciuitatis Strongoli, suadentes factum esse locum stipulationi ad illorum fauorem initæ egerunt contra assecuratores coram A. C. pro solutione summæ assecuratæ, & mandatum consecuti fuerunt, & in gradu appellationis commissa mihi Causa, dedi dubium: An mandatum A. C. esset exequendum, vel relaxandum, & DD. negatiuè responderunt.

Quod optima ratione, & æquitate suffultum visum fuit,
dum contractus assecurationis, qui iniri solet inter merca-
1 tores de sui natura bona fide perficitur: † Cuius candor læ-
deretur, si & leuis suspicio doli, vel possibilis notitiæ posset
2 in assecuratis † suboriri, & fraudibus modis omnibus est
3 † obuiandum, & tollenda omnis occasio supplantandi, *l. 1. ff. de dol. cap. sedes de rescript. Clement. prima de vsur.* & egre-
giè in proposito notat Rota *coram Merlin. decis. 597. num. 10.*
4 11. 12. Cuius ratio est quia illius iustitia tota † residet in alea
5 fortunæ, ex quo lucrum, & iactura illius contractus † pen-
det à maris, & ventorum arbitrio, Castr. *in l. in Naue saufei ff. locati*, Alex. *in l. à Titio ff. de verb. oblig.* Anan. *cap. nauiganti qu.*
13. *de vsur.* Dec. *cons.* 115. *n.* 2. & 4. & hac de causa huiusmodi
6 contractus † propriè denominantur venditio susceptionis
periculi, & æquiparantur iactui retis, & sponsioni, Molin.
de contract. disp. 507. *num.* 2. & 4. Rota *coram Merlin. d. decis.*
597. *num* 8. quapropter contractum conualidat totalis incer-
7 titudo, † quæ de tempore assecurationis in assecuratis in-
teruenire debet, quia illi, qui petunt assecurationem solent
esse diligentiores in scrutando, & perquirendo notitiam
8 † mercium, quam ipsi assecuratores, ad hoc, vt in assecu-
9 rato cesset omnis suspicio, & possibilitas notitiæ, † cùm vt
10 plurimum de toto asse assecurati † agatur in interitu nauis,
Rota Ianuen. *decis.* 36. *num.* 12.

Quod autem à D. Marchione assecurato de tempore ce-
lebrati contractus abesset omnis possibilitas scientiæ deprę-
11 datæ nauis dici nequit, † dum casus sinister iacturæ huius
nauis euenit sub die 12. hora 10 mensis Iunij anni 1670. sub-
tus Turrim Meluisæ per duo tantum milliaria à littore Ci-
uitatis Strongoli distans, & instrumentum assecurationis
celebratum fuit subsequentibus diebus 15 17. & 18 Summa-
rio *num.* 1. & 2. cum illa Ciuitas nonnisi 60. milliaria à Ca-
strouillarum distet, Summario *num* 3. quod collocatum est
propè Ciuitatem Neapolis 112. milliaria, vt in Summ. *nu.* 4.
& ista non distet ab Vrbe, nisi per 112. milliaria, vt in Sum.
nu. 5. Constituunt distantiam loci, in quo nauis fatali euen-
tu perijt ab Vrbe 100. leucarum, itaut computatis tribus
milliaribus, qui perfici possunt singulis horis iuxta disposi-
12 tionem cap. 19. † Consulatus Barchinonen. spatio quatuor
dierum, & vltra commodè Nuncius ad d. Marchionem
Neapolim commorantem assecuratum transmitti potuit,
& interitum nauis etiam eius Procuratori Romæ degenti
intra istud tempus manifestare valuit, & præsertim quia

iter non erat peragendum per mare, vbi tempestates nauigationes impediunt, sed deprædatio successit in litore, vbi statim per Nautas fugientes fuit publicata, vt in Summario *nu.* 2. & quando etiam fuisset hoc per mare denunciatum felici euentu, illud effici potuisset, attento tempore æstiuo,
† quo secundis ventis spirantibus facilis est nauigatio, & 13
expeditum reperitur iter, & in dubio Iudex semper ad fauo-
rem assecuratorum † in hoc arbitrari debet, Rota *coram* 14
Merlino d. decis. 597. *num.* 29. Qua verisimili notitia concur-
rente, † assecuratio nullo modo assecuratores obligat, 15
Straccha *de assecurat. gloss.* 27. *nu.* 4. *vers. secunda facti species, & sequenti*, Valasch. *decis. Lusit.* 64. *num.* 6. Scacc. *de commerc. & camb. §.* 1. *quæst.* 7 *par.* 2. *ampl.* 10. *num.* 19. Odd. *cons.* 31. *nu.* 4. Rota Ianuen. *decis.* 36 *num.* 9. & *seqq.* Gamma *decis.* 181. *num.* 1. Rota *coram Gregor. XV. decis.* 126. *per tot. & in Romana assecurationis* 25. *Maij* 1633. *coram bo. me. Panzirolo* aliàs assecurati
† reportarent commodum ex propria malitia, iuxtà text. 16
in l. 1. *ff. de dolo*, Straccha *de sponsi. par.* 3. *§. item quia nu* 1 & 2.
Itaque cum ex distantia loci, & temporis interuallo, & qua-
litate itineris deduci possit scientia, tempore assecurationis
de statu mercium † contra assecuratores relaxari non po- 17
terit mandatum pro summa assecurata, Stracc. *de assecurat. glos.* 27. *num.* 1. & 2. Scacc. *de commerc. par.* 2. *quæst.* 7. *ampl.* 10. §. 1. *num.* 2. Cost. *de iuris, & facti scientia, & ignorantia cent.* 2. *dist.* 71. *nu.* 12 Gamma *decis. Lusit.* 181. *nu.* 1. Rota *coram Merlino d. decis.* 597. *num.* 5. & 6.

Verùm quia fuit dubitatum: An Consulatus Barchino-
næ vti localis sufficeret alia loca extra illius iurisdictionem
consistentia, DD. dixerunt illam attendi debere vbique lo-
corum † passim Rota in omnibus alijs locis seruari huius- 18
modi Capitula consueuit, vt dispositum fuit *in decis.* 126. *nu.* 6. *coram fel. mem. Gregorio XV. & decis.* 81. *num.* 4 & 95. *nu.* 1. *coram Royas, & decis.* 229. *num.* 4. *par.* 6 *recent. & in Romana assecurationis* 23. *Iunij* 1633. *coram Panzirolo §. ad sunt etiam, & cor. Cocc. dec.* 2180. *num.* 8. indiuidualiter resolutum fuit,
dictam ordinationem † habere locum etiam in assecuratio- 19
nibus in Vrbe factis, & allegat ad hunc propositum etiam *decis. in Romana, seu Ianuen. assecurationis mercium* 30. *Maij coram Panz.*

Data autem ista possibili notitia, indubitatum est con-
tractum assecurationis non esse sine suspicione fraudis, † & 20
hoc sufficit, vt assecuratores releuentur ab onere proban-
di, † ipsum assecuratum sciuisse statum mercium tempo- 21
re assecurationis, quia incertitudo, & dubietas est illa, quæ
facit licitum huiusmodi contractum, † in quibus incertus, 22
& dubius euentus oritur, & periculi pretium in re incerta
præstatur, & exindè sola ista possibilitas † ex spatio tem- 23
poris, quæ interuenit inter deprædationem, & assecuratio-
nem ad obuiandum fraudibus sufficit, ad tradita per Scacc. *de commerc. & camb. quæst.* 7. *par.* 2. *ampl.* 10. *num.* 20. Less. *de iustit. & iure lib.* 2. *cap.* 28. *num.* 25. *vers. sequitur*, Rota *coram Gregor. XV. decis.* 126. *nu.* 4. *coram Merlino d. decis.* 597. *nu.* 33.
& quia huiusmodi exceptio assecuratorum tendit non ad destruendam intentionem assecurati Actoris, sed tantummodò ad demonstrandum non esse intentionem fundatam,
& per consequens inducta ad elidendam illius probatio-
nem; † Idcircò sufficit, quod probatio ipsis assecurati red- 24
datur dubia ex probationibus assecuratorum, Surd. *cons.* 305. *num.* 6. Mandel. *cons.* 451. *nu.* 3. Rota *coram Merlino d. decis.* 597 *nu.* 34.

Hinc non est opus probare † per assecuratores dolum, 25
† quia stante ista possibili notitia, etiam dolus præsumitur, 26
Scacc. *de camb. §.* 1. *qu.* 7. *ampl.* 10 *nu.* 20. & hoc casu si assecu-
ratus prætendit nullam habuisse notitiam naufragij, vel de-
prædationis, † tenetur hoc concludenter probare, & omnis 27
interpretatio facienda est contra assecuratum, † & habenda 28
est ratio, nec altera pars † remaneat decepta, *l. si quis in con-* 29
scribendo circa med. C. de pact. l. 3. *§.* 1. *ff. de arbitr.* Paul de Castr. *consil.* 205. *in fine lib.* 1. Aymon. *consil.* 33. *nu.* 25. Rot. *coram Gregor. XV. d. decis.* 126. *numer.* 10. & ideò in dubio semper
pro assecuratore † pronunciandum est, Valasch. *decis.* 64. *nu.* 30
11. Rota *coram Merlino d. decis.* 597. *num* 29.

Non obstat, quod assecuratio fieri possit super re perem-
pta, quoniam hoc non habet locum in casu, de quo agitur, † 31
vbi tempore, quo frumentum assecuratum fuerat, illius in-
teritus iam innotescere poterat Marchioni assecuratio, Odd. *cons.* 31. *n.* 32. Less. *de iust. & iur. lib.* 2. *cap.* 28. *dub.* 4. *n.* 29. Molin. *de contractibus disp.* 507. *num.* 3. *versic. quare* Ricc. *in collect. decis. collect. nu.* 838. *in fine par.* 4. Gamma *decis.* 181. *nu.* 1. Valasc. *decis. Lusit.* 64. *num.* 6 & 8. & ad hunc effectum non so-
lum requiritur scientia effectiua, † sed sufficit etiam præ- 32

ſumpta, Stacc. *de com. & camb. par. 2. quæſt. 7. ampl. 10. §. 1. num. 20.* Caſt. *de fact. ſcient. & ignor. cent. 2. diſt. 71. num. 4. & ſeqq.* & hoc etiam procedere videtur de conſuetudine Con-
33 ſulatus maris, virtute cuius valet aſſecuratio † nauis iam
peremptæ, dummodò notitia deprædationis haberi non po-
tuerit tempore aſſecurationis, Stracc. *de aſſec. num. 1. & ſeqq.*
Rota *coram Merlino d. decis. 597. num. 17.*

Neque prædictis aduertiantur *decis. 71. & 95. coram R. P. D. Rojas*, quoniam iſtæ admittunt aſſecuratorem teneri,
34 † ſi aſſecuratus neſciebat merces fuiſſe deperditas, at verò
contrarium fuit reſolutum, ex quo poſſibilitas ſcientiæ per
diſtributionem militarium excludebatur, & erat de tempo-
35 re hyemali, & peſtis craſſabat, † quæ iter difficilius red-
debant, & iſta non concurrunt in caſu, de quo agitur,
cùm caſus ſucceſſerit tempore æſtiuo, & propè Turrim
Meliſſæ, ex qua iter perfici poterat inter duas dies ad
36 Ciuitatem Neapolis, vbi aſſecuratus † degebat, & his
facti circumſtantijs perpenſis rectè fuit reſolutum, man-
datum non eſſe relaxandum, Rota *coram Merlino dicta decis. 597. num. 29.*

Demum his omnibus ceſſantibus, ſat eſſet ad excluden-
dam mandati relaxationem adducere, quod deficiat pro-
prium intereſſe, tam dictorum de Alemannis, e del Roſſo
aſſecuratorum, quàm Marchionis Caſtri Fortis, dum ex
actis datis in Summario *num. 9.* ex propria confeſſione con-
ſtat, quod frumentum deprædatum ſpectabat ad Carolum
37 Vanaeiſt, & non ad ipſos, † & propterea non tenet aſſe-
curatio ad illorum fauorem ſtipulata; quando ad alium
ſpectabat, qui nec ratum habuit contractum, nec compa-
ruit, nec aliquem Procuratorem conſtituit pro ſuo iure, &
38 intereſſe, † & ideò nequeunt ipſi hodie agere contra Mer-
catores aſſecuratores, nec nomine proprio, ob deficien-
tiam proprij intereſſe, nec alterius, de cuius mandati pro-
curæ nihil docetur, ſecundum Stracc. *gloſſ. 10. numer. 7. & 11.*

Itaque conſtito de alieno Dominio, inefficax fuit conſi-
derata huiuſmodi aſſecuratio, & nullam poteſt parere
39 actionem contra Mercatores aſſecurantes † etiam ſi ſit mu-
nita verbis: *e per altri à chi ſi aſpetta*, dum pro forma hu-
ius ſtipulationis neceſſe eſt, vt oneratio mercium fiat ſub
40 nomine ipſius aſſecurati, † ne alias detur abſurdum ex-
41 tendendi obligationem de vno ad alium caſum, † etiam in
caſu, quo obligatio fuerit abſolutè concepta, & ſine alijs
facti circumſtantijs, ex quibus apparere poſſit de intereſſe
aliarum perſonarum ſuper mercibus aſſecuratis, Stracc. *de aſſecurat. gloſ. 10. num. 7. & 12.* Maſtril. *decis. 182. numer. 31.* Muta *decis. Siciliæ 3. num. 5.* Gamma *decis. Luſit. 181. num. 3.* Rota *in Recent. decis. 571. num. 15. par. 5.* & in *Romana aſſecurationis 26. Iunij 1673. §. parique diligentia, & ſequentibus coram me.*

Ex iſta eò libentiùs admittenda veniunt, dum ſtylus ex-
42 primendi nomen perſonæ aſſecuratæ † non ſolum videtur
eſſe vniformis conſuetudini huius Fori Romani, & aliarum
Ciuitatum Italiæ, vt firmatum fuit in dicta *decis. 571. num. 18. par. 5. recent.* verùm etiam eum ipſe Actor iuxtà Conſu-
43 latum Barchinonæ *cap. 11.* † Summario *num. 10.* teneatur
iurare non adeſſe ſuper mercibus aſſecuratis alias aſſecura-
tiones in alijs Mundi partibus, quod cum facere non poſſit,
44 niſi ipſe Dominus, † ideò nomen aſſecurati debet expreſ-
sè patere, & adſtipulatio fieri ſub nomine illius, ad quem
verè merces aſſecuratæ ſpectant, vt fuit deciſum in dicta
decis. 571. per tot. par. 5. recent.

Quibus perpenſis, & conſideratis etiam nullitatibus conſiſtentibus in ſollicita mandati relaxatione, & in defectu mandati procuræ, Domini dixerunt, mandatum relaxatum ab Auditore Cameræ non eſſe executioni demandandum, nec aliud eſſe relaxandum, vtraque parte tam in ſcriptis, quàm in voce informante.

R. P. D. RONDININO.

Camerinen. Pecuniaria.

Lunæ 25. Iunij 1674.

ARGVMENTVM.

Declaratur materia, quatenus bona debitoris à creditore recepta, potius in pignus, quam iure dominij tradita ſint, quod hic pro ſolo pignore fuit deciſum, quia de voluntate creditoris conſtabat, qui pluries declarauerat ſe illa recepiſſe in pignus, non autem, quod ſibi inſolutum data fuerint; cumque hoc à plurimis circumſtantijs dependeat, illæ ſatis, & luculenter, & ad ſatietatem etiam remanent in deciſione declaratæ.

SVMMARIVM.

1 *Creditor poſſidens bona ſui debitoris pro ſuo credito æquiualentia, illa inſolutum habuiſſe cenſetur.*
2 *Pignus ſi habitum ſit pro derelicto, & ſine ſpe luitionis, lex interpretatur voluntatem creditoris, & debitoris, illud acceptandi, & reſpectiuè dandi inſolutum.*
3 *Pignus à creditore ſimpliciter receptum, ad dationem inſolutum referri non poteſt, ſi illius traditio ſemper fuit ab alijs concreditoribus impugnata.*
4 *Datio inſolutum excluditur, ſi creditor faſſus ſit, ſe poſſidere iure pignoris, donec ſibi de fructibus ſatisfaceret, & num. ſeqq.*
Amplia, & fortius ſi de ſuo credito ſatisfactionem procurauit ex bonorum ſubhaſtatione facienda. ibid. & numer. 5.
6 *Datio inſolutum, an ſucceſſerit, vel potius pignoris conſtitutio facta ſit, ex facti circumſtantijs dignoſcitur.*
7 *Declaratio creditoris velle poſſidere iure pignoris, & retinere bona, donec eſſet de ſuo credito ſatisfactus.*
Excludit dominium, & temporalem acquiſitionem importat ibidem.
8 *Creditor ſi bona ſui debitoris poſſediſſet iure dominij, ſuum creditum poſtea non vendidiſſet, amplia, vt nu. ſeq.*
9 *Ceſſio ſolius crediti, non autem bonorum indicat bona iure pignoris, non dominij fuiſſe poſſeſſa cum alioquin bona ipſa ceſſa, & vendita fuiſſent.*
10 *Datio inſolutum continet translationem dominij.*
11 *Pignoris conſtitutio non transfert dominium, quia in illo debitor ſemper remanet dominus.*
12 *Cautio de reſtituendo prioribus, & potioribus facit ſemper pecunias, vel fructus extare ad fauorem aliorum creditorum.*
13 *penes Debitorem dicuntur extare pecuniæ, vel fructus, quoties illa mediante cautione de reſtituendo prioribus, & potioribus creditori conſignata ſunt.*
14 *Creditor, ſecluſo dominio, vel datione inſolutum bonorum ſui debitoris computat fructus in ſortem.*
15 *Creditum ex fructibus à creditore receptis de bonis ſui debitoris, vel remanet extinctum, vel ſaltem illiquidum.*
16 *Executio rei iudicatæ retardari non poteſt per exceptionem crediti illiquidi, vel extincti.*

DECISIO CCCLXXIV.

FActa executione ſuper quadam domo in Terram Monticuli, ac ſuper Prædio nuncupato Crucifixi ob antiqua, atque anteriora credita non controuerſa Bernardini Blanchi, contra Antonium, & Iulium de Sala coniuges poſſeſſores, cauſam habentes à Flaminio de Andreotijs debitore, oppoſuerunt dicti coniuges plura credita, quibus non attentis cùm Iudex exequens mandatum, & ad vlteriorem deliberationem proceſſerit ad effectum deponendi, & conſignandi cui de iure, domus, & Prædium eidem Blanco deliberata fuerunt pro ſcutis 1050. ad formam mandati depoſitis.

Hinc diſputato dubio ad tenorem reſcripti Signaturę conſtare de bono iure Blanchi, etiam ad effectum manutentionis, & conſignationis pecuniæ depoſitæ Domini dixerunt 6. Aprilis * proximè præteriti coram me, atque in deciſis, innouata hodiè diſputatione ſteterunt.

Non enim controuertebant ſcribentes pro coniugibus poſſeſſoribus iuxta Blanchi ex dictis creditis non controuerſis, ſed opponebant, domum hanc, & prædium fuiſſe iam iure dominij acquiſita ab ipſo Flaminio, atque à Camillo, & Catherina pariter de Andreotijs, à quibus mediante ceſſione dictus Flaminius cauſam habet, Summario dictorum coniugum Poſitionis 26. Februarij præteriti numer. 5. lit. D. coram me, cùm Flaminius promiſcuè bona controuerſa poſſederit inſimul cum dicto Camillo, & Catherina ratione dotium, atque occaſione diuiſionis

bono-

bonorum inter Lucretiam, & Enricum, Summario hodier-
1 no dictorum coniugum nu. 5. & 2. cum plurib. seqq. † Itaut
cum illorum credita æquauerint rerum detentarum valo-
rem, censendum sit illas insolutum habuisse pro satisfactio-
ne sui crediti, iuxta doctrinam Alex. in l. 1. §. per seruum cor-
poraliter nu. 7. ff. de acqu. poss. & cons. 168. in fine vol. 6. Mer-
lin. de pignor. lib. 5. cap. 45. num. 73. Rot. in rec. par. 4. to. 2. decis.
545. nu. 12. & par. 6. decis. 46. sub num. 1. cum duobus seqq. Du-
noz. Iun. decis. 630. nu. 19. cum alijs in Meleuitana Bonorum 26.
Ianuarij proximè præteriti §. ex pluribus coram me, & in de-
cis. huius causæ §. hanc autem in fine.

Cæterùm, cùm id pendeat à voluntate creditorum, &
2 debitoris, quia Lex eo casu, quo † pignus habitum est pro
derelicto, & sine spe luitionis interpretatur voluntatem de-
bitoris assignandi illud creditori, atque animum creditoris
illud acceptandi, dicebant Domini in huius casus hypothe-
si hæc considerari non posse, cùm possessio istorum bono-
rum numquam referri possit ad titulum dationis insolu-
3 tum, † cum alij concreditores debitoris personam repræ-
sentantes, ac illius iura defendentes, tam coram Iudice de
Partibus, quam coram A. C. occupationem prædictam
semper impugnauerint, atque pro bonorum subhastatione
institerint, vt latiùs in Summarijs prædictarum Positio-
num, & ex facto subsecuto, de quo in decisione huius causæ,
4 † atque Catherina ipsa, & Camillus fassi sint semper possi-
dere iure pignoris, donec satisfacti essent pro dotibus, pe-
tendo ex subhastatione bonorum sibi de eorum creditis satis-
fieri, Summario hodierno Blanchi num. 1. cum duobus seqq.
quemadmodum, & Flaminius bona ipsa sub hasta poni
curauit, & prosequendo iudicium, tàm coram Iudice de
Partibus, quàm coram A. C. seù clar. me. Card. Spada
deputato, semper inquit se possidere iure hypothecæ dota-
lis, & pro credito materno, Summario Positionis Blanchi
5 6. Aprilis præteriti num. 1. & 5. † Ex quibus negari nequit,
quin excludatur datio insolutum, atque clarè arguatur ani-
mus creditorum retinendi iure pignoris; cùm à circum-
6 stantijs facti totum id reguletur, vt dignoscatur, † An
iure pignoris, vel titulo dationis insolutum bona habita
fuerint, iuxta consil. Aretin. 159. numer. 14. Leotard. de vsur.
qu. 12. sub num. 12. Rot. apud Pacif. de Saluian. decis. 2. à num.
6. vsque ad fin. & apud Posth. de subhastatione decis. 2. & 3.
per totas: atque resistat penitùs menti, & verbis istorum
creditorum, qui dixerunt velle possidere pro securitate do-
7 tis, & iure pignoris, † & retinere, donec essent satisfacti
de dotibus, quæ excludunt acquisitionem iure dominij, &
inferunt temporalem satisfactionem in fructibus, Surd. cons.
243. num. 4. 6. & 7. Pacif. de Saluian. inspect. 4. cap. 1. numer.
217. Altograd. cons. 37. sub num. 19. & seqq. vol. 1. Rot. coram
Bich. decis. 596. num. 13. & decis. 637. num. 14. & 15. & in rec.
par. 12. decis. 129. per tot. cum alijs in præterita decisione §. ve-
rùm etiam.

8 Aliàs enim si iure dominij ab initio ipsi possederint, † ne-
que Camillus, & Catherina vendidissent eorum credita
longè postea anno 1638. Flaminio Summario præterito di-
ctorum coniugum 26. Februarij præteriti num. 5. litera D. &
Summ. hodierno Blanchi num. 6. Neque Flaminius occasio-
ne nuptiarum Antoninæ ipse quoque cessisset iura Iulio
Solæ, quæ habebat, Summar. Bianchi Positionis 6. Apri-
9 lis proximè præteriti num. fin. † Sed bona ipsa cessa, & ven-
dita fuissent, non autem ius ad illa, si iam per illorum ac-
ceptationem insolutum omne creditum extinctum fuisset,
10 † quia datio insolutum continet translationem dominij,
iuxta text. in l. exemplo in princ. ff. de act. empt. & in l. si ita
distrahatur §. 1. ff. de contrah. empt. Quod non transfert pi-
11 gnoris † constitutio, in quo debitor remanet Dominus,
iuxta Text. in l. non est nouum, ff. de acquir. poss. Surd. d. cons.
243. num. 8. & 9. & decis. 92. num. 9. & seqq. Rot. coram Burat.
decis. 889. num. 1. cum alijs in præterita decisione dicto §. verùm
etiam in fine.

Itaut potiùs retorqueatur Epistola Cardinalis Spadæ Iu-
dicis ab A. C. deputati, qui mandauit fructus Catherinæ,
& Camillo consignari, præuia cautione de restituendo prio-
ribus, & potioribus, Summario hodierno vtriusque Partis
nu. 4. prout cautio hæc præstita fuit, dicto Summario Blan-
chi, num. 5. Ex qua tàm ex parte Iudicis, quàm eorumdem
excluditur animus dandi, & insolutum recipiendi bona;
12 † cùm ex dicta cautione fructus dicantur semper extantes
13 fauore aliorum creditorum, † atque dominium fingatur
penès ipsum debitorem, & in eius bonis adhuc stare, iuxtà
Text. in l. ex facto, ff. de pecul. & in l. 1. ff. de vsufr. ear. rer.
quæ vsu consum. Franc. decis. 75. num. 9. & decis. 635. num. 3.

cum alijs per Castill. controuers. tom. 4. cap. 61. num. 74. & per
Salgad. in labyr. creditor. part. 1. cap 10. num. 69. & part. 2.
cap. 6. num. 7. & seqq. coram Card. Cels. decis. 63. num. 3.

Seclusо autem titulo dationis insolutum, cum ex supe-
riùs deductis clarè appareat, bona hæc semper possessa fuis-
se iure pignoris ad auertendos creditores, qui semper inste-
terunt pro satisfactione, † dubium non est, quin fructus 14
cesserint in sortem, iuxta Text. in l. 1. vbi glos. & DD. C. de
fid. instr. & iur. Gast. fiscal. lib. 10. Itaut, vel creditum extin-
ctum remanserit iuxta calculum pro Blanco exhibitum,
Summario Responsionis eiusdem num. vnico contra quem
nihil opponebatur; † vel saltem illiquidum sit, quid me- 15
liorationis, & crediti nomine debeatur, quatenus cum cal-
culo pro coniugibus possessoribus exhibito procedendum
esset, vt ex his exceptionibus, quæ liquidæ non sunt, † rei 16
iudicatæ executio fauore Blanchi amplius retardari non
possit, iuxta dispositionem Text. in l. à Diuo Pio §. 1. & 2. ff.
de re iudic. cum concordantibus relatis in præterita decisione
huius causæ §. fin.

Et ità vtraque parte informante resolutum fuit.

R. P. D. RONDININO.

Maioricen. Pensionis.

Veneris 8. Iunij 1674.

ARGVMENTVM.

Nulla declaratur pensio, reseruata sub expres-
sione certi valoris beneficij, & cum clausula
dummodo remaneant centum pro Rectore,
quia vtrumque simul probatum non erat,
prout in hoc casu probandum esse decidi-
tur, ita tamen, quod nec reductioni locus
esse potuerit, cuius ideo plures casus distin-
guuntur, & alia etiam de eodem valore,
fructibus beneficij, cæterisque plurimis in
eadem decisione deducuntur.

SVMMARIVM.

1 *Pensio remanet nulla non probato valore narrato, & non
docto, quod remaneant centum pro Rectore, & num.
seqq.*

2 *Clausula vt asseris consequutiua ad valorem narratum,
transfert onus in pensionarium probandi narrata, quia
Pontifex illius assertionem sequutus, ideo reseruauit
pensionem.*

3 *Pensio quatenus potius reducatur, quam annulletur in totum
plures distinctiones referuntur num. seqq.*

4 *Papa si voluit pensionem in totum sustineri, multò magis
illam in sola parte valere voluisse dicendum est, & quando
procedat.*

5 *Pensio reseruata occasione Resignationis si est nulla in parte,
remanet nulla in totum, quia in minori summa deficit consen-
sus resignantis.*

6 *Clausula*, & non alias, aliter, nec alio modo *semper
censetur opposita in resignatione facta fauore certæ per-
sonæ.*

7 *Pensio est nulla in totum, si vsque, & à principio non rema-
net summa reseruata à Papa soluta pensione, & hoc ra-
tione voluntatis eiusdem Papæ.*

8 *Pensio reducitur si tempore gratiæ remanebant centum pro
Rectore, quæ postea diminuta sint, & nu. 9.*

9 *Gratia remanet perfecta, si eo tempore centum à Papa
reseruata Rectori remaneant, quamuis postea diminu-
ta sint.*

10 *Pensione à Papa reseruata cum expressione certi valoris, &
clausula* dummodo remaneant centum &c. *vtrumque
simul verificari debet.*

11 *Pensio corruit ob expressionem falsi valoris à pensionario
factam.*

12 *Subreptio est indiuidua, & vitiat totam gratiam.*

13 *Valoris augumentum in sexta parte, quod pro sustinendis
gratijs Rota indulgere solet, non extenditur ad casum pen-
sionis, qui est odiosus.*

14 *Pensio reseruata cum expressione valoris, eo non verifi-
cato, remanet nulla, quamuis clausula* dummodo &c. *iu-
stificata sit.*

15 *Valoris mala expressio quando, & in quibus casibus executionem admittat.*

16 *Valoris expressio si non tendit in præiudicium alicuius, vt est si quis dixerit se esse Præsbyterum, cum esset Clericus, si non fuerit verificatus non vitiat.*

17 *Maior, & qui beneficium resignatum possederat, non potest se excusare ab expressione falsi valoris.*

18 *Valoris falsa expressio vitiat gratiam etiam in ijs, quæ non retraxisset Pontificem à concedendo amplia, vt numer. seq.*

19 *Gratia remanet nulla si Papæ falsa narratio facta sit, qua ab ipso intellecta, vel non concessisset, vel difficilius concessisset.*

20 *Decimæ, & alia, quæ in dies pro certa summa locantur, vel locari possunt, habentur pro fructibus certis.*

21 *Funerali oblationes, & similia, quæ sunt penitus incerta, atque pro determinata summa locantur, pro certis haberi non possunt.*

22 *Fructus incerti beneficij, distinguuntur à certis, & quales æquè vni, ac alteri sint, & supra d. nu. 20.*

23 *Testes non probant fructus beneficij, si deponant deductis oneribus, & nu. seqq.*

24 *Fructus solum dicuntur illi, qui supersunt deductis oneribus.*

25 *in Fructu quidquam remanere dici nequit, si cognosci non potest, quid importent onera, ac etiam expensæ.*

26 *Testes non probant fructus etiam si exprimant onera, si omnia non explicent, & alia adesse non dicant, quia ipsi sciuerint.*

DECISIO CCCLXXV.

SEntentiam Reuerendissimi Decani declarantem nullam, & inualidam pensionem olim a san. me. Innocentio X. super Ecclesia Parochiali S. Iacobi Maioricen. Iacobo Ballester reseruatam, confirmandam esse DD. responderunt.

Cum enim reseruatio Pensionis facta fuerit occasione
resignationis eiusdem Ecclesiæ, præuia supplicatione eiusdem
Iacobi narrantis fructus certos ascendere ad ducatos
215. atque adiecta vlterius à Pontifice clausula dummodo
ex fructibus Ecclesiæ 100. ducati annui remaneant pro Re-
ctore Summario vtriusque Partis *num. 1.* consequens est,
vt non probato per legitimas, & concludentes probationes
contra Antonium Homar successorem in Ecclesia valore
1 narrato, † atque non docto, quod remaneant 100. pro Re-
ctore, pensio corruat, vtpote deficiente veritate narrato-
rum, atque non impleta mente Pontificis, de quibus in *cap.*
2. cum ibi notat Abb. *num. 3. & 9. & per* Felin. *nu. 6. & seqq.*
de rescript. & in Reg. 52. Cancellariæ de vero valore expri-
men. DD. *in cap. 1. & cap. licet 19. de probat.* Felin. *in cap. ad*
aures 3. Valer. *de rescript.* Garz. *de benef. par. 1. cap. 5 num. 476.*
& seqq. Maiescott. *var. resol. lib. 2. cap. 1. num. 62. & 63.* Lot-
ter. *de re benef. lib. 1. qu. 43. nu. 1. & seqq.* & fuit antiqua Ro-
tæ sententia decis. 20. de præben. in nou. & in diuers. par. 1. dec.
330. par. 3. cum alijs in rec. par. 10. decis. 306. & par. 11. decis.
187. & in Romana pensionis 9. Nouembris 1665. §. siquidem co-
ram Eminentissimo Cerro, & in decis. huius causæ * 16.
Iunij 1673. *§. etenim. & §. seq. coram Reuerendissimo D. meo*
Decano.

In qua consideratur id potissimum procedere ex clausula,
2 vt asseris consecutiua ad expressionem valoris, † quæ mul-
to magis in pensionarium onus probandi narrata transfert,
cum assertionis illius fidem Pontifex sequutus fuerit, ac
ideo non facta probatione pensio irritetur ex regula text. *in*
l. 2. ff. de probat. Io. Andr. *in cap. 1. vt lite non contestata in 6.*
Felin. *in d. cap. ad aures num. 10. de rescript.* Calder. *cons. 8.*
sub num. 1. illo eod. tit. Rota *coram Cassad. decis. 7. nu. 6. in fin.*
de inrepatr. & decis. 4. sub nu. eodem de probat. & apud Posth.
de manut. decis. 316. num. 3. & seqq. & in recent. par. 10. d. de-
cis. 306. nu. 3. & in Lucana pensionis 9. Iunij 1665. in princ. vers.
habet enim coram Reuerendissimo D. meo Albergat. Decano con-
firmata in rec. par. 12. decis. 178. nu. 14. & 15. Dunoz. Iun. *de-*
cis. 880. num. 2.

Neque visum est Dominis nos versari in casu, in quo Pensiones reducuntur, sed potius in casu pensionis in totum annullandæ etiam prosequendo distinctiones à scribentibus pro resignante adductas.

Primus enim in hac quæstione casus est, cum pensio reseruatur, narrato valore per non excessum fructuum in aliqua summa, atque Pontifex adiecit clausulam conditionalem, dummodo remaneant 100. pro Rectore, aut dummodo pensio duas, vel tres partes valoris narrati non excedat, & tunc cum versemur in pensionibus reseruatis occasio-
ne prouisionis beneficiorum vacantium per obitum, † si illa 3
excedant summam plures DD. indistinctè voluerunt locum
esse reductioni, quia constat de voluntate Pontificis, vt su-
stineatur pensio in ea parte fructuum, quæ remanet, quàm
si voluit his deductis in totum sustineri, multo magis voluit
in parte ad text. *in l. Stichum 6.* ibi, sed conditio talis accipi
debet quatenus manserit, † vel si totum alienauerit, lega- 4
tum extinguatur, si partem pro ea parte debeatur, quæ te-
statoris mortis tempore fuerit, ibique gloss. *& DD. ff. de legat.*
5. Garz. *de benef. par. 1. d. cap. 5. nu. 417. & 423. & seqq.* Lot-
ter. *de re benef. par. 1. qu. 41. nu. 25. 28. & seqq.* Adden. ad Bu-
ratt. *decis. 369. sub num. 8.* Gratian. *discept. 995. nu. 11.* Tondut.
de pens. cap. 15. num. 2. & dixit Rot. *in Salamantina pensionis*
coram Orano apud Garz. *de benef. par. 1. d. cap. 5. nu. 424. vers.*
nam Papa, & in rec. par. 4. tom. 2. decis. 342. num. 12. & seqq.
Crescent. *decis. 17. de rescript.* Mantic. *decis. 153. & 173.* Bu-
rat. *decis. 261. num 4.* cum alijs relatis in *Lauden. Pensionis co-*
ram Eminentissimo Otthob. decis. 61. 76. & 163.

Aut versamur in pensionibus reseruatis occasione resi-
gnationis, † & tunc si pensio in parte est nulla, in totum est 5
nulla, quia in minoris summa deficit consensus resignantis,
qui alias non resignasset, vt benè Garz. *de benef. par. 1. d. cap.*
5. num. 422. Adden. ad Burat. *d. decis. 369. num. 8.* Tondut. *de*
pens. d. cap. 15. num. 3. Rota *in d. Salamantina pensionis coram*
Orano apud Garz. *de benef. par. 1. d. cap. 5. num. 424. vers. quod*
dum, nulla adhibita distinctione, an adsit clausula non aliàs
aliter &c. quia dum agitur de resignatione † ad fauorem cer- 6
tæ personæ, semper illa censetur apposita ea ratione de qua
Mandos. *in prax. Signaturæ tit. de regress. vers. notandus* Paris.
de resignat. lib. 1. qu. 2. num. 21. Rot. *diu. par. 3. lib. 3. decis. 402.*
num. 2. Burat. *decis. 830. num. 8. Eminentissimus Otthob. d. decis.*
76. num. 19.

Alij autem distinxerunt, quod si ab initio constet non ad-
fuisse summam præseruatam à Pontifice, † soluta pensione, 7
& tunc intrant termini defectus voluntatis Pontificis, quia
alias non reseruasset, & pensio est nulla in totum iuxta opi-
nionem Gigantis Mandos. & Paris. *de qua* Garz. *de benef.*
par. 1. d. cap. 5. num. 416. Gratian. *d. discept. 995. num. 12.* Rota
coram Merl. decis. 722. num. 8. & seqq. repetita in *rec. par. 7. de-*
cis. 269. cum reductioni eatenus locus sit, quatenus probetur
tempore gratiæ remansisse 100. pro † Rectore, pensione 8
soluta, quo solum casu gratia Pontificis perficitur, sed fru-
ctus deincops ita esse diminutos, vt Rector soluendo pen-
sionem, & onera Ecclesiæ † substentare non possit, quia 9
tunc ad conuenientem quantitatem reducitur, vt explicant
Garz. *de benef. par. 1. d. cap. 5. num. 399. & 400.* Add. ad Lu-
douis. *decis. 345. num. 13.* Rota *in rec. par. 9. d. decis. 306. num.*
21. & 22. Bich *decis. 255. nu. 11. & 12. & in d. Eugubina Pen-*
sionis 4. Maij 1671. §. finali, & 27. Ianuar. 1672. §. & adhuc co-
ram R. P. D. meo Bourlemont.

Secundus principalis casus est dum adest, vt in casu, ex-
pressus valor per *ascensum* ad ducatos 215. vltra clausulam
dummodo remaneant 100. pro Rectore, quia tunc dici ne-
quit Pontificem cogitasse solum, vt remaneret Rectori sum-
ma præseruata, † cui satis consultum erat per d. clausulam 10
dummodò remaneant 100. quæ hunc respicit effectum penè
diuersum à narratione valoris per ascensum ex deductis in
rec. par. 10. d. dec. 306. sub nu. 7. 13. 19. & seqq. & coram Bich. d.
dec. 255. n. 9. & seqq. sed vltro Pontifex considerauit valorem
narratum in † ducatis 215. ex quo motus fuit ad pensionem 11
reseruandam, itaut ob falsam illius expressionem, pensio
subreptitiè obtenta corruat in totum, † quia subreptio est 12
indiuidua, & vitiat totam gratiam, vbicunque non est capi-
tulum separatum ex notatis per Felin. *in cap. ad audientiam*
51 de rescri. quemadmodum distinguendo concludunt Gig.
de Pens. qu. 35. n. 2. cum plurib. seqq. Garz. *de benef. par. 1. d. cap.*
15. nu. 5. & 6. Rot. *coram Cresent. d. decis. 17. de rescript. & in*
diu. par. 1. decis. 626. nu. 5 & in rec. par. 4. tom. 2. decis. 342. nu. 12.
& seqq. Millin. *decis. 158. nu. 1. & in d. Eugubina pensionis 12.*
Febr. 1671. §. deductis, & 4. Maij eiusdem anni §. cognouerunt co-
ram R. P. D. meo Bourlemont, & in Calaritana pensionis 12. Ia-
nuarij eiusdem anni §. fin. coram R. P. D. meo Vicec.

Neque hoc casu locus est augmento valoris in sex-
ta parte, † quod Rota pro sustinendis gratijs indul- 13
gere consueuit, cum ad hunc casum odiosum pensio-
nis non fiat extensio Garz. *de benef. part. 5. d. cap. 5. nu-*
mer. 407. Rota *recent. part. 4. tom. 2. decis. 414. numer. 12. &*
seqq. & decis. 488. num. 5. & seqq. Dunoz. Iun. *decis. 880.*
nu. 8.

num.8. & 9. & in d. Eugubina pensionis 27. Ian. 1672. §. si-
14 *quidem in fin. coram Reuer. P. D. meo Bourlemont* , † sed pen-
sio annullatur in totum , etiamsi clausula dummodo &c.
iustificata remaneret , vt dixit Rota *in Hypporeggien. pensio-
nis coram Meltio in rec. par. 11. decis. 187. num. 36. cum duobus
seqq.* quam refert, & sequitur Tondut. *de pensione cap. 55.*

Excusationem autem à mala expressione valoris in hoc
15 casu DD. non admiseruot , quia quidquid sit , † quando
pensionarius erat Puer teneræ ætatis , & agitur pro redu-
ctione pensionis contra titularem , qui consensit , in quibus
terminis loquitur exaduerso adducta *decis. 336. par. 4. tom. 3.
recent.* vel quando falsa expressio non tendit in alicuius præ-
16 iudicium , † neque quidquam causæ habet cum gratia ob-
tenta , veluti si impetrans Beneficium non Curatum se
Presbyterum dixerit, cum esset Clericus, cum quo sensu lo-
17 quitur Rot. *in decis. 270. & 288. post 2. vol. cons. Farinacc.* †
certum est in maiorem , qualis erat Bellester resignans , qui
insuper iam conscius erat valoris beneficij , quod resignauit
18 narrationem bona fide factam dici non posse , † neque in fa-
cto proprio ignorantiam non dolosam adduci posse , quæ si
in ijs , quæ non retraxissent Pontificem à concedendo gra-
tiam vitiat iuxta dictum Innoc. communiter approbatum
in *cap. super literis in princ. de rescript.* Rota *coram Mohed. de-
cis. 8. illo eod. tit.* Put. *decis. 390. lib. 1. in correct.* Coccin. *decis.*
19 *740. num. 6.* multo magis gratiam irritat in his , † quibus in-
tellectis ob euitan. tertij præiudicium , vel Pontifex non
concessisset , vel difficilius concessisset iuxta dictum Ge-
min. *in cap. gratia num. 4. in fin. de rescript. in 6.* & explicat
Rota *post secundum vol. cons. Farinacc. d. decis. 270. num. 5.*
& respondendo contrarijs Bich. *decis. 410. sub num. 11. cum
pluribus seqq.* repetita in *rec. par. 11. decis. 21. & in Lucana
pensionis 3. Decembris 1652. §. neque , & §. nec etiam* coram
Illustrissimo Benilaqua Vrbis Gubernatore , & in longè
fortioribus terminis narrationis citrà dolum in *d. Eugubina
Pensionis 4. Maij. 1671. §. minorem coram R. P. D. meo Bourle-
mont.*

Cæterum defectum iustificationis valoris narrati in du-
catis 215. euitare non poterant scribentes pro resignante ,
quia admissis etiam omnibus per illos deductis , fructus
computatis omnibus certis , & incertis , ascenderent ad di-
ctos ducatos 215. Ideoque , incertis exclusis , consequens est
valorem narratum deficere , quia cum pensio reseruata fue-
rit super fructibus certis tantum Summario vtriusque partis
20 *nu. 1.* decimæ quidem , † atque alia , quæ in dies pro certa
summa locantur , vel locari possunt habentur pro certis fru-
ctibus ad terminos text. *in l. diuortio 8. §. quod in anno, vbi præ
cæteris* , Bart. *num. 2.* Castren. *ibid. in fin.* Ias. *num. 8 ff. sol. matr.*
21 sed tales dici non possunt , † funeralia , oblationes , & simi-
lia , quæ sunt penitus incerta , neque pro determinata pen-
sione locantur , ex ratione text. *in l. Seio 10. §. medico , ff. de
legat. ann.* quemadmodum distinguendo istos fructus incer-
tos à certis , deponunt testes primus , tertius , septimus , &
nonus , quorum dictis ipse resignans vtitur , *Summar. eiusdem*
22 *Ballester num. 4 & 5.* † cum quibus concordant alij testes ,
Summario Homar. nu. 3. lit. B. nu. 4. & 20. & communiter di-
stinguendo concludunt Felin. *in d. cap. ad aures sub nu. 14. de
rescript.* Rebuff. *de congrua nu. 136 & 87. & in tractat. de no-
minat. qu. 9. sub num. 40.* Barbos. *de iur. Eccles. lib. 6. cap. 3. num.
44.* Lotther. *de re benef. lib. 1. qu. 42. nu. 63.* Tondut. *quæst. be-
nef. par. 1 cap. 38. num. 5.* Castrop. *oper. moral. tom. 2. tract. 13.
disp. 2. punct. 26. num. 6.* Rot. *diuers. par. 2. dec. 5. num. 7. & in
recent. par. 11. dec. 187. num. 26. & seqq. repetita post* Tondut.
de pens. dict. cap. 53. Bich. *d. decis. 255. sub nu. 12. & seqq. & in
dicta* Eugubina *pensionis 16. Febr. 1671. § nec Dominos coram
R. P. D. meo Bourlem.* cum alijs latè deductis *in Auenion. 20.
Nou. 1671. §. cum enim , coram me .*

23 Præterea animaduertebant DD. testes † pro Resignante
adductos nihil penitus probare , cum non deponant de fru-
24 ctibus istius Ecclesiæ , deductis oneribus , † quæ nescire in-
genuè fatentur , *Summario Homar nu. 3.* quia cum illud dica-
25 tur esse in fructu , † quod superest deductis expensis ad lite-
ram text. *in l. fructus 7. ff. solut. matrim.* illis proinde non de-
ductis dignosci non potest , quid in fructu remaneat , vt in
his terminis tradunt Felin. *in d. cap. ad aures sub num. 13. de
rescript.* Gomes *in reg. de valore qu. vlt.* Adden. ad Ludouis.
decis. 295. num. 12. & in reiecta opinione Ripæ *in l. 1. §. si hæ-
res num. 29. ff. ad Trebell.* dixit Rota *in diuers. par. 1. dec. 381.
in fin. & in recent. par. 2. dec. 444. num. 4.* Mant. *dec. 282. nu. 7.*
Caualer. *decis. 383. num. 2.* Merlin. *dec. 587. num. 3. cum alijs in
rec. par 11. dec. 288. num. 8. & seqq. & in dicta Lucana Pensio-
nis 9. Ian. 1655. §. siquidem cor. Reuerend. P. D. meo Albergato*

*Decano, & in d. Calaritana pensionis 12. Ian. 1671. §. & quam-
uis in fin. coram R. P. D. meo Vicecomite .* Itaut nec sufficiat
per testes ab Homar † adductos , doceri de aliquibus oneri- 26
bus , quia non deponunt non adesse alia onera , & quod non
possint adesse , quæ ipsi ignorent , iuxta *decis. Millin. 158. in
fine .*

Et ita vtraque parte informante resolutum fuit .

*Supra in alia par. 18. to. 1. adest altera præsenti causa decisio
ibi in ordine 130. & in hac eadem parte decis. 372. hanc etiam
materiam pertractat .*

R. P. D. MATTHÆIO.

Romana Assecurationis.

Lunæ 10. Decembris 1674.

ARGVMENTVM.

Ad probandum Nauem assecuratam idem esse , ac Pincum Remissoria in hac decisione conceditur, ex solita, & cõsueta regula, quod data releuantia materiæ articulatæ illa in prophanis denegari non debeat, ad quem effectum sufficit releuantia vnius articuli , vt super omnibus eadem remissoria concedatur; cumque ad illam impediendam opponeretur exceptio periurij , hanc minus suffragari deciditur , quia illud probatum non erat , & sub hoc prætextu denegari non poterat probatio hinc inde facienda , cuius discussio post eam factam reseruari debet, quænam ex illis magis attendenda sit .

SVMMARIVM.

1 *Remissoria semper conceditur , vbi datur releuantia articulorum , & causa est prophana .*
2 *Nauim idem esse , ac Pincum , & vtrumque conuenire in essentia ad probandum , remissoria conceditur .*
3 *Releuantia vnius articuli sufficit in prophanis , vt super omnibus remissoria concedenda sit .*
4 *Fumus materiæ articulatæ resultat ex pluribus instrumentis , quæ pro eo adducuntur .*
5 *Remissoria eo magis in prophanis conceditur , stante fumo materiæ articulatæ .*
6 *Articuli etiam de directo contrarij admittuntur , ad probandam replicationem contra exceptiones ab alia parte deductas .*
7 *Ordo iudiciorum subuerteretur , si Actor , & Reus pari lance non tractarentur , vt fieri debet .*
8 *Probationes nouæ , & articuli admittuntur , etiam in causa commissa cum clausula* si quid exequendum , *vbi agitur de corroboratione probationis antiquæ .*
9 *Actori denegari non debet , quod nouis vtatur probationibus ad elidendas exceptiones , quæ nouiter proponuntur à Reo .*
10 *Exceptio periurij probationem faciendam , vel remissoriæ concessionem non impedit , & quando , vide num. seqq.*
11 *Periurium non præsumitur , sed debet ab allegante probari .*
12 *Periurium ad euitandum omnis , & quælibet interpretatio sumenda est .*
13 *Probationes hinc inde faciendæ , denegari non debent , sed postea discutiendum est , quænam ex illis magis præualere debeat .*

DECISIO CCCLXXVI.

SVper dubio à me dato duas partes continente , nempè an
articuli essent admittendi , & an obstaret exceptio per-
iurij , prodijt resolutio affirmatiuè quo ad primam partem ,
& negatiuè , quoad aliam , & nixa fuit super solido funda-
mento ; quod continuo Rota secuta fuit , † quod data arti- 1
culorum releuantia , & causa sit prophana remissa nun-
quam denegare consueuerit , Cæs. de Grass. *dec. 1. n. 10. de di-
lat.* & fuit alibi passim dictum , & præsertim vltimo loco *in
Bonon. Matrimonij 27. Iunij 1674. coram R. P. D. Emerix.*

Concurrit autem vtraque consideratio, & causa prosa-
na, & articulorum releuantia : Illa non fuit reuocata in
dubium dum est certa, & indubitata. Ista autem manifestè
resultat ex eo, quia postquam ex Zecchini assecurati pro-
2 bationibus resultaret nullam † adesse differentiam inter
Pincum, & Nauem, & quod in essentiam conueniunt,
cuius contrarium prætendebant Assecuratores, & quod
depredatio fuerit verissima, & accidentalis, & in contractu
assecurationis nulla interuenerit Barattaria, sed candidè
processum fuerit, certum est ipsum habere fundatam suam
intentionem, & ista omnia posse multum conferre ad vi-
3 ctoriam causæ; Vnde ex vnico ex istis articulis, † etiamsi
alij essent irreleuantes resultaret releuantia, & sic venit re-
missoria concedenda, & omnes alij sunt admittendi, Rot.
coram Peuting. decis. 503. nu. 14. coram Zarate decis. 64. nu. 1. coram Emin. Ottbob. decis. 136. nu. 5. & ita etiam firmatum *in Romana Assecurationis 19. Iun. 1674 §. 1. & in hac causa 2. Martij 1664. §. causa est coram me.*

Potissimum verò quia tollitur omnis suspicio Barattariæ
Capitanei ex sententia obtenta in hac Causa in Curia *Pi-*
sana, & accidentalis deprædationis augumentum indu-
cant, quam plura, & publica documenta vna cum testimo-
4 niali † ex quibus inducitur sufficiens fumus veritatis ma-
5 teriæ articulatæ, † ex quo eo magis venit concedenda re-
6 missoria, † vt fuit firmatum *in decis. huius causæ super meritis 26. Iunij 1673.*

Nec releuat, quod articuli, qui nunc exhibentur, conti-
neant materiam de directo contrariam materiæ articulatæ,
7 † quia isti fuerunt producti ad fundandam replicationem
contra exceptiones ab assecuratoribus deductas, & sicut
ipsis permissum est testes examinare, ita denegari non
8 debet assecurato, † ne ordo iudiciorum subuertatur, &
vnusquisque eorum pari lance pertractari debeat, *cap. inter ibique gloss. verbo claudicare de except.* Rot. *coram Zarat. decis. 64. nu. 5. & 6. coram Arguell. dec. 78. nu. 17. coram Peuting. decis. 503. nu. 13.*

Multoque minus obest, quod causa reperiatur commissa
10 cum clausula *si quid exequendum*, † quia cum articuli ten-
dant ad corroborandas probationes, quæ in hac secunda in-
stantia deducuntur ab assecuratoribus pro retardanda exe-
11 cutione non potest denegari actori, † quod vti non possit
nouis probationibus ad effectum elidendi ea quæ nouiter à
Reis exhibentur, Addeo ad Buratt *decis. 231 num. 9.* & plu-
ribus cumulatis firmatum fuit *in Rom. Assecurationis 19. Ian. 1674. §. & multo minus, coram me.*

Hinc transeundo ad secundam dobij partem pariter DD.
12 dicebant, † quod assecuratos non debent repelli à limine
13 iudicij exceptione periurij, † quia vltra quod illud non præ-
sumitur, Mascard. *de probat. concl.* 1043. *nu.* 3. allegantí in-
cumbit onus concludenter probandi, & ad illud vitandum
omnis sumenda est interpretatio, Rot. *coram Bich. decis.* 503.
nu. 9. & in recent. dec. 91. nu. 30. & seq. par 12.

Vnde compromissum, quod ad hunc effectum productum
fuit, visum non fuit DD. continere sufficientes probatio-
nes, dum in illo non remansit aliquo morbo probatum
assecurationem, super qua factum fuit compromissum,
fuisse factam ad fauorem Zecchini, & contra illam mili-
tat etiam declaratio à dicto Zecchino adducta *in Summario num.* 3. & ob id non potest impedire horum articulorum
13 admissionem, † vt factis hinc inde probationibus digno-
sci possit, quæ nam ex illis anteponenda veniat, Rot. *cor. Peuting. dec. 503. num.* 3.

Et ita &c.

R. P. D. RONDININO.

Bononien. fideicommissorum de Victorijs.

Lunæ 10. Iunij 1675.

ARGVMENTVM.

Filij legitimi, & naturales, sed ex patre legitimato, ad fideicommissum admissi sunt, quia & de amplissima legitimatione constabat, & concurrebat voluntas omnium testatorum, qui illos succedere voluerant; cumque vlterius de filiatione opponeretur, illa ex plurimis præsumptionibus, coniecturis, & adminiculis probari visa est, non resistente illa rigida mulieris concubinatus custodia, quia agebatur de Matrona nobili, & illustri, in quibus huiusmodi exacta probatio non requiritur.

SVMMARIVM.

1 *Legitimati veniunt in fideicommisso, ordinato ad fauorem familiæ, & agnationis.*
2 *Legitimati familiam, & agnationem conseruant.*
3 *Verba* deficientibus, tunc & eo casu, non extantibus, *& similia, quatenus nullam restrictionem importent, & num. 5.*
4 *Tempus præteritum ex mente, & voluntate testatoris suppletur à præsenti.*
6 *Legitimati, & ab eis descendentes reputantur inter agnatos.*
7 *Voluntatis quæstio non admittitur, vbi dispositio testatoris est clara.*
8 *Filiatio ex quibus remaneat plenè, & concludenter probata etiam in præiudicium tertij.*
9 *Coniectura nec nimis rigidè, nec nimis singulariter examinanda sunt sed omnes insimul collecta, & vnita considerari debent.*
10 *Filiatio eo magis in antiquis, coniecturis, & præsumptionibus probatur.*
11 *Filiatio si vera non fuisset vtique ab omnibus de familia approbata non esset.*
12 *Filiationis tractatus in patre exule ob crimen hæresis, vel bannito, cautè prætermissi dicuntur, ne illi filio nocerent.*
13 *Hæresis crimen ita est vtroque iure damnatum, vt non solum auctorem, sed eius progeniem afficiat infamia, & pœna.*
14 *Concubinatus probatio in muliere nobili non requiritur, adeo rigida sicuti in alijs mulierculis, & num. seq.*
15 *Mulieribus ingenuis, & illustribus obseruatio castitatis præcipuum debitum est.*
16 *Concubinatus præcisa probatio etiam in muliere nobili rigorosè requiritur, vbi probationes, præsumptiones, vel coniecturæ adsunt in contrarium.*
17 *Filiationis tractatus ex sola affectione præsumuntur facti, si neque causa fraudandi creditores aderat, vel alios fideicommissarios.*
18 *Doctorum auctoritates, & iuris conclusiones loquentes extra casum non attenduntur.*
19 *Legitimatio fieri nequit inconsulto parente.*
20 *Filius mortuo patre, si non agitur de præiudicio alterius, se ipsum legitimari permittitur.*
21 *In legitimatione non requiritur citatio partis, & quando.*
22 *Legitimatio dicitur facta ex præordinata mente defuncti, qui tacitè vel expressè legitimatos succedere voluit.*
23 *DD. Comites de Campegijs habent facultatem legitimandi,* citatis, vel non citatis, *interesse habentibus.*
24 *Citatio licet tolli non possit in iure quæsito, tamen auferri valet in iure quærendo.*
25 *In legitimatione filijs nati ex soluto, & soluta non requiritur maior expressa exclusiua spurietatis.*
26 *Naturalis dicitur filius natus ex soluto, & soluta.*
27 *Clausula legitimationis* sine præiudicio fideicommissi, & vocatorum, *non præiudicat, vbi legitimatus succedit ex voluntate defuncti.*
28 *Legitimatio nullum infert præiudicium, sed voluntas testatoris, qui legitimatos admittit.*

DECISIO CCCLXXVII.

SVper prætensa quatuor fideicommissorum restitutione orta controuersia, atque à Victorio de Victorijs bonorum omnium possessore in vim *l. diffamari, C. de ingen. & manumiss.* in iudicio vocato Benedicto, atque eius filijs, Prolegatus Bononien. ad tria fideicommissa Benedictum vocatum pronunciauit casu quo Victorius sine filijs decederet excepto fideicommisso à Leonello de Victorijs instituto, cuius sententiam Rota confirmauit, quo ad tria fideicommissa Benedicti senioris, Antonij, & Vincentij, & respectiuè reuocauit quoad immissionem denegatam ex fideicommisso Leonelli, in cuius bonis pariter illam Rota concessit præuijs decisionibus 26. Nouembris 1667., 14. Maij 1668., * & 1. Aprilis 1669. coram Eminentiss. Prodatario, atque 8. Iunij 1671. coram Reuerendiss. D. meo Albergato Decano, in locum Eminentiss. Carpinei inter

S.R.E.

S. R. E. Cardinalis cooptati particulariter insfecto.
Cum autem iterum ad prouocationem eiusdem Victorij
Signatura mihi rescripserit cum clausula *sine præiudicium*
duarum conformium, dubium proposui an sententia Rota-
lis sit confirmanda, cui DD. affirmatiuè responderunt.
Etenim non negatur illius validitas ex actis insurgens,
atque iustitia deducebatur ex decisionibus huius Causæ, in
quibus abundè probata fuit vocatio Benedicti ad quattuor
fideicommissa Domus de Victorijs, casu quo Victorius vl-
timus superstes, & bonorum omnium possessor sine filijs
decederet, quia Leonellus in antiquiori fideicommisso defi-
cientibus suis vocauit masculos proximiores de agnatione,
& familia ipsius Testatoris, *Summario Benedicti numer. 2. &*
Summario Victorij num. 8. quales profectò sunt Benedictus,
1 † & eius filij, quamuis descendant à Fabio naturali ex
2 Principis rescripto legitimato; † quia, & ipsi familiam,
& agnationem conseruant, Castren. *cons. 34 num. 3. vers. nam*
legitimatus par. 2. seipsum corrigens notauit Iason. quem
post alios sequitur Crauett. *cons.* 138. *num.* 4. Berett. *cons.* 18.
num. 45. vsque ad 49. Mantic. *de coniect. vlt volunt. lib. 8. tit.* 12.
num. 22. cum alijs per Lup. de illitig. comment. 13. §. 15. *num.* 21.
vsque ad num. 46. Bardell. *cons.* 591. *num.* 44. Gratian. *discept.*
673. *num.* 22. Cyriac. *controuers.* 208 *num.* 1.
In secundo autem fideicommisso Benedictus senior vo-
luit post extinctam descendentiam masculinam legitimam,
& naturalem extante aliquo filio naturali genito ea descen-
dentibus suis, illumque posse legitimari, & sic legitimatum
esse hæredem ipsius cum tota descendentia, *Summario Be-*
nedicti num. 3. & Summario Victorij num. 9. Ideòque cum mo-
riente Victorio vltimo superstite ex descendentibus, & gra-
uatis à Benedicto, extinguatur linea legitima, & natura-
lis. Vocati sunt Benedictus, & filij descendentes à Fabio
naturali legitimato, qui fuit vnus ex quinque filijs Testa-
toris, qui non restrinxit hanc substitutionem ad filium na-
turalem superstitem de tempore præcisò defectæ lineæ, vt
dicebant Scribentes pro Victorio ex illis verbis taxatiuis,
3 *deficiente &c. eo casu extantibus.* † Quia illa restrictio fuit
facta solum à Testatore, vt ostenderet tempus, in quo post
legitimos, & naturales defectos admitteretur legitimatus,
non autem prius, prout iustitiæ, & æquitatis ratio suadet,
non autem vt coarctaret legitimationem præcisam tempo-
re deficientis lineæ legitimæ, & naturalis, quia parum in-
terest Testatori, an illa deficiente, succedat naturalis legi-
timatus, an potius ex illo præmortuo descendentes legitimi,
& naturales pariter vocati, prout sunt Benedictus, & filij ex
Fabio naturali legitimato descendentes ex verisimili mente
4 Testatoris, † ex qua præteritum tempus suppletur à præ-
senti ad terminos, *text. in l. verbum erit* 123. *ff. de verb. signif.*
Alberic. *in l. verbum oportebit numer. 2. & seqq. ff. illo eodem*
tit. Rota *recent par. 9. decis.* 33. *num.* 21. *& seqq.* & in præcisis
5 terminis dictionum † *tunc*, & *eo casu* latè probat Fachin.
controu. lib. 4. cap. 46. in fine, Giouagn. *cons.* 74. *num* 23. *vol.* 1.
Hodiern. *ad Surd. decis.* 37. *num.* 49. Altograd. *cons.* 76. *num.* 75.
vol. 1. Rota *recent. par. 7. decis.* 77. *num.* 38. *&* 39. & magistra-
liter Coccin. *decis.* 2121. *num.* 89. *&* 90.
In tertio fideicommisso Antonij post tres fratres institu-
tos, filijsque, & descendentibus eorum substitutis, vocauit
proximiores, itaut legitimati succedere possint, & non ex-
cludantur ab alijs de agnatione, *Summario Benedicti num.* 4.
& Summario Victorij num. 10. conformando seipsum cum
dispositione iuris volentis, vt superius dictum est, legitima-
tos, atque ab eis descendentes legitimos, quales sunt Bene-
6 dictus, & eius filij, † inter agnatos reputari, iuxta eorum
sententiam superius comprobatam sequendo Castren. *dict.*
cons. 34. sub num. 3. par. 2.
In quarto denique fideicommisso Vincentius finita linea
tam legitima, quàm naturali filij instituti, substituit tota in
hæreditate ipsum Fabium Patrem Benedicti, de quo agi-
mus, si viuerit, sin minus eiusdem filios masculos legiti-
mos, & naturales, *Summario Benedicti num. 5. & Summario*
Victorij num. 11. qualis non negatus esse Benedictus, cuius
proinde vocatio remanet literalis, vt inquiunt decisiones
7 huius causæ, † in qua proinde cum nulla admitti debeat vo-
luntatis quæstio, vt inquit *Paulus* in vulgata *l. ille aut* 25. *ff.*
de legat. 3.
His positis dicebant DD. filiationem Fabij, qui, vt sæpè
dictum est, fuit pater Benedicti probatam fuisse ex pluribus
simul iunctis, & latè reassumptis in decisionibus huius cau-
sæ, contra quas non præualuerunt obiectiones iterum repe-
titæ, olimque sublatæ in decisionibus, quia licet admitte-
rent DD. quod ad grauem successionis effectum exactæ re-
quirantur probationes filiationis in hoc potissimum casu, in
quo agitur de succedendo aliquibus, qui Fabium pro filio
non agnouerunt, adhuc dicebant DD. illas non deficere in
hoc casu antiquissimo filiationis post sæculum impugnatæ,
& vsque adeo admissæ, & non controuersæ ab vllo ex fami-
lia de Victorijs, cum post discessum Hieronymi à patria pro-
pter crimen hæresis Antonius frater, qui fuit tertius è fidei-
committentibus Fabium, nepotem dicti Hieronymi filium
è domo nutricis, vbi à Hieronymo patre detinebatur in
propriam receperit, in qua eum aluit, & vti nepotem tra-
ctauit, illique in testamento veluti filio Hieronymi alimen-
ta in propria domo præstanda reliquit: Vincentius verò,
qui fuit quartus è fideicommittentibus dicti Antonij filius,
cum eodem Fabio super hæreditate Victorij eorum patrui
transegit, & illi reseruauit iura successionis in defectum le-
gitimorum, & naturalium Andreas vltimus descendens
ex Leonello de Victorijs dictum Fabium vti filium Hiero-
nymi agnouit, & vti talis interuenit ad integrandam perso-
nam Benedicti patris Victorij hodie agentis in aditione per
eum facta hæreditatis paternæ, & quoniam dotem ab eius
vxore promissam recepit, † ex quibus omnibus iuncta pu- 8
blica voce, & fama, atque additis publicis & pluribus enun-
ciatiuis instrumentorum, antiquorum, ipsaque legitima-
tione Fabij semper obseruata, & pluribus alijs cumulatis in
decisionibus huius causæ negari nequit, quin resultet plena
probatio filiationis in præiudicium quorumcumque, iuxta
notata per *Canonistas in cap. per tuas de probat.* latè Rede-
nasch. *cons. 62. à num.* 18. Giouagn. *cons. 21. numer. 1. vol.* 1. Ca-
pyc. latr. *decis.* 150 *num.* 23 *& seqq.* Rota *coram Comitul. dec.*
59. *per tot.* Millin. *dec.* 260. *num.* 1. *& seqq.* Arguell. *dec. 8. num.*
56. *& per tot. Eminentiss. Otthobon. decis.* 251. *num.* 8. *& seqq.*
cum alijs in decisionibus huius Causæ.
Considerando potissimum, quod non adeò rigidæ conie-
cturæ ipsæ sunt examinandæ, nec adeo singulariter, vt fa-
ciebant Scribentes pro Victorio, † sed in vnum collectæ, 9
& vnitæ, vt fieri consueuit in omni materia coniecturali, &
præcisè in hac probandæ filiationis, & quod versamur in
probanda filiatione Fabij, † cuius natiuitas supponitur eue- 10
nisse anteacto iam sæculo anno 1560. cuius temporis testes
adeo annosi, si qui de ea congruè deponant, inueniri non
possunt & scripturæ, vel deperditæ, vel neglectæ, cum hu-
cusque hæc filiatio in dubium reuocata non fuisset, † sed 11
ab omnibus ex familia de Victorijs supposita, & approba-
ta, & quod magis est, ob hæresis paternæ suspicionem non
possent afferri illi tractatus directi inter Hieronymum pa-
trem exulem, & Fabium filium, qui potuissent ipsum con-
stituere in quasi possessione filiationis, † qui cautè absti- 12
nuit ab agnitione Fabij in filium, ne ipsum propriæ iniqui-
tatis participem faceret cum hoc crimen † ab vtroque iure 13
damnatum, non solum in authorem sceleris, sed etiam in
eius progeniem infamiam, & pœnam quandoque extendat,
iuxta *text. in authent.* Gazarol. *C. de Hæret. & in cap. vergen-*
tis C. de illo, eodem tit. prout omnia magistraliter, & latè
comprobauit Rota in prioribus decisionibus huius causæ su-
per filiatione 26. Nouembris 1667. & 14. Maij 1668. coram
Eminent. Carpineo Prodatario.
Quemadmodum pariter sine ratione adeo directa, &
præcisa probatio circa concubinatum Camillæ matris af-
ferri non potuit, prout regulariter requiri consueuit, † quia 14
cum hæc mulier esset ex nobili genere, prout ea testibus
alias probatum fuit, atque ex legitimatione Fabij matris
nomen expressum designat *Summario Victorij numer.* 5. non
adeò arctæ custodiæ mulieris, & prohibiti aliorum accessus
probatio exigitur, quia mulieribus ingenuis, & illustribus,
quibus castitatis obseruatio præcipuum debitum est, † talis 15
nominatio iniuriosa satis, & acerba videtur, vt inquit Iu-
stinian. *in l. si qua illustris*, *vbi* Cagnol. *num.* 5. *C. ad Sen. Cons.*
Orfic. Alberic. *in l. filium cum definimus ad fin. ff. qui sunt sui*,
vel alieni iuris cum similibus, quæ in proximis terminis pro
euitanda tam arcta custodia deducunt Alciat. *de præsumpt.*
reg. 3. præsumpt. 37. sub num. 3. Card. Paleot. de Nosb. & spur.
cap. 26. ad fin. Felin. *in cap. per tuas sub nu* 17. *de probat.* Ma-
scard. *illo eodem tract. concl.* 743. *numer.* 6. Barbos. *vot. decis.* 17.
sub num 14. cum alijs in decisionibus huius Causæ.
Contraria autem procedunt, vel quando non concurrunt
tot coniecturæ, vel quando adsunt aliquæ probationes, vel
vrgentes præsumptiones in contrarium, † quarum nulla 16
penitus in hoc casu concurrit, vel quod tractatus pro consti-
tuendo aliquem in quasi possessione filiationis facti essent,
vel præsumerentur in præiudicium tertij, quod non aderat
illis temporibus, in quibus non vrgebant creditores, nec im-
mine-

17 minebat fideicommissi purificatio, † neque alia proxima causa aderat, ob quam Fabium pro filio suppositum fuisse credendum sit, præter solam affectionem consanguineorum
18 erga propriam sobolem, vel legitimam descendentiam, † ideoque extra casum esse ea, quæ deducebantur ex Tiraquell. *de iure primogen. quæst. 31. num. 7.* Merlin. *de legit. lib. 1. tit. 2. quæst. 8. num. 17.* Rota *coram Buratt. decis. 9. numer. 3. vbi adden. lit. B. & in recentior. par. 9. decis. 317. & par. 12. decis. 447.*

Probata autem filiatione videbatur quoque probata legitimatio, quamuis obtenta fuerit ad instantiam solius le-
19 gitimati inconsulto patre, cuius consensus requiritur, † quia cum Hieronymus pater iam defunctus esset, neque ageretur de auferendo iure alicui quæsito ob mortem patris, veluti delata successione cum acquisitione dominij, & pos-
20 sessionis bonorum non prohibebatur, † quis legitimari etiam patre defuncto, iuxta distinctionem, de qua Ruin. *cons. 76. num. 9. & seqq. lib. 3.* Giouagn. *cons. 17. num. 4. & seqq. lib. 2.* Menoch. *cons. 549 num. 42.* Fusar. *de substitut. quæst. 408. num. 157.* & post à parte explicat Capyc. Latr. *d. dec. 150. sub num. 16. & 17.* Rota *coram Coccin. dec. 2354. num. 12. & 13.* & declarando decisiones *in Bononien. fideicomm. de Nascentorijs coram Eminentiss. Carpineo Prodat.* dictum fuit *in eadem causa 8. Iunii 1674. coram Reuerendiss. D. meo Albergato Decano.*

Neque citatio omnium interesse habentium, atque ex-
21 pressio omnium fideicommissariorum requirebatur, † quia cum constet de voluntate illorum, in quorum bonis legitimatum, atque ab eo descendentes succedere voluerunt, non
22 requirebatur alia citatio interesse habentium, † quia legitimatio dicitur facta ex præordinata mente ipsorum testa-
23 torum à Comitibus de Campeggijs, † qui facultatem habent legitimandi citatis, vel non citatis interesse habentibus, vt super hoc ipso priuilegio ex ratione, quod citatio
24 tolli potest in iure quærendo, † quamuis non possit in iure quæsito post plures adductos Cyriac. *controu. 208. num. 42. & seqq.* Giouagn. *cons. 16. per tot. vol. 2.* Fusar. *de substit. quæst. 408. num. 145.* Rota *Bononien. apud Giouagn. cons. 21. num. 37. vol. 1. &* Rota *in rec. par. 9. dec. 33. num. 14. & in Bononien. fideicomm. de Nascentorijs 16. Ianuarij 1669 §. postremo, & decis. huius causæ 1. Aprilis eiusdem anni, §. minus ex defectu, coram Eminentiss. Carpineo Prodatarie.*

Neque pariter alia maior expressio exclusiua spurietatis
25 requirebatur, † quia cum Fabius dixerit se susceptum ex Hieronymo, & Camilla tunc temporis solutis, hoc sufficit ad excludendam spurietatem secundum dispositionem iuris
26 canonici, † ex quo natus ex soluto, & soluta dicitur naturalis, vt latè probant Honded. *cons. 68. num. 6. & seqq. vol. 1.* Barz. *dec. Bononien. 91. num. 13. & 14.* Lucidor. *de illegit. prælud. 3.* Bos. *de aliment. cap. 6 numer. 156* Peregr. *dec. Patau. 108.* Fusar *de substit. quæst. 405. num 14.* Merlin. *de legit lib. 1. tit. 2. quæst. 3. numer. 6. & seqq. & numer 41. & seqq.* Grat. *discept. 958 numer. 24.* Rota *recentior. par 3. decis. 600. numer. 7. & in Viterb. fideicomm. 18. Martij 1654. §. hoc autem, coram Veresp.*

Clausula autem *sine præiudicio quibuscumque fideicom-*
27 *missi substitutionis, atque ex eis vocatorum,* † nihil operatur quoties legitimatus succedat ex voluntate testatoris, qui voluit illius vocationem differre post obitum omnium vocatorum legitimorum, & naturalium, quia tunc nullum
28 est præiudicium à legitimante proueniens, † sed est sola voluntas testatoris, qui legitimatos admittit. Tob. Non. *consil. 69. numer. 6.* Bardell. *cons. 191. numer. 39. & seqq.* Cyriac. *controu. 207. numer. 8. & seqq.* Spad. *cons. 364. numer. 4. & seqq. lib. 2.* Giouagn. *d. cons. 21. num. 16. 17. & 19. lib. 1.* Rota *decis. 412. numer. 1. & decis. 600. numer. 13. par. 3. recent. & decis. 241. numer. 20. par. 9. recent.* Ninot. *decis. 13. numer. 18. cum seqq.* vbi præcisè loquitur de clausula *citra præiudicium vocatorum ex fideicommisso.*

Et ita, vtraque Parte acriter informante, resolutum fuit.

Decisiones plures sunt in hac causa, eædemque impressæ.

REVERENDISS. D. ALBERGATO

Sacræ Rotæ Decano.

Anconitana Bonorum.

Mercurij 26. Iunij 1675.

A R G V M E N T V M.

Non solùm ad æqualitatem seruandam, & quia materia articulata erat nouitèr, & magis distinctè concepta, petita remissoria conceditur, non obstante oppositione præcedentis examinis; Verùm etiam quia exaduerso probari prætendebatur valorem bonorum ex Catastro, quod parum concludere poterat, tùm ob distantiam loci, tùm ob periculum inundationum, ac etiam quia in contractibus ille non desumitur ex Catastro, sed ex conuentione Partium, vel ex iudicio Peritorum dependet.

S V M M A R I V M.

1 *Remissoria vni parti concessa, etiam alteri concedenda est.*
2 *Æqualitas inter collitigantes seruari debet.*
3 *Articulos etiam sine fumo, sufficit esse simpliciter releuantes in causa prophana.*
4 *Catastrum licèt valorem contineat, illum tamen non concludit, si bona ex loci distantia, vel ex inundatione aquarum, eiusdem valoris esse non possunt, & num. 6.*
5 *Releuantia vnius articuli sufficit pro concessione remissoriæ, etiam in alijs.*
6 *Articuli magis distinctè concepti suffragantur pro concessione remissoriæ, etiamsi illud idem iam antea articulatum, & probatum sit, & num. 9.*
7 *Catastrum licèt contineat valorem bonorum, ille tamen non seruatur in contractibus, & dationibus in solutum.*
8 *Valor in contractibus à conuentione partium, & iudicio peritorum desumitur.*
9 *Remissoria conceditur ob materiam vel nouiter articulatam, vel magis explicitam, etiamsi aliud examen præcesserit, & num. 6.*

DECISIO CCCLXXVIII.

CONtendentibus Marchione, & alijs de Tauroleonibus valorem bonorum, de quibus agitur ascendisse de tempore dationis in solutum sequutæ de anno 1598. ad scuta 5000. & vice versa prætendente Flaminia Guidobaldi Triffi phi hærede non excessisse scuta 2475 editisque super hac controuersia decisionibus inter se contrarijs; Iidem Tauroleones ad probandum valorem suppositum obtinuerunt die quarta Iulij anni præteriti coram me remissoriam, cuius vigore examinatis Testibus, eorumque dictis adhuc non publicatis, Andreas de Aptis Flaminiæ nuper defunctæ hæres institerit pariter pro † remissoria, quam esse conceden- 1
dam Domini censuerunt, tùm ad seruandam æqualitatem
† inter Collitigantes, iuxtà Text. *in l. fin. C. de fruct. & lit.* 2
expens. cum traditis *coram bon. mem. Card. Cels. decis. 353. num. 7. & in recent. decis. 2. num. 4 par. 8.*

Tùm quia versamur in causa prophana, in qua † suffi- 3
cit articulos esse releuantes, absque eo, quod de aliquo fumo doceatur, Rota *coram Merlin. decis. 455. num. 1.* & alibi passim.

De releuantia non fuit dubitatum, quia Tauroleones aliàs deduxerunt prætensum valorem in scut. 5000. ex quo ista bona reperiuntur descripta in Catastro Anconitano inter bona secundæ Classis æstimari solita in scut. 160. pro qualibet salma, & hodie Andreas in sexto Articulo probare intendit, † eadem bona licèt in prima, vel secunda Classe 4
descripta propter distantiam à Ciuitate Anconæ, inundationeisque aquarum, quibus sunt obnoxia vix ascendere ad scuta 120. pro qualibet salma, † releuantia verò huius ar- 6
ticuli non est dubium quin sufficiat ad obtinendam remissoriam, Buratt. *dec. 246. num. 10. ibique Add. lit. A. &* Merlin. *d. dec. 455. & 656. vtrobique num. 5.*

Neque

Neque ob illius concessionem remouere valuit Dominos
exceptio, quod articuli exhibiti contineant illud idem, quod
aliàs fuit articulatum à Tauroleonibus; Quia in articulis
aliàs ab ipsis exhibitis præcipuè articulabatur aliqua bona
esse descripta in secunda Classe; indeque valurem eorun-
dem ascendere ad scuta 160. pro qualibet salma; In hodier-
6 nis † verò articulatur ipsorum valorem non posse desumi
ex Catastro propter causas in superiori §. *recensitas*, & vlte-
7 rius valorem eiusdem † Catastri non seruari in contracti-
8 bus emptionum, & dationum in solutum, † sed stari con-
uentionibus Partium, Petitorumque iudicio; Vnde super
eis continentibus nouam materiam, & magis explicitam
9 non denegatur † remissoria, etiamsi præcesserit aliud exa-
men, iuxtà Text. *in cap. confraternitatis de test.* Rota *coram Gregor. decis. 191. num. 3. coram Buratt. dec. 824. pariter num. 3. & coram bon. mem. Cord. Celsodec. 262. num. 13.*
Et ita vtraque Parte informante resolutum fuit.

R. P. D. T A I A.

postea S. R. E. Cardinali.

Maioricen. Pensionis.

Lunæ 2. Decembris 1675.

A R G V M E N T V M.

Super Parochiali reseruata erat Pensio, non solum ad consuetam clausulam, *dummodo remaneant centum pro Rectore*, sed etiam sub expressione certi valoris fructuum beneficij; Cum autem Pensionarius illam substineri prætenderet, quia dicta centum Rectori remanebant; Contrarium tamen fuit decisum, & declaratum etiam esse necessariam probationem valoris narrati, & in reseruatione expressi.

S V M M A R I V M.

1 *Fructus incerti quando computari debent in materia reseruationis pensionis, intelliguntur de ijs, qui quandam habent certitudinem.*
2 *Funeralia, & similia, dicuntur omninò incerta.*
3 *Pensio reseruato super Parochiali cum clausula*, dummodò &c. *substinetur in eo, quod excedit scuta centum debita Rectori pro sua congrua.*
4 *Pensio reseruata cum expressione certi valoris, eo non iustificato, remanet nulla in totum, nec est reducibilis, & num. seqq. & num. 16*
5 *Valor narratus per ascensum in reseruatione pensionis, probari debet, vltra verificationem clausulæ*, dummodò remaneant centum pro Rectore.
6 *Gratia reseruatione pensionis corruit, eo ipso, quod falsus valor fructuum beneficij fuit expressus, & sup. à nu. 4 & num. seqq.*
7 *Falsa expressio eius, quod de iure exprimi non debuerat, nocet exprimenti, qui hoc ipsum sibi imputari debet.*
8 *Clausula*, vt asseris, *operatur, vt non verificatis narratis, gratia sit nulla, & subreptitia, & sup. à num. 4.*
9 *Clausula*, vt asseris, *in literis prouisionum semper apponi consueuit, & ideò reddit gratiam conditionalem, vt veniat iustificanda.*
10 *Gratia mediante clausula*, vt asseris, *semper stat in suspenso, donec per necessarias probationes verificetur.*
11 *Pensio vt plurimum statuitur vsque ad tertiam partem redditiuum, quantitatiuè tamen, non per viam quotæ.*
12 *Pensionis in reseruatione esset facienda mentio, quod illa tertiam partem fructuum non excedit, & ita olim seruabat stylus Curiæ.*
13 *Pensio quandoque reseruatur etiam, vsque ad dimidiam fructuum.*
14 *in Pensione reseruata cum expressione certi valoris fructuum beneficij, neque Pontificem, neque Partes possunt dici.*
Illam substineri voluisse super medietate, vel tertia parte fructuum eiusdem Beneficij, ibid.
15 *Valoris beneficij expressio in reseruatione pensionis, principaliter fit ad determinandam pensionem.*
17 *Fructus dicuntur, qui deductis iustis expensis supersunt.*
18 *Testes non probant fructus, si confusè deponunt, sine vlla distinctione pretiorum, & sine aliqua deductione onerum.*

D E C I S I O CCCLXXIX.

ETiam vtraque Parte hodie informante Domini stete-
runt in decisis 26. * Iunij proximè præteriti, duas
scilicet sententias Rotales esse confirmandas.

Quamuis enim Informantes pro Iacobo Resignante ad
substinendam reseruationem pensionis scut. 88. ostenderent
solos fructus decimarios ascendere ad scut. 219. computan-
do illos incerto, † habentes tamen quandam certitudi- 1
nem, † secùs ac funeralia, & similia omninò incerta, ad 2
Rota *coram Coccin. decis. 2048 num. 3. & 4. & coram Bich. decis. 255. num. 16.* & in puncto ad ipsam clausulam *dummodò*,
decis 187. num 26. par. 11. rec. Itavt videretur iustificata nar-
ratiua facta Summo Pontifici de valore fructuum per ascen-
sum ad scut. 215. qui etsi non remanerent deductis expen-
sis, & oneribus, non tamen annuliatur in totum pensio,
sed obstante clausula, *dummodò remaneant centum pro Recto-*
re, remanent dicta scuta 100. † & in eo quod excedit pen- 3
sio substineatur, Rota *coram Buratt. decis. 261. num. 4. & dec. 342. num. 12. tom. 2. par. 4. rec.*

Visum est nihilominùs communitèr Domini intrare di-
stinctionem Rotæ *in d. decis. 342. num. 13. & 14.* Quia in casu
nostro pensio fuit reseruata purè, cum expressione certi va-
loris, † quo casu si valor expressus non iustificatur, pensio 4
non est reducibilis, sed in totum corruit propter subreptio-
nem, vt *d. num. 13. à vers. sed in casu nostro*. Vndè huiusmo-
di probatio valoris per ascensum narrati † requiritur vltra 5
probationem, & iustificationem clausulæ *dummodò remaneant centum pro Rectore*, vtpotè tendentes ad varios fines,
Rota *coram Bich. dec. 255. ex num. 9. & coram Peutinger. dec. 427. ab initio, & num. 3.* vbi de probatione facienda contra
successorem in beneficio, *decis. 306. num. 2. & num. 19. par. 10. & decis. 187. num. 35. à vers. præterea animaduerterunt p. 11.*
quam integram transtulit Sanleger. *ad summ. tract. de pens. cap 5.*

In omnibus siquidem casibus, In quibus falsus valor fru-
ctuum beneficij fuit expressus, † gratia corruit, & est nul- 6
la, ideoque illi etiam imputandum est, † qui falsò ex- 7
pressit illud, quod de iure exprimere non tenebatur, si valor
fuit præcisè expressus in quantitate, vt prosequitur Sanle-
ger. *de pension. cap. 61. ab initio, vltra cap. 45. nu. 21. iuxta cap. vlt. de præsumpt. vt num. 4.*

Et hoc magis, quod Summus Pontifex nixus expressioni
resignantis superadiecit clausulam, *vt asseris*, † quæ ope- 8
ratur, vt gratia, non iustificatis narratis dicatur subrepti-
tia, & cùm inseri semper soleat in literis prouisionum, † 9
ideò conditionalem gratiam facit, vt veniat iustificanda,
Barbos. *claus. 176.* Rota *d. decis. 306. ex numer. 3. par. 10. & coram Dunoz. iun. decis. 880. num. 2.* Vnde gratia stat semper in
suspenso, † donec per necessarias probationes verificetur 10
dicta conditio, inquit Rota *d. decis. 880. num. 3. cum alleg.* &
distinguendo, ac declarando Felin. *ad d. cap. vlt. de præsumpt. num. 6.*

Superaddito, quod Resignans debuit exprimere valorem
fructuum beneficij, & Pontifex noluisset alio modo reser-
uare pensionem, † quia vtplurimùm statuitur pensio vsque 11
ad tertiam partem redditiuum, quantitatiuè tamen, non per
viam quotæ, vt loquitur Gig. *de pension quæst. 11. numer. 1.*
Quinimò in reseruatione pensionis esset facienda mentio,
† quod pensio tertiam partem fructuum non excedit, & ita 12
seruabat stylus Curiæ, apud Gig. *d. loco*, & ex eo Rota *decis. 444. numer. 1. par. 2. rec.* licèt soleat aliquandò vsque ad di-
midiam, vt *ibi*; † quod in præsenti casu neque Resignans, 13
neque Resignatarius, neque Pontifex cogitarunt, † nar- 14
ratis, & assertis à Resignante fructibus certis scut. 215. ve-
rificandis, vt supra non obstantibus deductis ex Lotther. *de re benef. quæst. 41. num. 21. à vers. tertiò denique, & numer. 25. & 26. lib. 1.* Rota *coram Buratt. d. decis. 261. num. 4. & coram Eminentiss. ..... decis. 61. num. 10. vers. vlterius Domini*, con-
firmata deindè *in decis. 76.* & rursùs *dec. 131. & decis. 342. nu. 12.* cum *ibi* allegatis.

Quia in illis decisionibus non concurrit eadem forma re-
seruationis pensionis, prout in casu nostro, vbi narratur cer-
tus valor à Resignante per ascensum, qui à Pontifice acci-
pitur, & exprimitur in literis cum clausula, *vt asseris*, ideo-
que Lotther. *ipse dicta qu. 41. num. 32. à vers. Hacque de plano*
ani-

15 animadnertit, & limitauit, † nisi ex decreto Papæ pensio
esset reseruata in quantitate indiuidua, dum expressio fru-
ctuum sit ad terminandam principaliter ipsam pensionem,
& consecutiuè ad determinandam congruam Titularis, vi-
delicèt in pensionibus, quæ reseruantur ex causa resigna-
tionis, & adeò longa, lataque est differentia inter casum di-
ctarum decisionum, vt supra oppositarum, & casum no-
strum, & decisionum *coram Bich.255.& 306.par.10.& 187.*
par.11. vt hæ posteriores *de decisionibus* oppositis nec memi-
nerint quidem, & minùs de doctrina *Lottherij*, vt supra; &
d.decis.342. visa est inutiliter allegari pro Iacobo, & casu
suo, vbi firmatur, quod si pensio fuit reseruata purè cum
16 expressione certi valoris, si valor † expressus non iustifica-
tur, pensio non videtur reducibilis, vt *num.* 14. nec ibi con-
currebat clausula, *vt asseris*, prout in casu præsenti.

Quantum ad probationes deductas de valore fructuum,
17 vt asserebantur, ascendente ad scuta 219. vt nomine † fru-
ctuum continetur, quod iustis sumptibus deductis superest,
l.1.de fruct.& lit.expens.& cap.vlt.de offic.Ordin.in 6.& ibi
glos.oneribus; vltra id, quod fusè, cumulatèque de defectu
probationis horum fructuum dictum est in *decisionibus co-*
ram Reuerendiss. D. meo Albergato Decano 16.Iunij 1673.&
R.P.D. meo Rondinino 8. *Iunij* 1674. Superaddebatur hodie,
quod Testes inducti à Iacobo Resignante, qui dicunt Re-
ctorem compensando vnum annum cum alio percipere an-
nua 96. quarterias inter triticum album vulgò, Xexa, &
frumentum grossum, & frumentum ordinarium, quæ di-
18 uersæ sunt speciei, ac pretiorum diuersorum, † testifican-
tur confusè sine vlla distinctione pretiorum, & sine vlla one-
rum deductione, sine qua fructus certus non dicitur, & vs-
que adeò debilis agnoscitur probatio huc vsque facta à Re-
signante, vt ipse à fructuum probatione descenderit ad re-
ductionem pensionis.

Et ita vtraque parte informante resolutum fuit.

Supra in alio præcedenti Tomo 1. par. 18. adest altera præ-
sentis causæ decisio, quæ est ibi in ordine 130.

R. P. D. T A I A.

Postea S. R. E. Cardinali.

Romana Appartamenti.

Lunæ 2. Decembris 1675.

A R G V M E N T V M.

Plura congerit hæc Decisio. Primùm de prohibitione alienationis, quatenùs, & quale illa fideicommissum importet, vel non; & quomodo etiam ea interpretanda sit; Alterum de officio Patris postea collatum filio, an illud in legitimam imputetur, vel remanserit liberum ipsi filio; Tertium de facultate disponendi ab eodem Patre sibi reseruata quatenus potiùs per viam contractus, quàm per vltimam voluntatem exequenda sit, & alia etiam plura, ex sequenti Summario, & Decisione videnda.

S V M M A R I V M.

1 *Statutum Vrbis* lib. 1. cap. 180. *quod duæ sententiæ habeant vim trium, procedit inter Ciues, Incolas, & districtuales.*
2 *Prohibitio alienationis nuda, & facta sine vlla causa, nulla est.*
3 *Prohibitio alienationis pluribus facta, quatenus reciprocam, vel aliud fideicommissum importet.*
4 *Prohibitio alienationis hæredibus personaliter facta, quid operetur.*
5 *Permissio alienandi concessa filijs, non suffragatur alijs personis, quæ cum ipsis filijs instituti, substituti, & prohibiti fuut.*
6 *Permissio, licentia, seù facultas declarant prohibitionem præcedenter factam, & num.9.*
7 *Exceptio declarat regulam.*
8 *Verba, vendere, vel* alienare, *intelliguntur de actibus inter viuos.*
9 *Prohibitio interpretari debet ex permissione, & num.6.*
10 *Permissio alienandi concessa cum consensu, & consilio alterius, intelligitur de actibus inter viuos.*
11 *Vltima voluntas non debet pendere ex alieno arbitrio.*
12 *Substituti non possunt iuuari prohibitione alienationis, personaliter iniuncta institutis, quæ in eis, vel cum eis expirauit.*
13 *Fideicommissarius soluens creditoribus fideicommittentis, potest sibi retinere summam solutam, cùm in eorum locum succedat.*
14 *Alienationes primo loco factæ imputantur in detractiones.*
15 *Officium vacatum post liberam resignationem patris, licèt filio collatum, non imputatur in legitimam, & quando.*
16 *in Legitimam non imputantur, ea omnia, quæ capiantur extra substantiam patris, vel eius patrimonium, & numer.31.*
17 *Filius bona vndecumque quæsita, non tamen à patre, illi non acquirit, nisi quoad vsumfructum.*
18 *Castrentia bona, & quasi Castrentia pleno iure acquiruntur filijs.*
20 *Facultas disponendi aliud est, si conceditur illi, qui non erat Dominus, aliud verò quod sibi à Domino reseruetur.*
21 *Reseruatio facta inter donatorem, & donatarium, vel eum, qui erat, vel non erat Dominus qualiter intelligatur, & sup.num.20.*
22 *Officium collatum filio, de quo pater nec viuens, nec moriens disposuit, remanet liberum fauore filij, & numer.23.*
23 *Pater transferens officium in personam filij, illud dicitur transferre etiam quoad dominium.*
24 *Emptio facta à patre nomine filij, sub conditione, vt ipse in vita de ea ad libitum disponere possit, eo non disponente, libera acquiritur filio.*
25 *Facultas disponendi, aliquo viuente reseruata, aut concessa, perinde est, ac sua vita naturali durante fuisset concessa.*
26 *Facultas disponendi in contractu sibi reseruata, vel concessa, intelligitur de dispositione inter viuos per viam contractus.*
27 *Facultas si non reducatur ad actum, expirat cum persona, cui illa est concessa.*
28 *Consensus patris requisitus ex forma Statuti in contractu filij, non denotat bona spectare ad eundem patrem.*
29 *Consensus cohæredis, quatenùs non inferat bona non fuisse hæreditaria, & num.seq.*
30 *Dictio,* prætensum, *tendit potiùs ad negandum, quàm ad affirmandum.*
31 *Officiorum non vacantia, cuius vtilitati cedere debeat.*
32 *Compensare nemo potest quod sibi non debetur.*
33 *Actionem non habens, non potest possessorem in iudicium vocare, & num.34.*
34 *Iudex debet actorem carentem actione à limine iudicij repellere.*
35 *Læsio etiam enormissima, ex pacto resolutiuo perpetuò reparabilis est?*
36 *Actio cui competit, multò magis datur retentio, vel exceptio.*
37 *Retentio quatenùs detur in fideicommisso, & contra fideicommittentem ipsum.*
38 *pro Melioramentis competit retentio.*
39 *Possessor tenetur ad fructus solùm à die productionis, vel ostentionis instrumenti.*

D E C I S I O CCCLXXX.

PEtrus Paulus dedit in solutum pro quibusdam societatibus officiorum vnà cum fructibus ascendentibus ad scuta 323. Vespasiano Narniensi Appartamentum (vt dicunt, & ex quo causa denominatur) Domus cum pacto resolutiuo perpetuo, vt in instrumento 15. Maij 1629. Mortuo Petro Paulo, Armellina soror prætendentes quoddam fideicommissum Ioannis Lucæ patris sibi purificatum, monitorium immissionis in possessionem executa fuit in Ioannem Marcum ass. Procuratorem Vespasiani productum à Cursore in actis A.C. 23. Nouembris 1630. absque alia citatione.

Post longum tempus Cæsar Armellinæ filius, & Procurator 24. Iulij 1651. produxit Instrumentum publicum Te-

stamenti

stamenti Io: Lucæ, sed per sententiam diffinitiuam A.C.
negata fuit immissio, reseruatis iuribus super læsione, &
adhuc prosequente Cæsare causa per appellationem, sen-
tentia fuit confirmata in Rota. In progressu autem causæ
ambæ sententiæ fuerunt duabus alijs contrarijs infirmatæ,
reuocata dicta datione in solutum vti nulla, inualida, & læ-
siua, vt ex ipsis sententijs demandantibus quoque immissio-
nem Cæsaris. Vndè Signatura commisit causam cum clau-
sula, *Constito, quod sit locus Statuto de duabus*, & hoc du-
bio hodie proposito, Domini non esse locum responderunt.
Omissa enim quæstione, an Petrus filius, & hæres Ve-
spasiani, contra quem posteriores sententiæ processerunt,
1 sit Ciuis, aut Incola, vel Districtualis, † vt sententiæ con-
tra illum habeant vim trium, ad notata in *cap.180. lib.1. &*
ibi Fenzon. *num. 55.* Dominis visa sunt subuerti tria funda-
menta decisionum, atque sententiarum.
Primum de fideicommisso particulari immuni à qua-
cumque detractione legitimæ, & Trebellianicæ, quia Io:
Lucas instituit hæredes Petrum Paulum, & Benedictum
filios, quos in euentum mortis alterius absque filijs inuicem
substituit; quibus hæredibus prohibuit ipse Testator; &
eisdem præcipiendo mandauit, ac inhibuit: Nè ipsi aude-
rent pro alio fideiubere, & se obligare, nec vendere, vel
alienare bona stabilia hæreditaria, nec super illis imponere
annuos census, nisi in causa necessitatis, causa dotandi su-
pradictam Armellinam, vel alia de causa vrgente, seù cau-
sa faciendi aliquam vtilem resolutionem, cum consensu ta-
men, & consilio eorum Matris; Volens vlteriùs, quod
Domus sua per se nunc habitata stare deberet inter dictos
fratres pro indiuiso &c. finalitèr voluit, quod si supradicti
sui hæredes, eorumque successores, vel eorum aliquis com-
mitteret aliquod delictum, propter quod venirent confi-
scanda eorum bona hæreditaria, tunc, & eo casu ante com-
missum huiusmodi delictum, eis, seù ei ex tunc substituit
illum, vel illos, qui non commisissent, & si omnes insimul,
substituit, & vocauit prædictam Armellinam, seù suos fi-
lios, & successores, etiam in casu, quod supradicti hæredes
morerentur absque filijs.
Ex quibus mortuo vtroque absque filijs, Cæsar filius Ar-
mellinæ cum Armellina matre vniuersali fideicommisso di-
siunctiuè eisdem substitutus fuit, ex postremis verbis dispo-
sitionis recensitæ. At in fideicommisso particulari domus,
seù stabilium resultante ex prohibitione alienationis illo-
2 rum, nisi sit nullum, † vti nulla data causa, nudaque pro-
hibitione alienationis, ad celebrem *§. Diui Seuerus, & An-*
toninus rescripserunt eos l. filiusfamilias 114. ff. de legat. 1. §.
Iulius Agrippa l. Pater filium 38. ff. de leg. 3. Vix, & ad sum-
mum fuisset fideicommissum reciprocum inter filios prohi-
3 bitos alienare, ita vt vnus fauore alterius censeretur † pro-
hibitus. Dixi (vix, & ad summum) quia contraria sen-
tentia est communior, vt apud Fusar. *de subst. quæst. 683. ex*
num. 41. cum allegatis, & præcipuè Mantic. & Peregrin. Ma-
4 ximè quod prohibitio fuit personalis, † ibi ... *Quibus hæ-*
redibus prohibuit, & eisdem præcipiendo mandauit &c. nè
ipsi auderent &c. ad literam Fusar. *de substit. quæst. 613. num.*
17. & 18. Rota *coram Bich. decis. 478. num. 20. & decis. 560.*
num 4. & ferè in puncto *coram Seraphin. decis. 482. ab initio,*
& coram Card. Celso decis. 218. num. 15. & 16.
Et vsque adeò personalissima visa est, quia filijs prohibi-
tis alienare concessa postmodùm est permissio alienandi in
quibusdam casibus, & cum consensu, & consilio eorum
5 Matris, † quæ permissio alijs, quàm filijs non congruit,
6 sicuti neque egreditur illos prohibitio, † vt permissio de-
7 clarat prohibitionem, † sicut exceptio regulam, Surd. *de-*
cis. 124. num. 12. & amplius num. 10. à vers. Tertiò clarior, &
generaliter omnis dispositio, vt apud Barbos. *axiom. 85. num.*
6. & 7. ita, vt ex dicta prohibitione vendendi, vel alienan-
di videatur fideicommissum contineri inter prohibitos intra
limites alienationis inter viuos, cùm verba illa, *vendere*,
8 vel *alienare* sic iuncta † (quantum disputent Doctores
apud Fusar. *de substitut. quæst. 712. ex num. 3.*) intelligenda
videntur de actibus inter viuos, Surd. *dicta decis. 124. num.*
9. & 10. Otalch. *dec. 49. num. 10. & 11.* Quod ex facto etiam
9 ostenditur, † interpretando prohibitionem ex permissio-
10 ne; nàm permissio est de actibus inter viuos, † vti cum
11 consensu, & consilio matris, & vltima voluntas † ex alie-
no arbitrio pendere non debet, *l. illa institutio 32. ff. de hæred.*
instit. cum ibi adnotatis. Adeòque videtur euidenter, Te-
statorem vniuersaliter instituisse filios, & altero moriente
sine filijs inuicem substituisse, eidemque personaliter pro-
hibuisse fideiussiones, & obligationes, sicuti & venditio-
nem, vel alienationem bonorum stabilium, nec non diui-
sionem domus propriæ habitationis, & adhuc vniuersaliter
in casu, quo supradicti hæredes morerentur absque filijs,
(qui casus euenit,) substituisse Armellinam, seù suos filios
vniuersali substitutione, & fideicommisso, qui vltimi sic
vniuersaliter substituti, † non possunt personaliter iuuari 12
prohibitione personaliter iniuncta fratribus superstitis, cum
illa iam expirasset cum Benedicto, antequam Petrus Pau-
lus appartamentum traderet Vespasiano.
Secundum fundamentum de detractionibus incompeten-
tibus Petro Paulo, deficere similiter visum est; Nàm ex fa-
cto amplius explicato constare visum est, duas venditiones
mansionum, quibus interfuit Petrus Paulus: primam ab
eodem Petro Paulo, & Benedicto duarum Mansionum sub
aula domus veteris 30. Nouembris 1628. & secundam à Pe-
tro Paulo solo pariter duarum Mansionum propè tectum
12. Martij 1629. ambas cessisse in extinctione æris alieni
Testatoris, & quamuis Petrus Paulus de pretio dictarum
Mansionum venditarum incommodè diuisibilium, ratam
scutorum 225. sibi retinuerit pro maiori summa soluta Cre-
ditoribus Testatoris, pro quibus dimittendis æs alienum
contraxit, imponendo annuum censum, † rectè facere po- 13
tuit, & ipse, quasi secundus est loco primi debitoris, ad
Text. *in l. Pater filium 38 sub initium, ff. de legat. 3. & ibi glos.*
rectè contractum, Leotard. *de vsur. quæst. 34. numer. 22.* Rota
coram Eminentiss. D. Cardin. Ottbob. decis. 242. ex num. 7. cum
allegatis.
Mandatum Petri Pauli sub die 11. Maij 1629. ad exigen-
da scuta 500. pro non vacatione officij Rotalis, satis proba-
uit Petrus non habuisse effectum, quia pro rata scutorum
168. 35. pretium præcedenter exegerant creditores Benedi-
cti, & postea de mandato Iudicis alia scuta 321. 65. exege-
runt Creditores Testatoris, & licèt summa scutorum 35 vi-
detur soluta Antonio vti creditori Petri Pauli, tamen Pe-
trus Paulus erat debitor hæreditarius Testatoris pro fructi-
bus Census impositis à Testatore, & Petrus Paulus vti hæ-
res solùm consensum præstitit solutioni: Reliqua scuta 10.
licèt soluta Petro Paulo etiam de mandato Iudicis, non ta-
men obstant Petro, cuius patri ante dictam solutionem ces-
sum fuerat Appartamentum, cùm clarum sit, † primò alie- 14
nata imputari in detractiones, *§. res quæ l. Marcellus 12. ff. ad*
Senat. Consf. Trebellianum, fusè Rota *coram Ludouis. dec. 380.*
num. 2. cum alleg.
Officium Notariatus venditum à Benedicto, & alia bona
ab eo fortè distracta non nocent, vti non imputabilia Petro
Paulo non hæredi Benedicti, & aliud officium venditum à
Petro Paulo non fuerat emptum à Patre, aut ex pecunia
Patris, quod suppositum fuit *in alijs decisionibus*, sed colla-
tum fuit ipsi Petro Paulo postquam vacauerat per liberam
† resignationem Patris causa ipsius meritorum, & beneme- 15
riti *de Auditore Sacrato* exprimente merita Petri Pauli,
ibi -- *Et præmissorum eius meritorum intuitu:* Ideòque mu-
nificentia aliena longè à paterna acquisitum à filio impu-
tandum non est in iura sibi competentia super hæreditate
paterna, † vt ea omnia, quæ capiuntur extra substantiam 16
Patris, vel eius patrimonium, in legitimam non imputan-
tur *l. scimus antea 36* ibi -- *repletiorem fieri ex ipsa substantia*
Patris, C. de inoff. testam. Merlin. *de legit. quæst. 18. ex num. 1.*
tit. 2. lib. 2. Et omnia bona vndecumque quæsita, † dummo- 17
dò non ex Patris substantia, filiusfamilias non acquirit Pa-
tri, nisi quoad vsumfructum, etiam exceptis Castrensibus,
vel quasi, † quæ pleno iure remanent filijs, ad summam 18
Text. *in l. 6. C. de bon. quæ liber.*
Non obstante, quod ipse Genitor Petri Pauli officium
ipse *vendere, resignare, alienare &c. liberè, & licitè posset:*
Quia huiusmodi iura eo viuente super eodem officio sibi re-
seruauerat in collationem dicti Auditoris: Nam obseruan-
dum in primis est, liberam resignationem Patris in mani-
bus *Auditoris Sacrati spontè* fuisse factam, ità vt ipsum offi-
cium ad ipsum Auditorem spectaret, & deindè reseruatam
fuisse durante vita Resignantis, & eo viuente potestatem
vendendi &c. Sed non † reseruatam tanquam officij proprij, 19
sed tanquam officij effecti filij noui Collatarij propter libe-
ram Patris resignationem, vt aliàs declarauit Rota *coram*
Coccin. decis. 674. num. 3. confirmata in decis. 711. num. 4. coram
eodem; pro oppoituna distinctione, quando facultas dispo-
nendi conceditur illi, qui non erat Dominus, † & quando 20
reseruatur à Domino, apud Gratian. *discept. 30. numer. 22.*
cum præcedentibus allegatis in terminis donationis † inter 21
Donatorem, & Donatarium, Rota *coram Bich. decis. 310.*
num. 23. & 24. Vndè cùm Pater nequidem viuens, & minùs
moriens

22 moriens disposuerit, † liberum officium remansit fauore filij, imò ex ea reseruatione (si reseruatio quidem esset, &
23 esset translatio facta à Patre in filium) † censetur translatum dominium in filium &c. & de emptis à Patre nomine
24 filij, † & sub ea conditione, vt in vita sua ad libitum disponere posset, apud Thesaur. *quæst. forens. tota quæst. 37. lib.* 4 Gratian. *tota discept.* 539. & præcipuè de reseruata expressa
25 facultate disponendi eo † viuente, secuti sua vita naturali durante, apud Thesaur. *dicta quæst. 37. sub nu.* 6. ad latè scripta per proprium Patrem *decis.* 209. Gratian. *d. discept.* 539. *ex num.* 10. & prius *dicta discept.* 50. *num.* 17. *à vers. Dummodò tamen*: Maximè quod cùm huiusmodi verba fuerint appo-
26 sita in contractu, † intelligenda sunt de facultate disponendi per viam contractus, & inter viuos *ex num.* 13. *cum allegatis ab eo*, nec dissensit Rota *coram Baratt. decis.* 863. *num.*
27 4. *à vers. Non obstat*; Adeòvt non facta dispositione, † quæcumque facultas Patris, etiam cum Patre expirauerit.

Nec profuit mandatum Petri Pauli ad contrahendam societatem super officio, requisito consensu Patris: Quia talis
28 consensus requirebatur † ex dispositione Statuti Vrbis 152. *lib.* 1. & ex conditione adiecta in collatione officij, vt supra; Vnde ex consensu tollebatur tantùm obstaculum prohibitionis disponendi filio super re propria.

Similiter non profuit ad arguendum officium hæreditarium Patris consensus venditioni præstitus à Benedicto co-
29 hærede Petri Pauli; † quia cùm fuisset qualificatus pro quocunque suo prætenso iure, & interesse potiùs ad superfluam cautionem emptoris, quàm ex necessaria ratione
30 consentientis, propter dictionem illam, *prætensum*, † quæ tendit potiùs ad negandum, quàm affirmandum ius vllum competijsse Benedicto, & non concludit, Rota *decis.* 472. *in fine cum alleg. par.* 13.

Exactio scut. 1000. supposita in *decisione* * 21. *Ianij* 1674. *coram R. P. D. meo Matthæio nunc Archiepiscopo Damasceno, & Sac. Palatij Apostolici Præfecto*, dupliciter hodie vt supposita euanuit, vt neque probata, neque concludens si probaretur: Siquidem pro non vacatione officiorum à Petro Paulo, atque Benedicto venditorum nihil debitum fuis-
31 set paternæ hæreditati, sed solis hæredibus † vltimorum Notariorum, qui emerant officia, & postea decesserunt &c. & addictam *l. scimus antea dicto verf. repletionem*, &
32 quidem nemo compensat, † quod sibi non debetur, ad summam *l.* 9. *C. de compensat.*

Tertium, de læsione debile visum fuit, si Appartamentum euasit liberum à fideicommisso ex supradictis, cùm Cæsar fideicommissarius non sit hæres Petri Pauli grauati alienantis, nullaque proinde actione nitatur de iure alieno, quoniam conueniendi possessorem iudicio facultatem non
33 habet, qui † nullam actionem intendere potest, *l.* 6. *in fin. ff. de negoc. gest.* Ita sine actione nemo in iudicio experi-
34 tur, † in tantum, vt Iudex debeat talem Actorem repellere, apud Barbos. *axiom.* 9. *num.* 4. & 5. Sed re vera ex pon-
35 deratis in facto non inuenitur læsio enormissima, † & si quæ est, ex perpetuo pacto resolutio est reparabilis.

Superaddebant aliqui ad iustitiam resolutionis, & iniustitiam sententiarum, quod Petro non fuit concessa retentio solùm pro dictis scutis 323. solutis in extinctionem debiti ipsius fideicommittentis, pro quibus sicut illi competebat
36 actio, sic & multò magis retentio, † vt cui damnus actionem, eidem & exceptionem competere multò magis, ait Vulpianus in §. *Cui damus l. iauitus* 156 *ff. de regul. iur. cap. qui ad agendum* 71. *eodem tit. in* 6 Maximè in fideicommis-
37 so vniuersali, vbi daretur exceptio, † & retentio contra fideicommittentem, & sine hypotheca, & multò magis hæreditario debito soluto, & creditori dimisso, etiam sine cessione, *ad rubr. C. de his, qui in prior. credit. loc. succed. cum ll. subseqq.* Maur. *de retentioa. post tract. de fideiussor.* Item
38 non fuit concessa † retentio pro melioramentis ascendentibus ad scuta 83. in ipsa domo, contra *l. Domos hæreditarias* 59. *cum ll. seqq. ff. de legat.* 1.

Demùm obseruarunt Domini, quod in dictis sententijs Petrus condemnatus est ad restitutionem fructuum, siuè pensionum à die motæ litis, cùm tamen testamentum continens fideicommissum productum in actis fuerit tamdiù post tot annos vt supra, cùm solùm à tempore productio-
39 nis, † quia etiam ostensionis Instrumenti, & datæ copiæ tertius possessor teneatur ad fructus, ex Bartol. *ad l.* 5. *ff. si certum petat. numer.* 16. & *ad §. mortuo l. non solum, ff. de nou. oper. nunciat. num.* 46. & 47. *cum alijs nouissimè, & grauissimè translatis à Reu. D. meo Matthæio in Romana fideicommissi de Cossettis* 24. *Iunij* 1674. Et ita vtraque &c.

Supra in altera parte 18. *tom.* 1. *adest altera præsentis causæ decisio coram Reuerendissimo D. Matthæio, quæ est ibi in ordine* 332.

R. P. D. RONDININO.

Firmana Census.

Lunæ 13. *Decembris* 1676.

ARGVMENTVM.

Solemnis est decisio, quæ cum solida distinctione procedit, ad eum casum, quo creditor, cui bona pro suo eredito assignata sunt, illis euictis, pro refectione damnorum, & interesse agere possit, etiam cum priuilegio prælationis, quæ hic non nisi pro credito principali fuit concessa, quia omnes accessiones ab ipso prætensæ, ex bonis assignatis proueniebant, non autem ab ipso credito principali, per dationem in solutum extincto, vel nouato; Plura igitur de actione hypothecaria, de creditore immisso in saluiano, & de præseruatione iurium in eadem decisione deducuntur.

SVMMARIVM.

1 *Creditor immissus in saluiano ad sibi satisfaciendum de fructibus, neque dominium, neque possessionem auocat, sed solam detentationem rei, in qua est immissus.*

2 *Creditore immisso in saluiano satisfacto, manutentio debitori debetur, eam semper in possessione permanserit.*

3 *Creditor non potest obtinere immissione in saluiano super bonis sui debitoris, quæ de tempore obligationis ex illius dominio iam exierant.*

4 *Hypotheca non contrahitur, nisi in bonis de tempore obligationis à debitore possessis.*

5 *Expensæ damna, & interesse dicuntur accessoria ad creditum principale, cuius proinde naturam sequuntur.*

6 *Creditor, cui bona in solutum data, vel adiudicata sunt, coram euictione sequuta, qua actione agere debeat.*

7 *Creditor recipiens rem pro satisfactione sui crediti, dicitur habuisse animum recedendi à prima conuentione.*

8 *Creditor recipiens bona pro suo credito, non potest simul esse bonorum dominum, & creditorem remanere.*

9 *Pactum redeundi ad primæua iura, in casu euictionis, operatur, vt illa sequuta, bonorum traditio facta non sit, & ideo reuiuiscant, ac si interim suspensa fuissent.*

10 *Pactum redeundi ad primæua iura in casu euictionis, intelligitur de accessionibus descendentibus & consequutiuis ad ipsum creditum principale.*

Non autem de alijs prouenientibus non ab ipso credito, quod reuiuiscit, sed dependentibus à sola assignatione bonorum creditori facta num. seqq.

11 *Fructus, damna, & expensæ prouenientia ab assignatione bonorum creditori facta, non dicuntur accessoria, nec sequuntur naturam crediti principalis, pro quo illorum assignatio facta est.*

12 *Damna, & interesse occasione assignationis passa, ad illam solam consequutiua sunt, non autem ad aliud creditum, licèt ab illa dependens.*

13 *Hypotheca non competit pro credito per dationem insolutum extincto, vel aliter nouato.*

14 *Præseruatio iurium census extincti in casu euictionis bonorum assignatorum, operatur quidem respectu sortis, non autem illius fructuum.*

15 *Census semel per dationem in solutum extinctus, in casu euictionis non reuiuiscit in futurum, sed agitur ex contractu nouato.*

16 *Impedimentum non præstitis, quod postea non habuit effectum.*

17 *Actus effectuatus nihil ponit in esse.*

DECISIO CCCLXXXI.

IN exactione Census sibi ipsis debiti aduersus Moniales
S. Ioannis Ciuitatis Nouæ manutentionem obtinue-
runt Mazzini, quia cum prædictæ Moniales ex vtili Saluia-
no interdicto census annuum redditum exigerent, quo v∫-
que ex eo sibi satisfacerent, de quibusdam creditis, conse-
quens est, vt probata illorum satisfactione ex dd. annuis
redditibus, manutenendi sint Mazzini Census Domini in
illius exactione, cum creditor immissus ex remedio saluia-
ni, nec dominium, nec possessionem, sed solum detentio-
1 nem rei, † in qua immissus est auocet vt ex illius fructibus
creditum suum extinguat, & sic non sibi, sed Domino pos-
sidere dicatur, vt notant scribentes in l.cum notiss.ia princip.
C.de præscript.30. annorum, & in l. prima §. per seruum cor-
poraliter, vbi Alex num.5.& 6 ff. de acquir. poss. cui proin-
de Domino probata satisfactione creditoris immissi, com-
2 petit manutentio in † ea possessione, in qua semper permân-
sit, ex ratione Text. in §. retinendæ instit. de interd. vt in
proposito tradunt Menoch. de retinend poss remed.3.& num.
22. Ridolph. in prax.par.2.cap.6 num.99. Rota coram Coccî-
no decis.1967.& numer.2.& 4. reperit apud Posth.de subhast.
decis.123. & latiùs deductum fuit in decisione huius causæ
26. Aprilis 1675. coram me, quam examinata iterum cau-
sa, hodie Domini confirmarunt.

Non obstat, quod Moniales prætendant adhuc superesse
credita, de quibus satisfaciendæ sint, ob damna, & litis ex-
pensas causa euictionis secutæ quorumdam bonorum assi-
gnatorum in satisfactionem crediti eorum Auctoris, quia
quidquid sit de expensis à Iudice non taxatis, & non iustifi-
catis, approbarunt Domini distinctionem prædictæ deci-
sionis, quod autem moniales ex persona ipsarum Auctoris,
cui bona euicta sunt, prætendunt damna, & id, quod in-
terest rem euictam, non fuisse, vna cum litis expensis, oc-
3 casione d. euictionis ab anno 1629. circiter, † in quo illa
euenit, & hoc casu non possunt detinere annuum redditum
ipsius Census, qui longè antea anno; nempè 1674. emptus
fuerat à Francisco Mazzino Patre illorum de Mazzinis, ho-
die actorum, sicque tempore superuentæ posteà euictionis
4 anno 1629. exierat à dominio debitoris, † neque ampliùs
existebat in illius bonis tempore, quo hypothecaria actio
oriebatur, prout ad hunc effectum iura requirunt in l. rem
alienam ff.de pign.act.& in l.qui pot.in pign hab. Magon. dec.
floren.127.num.12. Negusan.de pign.memb.3.par.2.numer.52.
Rota coram Bichio dec.330.num.5.& coram Emin.Otthobon.
dec.63.num.9.& 10.& in dec.huius causæ 26. Aprilis 1675.§.
adhuc tamen coram me.

Aut Moniales prætendunt hæc sibi deberi, habito respe-
ctu ad creditum ipsarum auctoris vsque ab anno 1623. pro
damnis, & expensis litis, & id quod interest conuentis in
5 ipsius crediti Instrumento, & sic cum prælatione, † & po-
tioritate hypothecæ pro eorum credito competentis, tam-
quam hæc sint accessoria, quæ sequuntur naturam sui Prin-
cipalis, ad terminos Text. in l.Lucius 19.ff.qui potior.in pign.
hab. Negus. de pign.membr.2.par.5.princ.num.10. Mangil. de
euict.quæst.179.illo eod.num.Guzman.illo eod tractat.de euict.
qu.13.num.15.& 31. Tusc.prat.conclus.tit.3.lit E conclus.355.
num.9.Hermosill.ad Lopez.l.32.tit.5 par.5.glos.6.num.56 pag.
617. Rota coram Seraph.dec.891 num.4.& seqq.

Et hoc pariter casu Domini dicebant non posse prætendi
6 retentionem annui redditus istius census, † quia admissa
etiam conclusione, quod in casu euictionis sequatæ reuiuiscant
prior iura crediti, mediante datione insolutum extincti, qua
posita, regulariter agendum esset actione ex empto, cum
creditor accipiens rem pro satisfactione sui crediti intelli-
7 gatur habuisse animum recedendi à prima conuentione, †
cum qua posterior hic actus est incompatibilis, cum non pos-
sit simul Dominum: fieri, & creditorem remanere, ad text.
in l.si plus 74.ff.de euict.in l.eleganter 24 & ibi Bart. num.2.ff.
de pign.act.in l.si prædium 4.& in l.si ob causam 14. C.de euict.
8 quotiescumque scilicet adest expressa † præseruatio iurium
priorum, illorumque reuiuiscentiæ in casu euictionis; vt
9 in casu, qua postea secuta habetur, † ac si nunquam tra-
ditio rei euictæ secuta fuisset, sed reuiuiscunt primæua iura,
quasi interim suspensa fuissent ad literam Text. in l.qui con-
cubinam 29.§.si hæres ff.de leg.3.Fabr. in C.lib.8.tit.30.de solu-
tion.defiait.48.sub num.24. Arias de Mesa var.resol. lib.1. cap.
41.num.2.& cap.46.num.8.Merlin.de pign.lib.4.cap.150.num.
20 & 21. Posth.de subhast.inspect.65.ex n.6. Anton.de Amat.
resol.50.num.9.& 10. Hodiern. ad Surd.dec.266.num.13. Al-
tograd.cons.16.num.14.vers.quod sicut vol.1.Thes. lib.2.quæst.
for.88.num.9. Ciriac.contr 500.ex num.29.& num.52.in fine
Rota apud Pacif.de salu.dec.293.nu.5.& 6.& in recent.par.
5.dec.243.per tot. Bich. dec.504.num 8. Reu.Rojas dec.284.ex
num.16.reperit apud Merlin.de pign.decis.115.& apud Posth.
de subhast dec.136.

Illa tamen conclusio procedit quoad reuiuiscentiam cre-
diti, † cum suis accessionibus descendentibus, & consecu- 10
tiuis, in quibus terminis loquitur Text. in d. l. Lucius 19.ff.
qui pot.in pign.hab. & procedunt, qui in contrarium addu-
cebantur Cancer. var.resol.par.1 cap 9.sub num.185. Nouar.
decis.227.num.5. Milanen. lib.1.dec.8.num.360.& seqq. Mo-
dern. Venus de dot.disc.145.ex num.40. Modern. Meiphicllen.
in addit.ad Franc.dec.613.ex num. 5 Rota coram Seraph. d.
dec.191.per tot.

Non autem procedit conclusio, quoad fructus accessio-
nes, damna & expensas, non à credito, † quod reuiuiscit, 11
sed à sola assignatione bonorum dependentia, quæ bono-
rum traditio si non fuisset secuta, † sed ex pretio illorum 12
creditor dimissus fuisset, damna hæc, & non necessario con-
sequentia ad ipsum creditum, non sequuntur illius natu-
ram, neque gaudent illius potioritate, † sed regulantur à 13
secundo contractu donationis insolutum, à quo originem
ducunt, vt quidquid indistinctè voluerint aliqui ex Docto-
ribus supra adductis hæc est communis, & vera distinctio
ex ipsa lege, & legis ratione desumpta, de qua ex mente
ipsius Negusantij, in cuius dicto contraria opinio fundatur
Franc. dec.516.& num.19.& dec.613. numer.13. & 15. Tira-
quell.de retract.lignag.§.2.glos.18 sub num 19.Capic.Galeott.
tom.1.contr.22.num.18 & 19. Scacc. de commerc.& camb.§.2.
glos.5.num.409.& 417. Stayban. de interes lib.2. tit.11. quæst.
vnica sub num.161. Olea de cess iur.tit.4. quæst.1.sub num.32.
& se ipsos declarant fere omnes in contrarium adducti Ton-
dut. resol.ciuil.par.1.cap.21.num.18.22. Anton.de Amat. d.re-
sol.50.num.32.33.& 34 in fine de Marin. resol.lib.1. cap.76.nu.
8. Rota apud Cenc de cens.dec.411. numer.2. & coram Card.
Celso decis.302.num.15.& coram Bich dec.406.num.32.& 33.
& in Romana saluiani 14.Febr.1667. coram Illust. D. Ottalora
Præside Granaten.& in Romana Census 30.Ianuar.1671. post
princ. coram R.P.D. meo Vicecomite impress. post addit. ad
Oleam de cess.iur.decis.67.num.8 & seqq.

Non obstat, quod Moniales retinere possint ex credito si-
bi ipsi cesso à Canonico Borromeo Bartolo, quia quatenus
de ipso ratio haberi posset, cum Moniales non iustificent ius
cedentis, vt opus esset, adhuc tamen cum proueniat ex cau-
sa census extincti, † mediante datione insolutum; & qui 14
prætenditur simili modo reuixisse ob euictionem secutam
procedunt aduersus hunc censum responsiones adductæ con-
tra aliud creditum, vt nempè quoad cessionem iurium re-
spectum euictionis, ista sunt posteriora census à Patre illo-
rum de Mazzinis empto anno 1624. cum euictio postea se-
cuta fuerit anno 1628. & quemadmodum, vt mox diceba-
tur non est exercibilis hypotheca, quoad damna expensas,
& id; quod interest innupta anterioritate à credito extincto,
& mediante datione insolutum nouato, ita multo minus
exerceri potest, quoad fructus census, quia cum iste per da-
tionem insolutum, & sic per actum retro similem æquipol-
lentem numerationi remanserit irreuocabiliter extinctus,
† præseruatio iurium anterioritatis census in casu euictio- 15
nis, operari quidem potest reuiuiscentiam quoad sortem
principalem, & fructus antè extinctionem decursos, non
autem quoad postea decursos à die secutæ extinctionis, † 16
quia census semel extinctus in euentu euicti prædij non re-
uiuiscit in futurum, sed agitur ex contracto nouato ex ra-
tione Text. in l.inter stipulantem § sacram in princ.ff.de verb.
oblig.& in l.qui ream ff.de solut. Carleual. de iudic tit.2.d.di-
sput.35.ex num.30. Surd. cons.145. ex num.35. de Maria. var.
resol.lib.1.cap.76.ex num.10. & ibi Roder. in addit.numer.18.
Tondut. resol.ciuil.par.1.d.cap.21.num.18.22. & per tot. Ca-
pic.Latr. decis.16.sub num.5. & 8. Giurb. obs.11.num.5.& 29.
& discusso ad partes articulo, atque declaratis, & relectis
contrarijs Rota apud Cenc de cens.decis.290. numer.2. iuncto
principio, & d.dec.411.num.4.& coram Bich.d.decis.406.nu.
32.& 33.& dec.504 num. 12.& 13.& in d.Romana saluian 14.
Februarij 1667. in fin. coram Illust. Ottalora Præsidente Gra-
nat.& in d.Romana Census 30.Ianuarij 1671. post princip.co-
ram R.P.D. meo Vicecomite impress. post addit. ad Oleam de
cess.iur.decis.67.num.8.& seqq.

Neque ad tollendam satisfactionem Monialium videba-
tur DD. obesse sequestrum instantibus Mazzinis appositum
anno 1669. quia cum non habuerit effectum, & Moniales
adhuc

adhuc exegerint fructus vſque ad annum 1674. vt ex liberationibus factis per Moniales Melchiorrijs cenſus debitoribus mihi originaliter exhibitis, & quorum copia data fuit,
17 † non præſtitit proindè impedimentum ex ea ratione, quod
actus ineffectuatus nihil ponit in eſſe, de qua *in l. ſilendum 15. §. qui fundum ff. qui ſatiſdat cogan. & in l. non eſt mirum 26. in fin. ff. de pign. act. cum concord.*

Et ita, vtraque &c.

R. P. D. EMERIX.

Bonon. Pecuniaria.

Veneris 31. Ianuarij 1676.

ARGVMENTVM.

Hæres debitoris, quia beneficiatus erat, opponebat de exceptione fideicommiſſi, quam illi nullatenus ſuffragari deciditur, tum quia, & ſufficientem redditionem rationis non reddiderat, & inuentarium erat adhuc minus legitimè confectum; tum etiam, quia ex defectu hypothecæ, quæ ſine dolo non competit, pro reintegratione fideicommiſſi cum creditore hypothecario ille concurrere non poterat; quatenus autem, & quando dolus in grauato alienante reſultet, ex ſequenti Summario, & deciſione videndum eſt.

SVMMARIVM.

1 *Exceptio reintegrationis fideicommiſſi non admittitur ad retardandam exequutionem crediti obligatione camerali vallati.*

2 *Obligatio cameralis omnes reijcit exceptiones, quæ requirunt altiorem indaginem.*

3 *Fideicommiſſum non comprehendit bona acquiſita ab hærede grauato.*

4 *Alienationes factæ ab hærede grauato cadunt in computum ſuarum detractionum, ſibi competentium.*

5 *Hæres, licet beneficiatus, non impugnat factum defuncti, niſi prius de bonis hæreditarijs rationem reddiderit.*

6 *Inuentarium non dicitur legitimè confectum ſi illius ſcripturæ non ſpecificè, ſed confusè tantum ſint deſcriptæ.*

7 *Inuentarium non eſt legale, ſi mobilia, & gemmæ fuerint adnotatæ, ſine pondere, & menſura, ac qualitatibus, ex quibus reſultet eorum valor, & num. ſeqq.*

8 *Scripturæ quomodo debeant in inuentario deſcribi.*

9 *Mobilia, & gemmæ ita in inuentario deſcribenda ſunt, vt ad cognitionem valoris deueniri poſſit.*

10 *Fideicommiſſarius, ſi eſt etiam hæres debitoris, donec ſufficientem rationem non reddat, exceptione fideicommiſſi iuuari non poteſt.*

11 *Hæreditas præſumitur eſſe ſoluendo.*

12 *Hæres ſine inuentario, vel quod de bonis inuentariatis rationem non reddit, tenetur de proprio ſatisfacere creditoribus hæreditarijs.*

13 *Pro reintegratione fideicommiſſi regulariter nulla competit hypotheca, ſed vide num. ſeqq.*

14 *Fideicommiſſarius pro reintegratione fideicommiſſi non concurrit cum creditore hypothecario hæredis grauati.*

15 *Hæres grauatus ſi habita ſcientia fideicommiſſi alienauit, dicitur in dolo, & ideo illud reintegrare tenetur, etiam cum priuilegio hypothecæ.*

16 *Dolus ex ſcientia fideicommiſſi reſultat, ſi hæredi alienanti nullæ competerent detractiones, alias ſecus.*

17 *Hæres grauatus in alienando, excedens terminos ſuarum detractionum, adhuc dicitur in dolo.*

18 *Dolum ad excludendum in hærede grauato alienante, ſufficit quod illi detractiones competerent.*

19 *Dolus regulariter non præſumitur, & ideo ab allegante probari debet.*

DECISIO CCCLXXXII.

TRanſmiſſo nuper ad Vrbem proceſſu confecto per Iudicem in partibus ſubdelegatum, ad effectum firmandi ſtatum hæreditatis Philippi Caroli Patris Angeli Antonij Iunioris, DD. voluerunt ex benignitate illam iterum audire ſuper viribus trium deciſionum, in quibus ſub diebus 1. Februarij 1672. 16. Ianuarij 1673. * & 23. Ianuarij 1674. coram me reſponſum fuit procedendum eſſe ad vlteriora in ſubhaſtatione domus hæreditariæ Angeli Antonij Sen. illius Aui ad inſtantiam Paulæ eius creditricis in lib. 15000. non obſtante exceptione reintegrationis fideicommiſſi Proauiti Angeli Michaelis, alijſque tunc oppoſi-
tis; † & cauſa hodie repropoſita, rurſus perſtiterunt in de- 1
ciſis; † Certum enim eſt, quod quotieſcumque, prout hic, 2
non contigerit dubitari de credito, & illud munitum eſt obligatione Camerali, nunquam vlteriorem executionem impedire debent ea, quæ requirunt altiorem indaginem, vt reſpondit Rota *deciſ. 26. num. 2. & deciſ. 42. num. 9. poſt Zacch. de oblig. Camer. & deciſ. 174. num. 5. & 14. par. 9. recent.* & alibi ſæpè.

Tales autem denuò viſæ ſunt exceptiones pro parte An-
geli Antonij iun. repetitæ; † illa enim fideicommiſſi proa- 3
uiti non releuat, quia iſtud non comprehendit domum, de qua agitur, acquiſitam ab Angelo Antonio Sen. debitore *l. cohæred. § cum filiæ verſ. nec fideicommiſſo ff. de vulgar. & pupillar.*

Nec obſtat, quod Angelus Antonius debitor fecerit plures alienationes bonorum fideicommiſſariorum, propter quas illius hæreditas tenetur reintegrare fideicommiſſum fauore vocatorum, quibus propterea competit retentio bo-
norum eiuſdem Angeli Antonij debitoris, † tum quia iſtæ 4
alienationes cedere debent, in cauſam detractionem dotis maternæ, & legitimæ competen. Angelo Antonio debitori filio vnico fideicommittentis *l. Marcellus §. res quæ ff. ad tre-
bell. cum concordan. relatis in prima deciſione §. ſiquidem*; † 5
Tum etiam quia Angelus Antonius iun. qui de retentione excipit, eſt hæres q. Carol. Philippi hæred. d. Angeli Antonij debitoris, & vti talis tametſi cum beneficio Inuentarij, non poteſt non reddita legitima ratione hæreditatis, tàm Angeli Antonij debitoris, quàm Caroli Philippi ſuorum authorum factum ſæpedicti Angeli Antonij impugnare ex notis iuribus allegatis in alijs deciſionibus.

Tantum autem abeſt, quod in præſenti reddita fuerit talis ratio, quod imo Inuentarium bonorum Caroli Philippi apparet defectuoſum, & minùs ſincerè confectum, tam re-
ſpectu ſcripturarum in hæreditate repertarum, † quæ non 6
ſpecificè, & diſtinctè prout debebat, ſed in confuſo tantum deſcriptæ fuerunt, quam etiam reſpectu gemmarum, tabu-
larum pictarum, aliorumque mobilium, † quæ ſimiliter 7
adnotata fuerunt ſine ſpecificatione ponderis, menſuræ, & diſtinctione qualitatum, ex quibus argui poſſet illorum valor contra *text. C. de bonis proſcript. l. fin. §. ſin autem dubius,
verb. ſignificantem C. de iur. deliber.* vt de ſcripturis tradit † 8
Excobar. *de ratiocin. cap. 9. numer. 70.* & dixit Rota *deciſ.* 80.
num. 14. & ſeqq. coram Arguell. & de mobilibus, † & gem- 9
mis plenè Cancer. *var. reſol. lib. 3. cap. 2. nu. 34. & ſeqq.* & pluribus relatis Rota *coram Dunoz. Iun. dec. 161. coram Peuting.
deciſ. 509. vtrobique num. 8.* & propterea donec non fuerit † 10
reddita ſufficiens ratio dd. ſcripturarum aliorumque bono-
rum, & mobilium d. hæreditatis, † quæ alias præſumitur 11
ſoluendo Couar. *in C. ſi hæres num. 9. de teſtam.* & dixit Rota *deciſ. 277. num. 19. & 20. par. 9. deciſ. 106. numer. 13. par. 14. recent. & deciſ. 449. numer. 6. coram Bichio* non poteſt Angelus
Antonius iun. dicta exceptione Proauiti fideicommiſſi † 12
iuuari, ſed tenetur etiam de proprio ſatisfacere creditoribus, iuxta Doctrinam Baldi *in l. final. §. in computatione numer. 3. C. de iur. deliber. Alex. in l. Poſtulante numer. 5. ff. ad Trebell.* cum concordan. adductis in vltima deciſione.

Immò quando etiam conſtaret de ſufficienti redditione rationis, adhuc tamen Angelus Antonius non poſſet retardare deliberationem, quia licet fideicommiſſario eſſet de-
bita † reintegratio fideicommiſſi, adhuc propterea ei non 13
competeret hypotheca, † ob cuius defectum non poſſet 14
concurrere cum creditore hypothecario, iuxta magis communem, & ab hoc Sacro Tribunali receptam opinionem, de qua plenè Neguerol *alleg. 1. à nu. 36. vſque ad 58.* Merend. *controu. iur. lib. 19. cap. 23. per tot.* Merlin. *de pignor. lib. 3. tit. 1. quæſt. 3. numer. 7. & per tot.* vbi reſpondet contrarium tenentibus, & firmauit Rota *deciſ. 869. numer. 23. & ſeqq. deciſ. 998. numer. 8. coram Dunoz. Iun. & melius in Romana, ſeu Florentina Dotis 9. Aprilis 1666. §. minus ſubſiſtere coram Emin. Carpineo.*

Non ſuffragante limitatione, quod data ſcientia fidei-

com-

15 cōmissi in alienante, † alienatio posteà facta præsumatur do-
losa; propter quod contra illius bona competit fideicommis-
sarijs hypotheca iuxta tradita *in dec. 7. num. 10. & seqq. par.*
16 *12. recent.* quia dolus ex tali scientia considerari posset, †
quando alienanti nullæ competerent detractiones, secus ve-
17 rò in casu contrario, † vt hic, nisi per fideicommissarios
insimul probetur grauatum in alienationibus euidenter ex-
18 cessisse detractiones, † cum aliàs dicta causa sufficiat ad
19 remouendum dolum, qui regulariter, † non præsumi-
tur *l. quoties §. qui dolo ff. de probation. l. dolum C. de dolo.*

Alia verò exceptio nullitatis subhastationis ex omissione citationis Comitissæ Franciscæ prætensæ posseditricis eiusdem Domus, rursus irreleuans visa fuit, ex adductis in prima, & alijs decisionibus, ad quas DD. approbatiuè se retulerunt.

Et ita, vtraque &c.

Supra in alia præcedenti parte 17. adest altera ex decisionibus huius causæ, quæ est ibi 248. in ordine.

R. P. D. RONDININO.

Romana Census.

Veneris 7. Februarij 1676.

ARGVMENTVM.

Ad impediendam immissionem à creditore petitam opponebatur censum in inuentario hæreditatis creditoris non fuisse descriptum indeque, vel non existere, vel satisfactum remansisse; eo magis, quia numquam petiti sunt fructus, & demum ob deuastationem fluminis de domo censita, illum amplius non deberi; sed neutrum admittitur, quia non descriptio ex ignorantia hæredis processerat, fructus verò non fuisse petitos non arguebat extinctionem, sed potius liberam solutionem importabat, & demum deuastatio fluminis non excludebat illum adhuc substineri sub reliquijs remanentis domus.

SVMMARIVM.

1 *Filiatio in antiquis etiam per simplices enunciatiuas, & nominationem probatur.*
2 *Nominatio vti de filio, eo præsente facta plenè probat.*
3 *Legitimatio personæ in alio etiam iudicio admissa, & numquam controuersa suffragatur.*
4 *Legitimatio personæ obiecta solum postquam diu litigatum est, dicitur intempestiua, & ideo non attenditur.*
5 *Census, & crediti negatiua, seu non existentia probatur, si de eis in inuentario creditoris nulla mentio, aut descriptio facta sit, sed vide num. 12.*
6 *Satisfactionis præsumptio, iuncta taciturnitate primi hæredis transit in præscriptionem.*
7 *Census contra possidentem titulo singulari, vel vniuersali qualiter præscribatur.*
8 *Capsa debitoris ad manus creditoris peruenta, non inducit præsumptionem satisfactionis nisi constet, quid contineretur in ea.*
9 *Verbum* differo *nihil ponit in esse.*
10 *Satisfactionis præsumptio, quæ non concludit non admittitur in iudicio saluiani.*
11 *Saluianum non admittit exceptiones turbidas, & illiquidas, requirentes altiorem indaginem.*
12 *Creditum, quod in inuentario descriptum non sit nihil facit, si non constat de eo hæredem habuisse notitiam.*
13 *Hæres, vel creditor, quod non egerint pro solutione census, non concludit illum esse extinctum, sed potius liberè fuisse solutam.*
14 *Annua præstatio habens clausulam* constituti *non præscribitur per solum spatium decennij.*
15 *Inundatio maxima Tiberis Romæ successit tempore Clementis Octaui Summi Pontificis.*
16 *Census impositus super domo postea collapsa, vel à flumine diruta, quatenus substineatur super reliquijs, quæ remanserunt.*
17 *Possessor domus à flumine deuastatæ, vel collapsæ, adhuc tenetur reddere rationem de fructibus, quos percepit.*
18 *Census impositus super domo, ea diruta, non substinetur super nouo ædificio, quamuis in illius area & sola constructo.*
19 *Donata à Principe an remaneant libera ab omni onere, & hypotheca præcedentibus, illis solum contra fiscum, & Cameram exercibilibus.*
20 *Princeps, si non absolutè donat, sed solum ex causa sibi competenti hypothecam, & iura alterius non tollit.*
21 *Donatio Principis diuersimodè iudicatur si fuerit particularis, vel iuris vniuersalis.*
22 *Quota, & ea quæ illam respiciunt non dicuntur nisi deducto ære alieno.*

DECISIO CCCLXXXIII.

Iterum Dominis satisfecerunt rationes deductæ pro associatione debita D. Paulæ Sciamannę ad Domos censitas in decisione 57. * Maij 1675. coram me, quam proinde hodie renouata disputatione confirmarunt.

Neque obstare visus est defectus legitimationis personæ, quia census hic annui redditus scut. 16. impositus fuit à Rainaldo Potignon. fauore Rainerij, cuius fuit hæres Augustinus, Augustini vero Ioannes senior, & istius Franciscus, & Iulius de miletis filij, à quorum secundo D. Paula causam habet, cum Franciscus alter frater prædecessisset, & sic in Iulium fratrem superstitem D. Paulæ Auctorem ius omne consolidatum fuerit, & quamuis dicatur filiationem D. Ioannis respectu Augustini solum enunciatiuè per nominationem probari, hæc tamen sufficit, prout in casu in anti-
quis, quando præsertim nominatio est † facta pro filio præ- 1
sente Buena *reg 34.* Rota *rec. par. 1. decis. 176. num. 1. & 4. &*
coram Dunoz. Iun decis. 17. nu. 5. & quando iam in tot instan-
tijs † antiquissimæ litis Franciscus, & Iulius qui tot senten- 2
tias obtinuerunt extra Rotam, semper fuerunt admissi, &
approbati vti legitimi successores Augustini, † prout & ipsa 3
D. Paula Sciamanna istorum omnium legitima hæres supposita fuit etiam in alio Iudicio, de quo in *Romana Domorum 16. Iunij 1670. coram bon. mem. Priolo*; adeout intempestatiua
hodie † remaneat hæc obiecta personarum legitimatio per 4
ea, quæ tradunt Ridolph. *in prax par. 1. cap. 3. num. 37. & 38.* Rota *coram Buratt. decis. 479. num. 22. & decis. 785. num. 3. & coram Reuerendiss. Royas dec. 363. num. 11. & in rec. decis. 307. par. 9. in fin & in Romana cessionis ratæ census 9. Februarij 1674. §. visa coram R. P. D. meo Bourlemont.*

Insubsistens Dominis pariter videbatur argumentum desumptum ex quadam capsa Raynaldi debitoris census in inuentario descripta, in quo è conuerso census ille descriptus non fuit, pro quo nunquam egit Augustinus hæres immediatus Raynerij Census creditoris, ex quibus inferebatur, vel præsumpta satisfactio, aut saltem illiquiditas crediti census ex bonis Raynaldi debitoris, quæ ad manus D. Au-
gustini in prædicta capsa peruenerunt, cum præsertim in in-
uentario non doceatur descriptus † Census ille quasi ex hoc, 5
probetur negatiua illius existentiæ iuxta *dec. 607. num. 1. par.*
5. rec. vel præsumptio satisfactionis iuncta taciturnitate Au-
gustini primi hæredis † transeat in præscriptionem, quam 6
decennalem sufficere inter præsentes † dicebatur respectu 7
Capellanorum, qui possident titulo sigulari, quidquid secus sit in possessoribus titulo vniuersali, & vti hæredibus iuxta distinctionem, de qua post alios *Cenc. de cens. quæst. 98. ex numer. 46.*

Etenim quemadmodum ex prædicta capsa Raynaldi
census debitoris non intrat præsumptio satisfactionis, † 8
tum quia non constat quid contineret, atque asserenti ex vulgata regula iuris incumbit onus probandi. Tum quia illius descriptio non importat præcisam assertionem sed dubiam, & ambiguam per verbum *differo*, quæ nihil po-
nit in esse ex deductis † *coram Buratt. decis. 793. num. 1. &* 9
coram Reuerendiss. Royas decis. 435. numer. 8. atque ideo
nihil concludit aduersus D. Paulam agentem remedio † 10
possessorio saluiano, in quo non admittuntur exceptiones
illiquidæ, † & turbidæ, altiorem indaginem requirentes 11
ad mentem Text. *in l. ille à quo 13. ff. ad trebell. in l. 3. §. ibi ff. ad exhibendam in l. fin. C. de compensat. & in leg. 2. C. de edict.*

edict. D. Adrian. tollen. eum vulgat.

12 Ita pariter nocere non videbatur, † quod census descriptus non fuerit in inuentario, cum non appareat Augustinum tempore confectionis eius &c. habuisse de eo notitiam, atque tantum abest, vt exinde colligatur præsumptio satisfactionis, † cum & nunquam pro illius consecutione egerit, vt potius colligatur contrarium, quod ideo non egerit, quia Capellani antecessores nunquam censum hunc impugnauerunt, sed Augustino viuenti soluerunt, post quem inchoata est lis vsque ab anno 1604. quæ impedit quamcumque præscriptionem, † quæ nec decennalis currit contra creditorem habentem constitutum in annuis præstationibus, ex deductis per Ridolph. *in prax. par. 2. cap. 6 num. 116.* Rota *coram Vbald. decis. 350. & coram Reu. Ninot. decis. 62. num. fin.*

13

14

Denique quoad excessum associationis ex eo deductum, 15 † quod Domus, super quibus census fuerat impositus ob celebrem inundationem Tyberis sub Clemente VIII. collapsæ fuerint, visum pariter est Dominis non subsistere, quia procedendo cum conclusione in præcedenti decisione 16 firmata, † quod ad substinendum censum satis fuerint parietes superexstantes, & reliquiæ Domus mox locatæ, atque ideo aptæ ad reddendum fructus, plusquam sufficien-17 tes pro solutione census, Capellani Domus possessores, † qui semper fructus perceperunt tenentur de eis rationem reddere, & sufficit D. Paulæ quolibet anno ratam scut. 16. percipere, & quod fructus ædificij remanentis excederet hanc summam, & quoad ratam respicientem ædificatio-18 nes nouiter postea constructas, † ipsa nihil prætendit optimè sciens, illas non esse suppositas suæ hipothecæ, quamuis super Area, & solo constructæ fuerint ex deductis per Nauar *comment. cap. 1. quæst. 14. numer 118. & ex eo Molin. de contract. disp. 394 numer. 3. Conc. de censib. quæst. 101. numer. 17.* Gratian. *discept. 634. ex numer. 6.* Rota *post Cenc. decis. 349. per tot.*

Quo verò ad dispositionem *l. bene à Zenone C. de qua-19 drien. præscript.* satisfecit præterita decisio, † in qua dictum fuit, Domos istas, quamuis donatas à Gregorio XIII. pro dote Capellaniarum in Lateranen. Basilica, non transire exemptas ab omni onere, & hypotheca exercibili solum contra fiscum, Cameram Principis intra quadriennium, quia Pontifex absolutè non donauit, sed expressa causa deuolutionis ob mortem Raynaldi Potignon census creditoris ibi - nos duas domos ad cameram legitimè deuolutas de Apostolicæ potestatis plenitudine perpetuo separa-20 mus, † quo casu res donatæ transeunt cum suo onere enunciatæ deuolutionis atque beneficium Principis de iure ipsi competenti citra alterius damnum intelligitur, *ad text. in l alienato 67. ff. de contrahen. emption. & in l. Principis 21. ff. de verb. signif.* & præter late adductos in præterita decisione Hermosill. ad Lopez *super leg. Hispan. tom. 3. pag. 142 num. 17.* adeout *ex mente* Pontificis, qui noluit donare, nisi cum 21 sua causa, etiam illas Domos particulares, † inapplicabilis sit distinctio, quam inter donationem rei particularis prout est ista, & inter donationem iuris vniuersalis, prout sunt fructus alicuius Diœcesis, spolia Episcoporum, & aliæ 22 similes per modum quotæ, † quæ tales non dicuntur, nisi deducto ære alieno, fecerunt Alciat. & Rebuf. *in d. l. Princeps de verb. signific.*

Et ita vtraque parte informante resolutum fuit.

Supra in alia præcedenti parte 18. tom. 2. adest altera præsentis causæ decisio 523. in ordine.

R. P. D. EMERIX.

Romana Successionis.

Lunæ 2. Martij 1676.

ARGVMENTVM.

Occasione filiæ æqualiter cum alijs sororibus succedere volentis in hæreditate patris, deciditur primo lucrum dotis non deberi ad formam Statuti Vrbis, quoties adsunt filij vtriusque matrimonij; item qualiter creditori concedatur retentio in bonis sui debitoris, & demum, quod eidem filiæ suam dotem conferre debenti non sufficiat, cedere iura dotalia contra hæreditatem mariti defuncti.

SVMMARIVM

1 *Lucrum dotis ex Statuto Vrbis non debetur si adsunt filij tàm ex primo, quàm ex secundo matrimonio.*
2 *Pactum de lucranda dote iuxta formam statum non egreditur illius terminos, & ideo secundum eius dispositionem debetur.*
3 *Fructus bonorum stabilium taxantur ad rationem scutorum quinque pro centenario.*
4 *Taxa legalis fructuum stabilium de quinque pro centenario admittit probationem in contrarium.*
5 *Creditori anteriori pro rato sui crediti competit retentio in bonis debitoris ab ipso possessis.*
6 *Retentio non datur pro credi o extincto.*
7 *Filia dotata non potest succedere in hæreditate patris, nisi simul conferat dotem receptam.*
8 *Filiæ succedere volenti in hæreditate sui patris, non sufficit pro collatione dotis cedere iura contra bona sui mariti defuncti.*

DECISIO CCCLXXXIV.

SVb die 18. Februarij anni præteriti Rota recedendo à decisis sub die 6. Aprilis 1674. censuit Elisabethæ competere retentionem bonorum hæreditariorum Michaelis viri pro diuersis eius creditis, & Franciscam obligatam esse conferre integram ipsius dotem scut. mille antequam ad successionem eiusdem Michaelis patris pro quarta sui parte admittatur; Hodie verò reproposita causa, respondit iuxta modum infra exprimendum.

Et quidem denuo censuit deberi Elisabethæ infrascripta credita, nempe creditum census scutorum 400. in sorte translatiuè acquisiti, vna cum fructibus decursis in summa aliorum scutorum 110. Item aliud creditum similis summæ scutorum 400. vna cum fructibus recompensatiuis ad rationem quinque pro centenario, & anno debitum pro Michaelem ad formam eius obligationis contractæ in publico Instrumento celebrato sub die 6. Iunij 1647. in dicta quantitate scutorum 400. prout apparet ex copia per extensum in manibus meis relicta, non autem in scutis 606. vt aliàs fuit suppositum. Et vltimo creditum ipsius dotis in scutis 700. prout cantat Instrumentum dotale datum in Summario sub die vltimæ decisionis *numer. 6.* non tamen deberi lucrum, seu quartum dotale vigore Statuti Vrbis *cap. 91. lib. 1.* quia superfunt filij tàm *ex* primo, † quàm secundo matrimonio, quo casu illud non debetur ex Statuto Rota *decis. 255. per tot. par. 4. diuers. & in recent. decis. 305. num. 16. par. 10. & decis. 467. num. 1. par. 14. & in Romana in. Totti 20. Februarij 1668. coram R. P. D. meo Calatain.* † non releuante pacto de illo lucrando, quia legitur factum iuxta formam eiusdem Statuti. 1 2

Subsistentia autem, & realitas dicti crediti dotalis non rectè iterum hodie impugnabatur per duplicem exceptionem, scilicet simulationis, & repetitionis, seu satisfactionis in domunculis; Quia respectu primæ satisfacit decisio *§. neque releuare*, secunda verò tollitur ex facto, quia domunculæ fuerunt retrocessæ per Michaelem Lucæ eius Socero, qui instituta hærede Elisabetha filia, illas legauit Adrianæ nepti, ideoque ex illarum assignatione facta D. Adrianæ legatariæ per Elisabetham vti hæredem patris, nulla potest argui repetitio, seu satisfactio, & electio dotis in dd. domunculis, quæ amplius non erant in patrimonio Michaelis viri.

E conuerso autem Elisabetham teneri reddere rationem de omnibus fructibus ex domo hæreditaria Michaelis perceptis, illosque restituere, † seu bonificare Franciscæ pro eius quarta parte, & quidem ad rationem quinque pro quolibet centenario, & anno iuxta taxam legalem, vt notat *gloss. in auth. perpetua verb. instita C. de Sacros. Eccles.* & sæpè dixit Rota *et coram Peutinger. decis. 33 num. 2 decis. 50. num. 1. decis. 76. num. 6. decis. 216 num 1. & decis. 444. numer. 2.* saluo tamen iure vtrique parti legitimè probandi maiorem, † vel minorem quantitatem verè perceptam, ita vt si pretium domus (deductis melioramentis) vna cum fructibus pro rata spectante ad Franciscam non excedat supradicta credita Elisabethæ cum suis fructibus, † si standum in decisis, quia ipsi vti creditrici anteriori pro rata sui crediti pretium, & fructus domus attingentis debetur retentio *iuxt. text.* 3 4 5

text in l. creditor 12. & in l. cum qui ff. qui pot. in pign. hab. si
6 verò excedat, † sit receden. quia cum tunc credita Elisabethę essent extincta eidem non competeret retentio Rota *coram Durano dec. 113. nu. 7. & coram Emin. Otthob. dec. 201. nu. 18.*

Quo verò ad collationem iterum placuit Franciscam teneri conferre scuta mille in dotem a Michaele patre recepta,
7 † antequam ad eiusdem successionem pro quarta parte admittatur, vna cum Elisabetha cessionaria aliarum trium so-
8 rorum ipsius Franciscæ, † & cohæredum; nec sufficere, quod conferat actionem contra bona viri per rationes, & authoritates deductas in vltima decisione §. *Respecta enim dotis cum duob. seqq.* hodie quoque approbatas.

Et ita vtraque parte informante resolutum fuit.

R. P. D. RONDININO.

Salisburgen. Canonicatus.

Lunæ 16. Martij 1676.

A R G V M E N T V M.

Per mortem promoti ad Episcopatum vacauerat beneficium; quod ille retinuerat ex indulto sibi à Papa præuentiuè concesso; Cum autem de eodem beneficio fuissent insimul prouisi alter ab eodem Papa, & alter ab Ordinario collatore, habente pariter indultum conferendi reseruata; pro executione literarum Apostolicarum est decisum, quia de reseruatione Papæ dubitatum non est; Facultas verò Episcopi Indultarij reuocabatur in dubium, cum videretur restricta ad solas reseruationes mensium, quæ proinde ad alias reseruationes extendi non poterat: de natura antiqua vtriusque reseruationis, & de hac materia indultorum plurima in hac decisione deducuntur.

S V M M A R I V M.

1 *Causa super executione literarum Apostolicarum potest in Rota committi vigore* Clementinæ Auditor de rescriptis.

2 *Litteræ Apostolicæ motu proprio concessæ, sine alia iustificatione, satis remanent iustificatæ.*

3 *Constitutio* Benedicti XII. in Extrauag. Ad regimen de præben. *super reseruatione beneficiorum promoti ad Episcopatum ab omnibus Pontificibus innouatur.*

4 Regula 1. Cancellariæ *reseruat quæcumque beneficia eorum, qui promouentur ad Episcopatum, antiqua iuris communis dispositione sublata.*

5 *Beneficia eorum, qui promoti erant ad Episcopatum, de iure conferebantur ab Episcopis in quorum Diœcesibus illa sita erant.*

6 *Constitut. Benedicti XII. reseruatoria beneficiorum illorum, qui promouentur ad Episcopatum fuit approbata in concordatis Germaniæ.*

7 *Germania etiam hodie seruat Constitutionem Benedicti XII. super reseruatione beneficiorum promoti ad Episcopatum.*

8 *Beneficia promoti ad Episcopatum remaneat Pontifici reseruata, & sup à num. 3. & seqq.*

9 *Reseruatio beneficiorum promoti ad Episcopatum, non cessat per retentionem à Pontifice eidem Episcopo præuentiuè concessam.*

10 *Beneficia promoti ad Episcopatum attenta retentione Episcopo concessa, qualiter vacare dicantur.*

11 *Constitutio Benedicti XII.* in Extrauag. ad regimen de præben. *reseruans beneficiorum promoti ad Episcopatum, in quacumque vacatione procedit.*

Amplia non solum si ex ipsa promotione, vel alio quouis modo imposteram vaceat. num. 12.

13 *Indultum à Papa Episcopo concessum conferendi beneficia specialiter, vel generaliter reseruata, dicitur restrictum ad vacationem ratione mensium tantummodo succedentem, & num. 32.*

14 *Concessio generalis restringitur à verbis antecedentibus, & sequentibus specialitatem denotantibus.*

15 *Concessio ad certum casum restricta, quamuis generalis existat, ad alios casus extendi non potest.*

16 *Indulta Episcopis concessa conferendi beneficia reseruata, de quibus reseruationibus loquatur, magna fuit controuersia Doctorum.*

17 *Reseruatio mensium, & reseruatio certæ nationis an dicantur generales, vel speciales ad hoc vt cadant sub indulto conferendi beneficia reseruata, vel ne.*

18 *Indultum conferendi beneficia reseruata ratione mensium, non recipit ampliationem ex clausulis generalibus in eo appositis.*

19 *Clausulæ quantumuis generales, & vniuersales famulantur naturam indulti, cui sunt adiectæ.*

20 *Indulta conferendi reseruata Episcopis Germaniæ concessa, ita intelligenda sunt, vt illius verba conueniant cum concordatis eiusdem Germaniæ.*

21 *Concordatis Germaniæ ex nouis reseruationibus Pontificum derogatum censetur.*

22 *Clausulæ generales indulti non ita accipiendæ sunt, vt sub inuolucro verborum concedenti præiudicent, & num. seqq.*

23 *Correctio expressorum in parte dispositiua non resultat ex clausulis generalibus subsequenter appositis.*

24 *Dispositiua non ampliatur ex verbis, & clausulis, quæ in inferiori parte exprimuntur.*

25 *vacatio potius de facto, quam de iure, quatenus dicatur considerata à Papa concedente indultum conferendi beneficia reseruata.*

26 *Beneficia commendata, cessante commenda, & beneficia vnita, vnione dissoluta, vacant vt prius, priorque illorum vacatio reuiuiscit, & num. 29. cum seq.*

27 *Indultum conferendi beneficia, quæ inferiores collatores ordinarij per reseruationes Apostolicas conferre impediuntur, quid operetur.*

28 *Reseruatio mensium non intrat in mensibus ordinariorum.*

30 *Beneficia commendata, & vnita si vacant, vnione, vel commenda cessante, non amplius comprehenduntur sub indulto, sed reseruantur Pontifici, & quomodo.*

31 *Beneficia remanent reseruata per appositionem manus Papæ.*

32 *Indultum conferendi beneficia reseruata ita interpretari debet, vt compatiatur cum reseruatione concessa, & non extendatur ad alias.*

33 *Implicantia, & subita correctio fieri non debet in vno eodemque indulto, seu concessione.*

34 *Interpretatio omnis facienda est ad euitandam correctionem, & implicantiam.*

35 *Pontificis indultum concedentis intentio qualis fuerit, à subsequutis vacationibus resultat.*

36 *Obseruantia optimè declarat quomodo indultum intelligendum sit, & num. 38.*

37 *Indultum qualiter interpretari, & declarari debeat, statur declarationi per Papam in literis factæ.*

39 *Prouisus ab ordinario, cuius titulus reuocatur in dubium, non est legitimus contradictor ad impediendam executionem literarum Apostolicarum, & num. 41.*

40 *Prouisio, quæ ex defectu potestatis in collatore vel est nulla, vel de nullitate redarguitur non præbet legitimum titulum, vel æqualem.*

41 *Contradictor legitimus non dicitur, qui non habet æqualem vel legitimum titulum, & num. 39.*

42 *Prouisus ab indultario, non concurrit cum prouiso Apostolico, si beneficium, vel non comprehenditur, vel dubitatur comprehendi sub illius indulto.*

D E C I S I O CCCLXXXV.

Celebrem inter maiores nostros agitatam olim quæstionem super beneficijs vacantibus per promotionem ad Episcopatum, illorumque reseruatione hodie DD. aggressi sunt, occasione Canonicatus Salisburgensis, vacantis ob mortem Vvenceslai de Thuo Episcopi Pactauien. qui ex indulto Apostolico in eadem Ecclesia Salisburgen. illum retinuerat, cum ad prædictum Episcopatum Pactauien. promotus fuit, quem Canonicatum S.D.N. contulit Eminent. Cardinali de Hassia.

Commissa enim causa, instante eodem Eminentissimo Cardinali Prouiso Apostolico, super executione literarum suæ prouisionis † in hoc Tribunali ex dispositione *Cle-* 1

ment. de Auditor. rescript. aduersus Comitem Maximilianum de Lodron, cui Archiepiscopus Salisburgen. vigore indulti à gloriosæ in æuum memoriæ Clemente IX. sibi concessi, illum contulerat, dubium dedi super executione dd. literarum Apostolicarum, quas executioni demandandas esse DD. responderunt.

Sufficiens narratorum iustificatio pro decernenda execu-
2 tione videbatur DD. re ipsa insurgere, † cum literæ concessæ fuerint motu proprio, *ad text. in cap. de motu proprio, vbi gloss. & Scribentes de præben in 6. & in Clement. si Romanus*, vbi Vitalin. *num. 44. illo eod tit.* Lother. *de re benef. lib 1. qu. 37 num. 38. & qu. 40. num. 348.* Rota *recent. par. 5. decis. 212. num. 1. & par. 6. decis. 109. num. 21. & par. 9. decis. 259. num. 2.* Caual. *decis. 214. num. 1. &* Dunozz. Iun. *decis. 369. num. 3. & decis. 759. num. 1. & seqq.*

Reseruatio autem insurgit ex Constitutione *Benedicti*
3 *XII. in extrauag. ad regimen de præben.* † à quibuscumque Romanis Pontificibus innouata in Regula prima Cancel-
4 lariæ, † in qua expressè reseruantur Monasteria, Prioratus, Canonicatus, & cætera Beneficia illorum, qui promouentur ad Episcopatum, sublata dispositione iuris communis *in cap. cum in cunctis 7. §. cum verò de elect.* quo inspecto
5 licebat cuicumque Episcopo, † in cuius Diœcesi erant Beneficia promoti ad Episcopatum, illa liberè conferre, vt præ alijs inferiùs adducendis Simonett. *de reseruat. benefic. quæst. 27. num. 1.* Mandus. *ad regul. 1. Cancellar. quæst. 13. ex numer. 5.* Nauarr. *in cap accepta num. 14. de restit spoliat.* Germon. *de indult. §. si verò ille ex num. 19.* Garzias *de benef. par. 11. cap. 6. ex num. 30.* Gonzal. *ad reg. 8. Cancell. gloss. 51. nu. 35.* Barbos. *de potest. Episcopi par. 3. alleg. 57. num. 66. & 67. & voto 28. num. 6. lib. 2.* Tondut. *quæst. Benef. par. 2. cap. 3. §. 3. ex nu. 19.* Cochier. *ad regul. 1.* Cancell. *num. 23. vers septimus casus*, Castro palao *oper. moral. to. 2. tract. 13 de benef. disput. 2. punct. 17. sub nu. 3. vers. 5.* Rota *coram Penia decis. 1177. ex numer. 12. & coram Coccin. 1488. & coram Manzanedo decis. 809. num. 2. 3. & 4. & coram Cardin. Celso decis. 179. nu. 3. & coram Eminentiss. Otthobon. decis. 197. ex num. 20. & in Moguntina Canonicatus in recent. par. 14. decis. 246 per tot. confirmata 17. Martij & 23. Iunij 1666 coram Emin. Cerro.*

6 Quæ Constitutio Benedicti XII. † inserta fuit, & approbata in concordatis Germaniæ inter Nicolaum V. Pontificem, & Fœdericum Cæsarem, Principesque Nationis Germaniæ, vt *in Constitut. 1. eiusdem Nicolai V. §. 2. Bullar. nouo to. 1. & apud Branden. in adnotat. ad concordata Germaniæ*
7 *in princip num. 15.* apud quos proinde seruatur, † vt aduertunt idem Branden. *ad eadem concordata Germaniæ notab. 3.* Nicolart. *ad eadem concordata dubit. 1. §. 23.* Cochier. *in regul.* Cancell. *regul. 24. nu. 22.* Rota *in celebri Paderbonen. Præpositurae coram Bubal. relat per Branden. d. notabil. 3. num. 11. & in Heldesinen. præcedentiæ 28. Iunij 1658. § non obstat, coram Emin. Cerro*, & in præcisis terminis vacationis Canonicatus
8 † ob promotionem ad Episcopatum *in d. Moguntina Canonicatus in recent. par. 14. d. decis. 246. per tot. confirmata 17. Martij, & 23. Iunij 1666. coram eodem Eminent. Cerro.*

9 Hæc autem reseruatio † non cessauit ob retentionem beneficiorum à Romano Pontifice præuentiuè concessam eidem Vvinceslao in promotione ad Ecclesiam Pactauien. & posteà cum promotus fuit ad Ecclesiam Gurgensem, vt à temporibus Cælestini vsu receptum cuos Terdonensi Episcopo scripsit *Innocentius Tertius*, de quo modernus Gonzales *in cap. cum in cunctis 7. §. cum verò num. 8. de elect.* & super literis Bonifacij consuluit *Angel. cons. 274.*

10 Canonicatus enim, cuius retentio concessa fuerit, † reseruatus remansit dispositioni Sedis Apostolicæ, quamuis præuentiua retentio ante promotionem concessa fuerit, quia quidquid sit, an in hoc casu dicatur Pontifex præuenisse vacationem, quæ numquam successit, itaut beneficium dicatur vacare per obitum, vel potiùs vacet prout prius, quam quæstionem in præsenti assumere opus non fuit; adhuc tamen semper reseruatur Sedi Apostolicæ, cum amplissima verba *Constitutionis Benedicti* comprehendant etiam
11 hunc casum, † siue ex eadem vacatione, siue ex alia, & quomodocumque posteà vacauerit, vt sunt clara eiusdem verba *in d. Extrauag. ad Regimen de præben. ibi* — Beneficia,
12 quæ promouendi tempore promotionis obtinebunt † quouis modo imposterum vacatura, vt in præcisis terminis distinguendo comprobant communiter Simonett. *de reseruat. d. quæst. 27. num. 5.* Mandos. *ad regul. 1.* Cancell. *d. quæst. 15. sub num. 7. & 8.* Garzias *de benefic. par. 11. d. cap 6. nu. 30.* Anton. Augustin. *in epitome iuris canonici in regul. 1.* Cancellar. §. 6. Barbos. *de potest. Episcopi d. alleg. 57. sub num. 76 & d. voto 28.*

sub num. 13. vers. quod tunc demum, Cochier *in regul.* Cancell. *regul. 24. sub num. 28. versic. sed quid, & est votum Romboldi in Ticueren. Præpositura coram Coccin.* relat. in Summ. Emin. de Hassin *post num. 3.* & fuit antiqua Rotæ sententia, in qua posteà hucusque permansit, & quam seruant Cancellaria, & Camera, vt benè *coram Cassador. decis. 2. & 3. de Constit. & in recent. par. 4. to. 1. d. decis. 202. ex num. 5. & eadem par. 4. to. 3 decis. 553. num. 3.* Peola *d. decis. 1177 sub numer. 12. & 13.* Manzaned. *d. decis. 809. num. 4.* Dunozz. Iun. *d. decis. 219 nu. 3.* cum similibus benè deductis *in Salisburgen. Decanatus 1. Aprilis 1672. §. & licet videretur coram R. P. D. meo Emerix*, & articulo penè discusso *in d. Moguntina Canonicatus in rec. par. 14. d. decis. 246. confirmata 17. Martij 1666. §. Clericatus coram Emin. Cerro.*

Cæterum hanc reseruationem non comprehendit indultum à Clemente IX. concessum Archiepiscopo Salisburgen. conferendi omnia beneficia specialiter, vel alias generaliter
reseruata extra Romanam Curiam, † cum restrictum sem- 13
per sit ad vacationem ratione mensium tantùm, ibi: Beneficia huiusmodi ratione mensium tantùm specialiter, vel alias generaliter reseruata extra Romanam Curiam vacan-
tia, & in fine, ibi — in dictis mensibus, † ex quibus verbis 14
modificatur, & restringitur quæcumque generalitas, & am-
plitudo cessionis, quæ velut restricta ad certum casum, † ad 15
aliud extendi non potest, vt in proposito Mandos. *in regul. 8.* Cancellar. *quæst. 6 nu. 6.* Germon. *de indult. §. volumus autem num. 55. & seqq.* Rota *recent. par. 2. decis. 369. num. 6 & par. 4. to. 3. decis. 520. sub num. 9 & seqq & coram Dunozz. iun. decis. 848. numer 13.* & in his præcisis terminis dictum fuit *in d. Moguntina Canonicatus 23. Iunij 1666. §. Præterea, & § tum etiam coram Emin. Cerro.*

Neque hoc casu remanent otiosa verba indulti — vel alia generaliter reseruata — quia denotant Papam voluisse concedere non solùm reseruata specialiter, sed etiam reseruata
generaliter ratione mensium, † quia in prima origine isto- 16
rum indultorum, quæ hodie adhuc conceduntur sub eadem antiqua formula, frequens erat inter Iurisperitos, & Canonistas controuersia, an per indulta censerentur tantùm sublatæ reseruationes speciales, an verò etiam generales, &
quæ ex istis esset reseruatio ratione mensium, † & an re- 17
seruationes certæ Nationis dicerentur generales, & quomodò, iuxta ea, quæ in proposito, reassumpto articulo, disputant Falcon. *de reseruat. quæst. 2. principali ex nu. 2.* Lotther. *de re benefic. lib. 2. qu. 26. per tot.* Rebuff. *in praxi benefic. tit. de reseruat.* Tondut. *quæst. benef. par. 2. cap. 3. §. 2.* Gonzal. *ad reg. 8.* Cancell. *gloss. 30. per tot.* Rota *decis. 3. de offic. legat. in nouis, & coram Cassad. decis. 3. de reseruat. & coram Coccin. decis. 1889. & num. 15.*

Multò autem minus ampliant indultum ad alias reserua-
tiones distinctas † à reseruatione mensium clausulæ infe- 18
riùs appositæ in indulto, ibi — perinde ac si collationes, prouisiones, commendæ, prætensæ gratiæ expectatiuæ speciales, vel generales, aut etiam mensales reseruationes, vniones mandata, & quæuis aliæ dispositiones tam per nos, &
dictæ Sedis Legatos concessæ, & pro tempore concedendæ
non emanassent, † quia clausulæ illæ famulantur indulto 19
ad significandum, quod Pontifex imposterum non impediet per suas prouisiones, commendas, gratias expectatiuas, reseruationes mensales, vniones, mandata, aut quasuis alias
dispositiones, quominus Indultarius suo indulto liberè, &
licitè fruatur, iuxtà eadem concordata Germaniæ, † cum 20
quibus indulti verba conueniunt, vt *in Constitutione Nicolai Secundi d. Constitut. 3. §. 4. Bullar. nouo tom. 1. & apud Branden. ad eadem Concordata in princip num. 23. & 24.* & in pro-
posito Concordatorum Germaniæ, † quibus ex nouis re- 21
seruationibus derogatum seruetur ad terminos Text. *in cap. ex multiplici de decim. & in Clement. 2. vbi gloss. verb. pacta de sepult.* Lother. *de re benef. lib. 2. quæst. 28 nu. 65. & 66.* R. P. D. *Fagnan. in cap. nullus sub nu. 11. de elect.* & præ cæteris in proposito Ripeus *in respons. iur. canonic. respons. 1. num. 10. de rescript.* Rota *coram Crescent decis. 2. de priuil. & coram Puteo decis. 45. lib. 1. in correct. & in d.* Pedermonen. *Præpositurae coram Bubalo apud Branden. ad Concordata German. d. notab. 3. num. 7. & 8.*

Non autem clausulæ istæ accipiendæ sunt in eodem sen-
su, † in quo Papa voluerit sub inuolucro verborum conce- 22
dere collationem beneficiorum quocumque alio modo reseruatorum in sui præiudicium, † & pro correctione supra 23
expressorum in parte dispositiua, † quæ ex clausulis inferiùs 24
insertis non ampliatur, Germon. *de indultis §. etiam ex eo num. 27. & seqq.* Rota *recent. par. 1. decis. 666. num. 8. & par. 2.*

d decis.

d.decis.569.sub numer.8. & coram Bichio decis.244.numer.35. & 36.

Hinc nihil vrget concessa collatio vacantium extra Ro-
manam Curiam, illarum commendis cessantibus, vel vnio-
nibus dissolutis, etiamsi commendæ, & vniones apud Se-
25 dem Apostolicam factæ fuerint, † quia Papa in illis non
respexit ad vocationem iuris, vt prius respectu tituli, sed
considerauit solùm vacationem de facto extra Romanam
Curiam, seù obitum in mense, per quem, cessantibus com-
mendis, vel vnionibus dissolutis, facultatem indulsit con-
ferendi, perinde ac si per obitum extra Curiam verè in men-
sibus de iure, ac de facto vacarent, quæ fuit singularis ex-
ceptio, cum regulariter beneficia commendata, cessante
26 commenda, & beneficia vnita, vnione dissoluta, † vacent,
prout prius, priorque vacatio reuiuiscat, iuxta communem
opinionem Canonistarum, quam seruant Cancellaria, &
Camera, de quibus est celebre *consil. Romani* 350. Garzias *de
benef.par.4 cap.4.num 64.& seqq.& num.73.R.P.D. Fagnan.
in cap.ad nostram num.25 de elect.& in cap.ecclesiam num.17.
de Capell Monachor.* Lotter. *de re benefic.lib.3.quæst.8.numer.*
91.& 92.& *num.123.& seqq.* Gonzalez *ad regul.* 8. Cancell.
glos.5.§.7 num.592.& seqq.& §.8.num.48.& 49.& glos.52.nu.
12. Rota *coram Cassad.decis.5.de priuil.& coram Verall.dec.
544.par.1.& coram Seraph.decis.974.numer.2.in fin & coram
Penia decis.1321.nu.6.& 7.cum plurib.seqq.& in recent.par.*
6 *decis.245.num.8.* & in alijs, de quibus in proposito pro ex-
plicando hoc eodem indulto *in Salisburgen. Decanatus 1.
Aprilis 1672. §. & licet, & §.final. coram R.P.D. meo Eme-
rix.*

Neque contrarium suadet animaduersio, quod Pontifex
27 concesserit Archiepiscopo facultatem conferendi, † quo-
tiescumque inferiores collatores Ordinarij per reseruationes
Apostolicas conferre impediantur, etiam in ipsorum Ordi-
nariorum mensibus, ideòque Pontifex pernecessè intelleæ-
28 rit de alijs reseruationibus, † cum reseruatio mensium non
intret in mensibus Ordinariorum iuxta tradita per Gonza-
lez *ad regul* 8.Cancell. *glos.12.in princ.& nu.71.* Rota *coram
Puteo decis.54.lib.2. in correctis concordantibus.*

Quia pro adæquata responsione considerabant DD. Pon-
tificem voluisse concedere Archiepiscopo facultatem confe-
rendi quæcumque beneficia, quæ ad ipsius, vel ad aliorum
inferiorum collatorum electionem, vel collationem spe-
ctarent, aut in mensibus reseruatis, aut etiam in mensibus
Ordinariorum, quoties Ordinarij illa conferre, vel ad illa
eligere per reseruationes Apostolicas impedirentur, illo-
rum commendis cessantibus, si commendata, & vnionibus
dissolutis, si vnita, ac commendæ, & vniones de tunc
29 apud Sedem vacantibus factæ fuerint, † ideòque cum in
inferiorum collatorum mensibus Ordinarijs vacare possent
de facto, & impropriè beneficia commendata, vel vnita,
cessantibus commendis, & vnionibus dissolutis, opus pro-
inde fuit exprimere reseruationes istas, quæ in mensibus
30 Ordinariorum contingere poterant, † cum istorum colla-
tio reseruata remaneret Sedi Apostolicæ, non reseruatione
mensium, sed vel reseruatione, quæ prius aderat, tempo-
re, quo fuerunt commendata, vel vnita, quæ reseruatio,
vt superiùs firmatum fuit, conseruatur, & eueniente vaca-
tione de facto per mortem Commendatarij, vel per disso-
31 lutionem vnionis reuiuiscit, vt prius, † vel ob appositio-
nem manus Pontificis in ipsa concessione Commendarum,
vel vnione, iuxta celebre *consilium Romani* 350. *num.* 11. in
his terminis promiscuè receptum per Rebuff. *in praxi bene-
fic.tit.de reseruat.num* 31 Gertron.*de indult.Cardinal.§. quæ
extra num.*20 Gonzalez *ad regul.*8.Cancell. *glos.5.§.7.numer.*
145.& *gloss.52.num.*12.Garzias *de benef.par.4.d.cap.4.numer.*
68 & 74.Lotter.*de re benef.lib.3.quæst.8.numer.*128.cum alijs
per Valen.*de benef.lib.1.art.7.sub numer.11.* Rota *coram Cas-
sad decis 2 de vnion.& decis.32.num.5.super reg.* Cancell. &
coram Mohed.dec.9.num.5.de præben. prout vtrumque casum
parificando in hoc eodem indulto ad fauorem alterius pro-
uisi ab Archiepiscopo ponderauit Rota *in Salisburgen. De-
canatus 1.Aprilis 1672. §. non releuat, & §. licet enim coram
R.P.D. meo Emerix.*

Hac autem retenta intelligentia benè concordatur totum
32 indultum, † & compatitur cum reseruatione mensium tan-
tùm, cum ampliatione ad commendata, & vnita, quæ ex-
33 tendi non potest ad alias reseruationes, † ne expressa oria-
tur implicantia, & subita correctio in eadem concessione
vniformiter vtrumque casum determinante, ad quam eui-
34 tandam † omnis debet fieri interpretatio ex ratione Text.
in l. nam ad ea, vbi gloss. versic. Præsens ff. de condit. & de-
monstrat. Alciat. *de præsumpt.regul.2.præsumpt.28 num.1.&
per tot.* Gonzalez *ad reg.*8. Cancell. *glos.8.num.76.& glos.15.
num.72.* Rota *in diuers.par.4.decis.763.nu.14.*& in hoc eodem
indulto vtrumque casum æqualiter determinante ad fauo-
rem alterius prouisi ab eodem Archiepiscopo Salisburgen.
dictum fuit *in d.Salisburgen.Decanatus 1. Aprilis 1672. §. li-
cet enim coram R.P.D. meo Emerix.*

Hanc vero fuisse mentem Pontificis indultum conceden-
tis, † arguitur etiam ex pluribus prouisionibus aliorum Ca- 35
nonicatuum eiusdem Ecclesiæ, qui vacauerant per mortem
illorum, qui cum simili retentione ad Episcopatus promoti
fuerant, cum acquiescentia Antecessorum moderni Archie-
piscopi, habentium idem indultum, † quæ quidem obser- 36
uantia optimè declarat, quomodo indultum intelligendum
sit, & statur declarationi † per Papam in literis factæ, ex 37
deductis per *Roman.cons.376 sub num.12.* Vitalin. *in Clement.
ad compescendas num.48.de sequestr.possess.& fruct.* atque in
his terminis Simonett. *de reseruat d.quæst.27.in fin.* Mandos.
ad reg.1. Cancellar. *d. quæst.15. numer.7.in fin.* & comprobat
Rota *coram Cardinal. Celso decis. 7.numer. 5.& 6.& coram
Bich d.decis.244. num.36. vers. prout etiam declarauit obser-
uantia, † & in Vasionen. Prioratus 21. Iunij 1666. §. & licet,* 38
*coram Reuerendiss D.meo Albergato Decano, & in Barchi-
nonen. Canonicatus 6.Iunij 1668. §. omisso, coram R.P.D. meo
Vicec.*

His positis non videbatur prodesse Comiti de Lodron ti-
tulus prouisionis ab Archiepiscopo Salisburgen. Ordinario
Collatore habitus, † quia non ideò efficitur legitimus con- 39
tradictor ad impediendam immissionem, & processum exe-
quutiuum Prouiso Apostolico, redacta quæstione ad iudi-
cium ordinarium, quando ex defectu potestatis in Collato-
re inferiori eius prouisio remanet nulla, † & ideò minus 40
apta ad præstandum titulum æqualem, † prout requiritur 41
ad constituendum aliquem legitimum contradictorem,
iuxta doctrinam *Bartoli*, quem reliqui sequuntur *in l. fin.
sub num.21. C.de edict. Diui Adr. tollen.* in his terminis dedu-
ctam *in recent.par.4.to.3.d.decis.520. ex num.13. & seqq. &
in Salisburgen.Præpositurae 7.Iunij 1621. §.non obstat, coram
Verospio*, atque occasione similis reseruationis † ob promo- 42
tionem ad Episcopatum *in d. Moguntina Canonicatus 17.
Martij 1666 §.neque ad impediendum, & §.seqq. ac 23. Iunij
eiusdem anni §.finali coram Emin.Cerro.*

Et ita vtraque parte pro grauitate articuli acriter infor-
mante resolutum fuit.

REVERENDISS. D. ALBERGATO

Sacræ Rotæ Decano.

Romana Hæreditatis.

Lunæ 1. Iunij 1676.

A R G V M E N T V M.

Defuncto hærede à testatore instituto, licet pro persona ab eo nominanda, quæ posteà nominata non sit, ac etiam vxore vsufructuaria relicta, hæres ab intestato succedere prætendebat, siue quia testamentum corrueret, per institutionem alterius arbitrio collatam, siue etiam quia vxor erat plus petere prohibita; sed contra illum est decisum 2 quia nominatio hæredis purè facta est, non autem ab alieno arbitrio pendebat, & ita nominatione non facta, vel penès suos hæredes remanere debet hæreditas, vel illa fuerat acquisita vxori vsufructuariæ, cui non dato hærede proprietario, prohibito plus non petendi reijcitur.

S V M M A R I V M.

1 *Statutum Vrbis de duabus conformibus non comprehendit forenses vltra 40. milliaria, quia restringitur ad Ciues, Incolas, & Districtuales.*
2 *Testamentum facit cessare causam intestatæ successionis.*
3 *Hæres institutus, licet pro persona ab eo nominanda, adhuc*

dicitur verus hæres, & ex quibus verbis sic institutus dicatur.

4 *Hæredis nominatio collata in arbitrium tertij non valet, & num. seqq.*

5 *Testamentum, & hæredis institutio ex alieno arbitrio pendere non debent, & num. seqq.*

7 *Hæredis institutio aliud est quod conferatur in arbitrium tertij, aliud verò, quod aliquis instituatur hæres, licet pro persona ab eo nominanda, & num. seqq.*

9 *Testamentum sine institutione hæredis non potest subsistere.*

10 *Hæredis institutio est certa, si fundatur in persona certa, quamuis illa postea debeat nominare alium.*

11 *Testamentum, & institutio hæredis non dicuntur pendere ex alieno arbitrio, si sola declaratio hæredis, non substantia institutionis sit commissa, & num. seqq.*

13 *Verbum* nomino *propriè stare dicitur ad certificandam personam hæredis.*

14 *Hæredem verè esse personam expressè institutam, quamquis aliam nominare debeat, ex quibus resultet, & num. seqq.*

15 *Clausula* constituti *transfert possessionem in constitutarium ad quemcumque effectum.*

16 *Hæres institutus, licet pro persona ab eo nominanda, potest differre nominationem vsque ad obitum, & interim ipse remanet verus hæres.*

17 *Testator non debet, nec potest decedere pro parte temporis testatus, & pro parte temporis intestatus, & num. 23.*

18 *Hæres pro persona ab eo nominanda, si nominatione non facta, decedit tunc hæreditas transit in eius hæredem, & num. 27.*

19 *Emens pro persona nominanda, si moriatur ante factam nominationem, bona empta sibi, & suis hæredibus acquiruntur.*

20 *Testator instituens certum hæredem, licet pro persona ab eo nominanda, si tamen illi substitutum non dedit, aut aliter se declarauit.*

Adhuc nominatione non facta dicitur voluisse, illum remanere & verum esse hæredem, ibid.

21 *Argumentum à contractibus ad vltimas voluntates est in iure validum.*

22 *Hæres institutus in vsufructu, nullo sibi dato alio cohærede, remanet etiam hæres in proprietate.*

24 *Hęres vsufructuarius cum prohibitione de non consequendo aliud præter vsumfructum, an non dato alio cohærede, possit remanere hæres in totum, & num. seqq.*

25 *Hæres vsufructuarius, quatenus non existente hærede proprietario, teneatur per fideicommissum restituere hæreditatem venientibus ab intestato.*

28 *Vxor instituta in vsufructu cum prohibitione de nihil amplius petendo, si non adsit hæres proprietarius, quid ex hæreditate consequatur.*

29 *Prohibitio facta hæredi vsufructuario vel huiusmodi de nihil amplius petendo, quorum fauore facta dicatur.*

30 *Hæres institutus in re certa, licet prohibitus plus petere, quatenus tamen consequatur totum.*

31 *Hæredes ab intestato semper censentur exclusi per institutionem hæredis in proprietate, quamuis ille vsufructuario prædecedat, vel aliter desinat esse hæres, & nu. 34. & seq.*

32 *Testator validum conficiendo testamentum, semper declarat nolle decedere ab intestato*

33 *Hæres vniuersaliter institutus, & à testatore iussus aliquid solum petere, quid ab hæreditate consequatur.*

34 *Hæredi ab intestato quando censeatur à testatore præseruata hæreditas, & quando non, vide etiam sup. à nu. 31.*

36 *Inimicitia inter testatorem, & venientes ab intestato resultat, si illi tempore suæ infirmitatis, & mortis numquam eum visitarunt.*

37 *Clausula* codicillaris *non supplet defectum voluntatis testatoris.*

DECISIO CCCLXXXVI.

A Sententia Rotali R.P.D. mei Rondini confirmatoria alterius ab A.C. latæ super immissione ad fauorem Eusebij prætendentis succedere ab intestato Raymundo fratri, appellarunt Orlandus hæres Hipolythæ hæredis in vsufructo ab illo relictæ, & Catharina hæres Iacobi Martinelli in proprietate ab eodem Raymundo instituto, & commissa mihi Causa à Signatura Iustitiæ, cum clausula constito quod sit locus statuto, seu potiùs confirmationi, aut infirmationi sententiæ Rotalis, & fuit conclusum non esse locum statuto, & sententiam esse infirmandam: Tum quia Ioannes tamquam forensis de Oppido Chiozzani distantis
ab Vrbe vltra 40. milliaria † non comprehenditur sub hu- 1
iusmodi Statuto loquente de Ciuibus, Incolis, & Districtualibus, vt in causa commissa cum eadem clausula seruauit, & respondit Rota *in Romana Donationis 3. Decembris 1674. §. Quoad primam partem coram me*. Tum etiam propter iniustitiam sententiarum, quæ ex iuribus nouiter deductis visa est resultare, cum Raymundus decesserit condito testamen-
to vndique valido † quod facit cessare causam intestatæ suc- 2
cessionis, ad quam Eusebius aspirat, *l. quamdiu ff. de acquir. hæred. l. antequam C. commun. de success.*

Nam Raymundus post institutam hæredem Hyppolitam in solo vsufructu suæ hæreditatis, ita disposuit — Herede proprietario nomino, instituisco, e voglio che sia Giacomo Martinelli per la persona da lui nominarsi doppo la morte della detta Hippolita, ò auanti, se gli piacerà, dando facoltà alli detti heredi di pigliar possesso doppo la mia morte di tutta l'eredità di fatto, senza mandato di Giudice, a'quali adesso per doppo la mia morte trasferisco il possesso con la
clausola del constituto. † Ex quibus verbis controuerti non 3
potest, hæredem fuisse ab ipso Testatore nominatum, & non subsistere illius nominationem esse collatam in alterius ar-
bitrium, † vt erat casus de quo *in l. illa institutio ff. de hæred.* 4
instit. vbi nullus certus hæres scriptus legebatur, † sed eius 5
institutio totaliter pendebat ab aliena voluntate, ideò Caius Iurisconsultus auctor illius legis captatoriam, & vitiosam in
eo casu institutionem iudicauit, † cum Testamentum ex 6
alieno arbitrio pendere non debeat, vt *ibi ipse*, inquit, *vers. nam satis*, & notat *glos. in figuratione casus*.

Longè enim dispar est ratio inter institutionem factam de
certo hærede pro persona ab eodem nominanda, † & in- 7
stitutionem factam de illo, quem puta Titius nominaue-
rit; † Nam in hoc secundo casu in tantum non valet dispo- 8
sitio, in quantum deficit institutio hæredis, † sine qua te- 9
stamentum stare non potest, *§. ante hæredis de instit. de legat.* secus in primo casu, quia tunc institutio hæredis est certa,
† cùm fundetur in persona illius, qui alterum debet nomi- 10
nare, & etiamsi posteà nominatio non sequatur, † adhuc 11
testamentum reputatur validum, independenter ab alte-
rius voluntate, † ex quo sola declaratio commissa est, non 12
autem substantia institutionis, vt per Text. *in l. vnum ex familia §. à filia, & l. cum pater ff. de legat. 2.* aliosque *Textus* benè distinguit Rota *in Bononien. fideicommissi de Montecentijs 6. Maij 1665. coram R.P.D. meo Taia impress. post Turr. de pact. futur. success. dec. 153. nu. 8.* Maximè, quia in casu præ-
senti Testator vsus est verbo *nomino*, † quod stare dicitur ad 13
certificandam personam hæredis, iuxta Text. *in l. iubemus vers. nomen C. de testam. Cruss. de success. § Institut. qu. 16. & 17.* vtrobique *num. 1.* Rota *decis. 203. num. 3. & 4. coram Eminent. D. Card. Ottbobon.* & notat Petrus Mangrella ad Bart. *in l. & si præceperit in princ. ff. de liber. & posthum.* vbi quod verbum *nomino* stat ad certificandam dispositionem.

Et Testarotem in proposito voluisse cum effectu esse hæ-
redem Marrinellum, † colligitur ex eo, quod tàm illi, 14
quàm Hyppolithę tribuit facultatem capiendi possessionem bonorum hæreditariorum, addita etiam clausula *constitu-*
ti, † quæ in Constitutarium transfert possessionem ad 15
quemcumque effectum, vt probat Rota *decis. 524. numer. 1. apud Posth. de manut.* Immò cùm Iacobo non præfixerit Testator certum tempus ad nominandum, dum nominationem differre poterat vsque ad vltimum suæ vitæ spiritum,
† sequitur, quod donec ad actum nominationis deuenisset, 16
ipse semper erat verus hæres, ne aliàs medio tempore inter
testamentum, & nominationem dicendum sit, † Testato- 17
rem decessisse intestatum, contra Text. *in §. non autem inst. de hæred. instit. l. ius nostrum*, vbi Dec. & Cagnol. *ff. de reg. iur.*

Hinc cùm Iacobus obierit, nominatione non facta, bona sibi relicta à Raymundo tamquam proprium ipsius Iacobi patrimonium transierunt in Catharinam eius hære-
dem, † non obstante onere nominandi personam, quia 18
quemadmodum emens pro persona nominanda, † si dece- 19
dat antequam nominauerit, bona empta sibi, & suis hæredibus acquiruntur, iuxtà doctrinam Bald. *in l. 1. in princ. ff. de pact.* Alex. *cons. 232. nu. 3. & 4. lib. 6.* Magon. *dec. Florent. 37. nu. 16.* Surd. *dec. 226. nu. 3.* Rota *post Cenc. de censib. dec. 163. nu. 7.* cum alijs per Modern. Antonell. *de tempor. legat. lib. 2. cap. 30. num. 6. & seq.* Ita quoque dicendum est in hoc casu ex identitate rationis, nam sicut in illo non resistit voluntas venditoris,

toris, quin bona acquirantur emptori si nominatio omitta-
20 tur; Ita neque in isto resistit voluntas Testatoris, † dum
in casu non factæ nominationis nullum dedit substitutum,
aut alio modo contrariam voluntatem ostendit, vt in simili
consuluit Paris. *cons. 65. num. 16. & seqq. lib. 2.* Et non est no-
21 uum in iure valere argumentum † à contractibus ad vlti-
mat voluntates, vt probat Enerat. *in loc. legal. à contract. ad*
vlt. volunt. num. 1. & 2.

Quinimò etiamsi Iacobus non potuisset hæreditatem
Raymundi transmittere in Catharinam, adhuc exclusus
remanere debet Eusebius propter existentiam Ioannis hære-
22 dis Hyppolithæ institutæ in vsufructu, † cui tamquam hæ-
redi scriptæ in re certa nullo alio cohærede existente pro-
pter non factam nominationem à Iacobo accreuit proprie-
23 tas consolidata cum vsufructu, † ne dicatur Testatorem
decessisse pro parte testatum, & pro parte intestatum, Bar-
tol. *in l. quoties in princ. num. 2. C. de hæred. instit.* Alex. *consil.*
162. num. 2. lib. 2. Menoch. *cons. 1152. num. 2. & 3.* Bellon. *qui de*
more multos congerit de iure accrescen. cap. 7. quæst. 9. nu. 16.
par. 2. Rota, & Adden. *decis. 244. nu. 7. coram Greg. in Romana*
hæreditatis 3. Decemb. 1668. §. Ex testamento coram Eminent.
D. meo Card. Cerro, & in Tiburtina hæreditatis 30. Maij 1670.
§. Parum obstante, coram R. P. D. meo Emerix.

Nec obstare visa sunt verba — *Non possa hauer altro, che*
24 *il semplice vsufrutto della mia hæredità*; † Ex quibus In-
formantes pro Eusebio conabantur inferre, fuisse prohibi-
25 tum ius accrescendi † itaut Hyppolita, non extante per-
sona nominata, teneatur restituere hæreditatem per fidei-
commissum venientibus ab intestato, per Text. *in l. quoties*
§. si duo, ibique Bart. *ff. de hæred. institut.* Rota *decis. 262. co-*
ram Caputaquen. par. 5 decis. 203 coram Eminentissimo D. meo
Cardinal. Ottbobon. & alij relati *in decisionibus superioris*
instantiæ coram R. P. D. meo Roadinino.

Quoniam fuit responsum, quod dum Iacobus hæres pro-
prietarius non nominauit personam nominandam, quæ ca-
26 pere posset hæreditatem, mortua Hyppolitha, † cessat ra-
tio, quæ mouere poterat Testatorem ad prohibendum, &
sic hæreditas pleno iure, prohibitione non obstante, rema-
27 net hæredi scripto in testamento, † quo defuncto transit in
eius hæredes, vt ratiocinatur Facchineus *controu. iur. lib. 4.*
cap. 5. lit. A. §. fundamentum, & firmat Castill. *controu. iur.*
lib. 3. cap. 17. num. 108. Altograd. *cons. 77. num. 13. & seqq lib 1.*
29 quos, in terminis vxoris institutæ in vsufructu, † & prohi-
tæ nihil aliud petere, refert, & sequitur Rota *in d. Romana*
Hæreditatis 3. Decembris 1668. §. Vltra quod, coram Emin. D.
meo Card. Cerro.

Nec satisfacit *Bartoli* distinctio *in dicto §. si duo*, dicentis,
quod prohibitio plus petendi primò censeatur facta fauore
hæredis vniuersalis, quo deficiente, ad fauorem venientium
29 ab intestato dicatur apposita. † Quia, præter quod huius-
modi distinctio reprobatur ab Imol. *in d. l. quoties §. si duo*,
vers. aduerte tamen ff. de hæred. instit. & sequitur Franch. *in*
cap. si pater num. 32. in fine de testam. Laderch. *cons. 72. nu. 12.*
Procedere potest, quando fuit facta prohibitio, & nullus al-
ter datur cohæres, aut substitutus, vt declarando *dictam de-*
cis. 225 coram Caputaquen par. 3. videtur sensisse Rota *decis.*
589. num. 9. cum trib. seqq. par. 4. tom. 3. recent. Secùs quando, vt
hic, datus fuit hæres in proprietate, quia tunc præsumpta
vocatio venientium ab intestato cessat, etiam si posteà per
accidens prædecedat, aut alio modo deficiat hæres proprie-
30 tarius, † & tali casu hæres institutus in re certa licet prohi-
bitus plus petere, nihilominùs legis ministerio reijcitur pro-
hibitio, & ipse, ea non obstante reliquum hæreditatis con-
sequitur, absque vllo onere restituendi venientibus ab inte-
31 stato, qui non solùm non dici possunt vocati, † imò expres-
sè exclusi censentur per institutionem alterius in proprieta-
te, vt benè ratiocinatur Castill. *controuers. iur. d. cap. 17. num.*
112. vers. si ergo, & num. 113. Et semper contra sententiam
Bartoli militat ratio, quòd manifestè repugnat vocari ve-
32 nientes ab intestato, † dum Testator validè condendo testa-
mentum expressè declarat nolle decedere ab intestato, vt in
specie Rota *dec. 203. num. 26 & 27. coram Emin. D. meo Card.*
Ottbob.

33 Prætereà opinio *Bartoli* fundatur *in l. peto ff. de legat. 2.* †
in qua hæres vniuersaliter institutus iubetur à Testatore
contentari de solis centum auris pro sua portione, quod est
longè diuersum à casu præsenti, vbi Hyppolita non fuit ab
initio vniuersaliter instituta, sed in re certa, nempè in vsu-
fructu, vt benè aduertit Castill. *d. cap. 17. num. 114. lib. 3.* Et,
quod plus est, *in ead. l. peto vers. si cum ex asse, & vers. peto*
pro hæreditate expressè præcipitur hæredi restitui in hæredi-

ratis venientibus ab intestato, & notat Cyriac. *contr 43. nu.*
115. & seqq. † Quæ voluntas fauore venientium ab intesta- 34
to non solùm hic non concurrit, imò expressè excluditur,
dum Raymundus Testator Eusebio fratri antepoluit Hyp-
politam, & Iacobum extraneos; † Ex quo patet, ipsum nul- 35
lum hauisse respectum ad venientes ab intestato, vt decla-
rando Bartol. *& dictam decis. 262. coram Caputaquen.* aduer-
tit Rota *in d. decis. 589. numer. 14. & seqq par. 4. tom. 3. recent.*
Præsertim, cùm inter ipsos fratres tunc temporis vigerent di-
scordiæ, quæ vsque ad Raymundi obitum perdurarunt, dum
ad illum infirmum visitandum nunquam accessit; † Vnde 36
inter ipsos clara resultat inimicitia, *glos. in can. Adrianus in*
verb. ad salutandam 63. distinct. Dec. *in cap cum super num. 13.*
de offic. deleg.

Demùm vis fieri non potest in clausula codicillari, quia,
vt subdit *allegata decis. 589. num. 15 & seq. par. 4. rec. tom. 3.* † 37
illa non supplet defectum voluntatis Testatoris, qui, vt ex
prædictis colligitur, nunquam cogitauit de venientibus ab
intestato, & firmat etiam *sæpè citata decis. 205. numer. 19. &*
21. coram Emin. D. Card. Ottbob.

Et ita, vtraque Parte informante decisum fuit, non es-
se locum Statuto, & sententiam Rotalem esse infirman-
dam.

Aliæ binæ decisiones sunt in hac causæ impressæ par. 18. to.
1. 368. in ordine, & to. 2. 463. & alia etiam supra in hac eadem
parte in 239.

R. P. D. T A I A.

Posteà S. R. E. Cardinali.

Romana Census.

Mercurij 3. Iunij 1676.

A R G V M E N T V M.

Nomen Debitoris extinctum quisquis cesserat cum protestatione nolle teneri de euictione, sed cedere tale quale; cum autem de eo verum esse præstando conueniretur, ad nihilum se teneri prætendebat, sed in contrarium condemnatus est, quia cum vsque ad falsum, & dolum etiam conueniri potuisset, nulla poterat contraria protestatione iuuari.

S V M M A R I V M.

1 *Distrahens nomen debitoris tenetur præstare illud esse verum, & quidem sine exceptione.*
2 *In Alienatione, seu distractione census iam creati, dicitur celebrari emptio, & venditio.*
3 *Cedens, vel vendens nomen debitoris, etiamsi protestetur nolle teneri de euictione, vel cedere, seu vendere tale quale, adhuc tenetur præstare illud esse verum.*
4 *Cedens fideicommisso, quatenus fideicommissum ipsum, & fideicommissaria bona cessisse dicatur, vel non.*
5 *Cessio simplex, an potius operetur translationem iurium cessorum, vel solam renunciationem importet, & num. seq.*
6 *Renunciationem solam operare non potest cessio, si etiam bonorum possessio data, & concessa est.*
7 *Cedens creditum extinctum vsque ad falsum, & dolum conueniri potest.*
8 *Cedens creditum extinctum nulla protestatione in contrariam factam iuuatur.*
9 *Mandatum speciale non requiritur in actibus, quæ postea ratificata sunt.*

DECISIO CCCLXXXVII.

CArolus nomine proprio, & Administratorio Iosephi Matiæ, & aliorum tunc filiorum ad extinguendam litem tunc Fideicommissariam, cuius sunt Decisiones Romanæ Fideicommissi de Pichis coram *Domino Cardin. Celso decis. 388. & coram Ottal. decis. 172. part. 14.* etiam expeditione mandata, concordauit cum Comitibus, nec tantum recessit à lite, sed & renunciauit fideicommisso,

compositis fructibus, & litis expensis, & Comites cesserunt Carolo, & filijs eius Per lo spatio di anni venticinque auuenire la sesta parte di tutti i frutti, che si esigeranno dal Censo di scudi dodeci mille con facoltà di poterli esigere da loro medemi conforme la diuisione da farsi de frutti buoni, e cattiui del detto Censo hora consistente in altri Censi, & effetti descritti &c. & in his Vn'annuo Censo di scudi 35. venduto dal Signor Riccardo &c. per scudi 500. In Instrumento Concordiæ 27. Martij 1666. Et diem functo Carolo Iosephus Maria, & alij ratam habuere concordiam, nec solum verbo, sed etiam opera agendo, & exigendo conuentam annuam sextam partem.

Sed deindè Comites discutientes Debitores Censuum adnotatorum, reperierunt dictum Censum scut. 500. ipso Concordiæ tempore extinctum per pretij restitutionem ipsi Carolo, & extinctionis Instrumentum 13. Iunij 1654. Vndè citarunt coram A. C. Carolum adhuc viuentem, vti principalem, & vti administratorem filiorum, ad docendum hunc Censum scutorum 500. verum esse, & existentem non extinctum tempore cessionis, alias decerni, & relaxari mandatum, tam pro scutis 500. quàm pro medietate fructuum decursorum, & non solutorum à die impositionis, loco damnorum, & interesse, & tamen secuta est sententia absolutoria, sed deindè alia condemnatoria vndè ad Rotam deuoluta Causa, cum hodiè Dubium propositum esset, An Iosephus Maria teneatur ad solutionem scutor. 500. pro pretio Census, & fructuum loco damnorum, & interesse, vti nunc solus hæres patris DD. responderunt vnanimes teneri.

1 Quia distrahens nomen debitoris, † debitorem eum esse præstare debet, & quidem sine exceptione, *l. 4. & l. 5. ff. de hæred. vel act. vend.* & cum superfluis tamen frequentibus abundet Olea *de cess. iur. quæst. 3. numer. 3. & 4. tit. 7.* cum in
2 distractione Census iam creati dicatur celebrari † venditio nominis debitoris *apud Cenc. de censib quæst. 72. num. 23. sub vers. Cæterum quia & de ipso Censu distracto ipse Cenc. sub seq. vers. Prima est cum alleg.* etiamsi cedens protestetur nol-
3 le teneri de euictione, vel cederet † venderetque tale quale *Cenc. d. quæst. 72. d. num. 23. vers. etiam si protestetur, & seqq. vers. vel cedere.*

Neque DD. quadrauit exceptio ex forma, seù formula cessionis, *che il Signor Carlo cede alla Lite, & à tutto il fi-*
4 *deicommisso*, ex qua non cesserit fideicommissum, † & multò minus fideicommissaria bona, sed ità cesserit, quatenus dimiserit Olea *quæst. 1. numer. 4. & 49.* non autem translulerit au. 86. *tit. 1.* aut cesserit, non etiam renunciauerit, aut etiam
5 renunciauerit renunciatione † extinctiua, non translatiua apud ipsum Olea *quæst. 2. ex nu. 13. in totum nu. 23. d. tit. 1.*

Quia contrahentes bonis verbis, & meliori sensu, æquius maximè in Concordia contraxisse videntur, etiam dan-
6 do, † & concedendo *il possesso &c. & tanto per le ragioni proprie, quanto per le cessioni fatte à lui &c.* ad personam Caroli, atque ita mutuo modo sicuti pacto *per la Cessione, ch'egli fà.*

Et adhuc debuit Carolus asserta præstare, vt supra, & eo minus asserere extantia extincta à se ipso, quo DD. re-
7 degere dubij resolutionem vsque ad falsum, † & dolum expressum dantem in hac parte contractui causam, quam contrahentes cum Carolo pro Censu vero, & citra obligationem bono quoque contraxerunt.

Nihil obstante, quod Carolus protestatus fuerit, *non hauendo esatta cosa alcuna dall'infrascritti quattro Censi dal Censo douuto dal Signor Riccardo &c.* sanè quem extinxerat ipse? nec quia decoxerat, aut defecerat, & ex hoc ipso
8 † quod extinxerat, & debitor pretij restitutionem resoluerat, tenetur pro bono, vitta verum, quacumque distinctione proposita, oppositaque, *conforme alla diuisione fatta de buoni, e cattiui*, & fortè parificatione extincti, & inutilis Census.

Leuioribus satius contempta, quam reiectis, ac etiam relatis minus visus est Census vigens vti à quodam Procuratore Caroli sine speciali mandato perperam, ac neutiquam
9 extinctus; † Quia verum hoc mandatum speciale præcesserit, constat ratum à Carolo habitum, & secundum huius nominis illum Procuratorem, asserentes fecisse compnta, & solidasse super exactione quarumcumque pecuniarum ab ipso secundo nomine ipsius Caroli exactarum remanere ipsum secundum debitorem ipsis Caroli in scut. 943. in quibus fuor comprehensa scut. 500. sortis principalis Census similis summæ alias redempti à Riccardo &c. In Instrumento 7. Nouembris 1656.

Ex quibus visum est processum quoque in iudicium sicut ante iudicium vtraque &c.

R. P. D. RONDININO.

Leodien. Electionis.

Lunæ 1. Iunij 1676.

ARGVMENTVM.

Nulla declaratur electio, quia reditus Canonici absentis, & qui electioni interuenire debuerat expectatus nō erat; quinimo tempus eiusdem electionis sine iusta, & rationabilis causa abbreuiatum est, quod ideò in illius contemptum factum fuisse deciditur; cumque de huiusmodi reditu ab altero ex Concanonicis præsentibus pluries protestatum sit, magis dicitur attendendus dissensus vnius, quam consensus aliorum.

SVMMARIVM.

1 *Capitulum potest determinare diem electionis faciendæ, & ad eam statuto tempore deuenire.*
2 *Tempus aliquod faciendi alicui concessum, potest ab eo ex iusta causa abbreuiari.*
3 *Causa iusta semper censetur adesse in gestis à maiori parte Capituli, sed vid num. 10.*
4 *Electionis tempus potest abbreuiare Capitulum, ne se restringendo ad vltimam illius extremitatem, electio deuoluatur ad Papam.*
5 *Negatiua non existentiæ aliorum actorum probatur ex fide Notarij actuarij.*
6 *Eligentium, & Capitularium nomina in Instrumento electionis describenda sunt, & numer. seqq vbi de ratione.*
7 *Nomina eligentium sit in electione non sunt descripta, non potest fieri collatio numeri ad numerum.*
8 *Instrumentum aliter extractum lite pendente, non potest concurrere cum alio Instrumento legitime compulsato, citata parte, & num. 9.*
11 *Electio accelerari non potest, nec tempus eligendi abbreuiari in præiudicium Canonici absentis de proximo reuersuri.*
12 *Dissensio vnius in acceleranda electione, eiusque tempus abbreuiando, magis attenditur, quam consensus aliorum.*
13 *Protestatio facta de vicino reditu Canonici absentis, vel alterius electioni interuenire debentis, quatenus iustificatione requirat.*
14 *Probationes de proximo reditu Canonici electioni interuenire debentis, non præsumuntur requisitæ, si illius protestationes factæ sunt, & de requisitione probationum non appareat.*
15 *Electio facta non expectato reditu alterius ex eligentibus, quatenus remaneat nulla, ac vide per totam.*
16 *Dilatio modica eligendi petita, si periculum non est in mora, attendenda est.*
17 *Mora modici temporis non præiudicat.*

DECISIO CCCLXXXVIII.

SVblatis æquiuocis facti deductis in decisione huius causæ 6. Aprilis 1674 coram me DD. steterunt in primo loco decisis 13. Iunij 1672. & 13. Ianuarij 1673. coram Reuerendissimo Castrillo Episcopo Gadicen.

Visum est enim corruere vtrumque suppositum vltimæ Decisionis pro validitate controuersiæ electionis, in eo fundatum quod Capitulum Ecclesiæ Collegiatæ Oppidi Cinnaren. ad quod spectat collatio Abbatiæ, quæ est prima dignitas in eadem Ecclesia; potuerit, postquam legitimè conuocatum fuit ab habente potestatem, determinare certam diem, pro celebranda electione Abbatis, & successiuè ad ipsam electionem in ipsa die præfixa deuenire, quamuis ex Indulto Sixti Quinti, † ab Vrbano Octauo 1
confirmato habeat mensem integrum ad eligendum, quia tempus hoc in fauorem ipsius Capituli concessum, ab

eodem

2 eodem Capitulo ex iusta causa, † quæ semper adesse cen-
setur in gestis à maiori parte Capituli, abbreuiari potuit,
3 † nè potissimum restringendo se ad vltimam temporis
4 † extremitatem; Electores se ipsos subijcerent periculo,
ne ad Sedem Apostolicam, elapso mense, deuolueretur
electio.

Nam quoad Capitulum legitimè congregatum corruit
suppositum Decisionis, cum ex actis hodiè transportatis,
5 & integris iuxta attestationem Secretarij Capituli, & No-
tarij Actuarij, quæ probat negatiuam non existentiæ alio-
rum actorum Add. ad Gregor. *decis. 59. litera A. & num. 6.
cum sequen.* Bich. *decis. 449. num. 26.* appareat in ipso Capi-
tulo pro præfixione diei ad electionem, & in alio etiam fa-
ctæ electionis, non solum deficere conuocationem præsen-
tium, & absentium, verum etiam omissa fuisse canonico-
rum nomina, non citra suspicionem, vt id factum fuerit in
gratiam eligendi, ne constaret, quinam, & quanti, & an
minor, vel maior pars interuenerit, quorum proinde nomi-
6 num † specialis descriptio à iure requiritur pro validitate
7 electionis, † cum sine illorum expressione non possit fieri
collatio numeri ad literam Text. *in cap. quia propter 24. vbi
glos. verb. Collatione de elect. & in cap. fin. verb. tales de Pro-
curat.* Bart. *in l. prima ff. de albo scriben. & in l. final. num 4. C.
de Præben. Decurion. lib. 10.* Anchar. *in cap. Canonum statuta
sub num. 18. de Constit.* Ioan. Andr. *in cap. quanto num 4. de his,
quæ fiunt à Prælat. sine cons. Capitul. Alex. cons. 1. sub num. 3.
vol. 4.* Afflict. *decis. 244. n. 10.* Suarez *alleg. 14. num. 3. cum alijs
per* Modern. Pignatell. *consult. 43. num. 2.* Rota *decis. 29. in fi-
ne de Procurat. in antiq. & coram Achill. de Graff. decis. 2. de
his, quæ fiunt à maiori parte Capituli, & coram Seraph. decis.
1247. ex num. 1 atque in recentiorum par. 6. decis. 36. num. 20. re-
petit. post* Tambur. *de iur. Abbat. decis. 31.*

Neque attendere DD. voluerint Instrumentum electio-
nis, in quo nomina eligentium expressa sunt, vt erroneè
pariter supponebatur in præterita decisione, quia fuit ex-
tractum lite pendente, postquam per binas vices fuit causa
in Rota resoluta, ac ideò non admittendum in concursu
præsertim alterius Instrumenti pro parte eiusdem met Petri
8 Desprimont ab initio compulsati, † & in actis producti
concordantis cum alio etiam pro Comite de Poitiers me-
9 diante compulsoria, † & citata parte ser. ser. extracto, vt
considerat Rot. *Recent. par. 2. decis. 297. nu. 2. Reuerendissimus
Roxas decis. 211. num. 12. cum simil.*

Corruit pariter aliud suppositum ad istud consequens de
iusta causa, quæ non amplius præsumi potest non docto de
10 legitimo actu ex mox dictis, † quinimò etiamsi Capitulum
fuisset legitimè conuocatum, irrationabilis etiam fuisset
accelerata præfixio diei 21. in contemptum protestationis
Canonici Succhæ &c. de proximo, & tempestiuo reditu se-
nioris Canonici de la Rochetta protestantis, & rationabili-
tas minime deduci potest ex eo, quod restringendo se ad vl-
timam temporis extremitatem, Electores se ipsos subijce-
rent periculo, ne ad Sedem Apostolicam, elapso mense,
deuolueretur electio, quia à die 21. Augusti, quo fuit deter-
minata, & habita electio, vsque ad diem 2. Septembris la-
bentis termini ad eligendum, adhuc supererant duodecim
dies, ex quibus excludebatur imminens periculum deuolu-
tionis, itaut nulla ratio vrgeret accelerandi electionem,
11 contradicente præsertim Canonico Succha, † & attestan-
te de proximo reditu Canonici de la Rochette, quæ proin-
dè tanquam contemptus, electionem inualidant, cui plus
12 contemptus vnius, † quam contradictio multorum obsi-
stit, vt inquit text. *in cap. sicut, & in cap. venerabilem de elect.*
Garz. *de benef. par. 5. cap. 9. num. 227.* P. Passerin. *de election. cap.
9. num 39.* Rot. *recent. par. 6. d. decis. 36. nu. 1. & coram Reueren-
diss.* Ninot *decis. 82. num. 4.*

Neque pariter est verum in facto, quod Canonici requi-
siuerint Succham, vt ostenderet iustificationem de vicino
reditu Canonici de la Rochetta, qui eam dare neglexit,
13 † quia de dicta requisitione satis non constat ex attestatio-
nibus datis; tum quia sunt factæ à Canonicis in causa pro-
pria, testimonium dicere prohibitis, ad sustinendam pro-
priam electionem, lite præsertim pendente; tum quia eli-
duntur ex alijs attestationibus, quod iustificationes proximi
reditus non fuerunt petitæ à Capitulo; tum etiam quia le-
14 gitur in actis protestatio sæpiùs facta per Succham, † & nul-
libi legitur prædicta requisitio iustificationum, quinimò in
actu electionis eidem Succhæ oblatum fuit officium scruta-
toris, & denique quia inuerisimile penitus est, quod Succha
non exhibuisset sufficientes iustificationes reditus Canonici
de la Rochetta, cum ex epistolis pluribus appareret de eius
proximo reditu, atque soror eiusdem Canonici, & plures
alij notitiam hanc in tempore dederint Canonico Succhæ
protestanti, prout euentus subsequutus postea docuit, cum
die 29. eiusdem mensis Augusti, & sic quatuor diebus ant.
expiratum terminum eligendi, qui vt dicebatur finiebat so-
lum die 2. Septembris Canonicus de la Rochetta postea re-
dierit, quemadmodum omnia benè probantur Summario
Comitis de Poitiers ex *num. 3.* vsque ad finem, vt proindè ex
eadem ratione decisionis videatur non citra suspicionem
fraudis, † electio tàm celeriter facta non expectato reditu 15
Canonici de la Rochette, de quo Succha adeò rationabiliter
protestabatur, & tanquam modica dilatio petebatur, † ne- 16
que vllum aderat periculum in mora modici temporis, † vt 17
in proposito comprobant Cuccus *instit. Canonic. lib. 4. tit. de
elect. num 83.* Lauor. *illo eodem tract. cap. 17. sub nu. 25.* P. Passe-
rin. *illo eodem tract. cap. 11 num. 95* Lezan *sum. verb. elect. inter
Regulares sub num. 5.* Barbos. *de iur. Eccles. lib. 1. cap. 19. num. 97.
& vot. decisiu. lib. 1. vot. 47. nu. 9.* Donat. *quæst. regular. tom. 2. tra.
13. quæst. 6.* Rota *in Bononien. Bonorum coram Pamphilio apud
Spad cons. 334. sub num. 12. vers. Sed etiam ex defectu vnius ex
electoribus vol. 2. coram Mantic. decis. 288. per tot. & in decisioni-
bus huius causæ 13. Iunij 1672. & 13. Ianuarij 1673. coram Re-
uerendissimo Castrillo Episcopo Cadicen.*

Et ità vtraque parte informante resolutum fuit.

*Supra in alio præced. to. 1. par. 18. adest altera huius causæ de-
cis. 5. in ordine, ibiq; etiam alia concordans adnotatur.*

R. P. D. RONDININO.

Spoletana Redditionis Rationis.

Mercurij 3. Iunij 1676.

ARGVMENTVM.

Occasione Statuti Terræ Vissi certas solemnitates disponentis in contractu minoris, disceptatur conclusio, quatenus Ægidiana, se compatiatur cum dispositione Statuti localis, itaut vtraque solemnitas seruanda sit, quod hic affirmatiuè deciditur, quia in eo casu verba eiusdem Statuti, intellecta in sensu directo, nihil aliud importabant, quod suæ solemnitates adhiberi debuissent, non autem quod illæ iuris communis, vel Constitutionis Ægidianæ prętermittendæ forent.

SVMMARIVM.

1 *Ratio male reddita, iterum reddenda est.*

2 *Decisiones, de consueto more Rotæ, sententiam Rotalem præcedere debent.*

3 *Statutum Vissi mandans, quod nullus contrahat cum minore nisi cum præsentia consanguineorum, quid disponere videatur.*

4 *Conditio, sine qua non, est eiusdem naturæ, vt si non interueniat, actus non subsistatur.*

5 *Conditio, sine qua non, etiamsi interuenerit, non ideò efficit, vt actus subsistatur, si aliam qualitatem requirit.*

6 *Conditiones, & solemnitates superadditæ, quæ actum præexistere supponunt, si non progrediantur vlterius, non important totalem perfectionem eiusdem actus.*

7 *Statutum mandans certas adhiberi solemnitates, non ideò tollit Constitutionem Aegidianam, sed benè se compatitur cum illa, & ideò vtraque solemnitas seruari debet.*

8 *Solemnitas noua dicitur à Statuto in contractu minoris superaddita, non autem sublata, & correcta Constitutio Prouinciæ generalis.*

9 *Constitutio localis apparere debet, quod voluerit derogare Constitutioni Prouinciæ generalis, vt illa seruanda non sit.*

10 *Statutum, si mandat quod nullus contrahat sine tali solemnitate, & si secus factum sit contractus remaneat nullus, quid inde disponat.*

11 *Statutum recipit intellectum à contrario sensu directo.*

12 *Statutum mandans adhiberi solemnitates, operatur, quod sine illis actus non valeat, non tamen quod cum eis totaliter subsistatur.*

13 Sta-

13 *Statutum si non loquitur de solemnitatibus iuris communis, & Constitutionis Ægidianæ, illæ sub earum dispositionibus remanent.*
14 *Argumentum sumi debet strictè, & ad limites verborum, & à contrario sensu directo.*
15 *Negatiuæ duæ important affirmatiuam.*
16 *Conditio prohibitiua non ideò permittere dicitur.*
17 *Constitutio Ægidiana se compatitur cum dispositione Statuti localis, itaut vtraque solemnitas seruanda sit, & quando sup. à nu. 3.*
18 *Consuetudo probari debet formiter cum suis requisitis, non autem solis attestationibus lite pendente procuratis.*
19 *Fides non facit fidem, etiam ad probandum non vsum Constitutionis Ægidianæ.*
20 *Contractus initus cum minore contra formam Constitutionis Ægidianæ, eo magis remanet nullus, si alij etiam defectus concurrunt.*

DECISIO CCCLXXXIX.

COnfirmarunt hodiè DD. sententiam Rotalem, quæ annullat in prima parte sententiam A.C. absolutoriam illorum de Odorisijs à redditione rationis tutelæ, & curæ illiorum de Baraschis, atque in secunda eius parte eosdem Odorisios condemnat ad rationem reddendam, quia sententiæ istius validitas non controuertitur, atque apparet ex actis, & institia desumitur ex regula iuris indubitata,
1 † quod ratio malè reddita iterum est reddenda ex deductis
per Thob. Nonium *consil 63. sub num. 17.* Escobar. *de ratiocin. cap. 40. num 13.* Rota post Merlin. *de pignor. decis. 81. nu. 21. & in recent. par. 9. decis 436. num. 15. & 16.* Dunoz. iun. *decis. 736. nu. 5* Bich. *decis. 596. nu. 10. cum alijs in decis.* huius
2 causæ † Rotalem sententiam de more præcedentibus 5 *Iunij 1673. & 15. Februarij 1674. coram R.P.D. meo Vicecomite.*

Malè fuit reddita ratio cum in Instrumento liberationis exindè reportatæ non fuerint adhibitæ solemnitates ab Ægidiana Constitutione requisitæ in minorum contractibus, quales erant eo tempore Baraschi, etiam attento statuto Tertæ Vissi, quod nullus contrahat cum minoribus 25. annis sine præsentia duorum proximiorum, & si secus
3 factum fuerit, talis contractus non valeat ipso iure, † quia
ex hac dispositione nihil aliud insurgit nisi conditio, sine
4 qua non, † quæ quidem est eius naturæ, vt si non interueniat, actus non substineatur, sed non propterea sequi-
5 tur, † vt ea interueniente, actus ideò existat, quemadmodum videmus in omnibus conditionibus superadditis, quæ adueniunt actui, illumque præexistere supponunt,
6 † quo casu nisi hæc statuta localia vlterius progrediantur præscribendo certas solemnitates contractibus, quibus adhibitis velint contractus valere, vel explicitè id mandando, vel per æquipollens iubendo, vt contractus non valeant nisi adhibitis his, & his solemnitatibus, quod perinde est, ac si dictum fuisset contractus ita factus valere,
7 † non dicitur insurgere incompatibilitas exclusiua solemnitatum Ægidianæ Constitutionis, sed vtraque est seruanda, quia tunc censetur super ea adhibita noua solemnitas à statuto locali, non autem generalis Constitutio Prouinciæ correcta, ad quem effectum quemadmodum diceba-
8 tur † apparere debet, quod Constitutio localis derogare
9 voluerit generali, † cui præualet ad terminos text. *in l. fin. C. de testam.* cum quo sensu recipitur consilium Baldi *nor. nu. 1. volum. 1.* Amat. *decis. Marchiæ 2. num. 17.* Grat. *discept. 9. num. 3. & 15.* Rota *coram Seraphino decis. 343. num. 3* Buratt. *decis. 333. num 7.* Dunozet. iun. *decis. 937. num. 19. & 20. atque in recentior. par. 6. decis. 145. numer. 28. & 29. par. 7. decis. 151. num. 5. & in Rauennaten. Bonorum coram Eminentiss. Carpineo Prodatario in Recent. par. 15. dec. 107. num. 16. & seqq & decis. 213. sub num. 24 & seqq. & in Anconitana Dotis 8. Aprilis 1669. §. sed quoad solemnitates, & in Ariminen. Bonorum 3. Maij 1671. §. incompatibilitas, & sequenti coram R.P.D. meo Vicecomite.*

Hoc autem non deducitur ex verbis Statuti superius relatis, quia iubendo quod nullus contrahat sine tali solemnitate, etiamsi secus factum fuerit contractum ipso iure irri-
10 tando, † non aliud sequitur à contrario sensu directo,
11 † quod attendi debet, nisi quod illa solemnitate adhibita,
12 actus ex Statuto non sit irritus, † sed non inde sequitur, quod illa adhibita, actus omnino, & ex omni iure valeat, cum adsint solemnitates iuris communis, & Constitutionis Ægidianæ, de quibus localis hæc Constitutio non loquitur,
† in quorum iurium dispositione remanet hic actus, tan- 13
quam omissus, & statutum nonnisi illas solemnitates superaddere censetur, desumpto argumento à contrario sensu,
† strictè ad limites verborum in sensu directo, prout fieri 14
debet iuxta ea, quæ in proposito communiter tradunt Bartol. *in l. omnes Populi num. 61. ff. de inst. & iur.* Bald. *in l. apud antiquos nu 3. C. de optione* Castr. *cons. 106. nu. 1. & seqq. par. 2.* Soccin. iun. *cons. 9. ex num. 11. volu. 2.* Decian. *consil. 32. num. 36. & 37. pariter vol. 2.* Surd. *cons. 115. num. 36.* Ciriac. *contr. 153. nu. 65. & seqq.* Redenasc. *cons. 78. nu. 8.* Peregr. de fideic. *artic. 28. sub num. 10* Rota *coram Buratt. decis. 116. ex nu 10. & ibi* Adden. *liter. E.* & distinguendo inter duas negatiuas, & con-
ditionem, vt in casu † prohibitiuam, quæ non ideò permit- 15
tere † dicitur Vitalin. *in Clement. ut Romani num. 19 de elect.* 16
Altogr. *cons. 20. sub n. 14. volu. 2.* Rota *coram Bichio decis. 483. num. 13. & 14. & in recent. par. 9. decis 423 num. 20. & seqq.* &
in his terminis compatibilitatis Constitutionis † particula- 17
ris cum Ægidiana Rota *coram Gregor. XV. decis. 260. sub nu. 3. & 4. & ibi* Adden. *nu. 19. & in Recent. par. 4. to. 3. decis. 610. & num 6.* & alijs adductis *in Perusina dotis 23. Ianuarij 1672. §. plures coram me.*

Neque consuetudo non adhibendi hanc solemnitatem
probatur ex suis requisitis, vt opus esset † ex solis attesta- 18
tionibus extraiudicialibus Curialium lite pendente procu-
ratis ex vulgari regula, vt fides non faciat fidem, † quam 19
precisis terminis non vsus huius Constitutionis deduxit Rota *coram san. mem. Greg. XV. decis. 260 nu. 5. & in recent. par. 4. tom. 3. dec. 610. num. 6.*

Accedebant huic defectui ob non seruatam formam ab
Ægidiana Constitutione præscriptam alij defectus † ob non 20
adhibitum Iudicis decretum, & ob plures partitas erroneas, & indebitas iuxtà plenè deducta in Decisionibus huius Causæ *5. Iunij 1673. & 15. Februarij 1674. coram R.P.D. meo Vicecomite*, cum quibus vtraque parte informante, hodiè Domini transierunt.

R. P. D. CALATAIV.

Romana Donationis.

Mercurij 3. Iunij 1676.

ARGVMENTVM.

De qualitate Baronali tractatur, eaque deducitur ex possessione bonorum Baronalium iure familiaritatis primo loco habita, viuente vxore, & deinde iure proprio, quia Maritus fuerat posteà ab ea institutus hæres, Rursus, quia ipse etiam tamquam Baro, Pontifici supplicauerat pro venditione eiusdem Baroniæ; Cumque antea illam alteri vendidisset, seu cessisset, ex quo Beneplacitum Apostolicum sequutum non erat, neque dominium, neque possessionem fuisse amissam, aut in alterum translatam deciditur.

SVMMARIVM.

1 *Possessio in solidum penes duos vno, eodemque tempore esse non potest.*
2 *Promissio decedendo non sequuta actuali cessione, neque dominium, neque possessionem transfert.*
3 *Cessionarius, cui solum facta est promissio de cedendo, si possederit, tamquam administrator possedisse dicitur.*
4 *Administrator non possidet sibi sed domino.*
5 *Dominium bonorum iurisdictionalium non acquiritur, sine Beneplacito Apostolico, etiam si illorum pretium persolutum sit.*
6 *Creditor non possidet sibi, sed debitori domino.*
7 *Maritus viuente vxore possideat bona iurisdictionalia illius, si hæres ab ea institutus sit, mutat sibi causam possessionis, & efficitur Baro.*
8 *Verbum* pertinere *dominium, & possessionem demonstrat.*
9 *Verba concepta in numero plurali, in vno tantum verificari non possunt.*
10 *Clausula*, constituti, *quia transfert possessionem in*

consti-

constitutarium, pernecesse illam supponit in constituente.

11 *Dare nemo potest, quod non habet.*

12 *Vendens, vel cedens, licet protestetur nolle teneri de euictione, adhuc dicitur fuisse dominus, quia venditio, etiam sine promissione euictionis fieri potest.*

13 *Fideicommissarius si alium admisit in condominium bonorum fideicommissi, expressè declarat, vel fideicommissum non esse, vel super eo illi detractiones competere.*

D E C I S I O CCCXC.

ITerum Domini inhærentes fundamentis deductis in præcedentibus Decisionibus, censuerunt Raphaelem possedisse Castra Cantalupi, & Bardellæ, & sic fuisse Baronem, vndè steterunt in decisis *coram Me* 25. *Iunij* 1674.

In facto enim non controuertebatur, quod Anna Raphaelis Vxor successerit post obitum Matris in medietate Castrorum, vna cum Portia sorore, & in eorundem possessione extiterit, idemque Raphael eius Vir, viuente dicta Vxore, actus possessorios, etiam iurisdictionales exercuerit, & emolumenta exegerit, sed solùm dicebatur, quod antè contractum matrimonium cum Raphaele, cesserat eius portionem Pandolphino, & Acciaiolo, ad hoc, vt soluerent Dotem in pecunia prædicto Raphaeli, constituendo eos Procuratores irreuocabiles, vt in rem propriam ad regendum, & administrandum dicta Castra, prout Acciaiolus effectiuè administrauit, & exindè inferebatur possessionem non potuisse stare eodem tempore, & insolidum penès
1 duos, † nempè penès Annam cedentem, & penès dd. cessionarios, ad Text. *in l. si vt certo §. si duobus ff. commodat.* Sed tale fundamentum cessare penitùs visum est ex lectura ipsius Instrumenti cessionis, in quo non continetur effectiua cessio, sed tantum promissio de cadendo sub pacto, & conditione quod Pandolphinus suis sumptibus teneretur impetrare beneplacitum Apostolicum, & interim quod dicta Castra administraret; Vndè numquam per Pandolphinum dicto Beneplacito impetrato, prout requirebatur tum ex pacto, tùm ex Constitutionibus Apostolicis in alienatione
2 Iurisdictionalium, nec proindè secuta actuali cessione, † do-
3 minium, & possessio remanserunt penès Annam, † & Acciaiolus se habuit tamquam simplex Administrator, qui
4 non possidet sibi, † sed ei, pro quo administrat, *l. fin. C. de acquir. possess.* Rot. *apud* Posth. *de manut. dec.* 170. *nu.* 10. *&* *decis.* 196. *num.* 5. *&* 6. Et quamuis posteà soluisset dotem in
5 pecunia prædicto Raphaeli, † non tamen acquirere potuit dominium Castrorum, non impetrato dicto Beneplacito obstantibus supradictis Constitutionibus Apostolicis, vt fuit responsum *in decis. edita* 1. *Aprilis* 1669. *coram Eminentiss. Cerro, & alia sub die* 10. *Decembr.* 1670. *coram R. P. D. Bourlemont.* Sed ad summum considerari potest tamquam simplex Creditor, retinens dicta Castra in pignus pro dicta do-
6 te soluta, qui pariter non possidet sibi, † sed debitori; Posth. *de manut. obseru.* 74. *n.* 6.

Dum igitur ex supradictis apparet, possessionem penès
7 Annam extitisse, subsistit fundamentum Decisionis, † quod Raphael eius Maritus durante matrimonio possideret Castra Iure familiaritatis, eaque defuncta, tamquam illius hæres institutus, mutasset possessionem, & possedisset Iure proprio; & quidem fuisse posteà Dominum, & possessorem, sepositis etiam actibus iurisdictionalibus relatis in præcedentibus decisionibus, ex eo manifestè desumitur, quod post quatuor annos à die obitus Annæ volens ad venditionem Castrorum deuenire pro satisfaciendis Creditoribus, supplicauit Sanctissimo vna cum Portia Condomina, pro licentia, & in precibus expressit, quod Castra pro medietate ad se, &
8 Portiam pertinebant, † quæ verba denotant dominium & possessionem Bald. *in cap. inter dilectos de fideic. instrum.* Felin. *in cap.* 1. *num.* 7. *post. med. de rescript.* Et confessio facta in precibus plenam facit probationem, *l. cùm precum C. de liber. caus.* Gratian. *discept.* 857. *num.* 1.

Non subsistit, quod preces porrigi potuerint à sola Portia, & sic non præiudicent Raphaeli. Quia, vt aduertit. 2. *decis. coram* R. D. meo Bourlemont. illa sunt concepta in
9 numero plurali, ibi. *Et hanno fatto esporre,* † vndè in vno tantùm verificari non possunt, idque clarius conuincitur ex eo, quod huiusmodi expressio, quod Castrum ad ipsos pro medietate pertineret, habetur etiam ex subsecuto Instrumento venditionis, in quo ambo vendiderunt medietatem cum illorum dominio, & plena, & omnimoda iurisdictione ciuili, & Criminali, ac omnibus, & singulis vassallis, homagijs, Vassallagijs, seruitijs, ac iuribus, necnon cum fructibus, saluis tamen, & reseruatis pro ipsis venditoribus pœnis maleficiorum, damnorum datorum pensionibus, responsionibus &c. & aliorum effectuum in venditione non comprehensorum, redditibus, & prouentibus decursis, & non exactis post mensem Aprilis illius Anni, *Summ. nu.* 6. Imò ibidem adiecta fuit etiam Clausula *Constituti,* quæ cùm transferat possessionem in Constitutarium, † pernecesse di- 10
cendum est, illam extitisse penes constituentes, quia nemo dat, † quod non habet, vt ponderatum fuit *in vltima dec. §.* 11
successiuè.

Nec releuat, quod Raphael in Instrumento cesserit tantùm Iura sua pro cautela emptoris, & protestatus fuerit nollè teneri de euictione, † Quia ex lectura Instrumenti appa- 12
ret, ipsum vna cum Portia insolidum vendidisse, & dum ex supradictis constat, fuisse Dominum, & possessorem, cessio Iurium importat venditionem quæ etiam fieri potest absque promissione euictionis.

Minus vrget prætensio, quod post obitum Annæ Castra deuenerint ad Portiam sororem ex causa materni reciproci fideicommissi, cuius vigore actualem quoque possessionem apprehenderat. Quia dum Portia met non solum in supradictis precibus, sed etiam in Instrumento venditionis admisit Raphaelem in condominum dd. Castrorum, † vel tale fi- 13
deicommissum non aderat, vel poterant Raphaeli competere super eo detractiones legitimæ, vel Trebellianicæ vt firmant *Decisiones coram R. D. meo Bourlemont.* quæ etiam satisfaciunt obiectis de nouo repertis.

Et ita vtraque parte informante resolutum fuit.

Supra in alio præcedenti tom. 1. *par.* 18. *adest alter præsentis causæ decisio ibi in ordine* 341. *vbi in cæteræ notatæ concordantes notatæ sunt.*

R. P. D. C A L A T A I V.

Nouarien. Pensionis.

Mercurij 22. *Iunij* 1672.

A R G V M E N T V M.

Singularis est Decisio, & ideo rata, ad eum casum Canonici Præbendarij, ac etiam pensione grauati, qui dimittendo Prebendam, per optionem alterius, pensionis quoque onus dimittere prætendebat, Hoc tamen illi denegatum, quia Præbenda licet à Canonicatu separata, non ideo operabatur, quod ea dimissa, nouus etiam titulus Canonicatus assequeretur, propter quod non licebat illi per optionem nouæ Prębendæ antiquam euitare pensionem.

S V M M A R I V M.

1 *Pensio dicitur onus reale, non personale, & proinde sequitur ipsum Beneficium seu Prębendam ad quemcumque peruenerit.*

2 *Præbendæ aliæ habent titulum de per se, aliæ verò non sunt distinctæ à titulo canonicatus, & qualiter distinguantur, & dijudicentur ad inuicem, & nu. seqq.*

3 *Canonicatus non dimittitur, dimissa præbenda, si illa ab eodem Canonicatu sit tantum separabiliter annexa.*

4 *Pensio sequitur Canonicum possessorem, quamuis ille nouam præbendam optauerit.*

5 *Decretum synodale Mediolanen. in materia optionis, & solutionis pensionis traditur, & declaratur.*

6 *Canonicus debitor pensionis per optionem nouæ præbendæ non potest euitare solutionem illius, nisi etiam nouum titulum Canonicatus optauerit.*

7 *Titulum beneficij per optionem nouæ præbendæ beneficiatum non dimisisse præsumitur.*

8 *Beneficium nouum acquirere sine superioris auctoritate, illudque sibi ipsi conferre quilibet prohibetur.*

9 *Beneficiatus prætendens cum præbenda optata dimisisse titulum beneficij, hoc ipse probare tenetur.*

10 *Optio*

10 *Optio Præbendæ non immutat titulum beneficij, quoties illa est annexu Canonicatui, licet tamen seperabiliter, & distinctè.*

11 *Optandi consuetudo nouat præbendas, sine mutatione tituli beneficij, vigot in pluribus Ecclesijs,*

12 *Præbendæ Canonicatuum licet existant sub diuersis titulis Sanctorum, non ideo immutant titulum beneficij.*

13 *Præbendæ Beneficiorum ideo sub diuersis titulis Sanctorum existunt, vt vna Præbenda contradistinguatur ab alia.*

14 *Præbendæ Beneficiorum si ex sola diuersitate titulorum suorum Sanctorum essent mere Spirituales, optari non possent sine superioris auctoritate.*

DECISIO CCCXCI.

OBtinuerat Franciscus Palatinus sibi deputari in Coadiutorem perpetuum, cum futura successione Æmilianum Parmichionum reseruata pensione annua ad fauorem Felicis Gemelli in euentum cessationis alterius sc. 92. reseruatæ ad fauorem Octauij Tornielli, cum autem per istius obitum factus fuisset locus solutioni pensionis fauore Gemelli, introducta ad eius instantiam lite coram A. C. super executione Literatum Apostolicarum, emanauit sententia Pensionario fauorabilis, & delata Causa ad Rotam, mihique commissa in gradu appellationis, dedi dubium, An Æmilianus teneatur ad solutionem Pensionis, quod fuit à Dominis hodiè affirmatiuè resolutum.

Cum enim non reuocaretur in dubium validitas illius re-
seruationis, & purificatio conditionis quoad cessationem
alterius, visum fuit non obstare vnicum obiectum, in quo
acritèt Æmilianus insistebat, quod nempè cùm Præben-
dam dimiserit, & aliam optauerit, onus soluendi Pensio-
nem remanserit penès Canonicum obtinentem Præbendam
1 dimissam, & ab illa remanserit liberatus, ex Regula, †
quod Pensio tamquam onus reale, & non personale, sequi-
tur ipsum Beneficium, seù Præbendam ad quemcumque
peruenerit, ad tradita per Monetam *de opt. cap. 7. num. 40. &*
41. Gonzal. *ad reg. 8 glos. 34. num. 45. & 47.* cum alijs abundè
congestis per Rot. *coram Royas decis. 126. n. 4.*

Etenim pro remotione obiecti sequendo distinctionem in
hac materia communiter approbatam dixerunt DD. Regu-
lam prædictam procedere, vbi Præbendæ non sunt actuali-
ter, & realitèr distinctæ à titulo Canonicatus, & sic per
2 optionem Prebendæ nouus etiam titulus optatur, † at se-
cus, vbi, prout hic, Præbendæ non habent titulum de per
se, sed tamquàm in iure temporali consistens percipiendi
fructus ex illo, vel alio redditu reperitur Canonicatui sepa-
3 rabilitèr annexa: tali enim casu, quia dimissa Præbenda †
4 titulus Canonicatus non dimittitur; † Pensio sequitur pos-
sessorem Canonicatus, vt distinguendo tradunt Gigas *de
Pens. q. 63. num. 1. cum tribus seqq.* Monet. *de option. dicto cap.
7. num. 45. & in tract. de distribut. par. 3. q. 8. num. 15. & seqq.*
Gonzal. *vbi supra num. 46.* Lotther. *de re benef. lib. 1. qu. 19.
num 30. cum seqq.* Rota *coram Mantica decis. 273. nu. 1. in fine,
& coram Seraph. decis. 1429. num. 3. & 4.*

Et cum hac legali dispositione concordat Decretum Sy-
nodale editum in dicta Ecclesia Nouarien. vsque de anno
5 1576. † in quo ad euitandas discordias, quæ oriri solent in-
ter possessores Præbendæ dimissæ vnica Pensione grauatæ,
& inter optantes, determinatum fuit, quod optans, penès
quem remanet titulus Canonicatus teneretur imposterum
ad solutionem licèt dimiserit Præbendam, quam possidebat
de tempore impositionis Pensionis ea addita ratione, valdè
inconueniens fore, Canonicos optare Præbendas pinguio-
res, relinquendo cæteris tenuiores cum Pensionis grauami-
ne. Hinc cùm Æmilianus titulum Canonicalem retineat,
onus soluendi Pensionem penès ipsum remansit, quamuis
6 † Præbendam dimiserit, aliam optando, cùm onere libera-
ri non potuisset, nisi etiam nouum titulum optasset ipsam
Præbendam specialiter dimittendo, Rot. *decis. 6. num.... de
consuet. in nouis, &* Cassador. *decis. 17. numer 1. & 2. de præ-
bendis.*

Quod antem verè in hoc casu versemur, vt Æmilianus
titulum specialitèr non dimiserit, nedum probatur ex iuris
7 præsumptione, † iuxtà quam præsumi non debet, quod quis
sine canonica institutione Superioris audeat nouum Benefi-
cium acquirere, cùm hoc sit vetitum à iure eodem modo,
8 † quo quis sibimet conferre Beneficia prohibetur, vt in his,
terminis tradunt Lotther. *de re benef. dicto lib. 1. q. 19. nu. 33.
cum duobus seqq.* Calderin. *cons. 7. de consuet.* Cassador. *decis.
17. num. 2 vers. cùm enim de præbendis*; ità vt Beneficiato
contrarium asserenti † onus probandi incumbat se dimisisse 9
cum Præbenda optata titulum Lotther. qui refert concor-
dantes *dicta q. 19. num. 31.* sed etiam constat ex attestatione
ipsius Capituli relata, *Summ. Gemelli num. 6.* in qua apparet,
dictas Præbendas esse omninò annexas Canonicatibus,
licèt inter se distinctæ, & separatæ, † quo casu per optio- 10
nem Præbendæ non dicitur mutatus titulus, vt in specie ap-
probando similem consuetudinem, † quæ in pluribus Eccle- 11
sijs reperitur: firmauit Rot. *in dec 6. num. 1. vers. in aliquibus
autem Ecclesijs, de consuet. in nouis.*

Absq; eo, quod contrarium deduci possit, eo quod Prębendę
Cannnicatuum huius Ecclesiæ existant sub titulis diuerso-
rum Sanctorum. † Quoniam non indè inferri potest, quod 12
dictæ Præbendæ habeant vim spiritualitatis, & tamquam
tales constituant titulum beneficialem distinctum, & sepa-
ratum à Canonicatu, æquè principaliter in se consistentem:
præfati enim tituli apparent appositi ad contradistinguen-
dum vnam Præbendam ab alia, † & propterea cum consi- 13
stant in ipso iure corporali, iuxta præsumptionem iuris, alij-
sque *suprà* ponderatis, dicuntur potiùs Præbendalia, quàm
Præbendæ, vt aduertit Lotter. *de re benef. d. q. 19. nu. 14. &
21.* & ex determinatione desumpta à titulis Sanctorum, non
indè efficiuntur spirituales: † quod si secùs esset, optari non 14
possent sine Superioris authoritate, ex *supra* firmatis.

Et ità vtraque Parte informante &c.

Hæc decisio cadere debuisset sub appendice anni 1672. sed quia suo tempore deberi non potuit, ideo hic extra ordinem adnotata est.

R. P. D. EMERIX.

Anconitana Manutentionis.

Lunæ 15. Iunij 1676.

ARGVMENTVM.

Duo principaliter proponuntur, alterum quod dos constituta in pecunia, in præiudicium vxoris non potuerit in fundum dotalem conuerti, imo nec in illum conuersa sit ex assignatione bonorum, quæ tradita fuerint loco pecuniæ, quamuis illa pro fundo dotali fuerint expressa, quia hoc intelligitur impropriè, non autem propriè; Alterum verò quod consequutis à muliere fructibus, vel bonis ex hæreditate mariti; eorũ liquidatione nõ facta, ad subhastationẽ Procedendum non sit, in nihilo releuante asserta notula iurata super quantitate eorundem fructuum, quia hæc suffragatur quidem excipiendo ad effectum retinendi, non autem agendo pro consecutione sui crediti.

SVMMARIVM.

1 *Dos à principio constituta in pecunia non potest deinde ad præiudicium mulieris in fundum dotalem conuerti.*

2 *Bona data in dotem iam constitutam in pecunia, dicuntur data in solutum, & cum translatione dominij.*

3 *Verba* pro fundo dotali *vbi dos in pecunia consistit, & bona pro solutione assignata sunt resoluuntur in fundum dotalem improprium.*

4 *Fundus dotalis improprius solam specialem hypothecam importat pro potiori cautela, & securitate mulieris.*

5 *Mulier alienato sibi fundo dotali, agit contra virum, vel hæreditatem illius pro consecutione pretij.*

6 *Pretium ex priuilegio dotis succedit in locum fundi dotalis à marito alienati.*

7 *Mulier vel eius hæredes retinentes bona mariti, non possunt agere ad subhastationem, & deliberationem, nisi prius facta liquidatione fructuum perceptorum.*

8 *Executio creditori non conceditur, nisi pro quantitate sui crediti, quod remanet, detractis fructibus, & mobilibus bonorum debitoris ab ipso retentis.*

9 Notu-

9 *Notula iurata à creditore tradita super fructibus, vel bonis ab ipso à suo debitore receptis suffragatur quidem ad effectum excipiendi, & retinendi, non autem ad effectum agendi.*

DECISIO CCCXCII.

Licet Domini in hac propositione moltum dubitarent de primo fundamento decisionis editæ sub die 27. Martij anni præteriti, quia ex iuribus hodie exhibitis apparuit dotem ab initio totam fuisse promissam in pecunia ibi cum dote, & dotis nomine scut. 900. ideoque non potuisse post modum in præiudicium mulieris pro parte in fundum dotalem commutari Honded. *cons. 14. nu. 56. & seq. & cons. 41. num. 26. & seqq. lib. 1.* Grat. *discept. 435. numer. 31. & 32. alijsque relatis dictum fuit in Romana Fideicommissi 16. Ianuarij, & 26. Iunij 1671. Vtrobique §. fin. & in Perusina Pecunia-*
1 *ria 23. Iunij 1673. §. fin. & 26. Feb. 1674. §.* † *ad ea autem coram me.* Imò nec fuisse commutatum, quia duo Prædiola fuerunt data in solutum loco pecuniæ promissæ ibi *& pro scut. 325. in cuppis vndecim cum dimidio circiter terræ, & pro scutis centum in alia Salma Terræ*, ac cum clausulis translatiuis dominij, & obligatione euictionis ex parte dotatis, ac cum simplici promissione restitutionis dotis ex parte recipientis, & propterea verba subsequentia *pro fundo dotali*, non pos-
2 sunt importare fundum dotalem proprium, † sed tantum
3 improprium † qui resoluitur in specialem hypothecam pro
4 potiori cautela mulieris, † vt omnibus more solitò benè examinatis Fachin. *contr. Iur. lib. 12. cap. 7. per tot.* Rot. *dec. 277. num. 19. & seqq. par. 15. rec. latiss. in Romana fructuum dotis 5. Maij 1673. §. ad ea autem, & in Romana fideicommissi 30. Aprilis 1674. §. Non repugnante in quibus referuntur concordantes coram me.*

Et amplius eadem prædiola ambo hodie iustificantur distracta per virum, itaut etiam quando effecta fuissent fun-
5 dis dotales mulier potuisset † contra illius hereditatem actio-
6 nes suas dirigere pro restitutione pretij † succedentis ex priuilegio dotis in locum fundi alienati *per* Text. *in l. si ex lapidicinis 33. ff. de iur. dot. & doctrinam* Bart. *in Cons. 124. num. 2. vers. a. examinandum est lib. 1.* Merlin. *de pign. lib. 2. tit. 1. q. 19. num. 69.* Rot. *decis. 159. num. 4. par. 4. Tom. 2. & pluribus relatis in Foroliuien. dotis 28. Ianuarij 1669. §. nam responderunt cor. R. D. Bourlemont.*

Nihilominus ex secundò, & vltimo fundamento persliterunt in decisis, quia cum mulier apud se retinuerit omnia bona descripta in Inuentario hæreditario Viri non potuerat
7 postmodum Lucia, † & Bartholomea eius filiæ, & hæredes procedere ad deliberationem eorundem bonorum, nisi prius
8 facta liquidationem fructuum perceptorum tàm ab ipsa, † quam à dd. eius hæredibus, & pro quantitate crediti quod remanebat detractis eisdem fructibus, & mobilibus ab illis retentis Rot. *decis. 743. nu. 2. & seqq. & num. 7. coram Manzaned. & dec. 54. n. 9. par. 9. rec.* pro qua liquidatione non suffi-
9 cit notula iurata, † quia illa suffragatur creditori ad effectum retinendi non autem ad effectum agendi Merlin. *de pign. lib. 3. tit. 2. q. 77. num. 45. cum duobus seqq.* quem secuta fuit Rot. *in Fanen. Census 13. Maij 1663. §. nec ad docendum coram Reuerendiss. D. meo Benilaqua confirmata 21. Maij 1663. §. nec ad proban. in fin. coram Reuerendiss. D. meo Decano, & 28. Iunij 1669. §. non refragantibus coram me.*

Et ita Vtraque parte informante resolutum fuit.

Altera decis. præsentis est in ordine 487. par. 18. to. 2.

R. P. D. TAIA.

postea S. R. E. Cardinali.

Neritonen. Transactionis.

Lunæ 15. Iunij 1676.

ARGVMENTVM.

De obligatione adimplementi tractatur, quatenus ille, qui aliquid implere tenetur, prius quam adimpleat, agere prohibeatur, ad quẽ effectum nec sufficit adimplementi principium, nisi etiam illud totaliter perficiatur. Rursus etiam quatenus hæredes plures pro portionibus hęreditarij obligati remaneant, & quod ille agere prohibeatur, qui aliàs euictionem præstare tenetur.

SVMMARIVM.

1 *Res iudicata resultat, si à die appellationis in causa nihil actum est intra annum, & eo magis si commissio etiam exequutorialis fuit obtenta.*
2 *Possessor partis fundi censiti conueniri potest in solidum, si super eo census in solidum fuerit impositus.*
3 *Obligatus prosequi causam vsque ad omnem gradum appellationis, non satisfacit per vnicam instantiam, sed tenetur litem prosequi vsque ad appellationem.*
4 *Actor non petit executionem eius, quod sibi debetur, nisi prius ipse impleat, quod adimplere tenetur.*
5 *Adimplementi principium non sufficit nisi etiam vlterius prosequatur ad perfectionem illius, quod quis facere tenetur.*
6 *Sententias facto, & verbis dicitur acceptasse, qui iuxta illas agitauit, & iudicium instituit.*
7 *Hæredes plures remanent obligati pro rata, & pro portionibus hæreditarijs tenentur.*
8 *Euictionem si quis præstare tenetur, ipse agere prohibetur.*

DECISIO CCCXCIII.

A Sæculo, & vltrà 1. Decembris 1547. ad faciendam tem gratam Duci Domino Septem Ciues Neritonen, & in ijs Colella super certis fundis in solidum imposuerunt annuum Censum scutorum 100. pretio scutorum 1000. & vendiderunt Antoniæ, cuius portio scututum 220. varijs translata cessionibus, & successionibus, legata fuit Capitulo Licien, quod in partibus coram Commissario Fabricæ conuenit Ioannem Thomam possessorem Prædij della Tauerna de fundis censitis Colellæ, & alios aliorum possessores, & contra omnes obtinuit decretum, alijs autem appellantibus,

Capitulum ad executionem processit contra Ioannem Thomam, qui ad euitandas expensas, soluit fructus, & hanc partem Census, reliquam resoluit, media tamen impositione noui Census fauore Capituli.

Cùm autem hoc Prædium medium inæstimatum liberum fuisset cessum Dominico Mariæ Petri Ioannis in causam dotis Ioannellæ, Matris Ioannis Thomæ Actoris à Cornelia Auia materna Ioannis Thomæ, huic Ioannes Thomas agere cæpit pro indemnitate contra Lupum Antonium, Corneliæ hæredem, cumque hic multa exciperet, & obijceret, etiam se successorem Ioannis Francisci Patris Corneliæ, ventum est ad concordiam, vt quoad indemnitatem Ioannis Thomæ conuentum est, vt Lupus Antonius solueret ipsi Ioanni Thomæ scuta 900. certo modo, & quatenus debitum della Tauerna fuisset reale, spectans ad hæreditatem Corneliæ, & hoc pacto, vt Ioannes Thomas ageret contra obligatos, & obligata pro censu, expensis Lupi Antonij in Tribunali Fabricæ, vbi iam causa vertebatur, etiam eum pacto, vt Ioannes teneretur prosequi Causam, tam vsque ad sententiam, quàm vsque ad omnem gradum appellationis in instrumento 23. Octobris 1654.

Insuper Ioannes Thomas deindè promisit agere Causam in Episcopali Curia Neritonen. & prosequi vbi opus foret contra Thomam, & Innocentium, vti possessores bonorum d. Censui obligatorum in scriptura priuata 25. Iunij 1561.

His minemè seruatis, Ioannes Thomas egit quidem coram Ordinario Neritonen, sed contra Lupum Antonium pro debito reali Prædij della Tauerna, & pro solutione scutorum 900. ad hæreditatem Corneliæ, Ordinarius autem pronunciauit debitum reale, & spectans ad dictam hæreditatem, suspenso tamen effectu, & executione transactionis, donec per Ioannem Thomam forent impleta promissa in transactione.

Douoluta Causa per appellationem ad Ordinarium Licien. ipse confirmauit sententiam, præter quam, in qua parte fuit suspensa executio, in qua eam infirmauit.

Deuoluta deindè Causa ad Curiam, & commissa Prælato, ipse pronunciauit debitum Prędij della Tauerna spectare tantummodo pro medietate ad hęreditatem Corneliæ, & pro dicta medietate tantùm teneri Lupum Antonium vigore transactionis, cuius effectum, seù exequutionem fore suspendendam, donec Ioannes Thomas impleret, adiecta competente compensatione pro ijs, quæ Ioannes Thomas,

& eius

& eius Auctores exegissent de hæreditate Corneliæ.

Commissaque adhuc Causa alio Prælato, ipse in omnibus, & per omnia vltimam senteotiam confirmauit.

Post has huiusmodi sententias, appellatione quidem interposita, sed deserta, etiam de facto Ioannes Thomas instituit coram Ordinario Neritonen. agendo contra tertios possessores bonorum obligatorum 13. Februarij 1674. vndè Lupus Antonius pro re iudicata, præuia commissione exequutoriali directa eidem Prælato, curauit taxati expensas in Curia factas, Prælatusque taxauit, & demum adita à Ioanne Thoma Signatura, commisit Rotæ Causam cum clausula de eius restitutione in integrum, sine præiudicio trium conformium in partibus conformibus, iuxtà quam propositum est de more dubium: An constet de tribus conformibus, & re iudicata, vel potiùs de causis restitutionis in integrum, & Domini respondere constare de tribus conformibus, & re iudicata, videlicet in executione suspensa in tribus prima, tertia, & quarta, atque ita à Ioanne Thoma non fuisse impleta promissa, & in medietate debiti, etiam in duabus tertia, & quarta in iudicatum transactis, vtpote lata vltima sententia 12. Ianuar. 1674. & appellatione quidem interposita
1 18. eiusdem, sed intra annum, † & vltrà nihilo acto, quinimò ex contrario commissione executoriali obtenta, terminoque præfixo ad docendum de appellatione, & prosecutione, & nihilo opposito, propositoque, proindéque decretis expensis 3. Iulij 1675. adeò lapso sufficienter anno, Auth. *ei qui appellat. C. de tempor. & reparat. appellat. ex Auth. de his, qui ingrediuntur ad appellationem §. nec non*, seù ab inst. *nouell.49. Clement.3. de appellat. & ad hæc l.a. C. quando prouoc. non est necesse cum adnot.* etiam de iure Pontificio ab Innocentio, & subnotatis ab Alexandro *ad Bartol. Adden. l.2. vers. ita singulariter dicit Innocentius*.

Vnus ex Dominis dicebat, sententijs licèt conformibus, tamen iniustis non constare de tribus, & re iudicata, & de duabus quoque, iniusta illi videbatur prima pars tertiæ, & quartæ de diuisione, & medietate actionis, quia census fuerit in solidum impositus super dicto Prædio, sicuti super alijs, & possessor etiam cuiuslibet partis in ea parte conuen-
2 tus actione merè hypothecaria, † vel Saluiano interdicto ratione hypothecæ potuerit in solidum conueniri, *Ceac. de cens. quæst.80. ex num.1. cum declaratione ex num.7.* Rota *cor. Merlin. decis.305. num.3. ex n.3. d. vers. nec obstare*, & cum Cornelia quando tradidit Prædium in dotem, promiserit liberum, Io. Thomas possessor, qui coactus fuit soluere Census, tenetur eum reinere Corneliæ hæreditas.

Iniusta quoque tertia & quarta, quia Io. Thomas eo modo, quo potuit, impleuit promissa conuenta, agendo in Tribunali Fabricæ, & contrariam patiendo sententiam, saluis tamen iuribus agendi contra alios Correos.

Non obstante quod litem non fuerit prosequutus, quia eo ipso quod conuentum fuit agendum esse in Tribunali Fabricæ, & Causæ ibi agitatæ non egrediantur, impleuit conuentiones.

Non etiam obstante, quod litem egerit nomine Capituli, quia non fuit conuentum, vt nouam causam introduceret.

Sed his ordine resolutiuo Domini responderunt, vt responderant informantes, conuentionem fuisse: Che la Causa s'habbia à fare al Tribunale della Fabrica, doue al presente si troua, non autem come al presente si troua nomine Capituli, cui iam satisfactum erat à Io. Thoma, proindè contrariam sententiam passo expressa causa, ex quo constat de satisfactione, & proindè saluis tamen iuribus agendi contra alios Correos.

Et licèt Causæ ex illo Tribunali non egrediantur, Io. Thomas post dictam sententiam, saluis iuribus dicti Io. Thomæ contra hæredes Correorum debendi, quæ salua per se erant, re inter alios acta, & multo magis contra bona obligata non egit.

Atque ita Io. Thomas non impleuit eo modo, quo potuit, etiam acturus in Tribunali Fabricæ, nullatenus instituta, imò cum ipse teneretur Causam prosequi in quacumque instantia, ibi: Tanto sino la sentenza in prima instanza, quanto sino ad ogn'altro grado d'appellation, non sa-
3 tisfecit per vnicam instantiam, † sed tenebatur appellare, & litem prosequi vsque ad quamcumque præmissam appellationem, Barbos. *dict. 81. num.3.* Quod etiam agnouit Io. Thomas, cum post latam dictam sententiam in Tribunali Fabricæ, promisit citrà nouationem præcedentis obligationis agere contra tertios possessores, proprijs sumptibus in Curia Neritonen. & vbi opus fuerit, vsque ad exequutio-
nem sententiæ, † quod prius implere tenebatur antequam 4
ageret ad consequutionem pecuniarum pro releuatione suæ indemnitatis, *l. Iulianus §. offerre ff. act. empt.*

Nihilo restagante pro adimplemento, quod nouissimè Io. Thomas ageret in dicta Curia Neritonen. contra tertios possessores bonorum, & sententiam immissionis obtinuerit,
quia hoc est principium † adimplementi, quod non sufficit, 5
sed tenetur vlterius procedere vsque ad finem litis, subministrando expensas opportunas Lupo Antonio iuxtà suam obligationem, de qua in conuentione; Adeoque exceptio ista incongrua, vt ad punctum disputatum, An constet de tribus conformibus, imò ad hominem, si post tres sententias, quibus condemnatus fuit Io. Thomas adimplere promissa
super lite instruenda, & agitanda, † agitauit, & instruxit 6
facto, & verbo videtur acceptasse sententias prædictas, Rot. *coram Pænia decis.490. num.7.*

Porrò ad traditionem, & obligationem Corneliæ Prædij della Tauerna notatum fuit expressum in transactione: Che essendo stata dotata detta Giuuannella da Cornelia sua Madre della massaria della Tauerna per franca, e libera, quella si trouò affetta ad vn credito di Antonia, e per detto credito hauerne sentito molto interesse, e danno, e perche si doueua resarcire per detto Lupo Antonio &c. & his, alijsque descriptis, transactio prosequitur. Quibus omnibus assertis consideratis &c. son venuti al sottoscritto accordo, e transattione &c.

Et tamen non est visum plenè iustificatum, quod debitum Census integrè spectet ad hæreditatem Corneliæ, quia Colella vnus de sex Correis, duas habuit filias hæredes, Fenitiam Matrem Corneliæ, & Dianoram auctricem Ioannis
Thomæ, † adeoque pro virili tantum fuisset obligata pro 7
rata Fænitiæ Matris *l.1. & a. C. de hæredit.* & cum Prædium, & alia bona Colellæ fuerint diuisa inter dd. Fenitiam, & Dianoram filias, & medietas Dianoræ ex permutatione peruenerit ad Io. Franciscum per instrumentum 7. Aprilis 1574. & Io. Franciscus vti maritus Fenitiæ, possidens etiam aliam medietatem, dederit in dotem Corneliæ filiæ Prædium franco, & libero; Vnde si Cornelia vexare-
tur in Prædio pro debito Colellæ, † etiam defenderetur à 8
Io. Thoma hærede Io. Francisci, & Io. Thomas pro medietate repelleretur, aut non repulsus teneretur de euictione eidem Lupo Antonio, *l. vindicantem 17. ff. de euict.*

Et ita vtraque &c.

R. P. D. RONDININO.

Vladislauien. Abbatiæ.

Lunæ 22. Iunij 1676.

ARGVMENTVM.

In conflictu duplicis possessoris, manutentio illi data est, qui ab Exequutore Apostolico, & de manu eligentium, possessionem fuerat adeptus, reiecta possessione alterius, tamquam capta de mandato Exequutoris, à Signatura Iustitiæ, in locum Exequutoris Apostolici subrogati, quia sicuti ille nullam iurisdictionem habebat, ita legitimam possessionem dare non poterat.

SVMMARIVM.

1 *Possessio beneficij, vt dicatur legitima, & manutenibilis, capi debet de manu eligentium, vel exequutoris Apostolici.*
2 *Possessori legitimo manutentio debetur.*
3 *Acta omnia facta coram iudice carente iurisdictione, remaneat nulla.*
4 *Iudex à Signatura Iustitiæ subrogatus loco exequutoris literarum apostolicarum nullam habet iurisdictionem, & quidquid agit, nulliter agit.*
5 *Signatura Iustitiæ non potest mutare iudices in literis apostolicis datos à summis Pontificibus.*
6 *Inferior non debet, nec potest se ingerere, vbi maior manus apposuit.*
7 *Peregrinus olim Rotæ Auditor testatur, quod tempore quo ipse erat Referendarius Signaturæ Iustitiæ illa*

noluit

noluit immutare exequutore datos in literi Apostolicis.

Quamuis adesset iusta, & rationabilis causa, ibid.

8 *Exequutorum Apostolicorum datorum in literis pro immutatione partes ad Signaturam Sanctissimi remittendi sunt, & num. seqq.*

9 *Papa, & illius Signatura difficillimè immutant exequutores in literis Apostolicis datos.*

DECISIO CCCXCIV.

IN Abbatem Monasterij Corononensis electus à Monachis eiusdem Monasterij Georgius Naramouschi Monachus eiusdem Ordinis Cisterciensis die secunda Martij 1673. atque in possessionem immissus nouam prouisionem obtinuit à Sede Apostolica, quatenus ad ipsam iure deuoluto, vel quouis alio modo Abbatiæ collatio spectaret decimoseptimo Kalendis Maij anni 1673. reportata etiam ab Exequutore Literarum Apostolicarum immissione, & effectiua possessione; Verùm quia interim Ignatius Gniichi Presbyter sæcularis, eandem Abbatiam ab eadem Apostolica Sede impetrauerat sub prætextu nullitatis electionis, & prouisionis Georgij, commissa Causa in Rota, dedi Dubium: An, & cui sit danda manutentio, atque post varias propositiones, in quibus non fuit capta resolutio, ob interim aditam Signaturam, & ob decreta Eminentissimi Carpinei Prodatarij, reassumpta hodie disputatione, illam Domini Georgio concesserunt.

Siquidem cum ipse doceat de sua possessione tam vigore
1 electionis, quàm vigore prouisionis Apostolicæ, † quam
de manu ipsorum eligentium, & Exequutoris Literarum
Apostolicarum respectiuè adeptus est, & proindè legitimè
2 possident † debetur manutentio, *§. retinendæ instit. titulo de
interdict. cum concordantibus.*

Non attento quod Ignatius immissus fuerit in possessionem pendente dilatione huius Causæ ad Archiepiscopum
Gnesnen. quem Signatura Iustitiæ deputauit loco Nuntij
Apostolici, qui noluit ad executionem Literarum Apostolicarum
3 eiusdem Ignatij deuenire, † quia hæc omnia gesta
ab Archiepiscopo Gnesnen. nulla fuerunt ob defectum iu-
4 risdictionis, † prout per suum decretum in Summario
Georgij hodie exhibitum Eminentissimus Carpineus Sanctissimi
Domini Nostri Prodatarius declarauit, optimè
5 sciens Signaturam Iustitiæ † non posse mutare Iudices in
Literis Apostolicis datos à Summis Pontificibus, prout in
6 hoc casu erat Nuntius Poloniæ ex regula vt inferior † non
se ingerat vbi maior manum apposuit, de qua in *cap. vti debitus
de appellat. & in cap. cum inferior de maiorit. & obedientia*,
atque in proposito exornauit Alexander *cons.* 130.
num. 10. *volum.* 4. & post alios Marchel. *de commiss. par.* 1. *cap.*
2. *ex num.* 191. Rota *coram Verall. decis.* 280. *num.* 5 *part.* 3. *&
in recent. par.* 15. *decis.* 214. *nu.* 6. prout de iure ita seruandum
esse, atque in praxi ita seruari testatur, & probat Rota *in
7 Nonantulana Parochialis coram Peregrino*, † qui dicit,
dum ipse erat Referendarius, Signaturam noluisse immu-
8 tare Exequutores datos in literis, etiam ex iusta causa, †
sed instantes remissos fuisse ad Sanctissimum, vbi etiam
9 difficillimè † immutantur, apud Marchesan *de commiss. par.*
1. *pag.* 964. *num.* 3. & comprobant Corrad. *in praxi dispensat.
lib.* 7. *cap.* 4. *sub num.* 25. *&* 26. *Reuerend. Cauen. de execut. liter.
Apostolic. cap.* 3. *num.* 14.

Et ita Georgio tantùm informante, atque Ignatio per annos expectato, resolutum fuit.

R. P. D. TAIA.

Posteà S. R. E. Cardinali.

Cusentina Abbatiæ.

Veneris 22. *Iunij* 1676.

ARGVMENTVM.

Ad impediendam executionem Literarum Apostolicarum, prætendebatur Beneficium esse de iurepatronatus, quod quia & probatum non fuit, & vltimus status assistebat pro libertate eiusdem Beneficij; ideò pro executione Literarum Apostolicarum fuit decisum; Eo magis quia quatenus illud probatum existeret, cum tamen oppositor non adhuc institutionem obtinuerat, non erat legitimus contradictor, ad quem effectum similis gratia requiritur.

SVMMARIVM.

1 *Dilatio dupliciter partibus concessa, pro tertia vice illa partibus denegatur.*

2 *Parochialis Ecclesia infra sex menses ab Episcopo non collata, remanet Pontifici reseruata.*

3 *Obitus beneficiati in possessione, probatur ex narratiua partis, venientis ex eadem vacatione.*

4 *Beneficium præsumitur liberum Ecclesiæ non autem de iurepatronatus, maximè si agitur de familia potenti, & domino loci.*

5 *Iuspatronatus excluditur ex antiqua sententia, illius competentiam, seu præsentationem denegante.*

6 *Iuspatronatus excluditur, si vltima prouisio fuit Apostolica, & ordinarius illud conferre neglexit*

7 *Iuspatronatus, & præsentationem ab substinendam semper suffragatur vltimus status.*

8 *Status vltimus, & ante vltimus, sine difficultate sufficiunt ad libertatem, liberamque collationem beneficij probandam.*

9 *Probatio iurispatronatus amplius expectari non debet, si à 40. & amplius annis facta non fuit.*

10 *Contradictor legitimus non est, qui nullam habet institutionem, vel similem gratiam.*

11 *Pertinentia iurispatronatus etiam probata, non impedit executionem literarum Apostolicarum, vbi quis non habet institutionem, vel similem gratiam.*

DECISIO CCCXCV.

PRopositum fuit dubium 17 Iunij superioris anni: An
Literæ Apostolicæ Caroli sint exequendæ, & altera
Parte petente dilationem, dilatum fuit ad Kal. & iterum
propositum 10. Ianuarij proximè præteriti, adhuc ipsa Parte
dilationem petente, dilatum fuit, & mandatum, vt proponeretur
omninò post Cineres, & ipsa Parte petente compulsoriam,
concessa fuit cum retardatione, vel sine arbitrio
Rotæ 20. Martij proximè præteriti: Nunc tertiò proponitur
hodie, † & adhuc Parte petente dilationem, visum est DD. 1
non indulgendum, & pro informante responderunt, Literas
Apostolicas exequendas.

Etenim vacante per obitum Pauli à sex mensibus, & vltrà
defuncti Parochiali Ecclesia Sancti Michaelis Anchangeli
Casalis Sancti Sixti Cusentinæ Diœcesis, † adeoque 2
reseruata ex Constitutione Beati Pij Quinti super modo
prouidendi Parochiales, Sanctissimus Dominus Noster illam
contulit Carolo, expedito desuper Breui de capienda
possessione nomine Cameræ 5. Ianuarij 1604. opponente
autem Hyacintho coram Ordinario Cusentino suam prætensionem
ad dictam Ecclesiam tamquam de iurepatronatus
Domini temporalis dicti Casalis, & petente institutionem,
fuit ab Ordinario denegata, proindéque Causa ad Rotam
deducta, verificatum visum est à Carolo, quod verificare
debuit ex clausula *constito*, videlicet obitu Pauli, in
possessione Beneficij, probatur ex narratiua ipsa † præsen- 3
tationis Hyacinthi, ex qua inducitur confessio, & quia ipse
venit ex eadem vacatione, Rota *coram Caualer. decis.* 55.
num. 3. *vers. probatur etiam*, *& vers. demum probatur* cum
alleg.

Vnica quæstio fuit de iurepatronatus, quod adeò probatum
non fuit concludenter à Hyacintho, obstantibus præsumptione
pro libertate Ecclesiæ, † & qualitate familiæ 4
Potentis, & Domini loci, vt in hac *Cusentina Abbatiæ decis.*
126. *ex num.* 12. *par.* 5. vt potiùs visum fuerit probari contrarium
à Carolo ex antiqua sententia ferè à sæculo 12. Maij
1581. † negante Domino Duci competentiam iurispatro- 5
natus, seù præsentandi Rectorem in dicta Parochiali Ecclesia,
sed spectare ad liberam collationem Archiepiscopi Cusentini.

Et multum conduxit vltima Apostolica prouisio, & collatio
Paulo facta, vbi Summus Pontifex contulit Beneficium
tamquam vacans per obitum Matthæi † prouisi simi- 6
liter à Sede Apostolica per liberam dimissionem alterius
Caroli prouisi ab Ordinario, & ex eo quod post dimissionem
à sex

à ſex menſibus, & vltrà Ordinarius non contuliſſet, vt in
Literis Apoſtolicis Pauli 9. Nouembris 1642. ex quibus viſa
7 eſt conſtare libertas Beneficij, † ſi enim ſufficit vltimus
ſtatus ad ſeruitutem Beneficij probandam, & præſentatio-
nem ad illud ſubſtinendum celebri *cap. conſultationibus* 19.
de iurepatr. cap. querelam 24. *de elect.* multò magis ad pro-
8 bandam libertatem, † liberamque collationem, ſatis erit
vltimus, & ante vltimus ſtatus, vna cum re iudicata, vt
ſupra in puncto reſpondet Bald. *conſ.* 437. *lib.* 2. & ex eo Ro-
ta *deciſ.* 308. *num.* 6. *par.* 1. *recent.* & notauit ad *d. cap. conſulta-
tionib.* Barboſ. *num.* 7. *verſ. amplia, quod licèt Textus D. Fa-
gnanus etiam num.* 17. Rota *coram Coccin. deciſ.* 910. maximè
num. 5. 9. *&* 10. cum alleg.

Atque ideò nihil eſt viſum Dominis expectandum pro
9 iurepatronatus, † ſaltem contra prouiſionem præſentem,
& literas exequendas, ſi quid ad ipſum iuſpatronatus iam à
d. deciſ. 126. anno 1627. & ferè à quadraginta annis remanet
deducendum.

Cumque Cauſa vertatur cum Hyacintho præſentato,
qui nec habet inſtitutionem, nec eſt legitimus contradictor
10 † non habens ſimilem gratiam, non poteſt illius oppoſitio
11 retardare executionem Literarum Apoſtolicarum, † etiamſi
firmaretur pertinentia iuriſpatronatus, Rota *coram Ludouiſ.
deciſ.* 221. *num.* 4. *&* 11.

Et ita altera tantùm parte informante, reſolutum fuit.

R. P. D. TAIA.

Poſtea S. R. E. Cardinali.

Leodien. Decanatus.

Lunæ 22. Iunij 1676.

ARGVMENTVM.

Agitur de Decaniſſa Eccleſiæ ſæcularis Oppidi Thoren. Leodien Diœceſis, in qua eſt Capitulum vtriuſque ſexus, eaque electa à maiori parte Capituli Canonicæ electa declaratur; cum autem ipſa etiam prouiſionem Apoſtolicam obtinuiſſet, illius literas exequendas eſſe deciditur, reiectis electionibus aliarum, vtpotè habentium minora ſuffragia, pluraque etiam per procuratores minus legitimè conſtitos, emanata.

SVMMARIVM.

1 *Electionem, & prouiſionem Apoſtolicam ſuper illa ſequutam, ſi quis impugnare prætendit, earum nullitatem plenè, & concludenter probare tenetur.*
2 *Mandatum procuræ ad eligendum factum de beneficio vacaturo per mortem, eſt nullum, ſecus verò ſi illud per reſignationem vacare debuiſſet.*
3 *Votum captandæ mortis dicitur ineſſe ſolum in beneficio vacaturo per mortem, ſecus autem ſi per reſignationem vacatio ſucceſſura eſſet.*
4 *Electio per procuratorem fieri non poteſt, niſi cum requiſitis* cap. quia propter de elect. *& quando vide numer. ſeqq.*
5 *Dignitatis electio quatenus per procuratorem fieri poſſit.*
6 *Eccleſia per vacationem dignitatis dicitur remanere viduata, & quando vide num. ſeqq.*
7 *Decanatus in Eccleſia non eſt prima dignitas, ſed vide numer.* 9.
8 *Electio Beneficiatorum, ſeu Prælatorum inferiorum non expoſcit requiſita,* cap. quia propter de elect.
9 *Decaniſſa, & Abbatiſſa dicuntur habere dignitatem.*
10 *Electio Prælatorum inferiorum per procuratorem fieri non poteſt, niſi cum legitimis mandatis ſecundum diſpoſitionem Sacrorum Canonum.*
11 *Mandata procuræ, & Procuratores ad eligendum fieri, & conſtitui non poſſunt, ſiue certa cauſa, & impedimento, ac cum iuramento, & facultate iurandi.*
12 *Mulieres plerumque fingere, & ſimulare conſueuere.*
13 *Eligens quatenus poſſit electioni de ſe factæ conſentire, vel conſtituere procuratorem ad eligendum, qui poſtea eligat ſemetipſum.*

DECISIO CCCXCVI.

VAcante Decanatu in Eccleſia ſæculari, & Capitulo vtriuſque ſexus in Oppido Thoren. per liberam reſignationem D. Annæ Calatis Comitijs Capitularibus 6. Februarij 1675. conſtat de 15. vocalibus, præſentes fuiſſe octo vocales, tribus alijs legitimè impeditis ſuffragia mittentibus, vt conſtitit Capitulo talia ſuffragia, ſine vlla oppoſitione recipienti, & approbanti, & ex his vndecim D. Philippinam Erneſtinam Barbaram habuiſſe ſex indubitata, & vnum controuerſum; Dominam vero Annam Catherinam quatuor indubitata, & alia tria controuerſa, & reiecta, & D. Iulianam Erneſtinam vnum, adeoque completo Capitulo D. Philippinam Erneſtinam Barbaram, vti præualentem ſuffragijs pronunciatam, & publicatam fuiſſe Decaniſſam, quæ mox à Sanctiſſimo Domino Noſtro obtinuit prouiſionem, cum expreſſa narratiua Electionis ſuæ factæ à Capitulo, ſeu illius maiori parte, vel ſaltem in diſcordia Capitularium à medietate, vt in literis Apoſtolicis 26. Martij 1675. poſt quas Anna Catherina ſimilem obtinuit prouiſionem, cum expreſſa narratiua electionis à maiori prout ſaniori parte Capituli vocalium, vt in literis 8. Aprilis ſequentis, & poſt has Maria Vrſula ſimilem obtinuit prouiſionem, cum expreſſa narratiua electionem fuiſſe nulliter, & minus canonicè factam, vt in literis 26. Aprilis præteriti.

Cum autem controuerteretur, quæ literæ ſit exequendæ, & cui ſit adiudicandus Decanatus, hodie propoſito dubio de more, Domini reſponderunt, exequendas literas Philippinæ Erneſtinæ Barbaræ.

Et licet vnus exiſtimaret Decanatum ad iudicandum
Annæ Catherinæ, quæ reperitur in poſſeſſione Decanatus
vigore literarum Apoſtolicarum, † ita vt prætendentes 1
ipſam excludere, debeant plenè, & concludenter probare
nullitatem electionis illius, & gratiæ tamquam actionis ſuæ
fundamentum Rota *deciſ.* 46. *numer.* 3. *par.* 12. quod non pro-
batur, ex quo habuerit tria vota per procuratores, quæ
prætenduntur nulla, quoniam (omiſſo, an acta Capitu-
laria integra producta ſint, & legitimè extracta, quod con-
trouertitur ab informantibus pro Anna Catherina) dum
nullitas ſuffragiorum deducitur ex eo, quod mandatum fue-
rit factum ante beneficij vacationem reſpondetur tunc eſſe
nullum talem mandatum, cum agitur de beneficio vacatu-
ro per † mortem, ſecus in beneficio vacaturo per reſigna- 2
tionem, † in quo non eſt votum captandæ mortis ex Roch. 3
de Curte, & Lambert. *de iurepatr.* & cum ijs Mareſc. *va-
riar. reſol.* 33. *numer.* 17. *&* 18. *lib.* 2. Viuian. *prax. iuriſp. cap.* 6.
num. 8. *par.* 2.

Quod ſi nullitas deducitur, quia non potuit fieri electio
per procuratorem, † niſi cum requiſitis in *cap. quia pro-* 4
pter 42. *de elect.* reſponderunt, ea requiſita eumque textum
procedere, † quando agitur de electione dignitatis, per cuius 5
vacationem Eccleſia remanere vidua dicatur ibi † Eccleſiæ 6
viduatæ &c. Abbas ad hoc ipſum *cap. num.* 7. *verſ. iſte autem*
nouiſſimè Paſſer. *de elect. cap.* 9. *num.* 55. qui non eſt caſus no-
ſter, † cum Decanatus non ſit prima dignitas. 7

Attamen alij aliud reſponderunt, vt ſupra, & in primis
viſa ſunt acta Capitularia integra, & legitimè extracta, &
producta 5. Iunij currentis, & in forma probanti, prout man-
datum fuit à Rota exhiberi 20. Aprilis præteriti.

Et nullitati, vt ſupra deductæ, quod non potuerit fieri
electio per Procuratorem nō benè occurſum videbatur cum
limitatione, quod in electionibus Beneficiorum, ſeu Præla-
torum inferiorum † non ſit neceſſariò ſeruanda illius textus 8
diſpoſitio, † nam Decaniſſa, vt Abbatiſſa dicitur habere 9
dignitatem *§. verum ſi quæ fuerint Moniales cap. indemni-
tatibus* 43. *de elect. in* 6. inquit Abb. *ad d. cap. quia propter
num.* 8. D. Fagnan. *ibid. numer.* 12. & generalius Barboſ. *ibid.
num.* 5. *&* 6. & nihilominus etiam ad electionem Prælato-
rum inferiorum † Procuratores debent conſtitui cum legi- 10
timis mandatis iuxta diſpoſitionem Sacrorum Canonum *§.
illud autem d. cap. quia propter.*

Fundamenta verò dubij, vt ſupra reſoluti, ea Domini ſtatuerunt in verificatione literarum Apoſtolicarum Philippinæ Erneſtinæ Barbaræ, quæ procul dubio fuit electa à maiori parte legitimè congregatarum in Capitulo, & legitimè ſuffragantium, cum legitimè ſuffragantes, vt ſupra dictum eſt, fuerint vndecim, de quibus ſex indubitatè elegerunt d. Philippinam Erneſtinam Barbaram, & quatuor ſimiliter indubitatè Annam Catherinam, quæ nimis paten-

patenter conuincitur in electione à D. Philippina Ernestina Barbara.

Quatuor autem aliorum suffragantium vota fauorabilia Annæ Catherinæ minus canonicè lata visa sunt Dominis, & non imputanda, & tria quidem missa ad Capitulum à
11 duabus Canonissis, & vno Canonico absentibus, † vti per mandata, & procuratores, sine certa causa, & certo impedimento constitutos, nec cum Iuramento, aut facultate iurandi super veritate causæ, & impedimenti impellentis ad constituendum Procuratorem, & sic contra formam *dicto §. illud autem* horrentibus forte præcipuè mulieribus mandantibus non solum periurium, sed etiam mendacium, nolendo exprimere certum impedimentum, illudque iurare, & merito tria hæc imputanda non sunt, prout, nec imputata fuerunt à Capitolaribus quorum medietas ea reiecit, & altera medietas se remisit ad constituentes, vt tuerentur suum mandatum.

Quintum Suffragium Annæ Catherinæ, quæ ante Capitulum ipsa die 6. Februarij, asserens propter aduersam valetudinem Capitulariter comparere non posse, & domi suæ votum dedit, elegitque in Decanissam Iulianam Ernestinam, visum est Dominis inutile ad augendum numerum eligentium præcipuè ex defectu formæ, & iuramenti, vt supra ad dictum §. *illud autem*, tum etiam sine mendacio qui-
12 dem, sed non sine fictione, † & simulatione muliebri apud Tiraq. *ad l. cannub. 9. n. 32.* cum ipsa die, & continuo in firma ad interueniendum Capitulo Sana fuerit, & prospera ad adeundam Ecclesiam capiendamque possessionem.

Igitur legitimo numero suffragantium constituto in vndecim supra maiorem partem electa fuit Philippina Ernestina Barbara à suffragantibus sex, & adhuc ipsa legitimè impedita per legitimam absentiam constituit procuratricem generalem ad suffragandum Annam Ludouicam, quæ suffragata est fauore mandantis, atque vt supra mandans ele-
13 ctioni de se factæ consentire potuisset, † & persona eius computaretur inter eligentes ad maiorem partem Capituli statuendam *cap. cum in iure peritus de elect. in fin. & ibi glos. vlt.* sic potuit consentire procuratrix, & augere ad septimum Suffragium.

Constante itaque manifesta electione legitima Philippinæ Ernestinæ Barbaræ, & anteriore quoque prouisione Apostolica ipsius, planè responsum fuit literas D. Philippinæ Ernestinæ Barbaræ exequendas, & illi adiudicandum Decanatum, non obstantibus literis Annæ Catherinæ, & Mariæ Vrsulæ posterioribus, & illegitima, quidem electione, quin etiam irrita executione illarum Annæ Catherinæ cum possessione subsequta, & illis Mariæ Vrsulæ per subreptionem impetratis.

Et ita causa bis proposita, & prima vicè vtraque parte acerrimè informante &c.

Supra in alio præcedenti tom. 2. par. 18. adest altera præsentis causæ decisio, quæ est ibi in ordine 796.

R. P. D. T A I A.

Postea S. R. E. Cardinali.

Hispalen. Primitiarum.

Veneris 26. Iunij 1676.

A R G V M E N T V M.

Assistentia iuris, quam habent Parochi in iure decimandi, in Hispaniarum Regnis Episcopo, & Archiepiscopo suffragatur, quia ibi Parochiæ non sunt distinctæ, neque Curati sunt verè Parochi, sed solum Episcopi, & Archiepiscopi; cumque etiam cuncta beneficia in illis partibus plerumque super decimis sint fundata, ideo Beneficiato, qui etiam possessionem decennalem habebat, manutentio super illis fuit concessa.

S V M M A R I V M.

1 *Tempus considerabile in materia possessionis dicitur esse decennium.*

2 *Possessio decennalis est manutenibilis, etiam si contra se habeat iuris resistentiam.*

3 *Parochiæ in Diœcesi Hispalensi non sunt distinctæ.*

4 *Decimandi iuris assistentia in Hispania stat pro Episcopo, non autem Parochis.*

5 *Episcopus, & Archiepiscopus sunt parochi vniuersales in Hispania, non autem Curati particulares.*

6 *Parochi in Hispania non sunt veri Pastores.*

7 *Dignitates, & Beneficia in Hispania, vt plurimum cum decimis sunt fundata.*

8 *Rectores, & Parochi in Hispania non habent fundatam intentionem super decimis.*

9 *Decimæ, & Primitiæ in Hispania æquè diuiduntur inter Curatos, & Beneficiatos.*

10 *Concordia facta super decimis inter Archiepiscopum, tanquam Parochum, & Beneficiatos seruari debet.*

11 *Transactio facta super decimis non eget beneplacito Apostolico, sed sola confirmatione Episcopi contenta est.*

D E C I S I O CCCXCVII.

PRoponebat Iosephus Actor se Beneficiatum esse in Ecclesia Sancti Ioannis del Puerto Archiepiscopatus Hispalen. cuius possessionem vigore literarum Apostolicarum acceperat 15. Octobris 1670. Et vigere immemorabilem consuetudinem diuidendi primitias æqualiter inter Beneficiatos, & Curatos; Cum autem Hieronymus Aduocatus dictæ Ecclesiæ Curatus eas integre exigere prætenderet, propterea semetipsum Beneficiatum instituisse iudicium manutentionis in quasi possessione exigendi medietatem coram Vicario Hispalen. 20. Iunij 1673. qui contra decreuit manutenendum Hieronymum vti Curatum, & adhuc se appellante ad Nuntium Hispaniarum, à Nuntio confirmatum fuisse Vicarij Decretum; Vnde ad Rotam deducta causa, eo instante propositum est hodie dubium: An Iosepho Beneficiato sit dandum mandatum de manutenendo in quasi possessione percipiendi medietatem Primitiarum, & DD. manutenendum responderunt.

Quia Iosephus plenè probat suam quasi possessionem percipiendi Primitias, nedum de tempore moræ litis, sed etiam longè antea, Beneficiatosque antecessores in eadem possessione extitisse, vt ex testibus pro parte dicti Iosephi examinatis, & datis in Summario *num. 1.* ex quibus nonnulli etiam deponunt talem esse consuetudinem immemorabilem, & quando possessio est alicuius temporis considerabilis, † hoc est, si sit decennalis, † est manutenibilis, 1
etiamsi in contrarium habeat iuris resistentiam Posth. *de* 2
manut. obser. 44. nu. 23. & 24.

Quæ tamen iuris resistentia in præsenti causa non concurrit, tum quia in Diœcesi Hispalensi, † in qua Parochiæ 3
non sunt distinctæ, † assistentia iuris stat pro Archiepisco- 4
po, † qui est Parochus vniuersalis, non autem pro Curatis 5
particularibus, † qui non sunt veri Pastores Rot. *decis. 201.* 6
num. 6. par. 13. Tum etiam, quia in Regnis Hispaniarum † 7
dignitates, & Beneficia, vt plurimum cum decimis sunt fundata, & propterea Rectores † in illis partibus non fun- 8
dant suam intentionem super eis Greg. *decis. 429. num. 6. & Zarat. decis. 74. nu. 24.*

Et ijdem testes ita vlterius subdunt, non solum in prædicta Ecclesia Sancti Ioannis del Puerto, sed etiam in alijs Ecclesijs Diœcesis Hispalen. † consueuisse diuidi Primitias in- 9
ter Curatos, & Beneficiatos, quod comprobatur etiam ex *decis. 29. penes Posth. de manut.* edita in alia causa Hispalen. Primitiarum.

Addebant informantes pro Iosepho concordiam initam inter Archiepiscopum tanquam Curatum Vniuersalem,
† & Vniuersitatem Beneficiatorum Ecclesiarum Paro- 10
chialium Capitulariter congregatorum Ciuitatis Hispalen. 29. Nouembris 1624. in qua literaliter leguntur Primitiæ, vt supra diuidendæ.

Nihilo obstante, quod Concordia munita non sit bene-
placito Apostolico. † Quia ad validitatem sufficit sola con- 11
firmatio Episcopi ad *cap. 2. de transact. & ibi Abb. num. 2. & 4.* Glos. *in cap. ex multiplici verbo eandem de Decim.* Rot. *decis. 218. nu. 3. par. 7.*

Et ita altera tantum Parte informante, resolutum fuit.

R. P. D. RONDININO.

Romana Census.

Veneris 26. Iunij 1676.

ARGVMENTVM.

De suo interesse docuerat fideicommissarius, & proinde fuit admissus ad causam, quæ agitabatur cum hærede grauato; illud autem fuit desumptum ex immissione sibi à iudice concessa, etiam cum clausula *dummodo possessio sit vacans, & sine præiudicio habentium meliora, & potiora iura*, ac etiam ex alijs; quia d. clausula, alio non possidenre, veram immissionem tribuit, cumque de defectu sui iuris adhuc exciperetur, hoc sibi à tertio opponi non posse deciditur, sed alijs fideicommissarijs, qui non comparebant, remanere reseruatum.

SVMMARIVM.

1 *Fides Baptismatis adminiculata, etiam à solis testibus ad perpetuam rei memoriam, plenè probat filiationem.*
2 *Admissio ad causam conceditur illi, qui docet de suo interesse.*
3 *Admissionis ad causam iudicium aliqualem, & apparentem probationem requirit.*
4 *Probatio plena in formali, & plenario iudicio reseruatur.*
5 *Iudiciorum ordo peruerti non debet.*
6 *Immissio concessa cum clausula* dummodo possessio sit vacans, & sine præiudicio habentium meliora, & potiora iura.
Nemine comparente, qui de melioribus iuribus doceat, veram possessionem tribuit ibidem, & nu. 7.
7 *Clausula* dummodo possessio sit vacans, & sine præiudicio habentium meliora, & potiora iura.
Non suspendit acquisitionem possessionis, sed eam resoluit, si constat de iure, & præiudicio alterius, seu de alio possessore ibidem, & nu. 6.
8 *Exceptio, quæ solum respicit iura fideicommissariorum, ab ijs tantum, non autem ab alijs potest opponi.*
9 *Tertius de cuius iuribus excipitur, debet oppositioni consentire.*

DECISIO CCCXCVIII.

DEfuncto Henrico de Alphonsis, Aloysius eiusdem frater commissionem admissionis ad causam obtinuit cum solita clausula docto, quod sua intersit, ad eius commissionis formam cum dubium proposuerim, eiusdem Aloysij fauore hodie Domini responderunt.

Docet ipse, quod sua intersit ad causam admitti, cum probet mortem Henrici fratris, seque esse filium Petri Se-
1 nioris communis parentis † ex fide baptismatis adminicu-
lata à testibus ad perpetuam rei memoriam examinatis, &
2 ideo veluti talem, euasisse filium primogenitum, † & suc-
cessiue in locum Henrici fratris defuncti, & tamquam fi-
deicommissarium hæredem ab A. C. obtinuisse mandatum
de immittendo in possessionem bonorum fideicommissariorum Petri Senioris de Alphonsis, cuius vigore locorum
montium, & domus positæ in via Iulia possessionem adeptus est, quam à decem, & septem annis circiter retinet,
3 nemine contradicente, de eisdem bonis disponendo, † quæ
omnia sufficiunt ad hunc effectum admissionis ad causam,
in cuius iudicio sufficit actori aliqualiter summariè, & appa-
4 renter docere, quod sua intersit ad causam admitti, † reser-
uata pleniori probatione in formali iudicio super successio-
5 ne, ne iudiciorum † ordo peruertatur ex notatis per *Cantoni-
stam in cap. veniens il secondo, vbi Innocent. verbo incontinen-
ti* Felin. *& n. 13 de testib.* idem Felin. *in cap. eum super n. 16. de
sent. & re iudic.* Abb. *consil. 82. sub n. 40. vol. 1.* Card. Zabarell.
consf. 8. n. 2. Rot. *cor. Coccin. dec. 47. n. 19.* Bich. *dec. 24. n. 5.* Card.
Celsi *dec. 244. n. 1.*

Etiam si A. C. concesserit Aloysio Actori immissionem
cum clausula *dummodo possessio sit vacans, & sine præiudicio
6 habentium meliora, & potiora iura*, † quia cum in effectu va-
cans possessio dictorum bonorum reperta fuerit, nec vllus
vnquam comparuerit, qui docuerit in dicto fideicommisso
iura meliora, & potiora habere, immissio illa veram posses-
sionem tribuit Aloysio, cum non suspendat acquisitionem
possessionis, † sed eam tantummodo resoluat, quando consta- 7
bit de iure, & præiudicio alterius, seu de alio possessore Ciriac. *contr. 10. n. 12.* Add. ad Greg. XV. *dec. 332. sub n. 6.* Thom. *dec. 35. n. 20. & 21.* Post. *de man. obs. 50. nu. 8.* Rot. *post eundem dec. 14. n. 18 & dec. 59. n. 8. & dec. 430. n. 9. & 10.* in quibus terminis plenæ possessionis loquuntur decisiones in illa *Romana fideicom. seu Saluian. cor. Reuer. Decan. in rec. p. 14 dec. 108. n. 2. & dec. 118. illo eodem numero.*

Non obstat, quod Aloysius non doceat se adimpleuisse conditionem præscriptam à Petro Seniore de Alphonsis fideicommittente, qui vult, vt eius successores in Vrbe habitent, alias non possint potiri commodo, & administratione
bonorum fideicommissariorum, † quia cum hæc exceptio 8
respiciat ius vocatorum, non nisi ab illis potest opponi, vt dicebat Bar. *in magistrali repetit. huius materiæ in l. 2. ff. de excep. rei iudic.* vbi, quod tertius de cuius iure excipitur, † debet 9
oppositioni consentire Doct. *l. loci corpus §. competit. ff. si seruitus vindicetur* Rim. Sen. *cons. 599 sub n. 8.* Thesaur. *in celebri dec. 4. n. 3.* Rota *cor. Coccin. dec. 1577. n. 8. & cor. Bich. dec. 63. n. 19.*

Et ita vtraque parte informante resolutum fuit.

R. P. D. TAIA.

Posteà S. R. E. Cardinali.

Bononien. Pecuniaria.

Mercurij 1. Iulij 1672.

ARGVMENTVM.

Euadere contendebat procurator restitutionem pecuniarum ab eo vigore mandati exactarum, ex quo dicebat se anteriorem creditorem mandantium, à quibus etiam cessionem reportauerat; ipsum tamen ad eam restituendam teneri deciditur, quia de veritate sui crediti, ab eo mandantibus præcedenter cessi nequaquam docuerat, prout cedens semper, & quandocumque illud præstare, & de eo docere tenetur.

SVMMARIVM.

1 *Mandatum procuræ ad exigendum factum à debitore creditori, dicitur factum ad sibi satisfaciendum de suo credito, & quando vide nu. seqq.*
2 *Mandatum procuræ factum cum clausula* citra *non reuocent priorem cessionem procuratori factam.*
3 *Mandatum procuræ factum cessionario ad exigendum, etiam nomine cedentium, causa facilioris exactionis dicitur factum.*
4 *Cessionarius præsumitur inquisiuisse veritatem crediti cessi, nec illam inuestigare prætermisisse.*
5 *Bona fides mercatoribus deficere non debet.*
6 *Crediti cessi veritatem, maximè ingentis summæ, tamdiu apud mercatores quæsisse præsumendum non est.*
7 *Cedens licet non teneatur præstare debitorem locupletem, illum tamen verum debitorem esse, præstare debet.*
8 *Cedens vsque ad legitimam præscriptionem teneatur præstare debitorem cessum, verum debitorem esse.*

DECISIO CCCXCIX.

ANtonius, & Iulianus Mercatores Liburni constituerunt Procuratorem Comitem Marcum Antonium ad constituentium nomen, & pro ipsis exigen. à Ioanne Baptista omnem pecuniam debitam ex scriptura priuata, ex libris, ex publico instrumento, & quouis alio modo &c. in Instrumento 18. Maij 1648. & Io: Baptista debitor lib. 12093. medio Cesare mandato, manualiter soluit Marco Antonio Procuratori supradicto lib. 11563. in tot bonis monetis, & residuum soluere promisit in Instrumento 6. Iunij sequenti, iuxtà d. Instrumentum mandati 18. Maij 1648.

Hodie proposito dubio, An constet de credito Antonij, & Iuliani contra Com. Marcum Antonium Mandatarium, non negabat ipse, sed opponebat Instrumentum 15. Septembris 1647. in quo ipsi Antonius, & Iulianus asse-

rentes

rentes cum iuramento habuisse à Co. Marco Antonio cre-
ditum ducat. 3000. contra Vincentium iam pridem mense
Iulij proximo, & proinde insolutum cessisse ipsi Com Mar-
co Antonio creditum contra Ioannem Baptistam ad sum-
mam scut. 2349. 8. 3. & totum residuum scut. 3000. Co. Mar-
cum Antonium habuisse in pecunia numerata à se ipsis An-
1 tonio, & Iuliano, ideo ipsi Antonius, † & Iulianus non
recedentes etiam à d. cessione sui crediti sama, Imò insisten-
tes, & confirmantes, vt Comes Marcus Antonius restitue-
ret ad suam pecuniam à Io. Baptista, constituerunt suum
verum, & legitimum Procuratorem ipsum Co. Marcum
Antonium ad exigendum suo nomine proprio, & cessiona-
rio, & vti procuratorio quoque eorumdem constituentium,
si oporteret dd. scuta 2349. 8. 3. de credito constituentium
debitoris Io. Baptistæ, & de exactis quietandum, tam vti
principalem cessionarium, & Dominum, quàm vti Pro-
curatorem.

Nec obstare dicebat Co. Marcus Antonius posterius man-
2 datum exigendi nomine mandantium, † tum quia factum
citra &c. hoc est citra reuocationem anterioris, præcipuo
3 nomine proprio, & facilioris exactionis causa, † & sub
conditione, si oporteret etiam nomine cedentium ad ipsam
clausulam citra &c. apud Barb. *clauf. 17. nu. 11. cum alijs*, & sic
exegisse potiùs ad sensum soluentis ipsius.

Quæstio redacta est ad veritatem crediti Marci Antonij
cessi Antonio, & Iuliano contra Vincentium, quod Comes
Marcus Antonius asserebat fuisse in quadam scriptura ma-
nuali *Pagarò*, Antonio, & Iuliano iam tradita, & argue-
bat ex eo, quod Antonius, & Iulianus accepissent à se ces-
sum dictum nomen antea mense Iulio, vt supra, & ipsi po-
4 stea cessissent 11. Septembris sequentis; † etenim inquisis-
sent satis, & requisissent cessi nominis veritatem propterea
Indubitati, & innominati in Instrumento, & adijciebat
temporis cursum ad duo de triginta annos, refundendo bo-
5 nam † fidem Mercatoribus deficientem, & exactam for-
6 tè pecuniam, † quæ tanta, ac tamdiù debita mercatoribus,
vel à cesso Vincentio debitore debitoria, vel ab ipso Marco
Antonio verum nomen non cedente non quieuisset, si
etiam Mercatores ita cessissent, non aliàs aliterque cessum.

DD. autem summo, & suo iure subnixi creditorum, quia
7 si nomen cessum sit, † cedens nisi locupletem debitorem
esse, præstare debet, ad *l. 4. ff. de hæred. vel act. vendit. & Olea
de cess. iur. quæst. 3. num. 3. tit. 7.* & credere dignum est, non
8 præstito debitore cesso, † neque legitima præscriptione,
completo quoque temporis lapsu, constare de credito, vt su-
pra responderunt.

Et ita Vtraque parte informante resolutum fuit.

R. P. D. EMERIX.

Cremonen. Iurispatronatus.

Mercurij 1. Iulij 1676.

ARGVMENTVM.

Traditur materia beneficij Sacerdotalis actu, non autem habitu, quæ in præsenti deducebatur ex eo, quod testator mandauit eligi Sacerdotem, qui sit sufficiens, & attendat ad celebrandum, alias remoueatur, & eligatur alter, ad quem effectum ponderatum est, quod qualitates à testatore requisitæ considerari debeant vicissim, & vnitim, non autem separatæ, & distinctæ.

SVMMARIVM.

1 *Qualitates à testatore requisitæ interuenire debent de tempore actus, non autem postea.*

2 *Testator si voluit præsentari Sacerdotem tempore præsentationis, non potest eligi ille, qui eo tempore non erat Sacerdos.*

3 *Sacerdotale, vt dicatur beneficium qualitates à fundatore requisitæ considerari debent vnitim, non separatim, & distinctæ, & num seqq.*

4 *Sacerdos si non solum eligendus est, sed etiam, qui celebret, & attendat ad celebrandum alias remoueatur, & eligatur alter.*

Denotat beneficium esse Sacerdotale non simpliciter habitu, sed etiam actu ibidem.

5 *Beneficium esse Sacerdotale actu, non habitu, aliud est, quod requiratur ab homine, aliud verò à lege, & num 7.*

6 *Sacerdos idoneus, & sufficiens, qui celebret si præsentari debet, huiusmodi qualitas de tempore electionis est necessaria.*

7 *Dispositio hominis differt à dispositione legis; & ideo cum illa magis rigorosè proceditur, & supra num. 5.*

8 *Residentialis qualitas à testatore requisita cum pœna priuationis, denotat beneficium esse Sacerdotale actu.*

DECISIO CCCC.

PLacuit Dominis confirmare decisionem æditam sub
die 11. Decembris præteriti, & breuiter ex eodem
fundamento, quod fundator voluerit Sacerdotem, seù præ-
sentandum debere esse actu talem de tempore electionis, † 1
ac propterea cum ista qualitas tunc non adfuerit, neque ad-
huc adsit in Stephano, † ipse non potuerit eligi, seu præ- 2
sentari per Tex. *in cap significatum 11. de Præben.* & ea, quæ
notat Fagnan. *in cap. 1. nu. 54. & seqq. de ætat. & qualit.* Pirr.
Corrad. *in prax. benef. lib. 2. cap. 10. num. 116. cum seqq.* Rota
penes Garz. *de benefic. par. 7. cap. 1. num. 79. decis. 570. num. 1.
par. 4 diuers. decis. 216. num. 1. & seqq. par. 2. rec. coram Sera-
ph. dec. 871. nu. 1. coram Dunozetto Iun. decis. 956. ante num. 9.
cum duobus sequentibus, & in Vicen. Beneficij 18. Februarij
1675. coram me.*

Hanc autem mentem fundatoris rùrsus deducebant non
ex simplicibus verbis eligendi Sacerdotem, seu Presbyte-
rum, † neque ex alijs, qui celebret duas Missas in hebdo- 3
mada, benè reflectentes, neque ista separatim sumpta hoc
pernecesse inferre ad mentem Rot. *coram Merlin. dec. 825* &
Sacræ Congregationis Concilij in quamplurimis responsis
allegatis in mox relat *decis. Merlin.* & per Barbos. *de iur. Ec-
cles. vniuers. in lib. 3. cap. 5. num. 33.* aliosque ab informantibus
indicatos, sed ex omnibus simul conglobatis, hoc est eligen-
di Sacerdotem, seu Presbyterum idoneum, seu sufficien-
tem, † qui celebret duas Missas in hebdomada, & si 4
non attendat ad celebrandum remoueatur, & ponatur
alius.

Hæc enim omnia simul vnita in dispositione Hominis,
& ab obseruantia etiam comprobata iterum visa fuerunt † 5
denotare enixam voluntatem, vt eligendus sit actu Sacer-
dos, & per se ipsum celebret ex his, quæ in leuioribus
terminis, † in quibus Testatur mandauit præsentari Sa- 6
cerdotem idoneum, vel sufficientem, qui celebret, tradunt
Dec. *in cap. cum in cunctis, §. inferiora num. 12. de elect. & in
cons. 129. num. 5. vers. & sic verba ista*, Garz. *de benef. par. 7.
cap. 1. nu. 61. & 63.* Lotter. *de re benef. lib. 2. qu. 47. num. 8.* Pirr.
Corrad. *lib. 2. cap. 10. num. 109* Grat. *disc. 800. nu. 11. §. quæ sint
notanda, post medium*, Rot. *d. dec. 496. num. 8. par. 1. recent.* &
distinguendo inter dispositionem hominis, † & legis tradi- 7
derunt Castill. *contr. iur. cap. 30. num. 44.* Pirr. Corrad. *d. lib. 2.
cap. 10. il secondo numero* 120. Barbos. *allegat. 24. num. 37.* Ro-
ta *d. dec. 496. num. 8.* Et ex alijs, quæ in casibus, in quibus de-
mandata fuit † priuatio Beneficij, si non resideat notant 8
Lotther. *de re benef. lib. 3. qu. 27 nu. 31. & 43.* Rota *decis. 140.
num. 5. par. 4. recent.* & resoluit in his terminis Sacra Congre-
gatio Concilij, vt testatur Fagnan. *in cap. 1. num. 28. de ætat.
& qualit. cum alijs in decisionibus huius causæ 17. Iunij §. eo-
que facilius, & 11. Decembris §. Et fortius anni præteriti, co-
ram me.* Et isto modo credebant Domini benè conciliari
omnes authoritates, & resolutiones Sacræ Congregationis
in hac materia emanatas, & inter se contrarias, sed diuer-
sas, secundum diuersitatem circumstantiarum, cum quibus
emanarunt.

Et ità vtraque parte informante resolutum fuit.

Plurimæ decisiones factæ sunt in hac causa, quæ omnes concordatæ fuerunt supra in calce dec. 354. hac eadem parte.

R. P. D. BOVRLEMONT.

Bononien. Beneficij.

Lunæ 21. Iunij 1677.

ARGVMENTVM.

Nulla declaratur possessio concessa a Iudice, qui vel appellanti non responderat, vel apostolos simpliciter, sine vlla distinctione concesserat, cum dicatur semper ille appellationi detulisse, non obstante clausula *cum facultate manutenendi quem de iure*, à Signatura apposita, quia etiam ipsa suspendit exequutionem iam factam, quoties eadem legitimè fieri non poterat; Rursus nullus quoque visus est processus beneficialis, fabricatus coram A. C. cum solis citationibus domi dimissa copia exequutis, cum illæ personales esse debuerant; & tandem deciditur, quod possessor triennalis aduersus prouisum Apostolicum tutus sit, quamuis conuentionalis intimatio molestiarum inter partes processerit, quoties, vt hic, illa facta fuerit, literis non expeditis.

SVMMARIVM.

1 *Manutentio datur possessori, qui suam anteriorem possessionem probauit.*
2 *Possessio probatur ex instrumento publico adeptionis illius, nullo alio in possessione existente.*
3 *Possessio probatur etiam ex confessione Partis.*
4 *Possessio Rei conuenti resultat ex mandato de immittendo ab Actore petito.*
5 *Mandatum de immittendo præsupponit possessionem partis, contra quam petitur.*
6 *Iudex, qui nulliter, iniustè, & attentate procedit, possessorem sua possessione non priuat.*
7 *Clausula* cum facultate manutenendi quem de iure, *suspendit exequutionem, non solùm faciendam, sed factam, quoties illa non fuit legitimè facta.*
8 *Apostolos Iudex simpliciter concessisse dicitur, dum illos non dedit qualificatos, dimissorios scilicet, refutatorios, vel reuerentiales.*
9 *Iudex per concessionem apostolorum simpliciter dicitur appellationi detulisse.*
10 *Iudex, qui detulit appellationi non potest amplius exequi suum mandatum, vel se in causa intromittere, absque vitio attentatorum.*
11 *Reus tenetur probare fundamentum suæ exceptionis, quia in ea efficitur Actor.*
12 *Iudex, qui petenti Apostolos nihil respondit; adhuc tamen dicitur appellationi deferre, itaut nec refutatorios amplius dare possit, nec in causa se intromittere absque vitio attentatorum ibidem.*
13 *Possessio data à Iudice, qui vel detulit appellationi, vel appellanti non respondit, efficitur nulla, & attentata.*
14 *A. C. si est deputatus exequutor Gratiæ alicuius, remanet exequutor delegatus.*
15 *A. C. dicitur procedere vti Exequutor delegatus, si recepit propinam, dum alias illam recipere non potuisset.*
A. C. iuxta suas ordinarias facultates ex Constitut. Summorum Pontificum propinas recipere prohibetur numer. 15.
16 *A. C. in causis, in quibus est Exequutor literarum Apostolicarum, non potest procedere cum citationibus domi dimissa copia, sed personalibus tantum.*
17 *Citationes personales, quæ fiunt in causis commissariis, & exequutionis literarum Apostolicarum, cadunt sub diebus tantummodò Lunæ, Mercurij, & Veneris.*
18 *A. C. in causis iuxta suas ordinarias facultates procedit in quacumque die, & cum solis citationibus domi dimissa copia.*
19 *Stylus Curiæ remanet probatus à Causarum patronis, de illo testantibus.*
20 *Attestatio, quæ est magis distincta, & certa, illa præualere debet.*
21 *Attestatio semper præualet, quæ est iuris communis dispositioni conformis.*
22 *Possessor triennalis etiam vigore indulti remanet tutus ab omni lite, & molestia tam in possessorio, quàm in petitorio.*
23 *Regula* Cancellariæ de Triennali possessore *resistit etiam prouiso Apostolico, tamquam de reseruato, & habenti Breue de capienda possessione nomine Cameræ.*
24 *Data expressa in Breui de capienda possessione nomine Cameræ, intelligitur de illa supplicationis, non autem literarum Apostolicarum.*
Si in eodem Breui nouum prorogatur, ac præfigitur tempus ad illas expediendas, ibidem.
25 *Patrono causæ etiam creditur, quoties illius attestatio verisimilis est, aut conformis assertioni Pontificis.*
26 *Pontificis assertioni stare debemus, & pro ea præsumendum est.*
27 *Possessio triennalis beneficij non interrumpitur ex contraria conuentione partium facta literis non expeditis, & supra à nu. 03. vers. non subsistente, & num. seqq.*
28 *Literæ Apostolicæ quoties expeditæ non sunt, nulla remanent commissio causæ, processus, & alia quæcumque facta sint.*
29 *Iudicium, cæterique actus iudiciales sunt nulla, literis Apostolicis non expeditis.*
30 *Iurisdictionis defectus in causis beneficialibus semper adest, quoties literæ Apostolicæ expeditæ non sunt.*

DECISIO CCCC.

AD Beneficium SS. Benedicti, & Laurentij de Montirone S. Rota concessit mandatum de manutenendo
R. P. D. Seuerolo de eo prouiso à clar. mem. Cardinali Co-
lumna Indultario, † quia probauit suam antiquiorem pos- 1
sessionem, ex instrumento publico illius adeptionis vsque
de anno 1638 *eius Summario num. 7.* † quod probat nullo 2
tunc existente in possessione, vt dixit Rota *decis. 45. num. 1.*
par. 15. recent. Et ex confessione † R. P. D. Capraræ de eo- 3
dem beneficio prouisi à Sede Apostolica, tamquam de reser-
uato, † resultante ex mandato de immittendo, quod con- 4
tra D. Seuerolum ab A. C. obtinuit, † quod præsupponit 5
illius possessionem, Rot. *decis. 339. num. 9. par. 15. rec.* Em. Ot-
thob. *decis. 019. num. 1. & 2.*

Cuius tamen mandati exequtio postea facta de anno
1666. non priuauit D. Seuerolum, qui se pro spoliato non
habuit sua anteriori manutenibili possessione, † quia A. C. 6
attentatè, nulliter, & iniustè processit, ex adductis à Posth.
de manut. obseruat. 10. num. 36. & seqq. Rot. *decis. 167. num. 9.*
& decis. 312. nu. 1. par. 15. recent. Quamuis causa à Signatu-
ra Iustitiæ commissa mihi fuerit *cum facultate manutenendi*
quem de iure, † quia huiusmodi clausula non solùm suspen- 7
dit exequtionem faciendam, sed etiam factam irritat, &
annullat, quando, prout hic, non fuit legitimè facta, vt distin-
guit Rot. *decis. 305. num. 15. par. 6. decis. 268. num. 17 par. 8. re-*
cent. & in Bononien. Bonorum 7. Febr. 1636. §. quam licet, co-
ram Eminent. Cerro.

Processit equidem attentatè A. C. quia postquam dederat
D. Seuerolo appellanti à dicto mandato Apostolos ab eo pe-
titos, † non tamen qualificatos, idest non dimissorios, nec 8
refutatorios, nec reuerentiales, sed simpliciter, *dicto Sum-*
mario nu. 6. † non potuit ex † quo detulerat appellationi 9
dictum mandatum exequi facere, nec amplius in Causa se 10
intromittere, sine vitio nullitatis, & attentatorum, iuxta
doctrinam Baldi *in l. appellatione 3. num. 8. in fin. vers. quæro*
vtrum Iudex C. de appell. Anchar. *in cap dilectis filij num. 7. de*
appell. fol. 368. egregiè *Roman. singul 162. fol. 15.* Luca Pet. *in*
prax lib. 5 cap. 2. nu. 5. & 6. Scacc. *de appellat. qu. 13. n. 12. ibique*
Rot. *decis. 73 per totam.*

Imò etiamsi Iudex Dom. Seuerolo petenti Apostolos non
respondisset, sed tacuisset, vt prætendebat, sed non proba-
bat D. Caprara contra literam scripturæ Notarij, de ea roga-
ti, ibi Apostolos Petenti dedit, *dicto Summario num. 6.* † pro- 11
ut tenebatur in hac sua exceptione ex reo, factus actor, vt
coram *Cerrin. decis. 2017. num. 02. & decis. 0106. num. 6.*
adhuc diceretur † ipsum appellationi detulisse, itaut, 12
nec refutatorios amplius dare, nec in causa intromittere
se potuisset, sine vitio attentatorum, vt dixit Franc. *in cap.*
ab eo §. illud autem num 2. de appellat. in 6. fol. 100. Lap. *alle-*
gat. 124. num. 1. vers. sed contrarium est verum, Luca Pet. *in*
prax.

prax.lib.3.dicto cap.2.nu.3. Scacc.*de appell.q.13.nu.21.in fin.*
& num.57.in fin. Ridolph. *in prax.par.1.cap.13.nu.192.&*
duobus seqq. Adden. *ad decis.108.lit. A.vers.limita secundò*
post librum primum cons. Farin. ob quam rationem possessio-
13 nem † nullam, & attentatam, alias Rota declarauit coram
Comitulo dec.90.nu.4.& seqq.

Nulliter etiam processit A. C. quia cum esset specificè
14 deputatus Exequutor gratiæ D. Capraræ, † quo casu erat
Exequutor delegatus, vt aduertit in praxi Salust. Tiber. *lib.*
3.cap.12.nu 4.in fin.& num.5. Bich.*dec.171.nu.10.* Merlin.
decis.157.num.5. Et tamquam delegatus processit, dum pro-
15 pinam recepit, quam recipere † non potuisset, si iuxta suas
ordinarias facultates processisset, vt statuit *s.m. Paulus V. in*
reformat.Tribun tit.de Audit.Cam.§.27.praxim Ridolph.fol.
675. Non potuit sine vitio nullitatis procedere, prout fecit
cum citationibus exequutis domi dimissa copia cadentibus
16 pro quacumque die, † sed tenebatur procedere per citatio-
nes personales cadentes in diebus Lunæ, Mercurij, & Vene-
17 ris † destinatis in causis Commissarijs exequtionis Breuis,
& literarum Apostolicarum, vt distinguit Bucca *de stylo A.*
C.cap.30.vers.nam ex iurisdictione cum seq.& vers.qui D.
Simonetta, Salust.Tiber.in prax.lib.1.cap.2.nu 66. Vbert.*de ci-*
tat.par.1.cap.7.num.229. Ridolph.*in prax.par.1.cap.2.nu.66.*
Rot.*decis.1.num.3.& 6.par.4.diuersor.& decis.495 nu.3.par.*
3.recent.

Quidquid dicant attestationes Notariorum de stylo A.C.
procedendi cum citationibus domi dimissa copia in qua-
cumque die, *Summario responsionis D.Capraræ num.1.* tum
quia sunt simplices fides, tum quia intelligi debent in suo
casu, quando scilicet A. C. non est deputatus, neque
nominatus Exequutor in Breuibus, & literis Apostolicis,
18 † sed procedit vigore suarum ordinariarum facultatum, se-
cundum quas procedere potest in quacumque die, & cum
citatione exequuta domi dimissa copia, vt distinguit Salust.
Tiber. *vbi supra lib.1 cap.31.vers.nisi dicatur*, Ridolph. *in*
prax.d.cap.2.num.67. Vbert. *vbi supra dicto cap.7.num.229.*
vers.quando verò procedit: non autem in hoc altero casu,
quo specificè deputatus fuit Exequutor ex allegatis supra,
& secundum hanc distinctionem benè attestati sunt de hu-
iusmodi stylo A.C. quinque causarum patroni, *Summario*
19 *D.Seueroli num.10.* † à quibus stylum alicuius Curiæ pro-
bari dixit Rot.*dec.48.num.8.par.15.rec* & quorum attesta-
20 tio, † tamquam altera magis distincta, & certa præualere
21 † debet, præsertim quia est iuri conformis, Rot.*decis.325.*
nu.3.par.15.rec.

Iniustè demùm processit A. C. quia cum D. Seuerolus
possideret, vti diximus controuersum beneficium ab anno
1658. & D.Caprara vigore dicti mandati illius possessionem
habuerit ab anno 1666. vtique D.Seuerolus habens titulum
coloratum ex dicta prouisione Indultarij, tutus erat ab om-
ni lite, & molestia, tam in possessorio, quàm in petitorio
22 † exceptione regulæ de Triennali, in hoc casu duplicata, &
ante dictum mandatum de immittendo in actis opposita, *di-*
23 *cto Summario nu.9.* † quæ resistit etiam Prouiso Apostolico,
tamquam de reseruato, habenti Breue de capienda possessio-
ne nomine Cameræ, prout habebat D. Caprara, *dicto Sum-*
mario nu.2. vt dixit Rot.*decis.264.num.1.seq & 8 par.9.decis.*
64.nu.6.par.12.coram Barat. dec.280 nu.1 seq.& 16.& b.m.
Cels.dec.392.nu.10 & seqq.& in Tuden.Canonicatus 10 Iunij
1672.§.vlterius, coram Reuer. Albergato Decano, & 5.Iun.
1673.§.illudque, coram Illustr.Matthæio.

Non subsistente, quod Triennalis fuerit interrupta ex
conuentione facta inter has partes vsque de anno 1660.
quod molestiæ iudiciales super hoc Beneficio haberentur pro
intimatis, *dicto Summario num.3.* quia quidquid sit de effica-
cia istius conuentionis placuit Dominis responsio, quod cum
literæ Apostolicæ D. Capraræ non essent sub plumbo expe-
ditæ, nec minus de mense Septembris 1666. vt probat asser-
tio Summi Pontificis emissa in Breue D. Capraræ de ca-
pienda possessione nomine Cameræ, expedito in dicto men-
se, & anno in quo D. Caprara se fundat, ibi -- prout in li-
teris Apostolicis sub plumbo propè diem desuper expedien-
dis latius explicabitur, & in quo dat eidem Prouiso tempus
sex mensium ad expediendum literas, *dicto Summario nu.*
24 *2.* † vndè conuincitur datam expressam sub die 4 Kal. Iu-
nij 1658. Pontificatus nostri anno IV. in literis relatis *in*
Summario responsionis D. Capraræ num.3. esse datam suppli-
cationis, non autem literarum, nondum expeditarum, sed
tantum posteà sub die 5.Kal.Februar. anno 12.nempè 1667.
25 vt testatur causæ patronus † vidisse ex regestro literarum
originalium, maxima cum verisimilitudine propter dictam

assertionem Pontificis emissam de anno 1666. † pro qua 26
præsumitur ex traditis per Coccin. *dec.2194.num.66.&*
seq.

Sequitur vt dicta conuentio † facta literis non expeditis 27
à fortiori sit nulla, & irrita ad effectum de quo agitur, dum
Summi Pontifices iuxta regulam 30.hodiè 31. Cancellariæ,
etiam † commissiones causarum obtentas, occasione si- 28
milium gratiarum, ac processus desuper habendos, literis
non expeditis, voluerunt esse nullius roboris, & momenti,
& quod per eam interrupta non fuerit Triennalis, nec possi-
dens desierit esse pacificus, † dum talem effectum non ope- 29
rantur actus præfati, quamuis verè iudiciales ob defectum
iurisdictionis, † quam antè literarum expeditionem non 30
tribuunt dixit Rota *coram Verall.dec.162.per tot.par.2.de-*
cis.37.num 2.& 3.dec.47.per tot.par.3. Achill.de Grass. *de-*
cis.2.num.1.super regula de Triennali fol.149. Cresc. *decis.2.*
in fin.vers.& tanto magis de caus possess.& propriet.fol.
64. Pen.*dec.330.num.10.* Bich. *dec.1.num.16.& in Calaguri-*
tana Archidiaconatus coram Eminent. Cerro impress.in re-
cent.decis.329.nu.4.& 5.par.15.& in eadem coram R.P.D.
Vicecom.1.Iul.1671.§.& prima.

Et ita vtraque parte informante resolutum fuit.

R. P. D. RONDININO.

Romana Legati.

Veneris 27. Ianuarij 1679.

ARGVMENTVM.

Licet Rota teneat opinionem, quod pro legatis via exequutiua non detur, si tamen pro eis fuerit actum coram A. C. à quo in illis practicatur processus exequutiuus, ipsa etiam executionem concedit; Rursus quoque deciditur quod hæres beneficiatus possit conueniri in propria persona, & bonis, quia pro certa summa debitor hæreditatis declaratus erat; & tandem de compensatione tractatur, & quod pecuniæ paulatim à viro absenti vxori transmissæ, restituendæ non sint, quia solutæ præsumuntur pro alimentis, suaque lautiore substentatione.

SVMMARIVM.

1 *Mandatum ab A.C. relaxatum iuxta stylum sui Tribunalis, exequutioni demandatur à Rota, quamuis illa pro eo exequatiuè non processisset.*
2 *Pro Legato in Rota via exequutiua non conceditur, iuxta opinionem ab eadem Rota retentam.*
3 *Hæres licet beneficiatus, si in certa pecuniarum summa debitor hæreditatis declaratus sit, vel illam creditoribus hæreditarijs soluere tenetur, vel executionem pati, etiam contra personam, & bona propria, ibidem.*
4 *Hæredem beneficiatum vnde processerit praxis, conueniendi contra personam, & bona propria.*
5 *Partitæ vti illiquidæ, & dubiæ à perito in suspenso relictæ, non possunt retardare solutionem crediti liquidi.*
6 *Compensatio partitarum, seu prætensionum, quæ sunt illiquidæ datur cum alijs partitis, seu prætensionibus pariter illiquidis, non autem fieri potest cum credito liquido, ibidem, & num. sequenti.*
7 *De liquido ad illiquidum non datur compensatio.*
8 *Pecuniæ minutatim à viro absente suæ vxori transmissæ tam pro alimentis, quàm pro sua pinguiore, & lautiore substentatione restituendæ non sunt.*
9 *Debitor suo creditori non fassus fuisset debitum, illudque soluere promisisset, si d. debitum compensare potuisset.*

DECISIO CCCCII.

EX iisdem rationibus, quibus sub die 15. Maij proximi præteriti * vtraque parte audita resolutum fuit procedendum esse ad legitimam exequtionem mandati ab A. C. relaxati ad fauorem Archiconfraternitatis SS. Sudarij,

contra Io: Carolum de Rubeis hæredem Franciscæ vxoris, & exequuti super domo hæreditaria dictæ Franciscæ, hodie sola Archiconfraternitate informante, Domini steterunt in decisis.

Iustitia enim dicti mandati, quæ sola impugnabatur apparuit ex legato ab eadem Francisca facto ad fauorem Zucchetti auctoris Archiconfraternitatis, proquo cum fuerit ab A. C. iuxta sui Tribunalis stylum relaxatum manda-
1 tum, eiusque exequutio incepta, † benè potest Rota, cui commissa fuit causa cum clausula, *alteri qui ad legitimam* declarare, an sit locus legitimæ exequtioni, quamuis
2 apud ipsam vigeat opinio, † quod pro legatis non competat via exequtiua, vt præter decisiones adductas in præterita §. 1. firmatum fuit *in dec. 213. nu. 6. & 7. post Zacch. de oblig. Camer.*

Quinimo iustum etiam visum fuit exequatur ab eodem A. C. concessum contra personam, & bona propria Io: Caroli, quia licet ipse hæreditatem Franciscæ vxoris adierit cum beneficio legis, & inuentarij, cum tamen in redditione rationis constitutus fuerit debitor liquidus scut. 1103. mediante relatione tertij Periti iudicialiter de partium consensu electi, vel talem summam debet liberè soluere lega-
3 tarijs, & creditoribus hæreditarijs, † vel exequtionem pati etiam contra personam, & bona propria, ex theorica, Bald.
4 *in l. fin. §. etsi prædictu nu. 3. C. de iur. delib.* † Vnde desumpta est praxis relata per Ridolphin. *par. 1. cap. 8. num. 253. & seq.* quam secuta est Rot. *coram Merlin. dec. 721. nu. 3. coram Dunoz. iun. dec. 795. post num. 5. vers. prout etiam, & coram Bichio dec. 431. num. 21.*

Non obstante, quod idem Peritus reliquerit in suspenso multas partitas, quas sibi bonificandas esse prætendit idem Io: Carolus ab hæreditate vxoris; vltra quod enim suffice-
5 ret illas fuisse calculatas vti illiquidas, & dubias † adhoc, vt allegari non mereantur ad retardandam solutionem crediti liquidi ex deductis *in decisione confirmata, § & quamuis.* Nihilominus ex eadem relatione constat, quod Peritus reliquit etiam in suspenso alias partitas à Io. Carolo bonificandas he-
6 reditati, ideoque quatenus compensationi locus esset, † illa intraret inter hæc credita hinc inde dubia, non autem de
7 credito illiquido hæredis † cum certo, & liquido hæreditatis contra regulam text. *in l. fin. C. de compensat.* vbi DD. communiter Alex. *cons. 93. n. 1. lib. 4.* Rot. *coram Seraph. dec. 1455. nu. 4. & coram Bich. dec. 23. num. 19.*

Ex his itaque superfluam putarunt Domini particularem, & exactam discussionem partitarum relictarum in suspenso, iudicio ordinario conuenientem, sed aliquas ex illis gustantes, credita prætensa à Ioanne Carolo inuenerunt insubsistentia; Illud enim vineæ, & melioramentorum satis reiectum fuit in alia præcedenti *decisione §. fin.* Pecuniæ verò ab eodem Ioanne Carolo Parisijs tunc commorante, in summa scut. 1094. transmissæ vxori, ad istius debitum calculari non debent; Ex illis enim scut. 672. vti spectantia ad Abbatem Maxellam fuerunt ad eius fauorem inuestita in locis sex Montium, *hodierno Summario Archiconfraternitatis nu. 11.* Reliqua verò scut. 402. minutatim pluribus vicibus
8 spatio 14 annorum transmissa, † vti donata, & consumpta in alimentis à viro debitis vxori, & pinguiori, ac commodiori substentatione eiusdem, vt ex epistolis mariti, *dicto Summario nu. 12.* restitui non debent per tex. *in l. si cum mulier 31. in fin. & in l. ea, quæ 58. ff. de donat. inter vir. & uxor.*

Insubsistens denique apparuit creditum scut. 844. quod contra Zucchettum legatarium habere prætendebat Io: Carolus ob exactionem similis summæ ab eodem Zucchetto factam de eius ordine, & cum quo credito compensare intendebat controuersum legatum; Nam ex pluribus epistolis eiusdem Zucchetti datis in dicto Summario *num. 13.* constat, quod pecuniæ exactæ fuerunt erogatæ in emptionem locorum montium, quinimò occasione aliorum negotiorum idem Io: Carolus euasit debitor eiusdem Zucchetti, & fatendo debitum, illi satisfactionem promisit, vt appa-ret ex alijs epistolis relatis in dicto Summario *num. 14. & 15.*
9 † Quod non fecisset si cum d. præcedenti credito suum debitum compensare potuisset, Bart. *in l. si quidem 24. C. de transact.* Cyriac. *contrciv. 280. num. 5. coram Pen. decis. 430. num. 15. & seq. in rec. dec. 507. num. 3. par. 5. & dec. 379. num. 05. par. 17.*

Et ita altera tantùm parte informante resolutum fuit.

Præsens causa non solùm fuit à Rota expedita, sed etiam exequutioni demandata, mediante rescripto Signaturæ Iustitiæ facto cum clausula sine præiudicio; *Supra verò in hac eadem parte adest altera, quæ hic confirmatur decisio, & est in ordine 216.*

R. P. D. TAIA.

Posteà S. R. E. Cardinali.

Bononien. Fideicommissi de Seraphinis.

Lunæ 20. Februarij 1679.

ARGVMENTVM.

Alienata erant bona fideicommissi particularis, quamuis expressè alienari prohibita; cum ideò alienatio ratione detractionum saluari prætenderetur, hoc ipsum ab illorum possessore probandum esse deciditur, plura ideò non solùm de hac materia fideicommissaria deducuntur, verùm etiam de filiatione, illiusque legitimitate in præsenti decisione tractantur.

SVMMARIVM.

1 *Fideicommissum expressum ad extraneos, ex coniectura pietatis remouetur à filijs.*
2 *Fideicommissum ex coniecturis deducitur, maximè fauore filiorum, & quales hic ponderatæ sint.*
3 *Fideicommissum ex quibus dicatur perpetuum, & successiuum, non autem ad primos hæredes, vel alios descendentes restrictum.*
4 *Alienationes consumpsisse detractiones, quis probare debuerit.*
5 *Possessor bonorum fideicommissi particularis probare debet præcedentes alienationes pro detractionibus non sufficere.*
6 *Hæredes alienantis quatenus seruare teneantur factum defuncti, vel ne num. seqq.*
7 *Alienationem expressè prohibitam an irritare possit hæres, vel etiam ille, qui alienauit.*
8 *Indignus reputatur alienans, vt contra proprium factum suæ alienationis venire possit.*
9 *Liber Baptismi adminiculatus probat filiationem, amplia vt num. seqq.*
10 *Legitimitas probatur ex libro Baptismatis adminiculis fulcito.*
11 *in Baptismate requiruntur testes, & an pro illis patrini sufficiant.*
12 *in Baptismate non est necessaria expressio nominis matris.*
13 *Baptismatis liber eo minus requirit expressionem nominis matris, si in pluribus partitis illud descriptum non sit.*
14 *Enunciationes plures præualent vni.*
15 *Personæ plures eiusdem nominis esse possunt in eadem familia.*
16 *Enunciatio facta in instrumento præsumitur vera.*
17 *Personarum pluralitatem qui allegat probare debet, & quomodo.*
18 *Legitimitas probatur ex gradibus, & honoribus, non nisi legitimis, & filijs legitimorum conferri consuetis.*
19 *Emptori si reuocatur alienatio vtpote facta contra prohibitionem de non alienando, reseruatur actio super consequutione pretij.*

DECISIO CCCCIII.

ANgelus senior, instituit hæredes Iulium, & Constantinum filios masculos impuberes, & alios masculos ex eis nascituros, eorumque descendentes masculos. Si verò contingeret aliquem mori in pupillari ætate, vel posteà quandocunque sine filijs, cæteros filios masculos in capita, & forsan præmortui filios in stirpes, substituit vulgariter, pupillariter, & per fideicommissum. Et casu, quo filij instituti inuicem substituti, ac etiam alij descendentes ex eis masculi decederent superstitibus solùm fæminis, eas filias instituit, easque inuicem substituit vulgariter, pupillariter, & per fideicommissum, insuper prohibuit omnium immobilium venditionem, alienationem, & specialiter domus,

domus, sed volens, intendens; & ordinans huiusmodi do-
musdomioium; vsum, & habitationem &c. semper, & ad
perpetuam memoriam ipsius Testatoris, ac pro honore, &
fama familiæ, & Casatæ eiusdem esse, stare, remanere,
& spectare ad successores suos sub modo, & ordine permisso,
relictos &c. priuans nolentes obseruare, & adimplere dispo-
sitionem ooo solùm super domo, verùm etiam super reli-
quis bonis quibuscunque omni iure eidem, vel eisdem com-
petenti, & competituro vigore huius testamenti.

Et si contigerit omnes filios, vt supra natos, & nascitu-
ros, & quoscunq; alios vtriusque sexus sub forma superiùs
expressa tam lineam masculinam, quàm fœmininam des-
cendentes decedere, & sic oeminem ex eius descendenti-
bus, & linea extare, voluit Gabrielem eius fratrem germa-
num fore, & esse suorum bonorum, & iutium hæredem
vsufructuarium &c. proprietarios verò filios masculos legi-
timos, & naturales dicti Gabrielis.

Cùm autem dictus Iulius alter hæredum Angeli senioris
Patris vendiderit quandam domum, deinde Seraphioos ne-
pos dicti Iulij ex Angelo iuniore filio, & respectiuè prone-
pos Angeli Testatoris partem dictæ domus specialiter alie-
nari prohibitæ vendiderit, filij ipsius Seraphioi agunt con-
tra tertios possessores, & dubio proposito -- Ao sit conce-
denda immissio 16. Martij 1676. DD distulerunt resolu-
tionem, maodando informari super filiatione, Seraphi-
oi ex Angelo. Hodie verò ioformantibus partibus iuxtà
præscriptum, DD. responderuot dandam ioimissionem, re-
seruato iure Possessoribus ageodi ad pretium quatenùs de
iure.

Fideicommissum restitutorinm, & prohibitoriom etiam
speciale super domo contiouerià, visum est constare, vt
pridem videbatur ex præcisa dispositione supra relata *in §.
Et si contingeret &c.* Et qua patet fideicommissum noo esse
restrictum ad filios, & nepotes, sed porrigi ad omoes de-
scendentes, adeòque corruit prima reorum possessorum ex-
ceptio. Et superadditæ fuerunt à DD. coniecturæ, & ra-
1 tiones, præcipuè. Sumus eoim inter descendentes, † pro
quibus coniectura pietatis fideicommissum expressum ad ex-
traneos, deficit, & remanet in filijs vt respondit Papi-
nian. *in l. cum Auus* 102. *ff. de condit. & demonstr.* cum ibi oo-
tatis.

Et ioter præcipuas coniectutas admiserunt DD. voca-
tionem masculorum cum exclusione fæminarum filijs ex-
taotibus. Digressum ad plures gradus substitutionum. Pro-
hibitionem alienationis, & quidem specialem controuer-
2 sæ domus, vel litam ratione, vt semper, † & ad perpe-
tuam memoriam ipsius Testatoris, ac pro honore, & fama
familiæ, & Casatæ &c. necnon ioiunctiooem oneris perpe-
tui recipieodi in ea domo hospites, familiares Summi Pon-
tificis, casu quo cum sua Curia Bononiam peteret, quas co-
niecturas, omissis alijs ponderauit Rota *in Rauennaten. fidei-
commissi 22. Martij 1675. coram R. P. D. meo Emerix, cum alijs
in ea cumulatis*, & de his, & alijs coniectutis benè perpeosis
à R. P. D. meo de Luca abundè *disc. 39. in hac causa in sup-
plem. de fideic. par. 3.*

Quod verò fideicommissum adhuc duret, & prosequatur,
& sic corruat secunda exceptio de fideicomisso resoluto, ex-
tinctoque vti restricto ad solos filios masculos, & fœminas,
absque tractu successiuo, visum est pariter coostare ad ver-
3 ba suprascripta. † Et casu quo filij iostituti inuicem substi-
tuti, ac etiam alij descendentes ex eis masculi decederent
&c. & ampliùs ex declaratione, quod domiolum, vsus, &
habitatio domus semper, & ad perpetuam memoriam ip-
sius, & familiæ &c. staret penès successores suos.

Hinc corruit tertia quoque exceptio, quod saltem aliena-
tio domus substineatur ob detractiones competentes alie-
4 nantibus. † Nam cum alienationi domus aliæ præcessissent,
& præsumaotur sufficientes, etiam contra tertios possesso-
res, adeout contraria probatio ad possessores spectet con-
5 tra hæredem grauatum, † procuidubio in domo, & singu-
lis rebus per fideicommissum relictis, & prohibitis alienari,
Gabr. *comm. concl. de legit. tot. quæst. 6.* Fusar. *de substit. q. 296.
num. 20. Hodiern. ad* Surd. *decis. 316. in tot. num. 6.* Rot. *decis.*
316. *numer. vlt. par. 2. diuers.* maximè de onere probandi
Rot. *coram Caualer. decis. 246. numer. 1. à vers. tamen his non
obstan.*

Vltima, & quarta exceptio, quod Actores vti hæredes
6 alienantis teneaotur seruare factum Auctoris, † illudque
manutenere, à DD. reprobata est, qoia staote expressa pro-
hibitione alienationis domus, & adiecta dispositiooi non
7 sola ratione, vt semper, † & ad perpetuam memoriam &c.

Cùm res alienata est prohibita alienari hæres alienantis po-
test contrauenire alienationi, Fusar. *de substit. quæst. 357.
num. 8. abundè allegatis*, & præcipuè Rota *tot. decis. 110. ex nu.
1. par. 2. diuers. vbi num. 4. & de alia decis. Romana Vineæ,
quæ est decis. 22. præcedente par. 1. & sæpè sæpiùs in recent.*
quidquid etiam pro ipso alienante ex nolla, † & irrita alie- 8
natione senserit, Rot. *d. decis. 110. num. 2. & 3.* & sensisset
anteà contra alienantem, vt Indignum *decis. 49. nu. 10. & 11.
in eadem causa d. par. 2.*

Demum Rodulphi Actoris descendentiam ab Angelo se-
niore fideicommitteote, & eom esse dicti Angeli senioris
nepotem, constare dixerunt, quia Iulius fuerit filius An-
geli, & ex Iulio natus sit Angelus ionior nepos Angeli
senioris, & ex Angelo iuniore natus sit Seraphinus pro-
nepos, & ex Seraphino Rodulphus abnepos.

Cumque solùm controuerteretur filiatio Aogeli ex Iulio,
† visa est satis probari in libro baptizatorum, in quo 26. 9
Octobris 1533. adnotatum est Angelum de Seraphinis fi-
lium Iulij sub dicta die baptizatum fuisse, † & librum ba- 10
ptismi, addito aliquo adminicnlo probare filiationem, di-
xit Rota *coram Caualer. decis. 128. nu. 2. cum alleg. & cum plu-
rib. coram Buratt. decis. 709. num. 5.* & oouissimè *dec. 24. num.
10. par. 17.* vbi etiam cum qualitate legitimitatis, † vt *se-* 11
quenti num. 11. maximè cum duobus Patriois, qui sunt pro
duobus Testibus descriptis ante reformationem Sac. Conc.
Trideotioi *cap. 2 de refor. matrim. sess. 24.*

Conuenit adhuc enunciatio facta in iostrumento vendi-
tionis huius domus 20. Maij 1545. in quo Iulius Pater An-
geli vendidit posteriorem partem domus cum promissione
ratificationis Angeli filij, prout ratificauit cum interuen-
tu Iuoiperæ de Mosottis vxoris Iulij, & matris Angeli die 1.
Octobris 1552. eademque enunciatio est in alio instrumen-
to alterius venditioois prædij 7. Decembris 1584. & plura
alia concurrunt, quæ referre superfluum videtur.

Vnde oon obstat, quod in libro baptismi non sit expres-
sum nomen matris; † Tum quia oihil io iure constitutnm 12
est de exprimendo nomine matris; Tum etiam quia in di-
cto libro baptismi ritè recognito à Notario publico comper-
tum est io omoibus ferè partitis baptizatorum † non adesse 13
descriptum oomen matris &c. vt in relatione Notarij, &
plurimis transumptis.

Ita oec obstat instrumentum 7. Decembris 1573. opposi-
tum de quodam Constaotino q. Marci Tullij de Simijs, &
q. Iuniperæ de Musottis &c. Vode Iunipera de Musottis
ooo potuerit esse mater Angeli de Seraphinis in dicto instru-
meoto 7. Decembris 1584

Quia cum plures enunciationes præualeant vni, † facilè 14
fuit, vt familia Musotta plusquam vna Iunipera esset, &
plures nuptæ maritali nomine distinguendæ; † & distinctæ, 15
cum aliàs nomeo Iuoiperæ sit in vsu, præsertim in huius-
modi familia, vt de nomine Balthassaris, & familia Scia-
torum consuluit Dec. *cons. 23. sub num. vlt. cum alijs*, ma-
ximè † quod præsumptio stat pro veritate eonnciatorum 16
lo instrumento publico, & ad reos tertios possessores, qui
volunt excludere filiationem Angeli ex Iulio, & Iunipera
de Musottis coniugibus spectat † concludenter probare, 17
quod anno 1573. 7. Decembris non adesset alia Iunipera de
Musottis præter illam Marci Tullij de Simijs, vt post Za-
barell. resoluit Abbas *ad cap. 10. ipso iu de fid. instr. num. 16.*
Mascatd. *de probat. concl. 875. num. 2. & conclus. 1179. num. 28.
& 29. cum alijs*. Et placuit ingeniosi, † eruditiq; Patroni ob- 18
seruatio ex Cronologia familiarum Bonooiæ Pompei Sci-
pionis Dulsi sub cognomine Bianchetti anno 1408. vbi na-
tatur Constantioum fuisse de numero Antianorum Bono-
niæ aono 1468. & post eum Angelum neopè iuniorem ne-
potem Angeli seoioris ex Iolio filio illius fuisse Aotianum
Bononiæ, honorum oonoisi legitimis semper collatum,
adeoque filijs Nobilium, & proiode ex his iosertur legitima
filiatio Angeli ex Iulio.

Reddita quoque visa fuit ratio de bonis hæreditarijs Sera-
phioi patris à Rodulpo filio per sententiam, & rem iudica-
tam A.C. 27. Nouembris 1653. & remaosisse creditorem hæ-
reditatis paternæ occasione dotis Franciscæ matris, † & oi- 19
hilomioùs agitur ounc de fideicommisso particulati super
domo, & tamen adiecta est cautio per DD. reseruato iure
agendi Isidoro, & alijs interesse habentibus ad pretium,
quatenus de iure.

Et ita Vtraque parte informante resolutum fuit.

REVERENDISS. D. ALBERGATO
Sacræ Rotæ Decano.

Montis Casinen. Præeminentiarum.

Veneris 14. Aprilis 1679.

ARGVMENTVM.

Rursùs de quasi Cathedralitate Ecclesiæ tractatur ad eum casum, quo de huiusmodi prærogatiua contendentibus simul Populo Germanensi, cum Monachis Casinensibus, horum iura præualere visa sunt; Atque ideò quia materia, vltra controuersam quæstionẽ satis redditur vaga, cum de pluribus pertractari contingat, quę non minus eruditionem, quam historiam concernunt, ideò ad sequẽs Summarium, & decisionem Lectorem remittere necessè est;

S V M M A R I V M.

1 *Casini Ciuitas olim erat Ecclesiastica dignitate decorata.*
2 *Concilium Lateranense celebratum fuit anno 487. regnante Felice III. Summo Pontifice.*
3 *Seuerus Episcopus Casinensis interuenit, & se subscripsit Concilio Lateranensi.*
4 *Casini Ciuitas euersa, & penitus solo æquata fuit à Gotis Italiam inuadentibus, itaut ex ampla Vrbe, postea vix pusillum Castrum euaserit.*
5 *Casinensem Ciuitatem, ab idolorum cultu sua prædicatione fugauit S. Petrus, qui postea illius Ecclesiam in Cathedralem erexit.*
6 *S. Benedictus anno 529. diuino oraculo monitus ad Montem Casinum se contulit, eiusque Ciuitatem denuo ab idolatria expurgauit.*
7 *S. Benedictus dum ad Montem Casinum accessit, Ecclesiam in vertice d. Montis extruxit, ibique suam Cathedram Abbatialem fixit, iuraque ordinaria in eâ acquisiuit.*
8 *Cathedralem Ecclesiam fundauit S. Iacobus Apostolus.*
9 *Cathedralitas antiquæ Ecclesiæ Casinensis in Ecclesiam, & Monasterium à S. Benedicto ædificatum translata fuit.*
Casinensis Ecclesia semper vnicam tantum habuit Diœcesim cum eisdem populis, num. 9.
10 *Ecclesia si mutatur solum quoad regimen, & materialitatem tantum, non autem quoad illius formam, semper remanet Cathedralis, & Episcopalis, sicut antea erat.*
11 *Casinensis Ciuitatis prima, & antiqua euersio accidit ante aduentum in illam S. Patris Benedicti.*
12 *Monasterium à D. Benedicto fundatum, non Ciuitatem Casinensem deuastarunt Longobardi anno 589.*
13 *Monachi Casinenses post deuastatum eorum Monasterium à Longobardis Romam venerunt, & apud Lateranum habitarunt.*
14 *Casinense antiquum Monasterium Petronax Monachus restaurauit, illudque Bertarius Abbas ampliauit & aliud ad radices montis muniuit, & circa illud Vrbem condidit.*
15 *Monasterium Casinense necato in eo Bertario Abbate, alijsque Monachis anno 886. vel secundum alios 884. fuit à Saracenis destructum.*
16 *Germanus non aderat de tempore destructionis factæ à Longobardis anno 589. de Monasterio Casinensi, quia fuit ædificatum à Bertario de anno 720.*
17 *Præeminentia, & iura Episcopalia, vel quasi antiquæ Ecclesiæ pertinentia, non possunt dici translata in Ecclesiam nouiter ædificatam, & quando.*
18 *Iura Episcopalia semper remanent in sua Ecclesia, quamuis Episcopus propter infortunia aut temporum calamitates ibi residere nequiuerit.*
19 *Ecclesia nouiter reædificata in locum antiquæ, iure postliminij reassumit iura sibi competentia.*
20 *Cathedralitas, & præeminentia si ad Ecclesiam nouiter constructam ante illius ædificationem spectare non potuit, signum euidens, quod illa pertinebat ad aliam Ecclesiam per antea eius loco subrogatam.*
21 *Diœcesim amplam diu viduasse, & in suspenso remansisse, prorsus inuerisimile est.*
22 *Cathedralitas iura Episcopalia, & primatus Ecclesiæ, quod transierint in Ecclesiam nouiter ædificatam probari debet ex auctoritate Pontificis.*
23 *Papa solus potest Cathedralitatem, & iura Episcopalia Ecclesiæ concedere.*
24 *Monasterium ædificatum in Castro venit appellatione eiusdem Castri, & quomodo.*
25 *S. Benedictus habuit visionem, seu missionem à Domino, vt ad Casinum accederet, ibique sedes sui nominis perpetuo staret.*
26 *Ecclesiam, & Monasterium Casinense in Cathedralem erexit Ioannes 22. & Vrbanus V. ad Abbatialem iterum reduxit, & quomodo vid. num. 34.*
27 *Cathedralitatis concessio in necessarium antecedens supponit Ecclesiam per antea talem non esse.*
28 *Cathedralem Ecclesiam inuerisimile est Papam erigere voluisse, si alia Cathedralis extabat, & de ea nulla penitus mentio facta fuerit.*
29 *Cathedrales duas esse in eadem Diœcesi continet implicantiam.*
30 *Ecclesia, & Monasterium Cassinense habent iura quasi Episcopalia, & Cathedralia, cum proprio Territorio, veram Diocesim, non autem ex priuilegio constituentia.*
31 *Cathedralis Ecclesia si quæ est à sui origine, nullo indiget priuilegio.*
32 *S. Benedictus tanquam à Deo Casinum missus ad prædicandum, verus fuit Apostolus, & ita etiam Episcopus.*
33 *Cathedralis impropriè non autem propriè dicitur Ecclesia, si suum non habet Episcopum, etiam si iura Episcopalia, & Cathedralitatem retineat.*
34 *Cathedralitas concessa Ecclesiæ quasi Cathedralitatem habenti, intelligitur de vera, & propria Cathedrali, cum assignatione Episcopi proprij.*
35 *Casinensis Ecclesia licet Cathedralitate à Ioanne XXII. Pontifice donata, per antea etiam quasi Cathedralitatem, & dignitatem Episcopalem habebat.*
36 *Casinensis Ecclesia ab Vrbano V. ad suum statum Abbatialem reducta, iura tamen Episcopalia, & quasi Cathedralitatem retinuit, & num. 38.*
37 *Abbates Casinense semper exercuerunt iurisdictionem quasi Episcopalem, non per modum æquiparationis, sed verè, & propriè.*
38 *Vrbanus V. ademit solum Episcopalem ordinem Ecclesiæ Casinensis firmis in reliquis remanentibus iuribus Episcopalibus.*
39 *Casinensis Ecclesia semper Cathedralis appellari consueuit, & illius Præsul Abbas nuncupari.*
40 *Denominatio solita, & antiqua indicat superioritatem, quia consuetudini peruetustæ in decernendis præeminentijs iura valde deferunt.*
41 *Denominatio regulariter fit, & sumitur à digniori.*
42 *Cathedralitas resultat, & illius signum desumitur à Cathedra fixa, & immobili, veluti marmorea, existente in Ecclesia.*
43 *Superioritas, & respectiuè subiectio Ecclesiarum ex recognitione in superiorem probatur, & alijs de quibus, ibidem, & nu. seq.*
44 *Iuramentum fidelitatis obedientia, & confirmatio superioritatem, & præeminentiam concludunt.*
45 *Cathedratici solutio subiectionem in soluente designat.*
46 *Superioritas, & quasi Catedralitas desumitur ex synodali decreto, quod fieri debeat commemoratio alicuius Sancti in tota Diœcesi.*
47 *Cathedralitatis argumentum est festum Ecclesiæ in tota, & vniuersa Diœcesi, & cleri ad illum accessus pro eo celebrando, ac obedientia Abbati præstanda.*
48 *Dedicatio Ecclesiæ Cathedralis celebrari debet vltra dedicationem propriæ Ecclesiæ.*
49 *Archiuium Ecclesiæ Casinensis celebre nuncupatur, eiusque asseruatio maximè præualet ad illius superioritatem ostendendum.*
50 *Cathedralitatis signum est conseruatio Archiuij in Ecclesia:*
51 *Cathedralis Ecclesia dicitur illa, à qua cæteræ Ecclesiæ recipiunt oleum sanctum.*

52 Præ-

52 *Praeminentia, & superioritas resultat ex praecedentia eoacessa ia functionibus Ecclesiasticis.*
53 *Cathedralitas si non controuertitur principaliter, sed disceptatur solum, cui spectet Ecclesiæ, probatur etiam adminiculis.*
54 *Obseruantia etiam in materia Cathedralitatis, omnem dubietatem declarat.*
55 *Tronus, & Cathedra Episcopalis, si noa sint fixa, sed lignea, & amouibilia, aon denotant Cathedralitatem.*
56 *Processionis incboatio, & terminatio ia Ecclesia, illius primatum, & superioritatem aon demonstrant, si pro sola commoditate, & ne Clerus itinere fatigetur, facta sint.*
57 *Olei Sancti, & fontis Baptismalis retentio potius Parochialitatem, quam Cathedralitatem demonstrant.*
58 *Parochialis Ecclesia fontem Baptismalem babere debet, & retinere oleum sanctam.*
59 *Cathedralitas Ecclesiæ non resultat ex sola eaanciatiua, illam nuncupatam esse Cathedralem.*
60 *Ecclesia etiam rurales quandoque Cathedrales appellantur.*
61 *Enunciatiua non attenditur quotiescumque principaliter contingit disputari de enanciato.*
62 *Possessorio Episcopi ia Ecclesia, illius superioritatem non demonstrant, si ipsa sit prima in itinere, ad quam ille accedit causa visitandi, & recipiendi obedientiam.*
63 *Dedicationis, celebratio in Ecclesia, aon denotat illius Cathedralitatem, si in ea sola Ecclesia fieri debet, non autem ia tota Diœcesi.*
64 *Ecclesia quælibet recolit diem suæ dedicationis, quia talis dies dicitur eius natalis.*

DECISIO CCCCIV.

FVerat sub die 30. * Aprilis 1677. responsum, constare de quasi Cathedralitate Ecclesiæ Montis Casini, non autem Sancti Germani, sed concessa noua audientia Germanensibus, fuit sub die 22. * Aprilis 1678. præuio recessu à decisis, capta resolutio ad illorum fauorem; Quamobrem pugnantibus ad inuicem decisionibus, fuerunt ambæ ad trutinam hodie reuocatæ, & præualuit prima, vtpotè fulcita ex serie facti pleniùs in hac propositione deducta ab Ioformantibus pro Abbate, & Monachis Casinensibus, ideò in illa standum esse, recedentes ab vltimo loco decisis, Domini dixerunt.

1 Nàm Casinum Ciuitas † olim erat Episcopali dignitate
2 decorata, quæ paulò post Concilium Lateranense † celebratum anno 487. regnante Felice III. Summo Pontifice,
3 † cui interfuit, seque subscripsit *Seuerus*, tunc illius Ecclesiæ Episcopus, euersa, & penitùs solo æquata fuit à Gothis
4 Italiam inuadentibus; † itaut ex ampla Vrbe, posteà vix pusillum Castrum euaserit, iu quo iterum emersit Idolorum cultus, quem inde sua prædicatione anteà fugauerat Prin-
5 ceps Apostolorum, † qui illam in Cathedralem erexerat, vt refert Vghell. *in Ital.Sacr.tom.2.in append. col.1028. lit.B.* Ad quam idolatriam denuò eliminan. Diuino Oraculo, munitus Sanctus Abbas Benedictus anno Christi 529. ad
6 Montem Casinum se contulit, † vt affirmat Diuus Thomas *opusc.*19. Tamburr *de iur. Abbat. & alij in 1. decisione relati;* suoque verbo, & exemplo Populum iterum ad Catholicam fidem perduxit, & in vertice Montis Ecclesiam extruxit,
7 † in qua suam Cathedralem Abbatialem fixit, iuraque ordinaria titulo Apostulatus Diuinæ Missionis acquisiuit, vt
8 aliàs de Cathedrali † fundata à Sancto Iacobo Apostolo, relato Text. *in cap. inter corporalia de translat Prælat.* notauit Rota *decis.*1867.*num.*23.*coram Coccino*; Vnde patet in hanc Monasterialem Ecclesiam translata fuisse omnia iura Cathedralitatis antiquæ Ciuitatis, siue Diœcesis Casini, & in huius locum omninò successisse auctoritate Diuina,
9 † absque constitutione nouæ Diœcesis, dum semper vna, ac eadem adfuit Diœcesis cum eisdem Populis, vt legitur in Bulla Ioannis XXII. ibi: Qui alterius Diœcesis non existuot, nec retroactis temporibus extiterunt, atque ita cum sola mutatione quoad regimen, & variatione, vt supra, Ec-
10 clesiæ materialis, non autem formalis, † quæ semper fuit Cathedralis, & Episcopalis, vt ait Rota *decis.*264. *num.* 54. *cum seqq. coram Merlino.*

Hinc etiam liquet, quod euersio antiquæ Vrbis Casinatis accidit ante aduentum Sancti Patris Benedicti, nec illam stetisse ante illius aduentum, nec post eius gloriosam ob-
dormitionem, † & excidium, quod postea legitur accidisse 11
nun fuit de Vrbe Casini iam destructa, & nun ampliùs ad priorem formam restituta, sed de Monasterio, quod apud
Ecclesiam à se ædificatam Diuus Benedictus fundauerat, † 12
quod incensum, & deuastatum prima vice fuit à Longobardis anno 589. qua de causa Monachi inde migrantes, Ro-
mam venerunt, Pelagio II. Summo Pontifice, † & apud 13
Lateranum habitarunt, donec anno 720. Petronax Monachus restaurauit Monasterium, quod successiuè Bertarius
Abbas ad repellendos Saracenorum incursus, † firmo mu- 14
rorum ambitu, conclusit, Turribus in modum Arcis excitatis, ac etiam alterum Monasterium sub inuocatione Sanctissimi Saluatoris ad radices Montis muniuit, & circa illud
Vrbem condidit, † quod Monasterium, necato ibi ipso 15
Bertario, alijsque Monachis, anno 866. vel 884. vt nonnulli voluerunt, fuit à Saracenis destructum, vt prædicta narrant Chron.Casinen.*cap.2.num.*480.*&* 739. Scip. *Elog. Abb. Abb.* 19.*fol.*19. *vers. hiac superius*, iuncto *vers. Demum Saraceni*, Baron. & Ludouic.de Aurel *in Epit. anno* 716. *& anno* 884. Yepes *Chron. generr. S. Benedicti tom.*1. *anno* 529. Luc de Achet. *act. Sanct. Ord. S. Benedicti tom.*1.*saecul.*1.*fol* 76. § a *num.* 36. *& seq. & fol* 21. §. 3. *num.* 47 *& saecul.*2.*tom.*2.*fol.*370. *& in not. lit. A. & fol.*372.*pariter lit. A. & in saecul.*3.*tom.*1.*num.*2. *fol.*693. Sigon. *de Regn. Ital. lib* 5. *in Hist anni* 884. Ciaccon. *in vita Gregorij Tertij tom.*1 *fol.*503. propterea, dum S. Germa-
nus non aderat † de tempore destructionis factæ à Longo- 16
bardis, neque Missionis Petronacis, cum fuerit ædificatum à Bertario anno 720. vt probant prædicti Auctores, conse-
quenter dici nequit, † in eum transiuisse præeminentiam, 17
& iura quasi Episcopalia, quæ erant apud antiquam Ecclesiam Casinensem, cum non entis nullæ sint qualitates, sed illa semper fuerunt apud Ecclesiam Casinensem, & Abba-
tem *saltem habita*, † etiamsi ille propter infortunia, aut 18
temporum calamitates ibi residere nequiuerit, Francesc. *de Eccles. Cathedr. cap.*9.*num.*24. Vgolin. *de Episc. par.*5.*cap.*4.§. 14.*sub num.*4. Gratian. *discept.*291. *num.*68. Rota *coram Bi-
chio decis.* 640. *num.* 11. aut saltem, reædificata Ecclesia, † 19
iure postliminij reassumpsit, Fagnan *in cap. cum ex iniuncto num* 10. *de nou. oper. nunc.* Francesc. *vbi supra cap* 32. *num.* 31. Gaill *obser.*61.*lib.*2.*num.*5.*& seqq.* Rota *d. decis* 640. *num* 11. *coram Bichio*; Nam aliàs per illa sæcula, quæ præcesserunt ædificationem Sancti Germani, si Cathedra, & præemi-
nentia non fuisset apud Ecclesiam Casinen. † apud San- 20
ctum Germanum, certè adesse nequibat propter illius posteriorem ædificationem, & sic illa ampla Diœcesis vsque
ad ædificationem Sancti Germani viduasset, † quod est 21
prorsùs inuerisimile, prout non est in probatis pro parte Germanensium, quod post S. Germani constructionem, Primatus, & Cathedra, aliaque iura quasi Episcopalia in eum
translata fuerint, † cum non doceatur de huiusmodi trans- 22
latione facta per Papam, † cuius supremæ potestati id est 23
reseruatum, *cap.*1. *de translat. Episc.* Rebuf. *in prax. tit. de erect. in Cathedr. num.*1. *&* 5. Antonell. *de loc. legal. lib.*1. *cap.* 3. *numer.* 15. *& alij in prima decisione huius causæ* §. *His positis.*

Non obstat, quod in Bulla Zachariæ Primi *Constit.* 3. *in ordine Bullar. Casinen. tom* 1. confirmantis ad fauorem Vener. Monasterij Casinensis, ibi -- Ecclesias, quas Sanctus Pater Benedictus construxerat, vna cum omnibus pertinentijs suis; Castrum Casinum cum pertinentijs suis &c. ex quo Germanenses inferebant, Castrum Casinum esse quid diuersum à Monasterio, siue ab huius Ecclesia; siquidem Castrum Casinum, vti locus magis latè patens ipso mate-
riali Monasterio, † non implicat, quod hic fuerit confir- 24
matum, seù donatum integrum Castrum cum pertinentijs suis, cuius ideò appellatione anthonomasticè venire Monasterium ibi ædificatum probat Chron. Casinen. *cap.*4.*numer.* 489.*pag.*100.*& cap.*5.*numer.*515.*fol.*108. & colligitur ex Diplomatibus Apostolicis Benedicti VII. & VIII. ibi -- Religioso Abbati Sacratissimi Monasterij Sancti Benedicti Confessoris Christi siti in Monte, qui vocatur Castrum Casinum, *in Bullar. Casinen. Constit.*81. *&* 87. *tom.*2. Nec aliàs res se ha-
bere potest, † attento Diuino Oraculo visionis, siue mis- 25
sionis Sancti Benedicti: Surge, & vade ad Castrum Casini &c. quia Castrum tibi tradam, & illic Sedes nominis tui in perpetuum erit, quod ponderauit Rota *decis.* 1667. *num.* 29. *cum seqq. coram Coccino.*

Nec talis status quasi Cathedralitatis infixus, vt supra Ecclesiæ Monasteriali, resolui posse videtur ex eo, quia
dum inde hanc in Cathedralem erexit Ioannes XXII. † & 26
Vrbanus V. ad Abbatialem iterum reduxit, videatur Capi-
tulum,

tuiutn, & Canonicos S. Germani rectè arguere anteceden-
27 ter Cathedram fuisse in eorum Ecclesia, † cum noua ere-
ctio Ecclesiæ Monasterialis in Cathedralem in necessarium
antecedens supponat, talem anteà non fuisse; Nedum, quia
magis inuerisimile est, Ioannem XXII. voluisse erigere
28 Ecclesiam Monasterialem in Cathedralem, † si actu talis
fuisset Ecclesia S. Germani, absque eo, quod de hac vllam
mentionem fecisset, vt benè aduertit Rota *decis. 280. num.
26. coram Bichio*, & attenta præsertim maxima implican-
tia, quod nempè eodem tempore, quo iam aderat vna Ec-
29 clesia Cathedralis, † alia constituatur in eadem Diœcesi,
vt admonent DD. cumulati *in 2. decis. huius causæ sub §. ex
prædictis*, & Rota *decis. 490. num. 1. coram Gregor. & decis.
353. num. 19. par. 5. rec.*

At quia Ecclesia Monasterialis, siue huius Abbas, iam
habens iura quasi Episcopalia, & Cathedralitatis cum pro-
30 prio Territorio, † non aliàs separato ex priuilegio, sed
constituente propriam, & veram Diœcesim natiuam à sui
origine, vt supra dictum est, & ait Rota *decis. 264. num. 14.
cum seqq. coram Merlino, & in Capuana, seu Montis Casi-
nen. Parochialium 10. Martij 1679. §. Retento, & §. Nec
31 exemptionem, vers. dum ipsa Casinensis Ecclesia*, † vt dixi-
mus à sui origine Cathedralis non indigens priuilegio *coram
R.P.D. meo Bourlemont*, post gloriosam obdormitionem Di-
ui Benedicti, qui vti à Deo missus ad prædicandum, verè
32 fuit Apostolus, † & ita Episcopus, sicuti ex sententia San-
cti Thomæ, Gregorij, & Baronij, probat Archiepiscopus
Rossanen. *in Chron. vita Sancti Benedicti num. 131. cum seqq.*
redarguendo quendam, qui ausus fuit hoc negare, & Mat-
thæus de Laureto *pariter in Chronic. in vita Sancti Benedicti
cap. 8. in adnot. pag. 23. §. Ex quibus ampliùs*, vt ait Rota *d. dec.
264. num. 14. coram Merlino*, vsque tunc non fuit condecora-
33 ta proprio Episcopo, sine quo Ecclesia, † & si habeat iura
Episcopalia, & Cathedralitatis, adhuc impropriè, non au-
tem propriè dicitur Cathedralis, vt aduertunt Lotter. *de re
benef. lib. 1 quæst. 18 per tot.* & Rota *decis. 353. num. 29. par. 5.
recent. & decis. 349. num. 4. par. 12. & in 1. decis. huius causæ §.
Quoad e. inm.*

Et ita in hunc modum Ecclesia Monasterialis per Ioan-
34 nem XXII. † erecta fuit in propriam Cathedralem, me-
diante præeminentia Ordinis Pontificalis, & Dignitatis Epi-
scopalis, vt expressè legitur *in dicta Bulla*, ibi – Cùm peri-
culum esset tanto gregi fidelium in singulis casibus, qui sunt
Pontificalis Ordinis, & Officij, ad alienos Episcopos, & in-
terdum remotos, non absque nonnullarum Animarum pe-
riculo, habere recursum &c. necessarium fore censemus, vt
dictum Monasterium &c. sublimetur honoris, & potioris
Dignitatis eminentia sub Episcopalis appellatione nominis
decoretur; Non autem ex eo, quia ante careret iuribus Epi-
35 scopalis, & Cathedralitatis, † quibus reuera fruebatur, vt
pariter clarè legitur *in eadem Bulla*, ibi – Decernentes insu-
per, vt in locis singulis, insignibus, & non insignibus, tàm
sitis in terra, quæ Abbatia Casinen. hactenus vulgariter no-
minabatur, quæ in spiritualibus, & temporalibus, quàm
etiam in locis vicinis Terræ prædictæ, quæ in spiritualibus
tantùm suberant memorato, quæque alterius Diœcesis ha-
ctenus non fuerunt, & personis eorum &c. idem Episcopus,
sicut quondam Abbas, & Capitulum &c. similem omnino
iurisdictionem habeant, & exercere valeant, & eò plus
præfato Episcopo in eisdem locis spiritualiter, & tempora-
liter, vel spiritualiter dumtaxat, vt præmittitur ei subie-
ctis vicinis Monasterio memorato, quæ hactenus alicui al-
teri Episcopo spiritualiter minimè subiacebant, competere
debeat, quo in his, quæ sunt Ordinis Pontificalis, & mini-
sterium Consecrationis desiderant.

Istaque veritas ad euidentiam comprobatur; Nam, & si
Vrbanus V. putans id magis expedire, abrogando solum
titulum Episcopalem, inde eandem Ecclesiam reduxerit ad
36 pristinum statum Abbatialem, † adhuc hæc remansit quasi
Cathedralis cum proprio Territorio, siue Diœcesi, in qua
Abbates pro tempore exercuerunt iurisdictionem omnimo-
dam, & quasi Episcopalem, indictionem Concursus, Con-
uocationem Synodi, aliaque spectantia ad Cathedrales, &
Episcopos in eorum Diœcesibus, non per modum æquipe-
37 rationis, sed verè, & propriè, vt præclarè affirmat Rota *in
dicta Capuana, seu Montis Casinen. Parochialium 10. Martij
1679. §. Retenta coram R.P.D. meo Bourlemont, & ante de-
cis. 264. num. 15. cum seqq. coram Merlino*, vbi præcisè ait,
38 Vrbanum V. ademisse solum Episcopalem ordinem, † fir-
mis in reliquis remanentibus iuribus Episcopalibus.

His igitur stantibus, non desunt alia plura plenè pro In-
formantes pro Monasterio adducta, quæ ostendunt Prima-
tum, vel quasi Cathedralitatem Ecclesiæ Montis Casini,
non verò Sancti Germani, & signanter, quia, vt in prima
decisione dicitur, ista semper Cathedralis consueuit appel-
lari, & illius Abbas nuncupari Casinen. † talis enim soli- 39
ta, & antiqua denominatio, indicat superioritatem, tum
quia consuetudini vetustæ † in his præeminentijs decernen- 20
dis iura valdè defecerunt, vt dixerunt Bald. *in cap. cum olim
numer 1. de consuetud.* & alij relati *in Burgen. Præeminentia-
rum 16. Martij 1671. §. Attenta potissimum coram R.P.D. meo
Rondinino, confirmata 1. Iulij 1676 & 8. Februarij 1677. co-
ram R.P.D. meo Bourlemont*; Tum etiam quia denominatio
regulariter fit, † & sumitur à digniori, vt arguit Gratian. 41
discept. 893. num. 32. in illa fixa, & immobilis reperitur mar-
morea Cathedra, † à qua Ecclesia nomen Cathedralis de- 42
sumere, & esse signum Cathedralis, tradunt Paris. *de con-
fid. quæst. 55 num. 3. & 4.* Tondut. *quæst. benef. par. 2. cap. 2 §. –
num. 4.* Rota *decis. 865. num. 1. coram Manzanedo, Reueren-
diss. de Luca de præemin. disc. 2. num. 8.* illi soluuntur Decimæ
à Germanensibus, ipsa vigore antiquæ Constitutionis Sy-
nodalis pulsat campanas ante omnes alias Ecclesias in die
Sabbathi Sancti, ibi quiescit Sanctus Pater Benedictus, ap-
pellatur Ecclesia principalis à Leone Cardinali Ostiensi;
Pro Matre, & Domina fuit formiter recognita anno 1275.
ab Archipresbytero, & Clericis Sancti Germani, † vnde 43
desumitur istius subiectio, & illius superioritas, *gloss. in
Clement. 1. verb. Matricibus de priuil.* Ciarlin. *controu. 204. nu.
11.* Bellett. *disquis. Cleric. par. 1. §. 3. num. 45.* Rota *decis. 353.
num. 3. & 4. par. 5. recent.* Lezzana *in sua Column. Immob. de
Cathedral. Eccles. Sanctæ Mariæ de Pilari cap. 3. num. 225. im-
press. inter eius Oper. Moral to. 4. fol. 246. iuxtà nouiss. impress.
Lugdunen. Reuerendiss. de Luca de Præeminent. disc. 4. nu. 18.*
& dixit Rota *in dicta Burgen. præeminentiarum 7. Februarij
1677. §. Vnde rectè*, & concurrunt alia, de quibus in dicta
prima decisione: quibus accedunt nonnulla alia signa hodie
pro Abbate deducta, id ipsum suadentia, nempè quædam
confirmatio de anno 1197. concessa à Cælestino III. qui con-
firmauit quandam Concordiam initam inter Episcopum
Theanen. & Abbatem, & pluries in dicta confirmatione
enunciatur, & appellatur Ecclesia Casinensi, pro qua non-
nisi de ea in summitate Montis ædificata suadet subiecta
materia intellexisse, dum agebatur de spectantibus ad illam
iure Diœcesano, & non minoris ponderis est etiam declara-
tio emissa in dicto instrumento recognitionis de anno 1275.
nimirum, quod vacante Dignitate Archipresbyterali Ec-
clesiæ Sancti Germani, pro electione facienda, peti deberet
licentia ab Abbate, & electione sequuta, Electus præuio
Iuramento fidelitatis, & obedientiæ confirmationem ab ipso
Abbate impetrare deberet; † Vnde Abbatis, & Ecclesiæ 44
superioritas, & præeminentia concluditur, ad Text. *in cap.
cum inferior de maiorit. & obed.*

Vlterius Ecclesia Montis Casini exigit Cathedraticum
ab illa S. Germani, † quæ solutio obiectionem in soluente 45
designat, Barbos. *de Canon. cap. 2. num. 7.* Rota *coram Bich.
decis. 336. num. 8. & coram Eminentiss. Ottbobono decis. 179.
num. 18. & 223. num. 17.* Accedit etiam Decretum Synodale
anni 1537. præcipiens quolibet anno in vniuersa Diœcesi
fieri commemorationem Sancti Benedicti, & Scholasticæ;
† vndè Superioritates deducens ad quasi Cathedralitatem 46
desumitur ex deductis *in prima decisione §. Comprobatur*; Et
pariter Clerus quotannis accedit in ipsa die Dedicationis ad
Ecclesiam Monasterialem pro Festo celebrando, & obe-
dientia præstanda Abbati, quod Festum celebratur à cun-
ctis Ecclesijs Diœcesis, † quod est argumentum Cathedra- 47
litatis, Barbos. *de Canon. cap. 2. num. 7.* Lezzan. *d. cap. 3. num.
262. & cap. 4. num. 296.* Rota *decis. 353. num. 73. par. 5. recent.
& decis. 640. num. 7. & decis. 665. num. 29. coram Bichio*, cum
vltrà propriæ Ecclesiæ Dedicationem, † debeat quoque 48
celebrari Dedicatio Ecclesiæ Cathedralis, vt relato Decre-
to Sacræ Congregationis Rituum sub die 2. Maij 1619.
tradit Gauant. *in Thesaur. Sacr. Rituum tom. 2. sect. 8. cap. 5.
num. 2.*

Demùm apud eandem Ecclesiam conseruatur celebre
Archiuium, † de quo pluries meminit *Rota*, & signantèr 42
coram Merlin. decis. 264. num. 28. vbi quod vti publicum, &
insigne, fuit à Summis Pontificibus in magna existimatione
habitum, † & pro signo Cathedralitatis recenset Dunozet. 50
Iun. *decis. 995. num. 10.* & ab ea recipit Ecclesia Germanensis
Sanctum Oleum, † quod esse signum Cathedralitatis tra- 51
dit Barbos. *Apost. decis. 535. num. 9.* Monachi in functionibus
semper præcedentiam habuerunt à Canonicis S. Germani; † 52
vndè

vndè resultat præeminentia, & Superioritas, vt latè pon-
derat Lezzan. *vbi supra cap 3. numer. 252. & seq.* Rota *decis.*
353. par. 5. & decis. 177. num. 7. par. 6. recent. & in dicta Burgen.
Præeminentiarum §. in ea autem parte coram R. P. D. meo Ron-
dinino; & cum hodie non controuertatur quasi Cathedrali-
tas, sed dumtaxat discepetur, An, & cui Ecclesiæ talis præ-
53 minentia competat, † sufficiunt ad hunc effectum etiam ad-
minicula, Barbos. *de Canon. cap. 2. num. 7.* concurrente potissi-
mum ad fauorem Abbatis longæua obseruantia vsque in
54 præsens, † quæ omnem dubietatem declarat, vt notat Bar-
bos. *de Canon. d. cap. 2. nu. 7. vers. ad effectum*, & latè firmatum
fuit in allegatis *decisionibus Burgen. Præeminentiarum coram*
RR. PP. DD. meis Bourlemont, & Rondinino.

Non obstat, quod in Ecclesia S. Germani inchoentur, &
55 terminentur Processiones, ibique etiam adsit † Tronus
Episcopalis, quia hic non est fixus, sed ligneus, & amouibilis
appositus ad explendas functiones per Abbatem in ista Ec-
clesia ratione commoditatis Populi, nè fatigetur itinere pro
accedendo ad Ecclesiam Montis, qua de causa, etiam Pro-
56 cessiones ibi fiunt: † vndè nulla ex prædictis oritur quasi
Cathedralitas, & præeminentia, quæ nec minus desumitur
57 ex retentione Olei Sancti, & Fontis Baptismalis, † quia præ-
dicta potiùs indicant Parochialitatem, cum illa debeant esse
in Ecclesia habente curam animarum, Fusch. *de visit. lib. 1.*
cap. 7. num. 16 Maya *obseru. 10. num. 146. & seqq.* vel ad sum-
mum sunt signa cuiusdam Matricitatis, seù præeminentiæ,
58 respectu aliarum † Ecclesiarum Loci, Franch. *de Eccles. Ca-*
thedr. cap. 15. num 167. & seqq.

Pariter non suffragatur, quod Ecclesia Sancti Germani
fuerit aliquando enunciata Cathedralis, & tributum huic
loco nomen Ciuitatis, quia respectu ad nomen Ciuitatis
apparet fuisse etiam hunc Locum nominatum Terram,
Oppidum, Castrum, vt in Summario Abbatis *num. 25.* respe-
59 ctu verò ad enunciatiuam Cathedralitatis, † fuit æquiuo-
60 cum enunciantium, † dum apparet, quod etiam Ecclesias
rurales appellarunt Cathedrales, vt in eodem Summario
num. 22. & in omnem euentum tales enunciatiuæ non sunt
61 attendendæ, † dum quæstio principalis hodie vertitur super
enunciato, Rot. *decis. 603. num. 8. coram Dunoz. iun. & decis. 17.*
num. 5. coram Zarate, & aduertit Rota *in d. Burgen. præemi-*
nentiarum 8. Februarij 1677. §. hanc autem coram R. P. D. meo
Bourlemont.

Postremò non subsistit, quod electus nouus Abbas Casi-
nensis possessionem adipiscatur suæ Dignitatis in Ecclesia
62 S. Germani, † quia eidem proficiscenti ad suam Eccle-
siam Montis, primò occurrit Ecclesia S. Germani, quam
visitat, & ibi recipit ad obedientiam Clerum illius, vt
aduertit Rota *decis. 5. num. 27. par. 13. recent.* & celebratio
Dedicationis Ecclesiæ S. Germani, cum non fiat per to-
63 tam Diœcesim, sed solùm in illa, † non importat Cathe-
dralitatem, cum quæcumq; Ecclesia annuatim recolat
64 diem suæ Dedicationis, † itaut talis dies dicatur eius nata-
lis, vt ex S. Leone *Serm. de Machab.* tradit Gauant. *in The-*
saur Sac. rit. to. 2. sect. 8. cap. 5. num. 2.

Et ita ex prædictis, & alijs in prima decisione recensi-
tis, stetit Rota in primo loco decisis, vtraque Parte in-
formante.

Aliæ binæ decisiones, quæ in hac causa factæ sunt haben-
tur impressæ supra in hac eadem parte vbi sunt in ordine 56. &
196. hæc autem, & altera rursus confirmata est sub die 27.
Januar. 1681. coram eodem Reuerendiss. D. Decano, cuius in vo-
to Rota se esse declarauit.

REVERENDISS. D. ALBERGATO
Sacræ Rotæ Decano.

Romana Locorum Montium.

Mercurij 7. Februarij 1680.

A R G V M E N T V M.

Creditori, qui sua Loca Montium debitori accomodauerat, cum obligatione illa restituendi, quia ipse etiam debitoris administrator extiterat, principaliter opponebatur, quod ad euitandum cursum vsurarum debuisset ille pecunias ad sui manus peruentas in satisfactionem locorum Montium recipere, non autem in alia credita excomputare, quæ occasione administrationis habebat, contrarium verò deciditur, quia in eius facultate erat eligere causam, in qua solutionem sibi potius accepto referret, rursus quia illa cadere debuerat in eodem genere crediti, & debiti pecuniarum, non autem commodati penitus ab illo separati, & diuersi, tertio demum, & hoc mihi superaddere liceat, quod sicuti credita particularia ex sola administratione proueniebant, ita etiam illa ex eadem administratione debuerant primario persolui.

S V M M A R I V M.

1 D. Mauritius Girbaldus *excellens causarum patronus nuncupatur.*

2 *Obligatus in forma Cameræ iustè à Iudice condemnatur prę uia relaxatione mandati.*

3 *Procurator, Administrator, & aliena negotia gerens potest proprium creditum ex pecunijs administratis suscipere, sibique satisfacere.*

4 *Creditor potest sibi propria auctoritate persoluere de pecunijs debitoris penès ipsum existentibus, si non agitur de alienatione bonorum illius.*

5 *Administrator, si est etiam creditor suæ administrationis potest sibi ipsi soluere, & est in sua facultate eligere, in quam causam velit solutionem accepto ferre.*

6 *Creditor non tenetur anteponere suam vtilitatem indemnitati debitoris.*

7 *Creditor quantitatis, & speciei, pecunias sui debitoris recipiens, illam cum quantitate, non autem cum specie compensat.*

8 *De specie ad quantitatem non datur compensatio, nec è contra.*

9 *Solutio facta mediante pecunia, vel re simili cedere debet in satisfactionem crediti eiusdem generis.*

10 *Creditor, qui suo debitori scripsit, quod de eius pecunijs penes ipsum existentibus, sibi satisfieri volebat.*

Si ille non rescripsit, quod ille sibi satisfaceret, imò respondit ad eum transmitti computum, in nihilo imputari potest, si satisfactionem non fecit ibidem.

11 *Procurator non potest contrauenire voluntati Domini.*

12 *Debitor habens notitiam suum debitum non fuisse solutum, si nihil opposuit, solutionem non factam dicitur acceptasse.*

13 *Partita crediti acceptari non potest, nisi insimul acceptetur partita debiti illi contraposita, & vid. num. seqq. vsque ad num 20.*

14 *Acceptari potest pars fauorabilis, & reprobari contraria vbi agitur de separatis, & distinctis, secus si de inseparabilibus, & connexis, & n. 20. vbi amplia.*

15 *Partita habens relationem ad computum, non exhibito computo, minimè suffragatur.*

16 *Referens sine relato non probat.*

17 *Solutio prius adnotata in libro Magistro, quam Giornali non attenditur.*

18 *Libri mercatorum defectuosi, vt quia continent partitas prius appositas in Magistro, quam in giornale, nihil probant.*

19 *Libri mercatoris dicuntur defectuosi, si plures non continent partitas, quæ in eis adnotari debuissent.*

20 *Creditor potest acceptare fauorabilia, & contraria reijcere, si suum creditum aliunde iustificat, debitor verò solutionem ex solis libris, vel scripturis deducat, & quando sup. d. num. 13.*

21 *Solutio facta ministro negotiorum alicuius controuerti non potest, si qualitas administrationis non impugnetur.*

22 *Pecuniam deferens in Monte, vel banco ad creditum alterius, reputatur merus delator, non dominus.*

23 *Dominus pecuniarum dicitur ille, ad cuius creditum, pecunia fuit adnotata, vel scripta, non autem, qui eam detulit, quia ille nudus delator nuncupatur.*

24 *Duplicatio partitæ excluditur ex diuersitate temporis, causæ, & modi soluendi.*

25 *Diuersitas partitæ præsumitur potius, quam duplicatio.*

DE-

DECISIO CCCCV.

1 EXcellens Causarum † Patronus D. Mauritius Girbal-
dus accommodauit die 11. Septembris 1659. loca tri-
ginta vnum cum dimidio, immunia à quocumque vincu-
lo diuersorum Montium Cameralium, Ioanni Francisco
Gherardo, qui sub obligatione Camerali totidem eius-
dem qualitatis, cum literis patentibus proprijs sumpti-
bus expeditis intra quadrimestre reemere, & soluere fru-
ctus vsque ad reemptionem illorum in forma Cameræ se
obligauit; Verum quia Gherardus promissa non adim-
pleuit, sed solum anno 1665. resignari curauit in fauo-
rem Girbaldi loca quinque Montis Subsidij, propterea
ille pro restitutione residui locorum accomodatorum, &
solutione fructuum, egit coram R. P. D. Cincio Iudice
Deputato ab AC. & obtinuit relaxari mandatum pro reem-
ptione octo locorum, & solutione fructuum decursorum
à Kal. Martij 1672. & in posterum decurrendorum sine ta-
men præiudicio maioris summæ, & Iurium ambarum
Partium. A quo interposita per Cherardum appellatione
Signatura Iustitiæ rescripsit cum clausula, *Si quid exe-
quendum*, ideò fuit propositum à me dubium ad formam
commissionis sub die prima Iulij 1678. sed quia plures hinc
inde afferebantur partitæ dati, & recepti, dilata fuit re-
solutio, & dictum quod eligeretur Peritus, qui iudiciali-
ter calculum faceret, propterea exhibita nuper Peritia, Cau-
sam hodie reproposui, & mandatum esse exequendum DD.
responderunt.

Siquidem ex calculo Periti apparet Dominum Mauri-
tium, supputatis omnibus, remanere liquidum credito-
rem locorum decem, & dimidij Montis restaurati primæ
Erectionis cum fructibus à Kal. Martij 1672. propterea ritè,
& rectè fuit ad eius fauorem relaxatum mandatum exe-
quutiuum contra Gherardum pro locis octo sine præiudi-
cio maioris summæ, qui vsquequo non reemerit residuum
locorum Montium sibi accomodatorum, fructusque solue-
rit, semper pro rata non reempta remanebit debitor fa-
cti promissi sub obligatione Camerali, ad quod iustè potuit
2 † à Iudice per relaxationem mandati compelli Rota *apud*
Zach. *de obligatione Camerali decis.* 44. *num.* 2. *& decis.* 158.
num. 50. *par.* 15. *recentior. & in Ariminen. Pecuniaria* 16.
Aprilis, & 10. *Decembris* 1674. *coram Illustrissimo Magno
Cancellario Mediolanen.*

Nec illiquidum creditum Girbaldi visum est reddi ex
eo, quòd vltra dicta loca quinque ei de anno 1665. reem-
pta, peruenerit ad eiusdem manus anno 1667. scut. 35131
ba. 38. de pecunijs Gherardi, cum quibus informantes pro
eodem dicebant, quod D. Girbaldus potuit reemere Lo-
ca 26. ÷. residualia, quia cum Girbaldus esset illius cre-
ditor in summa scut. 1901. 99 vt ex relatione Periti, ideò
potuit sibi pro dicta rata satisfacere, & pro summa, quæ
penès ipsum remansit, iuxtà solitam eius integritatem
voluit habere pro reemptis tot loca montium, quot ex
dicto residuo emi poterant, prout tot, quot emi poterant,
fuerunt à Perito calculata. Et quod sibi potuerit soluere
3 non fuerit à Rota in dubium reuocatum, † cum quilibet
Procurator, Administrator, seù aliena negocia gerens,
possit proprium creditum ex pecunijs administratis susci-
pere, ac sibi satisfacere *l. quoties §. sicut autem ff. de admi-
nistratione Tut. l. peculium ff. de pecul. l debito ff. de negot. gest.*
Guttier. *de tutel. par.* 2. *cap.* 9. *num.* 41. *&* 47. Laurent. de Pinu.
consil. 60. *num.* 3. Caren. *resol.* 115. *num.* 2. Borgnin. *Caualcan. de
Tut. & Curat. par.* 1. *num.* 179. Rot. *decis.* 824. *num.* 2. *coram Du-
noz. Iun.* Potissimum quando creditum consistit in pecunia,
4 & non agitur de alienatione bonorum, † sed de consequen-
da satisfactione super pecunia debitoris existen. penès Ad-
ministratorem, qui sit creditor Duen. *de reg. Iur. reg.* 31. Fal-
len. 3. Caualcan. *vbi supra vers. nisi pecunia.*

Quibus non aduersatur, quod D. Mauritius licet Procu-
rator, & creditor, tamen ad instar boni Patrisfamilias,
satageotis euitare cursum vsurarum, debuisset ex dictis pe-
cunijs in primis reemere sibi loca montium ad subleuan-
dum Gherardum à solutione fructuum, quibus reperie-
batur adstrictus, donec loca montium reemisset, quia
quidquid sit quando administrator aliena negocia gerens
debet soluere pecunias tertio, secus est quando, & ipse Cre-
5 ditor est, quia tunc potest sibi soluere, † & est in ipsius fa-
cultate eligere, in quam causam velit solutionem accepto
6 ferre antepolita propria vtilitate † indemnitati debitoris
l. Paulus §. Paulus l. obtrigintaff. de solut. & notant Gabr.
consil. 48. *numer.* 2. Scacc. *de commerc. & Camb. §.* 2. *gloss.* 5.
quæst. 4. *num.* 110. Riminal. Sen. *cons.* 348. *numer.* 42. Fab. de
Anna *consil.* 30. *num.* 10. Gratian. *discept.* 26. *num.* 10. Rota *co-
ram Buratt. decis.* 2004. *num.* 5. *&* 6. *& decis.* 334. *num.* 13. *par.*
13. *recent.*

Idque faciliùs in præsenti facti specie admiserunt DD.
animaduertentes non solum, quod Girbaldus in ordine ad
loca montium non erat Creditor quantitatis, sed speciei,
proindè pecunia † non potuit compensari cum specie iuxta 7
regulam, quod de specie ad quantitatem † non datur com- 8
pensatio *l. quod Dni ff. compensat. l. si ex pecunia C. de rei vin-
dic.* Sed cedere debebat in satisfactionem debiti eiusdem ge-
neris, † & sic pecuniæ Soccin. iun. *cons.* 85. *sub num.* 5. *lib.* 2. 9
Gratian *discept.* 224. *num.* 97. Mart. Medic. *examin.* 15. *num.* 33.
Surd. *decis.* 328. *num.* 10. verum etiam quia cum D Girbaldus
scripsisset Gherardo, quod ex vltima partita pecuniarum,
quæ ad eius manus peruenerunt de mense Martij 1672. vo-
lebat reemere loca montium, ille non rescripsit, quod
illa emeret, sed respondit gratum sibi futurum † habere 10
computum Capitalis, & fructuum, & præcedenter scri-
pserat, quod pecuniæ retinerentur ad sui creditum, &
nihilominus demptis fructibus, quorum D. Mauritius erat
creditor, & solutionibus, quæ erant debitæ Pensionarijs
vigore cedularum Bancariarum Gherardi, & alijs solu-
tionibus ab eodem mandatis, pro residuo illarum pecunia-
rum voluit pariter habere pro reemptis tot locis, † quot 11
cum dicto residuo emi poterant, vt ex relatione Periti.
Quapropter nil esset Domino Mauritio imputandum, si
ex dicto residuo non fuisset contentus habere tot loca,
pro reemptis, cum non concurreret voluntas Gherardi,
& Procurator non possit contrauenire voluntati Domini
Rota *decis.* 297. *num.* 4. *coram Coccino*. Quinimò dum ex
prædictis Gherardo innotuit, quod loca montium non
fuerant reempta, † videtur ratum, quodammodo ha- 12
buisse, quod loca montium non reemerit Buratt. *d. decis.*
284. *sub n.* 2. *& decis.* 265. *eodem n. par.* 2. *rec.*

Non obstat, quod in diminutionem crediti Girbaldi con-
traposita fuit in libris Gherardi partita sc. 453. duabus parti-
tis similis summæ in illius fauorem cantan. eiusque credi-
tum descriptis.

Tum quia non ideò Gherardus releuatur ab onere iusti-
ficandi dictam partitam, sub prætextu, quod non pos-
sint acceptari partitæ crediti, nisi acceptentur etiam par-
titæ debiti: † Etenim hoc non procedit, nisi in partitis 13
connexis, & inseparabilibus, secus verò est in partitis se-
paratis, † & diuerso tempore scriptis, & quæ habent diuer- 14
sam, & separatam causam, vel continent facta diuersa, vt
tradit Bart. *in l.* Aurelius §. *Idem quæsijt vbi ponit exempla ff.
de liberat. legat.* Bald. *in l. vnica num.* 6. *C. de confessis* Rot. *dec.*
101. *num.* 4. *par.* 4. *recent.*

Tum quia dicta partita habet relationem ad computum
antecedens, † quo non exhibito partita non suffragatur 15
ex regula, quod referens † sine relato non probat vt dixit 16
Rota *in Romana Pecuniaria* 26. *Maij* 1671. *§. Ex quibus coram
R. P. D. meo Vicecomite Gait. de Cred. cap.* 2. *num.* 154. Gratian.
disc. 727. *num.* 6. benè ad rem nostram Rota *decis.* 405. *num.* 5.
& duob. seqq. coram Dunoz. Iun.

Tum etiam, quia libri non visi sunt mercantiliter ten-
ti, sed in pluribus defectuosi, dum contra stylum merca-
torum partitæ apparent priùs adnotatæ in libro magistro,
quam in giornali, † in quo descriptæ fuerunt in data po- 17
steriori decem dierum, quapropter † fides eisdem adhi- 18
beri non potest ad Text. *in l. rationes, & in l. exemplo C.
de probat. & in l final. Cod. de Conuent. Fisc. deb. libro* 10. &
ad propositum Rota *decis.* 280. *num.* 6. *coram bon. mem. Card.
Celso.*

Et quoad defectus librorum, † sunt plures, in eis enim 19
non reperiuntur descriptæ solutiones factæ per D. Mauri-
tium cum ordinibus Gherardi Ioanni Petro de Bolis, Io.
Baptistæ Meiæ, & Alphonso Bono ad sc. 710. ascenden.
neque quatuor duploni, seù duplæ quatuor duplices Muti-
næ, atque mutuum locorum montium ei factum; neque
retractus ex eis factus, neque reemptio locorum quinque
montis subsidij facta de anno 1665. neque solutio illorum
pretij ad computum locorum mutuatorum, nec in tri-
bus solutionibus factis Mauritio in scut. 600. ad compu-
tum fructuum locorum montium mutuatorum expressit
esse pro fructibus, & in alijs pro parte D. Mauritij addu-
ctis. Exindè autem cum partitæ in dd. libris cantan.
in fauorem Girbaldi ferè omnes aliundè etiam verificen-
tur, aliæ verò ad fauorem Gherardi solum deducantur ex
ipsis

20 ipsis libris defectuosis, † propterea potest ipse Girbaldus ac-
ceptare partitas fauorabiles, & reijcere alias sibi contrarias,
quæ aliundè non iustificantur Rot. *apud Marchesan. de com-
miss. par. 1. fol. 883. num. 1.* Rota *decis. 743. num. 2. par. 4. diuer-
sor. & decis. 423. num. 14. & 15. coram Bich.* & in fortioribus
respondit Rot. *decis. 319. num. 7. & seq. part. 9. & 282. num. 6.
par. 16. recent.*

Incontrouertibilis quoque visa est partita sc. 444. pro toti-
dem à Girbaldo solutis Iulio Valerio Ministro negociorum
Gherardi in Vrbe, quæ qualitas sicuti ab isto non impugna-
21 tur, † ita quoque impugnari non potest solutio illi facta ex
traditis per Rot. *decis. 214. num. 2. coram Vbald.* prout nec con-
trouerti possunt solutiones factæ ab eodem Pensionarijs,
quia isti claras cedulas habebant ad eorum fauorem factas à
Gherardo, qui nec potest petere sibi bonificari sc. 200. de-
scripta in libris Montis Pietatis ad creditum Girbaldi eum
qualitate, quod pecuniæ ibidem fuerint allatæ ab ipso Ghe-
rardo, quia ea simplici qualitate delationis solum deduci-
tur; quod ille fuerit nudus lator, seù Minister ad transpor-
22 tandum, † non autem quod fuerit Dominus, imò Domi-
nus, præsumitur Girbaldus, in cuius fauorem cantat,
& creata reperitur partita, licet Gherardus pecu-
23 niam † attulerit Magon. *decis. Floren. 43. in princ. & num.
13. & seq.* Rot. *decis. 885. num. 4. coram Dunoz. Iun. & in Ro-
mana Pecuniaria 16. Ianuarij 1669. §. final. coram Reuerendis-
simo Beuilaqua, Patriarcha Alexandrino*, vbi redditur ratio,
quod non est verisimile, quod si pecuniæ fuissent propriæ,
eas in libris ab eius debitum referre non omisisset.

Et si probaretur dictas pecunias fuisse Gherardi, ac etiam illi debere bonificari, non ideò diminueretur eius creditum locorum octo, pro quibus obtinuit mandatum de cuius executione agitur, cum ex relatione Periti remaneat credito in maiori summa dd. locorum octo.

Demum partita aliorum scutorum 200. non potest præ-
tendi à Gherardo duplicata, quia præter quod est in quodam
computo particulari descripto in libro, qui patitur plures
defectus visos à DD. quorum oculis fuit subiectus, & ad
quos forsan tegendos, fuit postea inceptum aliud compu-
24 tum, quod perfici † non potuit ob perquiratur à D. Mau-
ritio expeditum excluditur duplicatio ex diuersitate tempo-
ris, Causæ, & modi soluendi Rota *decis. 425. num. 2. & seq.
par. 2. rec. & in Romana, seu Veliterna Pecuniaria 1. Februarij
1649. in fine coram Emmentissimo Cerro*, & accedit quod potiùs
25 præsumitur diuersitas, † quam duplicatio *l. quinquaginta in
fine ff. de probat.* Rota *decis. 425. nu. 3. part. 2. rec. & decis. 319.
n. 1. & seq. coram Durano*.

Et ità pro executione mandati responsum fuit vtraque parte audita.

Plures decis. in hac eadem causa factæ sunt altera sub die 14. Iunij 1680. coram eodem Reuerendissimo D. Albergata, altera verò sub die 2. Iunij 1681. coram R.P.D. Rondinino, omnes tamen præsentis confirmatoriæ.

R. P. D. VRSINO.

Bononien. fideicommissi de Benatijs.

Veneris 17. Maij 1680.

ARGVMENTVM.

Ius accrescendi fideicommissarijs denegari prętendebatur, ex eo, quod illorum portiones fuerint à testatore disiunctæ, cumque talis separatio solùm intellectualiter facta sit, neque esset ad oculum demonstrabilis, vbi veró reciproca concurrebat, eorumdemque vocatio actiuè, & passiuè, vulgariter, & per fideicommissum facta erat dispositionem eiusdem iuris accrescendi subintrare deciditur, reiecta exceptione melioramentorum, quæ non erant liquida, & quibus per cautionem de ea reficiendo succursum remanebat.

SVMMARIVM.

1 *Fideicommissum ob defectum lineæ primi instituti accrescit personæ illi coniunctæ, ac etiam reciprocè consubstitutæ.*

2 *Ius accrescendi cessat in personis inter se disiunctis.*

3 *Coniunctio verbalis resultat in pluribus vnico verbo vocatis, vel substitutis.*

4 *Substituti plures simulatque vocati non possunt dici omninò inter se disiuncti, licet vnicuique sua portio intellectualiter tantum constituatur pro indiuiso, non tamen corporaliter demonstrabilis.*

5 *Ius accrescendi habet locum inter plures institutos, vel substitutos, quamuis illis pro indiuiso portio constituta sit, & quando.*

6 *Ius accrescendi eo magis intrat inter plures reciprocè, actiuè, & passiuè vulgariter, & per fideicommissum vocatos.*

7 *Reciproca substitutio non potest habere locum inter eos, qui in prima substitutione vocati non sunt.*

8 *Substitutio passiua non conuenit illi, cui actiua substitutio non datur.*

9 *Non Honoratus non potest dici grauatus.*

10 *Substitutus sibi ipsi nemo esse potest.*

11 *Absurdum ad euitandum omnis interpretatio capienda, est etiam si à proprio, & literali significatu verborum recedere debeamus.*

12 *Melioramenta illiquida saltem in specie non sunt apta impedire immissionem fideicommissario.*

13 *Melioramenta quoties non sunt omninò liquidata in genere, & in specie, tunc melioranti per cautionem de ea reficiendo succurritur.*

DECISIO CCCCVI.

IMmissionem, quam dandam fore Iulio Cæsari Mazzæ, & Petro Ciamengo Domini censuerunt, ipsis solùm auditis, iterùm hodie informante ex aduerso Francisco Taccono, concedendam esse dixerunt, prout etiam A. C. Cauallerinus in prima instantia pronunciauerat, permanendo in decisis * 26. Februarij præteriti coram me.

Visa sunt namque subsistere tria fundamenta decisionis,
quorum prætermissis duobus in hac propositione non con-
trouersis, quoad legitimationem personarum, & quoad
bonorum identitatem, restricta fuit difficultas, quoad
aliud extremum purificationis fideicommissi, pro dimidia
parte bonorum ad fauorem Actorum, super quo Domini
denuò dicebant post extinctam lineam masculinam hære-
dum institutorum, literalem esse vocationem pro medieta-
te ad fauorem Francisci Tacconi Patrui, & Ioannis Bapti-
stæ, & Alexandri pariter de Tacconis fratrum Patruelium:
pro altera verò medietate ad fauorem Petri Ciamenghi, Iu-
lij Cæsaris Mazzæ, & Ioannis Francisci de Palazzinis, cu-
ius portio ob eius lineæ deficientiam accreuit æqualiter di-
ctis Petro, & Iulio Cæsari Actoribus, † quia fuerunt in- 1
ter se à quondam Ioanne Francisco de Benatijs respectu
istius dimidiæ non solum coniuncti, sed etiam reciprocè con-
substituti, vt latius fuit firmatum in prima decisione huius
Causæ §. *purificatio autem, in §. quibus positis, & sequenti* co-
ram me.

In nihilum releuante, quod Testator portiones istius di-
midiæ partis diuiserit distribuendo singulis substitutis suam
portionem in tertia parte, ex quo arguitur eos fuisse omni-
nò inter se disiunctos, † atque propterea Ius accrescendi 2
cessare ex firmatis per Bart. *in l. huiusmod. § quibus ff. de le-
gat. primo cum alijs relatis* à Bellon. iun. *de iur. accresc. cap. 7.
q. 78. nu. 20. & seq.* & à Peregr. *de fideicom. art. 9. num. 4.*

Etenim Ciamengum, Mazzam, & Palazzinum nedum
verbaliter coniunctos fuisse demonstratur ex eo, quod eorum
vocatio facta fuit in tali fideicommisso per vnam, & idem
verbum dispositiuum ibi *sostituisce*; † Vnde verbalis re- 3
sultat coniunctio ex text. *in l. re coniuncti, ibique DD. ff. de
legat. 3.* & bene Soccin. iun. *cons. 139. num. 19. vol. 1.* Verùm
etiam realem adesse Domini existimarunt, quamuis cuili-
bet ex hæredibus relicta fuerit tertia pars illius dimidiæ;
Nam quando partes intellectualiter constituuntur pro indi-
uiso oculis corporeis non demonstrabiles, † consubstituti 4
dici nequeunt omninò re disiuncti, † ideoque inter eos ius 5
accrescendi locum habere in specie tradiderunt vlttra addu-
ctos in prima decisione Soccin. iun. *d. cons. 139. num. 20. lib. 1.*

Pere-

Peregrin. *de fideicom. d. art.9. num.8.* Fusar. *de substitut. quæst. 495. num.14.* & exemplis comprobat Rota *decis.428. num.9. & 10. coram Reyes.*

Quæ eò fortius procedere visa fuerunt attenta substitu-
tione reciproca à Testatore ordinata post eorum vocatio-
6 nem non solum inter substitutos, † sed etiam inter eorum
filios, & descendentes actiuè passiuè; vulgariter, & per
fideicommissum, prout benè considerauit Rota *in dicta de-
cisione huius causæ in §. & absque vlla coram me.*

Et quamuis in hac substitutione reciproca Testator no-
minauerit etiam Tacconos ibi -- *E doppo li sudetti Tacconi,
Ciamenghi, Palazzini, e Mazza li figliuoli di ciascuno &c.* Vn-
de opponebatur Testatorem ipsos substituisse portioni reli-
ctæ Palazzino, & alijs in hac medietate consubstitutis;
Nihilominus ex contextuali Testamenti serie contrarium
manifestè resultat; quia cum tota hæditas Ioannis Franci-
sci de Benatijs in duas diuisa fuerit medietates, & vna reli-
cta Tacconis, altera verò Palazzino, Ciamengo, & Maz-
zæ, cuilibet pro tertia parte integraliter diuisa cum exclu-
7 sione eorundem de Tacconis, † dici nullo modo potest re-
spectu secundæ medietatis substitutos fuisse eosdem Tacco-
nos, & successiuè grauatos reciproca substitutione; Tum
quia præcedenter ad istam portionem illi vocati non fue-
8 rant, † & consequenter nec passiue substitui poterant ex
9 vulgata regula iuris, quem non honoro, † non grauo *L. ab
eo C. de fideicom.* Soccin. *cons.69. et cons.104. vtrobique num. 2.
in fine lib.3.* Fusar. *cons.3.* Rota *decis.663. num.5. part.2. decis.
73. num.5. par.16. rec. et bene in Bononien. fideicom. 20. Aprilis
1671. et 27. Ianuarij 1672. coram R.P. D. meo Emerix.*

Tum quia ex verbis subsequentibus Testamenti opposi-
tum conuincitur, dum post substitutionem reciprocam sub-
ditur. *Et all'vltimo di loro, che morirà senza figli maschi etc.
all'hora, et in quel caso gli sostituisce il detto Sig. Francesco
Tacconi, e li figliuoli di detto Sig. Vincenzo*: Si enim Tacco-
ni antea vocati fuissent, & in substitutione reciproca com-
prehensi quoad secundam medietatem hæreditatis, vtique
10 maximum sequeretur absurdum, & repugnantia, † quod
nempe ijdem Franciscus, & alij de Tacconis fuissent sibi-
11 met ipsis substituti, † ad quod euitandum omnis capienda
venit interpretatio, etiamsi à proprio, & literali significatu
verborum recederemus Spad. *cons.313. num.3. lib.3.* Dunoz.
iun. *decis.984. nu.14.* & Rot. *decis.267. num.7. par.9. et decis.
132. nu.21. par.16. rec.*

Hinc sequitur substitutionem reciprocam alio modo interpretari numquam debere, quàm iuxtà primam diuisionem à testatore dispositam, & retentis eisdem terminis præcedentis substitutionis, scilicet, quod in vna medietate, in qua vocati fuerunt Tacconi, substituti sint descendentes illorum, in altera verò assignata Palazzino, Ciamengo, & Mazzæ dicantur tantùm substituti, descendentes est illis.

Quo verò ad exceptionem melioramentorum iterùm pro retardanda immissione propositam Dominis placuerunt fundamenta præcedentis decisionis super meritis, nulla habita consideratione, quod Testator in vna parte Testamenti confessus fuerit dicta melioramenta reliquisse in compensationem alienationum, & deteriorationum bonorum per verba dubitatiua dicendo. *E per il contrario puol'essere, che habbi fatto qualche deteriorationi, & alienato &c.* siquidem in parte dispositiua, in qua legatum reliquit, formitèr, & verbis indubitatis fassus fuit melioramenta legasse pro exoneratione conscientiæ *per la causa di dette alienationi, o deteriorationi respettiuamente, & anche per maggior quiete della propria conscienza.* Et deindè clariùs paulò inferiùs. *Qual legato respetto all'importare di detti miglioramenti, & alienationi sia in ricompensa di quelle, obligando il sudetto Tacconi à non pretendere cosa alcuna per causa di dette deteriorationi, & alienationi* vt in Summario præteritæ positionis n. 11.

Vnde cum negari non possit prætensa melioramenta illi-
12 quida remanere saltem in specie, † ad impediendam im-
missionem hæredibus fideicommissarijs apta non sunt iuxtà
allegata in prima decisione *in §. & quatenus etiam.*

Atque satis pro interim consultum fuit Francisco Tacco-
13 no † per cautionem de illis reficiendis sequuta liquidatione
ad firmata per Rotam *in decis.161. num.135. coram Bich. & in
alijs cumulatis in dicta decisione huius Causæ in §. cessatque co-
ram me.*

Et ita vtraque parte informante resolutum fuit.

Supra in alio præcedenti to.1. par.18. rec. adest altera præsentis causæ Decisio, quæ hic confirmata est, & ibi est in ordine 399.

REVERENDISS. D. ALBERGATO
Sacræ Rotæ Decano.

Montis Casinensis Præeminentiarum.

Lunæ 27. Ianuarij 1681.

A R G V M E N T V M.

Quasi Cathedralitas Casinensis Ecclesiæ per binas decisiones in hac causa firmata, itidem in hac altera decisione declaratur, in qua plura submouentur æquiuoca ab Ecclesia S. Germani deducta, & inter ea, præcipuum, quod illius Ciuitas tempore S. Patris Benedicti non aderat, cum fuerit ædificata à Bertario Abbate longe post obitum eiusdem S. Patris Benedicti, quodque ipsa etiam per instrumentum publicum declarauerit se esse subiectam Ecclesiæ S. Germani, & Monasterio Casinensi, de quibus quidem Ecclesijs plura ideo in eadem præsenti decisione deducuntur.

S V M M A R I V M.

1 *Cathedralitas Ecclesiæ etiam ex historijs probatur, & numer. seqq.*

2 Casinensis *Ecclesia fuit in Episcopatum erecta, & ab Idolorum cultura expurgata* à Principe Apostolorum.

3 Casinensis *antiquissima Ciuitas à Gothorum Rege paucis post annis à* Seueri *eius Episcopi morte, solo fuit æquata.*

4 S. Benedictus *fuit à Deo missus Casinum, vt sua prædicatione illud à sordibus Idolatriæ ad viam veritatis educeret.*

5 S. Benedictus *vbi Casinum accessit Ecclesiam in cacumine montis ædificauit, ibique suam Cathedram Abbatialem apposuit.*

6 Casini *excidium, quod successit post aduentum* S. Benedicti, *non fuit de illius Vrbe iam præcedenter à Barbaris deuastata.*

Sed de monasterio ab eodem S. Benedicto ædificato ibidem.

7 *Monachi Casinenses post deuastatum Monasterium ab eo recesserunt, & ad Vrbem accedentes apud* Lateranum *habitarunt.*

8 *Monasterium à* S. Benedicto *ædificatum in monte Casino, & à Barbaris deuastatum, fuit à* Petronace *monacho instauratum, & à* Bertario Abbate *munitum.*

9 *Monasterium duplex adest in Monte Casino, alterum à diuo* Benedicto *in cacumine montis ædificatum, & alterum ad illius radices fabricatum* à Bertario Abbate.

10 *Monasterium constructum* à Bertario Abbate *ad radices Montis Casini; hodie in Collegiatam est conuersum.*

11 *Ciuitas* S. Germani *fuit extructa à* Bertario Abbate *iuxta Monasterium ab eo ædificatum ad radices Montis Casini.*

12 *Ciuitas* S. Germani *non aderat de tempore* S. Patris Benedicti.

13 *Iura Episcopalia Ciuitatis antiquæ non dicuntur translata in Ciuitatem nouiter constructam, si per antea transierunt in Ecclesiam, seu Monasterium ibidem ædificatum.*

14 Casinensis *Ecclesiæ erectio in Cathedralem eiusdemque reductio in suum primæuum statum Abbatialem, factæ à* Ioanne 22. & Vrbano V. *qualiter intelligendæ sint, & n. seqq. & nu.29.*

15 *Pontifici procedenti ex certa scientia vtique innotuisset, si Ecclesia Cathedralis fuisset.*

16 *Cathedrales duæ in vna eademque Diœcesi esse non debet.*

17 *Papa si reduxit Ecclesiam ad Abbatialem, quæ olim erat etiam Episcopalis, quatenus solum Episcopum tollere, non autem illius iura immutare dicatur.*

18 *Reintegrationis ea est natura reponere in statu, in*

quo

quo quis per antea reperiebatur.

19 *Cathedralitas vera proprio, & vero Episcopo conuenit.*

20 *Cathedralitas vera si non controuertitur, sed sola praeeminentia Ecclesiarum, quæ quasi Cathedralitas dicitur, noa repugnat illam esse penes Abbatem habentem iura quasi Episcopalia.*

21 *Exemptio à Papa Ecclesiæ seu Monasterio Casinensi concessa non illius præcedentem subiectionem, sed ampliationem importat.*

22 *Priuilegium exemptionis alicui concessum, non debet in illius odium retorqueri.*

23 *Cathedralitas Ecclesiæ* Casinensis *ex ipso diuino oraculo resultat, quo* S. Benedictus *ad Castrum Casini ad prædicandum Dei Euangelium missus est.*

24 *Cathedralitatis signa alicuius Ecclesiæ sunt tronus in ea fixus, & permanens festum Dedicationis illius, denominatio Abbatis ab ea sumpta.*

Ac munus pulsandi campanas ante omnes alias Ecclesias in die Sabbati Sancti ibidem, & num. 37. & seqq.

25 *Ecclesia licet aliquande Cathedralis appellata sit non tamen verè Cathedralis existit, si apparet donomiaationem fuisse erroaeam.*

26 Casinensis *Ecclesia solemni ritu dedicata fuit à Pontifice Zaccaria.*

27 *Dedicationis festum ad celebrandum in Ecclesia Casinensi accessit* Alexander Secundus *cum decem Archiepiscopis, & 44. Episcopis, ac etiam Clero Romano.*

28 Casinensis *Ecclesiæ, eiusque restaurationis curam Summi Pontifices habuere.*

29 Vrbanus V. *restituit Ecclesiam, & Monasterium Cassinense ad suum primæuum statum Abbatialem, & sup. n. 24. cum seqq.*

30 *Ecclesia* Casinensis S. Benedicti, *est Monasterialis, & Regularis simul, vbi vero illa* S. Germani *solum secularis existit.*

31 Casinensis *Ecclesia S. Benedicti est immediate subiecta S. Sedi Apostolicæ.*

32 *Ecclesia immediatè subiecta S. Sedi Apostolicæ alteri Ecclesiæ non potest esse subiecta.*

33 Casinensis *Ecclesiæ nomine venit Ecclesiæ* S. Benedicti.

34 *Capitulum, & Ecclesia* S. Germani *per instrumentum publicum declararunt se esse subiecta. Abbati, & Monasterio Casinensi.*

35 *Cathedralis Ecclesia Abbatis illa est, vbi eius Capitulum eligit.*

36 *Subiectionis, & respectiue superioritatis Ecclesiæ signum, est receptio olei Sancti, ac solutio census, seu Cathedratici.*

38 Casinense *Monasterium habet Seminarium, quod tamen non habet Ecclesia Sancti Germani.*

39 Fridericus Imperator *à Monasterio Casinensi exegit quoddam subsidium, sicuti ab alijs Cathedralibus Regni:*

40 *Processiones, Fons baptismalis, & oleum sanctum sunt potius signa Parochialis, quam Cathedralis Ecclesiæ, & nu. seqq.*

42 *Troaas, seu Sedes Episcopalis in Ecclesia ad faciendas functiones, quæ ibi aliquando Episcopus, vel Abbas exercet, non denotant Cathedralitatem eiusdem Ecclesię.*

43 *Processiones, quod fiant in Ecclesia inferiori ob maiorem Populi commoditatem non accedendi ad superiorem magis distantem illius præeminentiam noa demonstrant.*

44 *Ecclesia si qaę habet superioritatem, quoad alias Ecclesias, illam quoad matricem, & Cathedralem habere non potest.*

45 *Rota vbi causa est commissa de voto Rotæ in fine decisionis tale eius votum fuisse testatur.*

DECISIO CCCCVII.

IN prima decisione huius causæ edita coram me die 30. Aprilis 1677. resolutum fuit constare * de quasi Cathedralitate Ecclesiæ Montis Casini, non autem S. Germani. In secunda verò, quæ emanauit 28. Aprilis 1678. recessum fuit; Ideoque sub die 14. eiusdem mensis anni tamen 1679. collatis * ad inuicem rationibus vtriusque resolutionis inuentæ fuerunt maioris ponderis deductæ in prima, & ideò ad illam DD. redierunt, & hodie disputato dubio in quo loco decisis esset persistendum, in primo, & tertio responsum fuit.

Quasi Cathedralitas Ecclesiæ Montis Cbaol satis resul-
tat † ex facto historico accessus S. P. Benedicti, qui post 1
destructionem antiquæ Vrbis Casinen. † præcedenter in 2
Episcopatum erectæ, & ab Idolorum macula expurgatæ per
Principem Apostolorum, & a Theodorico † Gothorum 3
Rege paucis annis à Seueri eius Episcopi morte solo æqua-
tæ, vt notat *Vghel. Ital. Sacr. tom. 2. in append. fol.* 1027.
lit. B. circa medium, illuc a Deo † missus fuit, vt à sordi- 4
bus Idolatriæ, quæ denuò irrepserat expiaret Populum,
quo sua prædicatione ad viam veritatis reuocato, † Eccle- 5
siam in cacumine Montis ædificauit, vbi etiam Cathedram
fixit Abbatialem, vt plenè narratur in binis decisionibus,
quæ in fauorem Abbatis prodierunt.

Nec subsistit, quod excidium antiquæ Ciuitatis Casini
acciderit post aduentum Diui Benedicti, † quia illud, 6
quod afferebatur à Germanensibus non fuit de Vrbe iam
præcedenter destructa, † sed de Monasterio à Diuo Bene- 7
dicto ædificato, à quo proinde Monachi recesserunt, † & 8
ad Vrbem accedentes habitarunt apud Lateranum, vsque-
quo Petronax Monachus instaurauit Monasterium, quod
muniuit Bertarius Abbas, & alterum † successiuè ædifi- 9
cauit ad radices Montis sub Inuocatione Sanctissimi † Sal- 10
uatoris, hodie conuersum in Collegiatam Ecclesiam de qua
agitur, vt in Summario Abbatis dato 14. Aprilis 1679. *nu.*
15. & 17. vbi pluries dicitur: Io Chierico &c. ho riceuuto in
monte Casino li Sagramentali per la Chiesa matrice di S.
Saluatore della Città di S. Germano, † & circa il- 11
lud ipse Bertarius Ciuitatem extruxit, vt narratur in
*Chron Cassinen cap. 2. num. 480. & in præterita dec. §. Hinc
etiam.*

Quamobrem cum S. Germanus vtpotè à Bertario ædifi-
catus † non adesset de tempore S. Patris Benedicti, mul- 12
tò minus adesse poterat ante illius aduentum, & conse-
quenter dici nequit, quod in ipsum transiuerint iura anti-
quæ Ciuitatis Casini, † sed præcedenter acquisita fuerunt 13
Ecclesiæ Monasteriali, à qua Germanenses prætenden-
tes, fuisse auulsa, & sibi tradita plenè, & concluden-
ter probare debent tanquam fundamentum propriæ inten-
tionis.

Necquidquam facit, quod Summus Pontifex Ioannes
XXII. Ecclesiam Abbatialem erexerit in Cathedralem,
† & deindè Vrbanus V. eandem ad pristinum statum Ab- 14
batialem reduxerit, vndè informantes pro Germanensibus
inferebant ante erectionem, & post reductionem Cathedra-
litatem fuisse in eorum Ecclesia, quia cum Ecclesia Mo-
nasterialis continuaret in suo primæuo statu, habendo pro-
priam Diœcesim, mutata dumtaxat prærogatiua Episcopa-
li in Abbatialem, Summus ille Pontifex dignitatem Epi-
scopalem restituendo prouidere voluit necessitati, & vtili-
tati Populorum circa ea, quæ ordinis sunt, ne ab alijs illa
mendicarent, vt colligitur ex verbis ipsius Bullæ registratæ
per *Vghel.* vbi supra ibi: sanè considerantes &c. Quod tam
Dominicus populus, quem fecundauit Altissimus in Terra
Monasterij Cassinensis, quàm fideles alij in certis locis alijs
dictæ Terræ contiguis, & viciniseidem Monasterio spiri-
tuali iurisdictioni subiecti, qui alterius Diœcesis non exi-
stunt, nec retroactis temporibus extiterunt Episcopalis sol-
licitudinis curam, & diligentiam exigebant, cum pericu-
lum esset tanto gregi fidelium in singulis casibus, qui sunt
Pontificalis ordinis, & officij ad alienos Episcopos, & in-
terdum remotos, non absque multarum animarum pericu-
lo habere recursum: Et admittit Rot. *decis.* 264. *num.* 16. *co-
ram Merlin.* Adden. ad Burat. *dec.* 667. *num.* 26. Tamburin.
de iur. Abbat. tom. 3. disp 3. *qu.* 4. *nu.* 2. Accedente potissimum,
quod Papa nullam mentionem fecit Ecclesiæ S. Germani,
quæ si fuisset Cathedralis, † illi procedenti ex certa scien- 15
tia, innotuisset, ne alias dicatur voluisse duplicem Cathe-
dralem esse in vnica Diœcesi † contra regulam text. *in cap.* 16
quoniam de offic. ordin. Rot. *decis.* 39. *num* 1. & 12. *par.* 15. &
decis. 90. *num.* 5. *par.* 16. *recent.*

Non obstat, quod Vrbanus V. posteà Ecclesiam reduxe-
rit ad primæuum statum Abbatialem, † quia solum abstu- 17
lit dignitatem Episcopalem, quam Ioannes dederat, nihil
in cæteris immutando Merlin. *decis.* 264 *num.* 17. Adden. ad
Burat. *dec.* 667. *num.* 26. Tambur. *de iur. Abbat. disp.* 3. *qu.* 4.
num. 2. & est de natura reintegrationis † reponere in statu, 18
in quo quis anteà repetiebatur, vt in proximis terminis
Gratian. *discept.* 845. *à num.* 15. Dunoz. iun. *decis.* 830. *num.*
26. & cum hodie non agatur de vera Cathedralitate, † quæ 19
proprio, & vero Episcopo conuenit, sed dumtaxat de qua-
si Cathedralitate, & præeminentia aduersus Ecclesiam
Sancti

20 Sancti Germani, † non repugnat, quod Ecclesia Montis
Casini ante Ioannem XXII. & post Vrbanum V. perman-
serit in illo statu quasi Cathedralitatis, quæ congruit Ab-
batibus iura quasi Episcopalia habentibus, qualis est Ab-
bas Montis Casini.

Minus releuat ad arguendam subiectionem, exemplo
concessa per Papam Zaccariam, quia per eam Monaste-
rium non fuit exemptum à Iurisdictione Episcoporum,
quasi, quod anteà esset subiectum iurisdictioni alicuius Or-
21 dinarij vicinioris, † quia huiusmodi priuilegium exempti-
uum non fuit ad liberandum à Iurisdictione Diœcesana
aliorum Episcoporum, quia vt exprimitur in d Bulla Ioan-
nis XXII. ibi: Alterius Diœcesis non existunt, nec retroa-
ctis temporibus extiterunt, nec ad tollendam iurisdictio-
nem quasi Episcopalem Abbatis, & Monasterij, sed ad il-
lam ampliandam, vt patet ex contextu plura priuilegia
22 concedente, † vnde non debet in eius odium modò retor-
queri ex regula text. *in l. quod fauore ff. de reg. iur.*

Cæterùm quasi Cathedralitatem, & præeminentiam
23 iterùm DD. eliciebant, tùm ex diuino oraculo, † quo mit-
titur S. Benedictus ad Castrum Casini, vt ad rem aduertit
Coccin. *decis.* 1867. *num.* 29. Tùm ex signis illam indicanti-
24 bus, † nam ibi fixus est marmoreus tronus, ibique, & per
totam Diœcesim celebratur festum Dedicationis, Abbas
denominatur Cassinensis, ab ea tanquam à digniori pul-
santur campanæ ante omnes alias in die Sabbati Sancti,
appellatur Ecclesia principalis à Cardinali Hostien. Cathe-
dralis à Ioann Andr. *in cap. cùm contingat de for. compet. &*
ibid. à Butr. *num.* 21. & ab alijs relatis per Adden ad Buratt.
vbi supra, Clerus S. Germani in die dedicationis ad illam
accedit, & obedientiam præstat Abbati, præcedentiam re-
cipiunt Monachi à Canonicis S. Germani, & alia plura
suadentia maioritatem, & primatum concurrunt, de qui-
25 bus plenè in *præteritis decisionibus*, † absque eo, quod
releuet aliquando, Ecclesiam Sancti Germani fuisse, &
ipsam nuncupatam Cathedralem, quia has enunciati-
uas fuisse erroneas, probat *decisio ædita* 14. *Aprilis* 1679.
§. Pariter.

Prædictis additur, quod vltra solemnem dedicationem
26 huius Ecclesiæ Montis Casini factam † à Papa Zaccaria,
vt iuxtà primam *decisionem §. vlteriùs*, illuc etiam accessit
27 ad ipsam diem dedicationis † celebrandam Alexander Se-
cundus cum decem Archiepiscopis, & 44. Episcopis, &
clero S. R. E. consueuerunt Summi Pontifices curam habe-
28 re illius restaurationis, † vt fecit Vrbanus V. qui eam tunc
Episcopo vacante ad manus suas pro eadem restauratione
29 recepit, † posteaque Monasterio, atque Abbatiali Digni-
tati restituit, in qua restitutione valdè conferunt illa verba
eiusdem Pontificis -- *Cassinensis Ecclesia Ordinis S. Benedicti,*
30 † sicque Monasterialis, & Regularis, illa enim S. Germani est
31 sæcularis. † Reperitur prætereà immediatè subiecta S. Se-
32 di Apostolicæ, vnde † subiecta esse non potest Ecclesiæ S.
Germani, Rot *decis.* 260. *num.* 19. *par.* 13. *recent.* Cœlestinus
Tertius in approbatione concordiæ inter Abbatem, &
Episcopum Theanen., nominando per tres vices Eccle-
siam Cassinensem, indicauit Monasterialem, nedùm ex
subiecta materia, vt aduertitur in *decisione præcedenti §. bis*
33 *igitur*, † sed præcipuè declarando, quod ex Ecclesijs, quas
Abbas dabat eidem Episcopo, nullus census reddi deberet
dictæ Ecclesiæ Casinensi, siue alicui cellularum ipsius Mo-
34 nasterij Cassinen. Capitulum S Germani † per instrumen-
tum acceptatum in publica Synodo, fassum fuit, quod Ec-
clesia, & Capitulum S. Germani pleno Iure subest, tàm in
spiritualibus, quàm in temporalibus eidem Abbati, &
Monasterio Casinen. & recognouerant Casinen. Ecclesiam
Matrem, & Dominam eorundem, vt similiter refertur in
eadem *decisione sub dicto §. bis igitur*. Ex Bulla d. Zacca-
riæ, ac aliorum Pontificum successorum vsque ad vnionem
Monasterij Congregationi Casinen., Abbas eligebatur à
35 Monachis, & Capitulo ipsius Monasterij; Ideoque † illa
Ecclesia est Cathedralis eiusdem Abbatis, vbi eius Capitu-
lum eligit, *C. qui propter* 42. *& cap. in Genesi* 55. *de elect.*
Illa S. Germani recipit quotannis Oleum Sanctum à præ-
36 dicta Monasteriali, † cui etiam Censum, & Cathedrati-
cum soluit, quod est signum subiectionis, & respectiuè su-
perioritatis, Bich. *decis.* 336. *num.* 8. *Eminentiss. Otthob. decis.*
279. *num.* 18. *&* 273. *num.* 17. Monachi in Constitutione Ale-
37 xandri Tertij † designantur Capitulum Abbatis. In Bullis
Apostolicis iurisdictio tribuitur, vel Monasterio simplici-
ter, vel Abbati, & Monasterio, vt in illa dicti Ioannis XXII.
in alia Vrbani V. & cæteris omissis in illa Pauli V. & in

altera Vrbani VIII. Monasterium insuper ex concessione
Sixti V habet Seminarium, † non verò Ecclesia S. Ger- 38
mani, ab eoque sicuti ab alijs Cathedralibus Regni, † Fri- 39
dericus Imperator exegit quoddam subsidium, prout pari-
ter aduertitur in antedicta decisione *d. §. bis igitur cum duo-*
bus seqq.

Nec suffragantur signa à Germanen. repetita ad osten-
den. maioritatem suæ Ecclesiæ, nam Processiones, quæ ibi
fiunt in solemnitate Corporis Christi, & Rogationum, exi-
stentia fontis baptismalis, asseruatio Olei Sancti, † potiùs 40
sunt signa Parochialitatis, quàm Cathedralitatis, † cùm 41
competant etiam Parochialibus, Fusc *de Visit. lib.* 1. *cap.* 7.
num. 16. Maya *obser.* 10 *num* 146. *& sequen.* & ligneus Tro-
nus ibidem collocatus † ad exercen. functiones, quas in 42
eadem Ecclesia aliquando exercere consueuit Abbas, non
infert quasi Cathedralitatem eiusdem Ecclesiæ, cum ibi
functiones exerceantur, & Processiones fiant † ob maio- 43
rem Populi commoditatem nè itinere fatigetur, accedendo
ad Ecclesiam Montis longè distantem à Sancto Germano,
& ad summum prædicta probarent superioritatem Ecclesiæ
S. Germani, † tanquam Matricis respectu Ecclesiarum 44
eiusdem Ciuitatis, Franc. *de Eccles. Cathedr. cap.* 15. *numer.*
167. *& sequen.*

Et ità absque repetitione aliorum, quibus præteritæ de-
cisiones satisfecerunt, Rota in hac propositione, votanti-
bus omnibus DD. stetit in primo, & tertio decisis vtraque
Parte informante.

Rota est in voto † constare de quasi Cathedralita- 45
te Ecclesiæ Montis Casini, non autem Sancti Germa-
ni ex rationibus deductis in suprascriptis decisionibus, ad
quas &c.

A. Albergatus.

*Tres aliæ Decisiones sunt in hac Causa omnes impres-
sæ in hac præsenti Parte* 19. *vbi sunt in ordine* 56. 196.
& 404.

REVERENDISS. D. ALBERGATO

Sacræ Rotæ Decano.

Romana Restitutionis Alimentorum.

Lunæ 3. *Iunij* 1680.

ARGVMENTVM.

Constitutiones, & Decreta Seminarij Romani super obligatione Alumnorum se promouendi ad Sacros Ordines in hac Decisione expenduntur, quatenùs nempè olim, & hodiè teneantur ipsi Sacerdotium assumere, vel eis sufficiat in statu Clericali permanere, ad hoc vt eis sacris ordinibus non assumentibus, alimenta recepta restituere teneantur, vel non.

SVMMARIVM.

1 *Notarius non potest stipulare instrumentum contra formam ordinis sibi demandati, & aliter instrumentum stipulatum non attenditur.*

2 *Mandati fines transgredi non possunt, sed diligenter custodiri debent.*

3 *Obligatio ampliari non debet, sed tanquam stricti iuris, ipsa etiam strictissimè interpretari debet.*

4 *Instrumentum differens à notula, vel schedula in eo inserta, & iuxtà quam illud stipulari debuerat, non attenditur.*

5 *Ordo magis attenditur, quam instrumentum in illius exequutionem celebratum.*

6 *Scriptura inserta, non scriptura inserens attendenda est.*

7 *Capitula potiùs attendenda sunt, quàm instrumentum discrepans ab eis.*

8 *Seminarij Romani solitum, & consuetum, eiusque Statuta in recipiendis Alumnis expenduntur, & declarantur num. seqq.*

9 *Obligatio facta, vel facienda iuxta solitum, si illud*
varia-

variatum, sit, quomodo intelligatur.

10 *Solitum præcedens in vim etiam statutorum obseruatum, non destruitur, nec constitui potest ex paucis instrumentis, vel actibus postea sequutis.*

11 *Concil. Tridentinum* cap. 18. de Reformat. *super forma retinendi, & educandi Alumnos in Seminarijs traditur, & declaratur.*

12 *Seminarium Romanum super receptione Alumnorum hodie nouam formam habet ex decreto Eminentiss. Vicarij edito de ordine Papæ.*

13 *Constitutio, Decretum, seù Edictum loquens de ingressis, & ingressuris, non comprehendit ingressos, & egressos ante promulgationem illius.*

14 *Lex, Constitutio, Decretum, seù Edictum non trahitur ad præterita, sed respicit futura.*

15 *Obligatio noua per legem, aut Constitutionem inducenda, non comprehendit obligationem iam factam.*

DECISIO CCCCVIII.

INter Clericos Alumnos Seminarij Romani receptus
fuit Ioseph Belhomus sub obligatione Ioannis Baptistæ
Belhomi eius Patris ascendendi ad Sacros Ordines, &
restituendi alimenta in euentum, in quem ille paternam
obligationem non expleuisset; quapropter egresso Iosepho
à Seminario, & Sacris Ordinibus non insignito, fuit
pro parte illius actum pro restitutione alimentorum, &
ab Eminentiss. Vrbis Vicario relaxatum mandatum executiuum
contra bona hæreditaria Ioannis Baptistæ, quod
licèt Rota in gradu appellationis, mihi per Signaturam
Iustitiæ commissæ, cum clausula, *si quid exequendum*,
responderit die prima Iulij * 1678. esse executioni demandandum,
tamen postquam causa fuisset ter sine resolutione
reproposita; hodie tandem iterum proposita DD. ex
nouiter deductis, recedentes à decisis, exequendum non
esse censuerunt.

Etenim in Schedula, seù mandato P. Rectoris mandantis
Notario, quod reciperet obligationem Ioannis Baptistæ,
non legitur illum debere se obligari, quod Ioseph
eius filius Sacris Ordinibus initiaretur, ibi, Signor Valentini
Notaro dell' Eminentiss. Vicario, riceuerà da Gio:
Battista Belhomo l'obligo in forma Camera, conforme il
solito, per Gioseppe suo figlio, che hauendo ottenuto
luogo trà Chierici del Seminario prometta seguire vita, e
1 Stato Ecclesiastico, e Clericale, † propterea Notarius
recipiens postea obligationem Ioannis Baptistæ, vigore
antedictæ schedulæ, non poterat eundem obligare, quod
filius fieret Sacerdos, cùm id non contineretur in dicta
schedula, seu mandato P. Rectoris, cuius fines ipse Nota-
2 rius transgredi non poterat, † sed diligentèr custodire debebat,
per Text. *in l. diligenter ff. mandati*, præsertim cum
3 ageretur de amplianda obligatione, † quæ tanquam stricti
iuris, strictè interpretanda est, *l. quidquid adstringendæ
ff. de verb. oblig.*

Quod eò facilius in proposito est amplectendum, quod
fuit habita relatio ad schedulam in instrumento obligatio-
4 nis insertam, † quod cum in hoc differat à schedula seu
ordine P. Rectoris, in cuius executionem Ioannes Baptista
se obligauit, indè fit, quod in tali discrepantia, potius
5 attendendus sit ordo, seù schedula, † quàm instrumentum,
Surd. *loquens de obligatione ad formam ordinis decis.*
252. *num.* 14. Mastrill. *decis.* 126. *num.* 18. & de diuersitate
6 inter scripturam inserentem, † & insertam Rota *decis.*
409. *coram Bichio*, & facit conclusio, quod standum sit
capitulis, quorum vigore fuit stipulatum instrumentum,
7 † non autem instrumento discordanti ab illis, *l. Titia §.
idem respondit ff. de verb. oblig.* Adden. *ad Greg. decis.* 168. *n.*
8. Rota *decis.* 137. *numer.* 7. *part.* 9. *& decis.* 391. *numer.* 5.
part. 14. *rec.*

Non obstat, quod Ioannes Baptista, iuxtà prædictam
schedulam, seù ordinem debuerat obligari -- *conforme il
solito* -- quod solitum esse dicebatur se obligandi, quod
8 Alumni suscipient Sacros Ordines, † quia ex Statutis Seminarij
constat obligationem restituendi alimenta esse faciendam
casu, quo Alumni inde discedant absque licentia
Eminentissimi Vrbis Vicarij, ibi, promettano tutti di
sua spontanea volontà di non partirsi dal medesimo Seminario,
senza licenza ottenuta in scritto dall'Illustrissimo,
e Reuerendissimo Vicario di quest'Alma Città, e se alcuno
si partisse senza licenza, promettano di restituire in tal
caso al Seminario tutte le spese, & à Seminario condito,
vsque ad annum 1645. formula desumpta ex prædictis
Statutis, quam ingredientes subscribere consueuerant,
eos obligabat ad restitutionem alimentorum in casum
discessus à Seminario absque licentia Eminentissimi Vicarij,
aut non præstiti seruitij in statu Clericali; ab anno
autem 1645. vsque ad annum 1650. relicta antiqua, &
consueta formula, cæperunt stipulari publica instrumenta,
cum obligatione restituendi alimenta in euentum, in
quem Alumni in exitu à Seminario statum Ecclesiasticum,
& seruitium Ecclesiæ † dereliquissent; Propterea 9
obligatio facienda à Io: Baptista iuxtà solitum, intelligenda
erat in casibus prædictis, non verò in euentum, in quem
filius ad Sacros Ordines non promoueretur, parum releuante,
quod ab anno 1650. cæperint instrumenta stipulari
cum dicta obligatione restituendi alimenta, etiam in casum
non ascensus ad Sacros Ordines, quia Ioannes Baptista
habuit ordinem à P. Rectore se obligandi -- *conforme il
solito* -- Ideò non potest ex paucis instrumentis stipulatis
ab anno 1650. vsque ad 1654. quo Ioannes Baptista se
obligauit, † constitui solitum, contra formam Statuto- 10
rum ipsius Seminarij, & praxim in contrarium seruatam
per annos ferè octoginta, in quorum curriculo, nec aliqua
obligatio suscipiendi Sacros Ordines ostenditur, nec
minus tale quid à Seminario petitum, vt in proximis terminis
Rot. *dec.* 438. *num.* 8. *coram Peutingerio.*

Nec tale onus iniunctum dici potest ex dispositione Sacri
Concilij Trident. *sess.* 23. *de reformat. cap.* 18. † quia 11
nullum legitur verbum præcisum hanc legem iniungens;
vult quidem Concilium Clericos in Seminario instrui,
ità vt disciplinam Ecclesiasticam hauriant, & habiles efficiantur
ad inseruiendum Ecclesiæ, vt postea Sacerdotes,
Parochi, atque si opus esset Episcopi eligerentur, vt habetur
ex actibus Consistorialibus sa. mem. Pij IV. quorum
meminit præterita decisio *§. quia vltra quod*, quæ omnia
optimè implentur, & satisfit intentioni Concilij per solam
habilitatem contractam in studijs, & permanentiam
in statu, & habitu Clericali, sine vxore, ad hoc vt valeant,
quoties eorum opera Ecclesia indigeat, ad Sacros
Ordines promoueri.

Minus releuat nouissimum † decretum anno 1674. ab 12
Eminentissimo Vicario editum facto verbo cum san. me.
Clemente X. decernens Alumnos Seminarij quocumq;
tempore ingressos, & ingressuros, perpetuò debere incedere
in habitu Clericali, & intra triennium, ætate
legitima suffragante, debeant se ad Sacerdotium promoueri
facere, quia in ordine ad promotionem ad Sacerdotium,
cum sit lex noua, & loquatur de ingressis, & ingressuris,
† intelligendum est de illis de tempore Decreti 13
ingressis, actu permanentibus in Seminario, & de ingressuris,
qui potuissent forsan asserere, se non teneri:
propterea extendi nequit ad ingressos, & egressos ante
Decretum, de quibus non loquitur, qualis est Ioseph,
longe anteà; scilicet anno 1662. egressus, qui satis est,
quod statum incompatibilem non assumat, ducendo vxorem
vel habitum Clericalem deserendo, † nam tale 14
decretum, tanquam noua Constitutio, in ordine ad Sacerdotium
assumendum, non trahitur ad præterita, sed
respicit futura; † dum loquitur de obligatione inducen- 15
da, Cuman. *in l. leges, & Constitutiones num.* 6 *C. de legibus,
ibique* Cin. *in principio*, cum quibus distinctè Gratian. *discept.* 465. *num.* 4.

Et ita decisum est vnica tantùm parte informante, Seminario
tamen pluries intimato, & in alijs tribus præcedentibus
propositionibus informante.

Duæ aliæ Decisiones sunt in hac causa, altera impressa supra in hac eadem parte in ordine 295. Altera verò, quæ habetur sub die 27. Ianuarij 1681. coram eodem Reuerendiss. D. Albergate, & est præsentis confirmatoria.

R. P. D. GVAXARDO.

Romana Pecuniaria.

Lunæ 10. Martij 1681.

ARGVMENTVM.

De restitutione animalium tractatur, petita in Tribunali Agriculturæ, atque ideò exequutiuè demandata, quæ ex simplici ordine non remanebat probata, dum ille reperiebatur penès eum, cui restitutio facienda erat, vbi verò penès restituere debentem, idem ordo remanere debuisset, maximè quia habebat onus reportandi quietantiam, quæ facta non apparebat, & proindè condemnatio ad pretium, etiam cum refectione damnorum, & interesse fuit concessa.

SVMMARIVM.

1 *Validitas sententiæ resultat ex reuolutione actorum, in quibus fuerint obseruata omnia requisita vulgatæ* decis. Caputaq.
2 *Via exequutiua competit in causis agitatis in Tribunali Consulum Agriculturæ Vrbis.*
3 *Agriculturæ Vrbis Tribunal seruat solum ordinem iudiciarium à suis statutis præscriptum.*
4 *Testes contra inducentes plenè probant.*
5 *Dominium, & possessio animalium probatur ex stigmate in eis apposito.*
6 *Testis vnicus plenè probat contra inducentem.*
7 *Animalia, vel rem alienam restituere debens, semper pretium soluere tenetur, si non restituit, vel illa sine facto Domini alienauit.*
8 *Restitutio non probatur ex simplici ordine existente penès eum, cuius fauore factus est, cùm ille existere debuisset penès personam, restitutionem facere debentem.*
9 *Solutio, seù restitutio non probatur ex ordine habente annexum onus faciendi quietantiam, quæ facta non docetur.*
10 *Vendens rem alienam, quam suam esse credebat, vel ad suum debitorem spectare, non ideò potest euitare restitutionem pretij.*
11 *Locupletari nemo debet cum aliena iactura.*
12 *Grauari non potest alius pro alio.*
13 *Mors animalium cum alijs confusorum, debet ab allegante plenè, concludentèr, ac etiam indiuidualiter comprobari.*
14 *Interesse soluere tenetur, qui fuit causa, quod alius re sua non vtatur, & ratione non vsus aliquid expenderit de proprio.*

DECISIO CCCCIX.

SEnteotiam de voto Rotę latam per Consules Agriculturæ, qua condemnatus existit D. Dux Caffarellus ad soluendum D. Abbati Vrbano Altouito scut. 562. pro pretio 25. Bouum, nec non ad damna, & interesse, hodie coram me, vti validam, & iustam confirmandam, Domioi responderuot.

1 Siquidèm validitas resultat † ex reuolutione actorum, & concurruot omnia requisita, de quibus latè per Veral. *dec. 260. par. 2. & in rec. dec. 145. num. 2. par. 9.*

Non obstante exceptione incõpeteotiæ viæ executiuæ,
2 † dum actum fuit coram Consulibus in Caosa, iuxtà Sta-
3 tutum dictæ artis *cap. 23.* ad eorum forum † spectante, &
seruatus fuerit ordo iudiciarius præscriptus io *cap. 24.* eiusdem Statuti, quod taotùm est attendendom, Alex. *cons. 264. nu. 3. & 6. lib. 6* cum alijs per Fenzon. *ad Stat. Vrbis in præfat. num. 5. cum pluribus seqq.*

Iustitia verò probatur ex decisione 17. Iunij 1680. coram Reuerendissimo D. meo Decano ante traditionem voti facta, nàm cùm Dux dd. Boues emisset à Domioico Georgio, illisque receptis, & in soo Casali Turris S. Laurentij existentibus, pretio nondum soluto, concorditèr inter eos fuisset rescissa venditio, pro cuius executione Dux dederit ordinem directum Iosepho Cucchiarono suo Mioistro, seù Factori, vt eos recepta quietantia dicto Dominico restitueret, qui ex post in calce dicti ordinis fecit giratam, & mandauit, vt traderentur Abbati Altouito, qui illos iterum vendiderat, pretijque obligationem receperat, & cum non doceatur fuisse sequutam actualem restitutionem, quimò è contra ex testibus ad illam probandam à
Duce † inductis constet, illos semper fuisse retentos in di- 4
cto Casali S. Laureotij, simul cum alijs proprijs Ducis, eosque adhibitos ad Casalis culturam, qui plenè probant, tum quia fueruot ab ipsi inducti, Rot. *coram Cels. dec. 3. n. 6. in rec. dec. 110. n. 3. & dec. 406 n. 5. par. 16. dec. 120. n. 8.*
cum duobus seqq. par. 17. Tùm quia † erant illorum Custo- 5
des, & de facto proprio deponunt, Gabriel. *de testib. conclus. 1. n. 18.* Rot. *in rec. dec. 762. n. 4. par. 3. decis. 70. nu. 9. par. 10.*
& 738. nu. 10. par. 17. Ac insuper metco, seù † stigmate 6
Ducis fuisse signatos, quod ostendit domiolum, & possessionem, argumento Tex. *in l. stigmata C. de Fabricens. lib. 10. l. decernimus, §. Vniuersos, C. de Aqueduct. lib. 11.* Gratian. *discept. 500. n. 4 cum pluribus seqq.* Rot. *coram Peuting. dec. 292. nu. 7.* & mortuo Cucchiarono eos vendidisse Stephano
Perto, vt dicit vnus ex dictis Testibus, † qui licèt vni- 7
cus contra ipsum induceotem plenè probat Grat. *discept. 505. n. 6. & 7.* Rota *coram Peuting. dec. 349. n. 2. coram Dunoz. iun. dec. 647. num. 2. & coram Cels. decis. 150. nu. 6. & 7.* cum quo concordat alter Testis per Abbatem formitèr examinatus, & idem testatus fuit Dominicus illorum aotiqous
Domious, qui eos apud Pertum recognouit, † iodè se- 8
quitur Ducem esse obligatum ad pretium fauore Abbatis emptoris, vel ex quo Boues nunquam fuerunt restituti, vel ex quo sine Domini mandato fuerunt alienati, per Text. *in l. 1. C. de reb. alien. non alien.* Rot. *coram Vbald. decis. 238. num. 3.*

Nec restitutio, & consignatio respectiuè remanet probata ex apocha, qua Abbas obligatur soluere pretium Domioico, & ex denunciatione eius nomine facta Dohanæ, quia prima facta fuit die 9. Martij 1674. & secunda de mēse Maij sequentis, & in vtraque supponitur Boues existere in Casali S. Laurentij, & penès Cucchiaronum Ducis Ministrum, ac declaratur animus illos recipiendi à dicto Cucchiarooo, & extrahendi à prædicto Casali; Ordo verò fuit factus à Duce 20. Martij, & illius girata die 28. Nouembris dicti anoi, propterea dicendum est dictam obligationem, quæ præcessit ordinem, & giratam, & denunciationē pariter factam, aotequam fuisset giratus ordo fuisse
sub spe futuræ receptionis, & consignationis, † quod non 9
euenit, dum dictus ordo fuit exhibitus io iudicio per Abbatem Domioici Giratarium, & tameo si restitutio, & consignatio habuisset effectum adesse debebat penès Cucchiaroonm cum receputa coosignationis, vt ostendere posset restitutionem, Rot. *coram Greg. XV. dec. 195. n. 13. & co-*
ram Peutinger. decis. 319. n. 8. præsertim quia ordo † habe- 10
bat annexam conditionem reportandi quietantiam, quæ non fuisset omissa, si io eius executionem fuisset facta traditio, Rota *coram Gregor. XV. decis. 233. num. 1. & coram Dunoz. iun. decis. 742. num. 12.*

Ex quibus, vel non merentur attendi Testes dicentes Boues fuisse restitutos, & consignatos de mense Martij Ministro Abbatis cùm eorum depositio sit inuerisimilis, eo quia tunc temporis ordo noo erat giratus, sine quo Cucchiaronus non poterat eos restituere, vel quatenùs sint admittendi, ex hoc non remanet liberatus Dux, qui vnà cum Bobus proprijs vendidit etiam illos Mioistro Abbatis consignatos, & per istum in eodem Casali penès Cucchiaronum dimissos, licèt venditionem bona fide fecisset, credens forsan esse suos, vel ad Cucchiaronum, cuius erat Creditor
spectare, † sed tenetur ad pretij restitutionem, nè lo- 11
cupletetur cum aliena iactura, iuxtà Text. *in l. si me,*
& Titium, ff. si cert. petat. & † ne alius pro alio præ- 12
grauetur, vt ait Text. *in cap. vnico de iniur. & damn. dat. in 6.*

Prout non probatur mors Bouum ante obitum Cucchiaroni, dom ex supradictia concludentèr probata fuit illorum venditio, & staote illorum commixtione cum alijs Ducis incerta, & difficilis est probatio,
cuius fuerint illi, † qui per testes asseruntur mortui, 13

adeòvt de identitate demortuorum, ab allegante probanda, non constet, Rota coram Vbald. decis.238.num.5. & decis.299. num.13. Maximè quia Testes sunt sibi contrarij, nàm dicunt interiisse à mense Iulij, ad mensem Septembris 1674. quo tempore non erat demandata eorum consignatio Abbati.

Damna demùm, & interesse pro eo, quod Abbas expendidit, ex quo suis Bobus, vel non potuit, vel ratione
14 fructuum, quos ex eis percepisset, † si eidem traditi fuissent suo loco, & tempore liquidanda deberi, probat Text. in l. si mandauero §. Iulian. ff. mandati, Rota decis.482. nu. 1. apud Cenc. de cens. & coram Coccin. decis. 1709. numer. 1. & 5.

Et ita vtraque &c.

R. P. D. F L O R E Z.

Romana, seù Bononien. Fideicommissi. de Riarijs.

Veneris 1. Iulij 1681.

A R G V M E N T V M.

Prohibitio alienationis, eiusdemq; ratio à testatore expressa pro conseruatione bonorum in familia, plenè in hac decisione discutitur, ad inducendum ex eis non solum fideicommissum successiuum, & perpetuum; verum etiam in fauorem masculorum tantummodò, itaut ad illud nullatenus admittantur fœminæ, vel descendentes ab eis; Hinc plurima de huiusmodi fideicommissis masculinis in vtraque partem sunt adducta, quæ tandem pro sola eorundem masculorum vocatione fuerunt decisa.

S V M M A R I V M.

1 *Fideicommissum perpetuum, & absolutum, tam in casu alienationis, quam mortis ex quibus verbis inducatur.*
2 *Fideicommissum ordinatum ad fauorem masculorum ex masculis per lineam masculinam, non comprehendit, sed excludit fœminas, & descendentes ab eis.*
3 *Descendentium, & Posterorum appellatione veniunt tam descendentes masculi ex masculis, quem ex fœminis.*
4 *Ratio subsequens restricta ad masculos ex masculis vequit regulare antecedentem prohibitionem, iam per se subsistentem, & magis amplam, sed vid. n. seq.*
5 *Masculi ex masculis quatenus dicantur vocati cum prælatione, ordine successiuo, absque exclusione fœminarum, earumque descendentium in defectum masculorum.*
6 *Prohibitio alienationis quidquid sit an operetur fideicommissum in casum mortis, semper tamen illud in casum alienationis inducit.*
7 *Prohibitio alienationis facta per verba* venditionem, & alienationem *intelligitur tam per viam contractus inter viuos, quam ex vltima voluntate.*
8 *Prohibitio alienationis generalis, vel vniuersalis eo magis quamcumque alienationem importat, si ab ea solum locationem excludantur.*
9 *Exceptio est regula, & declarat quid in illa comprehensum sit.*
10 *Prohibitio sola alienationis, licet non inducat fideicommissum in casum mortis, illud tamen inducit ratio prohibitioni adiecta, & n. seq.*
11 *Fideicommissum tacitum non inducitur, vbi reperitur expressum.*
13 *Ratio adiecta prohibitioni alienationis operatur illam non omnibus posteris fuisse iniunctam, sed solum ijs, ad quos bona deuenire deberent.*
14 *Ratio est causa motiua, & spiritus dispositionis.*
15 *Ratio prohibitionis alienationis declarat, & restringit totum testamentum.*
16 *Ratio prohibitioni alienationis adiecta, operatur, vt secundum illius terminos illa intelligatur, & ad personas in ea contentas restringatur.*
17 *Ratio prohibitionis alienationis efficit quod neque fideicommissum dicatur causa prohibitionis, nec prohibitio causa ipsius fideicommissi.*
18 *Ratio conseruationis bonorum in familia, ipsa solum dicitur causa tam fideicommissi, quam prohibitionis alienationis.*
19 *Causatum non attenditur, sed causa ipsa, quæ est principalis.*
20 *Ratio prohibitionis alienationis apposita in vna eademque oratione, & periodo, per vnicam verborum structuram, eo magis illam declarat, & restringit.*
21 *Ratio prohibitionis alienationis licet sit postrema in executione, est tamen prima in intentione.*
22 *Ratio prohibitionis alienationis est causa, & principium illius.*
23 *Fœminas vocare, & velle quod bona conseruentur in masculis implicant inter se.*
24 *Posterorum, & descendentium appellatione non veniunt fœminæ, vbi adest ratio conseruandi agnationem, & n. seqq. ac etiam n.44.*
25 *Descendentes ex fœminis non sunt de agnatione.*
26 *Agnatitium dicitur fideicommissum ordinatum à masculo ad fauorem masculi, cum nunquam interrupta vocatione masculorum.*
27 *Masculinitatis qualitas pluries à testatore repetita fideicommissum masculinum ab eo factum fuisse demonstrat.*
28 *Fideicommissum dicitur factum fauore agnationis, si Bastardi legitimati vocentur.*
29 *Bastardi legitimati agnationem conseruant.*
30 *Lineæ masculinæ vocatio tam legitimorum, quam legitimatorum, operatur quod fideicommissum masculinum, & agnatitium esse dicatur.*
31 *Digressus ad plures gradus substitutionum, semper tamen ad fauorem masculorum fideicommissum demonstrat.*
32 *Fideicommissum masculinum dicitur à testatore, institutum, si voluit quod bona conseruentur in masculis, & per lineam masculinam ex eis descendentibus.*
33 *Fœminæ, & descendentes ex eis non possunt ad fideicommissum venire, deficientibus masculis si testator restrinxit vocationem ad masculos ex masculis, & num.34.*
35 *Fœminæ nunquam dicuntur ad fideicommissum masculinum vocatæ, si de eis nulla mentio facta sit, & in defectum masculorum fuerint vocati bastardi, & demum loca pia substituta fiat.*
36 *Fœminas si Testator post obitum masculorum vocare voluisset vtique expressisset sicuti vocauit alios.*
37 *Verbum* posteri, & descendentes *in alia parte testamenti simpliciter à Testatore expressum, quatenus fideicommissum masculinum extendat etiam ad fœminas, & vid. num. seq.*
38 *Testator si in superiore parte testamenti solum de masculis intellexit, sic etiam in alia parte intellexisse dicendum est.*
39 *Verbum* prædicti *est repetitium personarum supra expressarum, cum omnibus suis qualitatibus.*
40 *Verbum* descendentes, *sine vlla qualitate masculinitatis expressum, ne superfluum esse dicatur, etiam fœminas comprehendit.*
41 *Conditio* si sine filijs *non declarat, nec restringit dispositionem præcedenter de masculis, seu simpliciter descendentibus factam.*
42 *Ratio adiecta prohibitioni, seu dispositioni, speciale est, vt illam declaret, restringat, & ampliet.*
43 *Conditio* si sine filijs *relata ad easdem personas, semper intelligitur de ijsdem filijs supra dispositiue vocatis.*
44 *Fœminæ, & descendentes ex eis non veniunt sub nomine Posterorum, & Descendentium, stante contemplatione agnationis, & suprà numero 24. & seq.*

45 *Fœminæ quatenus admittantur in defectum masculorum, etiam vbi fuit habita ratio conseruationis agnationis, & num. seqq. vbi vide.*

46 *Agnationis conseruandæ ratio non excludit fœminas quotiescumque vocatio facta est per verba communia, æquè comprehensiua masculorum, ac fœminarum.*

47 *Fœminæ agnatæ donec viuunt agnationem conseruant, quod secus est in earum filijs.*

48 *Descendentes ex fœminis non possunt dici de agnatione, seu familia masculina.*

49 *Verbum* posteri, & descendentes *in sua latitudine comprehendit etiam fœminas bastardas, non legitimatas.*

50 *Bastardi legitimati si solum à testatore fuerint vocati, non possunt venire bastardi nullam legitimationem habentes.*

51 *Fideicommissum expirat si post vltimam substitutionem à Testatore factam, alia substitutio non adest.*

D E C I S I O CCCCX.

DEfuncto Marchione Francisco Maria Riario sine
filijs, nullo condito testamento, fuerunt, præ-
uijs duabus sententijs Rotalibus confirmatorijs alterius
præcedentis latæ ab A. C. immissi in possessionem vni-
uersæ hæreditatis eiusdem, Comites Odoardus de Pe-
pulis, de Sauorgnanis, & de Partistagnis hæredes ab
intestato, tanquam proximiores in gradu, pro indiui-
so cum Octauio Riario in vim Concordiæ inter eos ini-
tæ. Verùm prætendentibus Eminentissimo D. Cardi-
nali Bonsio, & Comitibus de Herculanis descendenti-
bus à Galeatio Riario, fuisse per obitum dicti Marchio-
nis purificatum ad eorum fauorem fideicommissum, ab
ipso Galeatio ordinatum, indeque, dato per me du-
bio, *An constet de fideicommisso itaut ijs sit danda immissio*,
hodieque in Rota proposito, Domini negatiuè respon-
derunt.

Galeatius enim in suo testamento condito anno 1552.
instituit hæredem Iulium vnicum filium, *cui* (sunt
verba Testamenti) *eiusque Posteris, & Descendentibus
in perpetuum prohibuit venditionem, & alienationem om-
nium, & singulorum suorum bonorum stabilium, & præ-
sertim infrascriptorum, Palatij cum vineis &c. & hoc,
quia voluit, & mandauit, bona ipsa in familia, & po-
steritate masculina ipsius Testatoris perpetuò remanere, illa-
que ad liberos, & posteros eius mares legitimos, & natu-
rales de, & ex legitimo matrimonio procreatos per directam
lineam masculinam in perpetuum descendentes successiuo or-
dine peruenire, quibus deficientibus, Bastardos masculos
ex eadem linea descendentes, si extabunt, dummodò ad po-
stulationem eorum Genitorum, & Principis auctoritate legi-
timatos in bonis prædictis succedere voluit, & non aliàs, ali-
ter, nec alio modo cum simili prohibitione venditionis, &
alienationis illorum, eo quia ipsa eadem bona ad eorundem
Bastardorum ita legitimatorum liberos, & posteros mares le-
gitimos, & naturales per directam lineam masculinam descen-
dentes vsque in infinitum successiuo ordine deuenire voluit, &*
1 *mandauit &c.* † Ex quo verborum, & dispositionis con-
textu, quemadmodum fuit inductum perpetuum, &
absolutum fideicommissum, tàm in casu alienationis,
quàm in casu mortis, Petr. *de fideicom. quæst. 11. num. 571.*
Mantic. *de coniect. lib. 6. tit. 15. num. 13.* Rot. *decis. 166.
num. 3. & seq. par. 17. recent. coram Bich. decis. 129. num. 8.
cum seq.* Ita nec fuit in dubium reuocatum, quin illud
fuerit ordinatum fauore dumtaxat masculorum ex mas-
culis descendentium per directam lineam masculinam,
2 vt præseferunt prædicta formalia verba, † quæ non
solùm non comprehendunt, sed imò expressè excludunt
fœminas, ipsarumque descendentes licèt masculos,
quales sunt D. Cardinalis Bonsius, & Comites de Her-
culanis, iuxta passim approbatam theoricam Castrens.
*in l. Muritus 21. num. 28. C. de procur. & cons. 190. numer.
4. lib. 2.* Peregrin. *de fideicom. art. 26. num. 29. in fin. & sub
num. 20.* Rota *coram Pæn. decis. 902. num. 3. seq.* latè *in rec.
decis. 95. num. 1. & seqq. par. 11. & alibi passim.*

In nihilo refragante, quod fideicommissum incipiat à
prohibitione alienationis facta Posteris, & Descenden-
tibus in perpetuum, per quam seorsim sumptam, &
independenter ab alijs sequentibus verbis resultare præ-
tenditur simplex, & absolutum fideicommissum, tàm
fauore Descendentium ex masculis, quàm ex feminis,
† qui omnes comprehenduntur sub vocatione Postero- 3
rum, & Descendentium, ex latè cumulatis per Fusar.
de substit. quæst. 125. num. 1. & seqq. itaut ratio subsequens
restricta ad masculos ex masculis, † nequeat regulare 4
antecedentem prohibitionem iam per se subsistentem, &
magis amplam, † sed solùm operari possit prælationem 5
masculorum, cum ordine tamen successiuo absque ex-
clusione feminarum, earumque descendentium in defe-
ctum masculorum, vt videntur sentire Corn. *cons. 203.
num. 2. vsque ad fin. libro quarto* Cyriac. *controu. 266. numer.
68. vsque ad 71.* Sess. *decis. Aragon. 412. numer. 27. & seq.
lib. 4.*

Etenim quidquid sit, an dicta prohibitio seorsim sum-
pta à sua ratione dici possit vestita, & valida, † nihilo- 6
minùs inducere quidem posset fideicommissum in casu
alienationis, iuxtà opinionem, quam tenent Odd. *cons.
67. num. 20. & seq & d. cons. 66. num. 41.* Bellon. iun. *cons.
5. num. 80.* Mart. *cons. 42. num. 30. & cons. 43. num. 24.* Ludo-
uic. Riccard apud Fusar. *d. cons. 169. num. 85. cum seqq.* Ce-
phal. *cons. 491. num. 44.* Decian. *cons. 41. num. 121. lib. 1.* Surd.
cons. 96. num. 21. vers. secundò respondeo, Altograd. *cons.
80. num. 36. & cons. 81. num. 22. lib. 2.* Peregr. *de fideicom. art.
14. num. 14. & seqq. & num. 18.* Fusar. *de substit. quæst. 688.
num. 106. & num. 110. in fin.* Rota *Coram Cels. decis. 228. nu.
7. & seqq.*

Attentis præcipuè illis verbis, *venditionem, & aliena-
tionem*, † quibus prohibitio concepta est, & quæ solent 7
limitare prohibitionem ad alienationes per contractus in-
ter viuos, Surdus *cons. 67. num 724. & seqq. & decis. 124.
num. 9. & per tot.* Gratian. *discept. 594. num. 6. & 7.* Rota
coram Dunozet. decis. 371. num. 3. prout Testatorem limita-
re voluisse colligitur etiam ex eo, quia à dicta prohibitio-
ne excepit locationes ad annum, vel triennium. † Per 8
hanc enim exceptionem implicitè declarauit intellexisse
de alienationibus faciendis per contractus inter viuos,
nam exceptio est de regula, & declarat, quid in alia fue-
rit comprehensum, vt in puncto considerat Surd. *d. dec. 124.
num. 11. & seq.*

At non propterea induceret fideicommissum in casu
mortis, † dum hoc absque dubio fuit expressè, & im- 10
mediatè ordinatum per rationem prohibitioni adiectam,
ex supra allegatis; vnde sola prohibitio quantumuis ve-
stita, valida, & verbis generalibus concepta, † non pò- 11
test aliud in eodem casu mortis inducere, † quia non in- 12
ducitur tacitum, vbi reperitur expressum, Gabr. *cons. 132.
num. 68. lib. 1.* Honded. *cons. 96. num. 21. lib. 2.* Odd. *de fidei-
comm. quæst. 14. art. 7. num. 135. & seqq.* Fusar. *cons. 57. num.
3. & 4. & de substit. quæst. 688. n. 104. vers. declaratur septi-
mò*, Ricciard. *apud eundem d. cons. 169. num. 90. & seqq.* Ca-
ren. *resol. 29. num. 10. & resol. 61. num. 1. & seq.* Rot. *in re-
cent. dec. 8. n. 1. seq. par. 7. coram Cels. decis. 225. num. 4. & co-
ram Dunoz. iun. dec. 371. num. 6.*

Cæterum omnis etiam visa est remoueri dubietas, re-
flectendo ad rationem superius relatam, ibi – Et hoc, quia
voluit, & mandauit, bona ipsa in familia, & posterita-
te masculina ipsius Testatoris perpetuò remanere, illaque
ad liberos, & posteros eius mares per directam lineam
masculinam in perpetuum descendentes ordine successiuo
† peruenire; quippè ex ea statim addita dictæ prohibitio- 13
ni, aperta oritur declaratio Testatoris, ipsum voluisse in
parte antecedenti prohibere alienationem non omnibus
posteris, & descendentibus cuiuscumque qualitatis, sed
ijs duntaxat, ad quos voluit bona deuenire, & sic mascu-
lis descendentibus ex masculis in ratione contentis. † Ra- 14
tio enim est causa motiua, & spiritus dispositionis, Bald.
in l. si quis seruo nu 10. C. de furt. Rota *coram Duran. dec. 40.
num. 40.* † Indeque declarat, & restringit totum testa- 15
mentum, *l. cum pater 79. §. dulcissimis*, & ibi Bart. *ff. de
leg. 2.* Decian. *cons. 1. numer. 227.* Gabr. *cons. 124. num. 14.
lib. 2.* Mantic *de coniectur lib. 6. tit. 14. num. 9. in fin.* & ope-
ratur, vt prohibitio † secundum terminos eiusdem in- 16
telligatur, & ad personas in ea contentas restringatur, Pe-
regr. *cons. 44. num 24. & cons. 62. nu. 9. cum seq. lib. 2. & cons.
23. nu. 8. & seqq. lib. 3.* Dec. *cons. 7. n. 6. & seq. & nu. 27. lib. 1.*
Fusar. *cons. 80. n. 9* Redenasc. *cons. 29. n. 3 & 13. cum seq. &
cons. 36. n. 48.* Mier. *de maiorat. par. 2. qu. 6 n. 525. & seq.* Rot.
cor. Seraph. decis. 883. num. 4. & in specie Paris. *cons. 22. nu.
34. & 35. lib. 3.* Rot. *coram Buratt. dec. 272. num. 1. & seq &*
decis.

decis. 742. *num.* 3. *& seq.* Coccin. *decis.* 2100. *num.* 8. *& seq.*
& in eccsat. decis. 203. *num.* 4. *par.* 2. adeout stante dicta
ratione, nec fideicommissum dicitur causa prohibitionis,
nec prohibitio causa ipsius fideicommissi, † sed conser-
uatio bonorum in agnatione, seù linea masculina † di-
citur causa tam fideicommissi, quam prohibitionis, † ideo-
que non debet attendi causatum, sed causa ipsa, quæ est
principalis, Surd. *cons.* 67. *num.* 43 *& cons.* 96. *num.* 21. *vers.*
secundo respondeo, Redenasch. *d. cons.* 29. *num.* 14. Odd.
de fideic. qu. 11. *nu.* 149. Rot. *coram Bich. dec.* 129. *a.* 16.
22 Certiùs procedunt prædicta in præsenti facti hypothesi,
in qua prohibitio, & ratio in vna, eademque periodo,
& per vnicam, & inseparabilem verborum structuram
reguntur appositæ, † tunc enim ita fortius illam decla-
rat, & restringit Altograd. *cons.* 92. *num.* 51. *lib.* 1. Hodiern.
controu. 32. *num.* 53. *& seq.* Seraph. *decis.* 883. *num.* 4. *&* 5.
Coccin. *decis.* 2122. *num.* 6. & licet ratio sit postrema in exe-
cutione, † est tamen prima in intentione, † imò est
causa, & principium illius, Odd. *de fideic. d. quæst.* 11.
a. 6. *num.* 150. *& seq.* Decian. *d. cons.* 7. *num.* 22. *lib.* 1. Rot.
dec. 698. *num.* 9. *par.* 1. *diuers.*
Aliàs ineptus, & incongruus esset sensus huiusmodi
testamentariæ dispositionis, continentis vnicam volun-
tatem conceptam, vt diximus, per vnicum verborum
contextum; censeretur enim Testator ita dixisse-- Pro-
hibeo alienationem, & venditionem Iulio hæredi, eiusque
posteris tam masculis, quam fœminis, eosque omnes vo-
co, tam in casu alienationis, quàm in casu mortis, &
c., quia volo, quod bona conseruentur in familia ma-
sculina, & in masculis per directam lineam masculinam:
23 implicat enim inter se vocare fœminas, † vt bona con-
seruentur in masculis, & ineptissimum esset vocationi
descendentium ex fœminis subnectere rationem, vt bo-
na conseruentur in directa linea masculina.
Hæc, quæ sufficientia visa sunt Dominis ad exclu-
dendam prætensam vocationem, confirmantur ex voto
tacito, & expresso, conseruandæ agnationis, habito à
24 testatore, † pariter operante, vt fœminæ sub nomine
posterorum, & descendentium non comprehendantur,
25 † & multò minus earum descendentes, qui non sunt de
agnatione Gabr. *cons.* 116. *num.* 4. *& seqq. lib.* 2. Molin. *de*
prim. lib. 2. *cap.* 5. *num.* 38. *& seqq.* Castil. *contr. lib.* 3. *cap.*
29. *n.* 6. *& num.* 23. *& lib.* 6. *cap* 129. *num.* 3. Rot. *dec.* 15.
num. 9. *par.* 2. *diuers. & in rec. decis.* 203. *num.* 5. *par.* 2. *decis.*
95. *nu.* 11. *par.* 11. *decis.* 398. *num.* 3. *& dec.* 269. *num.* 5. *&*
per tot. par. 15. *& decis.* 69. *a.* 17. *& seq. part.* 17.
Tantum enim resultat, ex quo fideicommissum fuit
26 primordialiter ordinatum à masculo † ad fauorem mas-
culi, cum nunquam interrupta vocatione masculorum,
Peregr. *de fideic. d. artic.* 26. *num.* 16. Bellon. inn. *cons.* 72.
num. 5. *& cons.* 73. *num.* 17. Cyriac. *contr.* 691. *num.* 3. Rot.
27 *decis.* 40. *num.* 14. *par.* 9. *rec.* necnon ex toties repetita †
qualitate masculinitatis, Gabr. *cons.* 116. *num.* 16. *lib.* 2.
Altograd. *cons.* 89. *num* 71. *lib.* 2. Gregor. *decis.* 464. *num.* 16.
Burat. *d. decis.* 272. *nu.* 2. *&* 3. *& decis.* 415. *num.* 18. *par.* 12.
28 *recen.* † euocatione Bastardorum, † per quos pariter
29 conseruatur agnatio, Surd. *cons.* 552. *num.* 45. *& seqq.* Rot.
decis. 282. *num.* 6. *par.* 2. *& decis.* 81. *nu.* 1. *part.* 16. *rec.* iun-
30 cta vocatione lineæ † masculinæ tam respectu legitimo-
rum, quàm legitimatorum, Paris. *cons.* 22. *nu.* 26. *&* 27.
Rot. *coram Arguel. dec.* 28. *num.* 58. & addito digressu ad
31 plures gradus substitutionis, † semper tamen ad fauorem
masculorum. Peregrin. *art.* 25. *num.* 55. Fusar. *de substit.*
qu. 499. *num.* 1, Rot. *d. decis.* 764. *num.* 18 *coram Gregor. &*
dec. 142. *n.* 31. *par.* 10. *rec.*
Expressum vel deducitur, quia mandauit & voluit,
quod bona semper remaneant in familia, & posteritate
32 masculina, † illaque ad mares per directam lineam
masculinam descendentes peruenire, Castren. *cons.* 190.
num. 4. *vers. nam interim lib.* 2. Rot. *coram Coccin. decis.*
2122. *num.* 3. *& in Perusina fideicommissi de Bigazzinis* penès
Ginuagn. *cons.* 75. *num.* 9. *lib.* 1.
Ex his igitur cessat prætensio, quod fœminæ, earum-
que descendentes veniant saltem admittendæ in subsi-
33 dium post defectum eorundem, † quia hæc subsidiaria
successio non habet locum, quando testator restrinxit vo-
34 cationem ad solos masculos ex masculis, † nulla peni-
tùs facta mentione fœminarum vel filiorum earundem,
Gabr. *cons.* 131. *num.* 55. *vers. tamen puto, & seqq. lib.* 1.
Caren. *resol.* 232. *num.* 3. *& resol.* 237. *n.* 10. Andreol. *contr.*

344. *num.* 17. Rot. *coram Burat. d. decis.* 272. *nu.* 1. *& nu.* 15.
per tot. decis. 434. *& decis.* 742. *pariter per tot. & in rec. d.*
decis. 203. *num.* 7. *& seq. part.* 2. *& decis.* 462. *num.* 17. *part.*
14. *& dec.* 228 *num.* 4. *cum trib. seqq. par.* 15.
Præsertim, dum in defectum masculorum legitimorum
ex linea masculina, vocati fuerunt Bastardi, eorumque
descendentes masculi per lineam masculinam, neque vlla
legitur facta mentio fœminarum in toto testamento, &
in casu alienationis, substituta fuerunt loca pia, † si- 35
gnum euidens, quod de successione fœminarum, & earum
descendentium nunquam Galeatius cogitauit, quos vti-
que, si succedere voluisset, † vocasset, sicut alios voca- 36
uit, argum. Text. *in l. vnica §. sin autem ad ficientis C. de ca-*
duc. tollen. Menoch. *cons.* 466. *n.* 7. *& seq.* Rot. *coram Greg.*
decis. 433. *num.* 4.
Nec quidquam releuat, quod Testatur in sequenti par-
ticula testamenti, in qua permittit locationem ad trien-
nium, & in alia in qua prohibet alienationem locorum
montium 2800. S. Georgij Ianuæ, loquutus fuerit de po-
steris, descendentibus † absque vllo adiecto masculinita- 37
tis: Vnde inferebatur mens eiusdem Testatoris vocandi
indistinctè descendentes cuiuscumque generis, quia cum
ipse in vtraque dispositione vsus fuerit dictione relatiua,
prædictis-- Adiecitq. insuper, & declarauit, licere prædi-
ctis suis liberis, & posteris &c. & infra ibi-- Idem prohibuit
d. Galeatius Testator prælibato suo hæredi, & eius po-
steris, & descendentibus prædictis &c. & ex deductis con-
stet, Testatorem in superiori parte, in qua loquutus fue-
rat de huiusmodi personis, intellexisse de posteris masculis
descendentibus † ex masculis, consequens fit, vt de po- 38
steris masculis descendentibus eiusdem qualitatis intelle-
xisse censendus sit, in his inferioribus partibus per illam
dictionem, *prædictis*, † repetitiuam personarum supra ex- 39
pressarum cum omnibus suis qualitatibus, Marc. *cons.* 43.
n. 10. *& seq.* Redenasch. *cons.* 30. *nu.* 69. Rot. *coram Burat.*
dec. 272. *a.* 6. vbi Adden. *num.* 20.
Non applicantur igitur auctoritates in contrarium ad-
ductæ, nam in casu Corn. *cons.* 203. *num* 3. *lib.* 4. in vltima
particula ratione ibi expressæ additum fuerat verbum, *De-*
scendentes, † absque vlla repetitione masculinitatis, 40
quod nè superfluum esset, videbatur comprehendere
etiam fœminas, vt ipse Corn. declarat *sub dicto num.* 3.
vers. his præmissis Sess. verò *dec.* 412. *num.* 27. *& seqq.* non
loquitur in ratione adiecta prohibitioni, sed in conditio-
ne, si sine filijs, † quam dicit non declarare, nec restrin- 41
gere dispositionem supra antecedentèr factam, in qua
fuerunt vocati descendentes masculi, vel simpliciter de-
scendentes: † speciale autem est in ratione adiecta prohi- 42
bitioni, seù dispositioni, vt illam declaret, restringat,
& ampliet, vt supra dictum fuit, licèt Sess. nec etiam in
casu suo satis benè loquatur, quia conditio, si sine filijs
† relata ad easdem personas, semper intelligitur de eis- 43
dem filijs supra dispositiuè vocatis, Rot. *dec.* 269. *num.* 21.
par. 15. *recent.* Insuper Sess. *in fine nu.* 4. fatetur, quod stan-
te contemplatione agnationis † fœminæ, earumque de- 44
scendentes non veniunt sub nomine posterorum, & de-
scendentium, eodem modo loquuntur Cyriac. *contr.* 269.
n. 68. *cum seqq. & R.P.D. de Luc. de fideicom. disc.* 168. *n.* 4.
in diuersis scilicet dispositionibus, quarum vna non est
ratio alterius, & tractant de materia repetitionis masculi-
nitatis, quæ longè discrepat à casu, & materia præsenti.
Minus applicantur *dec.* 133. *par.* 9. *rec. & dec.* 867. *&* 890.
editæ in eadem causa *coram Merlin.* in quibus fuerunt ad-
missæ fœminæ in defectum masculorum, † non obstante, 45
quod in illo casu fuisset habitum votum conseruandæ
agnationis: Quia duplici ratione mouetur ibi Rota, qua-
rum neutra applicatur casui præsenti: Prima est, quia Te-
stator in omnibus testamenti partibus vsus fuerat verbis
communibus † aptis comprehendere masculos, & fœmi- 46
nas, nullibi adiecta qualitate masculina, vt aduertitur in
d. *decis.* 133. *nu.* 23. *vers. quod hæc cessant, & coram Merlin. d.*
dec. 867. *num.* 30. *vers. Doctores:* At in casu controuerso vni-
ca vice, qua Testator vsus fuit verbis: *Posteris, & Descen-*
dentibus, statim declarauit per rationem immediatè adie-
ctam, intellexisse de descendentibus masculis ex ma-
sculis.
Secunda est, quia ibi concurrebant fœminæ agnatæ,
quæ, vt obseruat eadem *dec.* 133. *nu.* 5. 6. 11. *&* 12. † donec 47
viuunt, agnationem conseruant: At hic non concurrunt
fœminæ agnatæ iamdiu prædefunctæ, sed descendentes

ab illis, qui nullo modo dici possunt de agnatione, seù familia masculina, ex supra allegatis: Vnde etiamsi nos versaremur in eodemmet præciso casu illarum decisionum, & non concurreret toties reperita qualitas masculinitatis, adhuc ibi firmata non applicarentur.

His omnibus additur ratio vitandi absurdum: nam si
49 illa verba, *Posteris*, *& Descendentibus*, † accipienda essent in tota sua latitudine, comprehenderent etiam fœminas bastardas non legitimatas, *l. pronunciatio ff. de verbor. signific.* Bart. *in l. tutelas 4. post nu. 4. ff. de cap. diminut.* Rub. *ad dec. 262. num. 292. cum seq. par. 8. recent.* quæ con-
50 sequenter succederent, † contra expressam voluntatem Testatoris qui bastardos legitimatos immediatè substituit in defectum legitimorum; Quod si dicatur eas fuisse vocatas post defectam vtramque lineam legitimorum, & legitimatorum, hoc manifestè aduersatur claris verbis testamenti, vbi in defectum legitimatorum nulla alia ap-
51 paret facta substitutio, † qua propterea cessante, fideicommissum, quoque expirasse dicendum est, Soccin. Sen. *cons. 63. num. 14. lib. 3.* Rota *coram Buratt. d. decis. 272. in princip.*

Et ita, vtraque Parte informante, resolutum fuit.

R. P. D. F L O R E Z.

Romana Societatis Officij.

Lunæ 24. Nouembris 1681.

A R G V M E N T V M.

Plura congerit hæc decisio, & primo transportationem actorum nō esse necessariam coram iudice procedente, non in gradu appellationis, sed prout in prima, secundo de extentione instrumenti facienda ad formam matricis, tertio de pluribus adminiculis eandem extensionem, & veritatem instrumenti comprobantibus, quartò super prohibitione Notarij in extendendo instrumentum intra tres menses, quod nempe illius defectus partibus non præiudicet, quinto etiam de pluribus, quæ extentioni opponebantur, vltra vel præter matricem in instrumento extenso contentis, & demum de fructibus societatis officij renouatæ hæredi, & successori debitis vigore decreti ad fauorem defuncti reseruati.

S V M M A R I V M.

1 *Obligatio cameralis habet executionem paratam.*
2 *Actorum trasportatio necessaria non est coram iudice, qui non processit in gradu appellationis, sed prout in prima.*
3 *Instrumentum extensum de mandato iudicis ab alio Notario, & ad formam matricis Notarij rogati, plenè probat, & non indiget adminiculis.*
4 *Instrumenti ad formam matricis extracti veritas conuincitur si solutio fructuum facta sit secundum tempus eiusdem matricis.*
5 *Solutiones fructuum bene probant societatem officij verè fuisse renouatam.*
6 *Confessione propria nulla maior est probatio, & ideo eo magis alias probationes adiuuat.*
7 *Exceptiones à signatura iustitiæ reiectæ, non sunt amplius habendæ, in consideratione.*
8 *Matricis de veritate si constat, negligentiæ Notarij in non extendendo instrumentum, partibus præiudicare non valuit.*
9 *Notarijs ex* Const. Pauli V. *reformatoria Tribunalium Vrbis præfigitur tempus trium mensium, ac etiam datur modus extendendi instrumenta.*
10 *Notarij prohibitio, vel præceptum factum à lege, non inducit nullitatem actus in præiudicium tertij.*
11 *Instrumentum à Notario extensum post tres menses sibi præfixos à Reformat.* Pauli V. *substinetur adhuc, nec potest de nullitate redargui.*
12 *Instrumentum rogatum à tenente officij, etiam non Notario substinetur, & valet ob publicam vtilitatem tot instrumentorum, quæ alias annullari debuissent.*
13 *Instrumenti imbreuiatura rogata coram testibus prædictis, & notæ integritatis, non potest præsumi, quod sine præsentia partis stipulata sit.*
14 *Donatio cum fieri possit absenti, non concludit præsentiam donatarij, nisi probetur.*
15 *Instrumentum virtute relationis ad aliud instrumentum in matrice contentum, extendi potest cum omnibus pactis illius, quamuis eadem pacta in d. matrice non contineantur.*
16 *Instrumenti extentio potest, & debet fieri cum omnibus pactis in formulario instrumentorum contentis, & num. 18.*
17 *In societatibus officiorum continetur pactum transferendi periculum vitæ.*
18 *Instrumentum ad formam matricis extendendum, adhuc se cum formulario instrumentorum conformare debet, nisi in matrice adsit pactum, vt taxatiua contraria.*
19 *Obseruantia solutionis nedum probat qualitatem, & substantiam contractus, sed matricis extensionem adiuuat.*
20 *Renouationis in instrumento apponi debent pacta & conuentiones in primo instrumento contentæ.*
21 *Clausula* citra innouationem *operatur, vt nihil prorsus innouandum sit.*
22 *Clausula* circa innouationem *quatenus potius referatur ad vnum, quam ad aliud, & num. seq.*
23 *Tacitum frustra induci prætenditur, vbi reperitur expressum.*
24 *Societas officij ex pluribus actibus, & etiam tacitè renouari potest.*
25 *Reseruatio decreti officij, importat dominium Reseruatarij, & eius hæredum.*
26 *Fructus societatis officij, etiam non renouatæ debentur ex reseruatione decreti in sequelam dominij, ex d. reseruatione resultantis, & num. seq.*

D E C I S I O CCCCXI.

CONtraxit bo. mem. Iulius Cesar Petronius Societatem officij pro rata scutorum 2300. in sorte cū reseruatione decreti ad sui fauorem super notariatu C. empto per Alcidem Octauianum, quam deinde Societatem anno 1668. idem Iulius Cesar renouauit cum Nicolao Florello, cui D. Alcides officium supradictū resignauerat; Defuncto vero de anno 1669. Iulio Cesare, fuit eadem societas renouata cum Forello ad commodum filiarum, & hæredum ab intestato d. Iulij Cæsaris, quæ ad hunc effectum specialem procuratorem constituerant Fabianum Lauinium, & quia hæc ipsa societas in diuisione facta inter prædictas filias, obtigit comitissæ Mariæ Ortentiæ de Othonibus, egit ista pro consecutione fructuum decursorum ad rationem octo pro centenario, iuxta formam expresse conuentam in instrumentis desuper confectis eamque obtinuit à Nicolao, qui, præuia susceptione termini fatendo huiusmodi debitum Summario Comitissæ num. 4. omnes fructus decursos, non solutos effectiuè persoluit, donec de anno 1673. idem Nicolaus petens illorum reductionem ad rationem sex cum dimidio eaque impetrata à prædicta Comitissa Maria Hortentia pro faciliori solutione fructuum etiam in futurum decurrendorum confecit ordinem directum Leandro Vrsino ipsius substituto, illi iniungendo præfatam fructuum solutionem, ad quam asseruit se teneri vigore d. Societatis officij ad fauorem dictæ D. Comitissæ, prout Instrumento rogato per acta Angeluccij, ad quod se retulit vt *in d. Summ n. 6.*

Verum, quia non obstante prædicto ordine Comitissa Maria Hortensia suum integrum creditum non consequebatur, iudicium introduxit coram A. C. Cauallerino, coram quo Nicolaus prius prætendens soluere fructus ad formam prædictæ Apochæ, vt ex Summario Comitissæ *n. 7.* & postea expresse denegando debitum eodem *Summ. n. 8. & 9.* tandem succubuit mediante relaxatione mandati, subinde per signaturam iustitiæ canonizati, mediante rescri-

rescripto cum clausula sine præiudicio ad rationem quin-
que.
Fuit interim per ipsum Nicolaum obtenta ab aliqui-
bus ex suis creditoribus apocha, seu folium dilationis,
cuius vigore A. C. concessit illi (vt dicitur) non graue-
tur, & quoniam idem A. C. deputaverat R. P. D. Cin-
cium super solutione fructuum decursorum, fuit per ip-
sum R.P.D. Cincium relaxatum mandatum ad fauorem
dictæ Actricis, neque vlla exaduerso interposita fuit ap-
pellatio, cum autem huius mandati executio decreta
fuerit, & quatenus opus esset denuo fuerit relaxatum
mandatum, ad rationem tamen scutorum quinque pro
centenario à R. P. D. Phebeo, cui signatura Iustitiæ ad
instantiam Comitissæ pro fructibus post subscriptionem
folij decursis, illam commiserat cum facultatibus A. C.
ex eo quod coram ipso pendebat aliud iudicium appella-
tionis super confirmatione, vel infirmatione supradicti
non grauetur, propterea iterum commissa mihi causa vl-
terioris executionis eiusdem mandati, dedi dubium ad
formam rescripti signaturæ iuxta quod procedendum esse
1 ad legitimam executionem censuerunt, † moti ex eo
quia actum fuit vigore obligationis Cameralis, quæ ha-
bet executionem paratam Rota *decis. 57. & 155. vtrobique
num. 1.* post Zacch. *de oblig. Camer.*
Absque eo, quod retardanda sit ex prætensa
iniustitia, vel nullitate dicti mandati, siquidem quan-
tum attinet ad nullitatem, eam non benè deduci visa
fuit ob non integram transportationem actorum co-
ram Reu. P. D. Phebeo, cum enim ex præmissa facti
narratione constet R. P. D. Phebeum non processisse vti
Iudicem appellationis à Iudicio facto coram Cincio, à cu-
ius mandato non fuerat appellatum, sed tantum vigore
rescripti signaturæ, quæ nulla habita ratione decreti R.
P. D. Cincij, declarauit causam fructuum decursorum
2 post subscriptionem † folij cognosci à R. P. D. Phebeo,
sequitur, quod nulla vrgebat necessitas integræ transpor-
tationis actorum factorum coram Reuerend. P. D. Cin-
cio, neque vllo modo vrgeat pro validitate processus
causæ in Rota, pro quo militat eadem ratio prout alias
firmauit Rota *in decis. 291. numero quinto coram bon.
mem. Priolo*, & præcipuè quia sumus in causa Pro-
phana Rota *coram Greg. decis. 508. numer. 15*, & ibi
adden. *num. 15.*
Quantum verò spectat ad iustitiam, eam nullo modo
offuscari DD. existimarunt, ex quo non constet de præ-
dicta renouatione societatis officij ad fauorem Comitissæ
Mariæ Ortentiæ, quia imo talis renouatio sufficienter
conuincitur ex publico Instrumento confecto, & exten-
so de mandato Iudicis per Augeluccium publicum No-
tarium ad formam matricis stipulatæ die 15 Nouembris
1669 post obitum Iulij Cæsaris, qui die 11. eiusdem men-
sis, & anni decesserat, ac repertæ in officio eiusdem An-
3 geluccij *d. Summario num. 3.* † vnde propterea resultat ple-
na probatio, nulla indigens coadiuuatione Bald. *in l. inte-
rest in vlt. not. C. de solut.*
Neque obstant plures defectus oppositi, tum quoad
subsistentiam d. Matricis, tum quoad eius extensionem;
frustra enim de subsistentia dubitatur, quando, prout
hic, illa adminiculatur ex depositione metu excommu-
nis facta à supradicto Fabiano Lauinio *d. Summario num.
15.* item ex prænarratis solutionibus fructuum per septen-
nium continuatis ab ipso Nicolao, quas fuisse factas in
executione dictæ renouationis patet ex duabus quietan-
tijs, de quibus in Summario Comitissæ *num. 16. & 17.* vbi
asseritur quod semestre fructuum incipiebat die 15. No-
4 uembri, † quæ erat dies stipulationis matricis, & fit
mentio dierum, qui intercesserant ab obitu Iulij Cæsaris
5 vsq; ad diem stipulationis; † huiusmodi autem solutio-
nes bene probant veritatem renouationis, Rota *decis. 23.
num. 9. & seq. par. 13. rec. & in Romana Societatis officij 12.
Februarij 1677. coram Em. D. Card. Vicecomite*, sicuti etiam
eadem renouatio adminiculatur ex supra recensitis con-
fessionibus Nicolai emanatis, tam iudicialiter, vt in su-
6 sceptione termini ad soluendum, † & in protestatione
per ipsum facta coram A. C. Cauallerino, quam extra-
iudicialiter, vt in apocha reductionis fructuum, & in or-
dine directo Leandro Vrsino, quæ proinde faciunt super
latiuum gradum probationis *l. cum te 5. C. de transact. l. ge-
neralis C. de non numer. pecun. & cap. perpetuas de probat.*
Rota *dec 464. num. 4. coram Priolo.*

Minusque attendenda videntur ea, quæ opponuntur
circa extensionem d Matricis, nam quod ea non fuerit
recognita, nec potuerit extendi ab Angeluccio, præser-
tim post tanti temporis lapsum, sufficit, quod plena Si-
gnatura Iustitiæ, his non obstantibus, † eius extensio- 7
nem approbauerit, ad hoc vt nulla amplius de illis sit ha-
benda ratio, suadente præcipue ratione, † quod cum 8
aliunde constet de veritate matricis, non debet negligen-
tia Notarij partibus præiudicare *l. si librarius 93. ff. de reg.
iur.* Rota *coram Seraphino dec. 1115. num. 5.*
Iu nihilo refragante constitutione Pauli V. reforma-
toria tribunalium, in qua Notarijs præfigitur tempus
trium mensium, & certus modus pro extentione instru-
mentorum, † quia Constitutio in hac parte imponat 9
quidem, quod Notarij contrafacientes puniri possint:
non verò inducit nullitatem actus in præiudicium tertij.
Rot. *decis. 109. num. 13. par. 17. rec. & decis. 403. nu. 10. co-
ram Priolo*, † idque satis declaratum remanet ex mente 10
Signaturæ approbantis huiusce extensionem, & ex quo-
tidiana obseruantia, per quam patet, similes extensio-
nes fieri à Notarijs etiam post lapsum trium mensium,
absque eo quod dubitetur de illarum validitate, & lega-
litate, dum alias fieret strages Instrumentorum, † ad 11
quam euitandam in fortioribus terminis instrumentum
† quamuis à iuuene non Notario stipulatum sustineri 12
dixit Rota *in decis. 729. num. 55. & pluribus seqq. part. 18.
tom. 2. recent.*
Prout etiam non refragatur asserta difformitas instru-
menti extensi à sua Matrice, vnde prætenditur Angeluc-
cium excessisse modum extensionis, quatenus enim in
Instrumento asseritur Nicolaum fuisse præsentem reno-
uationi prædictæ, licet hoc non legatur expressum in ma-
trice, nihilominus vltra prædictam depositionem Fabia-
ni Lauinij, qui testatur de præsentia Florelli in dicto
actu; sufficit, quod in Matrice dicatur, quod Procura-
tor filiarum, & hæredum Iulij Cesaris de Petronijs (sunt
verba ipsius Matricis) societatem renouauit sub obliga-
tione D. Fiorelli *d. Summ. Commitissæ numer 3.* ad hoc vt
consequenter supponenda sit præsentia eiusdem Florelli,
se obligantis iuxta notum, & consuetum stylum Nota-
riorum; † nam alias contractus stipulatus non fuisset, 13
maxime coram testibus, quorum vnus erat antiquus Cu-
rialis notæ integritatis, & famæ, & peritus in hac ma-
teria, quem non præsumitur vna cum alio teste, Nota-
rio, ac Procuratore dd. Sororum pariter Curiali conspiras-
se ad astruendam adeo euidentem falsitatem. Rota *decis.
17. num. 10. & seq. post* Merlin. *de pignor. & decis. 550. nu.
48. & dec. 408. nu. 10. coram Priolo.*
At qui hic non applicatur doctrina castrensis *§. idem re-
spondeo il secondo vers. fin. ff. de verb. oblig.* † quia vt patet 14
ex eius lectura, loquitur de donatione, quæ cum fieri pos-
sit absenti, vt ipsemet ibidem fatetur, non concludit
præsentiam donatarij, nisi ea per Notarium in instru-
mento exprimatur.
Nec facit, quod non fuerit in Matrice expressa perso-
na super cuius vitæ periculo societas currere debebat,
† quia in hoc habita fuit relatio ad mandatum ad reno 15
uandum sub periculo debitorum, qua propter virtute re-
lationis in matrice continebatur totum id quod in man-
dato fuerat expressum text. *in l. asse tot. ff. de hæred. instit.
& l. aut prætor §. fin ff. de re iudicata* Rota *decis. 432. nu-
mero sexto part 4. tomo 2. & decis. 507. numer. 3. ead. part. 4.
tom. 3. rec.*
Potuit etiam Notarius apponere in instrumento facul-
tatem transferendi periculum vitæ, † & quod post sex 16
menses societas duraret ad beneplacitum, in hoc enim
se conformauit formulario ac stylo omnium societatum,
† & renouationum, vt testatur Zacch. *de Soc. Off. in princ.* 17
vbi tradit formulam *& nu. 210.* quo pariter testatur Ca-
stracan. *in simili tract. cap 51. num. 10. & seqq. &* Boccacc.
eod. tract. sub num. 5. † extensio autem semper debet esse 18
conformis stylo, & formulario nisi in matrice adsit pa-
ctum in contrarium, vel aliqua taxatiua Rota *decis. 399.
num. 7. & dec 757. nu. 6. coram Buratt.*
Accedente præsertim obseruantia, quæ resultat in
hac causa ex supra relatis solutionibus, † factis etiam post 19
lapsum primi semestris, per quam declaratur mens con-
trahentium, atque insimul qualitas, & substantia contra-
ctus Soccin. *cons. 25. n. 25. lib. 1.* Rota *coram Seraph. dec.
600. n. 3. & dec. 1232. n. 3. cor. Priolo dec. 393. n. 6. & dec. 413.*

20 *nam.* 10. & vlterius, † quia cum huiusmodi pacta re-
perirentur apposita in primo instrumento huius Societa-
21 tis, † acdeinde in alio renouationis, erant etiam ap-
ponenda in hoc vltimo, stante clausula *citra innouatio-
nem aliquam* inserta in dicta matrice, per quam nil prorsus
fus nouandum erat ab eo, quod in præcedentibus con-
tractibus fuerat conuentum Rota *decis.* 1916. *num.* 13. *&
decis.* 2074. *num.* 6. *coram Coccin. & decis.* 131. *numer.* 10.
coram Eminentiss. Otthobono, non suffragante, quod
d. Clausula referenda sit ad præseruationem anterioris,
22 † & potioris hipothecæ, quandoquidem de hoc facta
fuit expressa mentio ibi — Citra innouationem aliquam,
præiudicium anterioritatis, & potioritatis &c. quo casu
verba illa *citra innouationem* pernecesse referri debent
23 ad alia pacta, † ex regula, quod frustra prætenditur in-
duci tacitum, vbi reperitur expressum *l. cum ex filio §. filio,
& ibi* Bartol. *ff. de vulg. & pupill.* Becc. *cons.* 427. *num.*
16. *&* 17.

24 Cæterum quatenus ex prædictis non constaret, † si-
cuti constare diximus de renouatione societatis, de qua
agimus, & quatenus etiam ea non fuisset inducta ex tot
iteratis confessionibus, & actibus, per quos etiam ta-
citè posse renouari societates dixit, Rota *decis.* 183. *nu-
mer.* 3. *par.* 7. *recentior. & in Romana Soc. Offic.* 12. *Fe-
bruarij* 1677. *§. finali coram Eminentiss. Vicecomite*,
25 vtique attenta reseruatione † decreti ad fauorem q. Iu-
lij Cæsaris de Petronijs ex natura ipsius reseruationis,
quæ importat dominium reseruatarij, eiusque hæredum
Rota *decis.* 603. *numer.* 1. *&* 2. *coram Caualer. decisio*
151. *numer.* 3. *&* 4. *apud* Pacific. de Saluian. *& decis.*
237. *numer.* 1. *coram Celso*, fructus vti venientes ex
26 legali sequela dominij, † & ex indiuisa illorum reser-
uatione in ipso decreto *dicta decis.* 151. *numer.* 2. *& seqq.
post* Pacific. de Saluian. *& in Romana officij cursorum*
15. *Februarij* 1675. *§. fundamentum*, *& §. pro cuius*
27 *coram bo. me. Vbago*, † deberentur D. Comitissæ filiæ,
& heredi d. Iulij Cæsaris, vt plene, discusso articulo, fir-
mauit Rota in mox allegat. *decis. Romana Societatis Officij
coram Eminentiss. Vicecomite*.

Hæc sanè facilius procedunt, dum agitur de executione mandati pro fructibus taxatis ad formam taxæ legalis scutorum quinque pro centenario, atque etiam ad formam præscriptam in prætenso folio dilationis, quod Nicolaus asserit obtinuisse à maiori parte creditorum, quod proinde nullo modo prædictæ executioni aduersari potest, eo magis, quia quidquid sit de subsistentia, & validitate d. folij, circa quod pendet alia disputatio commissa Reuerendissimo Domino meo Decano; Dilatio in eodem folio concessa non comprehendit, imo claré excipit fructus in futurum decurrendos, ita vt isti essent liberé soluendi creditoribus Nicolai de semestre in semestre anticiparé, vt patet ex lectura ipsius folij.

Et ita vtraque parte informante resolutum fuit.

Confirmata fuit hæc decisio sub die 17. Ianuarij 1682. coram eodem.



R. P. D. GVAXARDO.

Romana Stagni.

Veneris 12. Decembris 1681.

ARGVMENTVM.

Ad euitandum iudicium attentatorum occasione appellationis interpositæ ab excessiua taxatione expensarum, eædem prorsus repetebantur exceptiones, alias etiam oppositæ, & successiuè etiam hodie reiectæ; cumque in hoc iudicio non solum fructus, & expensæ, sed adhuc debeantur damna, & interesse; de vtroque ideo ab ipsa die motæ litis condemnationem faciendam esse deciditur, quamuis per viam manutentionis, & super negotio principali sit processum, quia hæc omnia non immutant naturam eiusdem.

SVMMARIVM.

1 *Clausula* paritèr *operatur, vt appellans non audiatur nisi restitutis fructibus, ac refectis expensis.*
2 *Mandatum de manutenendo comprehendit etiam fructus, vti partem possessionis, etiam si de illis in iudicio nulla mentio facta sit.*
3 *Attentata non recipiunt appellationem.*
4 *Clausula* sine præiudicio *præseruat iurisdictionem iudicis, à quo, tam super liquidatione fructuum, quam expensarum, damnorum, & interesse, & num. seqq.*
5 *Attentatorum purgatio comprehendit restitutionem fructuum, expensarum refectionem, & damnorum, & interesse, & num. seqq. &* 14.
8 *Iurisdictionis defectus sanatur mediante consensu.*
9 *Commissio, & appellatio ab excessiua, cognitionem solius excessus, non autem merita causa respicere solet.*
10 *Excessus non præsumitur, sed debet ab allegante plenè, & concludenter probari.*
11 *Fructus in iudicio manutentionis non considerantur à die motæ litis, sed à die petitionis illius.*
12 *Fructus si non debentur vti accessorij ad rem, sed vti principaliter tanquam sors, etiam in iudicio manutentionis debentur à die motæ litis, & nu.* 13.
13 *Fructus vti principaliter dicuntur debiti, non autem tanquam accessorij, si partes super illis solum ius habebant non autem super bonis, & nu.* 12.
14 *Mandatum de manutenendo concessum pro purgatione attentatorum, non immutat naturam illius iudicij, nec impedit restitutionem fructuum ex eo debitorum.*
15 *Attentans tenetur reponere rem, & possessionem attentata in eo statu, quo per antea extabant, mediante etiam restitutione fructuum, & expensarum.*
16 *in Attentatorum purgatione non attenditur creditum, & debitum, lucrum, vel damnum, sed solum, quod illa in omnibus, quæ attentata fuerunt sint purganda, & nu.* 17.
18 *Attentatorum purgatio loco damnorum, & interesse comprehendit etiam ea, in quorum possessione quis extabat.*
19 *in Attentatis debentur etiam expensæ factæ super bono iure, quoties vtrumque simul disputatum, & cognitum est, & quando.*
20 *Rota, vt plurimum inanes circuitus euitare solet, & propterea complicat simul bonum ius cum attentatis, vel possessione, & num. anteced. & seq.*
21 *Attentatorum in iudicio veniunt etiam expensæ extraiudiciales loco damnorum, & interesse.*
22 *Attentatorum, vel possessorij iudicij natura non immutatur, si ad petitionem partis etiam cognitio boni iuris sit assumpta.*

DE-

DECISIO CCCCXII.

SOcietatem in Piſcatione Stagni ad ſexennium condu-
ctì à bo. me. Duce Hieronymo Matthæio, contra-
ctum inter Angelum Fantagutium, & Petrum de Or-
ca Aſcentij filium, ob huius mortem in fine Biennij diſ-
ſolutam exiſtimans, ſeu diſſoluere prætendens Ange-
lus, obtulit partitum Aſcentio, iam conſocio, tam
ex iure proprio, quam vti filij hærede ſuper ceſſione affi-
ctus, aut licentia ſublocandi, quo ab A. C. admiſſo,
appellauit ille intra legitima tempora, ſed appellatione
non obſtante, Angelus eidem Duci affictus retroceſſio-
nem fecit retrahendam ad tempus, quo Biennium ter-
minatum fuerat, & cum eo pro remanentibus quatuor
annis nouam ſocietatem contraxit; Vnde proſequuta
appellatione R. P. D. Zelonus, cui cauſa fuit com-
miſſa mandatum de manutenendo pro purgatione atten-
tatorum, Aſcentio conceſſit, ac per ſententiam geſta
ab A. C. infirmauit, & ſucceſſiuè ea commiſſa in Ro-
ta, Reuerendiſſimus Boutlemont illud confirmauit, at-
que poſteà Signatura approbauit, reſcribendo cum clau-
ſula ſine præiudicio. Verum quia tunc ſexennium affi-
ctus erat terminatum, pro facienda eiuſdem exequutio-
ne, cepta fuit coram eodem fructuum, damnorum, &
expenſarum liquidatio, quæ prævia deciſione 14. Iunij
1680. taxauit Reuerendiſſimus Dominus meus Decanus
in locum d. D. Bourlemont ſubrogatus, appellauit An-
gelus ab exceſſiua taxatione, atque commiſſio mihi
directa ab exceſſiua tantum ſignata fuit, quapropter
dubium eidem coniotme, An conſtaret de exceſſu ter
propoſui, ſub quo, quia informantes non ſolum pro-
ponebant quamplures exceſſus, ſed etiam impugna-
bant validitatem, & iuſtitiam decreti taxationis, ac
plura inculcabant, reſpicientia merita cauſæ principa-
lis, idcircò Dominis non concordantibus, ordinatum
fuit ſub die 5. Maij præteriti, vt videretur ab omni-
bus, cumque illud repropoſuiſſem ſub diebus 23. Iu-
nij, & 10. Decembris, ob multiplicationem cauſa-
rum ab aliquibus ex Dominis videri non potuerit, ho-
diè tandem omnibus ſuffragantibus, reſolutum fuit non
conſtare de exceſſu.

Etenim omiſſis ijs, quæ reſpiciunt merita cauſæ, ac
iuſtitiam decreti taxationis, tamquam plenè ſublatis in
deciſionibus 16. Iunij 1677. & 22. Ianuarij 1678. coram
Reuerendiſſimo Boutlemont, ac in alia 5. Maij præte-
riti coram Reuerendiſſimo Domino Decano, coi etiam
reperiebatur commiſſa cauſa in deuolutiuo, atque in-
ſuper à ſententia ab eo lata Signatura reſcripſit cum
1 clauſula parito, † quæ ex ſe operatur, vt appellans non
ſit audiendus, niſi reſtitutis fructibus, ac refectis expen-
ſis Rota *in recent. deciſ.* 101. *num.* 1. *par.* 4. *tom.* 2. *deciſ.* 181.
nu. 2. *par.* 8.

Taxationis decretum redargui non poteſt de nullitate,
ex quo condemnatio ad fructus, & expenſas facta fuerit
non in decreto manutentionis, ſed in ſententia deſuper
lata, à qua pendebat appellatio, adeoque iudex, à quo,
lite non terminata careret iuriſdictione, quoniam vt re-
ſponſum fuit in dicta deciſ. ſuper taxatione coram Reue-
2 rendiſſimo Decano, §. *non obſtat*, † in mandato de ma-
nutenendo conceſſo Poſſeſſori veniunt etiam fructus,
tamquam pars poſſeſſionis, etiam ſi de illis non fuerit
facta mentio Poſth. *de manutent. obſeru.* 74. *num.* 14. Ro-
ta *poſt ipſum deciſ.* 17. *numer.* 2. & 3. *coram Bich. deciſ.* 465.
num. 2. & *deciſ.* 577. *num.* 4. propterea cum Signatura ſe-
3 quendo ordinem iudicij † attentatorum, quod non ad-
mittit appellationem Lancellot. *de att. par.* 3. *cap.* 28. *à*
num. 29. & *ſeq.* Rota *in recent. deciſ.* 52. *numer.* 14. &
ſeq. par. 11. reſcripſerit cum clauſula ſine præiudicio,
4 † ea hac præſeruata ſuit iuriſdictio Iudicis à quo, non
ſolum liquidandi fructus Rota *coram Buratto deciſ.* 641.
num. 18. *coram Eminentiſſimo Ottbobono deciſ.* 166. *numer.*
9. & *deciſ.* 128. *numer.* 4. & 5. Sed etiam expenſas, tam
5 iudiciales, quam extraiudiciales, † ac damna, & in-
tereſſe, cum & iſta, ac illos pro effectiua purgatione at-
6 tentatorum, † attentans tenere teneatur, vt de fru-
ctibus Lancellot. *de attem. par.* 3. *cap.* 21. *numer.* 35. & *ſeqq.*
cum alijs per Rotam *deciſio* 247. *numer.* 1. *part.* 10. *re-*
7 *centior.* & de expenſis, † damnis, & intereſſe Rota
coram Carill. deciſio 55. *numer.* 9. & 10. *coram Celſo de-*
ciſ. 133. *num.* 5. & *in recent. deciſ.* 29. *à num.* 14. & *ſeq.*
par. 16.

In omnem verò caſum, quatenus de iuriſdictione po-
tuiſſet dubitari, † omne dubium ſuſtulit conſenſus præ- 8
ſtitus electioni Periti, ac probationibus factis ſuper li-
quidatione, utque vlterius ipſum decretum taxationis ap-
probatum, dum ab eo reclamatum non fuit, ſed tan-
tum appellatum, & commiſſio obtenta ab exceſſiua;
Vnde ad formam commiſſionis ſolum de exceſſu inqui-
rendum eſt, † vt alias conſiderauit Rota *in recent deciſ.* 9
186. *ſub num.* 4. *verſ. quia vltra parte* 15. & *deciſ.* 28. *num.*
7. *par.* 16.

Neque conſtat de exceſſu, qui non præſumitur, † ſed 10
plenè, & concludenter ab allegante probari debet Rota
coram Dunozett. iun. deciſ. 948. *num.* 2. *coram Celſo deciſ.* 265.
numer. 1.

Primus enim exceſſus deductus ex eo, quod fuerint li-
quidati fructus à die motæ litis, cum tamen in exequu-
tionem mandati de manutenendo eſſent ſolum liquidan-
di à die petitæ † manutentionis, iuxta opinionem, quam 11
ſeruat Rota *deciſ.* 317. *numer.* 1. *par.* 1. *recentior.* cum alijs
per Adden ad Buratt. *deciſ.* 166. *litera A.* non ſubſiſtit,
nam vltra, quod ea non habet locum, quando fructus non
ſunt acceſſorij ad rem aliquam in lite deductam, ſed prin-
cipaliter † tamquam ſors debentur, eo quia colliticgun- 12
tes nullum ius in Stagno habebant, ſed tantum fructus
Piſcationis, quos ad tempus conduxerunt, & ſuper eorum
perceptione litigarunt hoc enim caſu veniunt † à die mo- 13
tæ litis Adden ad Buratt. *deciſ.* 186 *litera A. verſ. ſecus*
quando Rota *in rec. deciſ.* 9. *n.* 14. *par.* 8. & *deciſ.* 245. *n.* 35.
& *ſeqq. par.* 17. reſponſum fuit mandatum de manu-
tenendo fuiſſe conceſſum pro purgatione attentatorum,
quod non immutat naturam iudicij, † nec impedit quin 14
ex eorum priuilegio fructus recuperari poſſint Rota *coram*
Seraph. deciſ. 1176. *numer.* 6. quam ſequuntur Fontanell.
de pact. nupt. clauſ. 7. *gloſſ.* 3. *part.* 10. *numer.* 10. Poſth. *de*
manutent. obſeru. 10. *numer.* 84. quapropter cum à tempo-
re motæ litis Aſcentius Poſſeſſor fructibus priuatus fuerit,
per attentatam retroceſſionem affictus, & nouam ſocie-
tatem cum alio contractam, † attentans tenetur repo- 15
nere rem, & paſſum attentata in priſtinum ſtatum, me-
diante reſtitutione fructuum, & expenſarum Lancel-
lot. *de attentatis part.* 3. *cap.* 29. *à numer.* 14. & *ſequent.*
Rota *coram Buratt. deciſio* 356. *numer.* 4. *coram Dunozet.*
iun. deciſ. 978. *num.* 6. *coram Carill. deciſ.* 210. *num.* 3. *coram*
Bich. deciſ. 125. *num.* 1. & *deciſ.* 534. *nu.* 3. & 4. & *coram Celſo*
deciſ. 30. *num.* 1.

Eadem quoque ratione tollitur obiectum, quod pro
facienda liquidatione fructuum debebat fieri calculus de
integro ſexennio affictus, non autem de quatuor annis
tantum, vt damna primi Biennij compenſarentur cum
vtilitatibus ſubſequentium annorum, atque appareat
quis ex ſocijs eſſet creditor, vel debitor, † quidquid enim 16
ſit de lucro, vel damno, & de credito, vel debito, de hoc
nunc agi non debet, nec poteſt, tamquam extra litem, † 17
& iudicatum, ſed ante omnia ſunt purganda attentata
Lancellot. *de attentatis par.* 3. *cap.* 30. *nu.* 153. & *ſeq.* Ridol-
phin *in Prax. par.* 2. *cap.* 15. *num.* 40. Rot. *coram Gregor. dec.*
46. *nu.* 1. & *ſeq.*

Secundus exceſſus deſumptus ex eo, quod fructus liqui-
dati fuerunt iuxta ſtatum præſentem Stagni, poſt retro-
ceſſionem affictus notabiliter, vt prætenditur immuta-
tum, & cum magna impenſa prius ſcut. 781. & poſteà ſcut.
2150. magis fructiferum redditum, ceſſat ex facto, quo-
niam Dux Matthæius Dominus Stagni ex inſtrumento
locationis erat obligatus ea durante expendere ſcut. 1300.
pro repurgandis formis, & foueis, tam ipſius Stagni, quam
illa à flumine Arronis in illud aquam ducente, alijſque
peragendis ad arbitrium conductorum, prout magis vtile
fuiſſet; in hanc cauſam intra triennium impenſa fuerunt
ſupradicta ſcuta 781. in computum penſionis affictus iux-
ta conuentiones inter eos factas, cum ordine Ducis à con-
ductoribus operarijs ſoluta, de his igitur; tamquam im-
penſis ante affictus retroceſſionem, non eſt habenda aliqua
ratio; Alia verò ſcut. 2150. erogata fuerunt de proprijs pe-
cunijs ab ipſo D. Duce poſt retroceſſionem in conſtruendis
duobus ageribus lapideis, quos vocant in caſtru fluminis
Arronis, quorum vnum deſeruire debebat pro commodi-
tate auertendi inundationes in Prata, & alias Partes Ca-
ſalis Macchareſij, & hoc nihil habet commune cum Sta-
gno.

gno. Aliud autem pro educenda aqua in Stagnum; Verum ex eo non fuit mutatus illius status, nec melioratus in sui substantia, quia hæc in castra iam aderant, sed erant lignea, ideò Dux continuis expensis, quas facere tenebatur in illis reparandis, consulere volens, ea fieri fecit ex muris lapideis perpetuò duratura; non tamen propter hoc vberiores fructus percepti fuerunt, vt experientia demonstrauit, cum maiores fructus reddiderit Stagnum in anno antecedenti hoc lapideum opus, quam in annis subsequentibus; Neque vnquam fuit probatum contrarium, quamuis ante factam taxationem coram Reuerendissimo Decano, Angelus ad hunc effectum dederit articulos, sed non curauit super eis testes examinare, quia ex rei euidentia hæc prætensio redditur improbabilis.

Nec releuat, quod Angelus suo labore, cura, & industria dicta incastra constituenda susceperit, cum hoc non fecerit, nec operam suam posuerit intuitu Societatis, sed vti tertia persona, & minister Ducis, à quo, & pro conuento pretio perficienda conduxerat; quod adeò verum est, vt Dux hanc summam non retulerit in suis priuatis Codicibus inter expensas Stagni, sed inter illas Casalis.

Tertius excessus appositus ex calculo pensionis, quæ iuxta primum affictum erat scut. 3100. & tamen in liquidatione à perito facta fuit calculata in scut. 2900. pensio conuenta in secundo affictu tollitur pariter ex facto, quia in primo affictu fuere conuentæ nonnullæ anticipatæ solutiones in scut. 800. & expensæ in scut. 1300. & aliæ expensæ bonificandæ in affictibus futuris, & aliæ destinatæ Dominis directis Tenutæ, seu Stagni, propter quas annua pensio conuenta fuit inæqualiter ibi: Quinto si conuiene, che dedotte tutte le sudette somme &c. & ibi: Si obligano, e promettano di pagare à Sua Eccellenza di anno in anno cioè il primo anno scudi 2092. 25. il secondo, terzo, quarto, e quinto anno scudi 2392. 25. & il sesto anno scudi 1592. 25. quæ inæqualitas in secundo affictu reducta fuit ad æqualitatem scut. 2900. sequuta à Perito, vti facta ab ipsis met Partibus, & potius damnosa Ascentio in minoribus summis difformibus obligato.

Quartus excessus consistens in aliquibus nominibus debitorum ex pretio piscium inexactis, quæ pro pecunia in liquidatione fuerunt relata, quod fieri non poterat, cum illa inter socios essent diuidenda, non respicit substantiam ipsius liquidationis, ita vt dici possit excessiua in quantitate, sed tantum modum solutionis, idcircò si sunt verè inexacta in exequutione illa Ascentius recipiet, cum hoc tamen, quod tradantur iustificationes, cum quibus debitores possint conueniri.

Quintus excessus prætensus circa scut. 175. 45. quod est lucrum Cottij piscium, ad quem non teneri dicebat Angelus, cum sit lucrum extra societatem, nec minus subsistit; quoniam illud prouenit ex Cottio piscium eiusdem Stagni, de quo antequam Ascentius electus fuisset à societate, participabat, idcircò, vt ipse pro
18 purgatione † attentatorum, reponatur in pristinum statum ea loco damnorum sunt reficienda Rota *coram Dunozet. iun. decis. 458. numer. 21. coram Bich. decisio. 125. num. 2. & 3.*

Quò verò ad expensas duo excessus obijciebantur; Vnus scilicet, quod non erant taxandæ, nisi illæ factæ circa attentata, alter, quod inter eas non erant ponendæ extraiudiciales, cum fuerit discussum bonum
19 ius simul cum attentatis, † verum neutrum releuat, nam vltra, quod primus cessat, ex quo ferè omnes apparent factæ post commissa attentata, responsum fuit nunc adesse etiam rem iudicatam super bono iure, & quantitatem expensarum iudicialium, & certam, etiamsi omnes non fuissent factæ pro attentatis, attamen ad euitandos inanes circuitus ex æquitate, quam atten-
20 dere solet Rota, † *vt in decis. 60. num. 2. par. 2. recent. & decis. 38. num. 15. coram Peutinger.* omnium taxatio sustine-
21 neri debet. † Extraiudiciales verò esse reficiendas in iudicio attentatorum loco damnorum, & interesse sæpè decisum fuit à Rota *coram Carill. decis. 384. num. 7. & seq. coram Celso decis. 247. num. 21.* & si Angelus in eorum discussione voluit semper opponere suum bonum ius, nihil refert, nec natura iudicij mutata fuit, dum tam pri-
mus Iudex, † quam Rota ad partis petitionem, proces- 22
serunt via priuilegiata attentatorum, vt distinguit Rota *coram Dunozet. iun. decis. 835. num. 3. & 4.*

Et ita vtraque Parte informante resolutum fuit.

REVERENDISS. D. ALBERGATO

Sacræ Rotæ Decano.

Romana Locorum Montium.

Veneris 14. Iunij 1680.

ARGVMENTVM.

Solidatio computorum à debitore prætensa non probari visa est ex emptione, de pecunijs administratis ab administratore suo proprio nomine facta, minus etiam ex contrapositione partitarum sine interuentu, & voluntate creditoris in suis libris apposita, maximè quia ijdem libri nec fuerant mercantiliter tenti, & plures etiam defectus habebant, vt proindè contra ipsum, non autem pro eo scribente probare visi sint.

SVMMARIVM.

1 *Relationi periti standam est, donec de errore calculi doceatur, maximè si iudicialiter de consensu partium sit electus.*

2 *Emptio præsumitur facta nomine proprio, & ad sui commodum, non autem ad commodum, & in exonerationem debiti alterius.*

3 *Administrator non potest sibi soluere, si solutionis periculum in sui damnum cederet, & à Domino approbari non potuisset.*

4 *Creditor, & administrator si plura contra dominum habebat credita, potest prius solutionem eligere pro creditis pecuniarijs, quam pro alijs.*

5 *Contrahere vnusquisque præsumitur pro se ipso, non autem pro alio, amplia vt n. seqq.*

6 *Vtilius prout sibi magis est, quilibet actum fecisse præsumitur.*

7 *Libri defectuosi possunt etiam in sola parte approbari, & in alia parte reijci.*

8 *Libri mercatoris, si non sunt mercantiliter tenti, nullam fidem merentur.*

9 *Solidationes à mercatore factæ in suis libris, per descriptionem, & contrapositionem partitarum, sine consensu partis illi non suffragantur.*

10 *Solidationes computorum, illorumque approbationes, quia continent confessiones inter partes ab vtraque ipsarum simul faciendæ sunt.*

11 *Computorum solidatio continere debet data, & accepta hinc inde, & ideo ab vna tantum parte fieri non potest.*

12 *Partita in libro mercatoris descripta, & perfecta, non potest cum nouis additionibus, seu cassationibus variari, & vt dicitur, zerari.*

13 *Libri mercatoris plures habentes defectus, non merentur fidem pro se, sed solum contra.*

14 *Verba interpretari debent secundum mentem, & intentionem proferentis, maximè si secundum illam satis, superque verificantur.*

15 *Obligatio cameralis, & intentio actoris clara non admittit exceptiones requirentes altiorem indaginem.*

DECISIO CCCCXIII.

FVit hodie nouo examini subiecta resolutio capta coram me 7. Februarij præteriti in fauorem D. Mauritij Girbaldi, & Rota sterit in decisis pro executione mandati relaxati à Iudice deputatu ab A. C. contra Gherardum pro reemptione octo Locorum Montium residualium ex locis 31. ÷ eidem accommodatis, & fructuum solutione, sine tamen præiudicio maioris summæ, &, Iurium partium, cum firmus remanet calculus Periti, qui

qui retulit D. Mauritium adhuc remanere liquidum cre-
ditorem Locorum decem cum dimidio Montis Restau-
1 rati primæ erectionis, † cui calculo standum est, donec de
errore doceatur, & multò magis cum Peritus fuerit iudi-
cialiter de consensu partium electus, Rota *coram Dunoz.
iun.decis.677.n.14.& decis.985.n.11.in rec.dec.369.n.1.*

Nec subsistit, quod loca quatuordecim Montis Restau-
rati secundæ erectionis per D. Mauritium empta die 22.
Octob. 1667. referenda sint ad computum, seù creditum
Gherardi, & in exonerationem locorum, quæ promi-
sit reemere, sub prætextu, quod empta fuerint ex pe-
cunijs receptis ab Abbate Viario in summa scutorum
1570. 75. Etenim vltra quod non constat de identitate pe-
cuniarum, cum nullibi appareat de illarum deposito,
DD. aduerterunt ex pecunijs exactis à d. Viario soluta
fuisse per D. Mauritium sc. 360. Iulio Valerio iuueni Ghe-
rardi in Vrbe relicto ad faciendum eius negocia pro eius-
dem Gherardi seruitio comprehensa in summa scut. 444.
bonificatorum à Perito, & quod insuper D. Mauritius
erat creditor scut. 385. 66. pro fructibus locorum Mon-
tium accommodatorum vsque tunc decursis, de quibus
pariter habuit rationem Peritus in sua relatione, vnde
d. summa exacta à Viario redigebatur ad scuta 825. vl-
tra alia eius credita clara, & iustificata, etiam extra
partitas librorum Gherardi relata pariter à Perito. Ita-
que non solum dicta prætensio Gherardi remanet desti-
tuta omni probatione, ac etiam præsumptione, sed pe-
nitus excluditur, cum ex dictis scutis 825. non posset
fieri emptio locorum 14. & præsumptio sit in contra-
rium, scilicet quod D. Mauritius gesserit negocium
2 suum, † & non negocium Gherardi, & sic quod emerit
pro se, & pro ipsius computo, & non in exoneratio-
nem illius, Bartol. *in l. gerit 87. sub num. 24. vers. secundo
modo*, Salgad. *in labyrint. credit par.2.cap.20. n. 26.* maxi-
mè cum posset dari casus, quod pretium locorum Mon-
tium ex improuisa extractione, aut fructuum reductio-
3 ne decresceret, † quo casu diminutio pretij eius damno,
seù periculo cessisset, quia Gherardus emptionem non
approbasset, vt aduertit Salgad. *d. cap. 20. n. 25.* Acce-
dente vlterius quod non erat eadem qualitas Montium,
dicta enim loca 14. Montis Restaurati tertiæ erectionis,
& loca mutuata, quæ Gherardus debebbat reemere,
erant Montis Restaurati primæ erectionis, & sic eò mi-
nus prætendi potest facta emptio ad commodum Ghe-
rardi, qui etiam ex isto capite potuisset illam impu-
gnare.

Minusque prætendi potest, quod referri debeant ad
computum locorum accommodatorum in exoneratio-
nem Aduersarij loca decem Montis Subsidij quartæ ere-
ctionis, empta die 19. Decemb. 1667. ex quo acquisi-
ta fuerint ex scutis 1544. existentibus in Bancho S. Spiri-
tus ad creditum Gherardi ad dispositionem etiam D.
Mauritij. Etenim de his quoque constat erogata fuisse
scuta 600. in creationem vnius cambij ad ipsius fauo-
rem contracti, quibus detractis remanent sollummodo
scuta 944. insufficientia pro emptione locorum decem
Montis Subsidij, quorum pretium currens excedebat
scuta 1100.

Ex creatione autem d. cambij ad fauorem D. Mauri-
tij, confirmatur, quod ipse voluit sibi satisfacere de
4 suis creditis † pecuniarijs, quod facere potuisse non du-
bitatur, vt in præcedenti *decis.* firmatum fuit *§. Nec
illiquidum, & duob. seqq.* & exclusa remanet prætensio,
quod dd. loca decem empta fuerint in exonerationem
Aduersarij, cui sufficere debet, quod prædictæ duæ
exactiones factæ à Viario, & à Bancho S. Spiritus ei
bonificatæ fuerint à Perito ad computum fructuum lo-
corum mutuatorum vsque tunc decursorum, necnon
propriorum creditorum pecuniariorum ipsius, ac solu-
tionum factarum pro Aduersario, & quod pro eo,
quod ex vtraque exactione superfuit, voluerit habe-
re pro reemptis tot loca, quot emi poterant, prout
calculauit Peritus, cui reemptioni D. Mauritius profi-
tetur consensisse ex gratia.

Nec etiam subsistit prætensio, quod ex pecunijs re-
missis D. Mauritio à D. Io. Carolo Serra in summa scut.
1785. de anno 1672. ipse reemerit loca nouem Montis
Restaurati ad computum, seù in exunerationem Ghe-
rardi. Etenim cum medio tempore, quod intercessit
inter dd. duas primas exactiones, & istam de-
currissent fructus locorum non reemptorum, etiam cum
supposito, quod ex residuo dd. primarum exactionum ha-
beantur pro reemptis tot loca, quot emi poterant, & pro
Gherardo factæ etiam fuissent aliquæ solutiones Pensio-
narijs, vigore cedularum Bancharium, & pro alijs causis,
quæ summæ simul cumulatæ ascendunt ad scut. 464. 51. vt
in relatione Periti litera N. & O his ex d. summa deductis,
remanebant solummodo scuta 704. vt in d. relatione lit. P.
Quapropter non poterat D. Mauritius facere emptionem
locorum nouem ad computum, seù in exonerationem
Gherardi, cum dicta summa vix posset esse sufficiens † 5
pro locis sex. Cumque quisque præsumatur contrahere
pro se ipso, & non pro alio, Tiraquell. *de retract. consanguin.
§. 10. num. 4 in principio*, † & prout sibi vtilius est, Surd. *cons.* 6
19. num. 28. Menoch. *præsumpt. 136. nu. 16. lib. 3.* consequen-
ter ista emptio non potest præsumi facta in exoneratio-
nem Gherardi, maximè cum ista quoq; loca essent diuer-
sæ qualitatis ab illis, quæ debebant ad fauorem D. Mau-
ritij reemi, nempè Restaurati tertiæ erectionis, qui etiam
ad maiorem exclusionem prætensionis Aduersarij osten-
dit eodem tempore sibi emissa alia loca Montium, vndè
eo minus referri possunt in causam Gherardi, cui debet
sufficere, quod ex residuo quoque dictæ summæ habean-
tur pro reemptis tot loca, quot emi poterant, nempè sex,
vt calculauit, & refert Peritus d. lit. P.

Non fuit admissa impugnatio creditorum D. Mauritij
calculatorum à Perito in summa scutor. 1901 compre-
hensis tamen fructibus locorum Montium, & scut. 444.
solutis Iulio Valerio pro seruitio Gherardi, in diminu-
tionem duarum primarum exactionum, quas facta di-
cta deductione, retulit remansisse in scut. 1213. 39 & ex
his emi potuisse loca decem Montis Subsidij quartæ ere-
ctionis, vt in eius relatione lit. H. I. & L. Etenim quan-
titas fructuum decursorum est sine controuersia, solutio
dd. scutorum 444. facta d. Iulio Valerio iuueni Gherardi,
& pro eius seruitio approbata fuit in præterita decis. &
nunc iterum, alia verò credita Mauritij remanent iu-
stificata ex solutionibus per eum factis cum ordinibus
Gherardi, & ex receptis sub eis, & respectiuè ex libris
Aduersarij, † qui possunt acceptari in parte, & reijci 7
in alia, stantibus pluribus librorum defectibus notatis
in præterita *decis. §. & quoad defectus*, & in præcedenti-
bus, ac etiam quia non fuerunt mercantiliter tenti, † ita- 8
ut nullam fidem mereantur pro Sribente.

Proindè eò minus habita fuit ratio de duabus partitis
in dd. libris descriptis, quas Gherardus prætendit præse-
ferre solidationem computorum vnius, vsque ad certum
tempus & alterius vsque, & per totum annum 1655.
ex quibus Gherardus prætendit excludere existentiam
aliorum præcedentium creditorum. † Cum enim dd. 9
prætensæ solidationes factæ fuerint per ipsummet debi-
torem in suis libris per descriptionem, & contraposi-
tionem partitarum, absque interuentu, & approba-
tione D. Mauritij, qui primam scutor. 453. 90. ad eius
debitum descriptam expressè negat, & impugnat, vti
non iustificatam, & relatiuam ad computa præcedentia,
de quibus non constat, aliam autem scutor. 500. ad ipsius
creditum descriptam, ex qua proindè eius creditum in
d. summa augeretur, quam nihilominus in suspenso
relinquit, ad euitandam disputationem, an impor-
tet solidationem, seù creditum diuersum, super quo
data fuit attestatio Negotiantium, quod importet cre-
ditum diuersum, impressa post relationem Periti, non
possunt admitti ad liberationem Aduersarij ab eius de-
bito, quia hoc esset probare solutionem ex assertione,
seù dicto debitoris, & tantò minus cum eius libri, ob
defectus in præterita decisione notatos, non merean-
tur fidem, solidationes enim computorum, illorumq;
approbatio † tamquam importantes, seù continentes 10
confessionem inter partes debent fieri ab ambabus, ad
effectum, vt inter eas probent, eisque præiudicent,
Gratian. *discept. 728. num. 1. & 2.* & si debent contineri
data, † & accepta hinc inde, vt ait Angel. Aretin. 11
cons. 48. num. 15. in princip. si ab vna tantum parte fiant,
non debent admitti.

Et eo minus admissa fuit à DD. prætensa duplicatio
partitæ scut. 200. descriptæ in libro, in quo retentum
fuit computum nuncupatum de Caproni, quæ Ghe-
rardus scripsit sibi soluta fuisse in contanti, reportata
in margine summa, vt solent facere Mercatores ex qua
reman-

remansit perfecta, quæ postea fuit cassata, seù zerata, cum additione aliarum partitarum, & alia noua cassatio-
12 ne, seù zeratura summæ marginalis. Etenim † stari debet d. primæ partitæ, quæ erat perfecta, nec placuit DD. attendere additiones cum cassationibus postea factis, dum etiam post primas, adest alia quoad pretium vini, quæ exaduerso admittitur facta ex interuallo, & in qua conuincitur, dumque etiam tot defectus notati sunt in alijs
13 eius libris, † vt fidem non mereantur pro se, sed solum contra.

Nec integra satisfactio D. Mauritij desumi potest ex epistola eiusdem, in qua de anno 1672. cum aduenit remissa supradicti Io. Caroli Serræ scripsit: Aspettauo che mi dicesse, che mi ricompri il resto de' luoghi de Monti, che gl'imprestai tanti anni sono con li frutti &c. perche è negotio, che stà ben finito. Quia ex huiusmodi epistola non resultat sufficiens probatio, quod ex præcedentibus computis ipse remanserit de alijs locis mutuatis satisfactus, quia supererant reemenda, vltra loca quinque iam ab ipsomet Gherardo reempta de anno 1665. alia loca 26. ÷ & in
14 hoc † sensu debent intelligi dicta verba ex mente proferentis, in quo satis superque verificatur Aymo *cons.* 236. *num.* 11. Rota *decis.* 311. *num.* 10. *par.* 12. *recent. & coram Buratto decis.* 443. *num.* 3. & ibi addens *num.* 5. Itaque cum hodie
15 agatur de executione obligationis Cameralis † actio competens D. Mauritio sit clara, non sunt admittendæ exceptiones, & oppositiones turbidæ, & altiorem indaginem requirentes.

Cumque etiam satisfaciat prædictis, & alijs obiectis preterita decisio, superfluum visum est eadem repetere.

Et ita, vtraque &c.

Supra in hac eadem parte adsunt aliæ binæ decis. in hac causa, quæ sunt in ordine 405. & altera hic inferius 415.

REVERENDISS. D. ALBERGATO

Sacræ Rotæ Decano.

Romana Fideicommissi Ioannis Petri Senioris de Caffarellis.

Veneris 2. Maij 1681.

ARGVMENTVM.

Ad effectum concedendi fideicommissario immissionem super bonis fideicommissi, deciditur primo qualiter probetur possessio bonorum defuncti, illiusque continuatio præsumatur vsque ad obitum, & etiam, an iustitia, vel iniustitia possessionis, vel nudum factum probari sufficiat, Secundo quatenus transactio grauati, sibi potius, vel fideicommisso quæratur, Tertio adhuc super possessione, & dominio bonorum paternorum tractatur, quæ filij propria fuisse asseruerunt, Quarto demum de creditore paterno ab eisdem filijs dimisso, quatenus nempe ille cum pecunia, vel de effectibus patris, aut proprio ære persolutus sit.

SVMMARIVM.

1 *Possessio probatur ex sententijs latis super iure pascendi.*
2 *Venditio herbarum cum successiua receptione pretij probat possessionem.*
3 *Possessio præsumitur continuata vsque ad obitum, si de intermedia interruptione non docetur.*
4 *Possessio defuncti in necessarium antecedens probatur ex perceptione fructuum in eius vita decursorum, ab illius hæredibus facta.*
5 *Transactio facta ab hærede grauato quatenus cedat ad commodum fideicommissi, non autem in propriam sui vtilitatem conuertatur, & num. seqq.*
6 *Verbum* hæres *non dicitur stare demonstratiuè, si actus non nisi hæreditario nomine fieri poterat.*
7 *Verbum* hæres *in fine orationis appositum, qualificat personas omnium supra espressorum, & vnicuique qualitatem hæreditariam attribuit.*
8 *Transactio hæredis, titulo hæreditario facta censetur, si alio titulo fieri non poterat, cum aliàs nullum ius transigenti competeret.*
9 *Hæres si in transactione condonauit prætensionem, quæ ad defunctum spectabat, vtique hæreditario nomine, non autem propria transegisse dicitur.*
10 *Hæres de fructibus, aut alijs rebus hæreditarijs, non nisi vbi hæres disponere potest.*
11 *Transactio facta ab hærede adhuc in possessione existente, non præbet nouum titulum possidendi, sed antiquum conseruat, quia non causa nouationis facta dicitur.*
12 *Hæres aliud est, quod transigendo acquirat possessionem, illamque à verò Domino habeat, aliud verò si iam in possessione erat, & transigens Dominus non esset.*
13 *Sententiæ ab vtraque parte approbatæ non possunt amplius de nullitate, vel iniustitia, redargui.*
14 *Cessio iurium reportata ab hærede nouum titulum non importat, sed solum antiquum dominium conseruat.*
15 *Stipulatio facta à grauato pro se, & hæredibus intelligitur de hæredibus, & successoribus vocatis ad fideicommissum, & num. seqq. vbi vide.*
16 *Verbum* pro hæredibus *appositum in transactione, facta à grauata, intelligitur solum pro summa ab eodem grauato soluta, & num. 27.*
17 *Hæres grauatus, si transigendo aliquid de proprio persoluit, efficitur creditor fideicommissi.*
18 *Possessionis defuncti iustitia, vel iniustitia non attenditur in summarijssimo immissionis iudicio.*
19 *Iustitia, & iniustitia possessionis dicuntur exceptiones requirentes altiorem indaginem.*
20 *Immissionem, vt hæres, vel fideicommissarius obtineat, sufficit, docere defunctum in possessione obijsse.*
21 *Possessio capta vigore sententiarum præsumitur legitima.*
22 *Obseruantia turbida, & æquiuoca non suffragatur*
23 *Possessio defuncti ex quibus dicatur sufficienter probata.*
24 *Dominium bonorum patris enunciatum à filijs vti proprium, intelligitur de improprio, quod ijdem filij quodammodo dicuntur habere etiam in vita patris.*
25 *Filij imponentes censum super bonis patris tanquam proprijs, si illius ratificationem promiserunt, dicuntur agnouisse bona spectare ad eumdem patrem, & sup numer. 24.*
26 *Promissio de rato fi ussitatoria fuisset, si quis dominus absolutus extitisset.*
27 *Cessia reportata non in totum, sed pro sola summa soluta, pernecesse conuincit non totum creditum, sed solam illius partem fuisse quæsitam.*
28 *Filius dimittens creditorem patris, si non in totum, sed pro aliqua parte sibi cessionem reportauit signum euidens pro remanenti parte, de illius pecunijs ipsum fuisse solutum.*
29 *Enunciatiuæ pro enunciante non probant, eo magis si principaliter de enunciato disputatur.*
30 *Enunciatiuæ debilitantur, vel etiam corruunt, si quis fecit actum illis contrarium.*

DECISIO CCCCXIV.

POst resolutionem captam coram me 29. Aprilis 1678. pro immissione Dominorum Ducis, & fratrum de Caffarellis post obitum D. Petri in possessionem prædiorum, seù Casalium S. Laurentiæ Fontis Virginis vulgo la Caffarella, & Domus sitæ in Vrbe, & alterius in Ciuitati Tiburis causam reproposui 20. Februarij 1679. & cum D. Petrus prætenderet assem hæreditarium absorberi à detractionibus sibi debitis Rota dilata resolutione mandauit firmari statum hæreditarium ad quem effectum fuit à partibus concorditèr electus peritus pro cuius relatione formitèr fundanda statuendum esse dicebat D. Petrus, An Casalia prædicta connumeranda essent, nec ne inter bona hæreditaria Ioannis Petri fideicommittentis, prout connumerauit antecedens decisio, seù potiùs ad hæredes illius, qui transegerunt super Casale S. Laurentiæ cum cl. mem. Antonio Columna, & iuxtà prætensionem D. Petri possidebant de tempore obitus Testatoris Casale Fontis Virginis quamo-

quamobrem ad eiusdem instantiam subscripsi particulare
dubium : An quoad concordiam cum DD. Columnensi-
bus, & Casale Fontis Virginis esse standum, vel receden-
dum à decisis & respectu vtriusque standum esse in decisis
responsum fuit.

Etenim Casale S. Laurentiæ fuisse possessum à Ioanne
Petro, tàm ante, quam de tempore mortis probatum re-
1 manet, † non solùm ex sententijs latis ad illius, & fratrum
fauorem super iure pascendi approbatis ab Incolis Ardea-
tinis Collitigantibus in transactione postmodum inita, ve-
2 rum etiam ex venditione hærbarum † locationibus cum
successiua pensionum exactione, & ex alijs de quibus in
præterita decisione §. *identitas* quæ possessio præsumenda
3 † est continuata vsque ad obitum donec doceatur de inter-
media interruptione, quæ tantum abest, quod à D. Petro
Iustificetur, quod imò contrarium deducitur ex perceptio-
ne, & exactione affictuum decursorum illius vita durante
4 † ab hæredibus facta, quæ in necessarium antecedens sup-
ponit illius possessionem, quam etiam supponit Rota *dec.*
205. *par. 7. recent.* & probat prima decisio §. *ista autem*.

Nec visum est subsistere repetitum motiuum, quod per
transactionem super Casale initam inter filios Ioannis Pe-
tri, & Colemnenses illud fuerit transigentibus acquisitum
independenter ad fideicommissum ita illorum proprium
patrimonium non autem, quod hæreditarium Ioannis Pe-
tri reputandum veniat, quia cum filij prædicti etiam essent
hæredes Patris, vt liquet, tàm ex prædicta exactione affi-
ctuum Casalis decursorum in vita Patris, ac ex alijs acti-
bus, qui citrà ius, & nomen hæredis fieri non poterant
quam ex eo, quod expresse vti hæredes transegerunt ibi:
DD. Ascanius, & Prosper Caffarellus fratre germani,
& bo. me. Ioannis Petri filij, & Ioannis Andreæ eo-
rum patrui respectiuè hæredes: Quod etiam pluries re-
petieruot in eadem transactione profitendo se contrahere
quibus supra nominibus, & resultat ex distributione quo-
sæ ipsius acquisitionis facta per transigentes, iuxta mo-
dum quo possidebatur per eorum authores, assignando
medietatem Marco ex persona Bernardini eius auctoris,
& alteram medieratem cæteris transigentibus licet essent
numero plures habito respectu ad eorum auctores, qui
medietatem tantum eiusdem tenimenti acquisiuerant, &
possederant.

5 Indè sequitur, quod traosactio hæreditario nomine †
per hæredem grauatum stipulata cedat ad commodum fi-
deicommissi non autem in propriam, & particularem
vtilitatem ipsius grauati, vt vltrà allegatos in præterita
decisione plures alios refert Vrceol. *de transact. quæst.* 82.
per tot. absque eo, quod relucet responsio, quod ver-
bum: hæredes stet demonstratiuè, & propter dictionem
illam respectiuè referatur ad Ioannem & Andream pa-
6 truum, † non verò ad Ioannem Petrum Patrem, † quia cum
7 traosactio non potuerit fieri nisi hæreditatio nomine, vt
mox dicetur nequit illud verbum hæredes stare demonstra-
tiue, & cum sit appositum in fine orationis dictio respe-
8 ctiuè operatur æqualiter, † quoad omnes, & vnicui-
que qualitatem hæreditariam attribuit Fusar. *quæst.* 148.
num. 46. & qualificat totam orationem Mantic. *decis.* 52.
num. 2. *&* *decis.* 509. *num.* 8. *par.* 1. *&* *decis.* 167. *nu.* 5. *&* 6
par. 6. *rec.*

Transactionem vero non potuisse fieri alio titulo, quam
hæreditario desumitur ex eo, quod lis fuerat super Ca-
sale agitata viuente Ioanne Petro, & illius filij subiline-
9 re eandem non poterant nisi vti † hæredes, nam vti par-
ticulares personæ, sine titulo hæreditario super dicto Ca-
sale nullum ius habebant, & cum eis nisi fuissent hære-
des transactio cadere non poterat, ac etiam, quia re-
miserunt, & condonarunt Columnensibus scuta 40000.
10 ab illis debita † pro fructibus restituendis Ioanni Petro,
ad quos damnati fuerant per sententias eidem fauorabiles,
quarum vigore ille possessionem Casalis adeptus fuit,
quod apertè conuincit dictos filios, vti hæredes ad tran-
sactionem deuenisse, nam aliàs de huiusmodi fructibus
11 ad hæreditatem † spectantibus disponere nequiuissent,
& titulo transigendi caruissent ex relatis per Vrceol. *d.*
quæst. 82. *sub numer.* 21. & respondit *R. P. D. de Luca de fi-
deicommissis discur.* 172. *num.* 4. *& seqq.* & aduertit Rota
in Romana Casalis 18. *Iunij* 1660. *coram Eminentissimo Cer-
ro*, & in præterita decisione §. *prout non releuat*.

Quod eo magis dicendum venit ex quo dicti filij Io-
annis Petri de tempore transactionis reperiebantur in pos-
sessione † Casalis, & ad illam deuenerunt ad redimen- 12
das vexationes iura iuribus addendo quapropter ex ea non
acquisiuerunt nouum titulum possidendi, seù dominium,
sed antiquum ex primo titulo hæreditatio conseruarunt,
& continuarunt, vt aduertunt Molin. *de primog. lib.* 4.
cap. 9. *sub num.* 22. vbi add. Nogueroll. *alleg.* 37. *numer.* 4.
Vrceol. *vbi supra numer.* 3. Gallegat. *de renunc. cent.* 5. *re-
nunc.* 18. *nu.* 32. Mangil. *de euic. qu.* 142. *nu.* 3.

Non obstar, quod in transactione Columnenses cesse-
rint eorum iura Caffarellis cum declaratione, quod ces-
sionarij de eis disponere possent tanquam veri Domini
vnde inferebatur ab informantibus pro D. Petro tran-
sactionem præbuisse nouum titulum possidendi, & con-
sequenter transigentes sibi acquisiuisse, quia quidquid
sit quando hæres non possider, † nec tit. hæreditatio 13
acquirit à vero Domino res ex integro, secus quando
vt hic hæredes contraxerunt vti hæredes, & reperieban-
tur in possessione, & Columnenses non erant Domini dum
per sententias declaratum fuerat Casale spectare ad Ioan-
nem Petrum quas in transactione ipsi Columnenses vti
validas, & iustas approbarunt, vnde sicuti contra illas
hodiè non potest allegari à D. Petro aliqua nullitas, aut
iniustitia dum ab vtraque parte fuerunt † pro iustis, & 14
validis acceptatæ, ità stare non potest simul, quod illi
essent Domini, quia ex eorum confessione resultante ex
approbatione sententiarum Casale pertineret ad Ioannem
Petrum, vt in specie de hæredes reportante cessionem
iurium à collitigante, † quod ea non obstante censea- 15
tur conseruatum antiquum Dominium pro fideicom-
misso pluribus relatis notat Vrceol. *d. quæst.* 82. *nume-
ro* 30.

Nec etiam releuat stipulatio pro hæredibus, & suc-
cessoribus quibuscumque, quodque transigentes solue-
rint de proprio Columnensibus, † quia dum transactio 16
facta fuit super re fideicommissaria, & titulo, ac iu-
re hæreditario huiusmodi stipulatio, vel est intelligen-
da de hæredibus, & successoribus vocatis ad fideicom-
missum, vt præter relatos in præterita decisione §. *in
nihilo firmat* Fusar. *de substit. quæst.* 338. *numer.* 18. *&
in Romana fructuum census* 22. *Iunij* 1646. §. *nec con-
trarium coram Eminentissimo Cerro*, vel quatenus esset
intelligendum de hæredibus transigentium intelligi † 17
debet pro summa de proprio soluta ab ipsis grauatis
transigentibus pro qua recuperanda grauatus transigens
efficitur creditor fideicommissi, vt dixit Rota *in Ro-
mana Primogenituræ de Bugalo* 25. *Iunij* 1672. *coram R.
P. D. meo Emerix & in eadem* 28. *Iunii* 1673. §. *fin. coram
R. P. D. meo Vicecomite*.

Et in omnem euentum in hoc summarijssimo iudi-
cio † immissionis opus non est inquirere de iustitia, 18
aut iniustitia possessionis Ioannis Petri, † & de iu- 19
re valido, vel inualido Columnensium cum sint exce-
ptiones requirentes altiorem indaginem, sed † suffi- 20
cit vocatis ad fideicommissum docere Ioannem Petrum
fideicommittentem decessisse in possessione absque di
scussione tituli eo magis, quia possedit auctore præ-
tore vigore sententiarum, quæ, vt supra fuit obser-
uatum, fuerunt in transactione habitæ pro validis,
& iustis, ac pro eis militat præsumptio validitatis,
& iustitiæ, & consequenter † possessio illarum vigore 21
adepta præsumitur legitima iuxta text. *in l. iustè possidet ff.
de acquir. possess.*

Obseruantia autem, qua oitebatur D. Petrus visa
fuit Dominis † excludi per ea quæ adducebant infor- 22
mantes pro Domino Duce, vel saltem reddi turbi-
dum, & æquiuocam, vt non valeat attendi; & ea,
quæ deducebatur ex assertionibus bon. mem Ducis Gas-
paris in aliquibus censuum in positionibus reijcitur etiam
in decisione, quæ reuidetur cum qua etiam hodie DD. tran-
sierunt.

Respectu verò Casalis Fontis Virginis vulgo la Caf-
farella fuisse possessum vsque ad obitum à Ioanne Pe-
tro, iterùm desumptum est ex instrumentis locationum
impositionis censuum, † & descriptione ab eodem 23
facta de illo in suo testamento; & ex alijs, de qui-
bus in præterita decisione §. *quo verò*, psrum refe-
rente, quod Ascanius, & fratres illius filij ipso ad-
huc inhumanis imposuerint censum super eodem asse-
rentes se Dominus, † quia huiusmodi assertio verificatur 24
in quasi dominio improprio quod habent filij, qui Patre

viuente

viuente quodammodo Domini existimantur iuxta text. *in l. in suis in princ. ff. de liberis* , *&* Posth. & manifestè
25 conuincintur , † tùm ex promissione de rato pro patre ,
26 † quæ promissio certè fuisset frustratoria si ipsi fuissent Domini absoluti, tùm etiam , quia ipsimet declararunt censum fuisse impositum nomine eorum Patris , tùm demùm , quia pecuniæ censuales vna cum alijs proprijs filiorum fuerunt ab ipsis erogatæ in extinctionem debiti paterni , & cessio iurium fuit ab illis reportata à credito-
27 re solum † pro summa excedente pecunias ad censum susceptas signum euidens , quod si census fuisset super re propria filiorum ipsi curassent pro tota summa iura sibi
28 cedi † à creditore cum hac pecunia dimisso , quod cum non fecerint , indè resultat coniectura , quod Casale erat Patris , non autem ipsorum , vt in præterita decisione §. *& clarius.*

Demùm asserta donatio Ioannis Petri de hoc Casale in fauorem filiorum ex qua prætendebatur excludi continuationem possessionis vsque ad obitum non fuit adhuc probata cum dentur duæ enunciatiuæ emissæ ab ipsis filijs
29 cum diuersis personis , † quæ non probant dùm principaliter contingit dubitari de enunciato Rot. *coram Bich. decis.* 228. *numer.* 23. Et cum posteà Casale fuerit inter
30 † ipsos diuisum tanquam hæreditarium Ioannis Petri tales enunciatiuæ valdè debilitantur , & turbidæ redduntur Rot. *decis.* 10. *num.* 32. *coram Zarate.*

Et ita vtraque &c.

Altera præfatis causæ decisio est impressa supra in hac parte 209. in ordine.

R. P. D. RONDININO.

Romana Locorum Montium.

Lunæ 2. Iunij 1681.

ARGVMENTVM.

Debitor obligatus in forma Cameræ , quia creditor sua bona administrauerat , ex pecunijs receptis , quæ in aliam causam , & in alia sua credita fuerunt conuersa , illum satisfacere prætendebat, quod cum sibi denegatum sit , ex adæquatione partitarum dati , & accepti , ad confessionem eiusdem creditoris confugit , qua ille dicebat , velle consequi residuum crediti , obligatione Camerali vallati , verum quia hæc confessio respiciebat futura , non præterita , insuper etiam, quia nec erat à debitore acceptata , sed potius impugnata , & demum quia voluntatem eiusdem debitoris habere debuerat , ob periculum solutionis , quæ in sui damnum cedere debuisset , si à Domino approbata non esset , ideò contra obligationem Cameralem , & mandata relaxata admissa non est.

SVMMARIVM.

1 D. Mauritius Girbaldus *Romanæ Curiæ causarum Patronus , ordine , & virtute primarius nuncupatur.*
2 *Creditum dicitur extinctum ex pecunijs debitoris , ad manus creditoris peruentis.*
3 *Exequutio mandati ritè , & rectè relaxati , & in vim obligationis Cameralis retardari non potest.*
4 *Creditor procurator sui debitoris quatenus sibi magis satisfacere debeat de suo credito fructifero , quàm infructifero vid. num. seqq.*
5 *Solutio imputatur in causam duriorem.*
6 *Creditor speciei , & pecuniæ simul , si ad eius manus pecuniæ sui debitoris peruenerunt.*
Potius de credito pecuniario , quam speciei dicitur satisfactus ibidem & n. seqq.
7 *Compensatio de quantitate ad quantitatem datur absque vllo facto positiuo hominis.*
8 *Compensatio in iure non datur de specie ad quantitatem.*
9 *Solutio facta à debitore suo creditori imputatur in causam duriorem.*
10 *Creditor recipiendo pecuniam sui debitoris , illum potest etiam in causam minus grauem recipere.*
11 *Creditoris voluntas recipiendi pecuniam sui debitoris in causam duriorem, non resultat ex illius epistola, quæ non perfectè concludit, & num. seqq.*
12 *Verbum,* resto, *importat complementum , & integram solutionem debiti, & num.* 13 *seqq. vbi vide.*
13 *Verbum* resto *importat quidem partem , fuisse solutam , & solutionem fuisse ceptam , non autem illam integraliter esse completam.*
14 *Verbum* residuo *potest etiam ad partem referri , si congrua aliorum verborum , & materiæ intelligentia id patitur.*
15 *Verbum* resto *importat remanere residuum, non autem illud fuisse solutam.*
16 *Voluntas creditoris sibi satisfaciendi potius de credito pecuniario , quam speciei , resultat ex conuersione pecuniæ debitoris non in speciem sibi debitam , sed in alios vsus.*
17 *Confessio creditoris super solutione sibi à debitore facta , impossibile est , quod intelligatur de toto credito , si ad sui manus , pecuniæ longè minoris quantitatis peruenerunt.*
18 *Confessio creditoris dubia , ita cum veritate facti conciliari debet , vt minus quam fieri possit confitenti noceat.*
Amplia etiam si ad hunc effectum facienda esset aliqua impropriatio verborum, ibidem.
19 *Verbum* resto *vbi dirigitur ad tempus futurum , & ad actum faciendum impossibile est, quod integram solutionem importet.*
20 *Confessio creditoris super solutione sibi ex pecunijs debitoris facienda, non importat satisfactionem.*
Maximè si expectare debet voluntatem debitoris , quæ postea sequuta non sit , vel de ea non appareat , ibidem.
21 *Debitor non dicitur acceptasse satisfactionem , quam sibi facere volebat creditor , si ab eo petijt computum sui debiti, vt illud satisfacere potuisset.*
22 *Creditor, qui debitoris consensum pro applicandis sibi pecunij debitoris expectare debuisset si de illis sibi satisfecisset.*
Periculo non approbationis , & detrimento quod exinde ei contingere potuisset , se ipsum exposuisset , ibidem.
23 *Creditor Procurator debitoris quatenus non possit illius pecuniam contra vel præter eius voluntatem , pro suo credito sibi applicare.*

DECISIO CCCCXV.

MAndatum ab A. C. relaxatum ad instantiam Domini Mauritij Girbaldi † inter Romanæ Curiæ 1
Causarum Patronos ordine , & virtute primarij contra Ioannem Franciscum Gherardum pro locis octo Montium residualium triginta .vnius cum dimidio illi accommodatorum anno 1659. vnà cum fructibus decursis à Kal. Martij 1672. & abindè citrà decurrendis exequendum esse aliàs censuit , & decreuit Rota post solitas coram Reuerendissimo Domino meo Decano duas Decisiones ,sub diebus 7. Februarij * & 14. Iunij anni proximi præteriti . Qui tamen Signatura Iustitiæ causam appellationis iterum cognoscen. mihi commisit cum ;facultate procedendi ad legitimam exequutionem , ideò DD. de more consului . An ad dictam executionem procedendum foret , qui in affirmatiuam sententiam hodiè diè consenserunt.

Sicut enim validitas eiusdem exequatur , quæ resultat ex actis , non impugnabatur à Gherardo , ità Iustitia , quæ ex præcedentibus decisionibus apparet , offuscari non videbatur ab informantibus pro eodem , qui supponentes satisfactionem debiti , & redemptionem omnium locorum accomodatorum mediantibus pluribus pecuniarum summis ab eodem Girbaldo receptis ex effectibus Gherardi sui debitoris † extinctionem actio- 2
nis

nis deducebant ex notissimo Texto *institutionum quibus modis tollitur obligatio in principio*. Siquidem ex
relatione Periti ad hunc effectum iudicialiter electi,
patet, quod calculatis in creditum Gherardi tribus par-
titis pecuniarum ad manus Girbaldi peruentis, scilicet
prima scutor. 1570. 75. exactorum 20. Augusti 1667. ab
Abbate Viario, secunda scutorum 1544. 63. exactorum
de mense Decembris dicti anni à Banco Sancti Spiritus,
vbi depositata fuerant à Iulio Valerio Ministro Gherar-
di, & tertia scutorum 5185. 18. trasmissorum anno 1672.
à Ioanne Carolo Serra ad computum eiusdem Gherardi,
& contrapositis pluribus partitis ad creditum Girbaldi,
pro totidem sibi met ipsi solutis, & respectiuè conuersis
in satisfactionem fructuum dictorum locorum montium,
& aliorum creditorum, quæ habebat contra Gherardum,
& pro alijs solutis dicto Valerio, ac quibusdam Pensio-
narijs, & alijs Creditoribus eiusdem Gherardi vigore Ce-
dularum Bancariarum ab illo subscriptarum, necnon
suppositis, & habitis pro reemptis (etiam de ingenuo
consensu Girbaldi) ad computum accommodatorum tot
locis montium, quot pro opportunitate ex residuo pe-
cuniarum, quæ penès eum superfuerunt, reemi potuis-
sent, idem Girbaldus de anno 1672. remanebat adhuc cre-
ditor locorum decem cum dimidio Montis Restaurati pri-
mæ Erectionis, vt ex computo, & relatione Periti *fol.
3. lit. Q.* vndè cum mandatum fuerit iustè relaxatum pro
3 locis octo, sine præiudicio maioris summæ, † illius exe-
quutio in vim obligationis Cameralis minimè retardari
valeat, Rota *coram Coccino decision.* 1031. *& coram Dunozet. Iunior. dec. 513. vtrobique nu* 1.

Omissa itaque particulari discussione singulorum credi-
torum, & solutionum per Girbaldum sibi, & alijs fa-
ctarum, de quibus in relatione Periti, & in præceden-
tibus decisionibus coram Reuerendissimo Domino meo
Decano ad probandam reemptionem omnium locorum
montium, informantes pro Gherardo vnicè insistebant
in eo, quod Girbaldus debuit, & voluit ex pecunijs
sui debitoris sibi satisfacere potius de debito locorum mon-
tium, quam de alijs, Obligationem deducebant ex di-
uersitate creditorum, arguentes, quod cum alia, quæ
Girbaldus habebat contra Gherardum essent infructifera,
4 & Camerali obligatione destitura, † debebat ille, vti
Procurator sui debitoris, eius negotia vtiliùs, quam fie-
ri poterat, gerere, & pecunias exactas erogare potiùs
in reemptionem locorum montium, quorum restitutio
sub dicta obligatione, & promissione fructuum conuenta
fuerat, inhærendo etiam dispositioni Iuris communis,
5 † quod solutiones imputari mandat in causam duriorem,
*l. 3. & duobus leg. sequen. & l. cum ex pluribus 97 ff.
de solut.*

Quod tamen argumentum non obstare videbatur vltra
quod enim Girbaldus quoad loca montium erat creditor
certæ speciei, & quoad alia credita, certarum summa-
6 rum, ideoq; pecuniæ † ad eius manus peruentæ faciliùs
inputari poterant in solutionem istorum per viam compen-
7 sationis, † quæ de quantitate ad quantitatem datur ab-
sque vllo facto positiuo hominis, & è contra non erat ap-
plicabilis reemptioni locorum montium, cum de specie
8 † ad quantitatem non detur compensatio *leg. si ex ea pecunia Cod. de rei vindic. leg. si conuenerint ff. de pignorib.*
distinguentes Domini inter solutionem factam à debito-
re creditori, & inter exactionem factam à creditore,
9 de pecunijs, & bonis debitoris, animaduertebant, †
quod licet in primo casu procedat regula imputationis in
causam duriorem, nihilominus non applicatur secundo,
10 in quo versamur, dum permittitur creditori † pecuniam
exactam, etiam in causam minus grauem recipere; iux-
ta clarum responsum Iurisconsulti *in l. ob triginta 73. &
in l.* Paulus 101. §. Paulus *respondit ff. de solution.* Bart.
Agel. *& alij in dicta l. ob triginta* Gabriel. *cons. 48. nu.
2. in fine lib.* 2. Scaccia *de camb. §. 2. glos. 5. numer.* 110.
Rota *coram Buratt. decis. 284. num. 5. in fine, & num.
6. alijque adducti in 1. decis. huius causæ coram Reuerendiss. D. meo Decano 7. Februarij anni præteriti §. quibus non aduersatur.*

Voluntatem autem Girbaldi imputandi pecunias exa-
ctas in satisfactionem locorum montium accommodato-
11 rum, deducebat Gherardus † ex quadam epistola ab
eodem Girbaldo sibi transmissa die 12. Martij 1672. sub his
verbis — *Venne la rimessa del Signor Gio: Carlo Serra di scudi 767. 14. aspettaua, che mi dicesse, chi mi ricompri il
resto delli luoghi de monti, che gl' imprestai tanti anni sono
con li frutti, perche è negotio che starà ben finito, e sup-
pongo, che così sia il suo sentimento, o lo farò, e V. S. ne
hauerà auiso &c.* Vndè cum post talem epistolam Girbal-
dus emerit quædam loca montium; prætendebatur exindè
resultare declarationem, quod omnes aliæ pecuniarum
summæ præcedenter exactæ imputatæ fuerint in satisfa-
ctionem controuersorum locorum, quorum restitutio tunc
completa fuerit attentis illis verbis. *Resto de lochi de mon-
ti, e negotio finito*, † quæ complementum, & integram ex- 12
tinctionem debiti præseferunt

Sed nec etiam ex tali epistola censuerunt Domini con-
cludentem resultare probationem extinctionis totius debi-
ti nec in iure, nec in facto; in Iure enim verba illa —
resto de lochi de monti, & negotio finito — supponunt qui-
dem, quod illorum pars fuerit iam restituta, & quod re-
emptio cœpta fuerit, prout non controuertitur, & pro-
bat verbum, † *Resto*, *iuxta gloss. in l. ex pluribus verb.* 13
reliquim ff. de solution. Rota *Coram Coccin. decis. 806. nu.*
2. itaut pecuniæ tunc transmissæ fuerint in proportionabi-
lem reemptionem tot locorum residualium, quot eorum
quantitati correspondèrent, sed non importat per neces-
sariam consequentiam, quod perpensis facti circumstan-
tijs, potuerit illis mediantibus integrè compleri reemptio
omnium locorum, cum non repugnat quod verbum † re- 14
siduum possit etiam ad partem referri, quando congrua
aliorum verborum, & materiæ intelligentia id patitur
Alexan. *cons 130. numer. 7. lib. 2.* Castrens. *consil. 465. numer. 4. ad medium versic. præterea non dicunt lib. 1*
Tusc. *lit. R. conclusion. 255. numer. 13.* Barbos. *appellat.
1. 137. ad med.*

In casu autem præsenti clarè constat, quod talis fuit
mens, & intelligentia Girbaldi scribentis, siquidem
procedendo cùm veritate facti, cum Gherardus de an-
no 1665. reemisset ad computum locorum accomodato-
rum loca quinq; montis subsidij quartæ erectionis de an-
no 1675. remanebant reemenda loca vigintisex cum di-
midio montis restaurati primæ Erectionis; Vnde Man-
ritius scribendo in dicta Epistola *Aspettauo che mi dicisse
che mi ricompri il resto de' Luoghi de Monti, che gl' im-
prestai tanti anni sono con li frutti &c.* † Intellexit, & 15
dicta verba intelligi debent de dicto residuo, *vt dixit*
Rota *in dicta secunda decis. Reuerendissimi Domini mei
Decani §. finali*; Nec aliter scribere poterat, cum iam
dicta loca quinque rehabuisset, vltra quod dicta verba *il
resto do luoghi de monti, che gl' imprestai tanti anni sono*,
sunt expressè relatiua ad loca mutuata.

Procedendo autem secundum hodiernum calculum, in
quo Mauritius, habito respectu ad pecunias, ad eius ma-
nus peruentas vsque ad annum 1672. consentit, & con-
tentus fuit habere pro reemptis tot loca, quot ex pecu-
nijs, quæ post satisfactionem eius creditorum particula-
rium, & solutionum factarum Iulio Valerio Iuueni,
seù Ministro Aduersarij, & alijs pro eo, post que satisfa-
ctionem fructuum locorum accommodatorum in eius ma-
nibus super fuerunt, reemi potuissent, patet, quod à
dicto tempore adhuc remanebat Creditor locorum sexde-
cim cum dimidio dicti Montis restaurati cum fructibus
medij temporis vt ex relatione Periti *litera M.* pro quo-
rum reemptione longè impar, & insufficiens erat quan-
titas pecuniæ remissæ à dicto Serra; De animo autem sibi
priùs satisfaciendi de dictis eius creditis, † satis constitit ex 16
conuersione scut 600. de pecunijs, quæ existebant in Banco
Sancti Spiritus vnius cambij ad eius fauorem, vt approba-
uit Rota *in secunda dec. R. D. mei Decani §. Ex vocatione*
Et de facili præsumi debet, cum esset actus fauorabilis. Cum
igitur non posset cum dictis pecunijs remissis à Serra com-
pleri integralis reemptio locorum accommodatorum, vt
etiam consideratum fuit *in dicta secunda decisione R. D mei
Decani §. Nec etiam subsistit*, † impossibile est credere, quod 17
voluerit ille ex dictis verbis supponere satisfactionem pre-
cedentem, quam non habuerat; & promittere subsequen-
tem, quam consequi non poterat; In omnem verò casum
quatenùs dicta verba essent dubia, † deberent ità interpre- 18
tari, & cum veritate facti conciliari, vt minùs quàm fieri po-
test, confitenti noceant, etiamsi adhuc effectum facienda es-
set aliqua impropriatio Rot. *dec. 151. num. 18. par. 1. diuers.
& post secundum volumen cons.* Farinacc. *dec. 56. numer. 11.
in fine.*

Et

Et in hac Senteotiam eò facilius inclinarunt Domi-
ni, quia verba Epistolæ prædictæ non præseferunt com-
plementum, nec terminationem negotij iàm perfectam
19 de tempore datæ, † sed diriguntur ad tempus futu-
rum, & ad actum faciendum, vt patet ibi, *perche*
è negotio che starà ben finito è suppongo che così sia il suo sen-
20 *timento, è lo farò, è Vossignoria ne hauerà auuiso*, † &
tamen nulla exhibetur successiua notificatio; Immò
cum reemptio Locorum Montium facienda esset de con-
sensu Gherardi, ad quem pecuoiæ spectabaot, & à
quo ordinem, aut consensum exquisiuisse videtur Mau-
ritius in dictis verbis, *è suppongo, che così sia il suo senti-*
mento &c. tantùm abest, quod Gherardus reemptio-
21 nem, quam facere offerebat, approbauerit, † quin
potiùs in litera responsiua scripta Panormi die 8. Aprilis
1672. dixit, *Mi sarà caro hauere vn conto di quelli luoghi*
de Monti, che Vossignoria mi accommodò per sapermi anco
corregere, e vedere li frutti e capitole quant'importino,
non hauendo maggior desiderio che compire alle mie obligatio-
ni con ogn'vno, & in particolare con V. S. Vnde patet
quod ipse tunc non consensit emptioni Locorum Mon-
tium, nisi viso computo capitalis, & fructuum inspi-
cere priùs potuisset, qualia, & quanta reemenda super-
essent, vt visum quoque fuit Rotæ *in prima decisione*
huius causæ §. Idque facilius: Et hoc medin tempore li-
cet Girbaldus aliqua loca emerit, diuersæ tamen quali-
tatis à mutuatis, tamen credi potiùs debet illa emisse
ex proprijs pecunijs, & ad proprium creditum, vt aliàs
emere consueuerat; non autem ex pecunijs, & ad
computum Gherardi, cuius consensum nec tunc habue-
rat, nec successiuè reportauit, † alias se subiecisset 22
periculo quod descrescente medio tempore pretio Loco-
rum Montium, prout quotidie accidit, potuisset
Gherardus reprobare emptionem Locorum Montium
factam sine eius consensu, & in illorum restitutione
frui velle beneficio decrementi pretij, quo casu obijci
potuisset Girbaldo, quod contrà, † vel præter vo- 23
luntatem Domini, vti Procurator non poterat pecu-
niam in emptionem Locorum Montium erogare, quam
monendo de remissa facienda à serra scripserat, vt ad
eius creditum retineret, quod non permittitur Rota
penes Mangil. *de subhastat. decis. 17. numero 1. & seq.*
vt alias consideraoit Rota *in dicta prima decisione Reue-*
rendissimi Domini mei Decani 7. Februarij 1680. §. Idque fa-
ciliùs.

Et ita vtraque parte bis audita resolutum fuit.

Decisiones concordantes in hac causa adnotatæ sunt in cal-
ce alterius decis. 413. in ordine.

Hæ vltimæ Decisiones ad publicam vtilitatem, & pro complemento operis superadditæ, quia post aliarum impressionum superuenerunt, promiscuè ideò, & non iuxtà seriem temporum sunt appositæ.

Finis Partis Decimæ Nonæ.

INDEX

INDEX
RERVM, SEV MATERIARVM,
Quæ in hac Decimanona Parte Deciſionum Recentiorum continentur.

A

tacere

ALIMENTA.

ALIVS.

ALTERNATIVA.

AMISSIO, AMISSVM.

ANIMA, ANIMVS.

BENEFICIVM.

Bene-

Bona vigore transactionis acquisita à granato, ita fideicommisso quæruntur, vt actione eiusdem fideicommissi peti possint, decision. 209. num. 21.

Bona particulari prohibitioni subiecta, neque ex causa dotis alienari permittuntur, quoties adsint alia bona tali prohibitioni non obnoxia, dec.236. nu.6 & 13.

Bona particulariter alienari prohibita in solum defectum aliorum bonorum possunt alienari pro dote, decis. 236 num. 14.

Bona expressè alienari prohibita, extantibus aliis bonis eidem prohibitioni non subiectis, ex causa detractionum alienari non possunt, dec.236.nu.6. & 13.

Bona expressè alienari prohibita, additaratione, vt perpetuo remaneant in familia, perpetuo quoque, & de licentiæ fideicommisso sunt obnoxia, decision. 245. num 1

Bona non conseruarentur in familia, si prohibitio alienationis non induceret fideicommissum, etiam in casu mortis, dec.356.nu.9.

Bona, & species ennunciatæ in donatione vniuersali dicuntur stare demonstratiuè, non autem taxatiuè, decis. 181. num. 7.

Bona, vel domus, quæ non patiuntur commodam diuisionem, omnia, & tota assignari debent vni, dec. 310. num. 2.

Bona donata non possunt amplius dici esse donatoris, decis. 13.num.14.

Bona assignata à patre viuente suis filiis, non cadunt sub fideicommisso ab eodem patre constituto, decis. 305.num.1.

Bona data in dotem iam constitutam in pecunia, dicuntur data insolutum, & cum translatione dominii, dec. 392.num.2.

Bona propriæ familiæ, & à maioribus acquisita ratio naturalis non patitur in alienam potestatem videre, decis. 163. num. 11.

Bona certa, & particularia si alicui assignari debent hoc intelligitur respectu proprietatis, non autem respectu fructuum, dec. 324 nu.16.

Bona vendita si non reportarunt augumentum ex beneficio temporis, probato valore de tempore venditionis, læsio quatenus inde resultet, dec.219.nu.4. & 7.

Bona debitoris retenta à creditore, si sint longè minoris valoris, quam creditum, præsumuntur habita pro derelicto, & dominium translatum in eo, dec.214.nu.6.

Bona penes se potius retinere debet, qui ea alteri assignando, attamen vitra eorum fructus, aliquid supplere tenetur, dec.306. nu.5.

Bona melius gubernantur, & custodiuntur ab eorum domino, quam ab assignatario illorum, qui solum temporaliter, vel ad vitam ea retinere debet, decis. 306. nu. 6. & 7.

Bona Castri alteri Castro, vel loco vnita non sumunt naturam bonorum loci, cui vnio facta est, nec ad instar ipsorum allodialia facta sunt, dec.358. nu.5.

Bona, vel Castra eo ipso, quod sunt posita in aliqua Diœcesi, sequitur illa esse eiusdem Diœcesis, decis. 106. num.9.

Bona semel descripta in Catastro sub partita alicuius, numquam mutantur, nisi per obitum, vel venditionem, vel donec fuerint in alterius partitam translata, dec.270.nu.5.

Bona Communitatis non alienantur, nisi præuiis edictis, & aliis seruatis solemnitatibus, dec.168. nu.4.

Bona dicuntur esse libera, si de eis nullus soluitur canon, dec.119.nu.15.

Bona patris præsumuntur transiisse in filios illius hæredes, dec.37.nu 9.

Bona in inuentario non descripta, quatenus præsumuntur non fuisse in hæreditate reperta, dec.37.nu.10.

Bona de sui natura iuxta primæuum statum omnia præsumuntur libera, & allodialia, decis. 119. num. 3. & 26.

Bona data in dotem æstimata transeunt in dominium mariti, dec.59.nu.4. amplia, vt ibid.

Bona, quæ libere transeunt in hæredes, eorum proprium patrimonium efficiuntur, dec.20. nu.7.

Bona à fratre acquisita pro se, & fratribus, intelliguntur pro rata, dec.340.nu.6.

Bona fides mercatoribus deficere non debet, decis. 399. num. 5.

Bonorum appellatione veniunt etiam iura, & actiones, & quando, dec.303 nu.4.

Bonorum assignatio inter fratres ita facienda est, vt euellatur ex eo omnis occasio litigandi, dec.306. nu.4.

de Bonis sibi assignatis creditor disponens, illa perpetuo insolutum recepisse declarat, decis.85. num.24.

BONIFATIVS VIII. fuit patria Anagninus, decis.227. num. 5.

BONVM IVS impetrantis subrogationem gratiosam, an sit de necessitate probandum, dec.281.nu.14.

Bonum, seu ius publicum semper præfertur, & cedit iuri, seu bono priuato, dec.257.nu.27.

BONVS. *Vide verf.* Malus.

BREVE, seu Gratia Pontificia in forma significanit ad cuius petitionem dicantur concessa, decision. 339. num. 22.

BVLLA BARONVM.

Bulla Baronum Clementis Octaui non præbet viam exequutiuam contra tertium, dec.229.nu.7.

Bulla Baronum Clementis Octaui declaratur, decis. 279. num. 5.

Bulla Baronum non obstat doti debitæ vigore *auth. res quæ C. com. de legat.* dec 229. nu.14.

BVLLA.

Bullæ Pontificiæ, & enunciatiuæ in eis emissæ probant beneficium esse Sacerdotale, quotiescumque deficit instrumentum, dec.354.nu.6.

Bulla Pontificia pluribus carens defectibus substantialibus, vt quia est destituta plumbo, & foramine, à quo illa pendere solet, dicitur informis, & non probat, dec. 119.num.8.

Bulla Pontificia emanata ad instantiam partis, Ecclesiæ dominium non probat, dec.119.nu.9.

Bullæ Pontificiæ legalitas ex quibus remaneat concludenter probata, dec.227 nu 8.

Bullæ Pontificiæ legalitas eo magis resultat, si illius tenor registratur in libris Ecclesiæ, & in aliis etiam libris antiquitates profitentibus, dec.227.nu 9.

Bullam Pontificiam non reperiri in Bullario nihil facit, si appareat impressa typis Cameralibus, & eam pro indubitata Doctores supponant sustineri pensionem, dec.353 nu.7.

Bulla reseruationis pensionis plenè probat, & in possessorio nihil contra eam opponi potest, dec.124 nu.6

BVRGVM nihil aliud est, nisi Suburbium, decis. 333. num. 4.

C

CADVCITAS.

Vide etiam in verf. Deuolutio, Emphyteusis.

Caducitas non incurritur ex petitione licentiæ alienandi, licèt ab alio, quàm Domino directo obtentæ, decis. 168 nu.6.

Caducitas non resultat ex alienatione bonorum emphyteuticorum, cui accessit consensus Domini directi, decis.169. num. 5.

Caducitas non declarata ab auctore, censetur remissa, nec potest amplius à successore prætendi, dec.168. nu.5.

Caducitas excluditur ex nominatione, & reseruatione facta Domini directi, dec.168.nu.12.

Caducitas est pœna, & ideò non datur sine dolo, dec. 168. num. 17.

Caducitas non incurritur, si per alienationem ius Ecclesiæ Dominæ directæ non fuit effectum deterius, decis. 168. num. 19.

Caducitatis à pœna excusanda, quælibet causa sufficit secundum obseruantiam Rotæ, dec.255. nu.8.

Caducitatis pœna nonquam declaratur à Rota, nisi prius dato congruo tempore ad moram purgandam, vel petendum consensum, dec 255.nu.9.

Caducitatis, & deuolutionis ad effectum non attenditur, quod emphyteuta remaneat debitor canonum, quos ille soluere est paratus, dec.269.nu.4.

Caducitati locum non esse, semper inclinare debemus, dec. 168.nu.19.

Caducitatem euitare non potest, qui transactionis prætextu, scienter fideicommissum interuertit, & illius bona alienat in eum, qui nullum ius habet, dec. 237. num. 23.

Caducitatem ad excludendam sufficit receptio canonum, dec.269.nu.6.

Caducitatem ad remouendam suffragatur quælibet causa, etiam minus iusta credendi, dec.327.nu 9.

CÆREMONIARVM Magistro, & Sacristæ plena fides adhibetur, dec 98.nu.25.

CALAGVRITANA Diœcesis dicitur esse amplissima, dec.262.num.11.

R.P.D. CALATAIV olim Sacræ Rotæ Auditor postea

CATHEDRALITAS.

CAVSA.

CAVSATVM.

CAVTELA.

CAVTELA ANGELI.

CAVTIO.

CEDENS.

CEDERE.

CEDVLA.

CELEBRATIO MISSARVM.

CENSVRÆ.

CENSVS.

Cen-

CENTENARIA.

CESSIO.

CLERICATVS.

CLERICVS.

CONFESSIO.

CONFIRMATIO.

CONGREGATIO BARONVM.

CONGRVA, CONGRVITAS.

Con-

CONTINVANS, CONTINVATIO, CONTINVITAS.

CONTRACTVS.

Con-

CORRECTIO.

CORRESPECTIVA.

CREDITOR.

D

D A M N V M.

DATIO INSOLVTVM.

D E B I T O R.

Dell-

Dictio verso il mese non verificaretur in fine mensis, sed in principio, vel prope principium, dec.59. num.18.

DICTVM. *Vide supra in verf.* Dicere.

DIES.

Vide in verf. Dominicus, Dies.

Dies Dominicus ab Ecclesia canitur prima dies, quo Trinitas Beata mundum condidit, dec.98.num.34.

Dies Ecclesiastica non attenditur in materia beneficiali, nec in aliis rebus, sed sola dies naturalis spectatur, decis. 98. num.3. & 13.

Dies diuiditur in naturalem, artificialem, legalem, seù conuentionalem, vel emergentem, & Ecclesiasticam, & qualis vnaquæque sit, dec.98.nu.11.

Dies, ad effectum reseruationis beneficiorum iuxta stylum Datariæ, & Cancellariæ, computatur de vna media nocte ad aliam, dec.98.nu.4.

Dies variè computata est secundum diuersitatem Regionum, & de computatione plurimorum Populorum plura etiam explicantur, dec.98.nu.10.

Dies Dominicus tamquam caput hebdomadæ antiquitus à Romanis sacratus erat SOLI Principi Planetarum, vnde dies SOLIS appellabatur, dec.98. num.31.

Dies Ecclesiastica attenditur in indulgentiis, & in celebratione diuini officii, dec.98.num.12.

Diei pars dicitur totum tempus, quod durat vsque ad mediam noctem, itaut actus gestus in aliqua hora noctis, habeatur pro facto in die præcedenti, dec.98.nu.14.

DIFFAMATIO.

Vide etiam in verf. Infamia.

Diffamatio non dicitur exceptio non iuris alterius, opposita pro defensione suorum bonorum, & iurium, decis. 216. num 7. & seq.

Diffamatio ad hoc vt intret remedium *legis diffamari C. de ingen. & manum.* debet esse spontanea, & sine vlla causa, dec.216.nu.7. & 8.

Diffamationis reliquiæ vt tollantur, non sufficit sententia absolutoria ex capite innocentiæ, si non probatur accusationem processisse ex calomnia, dec.291. num.7.

Diffamatus etiam si solum conditionaliter ius habere possit, adhuc iudicium *legis diffamari C. de ingen. & manum.* intentare permittitur, dec.216 nu.5.

DIFFICILIVS nihil magis est quam transactio inter fratres, dec.241.nu 5.

Vide etiam in verf. Specialis.

DIGNITAS.

Vide etiam in verf. Persona, Præeminentia, Superioritas.

Dignitas esse beneficium dicitur, si illud habeat superioritatem, iurisdictionem, & administrationem in Ecclesia, dec.30.num.4.

Dignitatis nomen expressum, ea, non persona censetur contemplata, dec.211.nu.5.

Dignitatis electio quatenus per procuratorem fieri possit, dec.396.num.5.

Dignitates, & Beneficia in Hispania, vt plurimum cum decimis sunt fundata, dec.397.nu.7.

Dignitates Ecclesiasticæ personis illegitimis, sine dispensatione non conferuntur, dec 44.nu.16.

DIGRESSVS.

Vide etiam in verf. Coniecturæ, Fideicommissum, Substitutio.

Digressus ad plures gradus substitutionum, semper tamen ad fauorem masculorum fideicommissum demonstrat, decis. 410.nu.31.

Digressus ad plures gradus substitutionum, aut conseruatio agnationis requiritur, ad hoc, vt filii in conditione positi dicantur ex coniecturis vocati, decis. 287. num 5.

DILAPIDATIO non dicitur sed laudabilis dispositio grauati, qui in fœminam de familia, quæ sola iliam conseruare poterat, transtolit bona eiusdem familiæ, dec.216 num.9.

DILAPIDATIO. *Vide in verf.* Grauatus.

DILATIO.

Vide etiam in verf. Terminus.

Dilatio modica eligendi petita, si periculum non est in mora, attendenda est, dec.388.num.16.

Dilatio duppliciter partibus concessa, pro tertia vice illa partibus denegatur, dec.395.num.1.

DILECTIO æqualis resultat in iis, qui æqualiter æquiparantur, dec.147 num.8.

DILECTIO. *Vide etiam in verf.* Affectio, Prædilectio.

DILIGENTIA, DILIGENTIÆ.

Diligentia Capitanei nauis, in eam à piratis aggressam defendendo ex quibus probetur, decis. 369. num. 61. & seqq.

Diligentiæ de reperiendo personam non requiruntur in obligatione Camerali, & vbi agitur coram A. C. decis. 330 num. 6.

Diligentiæ de reperiendo personam non sunt necessariæ, quoties ille personaliter citandus non est, dec. 330.num.8.

Diligentiæ super transportatione actorum fieri debent contra Notarium, non autem contra partem, decis. 271. nu. 5. & 7.

DIMINVTIO, & augumentum rerum assignandarum assignatione sequuta, spectant ad legatarium, non autem ad hæredem, dec.324. num.13. & 15.

DIMISSIO.

Vide etiam in verf. Resignatio.

Dimissio beneficii quatenus sine consensu Ordinarii sit nolla, dec.281.nu.3. & seqq.

Dimissio beneficii quatenus dimittendi non suffragetur, dec. 281.num.28.

DIOECESIS.

Vide etiam in verf. Locus, Nullius.

Diœcesis dubium, cuius nempe sint bona, vel castra quadragenaria præscriptione tollitur, dec.106.num.23.

Diœcesis de præsenti non infert ad Diœcesim de præterito, dec.106.num.19.

Diœcesim amplam diu viduasse, & in suspenso remansisse prorsus incredibile est, dec 404. num.21.

de Diœcesi certa, quod primo præsumantur bona, deinde illa esse viciinioris Diœcesis, & demum, quod ex Diœcesi præsumatur iurisdictio non admittitur, dec. 106. num. 17.

de Diœcesi, vel Territorio non ideo dicitur locus eo ipso, quod in aliqua Diœcesi, vel Territorio existat, decis. 106. num 12. & decis.204.num.8.

in Diœcesi aliquid est, ergo est de Diœcesi bona consequentia non est, dec 106.nu.14.

Diœceses solus Papa assignare potest, dec.56. num.37.

DIRECTE vetitum censetur etiam indirectè prohibitum, maximè adiunctis verbis directè, vel indirectè, decis. 18. num 4. & 5.

DIRECTE. *Vide etiam in verf.* Indirectè.

DISCRETIO est mater omnium virtutum, eisque etiam ordinem ponit, dec.166. num.20.

DISCRETIVA.

Vide etiam in verf. Pluralitas, Vocatio.

Discretiua vocatio excludit transitum vnius lineæ ad aliam, dec.20.nu.20.

Discretiuæ loquutionis argumentum est quod si testator quod voluit expressit, ita similiter expressisset si voluisset, dec.122.num.8.

Discretiua denotat diuersitatem, tam actus, quam personarum, dec.251.num 23.

Discretiuus modum loquendi, diuersam fuisse Testatoris dispositionem demonstrat, dec.304. nu.12.

Discretiuus modus loquendi apprimè in fideicommissis attenditur, dec.199.num.13.

Discretiuus modus loquendi Testatoris, illius contrariam voluntatem demonstrat, dec.80.nu.16.

DISDICTA censùs fuit inducta, ad hoc, vt creditor intra bimestre de nouo inuestimento sibi prouidere possit, decis. 224.num.12.

DISLOCATIONES domorum quatenus computandæ, vel non computandæ sint, dec.178. nu.11.

DISPENSATIO.

Vide etiam in verf. Derogatio, Habilitatio.

Dispensatio Pontificis super pluribus impedimentis difficilius obtinetur, dec.148.num.18.

Dispensatio licet faciliter obtinenda, peti tamen debet, alioquin non censetur concessa, sed omnia nulla sunt, decis. 83.num 33.

Dispensatio non comprehendit id, quod illius verbis non conuenit, nec continetur in eis, dec.83. nu.3.

Dispensatio narrata per verbum videtur, & à Pontifice facta, non simplicem facultatem, sed imo veram necessitatem importat, dec. 354.nu.22.

Dispensatio licet de vno casu non trahatur ad alium, suffragari tamen potest, tam in vno statu, vel loco, quam altero, dec.172. num 10.

Dispensatio Pontificis super beneficio iurispatronatus, de quibus qualitatibus intelligatur, dec.354.num.33.

Dispensatio Summi Pontificis, etiam nulla, adhuc inferuit ad declarandum necessitatem actus præsentationis beneficii, dec.354.num.35.

Dispensatio non cadit in confirmatione generaliter à superiore facta, maximè si ille defectus dispensati notitiam non habebat, dec. 3 nu.22.

Dispensatio stricti iuris est, & ad instar derogationis strictissime interpretari debet, dec.18.num.15.

Domus

DONATA.

DONATARIVS.

DONATIO.

ECCLESIÆ PARTICVLARES.

EDICTVM.

EFFECTVS.

ELECTIO.

Ele-

ELECTVS.

ELIGENS.

ELIGERE.

EMENS.

EMERE.

EMPHYTEVSIS.

EMPHYTEVTA.

EMPHYTEVTICA BONA.

EMPTIO.

EMPTOR.

ENVNCIATIO.

ENVNCIATIVA.

EPISCOPALIS, EPISCOPATVS.

EPISCOPVS.

EXACTIO.

EXAMEN.

EXCEPTIO.

EXCESSVS.

EXCLVSIO.

nien-

chorum, & in scriptis tamen redigenda, ipsa etiam ad Iudicem appellationis transportanda est, dec. 166. num.12.

ad EXTRANEOS quæ semper transierunt, semper ad illos pertransire debent, dec.52.n.8.

EXTRAVAGANS Pauli Secundi de bonis Ecclesiæ non alienandis edita fuit anno 1477. decis.106. nu.2.

EXTREMIS probatis media præsumuntur, decis. 134. num.4.

F

FABRICA.

Vide etiam in verf. Ædificium, Murus.

FAbrica, si ita in aliquo solo ædificata est, vt illa fideicommisso subiaceat, eo in casu solum cedit ædificio, solo, dec.177.nu.8.

in Fabricæ S. PETRI TRIBVNALI si quis declarauit se non esse hæredem, hoc præsumitur fecisse ad effugiendas molestias eiusdem Fabricæ, decis. 16. num. 24. & seq.

FACERE.

Vide etiam in verf. Factum.

Facere per se ipsum, & per alios paria sunt, dec. 8. num. 10. & dec.353.nu.12.

Faciendum si quod conceditur, non ideo dicitur concessum etiam factum, dec.83.n.26.

FACILITATE eadem, qua quis inducitur ad contrahendum, inducit ad iurandum, dec.3.n.9.

FACTVM.

Vide etiam in verf. Facere.

Factum Monachi approbat Monasterium, illud in suis libris describendo, dec.198.n.15.

Factum fuisse dici non potest, quod quis facere velle declarauit, dec.117.nu.5.

Factum sequi non sufficit, sed etiam effectus requiritur, vbi vtrumque fuit à partibus consideratum, dec. 353. num. 16.

Factum occasione alterius nullum est, si & ipsum cuius occasione factum est, nullum remansit, decisio 43. num. 5.

Factum ad vnum, & determinatum feudum non præiudicat quoad alium, dec.202.n.14. & seqq.

Factum nudum existentiæ impedit purificationem fideicommissi conditionalis, dec.355.n.40.

Factum proprium impugnare indignum esse reputatur, dec. 403 num.7.

non Factum etiam comprobat obseruantiam, decis. 21. num. 15.

Facti ea quæ sunt melius, & clarius dilucidantur ex probatione facienda cum testibus, licet etiam à iure, vel scripturis dependeant, dec.123.nu 8.

Facto mutato ius etiam mutatum censetur, dec.163. n.1.

de Facto narratiuam verificari sufficit, si fuerit expressa cum dictione, *seu alias*, vel *alio modo*, dec.317.n.14.

Facta non præsumitur, sed sunt omnino probanda, decis. 302.nu 7. & dec.366. nu.21.

FACVLTAS.

Vide etiam in verf. Licentia, Necessitas, Permissio.

Facultas disponendi fideicommissario tributa in casu existentiæ filiorum, expirat per illius obitum, sine filiis, dec.343.num.11. & n. seqq.

Facultas alienandi emphyteutæ concessa interpretatur durante emphyteusi in præiudicium vocatorum, secus autem ea finita in præiudicium domini directi, dec.358.nu.11. & seq.

Facultas capiendi possessionem propria auctoritate, est eiusdem rationis, imò etiam leuioris clausulæ *constituti*, dec. 357.num.8.

Facultas transferendi pensiones dicitur esse odiosa, & à iure exorbitans, dec.351. n.6.

Facultas præsentandi, constituendi procuratorem, vel huiusmodi, non consumitur per actum nullum, decis. 354. num.54. & 55.

Facultas Vicarii ex lapsu longi temporis præsumitur, quotiescumque non adest præiudicium Ecclesiæ, dec. 354. num. 31.

Facultas disponendi aliud est, si conceditur illi qui non erat Dominus, aliud verò quod sibi à Domino reseruetur, dec 380.nu.20.

Facultas recipiendi, & retinendi alicui concessa, non intelligitur de eo, quod nec recipitur, nec retinetur, decis. 83.num.27.

Facultas conditionaliter alicui concessa, donec impleatur & eueniat casus illius, remanet in suspenso, dec.343. n.13.

Facultas transferendi pensiones non trahitur ad casum omnino insolitum, & à Pontifice non cogitatum, dec. 351. num. 17.

Facultas eligendi mercatorem ad effectum cambiandi creditori competere ex quibus resultet, dec.353.nu.25.

Falcultas alienandi cum prælatione Domini directi, clarè conuincit emphyteusim esse verè hæreditariam, dec.332. num 12.

Facultas disponendi, aliquo viuente reseruata, aut concessa, perinde est, ac sua vita naturali durante fuisset concessa, dec.380.nu.25.

Facultas disponendi in contractu sibi reseruata, vel concessa, intelligitur de dispositione inter viuos per viam contractus, dec.380.nu.26.

Facultas si non reducatur ad actum, expirat cum persona, cui illa est concessa, dec.380.nu.27.

Facultate alicui concessa, omnia in illius exequutionem necessaria concessa dicuntur, dec.457.nu.35.

Facultate capiendi possessionem propria auctoritate creditor vti non potest, si debitor ex iusta causa resistit, ne illam ingrediatur, dec.357.nu.9.

Facultate sibi competenti si quis non fuerit vsus, hoc sibi imputare tenetur, dec.353.nu.24.

in Facultate colonorum esse non debet mutando semina priuare Parochum decima sibi debita, dec.322.n.8.

Facultatem concedens conficiendi scripturas non dicitur conualidare voluisse iam factas, dec.83.nu.26.

Facultatem habens soluendi in pecunia, vel bonis, soluendo in pecunia, an dicatur dominium bonorum acquirere, & retinere voluisse, dec.279.n.10.

in Facultate alterius esse non debet per suam solam contradictionem cæteris eligentibus præiudicare, eisque tollere ius eligendi, dec.40.n.4.

FACVLTATES A. C. *Vide in verf.* Auditor Cameræ, Rota.

FACVLTATIVI actus qualiter distinguantur à necessariis, dec.374. num. . . . .

In Facultatiuis non acquiritur possessio, nisi prohibitiu cum acquiescentia concurrat, dec.234.nu.25.

FALLITVS. *Vide in verf.* Decoctus.

FALSA expressio eius, quod de iure exprimi non debuerat, nocet exprimenti, qui hoc ipsum sibi imputari debet, dec.379.num.7.

FALSA demonstratio patris non præiudicat filio hæredi instituto, & ex propria persona vocato, dec.36.n.9.

FALSITAS.

Vide etiam in verf. Veritas.

Falsitas ex consuetudine remanet exclusa, dec.185.nu.29. & dec.186.nu.21.

Falsitas instrumenti aliud est, quod deducatur criminaliter, ad effectum puniendi Notarium, aliud vero ciuiliter, vt fides instrumento tollatur, dec.328. nu.1.

Falsitas non resultat ex cassatione, seù detur ratione scripturæ quæ ex aliquo accidenti procedere potuit, d.186. num. 17.

Falsitas in vnico verbo de facile committi potest, decis. 214.num.44.

Falsitas non potest imputari pupillis, qui nec doli, nec fraudis sint capaces, dec.211.nu.30.

Falsitas non est adscribenda tutori, cuius illam committendi non interest, dec.211.n.31.

Falsitas non præsumitur, si eo tempore nulla aderat causa illam committendi, quæ solum longe postea orta sit, dec.211.nu.32.

Falsitas causæ obligationis mulieris aliunde iustificari debet, quam ex omissione diei, & Notarii de illa rogati, dec.65 num.7.

Falsitas difficilior est propter concursum plurium personarum, quæ se in scriptura subscripserunt, decis. 211.num.49.

Falsitas sapit delictum, & ideo probari debet concludenter, dec.48.num.5. & 6.

Falsitas, quæ nimis facilè detegi potuisset, non præsumitur, dec.211 num.27.

Falsitas non præsumitur, si non possit assignari persona, cui illa adscribenda sit, & imputari possit, dec.211.nu.28.

Falsitas non præsumitur, sed concludentissimè probari debet, & contrariis coniecturis, & præsumptionibus tollitur, dec.185 nu 12.

Falsitatem euidentem Notarium, & Testes practicos, & etiam integros committere voluisse præsumendum non est, dec.411.nu.13.

FAMA. *Vide etiam in verf.* Diffamatio, Infamia.

FAMA probari debet à quibus originem traxerit, & an ante, vel post motam litem, quia alias præsumitur ab illa

alere

Fru-

aliud

IGNORANTIA.

IGNORATVM.

IMMEMORABILIS.

IMMISSIO.

IMPEDIMENTVM.

Indul-

Inter-

Iudex si in instrumento expressit habuisse causæ cognitionem, & debitam sumpsisse informationem, pro illius decreto præsumitur, dec.65. num.2.

Iudex appellationis, sine vlla transportatione actorum nulliter procedit, decis.271. num.2.

Iudex solutionem pensionis contra successorem non demandasset, nisi vidisset antecessorem aliquando soluisse, dec.124. num.9.

Iudex qualiter dicatur fecisse litem suam, decis. 298. num.13.

Iudex appellationis, cui tota causa deuoluta est, potest pronunciare prout in prima in ijs, quæ primus iudex non sententiauit, dec.50. num. 2.

Iudex electus in casum discordiæ non potest se intromittere nisi ea sequuta, dec.40. num.8.

Iudex appellationis aliud est, quod processerit pro vt in prima, aliud verò, quod vt Iudex secundæ, vel alterius instantiæ, dec.60. num.1.

Iudex regulare debet præstationem alimentorum à dignitate personarum, quantitate patrimonij, & consuetudine loci, dec.306. num.12.

Iudex in taxatione alimentorum principaliter attendere debet vires patrimonij, dec.241. num.12.

Iudex potuit antecedenter certiorari de debitis pro causa obligationis mulieris, sine die, anno, & Notario in instrumento expressis, dec.65. n. 4. & 6. cum seqq.

Iudex ad concedendum mandatum mouetur ex ratione per eum expressa in fine eiusdem mandati, dec.509. num.5. & seqq.

Iudex reuocare debet possessionem bonorum fideicommissi pendente conditione, alijs à grauato concessam, quamuis adhuc non declaret quis in eodem fideicommisso successurus sit, dec.244. num.10.

Iudex, cui solum reseruata est cognitio Iurispatronatus, non potest exequi literas Apostolicas, quibus certus executor datus dec.63. num.8.

Iudex, qui non potest concedere exequutionem, nec minus potest vulnerare viam exequutiuam, dec.63. num. 9. & 11.

Iudex quoad fieri potest seruare debet æqualitatem inter fratres, & opinionem illam confirmantem amplecti, dec.341. num.9.

Iudex etiam si in adiudicatione nulliter, & iniustè processerit adhuc facit legitimum possessorem illum, cui bona adiudicata sunt, dec.90. num.25.

Iudex cui sola executio fuit commissa, super meritis pronunciare non debet, dec.8. num.3.

Iudex ex æquitate iuris canonici declarare debet incertas, & ambiguas contrahentium promissiones, & quando, dec.19. num.19. & seqq.

Iudex nullam cognitionem adhibere potest in causa obligationis minoris, vel mulieris indefinite solum, & vagè enunciata, dec.65. num.8.

Iudex vt vigore clausulæ *quam*, & *quas*, possit prout in prima procedere, requiritur, quod hoc ad speciem deduxerit, dec.237. num.14.

Iudex in Curia, & in partibus quatenus simul adiri possint stante rescripto Signaturæ, dec.72. num.8.

Iudex, vt possit declarare incertitudinem contractus, debet præscindendo ab illo respicere fontem obligationis, & causæ, dec.19. num.21.

Iudex appellationis agnoscens litteras Apostolicas esse iustificatas; potest illas exequi, quamuis per antea in contrarium pronunciatum sit, dec.63. num.7.

Iudicis factum non requiritur ad imaginariam solutionem, quæ fit per legem, dec.16. num.20.

Iudicis declaratio attenditur, si ille pro confirmatione alicuius concessionis, vel actus deputatus sit, dec.66. num. 4.

Iudicis competentia super interpositione decreti in contractu minoris, ex situatione bonorum resultat, decis. 297. num.30.

Iudicis animum ad instruendum, quæ facta sunt, alias probationes non tollunt, dec.16. num.11.

Iudicibus, & Aduocatis quatenus præferantur Doctores de Collegio iuris Pontificij, & Cæsarei, dec. 252. n. 21. & per tot.

Iudices de Partibus, vel inferiores non debent se ingerere super interpretatione inhibitionum Rotalium, dec. 72. num.2. & seqq.

Iudices in electione peritorum cum moderamine procedere debent, adeoque non indifferenter secundos peritos admittere, dec.339. num.5.

IVDICARE, ET IVDICATVS.

Iudicare munus publicum esse dicitur, decis. 532. numer. 10.

Iudicare est finem controuersijs imponere mediante Iudicis auctoritate, decis.132. num.51.

Iudicatus si quis dicitur, potiori, & grauiori significatione pro condemnato reputatur, decis. 532. numer.12.

IVDICIALITER processum dicitur per sententiam, ac etiam ex alijs, de quibus in decis. 200. num.1. & sup. à princ. decisionis.

I V D I C I V M.

Vide etiam in vers. Forus, Iudex, Iudicare, Naufragium, Processus, Sententia, Summaria.

Iudicium dicitur diuersum, si aliud fuit intentatum præuio monitorio vnius partis, aliud vero per commissionem iactationis obtentæ ab altera parte, decis. 121 num.3.

Ampliа licet alius collitigans eadem commissione postea vsus sit ibidem.

Iudicium rescissionis transactionis complicatum cum iudicio immissionis, quamuis duo sint iudicia, adhuc tamen reputantur pro vno, cum ambo sint præordinata ad eundem finem, dec.111. num.53.

Iudicium agitatum à matre contra pupillos, eis deputato curatore ab eadem matre petito, qui nihil opposuit, non substinetur, dec.155. num.50.

Iudicium non remanet esse diuersum, quamuis in eo simpliciter sola qualitas hæreditaria enuncietur, dec. 511. num.9.

Iudicium temerarium non facit qui vtitur iure suo, maximè si ad bonum publicum tendit, decis. 257 num.23. & 28.

Iudicium temerarium non inducit actus per quos malum tantum speculatiue diuinatur, dec.257. num.31.

Iudicium mediante clausula *omni meliori modo* substinetur ex eo capite, & remedio, quo actori magis est vtilius, dec.515. num.7.

Iudicium, cæterique actus iudiciales sunt nulla, litteris Apostolicis non expeditis, dec.401. num.29.

Iudicium summarium respuit quemcumque ordinem iudiciarium, & telam solemnis iudicij, decis. 254. num.30.

Iudicij notitia, & illius approbatio quatenus etiam in absente resultet, dec.316. num.14.

in Iudicio quasi contrahitur, decis.564. num.8.

Iudiciorum ordo peruerti non debet, dec. 398. num.5.

Iudiciorum ordo præposterari non debet, dec.292. n.15.

I V R A.

Vide etiam in vers. Instrumentum, Ius.

Iura Episcopalia Ciuitatis antiquæ non dicuntur translata in Ciuitatem nouiter constructam, si per antea transierunt in Ecclesiam, seù Monasterium ibidem ædificatum, dec.407. num.13.

Iura Episcopalia semper remanent in sua Ecclesia, quamuis Episcopus propter infortunia aut temporum calamitates ibi residere nequiuerit, dec.404. num.18.

Iura meliora, & potiora habere dicitur ille, cui assistunt decisiones Rotales, dec.29. num.12.

Iuribus suæ iurisdictionis non præiudicat, qui falsa opinione ductus illam non exercuit, decis. 132. numer 20.

Iuribus, & actionibus expressis, si congrua relatio fieri velit, illa exprimenda est sub dictionibus, *que*, vel *quas*, dec.366. num.18.

Iuribus acquisitis nolle vti declarat, qui vigore tituli præcedentis, non autem posterioris aliquid petit, vel facit, dec.121. num.19.

Iuribus primæuis in casu euictionis vtitur creditor, & ab eo causam habentes si bona in solutum sint recepta sub conditione tamen, quatenus datio in solutum suum haberet effectum, dec.155. num.23.

IVRAMENTVM.

Vide etiam in vers. Periurium.

Iuramentum requiris tempus 40 annorum ad effectum præscribendi creditum non autem hypothecam, vel saluianum, decis.26. num.9.

Iuramentum non obligat in ijs, quæ per legem vel Concilium sunt prohibita, decis.348. num.12.

Iuramentum licet in electione non sit necessarium, tamen instantibus Capitularibus est præstandum, dec. 141. num.55.

Iuramentum requirit tactum scripturarum, & ità ab absente præstari non potest, dec.20. num.21.

Iuramentum regulariter validat contractum minoris, dec. 3. num.7.

Iuramentum præsumitur dolo, & fraude extortum si statutum mandans certas solemnitates, sine illis contractum annullet, decis.3. num.8.

Iudi-

LAVDEMIVM.

LAVDVM.

LEGALITAS.

LEGATARIVS.

LEGATVM.

LEGATVS AVENIONENSIS.

LEGITIMA.

Legi-

LEGITIMATVS.

LEGITIMATIO.

LINEA.

L I S.

LITERÆ APOSTOLICÆ.

MANDATVM DE MANVTENENDO.

MANDATVM PROCVRÆ.

M A R I T V S.

M A S C V L V S.

M A S C V L I N I T A S.

M A T E R.

ctu,

Ćtu, quam in proprietate secundum opinionem Bartoli communiter receptam, dec.308. num.12.

Matrem binubam à successione sui filii adulti non excludit exceptio non petiti tutoris, dec.308.num.17.

Matrem ad excludendam à luctuosa hæreditate sui filii argumenta regulariter non attenduntur, decis. 165. numer.13.

à Matre tutrice quæ facta sunt remanent valida, & pupillo præiudicant, licet non satis dederit, decis.250. numer.22.

MATRIMONIVM.

Matrimonium, ad effectum legitimatis filii, probatur ex testibus, & quomodo, dec 44.num.4.

Matrimonium, etiamsi non sit adnotatum in libro Parochi, potest tamen aliunde probari, dec.44. nu.21.

Matrimonium ratum, & consummatum per ingressum amborum coniugum in Religionem non dissoluitur, sed adhuc durat, decis.59. num.5.

Matrimonium de tempore conceptionis probari debet, ad hoc vt intret præsumptio, filium fuisse mariti, non autem adulteri, dec.75.num.6.& seqq.

Matrimonium præceptum vni filio non censetur repetitum alteri filio, decis.42.num.17.

Matrimonium quatenus potius dicatur à testatore consultum, & procreatio sobolis, quam aliqua filiorum fuerit inducta vocatio, dec.287. num.2.

à Matrimonio carnali ad spirituale valet argumentum, decis.260. num. 31.

in Matrimonio contrahentes sunt vir, & vxor, decis. 85. num. 9.

pro Matrimonio secundo, & quæ sunt obtenta non inseruiunt ad validitatem primi, dec.83.num.34.

MATRICIS de veritate si constat, negligentia Notarii in non extendendo instrumentum, partibus præiudicare non valuit, dec.411.num.1.

MATRONA nobilissima si de subtractione gemmarum redarguitur, hoc debet plenè, & concludenter probari, decis.73. num.2.

D. MAVRITIVS GIRIBALDVS Romanæ Curiæ causarum Patronus, ordine, & virtute primarius nuncupatur, dec.415.num.2. & dec.405. num.1.

MEDIATORES non adhibentur in contractu iam concluso, sed solum ad concludendum ea, quæ id fieri consistunt, dec.163. num.16.

MEDICVS.

Medicus, procurator, & aduocatus quatenus prohibeantur cum infirmo, & cliente contrahere, decis. 194. num.19.

Medicus hæres institui non potest, vel aliter cum infirmo contrahere, si dolosè se gessit, secus verò si candidè, & bona fide ambulauit, dec.194. num.16.

Medicus conductus à publico, si aliquid ab infirmo extorsit, vel procurauit cum illo contrahere, vel ab illo hæres institui quatenus prohibeatur, dec.194.num.17.

Medicus propriis ex causa beneuolentiæ, & amicitiæ hæres institui non prohibetur, dec.194.num.18.

MEDIVM. *Vide in vers.* Finis.

MELIORAMENTA.

Vide etiam in vers. Expensæ.

Melioramenta illiquida saltem in specie non sunt apta impedire immissionem fideicommissario, decis. 406. numer.12.

Melioramenta quoties non sunt omninò liquidata in genere, & in specie, tunc melioranti per cautionem de ea reficiendo succurritur, dec.406.num.13.

Melioramenta ad probanda inter cætera verificari debet status antiquus, & quid impensum, quidque etiam melioratum sit, dec.366. num. 29.

Melioramenta non dicuntur probata, si non docetur de statu antiquo, & quid fuerit impensum, quidque etiam melioratum sit, dec.307. num. 7.

Melioramenta compensantur cum fructibus perceptis à die motæ litis, dec. 307. num.8.

Melioramenta quando Dominus directus emphyteutæ soluere tenetur ex pacto, non fit distinctio melioratí, & impensi, sed totum persoluitur, decis.4. numero 12.

Melioramenta, & annui redditus habentur pro synonimis, & quando, dec.4. num.5.

Melioramentorum exceptio non afficit, si illa neque in genere, neque in specie probata sunt, dec. 366. num. 28.

Melioramentorum soluendorum ratio de impenso, & meliorato non habet locum, si dominus directus voluerit præferri, vel pro se retinere, dec. 4. num. 2. & per tot.

Melioramentis non priuatur conductor, decis. 198. numer. 19.

Melioramentis non liquidatis sufficit præstare cautionem de ea reficiendo postquam liquidatio facta sit, decis. 366. num. 30.

in Melioramentis non requiritur præfixio termini ad liquidandum si illa, neque in genere, neque in specie fuerint probata, dec.352. num.19.

pro Melioramentis competit retentio, dec.380. nu.38.

Melioranti succurritur per cautionem de reficiendo melioramenta postea quam illa fuerint liquidata, dec.352. numer.18. & 20.

MEMBRVM. *Vide in vers.* Pars.

MEMORIA.

Memoria testatoris conseruari non posset, nisi bona transirent de vna linea ad aliam, non autem quod altera defecta, terminaret cum illa, dec.245.nu.5.

Memoria humana tempus centum annorum attingere, non autem excedere potest, dec.136.num.6.

Memoria testatoris conseruari non potest, si bona libere transire possent in hæredes, decis. 20. num. 6. & seqq.

MENDAX in vno præsumitur mendax in omnibus, dec. 73. num.5.

MENIPPVS PHILOSOPHVS laqueo se suspendit, quia amisit totam pecuniam; quam crediderat nautico fœnore, dec.396. num. 77.

MENS.

Vide etiam in vers. Intentio, Opinio.

Mens, & Intentio Testatoris ex obseruantia declaratur, dec.144. num.26.

Mens, & intentio testatoris à consuetudine, & obseruantia antecedentium, & subsequentium præsentationum delumitur, & probatur, dec.354.nu.25.

MENSIS.

Mensis Februarii est reseruatus Summo Pontifici, decis. 76. num.3.

Mensis Februarii, qui vigore alternatiuæ spectat ad Episcopum, ea expirata, definit esse Ordinarius, & remanet Apostolicus, dec.76. num.10.

Menses omnes, vacante Sede Apostolica, sunt Ordinariorum, dec.121. num.10.

MERCATOR.

Mercatorum attestationes in iis, quæ practicantur ab ipsis plurimum attenduntur, decisio 369. numero 86.

Mercatorum iudicio Rota plurimum deferre solet in materia assecurationis, decis. 58.num.16.

Mercatoribus in materia durationis, vel terminationis negotii, ratione eorum peritiæ plurimum Sacra Rota deferre consueuit, dec.93. num.2.

inter Mercatores requiritur omnis candor, & integritas fides, & ideò eo magis dolus, & machinatio interuenire non debet, dec.369.num.100.

MERCES.

Vide etiam in vers. Apotheca, Assecuratio, Negotium.

Merces assecuratæ censentur deperditæ respectu loci, quo peruenire debuerant, dec.58.num.7.

Merces nouiter comparatæ, in eodem negocio appositæ, vel subrogatæ in locum antiquarum remanent subrogatæ creditoribus negocii, decisio 91. numer. 14.

Merces vili pretio venditæ etiam post disdictam, & dissolutam societatem, communi sociorum damno adscribendæ sunt, decis.93. nu. 10.

Merces de tempore obitus Testatoris describere necesse est, nec sufficit sola descriptio apothecæ, vel fundaci, dec.193. num. 8.

Merces nouæ intromissæ in fundacum, dicuntur subrogatæ loco antiquarum, & ideò sunt hypothecatæ sicut erat hypothecatus ipse fundacus, decis. 15. numer. 7.

Mercium quantitas potest etiam aliundè probari, quam ex apocha subscripta à Nouarco, dec.18.num.11.

Mercium oneratio in naui probari debet, cambii verò super eadem naui contracti sola pecuniarum traditio necessaria est, dec.369.num.84.

Mercium consignatio, seu oneratio facta in naui leuioribus probationibus probatur, si non agitur de exigendo illarum valore, sed ad alium effectum, decis. 369. num 56.

Mercium oneratio facta in naui probatur ex instrumento publico emptionis illarum, decis.369. numer. 51.

Mercium quantitas probatur ex apoca onerationis, decis. 58. num.11.

potest

potest quidquid ratione transactionis datur, decisiu 260. num. 6.

N

NARRATIVA.

Narratiua referens se ad aliud, sine relato uihil probat, dec. 333. oum 1.

Narratiua facta Papæ oon potest redargui de inæqualitate, vel læsione transactioois, vel laudi, dec. 53. nu. 14.

Narratiuam solum, & enunciationem importat relatio ad instrumentum, & Notarium facta in contracto nouatu, dec. 85. nu. 19.

NARRATORVM veritas verificari debet ex actis, & quando, dec. 148. nu. 11. & num aoteced.

NATVS.

Nati per conditiunem fideicommissi nuu habentur lu consideratione, nec auocant bona à præcedenter admissis, dec. 232. nu. 32.

Natus qui oun erat de tempore delatæ successionis, quamuis proximiur, uon auocant bona à remotiore præcedenter oato, & iam admisso, dec. 232. nu. 36.

NATVRALIS dicitur filius natus ex soluto, & soluta, dec. 377. num. 26.

NATVRA contractus si aliqnis exclusus non est potest tamen esse exclusus ex pacto, dec. 66. nu. 1.

NATVRALIA contractus dicuntur ea, quæ insunt contractui, & tacitè veniunt iu eo, uisi per pactum à contrahentibos expresè remoueantur, dec. 34. nu. 6.

NATVRALITAS.

Naturalitatis qualitas probatur ex legitimatione, & etiam ex tractatibus, dec. 88. ou. 8.

Naturalitatis qualitas in antiquis, & in iudicio immissionis stantibus coniecturis, & approbationibus successorum nocet etiam aliis, dec. 88. nu. 12.

NAVIS.

Nauis deprædatione, vel naufragio sequutis comparere debet oauta coram iudice loci naufragii, vel alterius loci propinquioris, vt ibi oaufragium probet, decis. 369. num. 17.

Nauis deprædata, vel naufragata, testium oculis, si fieri potest, subiici debet, dec. 369. nu. 29.

Nauis deprædatio, vel naufragium probetur ex testimoniali factu a testibus, de eo deponentibus, decis. 369. num. 6.

Nauis sine suis instrumentis, quæ sunt funes Aotennæ, Ancora, & huiusmodi iter agere non potest, dec 369. num. 1.

Nauis in interitu plerumque agitur de toto asse personæ assecuratæ, quæ illud in ea impendere solet, decis. 373. num. 50.

Naui deprædata datur facultas militibus in suos vsus conuertendi partem rerum commestibilium iu ea existentium, dec. 58. uu. 12.

Nauem noo fuisse defensam eo modo quo debuit, qualiter ex testibus de hoc deponentibus oon probetur, dec. 369. num. 62.

Nauem idem esse, ac Pincum, & vtrumque, conuenire in essentia ad prubandum, remissoria cooceditur, dec. 376. num. 2.

Naues deprædatæ, vel uaufragatæ plerumque reducuntur ad Portum, ad quem Nautæ unmquam dirigere voluerunt, dec. 369. num. 16.

NAVFRAGIVM.

Vide etiam in vers. Assecuratio, Assecuratus.

Naufragium, vel deprædatio uauis assecuratæ qualiter probari debeant, dec. 369. num 9. & seqq.

Naufragium, vel deprædationem ad probandum admittuntur coniecturæ, literæ testimoniales, & similia, dec. 369. num. 25.

Naufragium, vel deprædatiu præscribuntur spatio vnius aoui à die sequuti naufragii, dec. 369. nu. 14.

Naufragium, vel deprædatio sequuta in longinquis Regiooibus probari possoot qoocumque loco, & coram quocumque iudice, etiam incompeteoti, decis. 369. num 15.

Naufragium probatum primo loco coram iudice incompetenti, probari debet postea infra bieuuium coram iudice ordinariu, & citata parte, dec. 369. uu. 20.

Naufragium, vel deprædatio nauis non probatur ex sola attestatione magistri nauis, dec. 369. oum. 24.

Naufragium, vel deprædatiu nauis plerumque in longinquis partibus tuccedere sulent, dec. 369. ou. 11.

Naufragii iudicium est summarium, dec. 369. uu. 22.

NAVTA si post passum naufragium, vel deprædationem nauis, in loco viciniori non potuit habere commercium, dec. 369. nu. 28.

Examinare debet testes super naufragiu, & deprædatione prædictis in eo loco, ad quem primum accedere potuit.

NAVTICVM FOENVS.

Vide etiam Cambium maritimum.

Nauticum fœnus apud omnes Nationes erat olim de iure ciuili permissum, hodie autem ex omni iure prohibitum, dec 369. num. 73. & seqq.

Nauticum fœnus ideo à iure prohibitum, quia sulam pecuniam traiiciendam continebat, dec. 369. uumer. 73. & 81.

NECESSARIVM.

Vide etiam in vers. Necessitas.

Necessariæ præsentationes de Sacerdote, non autem simpliciter facultatiuæ, ex qoibus deducantur, & distinguantur, dec 314. nu. 36.

Necessariè quod infertur veuit iu derogatione etiam si extentio fieri oon posset, dec. 18 num. 16

Necessarium fieri non potest quod à principio erat merè voluntarium, dec. 44. nu. 8.

NECESSITAS.

Vide etiam in vers. Facultas, Voluntarium.

Necessitas ex suppositiune resultans, dicitur necessitas consequens, quæ libertatem nodum tollit, sed nec diminuit, dec. 211. num 18.

ad Necessitatem reduci non debet, quod gratis, & voluntariè factum est, dec 19. nu. 13.

NEGATIVA.

Vide etiam in vers. Affirmatiua.

Negatiua non existentiæ aliorum actuum probatur ex fide Notarii, dec. 388 nu. 5.

Negatiua non existentiæ aliorum bonorum sine inuentario uuu prubatur, dec. 23 nu 6.

Negatiua excluditur ex sola possibilitate in contrarium, dec. 23. num. 7.

Negatiuæ duæ important affirmatiuam, dec. 389. nu. 15.

NEGATVM dicitur conditionaliter cuucessum, quoties conditiu resistit, dec. 201 nu. 4.

NEGLIGENTIA.

Negligentia, & incuria Parochi aliis præiudicare nuo valet, dec. 44. num. 22.

Negligentia Capitanei nauia in non defendendo illam ab hostibus, & inimicis, potius simplici culpæ, quam Barattariæ adscribenda est, dec 369. nu 66.

Negligentia Notarii iu non asseruando scripturam non præiudicat partibus, dec. 201. nu. 4.

NEGOTIVM.

Vide etiam in vers Apotheca, Merces, Societas.

Negotium vtile omnium creditorum actum dicitur ab eo qui ad rei conseruationem intendit, dec. 15. nu. 3.

Negotium dicitur contiouatum, uon fiuitum per solam mutationem ministri, quamuis corresponsalibus scriptam, ne antiquo ministro amplius fidem præstarent, dec 93. num. 1.

Negotium nouum ex quibus coustitutum dicatur, non autem antiquum contiuuatum, dec. 91. nu. 19.

Negotium nouum vt constitutum dicatur, per assumptionem nouorum sociorum, nun est necessarium, quod dd. socii uominentur, dec. 91 nu. 17.

Negotiom nouum non repugnat exerceri in eadem taberna, & sub antiquo signo, dec. 91. nu. 18.

Negotium semper remanet idem, quamuis in eo nuui socii fuerint assumpti, dec. 15. nu. 9.

Negotium quatenus etiam per assumptionem noui socii fuerit mutatum, uon ideo extinguitur hypotheca super illo contracta, dec 15. num. 10.

Negotium semel creditori obligatum per assumptionem noui socii, transit in illum cum onere suu, decis. 15. num. 6.

Negotium nouum, nouaque societas si fuerit cum alio contracta, & antiquus suodacus auctus, an hoc mediante creditoribus primi neg otii præiudicetur, vel non, dec. 175. num. 7.

Negotium ab altero suo nomiue gestum, si in reuisione computorum illi bonificatum sit, semper censeatur approbatum, dec. 214. num. 8

Negotium præsumitur gestum nomine proprio, & ad sui commodum, non autem ad commodum, & in exoneratiunem debiti alterius, dec 413. uum. 2.

NEPOS

Vide etiam in vers. Filius, Neptis, Patruus, Pronepos.

Nepos dicitur præteritus, si defuncto patre vel matre, auus de eo nullam mentionem fecerit in testameuto, d. 326. n. 2

Nouatio, quæ prætenditur inducta, quatenus per subsequutam taciturnitatem, & obseruantiam dicatur comprobata, dec.213. num.35.

Nouatio contractus non inducitur, si loco pretii dati sunt effectus, decis.213 num.28.

Nouatio, siue expressa, siue tacita præcedentes conuentiones extinguit, & tollit, decis.65.nu.1.

Nouatio inducitur per dationem in solutum, decis.85. numer. 2.

Nouatione inducta respectu modi soluendi non ideò dicitur nouata substantia contractus, dec.213.nu.25.

NOVITER, quæ facta sunt in executionem, seu approbationem rei antiquæ, iuxta illam, & non aliter intelliguntur, decis.191. num 3.

N O V I T I V S.

Vide in vers. Professio.

Nouitius, si anno Nouitiatus durante, longo tempore permitteretur extra Religionem extare, illius asperitates non posset cognoscere, dec.361.num 9.

Nouitius, anno Nouitiatus durante, experiri debet asperitates Religionis, & cum illis suas vires metiri, dec. 361. num. 7.

Nouitius per paucos dies, absque interruptione nouitiatus non prohibetur egredi Monasterium ad sanandam suam infirmitatem, dec.361.num 5.

NOVITIATVS non interrumpitur, si Nouitius à Religione egreditur ad tempus de licentia superiorum ad suam infirmitatem curandam, dec.361.num.3.

de NOVO si quid fieri prohibetur, non comprehendit quod fit in augumentum antiqui, dec.272. nu.15.

N V L L I T A S.

Vide etiam in vers. Iniustitia, Publicatio, Validitas.

Nullitas exclusiua iuris agentis quatenus à tertio non possit opponi, dec.185.num.32.

Nullitas contractus mulieris ab ea tantum potest adduci, nec potest à tertio allegari, dec.187. nu.7.

Nullitas examinis resultat si de aliquo examinato nulla mentio facta sit, dec.247.num.10.

Nullitas aditionis hæreditatis non potest allegari, nisi à solo minore, dec.16.num.21.

Nullitas sententiæ resultat, si acta primæ instantiæ transportata non sint, dec.271.num.1.

Nullitas, & iniustitia notoria excluditur ex fundamentis in decisione deductis, dec.277 nu 11.

Nullitas, quæ apparet ex iisdem actis non vulnerat viam exequutiuam, dec.63.num.10.

Nullitas ipso iure, & irrefragabilis dicitur si in statuto, vel lege adsint verba *nullius sint roboris, vel momenti*, dec. 350. num.9.

Nullitas, & iniustitia notoria probari debent ex iisdem actis, dec.177. num.9.

Nullitas census proueniens ex non numeratione pecuniæ procedit vsque, & ab initio creationis illius, decis.337. num. 4.

Nullitas consequenter dicitur iniustitia notoria, decis. 298. num.3.

Nullitas electionis peritorum examinari non eget, quoties illorum relatio de erroneitate conuincitur, dec.247. num. 4.

Nullitas, quæ est iuridica, non potest dici, quod sit allegari prohibita, dec.342.num 6.

Nullitas contractus minoris, vel mulieris allegari non potest post lapsum quatriennii concessi ad petendam restitutionem in integrum, dec.214.nu.12.

Nullitatis cuiuscumque renunciatio comprehendit etiam illam, quæ prouenit ex mala expressione valoris, decis. 342. num 9.

Nullitatis actio per spatium triginta annorum præscribitur, dec.327.num.13.

Nullitatem quam ignorabat Papam sanare noluisse præsumitur, dec.83.num.25.

Nullitatem si iudex declarare debet, quia decipi potest, tres sententiæ conformes requiruntur, quæ vere rem iudicatam irretractabilem constituant, dec.450.nu. 7

Nullitates, & defectus excluduntur ab obseruantia subsequuta super validitate actus, dec.186 num 13.

Nullitates non attenduntur, nisi sint de tribus substantialibus, decis.237. num.28.

Nullitates, etiam quæ non sunt de tribus, considerantur tamen ad excludendum executionem decreti, vel mandati, dec.237.num.29.

NVLLITER existere, ac penitus non existere paria sunt, dec.350. num.1.

Nulliter. *Vide etiam in vers.* Nullum.

N V L L I V S.

Vide etiam in vers. Diœcesis

Nullius Diœcesis verbum supponit iurisdictionem Episcopalem, seu quasi, & territorium separatum, & distinctum, decis.69.num.16.

Nullius Diœcesis titulus pugnat cum iurisdictione Episcopo, vel Archiepiscopo competente, decis. 69. numer. 12.

N V L L V M.

Vide etiam in vers. Nulliter, Validum.

Nullum aliud est, aliud verò iniustum, quia vtroque casu diuersimode iudicari debet, dec.34.num.21.

Nullum quod est, nullum operatur effectum, cum non entis nullæ sint qualitates, vel partes, dec.313.nu.17.

Nullum dicitur examen si factum est non citato legitimo contradictore, dec.258.num 8.

Nullum ius tribuit voluntaria participatio, vel comunicatio, dec.234 num.20.

Nulla est translatio facta sub conditione beneplaciti, eo non sequuto, dec.234 num.17.

Nulla remanent facta contra præceptum Testatoris, vel patris, decis.296.num.7.

Nulla est transactio facta contra dispositionem testamenti, decis.249. num 5.

NVMERVS singularis non comprehendit pluralem, decis.252.num.10.

NVMERATIO pecuniæ in censu requiritur pro forma, ad excludendas fraudes non solum actu interuenientes, sed etiam possibiles, dec.337 nu.9.

NVNCIANS, NVNCIATIO.

Vide etiam in vers. Opus.

Nuncians nouum opus antiquitus succurrebatur sola cautione de demoliendo in casum succumbentiæ, decis. 50. num.5.

Nunciatio noui operis quoties est dubia, semper intrat prouida dispositio *l. vnica C. de noui operis nunciat.* dec. 50. num.18.

Nunciationi noui operis occurritur mediante licentia fabricandi, cum cautione de demoliendo, quoties probationes sunt ambiguæ, decis 113.num.5.

NVNTIVS APOSTOLICVS ex causa Reipublicæ, & ex facto Principis dicitur abesse, & per consequens impeditus, decis.131.num.2.

Nuntius Apostolicus. *Vide etiam in vers.* Legatus.

NVPTIARVM prohibitio Ecclesiastica incipit à prima media nocte temporis vetiti, & terminat in alia media nocte vltimi diei assignati, dec.48.num.16.

NVPTIÆ, *Vide etiam in vers.* Matrimonium.

NVPTIALIA, *Vide etiam in vers.* Incerta.

O

O B E D I E N T I A.

Vide etiam in vers. Abbas, Obedire, Parare.

OBedientia, & reuerentia æque præstari debet à Canonicis, & Beneficiatis vni eidemque Abbati in Ecclesia tantummodo existenti, dec 103.nu.13.

Obedientia etiam præcisa, & coactiua debetur vnico Prælato, cui soli à Pontifice commissa est administratio Ecclesiæ, dec.103.num.14 & 17.

Obedientia realis dicitur vera solutio, verbalis verò exhibitio, id est se solutioni promptum, dec.137.nu.2.

Obedientia potius, quam bonum ius Episcopi denotat prohibitio ab eo facta Ecclesiæ Cathedrali super primæua pulsatione campanæ, dec.196. num.31.

Obedientia, & paritio resultat si quis exhibuit se promptum, & paratum parere mandatis Rotalibus, dec.107. num.6.

Obedientia alteri præsertim illius superioritatem demonstrat, dec.56.num.33

Obedientia, & reuerentia ratione dignitatis, & administrationis debetur cuicumque Prælato, & capiti Ecclesiastico, dec.222. num 2.

OBEDIRE, OBEDIENS.

Vide etiam in vers. Obedientia.

Obedire non recusat, qui se exhibet promptum obseruare concordiam, dec.167.num.10.

Obedire debentes mandatis Rotalibus, vel realem obedientiam, aut saltem verbalem præstare tenentur, decis. 137.num.2 & 7.

Obedientes benignè recipi, confortari, & in bono proposito confoueri debent, dec.222.num.12.

OBIECTIVA materia non reputatur, quæ principaliter, vel secundario continet ius articulantis, decis. 22. numer. 7

OBITVS beneficiati in possessione, probatur ex narratiua

Paro-

PATRES PRÆDICATORIS.

PATRIMONIVM.

PATRONVS.

PATRVS.

PAVPER.

PAVPERTAS.

PECVNIA.

PENSIO TAM ECCLESIASTICA. QVAM IN PROPHANIS.

PENSIONARIVS.

PERITIA.

PERITVS.

& recepti resultat ex decisionibus causæ, dec. 182. numer. 3.
Peritus eligendus est à Iudice cum assignatione formulæ, iuxta quam ille postea relationem facere debeat, decis. 178.nu.1.
Peritus, & æstimator, vt validè æstimare possit, debet perneceße scire quantitatem, & latitudinem rei æstimatæ, dec.46.nu.11.
Peritus secundus non potest dici quod adhæserit relationi priorum peritorum, si expressè dixit super illis iudicare non potuisse, dec.246.nu.5.
Peritus tunc solum interrogari debet à iudice, si de nullitate, vel læsione constiterit, vel si non fuisset deuentum ad electionem aliorum peritorum, decis. 339. numer. 20.
Peritus pro declaratione æstimationis examinatus, quatenus concludat, dec.46.nu. 1.& seqq.
Peritus qui retulit valorem de tempore præsenti non probat, cum ille probari debeat de tempore contractus, dec.318.nu.9.
Peritus, & Æstimator iurare debet de æstimatione legaliter facienda, dec.339.nu.6.& 14.
Peritus, & Æstimator præuio iuramento affirmare tenetur, neque lucri gratia, neque inimicitijs, neque in gratiam alterius suam relationem fecisse, decis. 339. num.7.
Peritus tenetur cum iuramento referre, siue fuerit electus à partibus de mandato iudicis, siue etiam Principis, dec.339.nu.8.
Periti relationi standum est, donec doceatur de errore, dec.263.nu. 11
Periti relatio executioni demandari debet, quamvis ille aliquas partitas in suspenso reliquerit, dec. 217. numer. 8.
Peritum confusè descripsisse partitas allegare non potest, qui citatus ad informandum non comparuit, nec illum informare curauit, dec.182.nu.4.
Perito standum est, etiam si nullam rationem reddat, dec. 339.nu.18.
Perito iudicialiter electo stari debet, decis. 159. numer. 4.
Perito iudicialiter electo de consensu partium stari debet, dec.217.nu.6.& seq.
Periti semper præferuntur testibus, dec. 339. numer. 19.
Periti electi pro recognitione manus, plenè probant, dec. 211.nu.53.
Periti interrogandi sunt, & cogendi ad declarandum suam relationem, dec.339.nu.11.
Periti iurare debent se non lucri, aut amoris, vel odij causa, sed solum pro veritate dicenda accessisse ad comparationem literarum, vel aliam relationem faciendam, dec.368.nu.2.
Peritorum post secundam electionem non est locus viteriori electioni, ad euitandum processum in infinitum, dec.339.nu.2
Peritorum electionis nullitas examinari non debet si illorum relatio sit erronea; dec.246.num.
Peritorum relationi, cui magis stari debeat in concursu plurium relationum, decis. 202. numer. 5. & 13. & seqq.
per Peritos facta probatio de sui natura fallax est, dec.339. num. 9.

PERIVRIVM.

Vide etiam in verf. Iuramentum.
Periurium non præsumitur, sed debet ab allegante probari, dec.376.nu.11.
Periurium ad euitandum omnis, & quælibet interpretatio sumenda est, dec.376.nu.12.

PERMISSIO.

Vide etiam in verf. Facultas, Licentia.
Permissio alienandi concessa cum consensu, & consilio alterius, intelligitur de actibus inter viuos, decis. 380. num. 10.
Permissio alienandi concessa filiis, non suffragatur aliis personis, quæ cum ipsis filijs instituti, substituti, & prohibiti sunt, dec.380.nu.5.
Permissio, licentia, seu facultas declarant prohibitionem præcedenter factam, dec. 330.nu.6.& 9.

PERMVTATIO.

Vide etiam in verf. Transactio.

Permutatio facta à non habente aliquod ius in beneficio permutato, remanet nulla, dec.276.nu.5.
Permutatio beneficij modici redditus, fieri nequit cum beneficio pinguiori, dec.276.nu.6.
Permutatio facta de beneficio pinguiori cum alio beneficio modici redditus, præsumitur fraudolenta, decis. 376. num. 7.
in Permutante beneficium pingue cum alio modici redditus præsumitur fraus, dec.276.nu.6.& 7.

PERSONA.

Vide etiam in verf. Dignitas, Industria, Personale.
Persona solum, non autem filiatio dicitur contemplata si aliquod ratione solius personæ fuerit relictum, dec. 36. num. 4.
Persona non comprehensa in capitulis superaddi non potest in extentione instrumenti, decis. 66. numer. 11.
Persona, aut Dignitas an fuerit inspecta, inspicitur cuius nomen sit expressum, dec.211.nu.6.
Persona semel approbata in iudicio, si conditionem deteriorem non fecit, non potest prætendi suspecta de dilapidatione, seu occultatione bonorum, decis. 109. numer. 9.
Persona etiam in apocha assecurationis non nominata, quotiescumque habet interesse, ipsamque probauit comprehendi tur in ea, dec.369.nu 35.
Persona certa expressa in contractibus, non intelligitur alia, dec.369.nu.44 & seqq.
Persona hæredis si non fuit nominata inter personas, quibus testator aliquid restitui mandauit, de iure tamen subintelligitur, dec.17.nu.23.
Personis pluribus subesse Ecclesiam diuersis tamen respectibus, non implicat, dec.225.nu.30.
Personæ plures si interuenerint eo magis falsitatem excludunt, dec.211.nu.49.
Personæ certæ, ex incertis si restitutio fideicommissi facienda sit, non potest eligi potius vnus quam alter, dec. 244.nu. 5.
Personæ qualitas non concludit, quæ alijs etiam personis conuenire potest, dec. 73.nu. 13.
Personæ plures einsdem nominis esse possunt in eadem familia, dec.403.nu.15
Personæ additio, quæ alias comprehensa non erat dicitur immutare substantiam, dec.66.nu.11.
Personæ quamuis sint plures, vnus tamen est Curatus, quando omnes habentur loco vnius, dec. 225. numer. 7.
Personæ exclusæ à dispositiua, non censentur comprehensæ in parte conditionali, decis. 232. numer. 14.
Personæ mutatio non mutat ius si durat substantia, & essentia negotij, dec.15.nu.11.
Personæ potentes habentes iurisdictionem habent contra se præsumptionem vsurpationis, decis. 6. numer. 2.
Personarum pluralitatem, qui allegat probare debet, & quomodo, dec.403.nu.17.
Personas duas repræsentans, si quid fecit nomine vnius non potest illud referre ad nomen alterius, decis. 135. num. 10.
Personarum expressio facta per accidens, vel quia vltra bona, etiam personæ exprimendæ sunt, non facit priuilegium personare, dec.52.nu.23.
Personis pluribus subesse Ecclesiam non implicat, diuersis tamen respectibus, dec.225.nu.30.

PERSONALE.

Vide etiam in verf. Persona.
Personale non dicitur priuilegium concessum personis ratione bonorum, dec.52.nu.29.
Personalia verba quandoque inflectuntur vt stent demonstratiuè, non autem dispositiuè, decis. 335. numer. 16.
Personalis insufficientia quatenus impediat, quod opus iniunctum non possit impleri per alium, decis. 64. num. 10.
Personalis insufficientia non sufficit, si per alios opus iniunctum possumus adimplere, decis. 64. num. 9. & 10.

PENITENTIA.

Vide etiam in Verf. Iuspatronatus, Pars.

PHILOSOPHVS.

PIGNVS.

PLVRALITAS.

PLVRES.

PLVS.

PONTIFEX.

PORTIO.

POSSESSIO.

POSSESORIVM.

POSSIBILITAS.

POSSIDENS.

POSSIDERE.

POSTERIORA.

POTESTAS.

PRÆBENDA.

PRÆCEPTVM.

PRÆDIVM.

PRÆHEMINENTIA.

Præ-

Pro-

PROMISSIO.

Vide in verſ. Obligatio, Pactum, Stipulatio.

Promiſſio facta in fauorem alterius per verba *di riconoſcerlo quattro volte l'anno*, ſine ulla expreſſione quantitatis, remanet inutilis, & non obligat, dec. 19. num. 8.

Promiſſio ratificationis alterius, quatenus illius jus, vel poſſeſſionem probet, dec. 209. num. 31.

Promiſſio, vel obligatio, ſi trahit originem à certitudine alicujus cauſæ, poteſt à judice quamvis incerta, & ambigua declarari, dec. 19. num. 19.

Promiſſio de cedendo non ſequuta actuali ceſſione, neque dominium, neque poſſeſſionem transfert, deciſ. 390. num. 2.

Promiſſio ſine cauſa facta parte abſente, & nemine pro ea acceptante, in ſimplicem pollicitationem reſoluitur, & non obligat, dec. 19. num. 6.

Promiſſio generica, & non limitata nullam patit obligationem, dec. 19. n. 10.

Promiſſio obſeruandi, & non contrauenlendi, intelligitur ſecundum naturam contractus, cui adiicitur, dec. 355. num. 22.

Promiſſio libertatis, & franchitiæ intelligitur de omnibus oneribus, & debitis, præter expreſſa, dec. 303. num. 14.

Promiſſio de rato nihil operatur contra illum, qui non ratificauit, dec. 237. num. 27.

Promiſſio de rato, & ciauſula alias &c. operantur, vt promittens factum alienum, teneatur de proprio, nec faciendo poſſibile excuſetur, dec. 303. num. 21.

Promiſſio ſoluendi fructus facta correſpectiuè ad ſummam remiſſam, ad vſuras referri non debet, deciſ. 260. num. 26.

Promiſſio de rato fruſtratoria fuiſſet, ſi quis dominus abſolutus extaſſet, dec. 414 num. 26.

Promiſſio facta occaſione debiti, quod non erat debitum, non tenet, dec. 43. num. 4.

Promiſſio correſpectiua, rebus in eodem ſtatu permanentibus intelligenda eſt, dec. 90. num. 38.

PROMOTVS ad aliquod officium, vel gradum, niſi ſe indignum reddiderit, remoueri non poteſt, dec. 257. num. 4.

PROMOTVS ad Epiſcopatum, *Vide in verſ.* Beneficium.

PRONEPOS, & Nepos æqualiter à teſtatore dilecti, & vocati, æqualiter etiam admittuntur, tam in ſucceſſione, quam in prælegato, dec. 94. num. 1. & ſeqq.

PRONOMEN.

Vide etiam in verſ. Clauſula, Dictio, Verbum.

Pronomen *ipſorum* quandoque à teſtatore exprimitur loco dictionis illorum, dec. 226. num. 23.

Pronomen *omnium*, quia dicitur vniuerſale, neminem excludit, dec. 226. num. 5.

PROPRIETARIVS.

Vide etiam in verſ. Cauſa, Proprietas, Vſufructuarius.

Proprietarius habet ius petendi redditionem rationis, quamvis adhuc vſufructuarius viuat, dec. 32. num. 7.

Proprietarius, finito vſufructu, ad hæreditatem admittitur, dec. 32. num. 8.

Proprietarium aliquem eſſe ſimul, quodque eidem ſolus vſusfructus vita durante fuerit relictus, incompatibile reputatur, dec. 345. num. 15.

PROPRIETAS.

Vide etiam in verſ. Proprietarius, Vſusfructus.

Proprietas alicui relicta debetur etiam ipſius hæredi, dec. 345. num. 1. & per tot.

Proprietatis quæſtio abſorbet poſſeſſorium, ſi liquido de proprietate conſtiterit, dec. 7. num. 11.

Proprietas bonorum filii non tranſit ad matrem binubam, dec. 308. num. 11.

PROPRIVM *Vide in verſ.* Meum, ſuum.

PROSPECTVS.

Proſpectus montium non impedit, quod vicinus ſuum ædificium altius extollere poſſit, dec. 272. n. 11.

Proſpectus maris non eſt à iure prohibitus inter moniales, quia ceſſat in illo inhoneſtas, & ſcandalum, dec. 272. num. 13.

PROTESTANS PROTESTARE.

Proteſtans de ſuis iuribus non dicitur impedire mandatum, vel ſequeſtrum, dec. 107. num. 8.

Proteſtandi cauſa quouſque durat, durare quoque præſumitur animus continuandi proteſtationem, niſi expreſſè ab ea recedatur, dec. 213. num. 23.

PROTESTATIO.

Vide etiam in verſic. Contradictio, Interpellatio, Oppoſitio, & Proteſtans.

Proteſtatio ſemel appoſita in actu extraiudiciali, in quolibet ſubſequenti actu ſemper cenſetur repetita, dec. 213. num. 23.

Proteſtatio oſtendit animum proteſtantis, ſibi non præiudicandi, dec. 368. num. 9.

Proteſtatio ſemper præſeruat jus proteſtantis, dec. 368. num. 10.

Proteſtatio omni iure deſtituta, nec aliquod prohibere poteſt, nec aliud præiudicium inferre, deciſ. 49. num. 27.

Proteſtatio potius, vel conditio, an dicatur aliqua expreſſio, itaut ſit opus illam in qualibet parte inſtrumenti repetere, vel ne, dec. 213. num. 20.

Proteſtatio iudicialis, & proteſtatio extraiudicialis differunt inter ſe, & qualiter, dec. 213. num. 24.

Proteſtatio facta de vicino reditu Canonici abſentis, vel alterius electioni interuenire debentis, quatenus iuſtificationem requirat, dec. 388. num. 13.

Proteſtationi alterius dicitur acquieuiſſe, qui in illius præiudicium nihil amplius innouauit, deciſ. 106. num. 40.

PROVISIO, quæ ex defectu poteſtatis in collatore vel eſt nulla, vel de nullitate redarguitur non præbet legitimum titulum, vel æqualem, dec. 385. num. 40.

PROVISIO *Vide etiam in verſ.* Beneficium, Prouiſus.

PROVISIONALE.

Prouiſionalis ſententia, ſeu decretum, quo reum totaliter non abſoluit, quatenus vulneret inſtrumentum, aut illius obligationem, dec. 263. num. 5.

Prouiſionalia decreta fieri, non poſſunt ſi conſtat de bono iure partis, dec. 113. num. 2.

Et facta in negotio principali non nocent, dec. 315. num. 10. eodem.

PROVISVS.

Vide etiam in verſ. Prouiſio.

Prouiſus Apoſtolicus ſi non fuit citatus per Prouiſum à Capitulo, adhuc dicitur poſſidere, & in ſua poſſeſſione eſt manutenendus, dec. 289. num. 14.

Prouiſus quoquo modo de beneficio, ſi poſtea obtinuit prouiſionem Apoſtolicam, dicitur mutaſſe cauſam ſuæ poſſeſſionis, & illius vigore poſſidere, dec. 289. n. 15.

Prouiſus ab indultario, non concurrit cum prouiſo Apoſtolico, ſi beneficium, vel non comprehenditur, vel dubitatur comprehendi ſub illius indulto, dec. 385. num. 42.

Prouiſus ab ordinario, cuius titulus reuocatur in dubium, non eſt legitimus contradictor ad impediendam executionem literarum Apoſtolicarum, dec. 385. num. 39.

PROXIMIOR.

Vide etiam in verſ. Conſanguineus, Deſcendens, Proximitas, Pronepos, Succeſſio.

Proximior in contractu minoris, vel mulieris interuenire debens, ſi antea erat minor, & poſtea maior factus ſit, non exinde annullatur contractus ſinè eius interuentu celebratus, dec. 195. num. 9.

Proximior pro renouatione emphyteuſis contra tertium interim inueſtitum non agit remedio *l. final.* &c. vel alio rei perſecutorio, dec. 358. num. 13.

Sed ordinariè tantum ſuper prælatione inueſtituræ, & quando, num. ſeq. vſque ad fin. ibid.

Proximior agens pro renouatione emphyteuſis contra dominium directum, ut iudicium etiam extraneo inueſtito præiudicet, quid facere teneatur, dec. 358. num. 30.

Proximior gradu æque in legato, ac in ſucceſſione præfertur, dec. 24. num. 6 & 9.

Proximior inimicus vocari non debet in contractu ſui conſanguinei, dec. 22. num. 1.

Proximior fideicommittentis præferenda eſt in dote ab eodem fideicommittente conſtituta, deciſ. 146. num. 12.

Proximior ſuccedit ſuo proximiori ab inteſtato defuncto, dec. 17. num. 1.

Proximior pro renouatione emphyteuſis rectè agit ad ipſam rem, quotieſcumque inueſtitura extraneo conceſſa, nulla eſt, deciſ 358. num. 48.

Proximior Teſtatori, vel grauato contra illius voluntatem volentis remotiorem admitti, non poteſt ad fideicommiſſum ſuccedere, dec. 199. num. 19.

Proximior, cui renouatio emphyteuſis debetur ex obligatione conſtitutione, vel ſimilibus iuſtificando ſibi debitam renouationem, quatenus agat, deciſ. 358. num. 43.

Proximior ſi non comparet, admittitur ille qui ſe proximum eſſe oſtendit, dec. 63. num. 14.

Por-

PROXIMITAS.

PVBLICATIO.

PVELLA, PVER.

PVPILLVS.

Q

QVÆRELA.

QVALITAS.

QVANTITAS.

QVASI POSSESSIO.

Quasi

QVIETANTIA.

QVINDENNIVM.

R

RATIO.

Ratio-

RELATIVVS, RELATVM.

RELEVANTIA.

RELEVATIO.

RELIGIOSVS.

REMEDIVM.

REMISSORIA.

RENOVATIO.

RENVNCIANS, RENVNCIARE.

RENVNCIATIO.

RENVNCIATVM.

REPETITIO.

RESOLVTIO.

RESOLVTIONES SS. CONGREGATIONVM.

RESPVBLICA.

RESTITVTIO.

RESTITVTIO IN INTEGRVM.

RETENTIO.

S E P T I M A N A.

S E Q V E S T R V M.

S E R V I T I V M.

S E R V I T V S.

SIGNATVRA JVSTITIÆ.

S I M O N I A.

S I M V L A T I O.

S O R O R.

SORS.

SPECIALE, SPECIALIA.

SPECIES.

SPVRII.

STATVENTES.

STATVS.

STATVTVM.

statu-

STATVTA PARTICVLARIA.

STATVTVM VRBIS.

S T I L I A.

STIPVLARE, STIPVLATIO.

S T V D I V M.

S T Y L V S.

S V B R E P T I O.

S V B R O G A T I O.

S V B R O G A T V S.

S V B S T A N T I A.

SVBSTANTIALIA.

S V B S T I T V T I O.

potest

TESTATVS.

TESTES.

omni

TESTIVM.

TESTIS.

gat

VERBA IN PARTICVLARI.

VNIO

Z

FINIS.

